

CONSVETVDINES DVCATVS BVRGVNDIAE, FEREque totius Galliæ, per D. Bartholomæum

à Chassenæo, iuris vtriusque doctorem præstantissimum, olim Regium apud Heduam aduocatum, Senatoré Parisien. demum parlamenti Prouinciæ meritiss. Præsidem, Commẽtariis vt amplissimis, ita doctissimis illustratæ, summáque diligentia & labore recognitæ.

* * *

Accessit index, quem summa fide pristino nitori restituimus, atque multis in locis auximus, non sine certissima occurrentium numerorum indicatione, quò facilius quod quisque desiderat assequatur. Adhæc annotata sunt, ea quæ nouissimè magno ornatu accesserunt, ídque vel stellula, vel manu præfixa.



PARISIIS,

Apud Ioannem Roigny, in via Iacobæa, sub quatuor elementis.

1547.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

CVM mihi ſemper in votis fuerit, Lector beneuole, & induſtriã iuuare tuã, & ſtudia promouere, nullis putaui parcendũ eſſe ſumptibus quantũuis magnis, vel hoc nomine ſatis permotus, ꝙ in arduis vel voluiſſe ſatis fuerit. Bartholomæi Chaſſenæi Senatoris quondã Pariſien. Regii apud Heduã aduocati, demũ parlamẽti Prouinciæ Præſidis æquiſsimi, inter legũ peritos ſui tẽporis Coriphæi ſemper meritòque habiti Cõmentaria, in Burgundionũ (quas vocant) Cõſuetudines, ab infinitis quibus ſcatebant mendis (Augiæ ſtabulum dixiſſes) repurgata excuſsi: dedique operam nulla non diligẽtia quæ omnem difficultatem, improbóque qui omnia vicit labore adhibitis, vt ex officina noſtra quamemẽdatiſsima prodirent. Factum tãdem (ni fallor) vt in his nihil ſit quod deſideres. Proinde has Chaſſenæi vigilias, multis additionibus auctas, & priſtinæ integritati reſtitutas, ac veluti poſtliminio reuerſas, æquo animo lector accipe ac fœliciter fruere. Vale.

Leonardus Alonnus HEDVVS LECTORI, Salutem.

PAROEMIAM sequutus Homericam, lector candide, quæ (si Gellio & Laertio credimus) Socrati Diogenique vice adagij semper in ore fuit, qua quidem nobis scitè præcipitur ædibus in nostris, quæ praua, aut recta geruntur, adamussim, discutere, ab ipsis (vt aiunt) laribus domesticis, hic noster Bartholomæus meritò sua sumpsit exordia. Siquidem propria vineta cædens, quàm emunctè, quàm tersè & abũdè nostra interpretatus sit iura municipalia, omnibus planè non liquere non potest, nisi talpa, aut leberide cæcioribus. Huius autẽ negotij testis ipse sum locupletissimns, cùm latio simul degeremus in orbe. Testes etiam tot vigiliæ, tot labores, tot denique noctes insomnes in Ticinensi Gymnasio exanclatæ. Quas mediusfiduis per lustrum & ampliùs domi delitescere passus est, ne more neotericorum his passim diebus, in nostro iure scripturientium (quibus planè obruimur & cõfundimur) inanes videretur glorias aucupari. At verò cùm amicis, tum patriæ assiduis præcibus fatigatus, vix tandem post quinquẽnium permisit quo hæc sua, (tanquam, Copiæ cornu) commẽtaria in lucem prodirent. Quibus nostrum quidem ius Cimmerijs penè obuolutum tenebris, tutaretur & defensaretur. Itaque huic nostro Regio patrono (quem ex Aristotelis libro Ethicorum quinto acribodiceum, id est, exactum iuris interpretem rectè dixerim) quantum debeãt nedũ causidici nostrates, verũ plebs ipsa tota litigãtiũ, videant hi quibus quotidiè necessariò suis opus est commẽtarijs. Quamobrem lectores optimi huic inquã nostro Bartholomæo iurium doctori & enodatori acutissimo, tanquã alteri recentiori Socino, aut antiquo illi Seruio Sulpitio, immortales gratias agite: æqui bonique consulite.

Valete fœlices.

LEONARDI ALONNI HEDVI ad lectores hexastichon.

Hunc eme uel minimo librum tu candide lector,
Qui tibi de tenebris Celtica iura refert,
Et patriæ legis nodosa enigmata soluit:
Mucoso ac longo quæ latuere situ.
Si rogitas quisnam tam grandia munera nobis
Attulit: in promptu Bartholomæus adest.

IOACHIM DE SADO IN PROVINCIALI REGIO SENATV MINIMVS, elimatorum operum Chasenæi sui præsidis eminentissimi, ad Lectorem studiosissimum Iustiniani, & alumnos citat encomium.

SOLENT *multi quidem nostrorum & superiorũ proximè temporum frugis opinatissimi viri, qui verè studiosi sunt, per omnẽ vitã, & quãdiu licet illis suo arbitratu vitæ cursum moderari, aliud nil, aut parum agere, quàm impendio literario prorsus se elaborare, & si libuerit, quandóque cessent, ingenium relaxent, aut ferientur, sic ocientur interdum, vt cessatio plus adferat bonæ frugis Reipublicæ, quàm quorundam negotiosissimè occupationes. Sic fortis & gnauus miles dum induciæ in æstiuis, aut hybernis, præstãt vt necesse non sit in acie stare, aut excubare: ita lusibus, ac torneamentis animũ relaxat, ac vires reficit, vt lusus ipsi militiam sapiant, pugnat ad palum, iaculatur ad scopũ, vibrat hastam, decertat palæstra, cõcurrit lanceis, armatus in æquũ insilit: denique sic feriatur, vt ad disciplinã militarem reddatur vegetior.* Non abs *re vigilãtissimus archimiles Iustinianus, cognomento apud aliquos magnus, in vtrũque tẽpus (qualem decet Augustũ) se conferens, armis propemodum quiescẽtibus, infinitas penè antiquorum dispersas cõstitutiones, quæ quàmplurima similitudine necnon aduersitate vacillabãt, quòd institutionũ scilicet, fforum, ac.C. corpus primum sui imperio coarctatas, vitio purgatas Treboniano, excelso quæstore, cũ collegis operi ministrãte, moderatim redigẽdas laboriosissimè non modò censuit, quinimò præter eas æditiones, extrà prædictarũ corpus diuagãtes, sacratissimas eiusdem quinquaginta decisiones cõpetentibus titulis supponendas prioribus eò impensius aggregare.* Quid plura? *iterum secundas tam ex Vlpiani prudentissimi libris ad Sabinum compertas, quàm & nouellarum ipsius significatas constitutiones, (quas prælectiones repetitas veteres nominabant) tandẽ ex integro additione repletas, cõscribi prædictis, & incorporari, sano statuit procerum consilio. Quam optimè ratus nulli in dubium venire, quod repetita prælectio probauit, hoc plus quã satis validum, satisque formosum iudicari oportere, hinc tritũ in ore omnium ferme abundat adagium, lectio decies repetita placebit.* Ad *hæc merito maiorum, quorũ inhærẽdum vestigijs, iuxta illud Dominicum, Quemadmodum ego facio &c. me traxit ob oculos, perquam colẽdi mihi præsidis quodammodo exemplum hominis, & quasi opinio, qui nec tam à curis abesse, & adamata potuit bibliotheca, vt quãtumcunque castigatũ primò tã altè, quam apprimè Burgundionũ (vt aiũt) Consuetudinarium, non dicam quisquilias toti concinnasset Reipublicæ illius, & enchiridion ex penitissimis scire licet auitorum, prudentum Iurecõsultorum, partim Chassenæi nostri proprijs, scitis, elimatis interpretationibus commentatum, antehac tamen nusquam tentatum, posteris fruendũ reliquisset, tradidissetque. vt magis magisque tãtillũ Republicã literariam coadiuuaret, attendẽs ve-*

risimiliter, nouas naturam properantem ædere formas, aliquid & semper creare noui. Nactus is nonnihil otij, id est inter meridianas, nocturnasque, à somno è restantibus suffuratus horas, vti vidimus, passim sui officij continuis districtum curis, posteaquàm ad amplissimæ Prouincianæ curiæ Præsidatum debitè euectus fuit & fastigium: cùm primùm atque potuit adinuentum non minus subtiliter, quam vtiliter interpretatum sic consuetudinariũ laudabilibus repetitis prælectionibus digestũ: iterùm atque iterùm hodie summis cum vigiliis, nouissima hac accessione locupletatus est, veluti operi perfecto necessarias prioribus has studiosè adiecit appendices, & suis pharmacis vitæ reditum, aut si mauis (pleno vt dicunt cornu) innouatum tãquã glomeratum sic obtulit manipulum, ꝙ hodie sui, fœlix opus hoc exhibeat testimoniũ, in quo siquidem olim pluscula Heracliti scriptis obscuriora extitissent, forsan quòd Delio indiguisset (vt Socratico vtar dicterio) enarratore: hodie sanè (quod dicitur) sine cortice hosce Burgundionum mores enatare, reconditissima quæque consuetudinis mysteria, hoc autore absque Theseo poteris perrimari. In eruendis autem Chassenæi astrusioribus sententiis acumen, in hyperbatis connectendis diligentiam, in explanandis tropis sedulitatem, in attemperanda scripturarum diuersitate fidem, citandis & testimoniis, dignisque suis autoribus, (quicquid æmuli garrulentur) fidelem hominis cernes copiam, quẽ si probaueris, non est (dico tibi) quòd blaterones ac momos timeas. Nunc vsque adeo tersus Burgundionum Cõsuetudinarius prodit libellus, nitidus, emaculatus, vt nec torpentibus vel oscitantibus, vllum conquerendi locum relinquat. Si quæ verò in prioribus perperam constarent distincta, nunc suis discreta periodis, lucidam, celerémque sui præbent appræhensionem, purius, emunctius quid hac re poterat nobis præstare author? Si quidem ex moribus lites, controuersiasque Burgundionum, imò & Gallorum infinitas nobis antea sperandas primus diremit, calumniandi aduocatis improbis, & quantumlibet litigiosis, vicissim perplexis conquerendi ademit occasionem, ambigua obscura inibi illuminauit, & nõnunquam si in contrarias & aduersas prudentum sententias incidit, ne disputandi ampliùs ansam præbeant, interposuit demum suam. à qua, propter spectatum eius iudicium persuasam omnibus æquitatem, ingeniosorum nemo est qui discedat, ne litem suam facere cæteris existimetur: ita in his sanè intrepidus, vehemẽs, accurratis incessit passibus, vt nihil recõditum, nil tam altis immersum voraginibus, inenucleatum exiterit, & vltrò impensius ad omnium communem frugem itidem in lucem castigatis typis emittere non postposuit. Hiccine Cæsar si vniuerso cui præerat populo pacem & futuro, quã suis legibus exactissimis armatam, diuinitus tanquam imperitauit, hanc hercle ciuilem vbi adfuit vocali primo eius in componendis priuatorum patrũ contentionibus interposita cura, gratia, & industria, tum nouissimè operata scripto sui antehac nusquam aliis intacta interpretatione circa obscuritates nocte penè obductas (id est sublatas) Burgundionum (quas appellitant) consuetudines, iteratis ad id commentariis cũ maturis appendicibus, Catalogo, Consiliis, cæteris curis ipsius vigiliis decoratam præcipuè cõpatriotis noster indicauit Chassenæus perpetuũ illis sui monumentum, id est memoriæ iubar adiunxit, ac pignus, velut strenã & si papyraceam auro, argẽto tanquam perenniorem, dicam preciosiorem reliquit amoris. Sinant non iniuria suum vsque adeo efferre Romani Curtium, quem pro sua erga patriam pietate tot laudum ornant præconiis, gloriæ principatu decorant, quippe quum eques ille admotis calcaribus præcipitem sese in clamantis hiatus horrendum sic egerit profundum, vt recidiuo tũc fugato viru pestifero temporalem vrbi eo facto nactus esse aliquãdiu quietem. Ast multò nunc maioribus Burgũdia, Prouinciæ, prouincia cõdignum suum intonet authorem, vtpote qui prædictis specialiter transmiserit & æternam, quiue commissis vlterius sibi Prouincialibus, quos inter vepres tandiu, ac nebulosè progredi quondam vbi audiuisset, quasi cæcatos, nescientibus quò ire cõsimiles, quãto citius minister hic regius, & præses alter penè Trebonianus breuiusculo tam primi anni suo congressu eradicatis sentibus, fugatis eo procurante è populo quibus præmebantur tam sæuis & continuis exactionibus, turbinibus liberato, & tandiu aberrantes ad semitam, docta sui quadam experientia restrinxit æquitatis, iustitiæ & veritatis, quodque enixa tot annis antiquitas, efficere suo conatu nequiuit, anno fermè vno, quo hic Lutætiam Parisiorum apud Christianissimum vnà

secum conuigilauimus acceptæ magis istius probitatis iurisprudentiæ sic concluserunt dotes, quibus semper apud prothoregem Franciscum pijssimum ad Parisiorum senatum proprio regis, non stimulato præterquam à consenatoribus motu, euectus. inde ad præsidatum eodem credito præualuit electus, vtque huius procuratione laudata, iam dicta libentius omni personarum cassa acceptatione, cum paulò fas senatus Prouinciæ sit hodie perpetuóque sancta iustitiæ illic turbata prius passim adire penetralia. Quo fit, vt gloriam suo nomini comparauerit, atque tot támque legatis pijs, & relictis, suæ ædificauerit posteritati in secula seculorum. Gaudeat itaque Burgundia. Prouincialis quàmmaximè gens. Chassenæi nostri simul progenies tanto antidoto merito exultet, congratuletur, collaudet. Gallicanus populus vniuersus, atq; Christianissimus, quem è suis interpretandis moribus multa de præsidis nostri consuetudinario, Catologo, cæteris lucubrationibus palam est sæpius mutuari. Vestris candidati lectores in publicum opus relatũ auspicijs, vestris dicatũ commoditatibus, sapiẽtissimo probatũ iudicio probate, multorũ enimuero exposuit sese allatratibus ob id circũquerẽtium æmulorum morsibus, quibus & tanquam Fustis caninis fortes, non accepti beneficij immemores in faciem resistite, virum vobis magis, non solum sibi ipsi natum pro viribus & iustitia sustinete. Ipse ego nempe oraturum posse tenus me offero, ne quasi cum Petro vsquam & nunquam fides deficiat vestra. Vale, & hanc opellam diligenter aduigila. Datum Lutetiæ Parisiorum, vbi tunc Prouincianæ Parlamenti Curiæ sub præside equidem nostro legatus connegotiabamur quinto Calend. Iulias, Anno supra millesimum à natiuitate Domini 535.

IOANNIS ENNELLANI BVRgundi *Apologetica de Tiraquelli criminatione Epistola. Ad Lectorem.*

CVM *nuper in cuiusdam Tiraquelli Pictonensis enarrationem, siue vt ipse vocat, repetitionem in l. si vnquam, titulo de reuocandis donationibus. C. incidissem, ac illius è limine scriptam epistolam legissem. primùm hominis gloriosi arrogantia, atque ideo petulantia grauissimè commotus sum, quòd viderim illum magni Chassenæi nostri nomen, dignitatémque sugillare voluisse. Itaque temperare mihi ipse non potui, quin illius tam impudentem insolentiam hoc loco ostenderem, ac demum retunderem, Ecce tantum virum, quem ne aperto nomine quidem, sed per indicẽ (quod indignius est) nominat, arguit plagij, simúlque imperitiæ insimulat. Nã de legibus cõnubialibus suis (inquit) tametsi mendis multis scaterent, accepit plurima, & cum mendis suis vsurpauit, & tamẽ authorem se aut nunquam, aut malignè laudauit. Videamus autem vnde hanc plagij constituit accusationem. vnde probauit? Cur non locum designauit nobis, quo id vel semel tantũ admissum monstraret? An verò putat quæ ipse ab alijs atque alijs inuenta expilauit, & alijs quibusdam verbis interpolauit, sua vsu fecisse, vt eis cuiuis perinde atque ipsi vti non liceat? Ergo eum plagij reum faciet, qui vel Bartoli, vel Baldi, vel alterius sententiam recitauerit? non etiam egregij ipsius Tiraquelli fecerit mentionem, qui idem in legibus suis scripserit, quod vel Bartolus, vel Baldus, à quibus acceptum habuit? Atqui veriùs plagiarium eum appellabunt omnes, qui centones suos ex priorum Iurisconsultorum voluminibus excerptos, atque consartos, mancipio suo totos illos asserat. Vides quam iste est Suffenus sibi, tam arroganter collectanea quædam prædicat sua, tam magnificè iactat, tam inaniter ostentat, alienis vt detrectet procacissimè: Quod vitium homines illi similes ferè inuadere solet, qui nimium φιλαύτοι sunt ac plus æquo sibi placent. Sed quæso, vnde ille tam sibi placere potest? An de legibus connubialibus suis? quæ non nisi Matheologias illas recensere videntur, lasciuiásque docere, Ouidianarum exilio vindicandas: denique in quibus ex sylua aliena, tot tam istam struem confectam esse agnoscimus? Rẽ homini quamlibet negotiosissimo factu facilem. An de repetitione noua? At legem illã tã bene, támque exactè prius ornauerat Franciscus Ripensis, Iuriscõsultus nostra memoria laudatissimus, vt illustrandi cam magis, materiam nullam reliquisset, nisi bellus ille reconcinnator, alienum opus renouare in animum induxisset, & alijs, alijsque vndecunque cõquisitis augere. In quo extranea, vnde facere sperabat speciosius, & ad propositum non pertinentia plurima adiecit. Pergo, quid est quòd cum mendis scripta sua vsurpata quæritur, & se non intellectũ*

ſibi vulgóque perſuadet? Quæ iſta eſt improbitas? Si mendis, ſi erratis plena fuerint omnia, gratia potius multa maximáque habenda ei fuit, qui cũ mendas magno errantis dedecore emendare potuiſſet, honeſta diſsimulatione, pro ea qua eſt humanitate, pertranſire maluit, locorum ſola recitatione cõtentus. Neque enim ſtudium illi vnquam fuit cuiuſquã nomini detrahendi, ne iſtius quidem, Quin potius amplificandi eius gratia, ſæpe in libris ſuis ipſum lubenter commemorauit, quòd inde ei lucis acceſſurum eſſet plurimum, nõ quòd hominis eiuſmodi, velut alicuius probatiſsimi authoris authoritate vti vellet: quippe cuius fama adhuc in obſcuro eſt, & qui nihil niſi ex aliorũ traditione refert. Iam verò vbi ſunt gryphi illi, vbi illi abſtruſi profundique ſenſus, quorũ intellectum Chaſſenæum fugere dixit? O turpem calumniam? O inſignem veſaniam? Deprehẽdi id quod res eſt, Errores enim iſte quibus leges ſuas deformatas agnouit, tandem, profeſſúſque eſt, eo colore excuſare obtegeréque ſe poſſe putauit, ſi quem audacter de eis corriperet: quaſi eo modo omnibus perſuaſurus, aliena, non ſua culpa admiſſos fuiſſe, atque ita exiſtimationem illibatam, cum maxima alterius iniuria ſeruare uoluit. Non dicam planiùs. Omnes puto, me ſatis intelligunt. Siccine autem lædẽda alterius fama fuit, ſua ut tuta eſſet? Aliter profecto, aliáque via aliquid nominis comparare retineréque potuerat, ſi modeſtiæ rationem aliquam tenuiſſet, Sed heus nominis ſui curam ad ſe magnopere non pertinere, eámque Chriſtiano malè conuenire dixit. Quæ iſtæc noua religio? Imò verò ſi quem vnquam, hunc certè maximopere ea cura tetigit, torſitque, nec quiſquam mihi magis, quam iſte glorias inaneis cõſectari atque aucupari viſus eſt. Ecquid enim ſuperciliosè indignaretur laudem ſuam, vt vult, interuerſam ac præreptã ſibi, niſi quia totus in id intẽdit, vt ab omnibus laudetur, & ei ſucclametur σόφος? A quo plurimũ quidẽ abeſt, vel ob hoc, quod nimius in maledictis, in obtrectatione, in probris fuit, & nemo velit maledicẽti benedicere. Hinc ſui laborúmq; ſuorũ omne pretiũ amiſit imprudẽs, hinc procacitatis, hinc inuidiæ nomen contraxit ſibi, Viderit igitur quãtũ de maledicẽtia ſua meruerit. Quid? ille præterea proxima libri ſui æditione peius facturũ ſeminatur, & Epiſtola ſua velut proluſorio aliquo Chaſſenæo nihil tale nec opinãti, nec merẽti bellũ intẽtat, quo iure? qui ab hoc modeſtiſsimo viro nulla iniuria, nulla re, nullo verbo laceſsitus, nec prouocatus fuit vnquã: niſi iniquo animo ferat præſumptũ ſibi fuiſſe ea ſcribẽdi argumẽtũ, quæ is Catalogo ſuo cõplexus eſt, quòd inde rectè olfeciſſe mihi videor, quia eũ putat arrogãtiſsimus iſte nõ niſi leges tractare, & intra ſuã pelliculam (vt verbis ipſius vtar) cõtinere ſe debuiſſe, quaſi verò ipſe eruditius, et in cõmunẽ rerũ foreſiũ vſum melius facturus fuiſſet. Itane ſui fuit oblitus, vt promittere hoc ſibi aliquãdo voluerit? Nõ puto, verũ homini ſatis fuit eleuatione magnorũ aliorũ operũ, leuibus ſuis dignitatẽ hoc modo captare: atq; eo adducere nos, vt crederemus Tiraquellũ Chaſſenæo maiora præſtare potuiſſe. Ita ſæpe ſciolos in omni arte facere videas, vt ſi quãdo doctos quoſpiã aut legerint, aut audierint: vulgò illos parũ ſcire iudicẽt, quo lõge doctiores iis de quibus iudicãt, habeãtur. Appellare hic blateronẽ impudẽtiſsimũ lubet. Tam parum peritus & viſus eſt? qui omniũ iudicio doctiſsimus (vt eſt) exiſtimatur? qui eo tam eſt eruditione quã dignitate ſuperior, qui ob ſingularẽ doctrinæ ſuæ cõmẽdationẽ, à munere aduocationis Regiæ, à quo Heduæ honorificè fungebatur, in parlamẽtalem Pariſiorũ curiã totius collegij ſuffragio cooptatus, deinde à principe ipſo in ampliſsimæ Prouincianæ curia promotus eſt citra ambitũ, aut ſuffragiũ cuiuſquã? Huius dignitatis debebat ille meminiſſe, ob reuerẽtiã cuius nemo vel infenſiſsimus ab iis cõtumelioſis cõuitiis nõ abſtinuiſſet, qbus ne minimo quidẽ verbo offenſus vſus eſt, nullã dignitatis illius ſummæ, ſed nec venerabilis ſenectutis rationẽ habẽs, quia opinor, pudori mãdauit laqueũ. Abunde habebat ꝙ inuidiæ ſuæ fecerat ſatis. nimirũ exiſtimans probris ſuis nomini illi tam claro tenebras offudiſſe, quòd tamen nullo modo potuit obſcurari. Monere itaque obtrectatorem iſtum uolo, ne ſe fruſtrà in eo torqueat ampliùs, vt luminibus tanti viri tamq; ſplendidi officiat. Quòd ſi pergat facere, & maledicere vt cœpit nõ deſinat, rurſus moneo, animaduertat verba ſe non facere mortuis ſed cum iis rem habere, qui iniuriã retaliare, & malum malo reddere probè norunt. Vale ſuauiſsime lector, & Chaſſenæum cũ de omni, tùm de pulcherrima quam hic tibi nauauit opera, ama ac redama. è qua maiorem fructum, quam de inuidi ſycophantiis referre te ſenties. Cabilone. 1535.

BARTHOLOMAEI CHASSENAEI *pontificii ac Cæsarei Iuriũ doctoris, ac in Balliuatibus seu prouinciis Heduen. ac Montisßinerij Regij aduocati, in consuetudines ducatus Burgũdiæ, ac Cadrelen. comitatus præcipue, Borbonij ducatus, Niuernen. ac Burgundiæ comitatuũ, & multarũ aliarũ Galliæ prouinciarũ, cõsecutiuè & accessoriè Commentaria. causidicos ipsarum prouinciarum, & utilißimæ praxis sectatores, cæterosque iuris professores, horũ commẽtariorum lectores, sibi autori, fraterno amore iunctos, hac præfatione exhortantis, incipiunt.*

OMNIS qui de se, vel ingenio, vel autoritate, vel literis, vel arte quapiã, aut opera, aliquid seu ciuibus suis, seu propinquis, seu omniũ hominũ generi spondere potest homo, eũ figere sibi vitæ statũ aliquem oportet firmum & permanentẽ, in quo fructũ sibi tributę facultatis à Deo maximo hominibus possit exhibere. Ea de re cùm ego Bartholomæus de Chassenæo inter iurium doctores minimus, aliquando meditarer post tot gymnasia, & in Gallia, & Italia frequentata: post tot ciuitates & oppida peragrata, cõtinuéque inhabitata, post aliquot doctissimorũ hominum conuentus perlustratos, post eos quibus perfunctus sum magistratus in Italia gestos, post illustrissimi domini Caroli Ambasiaci, exquæstoris seu vicegerentis generalis in Italia, pro Christianissimo Rege Frãcorũ, ac magni magistri Frãciæ, & ipsius Christianissimi sub iussibus dicti, ambasia negotia cum aliqua laude peracta & sustentata, quemnã tandem finẽ mihi imponerem, vbi tandem consisterẽ, in qua potissimũ vel ciuitate, vel regione meme, studia, vigiliásque meas cũ laude exercerẽ: pauibundus, ipse vna mecũ anxiè dubitaui, sentiens me tenuissimi ingenij hominẽ, & doctrinæ exiguæ, vt longè cõsultiùs abesse, cum aliqua aureola inter ignotos putauerim, quàm in patria quę semper maximũ aliquid in suis expectat, nõ sum mã laudẽ obtinere. Tandẽ nescio qua in patria charitate deuinctus dulci, à Sceuola iureconsulto libro Digestorum xxxj. l. qui habebat. ff. de lega. iij. æstimata, & à Nasone in Ponto inquiente. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non sinit esse sui, quasi ex Aurelij sententia, illa ipsa quæ genuit patria. quæ me educauit, quæ me in eũ qui sum ad disciplinas capescendas virũ enutriuit, cogitationes omnes meas, & studia, ad hãc ciuitatẽ Heduẽsem, sub Christianissimi Regis nostri Ludouici duodecimi iubare, aduocandi officiũ conuerti, méque constitui, vt neque mihi semper illud Socratis vsurpandũ esset ꝙ essem mundanus, & non Heduus (ei quippe totus orbis pro patria erat) neque parum illud Ciceronis charitatissimũ dictum lectitasse viderer, admonẽtis homines nõ solũ sibi natos esse, sed ortus nostri, partem patriam vendicare, partem amicos: nulláque sit tam vehemens & procul à suo sensu fera, nulla volucris, nullúmque animãtis genus, ꝙ nõ aliquando à cunabulis (vt ita dicam) respiciat, ꝙ non sui lustri, nõ cubilis, nõ nidi meminerit, & in eum sese studeat, cũ est longißimè diúque euagatũ reuocare. Exposuerunt vltro sese morti viri clarissimi tã multi, quorũ recordatione antiquissimi annales referti sunt, pro patria nõ tuẽda modò, sed clarificanda, sed illustranda, sed ampliore honoris & gloriæ fulgore amplificanda. Ego cùm tot annos studiis liberalibus pertriuerim ciuilem sapientiam, tã longissimis conatibus perceptã, iurisconsultorum responsa, magnanimorum Cæsarum sanctiones, & iussus, pontificum decreta condidiscerim; non malim apud meos vel ignobilissimè viuere, fructúmque laborum meorum & vigiliarum communicare, quàm apud peregrinas gentes aduenam, vel summum culmẽ, si contigisset, obtinere? Quod si longè aliter est; quantò pręclariùs à me factum, vt in hac patria nostra sub chorùscantissimis iudiciis seu palatiis, & curiis huiusce nostræ patriæ, in meis laribus & focis, apud meos penates, inter nostra sancta penetralia florentissimè degam, quàm si sub alieno cœlo quantúmuis sanctißimam vitam traduxerim? Quod cùm ego ad sanctissimæ iudicia huius nostræ ciuitatis, & patriæ vitæ statum, his de causis & rationibus, me firmum & permanentem figere ritè statuissem, officio regiæ aduocationis sumpto, adnimaduertitacturus quædam pro studio camerario, ea mihi assumenda, quæ sanctissimis iudiciis nostris, & in palatiis, quotidianis litigiis, & iurgiis sæpius versari viderer, esse attingẽda, iuxta Pauli iurisconsulti præceptum, in l. legaui. ff. de liberis legatis. Audiénsque & perpendens in amplissimo senatu, in auditoriis & palatiis sanctissimorum iudiciorum, huius nostræ patriæ has nostras consuetudines proponi, & allegari, pluraque & infinita super illis oriri dubia, & per illas omnia ferè dubia decidi, & determinari: illas repetitis vicibus legere, & perlegere decreui, vt quantum ingenij mei capacitas extendi posset, illarum intellectum & mentem caperet. Quæ licet aliqualiter visæ fuerint mihi rudes, & quodammodo in quibusdam difficiles, tùm propter aliquorum terminorum obscuritatem, & nouorum vulgi introductionem, tùm etiam propter multorum casuum emergentium, & dubiorum innumerabilem productionẽ, ex quibus reddebãtur difficiliores. Etiam fuissem plurimis curiarum negotiis occupatus, & stimulis vxoris impeditus. Ciceronem ipsum sum imitatus, qui Terentiã repudiauit, eo quòd vxori pariter & philosophiæ operam dare se non posse fateretur. Aliquas horulas furari mihi decreui, quibus ad cõmodum meiipsius primò, aliquorũ deinde practicorum rudium: quia nõ grãdis, non sum grandium cibus: has nostras consuetudines, seu legum municipalium librum exponere tentaui & commentari, in quibus inserui partim à nouissimis, & in causis audita, partim mihi visa vtilia, non quòd sit aliquid in me tale dignum à me audiri vel sciri, sed studio addiscẽdi, quo ille Herennius Modestinus, notando & disputando, optima ratione decreuit. l. finali. §. mixta. ff. de mu. & ho. ingenium enim docile & sine doctore laudabile est, vt dicit Hieronymus, in epistola ad Paulinum. Et vt ait Seneca. ad Lucillum epistola xxvij. Cupio omnia quæ scio in alium transfundere, in hoc aliquid gaudeo dicere, vt doceam. In his enim & prouecti satis proficient, quantum per eum habebunt materiam eorum acuendi subtile ingenium, ad elucidandam in meliùs veritatem, quę sæpius examinata magis in lucem exsplendescit. xxxv. quæstione nona. cap. grauè. vndíque etiam quod meliùs est adinueniendum est. in authentica. quibus modis natura. effici. sui. circa principiũ. Bene etiã dicta reduci possunt ad meliùs, cùm bono meliùs inueniatur. l. vbi autẽ. §. primò. ff. de verborum obligatione. licet plerunque reformentur in peius, iuxta dictum Vlpiani iurisconsulti in libris digestorum. in titu. de appellationibus. vel etiã insulsè dicta emẽdare poterunt, ex quo laudabiliores fiant. l. j. §. & ideo. C. de veter. iur. enucle. vt emẽdata sint emẽdantis, & non emendati. Nã & actiones ciuiles per prætorem suppletę dicũtur prætoriæ. nota glo. ff. de præscript. quòd si quid tale aliquid inuenerint, quod sit insulsè dictum, aut aliàs minus dignum, ad humanam referatur fragilitatẽ. Omnium quidem habere memoriam, & in nullo peccare diuinitatis est, & non humanitatis. Dicit imperator Iustinianus in l. secunda. §. si quid autem. C. de veteri iure enuclean. Si quid autem in eo dignum legerint, domino Deo nostro tantùm, gratias attribuant, Deus enim est qui præbuit leges antiquas, iam senio prægraua-

tas,in nouam pulchritudinem,& moderatum deuenire cõpendium,testante Iustiniano in d.l.ij.in principio.C.de veter.iur.enucle.& Hieronymus in c.reuertimini xvij. quæstione prima. Eruditum si quid & boni fit, non propriæ eruditioni,sed gratię Dei debere existimari,cui nec discrepat text. in c.qui sine.xxvj. quæstio.ij.vbi dicitur. Qui sine saluatore salutem vult habere,& qui sine vera sapientia existimat se prudentẽ posse fieri,non sanus,sed eger, nõ prudens,sed stultus & demens permanebit.A quo iuxta canonicam Iacobi j.quæstio. ij.c. quam pio. Omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est, vt ait Iacobus. Si quis indiget sapiẽtia,postulet à Deo,qui dat omnibus affluenter,& non improperat. Omnis enim sapientia à domino Deo est, & in eo fuit semper,& antè æuum. Ecclesiasti.j. Nec sufficiẽtes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis,sed sufficientia nostra ex Deo est. Pau. secundę ad Corinthios c.iij.Et Beatus Gregorius in homilia penultima dicit de Spiritusancto qui Deus est. Nisi sit intus eum qui doceat, doctoris lingua in vanum exteriùs laborat.Cùm igitur tota virtus nostra humana à Deo dependeat,& sine eius pręsidio nihil possumus,testante Euãgelista.Sine ipso factum est nihil. Ab inuocatione nominis Dei initium faciemus, iuxta morem imperatorum.l.in nomine domini .C.de offi.præfect. Aphri.in authen.de armis.in princi.coll.vj.& in authen.de quæstore. in prin. & in authen.de hęred. & Falc.in prin.& iuxta doctrinã Pau. ad Corin.j.de qua habetur xxvj.q.v.c.nõ liceat.Siue manducatis,siue bibitis,siue quid aliud facitis, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite,gratias agentes Deo. Et id etiam legimus apud veteres factitatum,nam si quippiã operis facturi fuissent, antè omnia cœlestem fauorem precantes Deum inuocabant, vnde apud Persium legitur.

Vatibus hîc mos est,centum sibi poscere voces,
Centum ora,& linguas optare in carmine centum.

Hinc ait Ouidius. dij cœptis aspirate meis.& ait Boeti⁹ de consolatione in iij. inuocandum rerum omnium patrem, quo prætermisso nullum ritè fundatur exordium.Et ideo dicit tex.in authen.quomodo opor.episcopos.in princi.ꝙ omnia rectè geruntur, si principium sit decens & amabile Deo. Ad illum ergo me conuertam, ipsum inuocando, & dicam cum Salomone,da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiam, mitte illam de sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit,& mecum laboret,& cum Iudith.da domine sermonem bene sonantem in os meum. Et non ponderatis humanis demeritis, tua sola clementia in me tui cœlestis fluminis irrigui gratiam influas scientiæ,supplendo defectum,augẽdo ingenij modulum, & memorię quantitatem: vt possim scripturarum libri præsentis(quem interpretandum seu cõmmẽtandum suscepi)veritatem pandere,errores fugare, nodos soluere difficiles , obscura dilucidare,& dubia(quemadmodum ad doctoris officium pertinet)declarare.c.j.de reliquiis & venera. sanctorum.& dicam etiã prout sancta mater Ecclesia canit. Tu lux refulge sensibus, mentísque somnum discute.Te nostra vox primum sonet, & ora soluamus tibi.Deo patri sit gloria,eiusque soli filio, cum spiritu paracleto,& nũc,& in perpetuũ. At ego ipse, quoniam à me iri inficias minimè possit , hosce nostros, qualescunque dici possunt, commentarios in Burgundionum præscriptas obseruationes & cõsuetudines,seu,si mauis,librorum nostrorum elucubrationes, non à meipso haberi, & quidem sine diuino auxilio descendere, inque lucem ipsam nequaquã potuisse prodire,me verò potiùs vbi diuini auxilij penuria adfuisset,Penelopis telam orsum fuisse,eo propterea sum fretus consilio , vt vnde bonum hoc ipsum cœleste à numine mihi contributũ esse supremo cõfiteor,eidem numini non iniuria retribuam præmium,deinde verò quoniam mihi Crœsi ditissimi,auarissimíque Pigmalionis opes,seu diuitiæ minus succumulãtur,in horum retributionem gratiarũque relationem,neue vituperando ingratitudinis vitio accuser,Ambrosiano vtar subsidio. vt ego ipse iuxta anilis vetulę deuotionem,tibi,tuóve templo sacratissimo,quod possum offeram , te scilicet vt spero iri placatum confisus, si vno tetrasticho.Item & ampliùs subiuncto sequentique hexasticho in præsentiarum tete numen trinum & excelsum donauerim,idipsum humile carmen offerens deuotius,vt haberi mihi idipsum opus commentariorum vtilitatis publicæ gratia potiùs conceptum tuo fretus iuuamine confitear, faciliùsq; perficiam,quàm ductus vana huius mundi gloriosus elatione.

Ad Dei omnipotentis numen æternum,de præsentis operis impetranda perfectione.

Tetrastichon.

Omnipotens opifex,qui cuncta gubernat ab arce
Solus olympiaca,solus & astra regit.
Arida rore sacro fœcundet pectora,cuius
Auxiliis præsens aggrediamur opus.

Item hexastichon.

Syderea omnipotens rerum moderator ab arce,
Cuius ab imperio singula quæque micant.
Cuius & æternum regnat per secula numen,
Insuperabilibus nobile præsidiis.
Da præcor ipse tuis(hominum liuore subacto)
Subsidiis,præsens perficiatur opus.

TABVLA RVBRICARVM SEV TITVLORVM, CONSVETVDInum ducatus Burgundiæ, vnà cum Paragraphis, seu Articulis earundem.

Titulus.

Des retraictz. Rubrica.x.

Continet duodecim §.seu articulos.

Titulus.

Des Censes. Rubrica.xi.

Continet septem §.seu articulos.

Titulus.

Des adueuz. Rubrica.xii.

Titulus.

Des forestz, pasturages, riuieres, & prescriptions. Rubrica.xiii.

Continet nouem.§.seu articulos.

Adduerte, bone lector, ad duas additiones prætermissas, quarum prima restituetur.fo.79. post nume.20. & hæc verba, quia sunt vtilia. Secunda verò, eadem pagina, post nume. 25. & hæc verba.ff.soluto matrimonio.

Additio.j.

ADDITIO. Vide Hippolytum de Marsiliis in repetitione Rubricæ de probatio.in xxvj.col.& in cõsilio suo xxxiiij.num.quinto.

Additio.ij.

ADDITIO. Vide Hippolytum de Marsiliis in consilio suo vij.in vij. col.nume.33. & dicit in consi. suo xviij. in iij.colũ.num.ix.ꝙ probationes per coniecturas dicuntur manifestæ probationes, & vide eundem plura ad hoc allegantem, in repetione rubricæ de proba.in lxiiij.colum. *

¶Item folio.251.col.j.in fine additionis nouę incipientis Notanter.adde sequentia, videlicet post hæc verba fuerunt acquisita.

quo ad successionem filiorum respectu patruorum & ascendentium collateralium, non habebit locum.§.*les beritages ensuyuent la ligne du tronc*, qui ponitur statim, ex quo non sunt prouenientia à trunco anunculorum & materterarum, sed in illis succedunt proximiores, vt dixi in dicto.§.*en prochain*, & in glo.fi.*

Index rerum & dictionum quæ hisce commentariis continentur, multò quàm hactenus auctior & verior, ordine digestus alphabetico.

Aduocatus

Et vide

Cœlibem

Et cas

Creditor[...]

Et vt

In ducatu

Filius

H

I.

mentio

Iurisdictio

Si pater

nec per

Matrimo-

Mortuus

Mutanda

Nobilis

O.

Index.

Presbyter

appar.

Q.

Statuta

T

Taciturnitas

Index.

Index.

Venditio

quia stylus est seruandus. Alex.consi.lxv.in fi.in j.vol.Io.de Ana:in c.ad falsariorũ.vbi plene de styl
17 Stylus principis facit ius quo ad omnes. extra de crimine falsi.Imò rescriptum cõtra stylum curiæ impetrat,& est falsum.Fely.in c.ij.de rescr
& sentẽtia lata expresse cõtra stylũ curiæ est nulla.Gui.pape.q.sua.ccxcij. ¶*Aduerte etiam ꝙ stylu
principis,vel habentis potestatẽ legis cõdẽdæ facit ius quo ad oẽs.Panor.in c.ex literis.de cõstitut.
in c.bonæ.*le premier*.de postu.prælа.Alex.cõsi.xxxix.inci.visis.col.fi.in iij.vol. Feli.in c.ij.ver.stylus c
18 Cõsuetudo, rit°, 19 obseruãtia, 20 mores soliti &c. 21 quomodo differant. riæ.extra de rescrip.¶Et quõ etiam differãt consuetudo,obseruãtia,ritus,mores, & desuetudo,sol
& consuetũ vide eundẽ Rochum in d.repetit.c.fi.extra de consuetu.in iiij.q.*vbi ponit de obseruãt
quæ tãtum habet vim facti, & habet effectũ declaratiuũ:*Quoniã si lex est multipliciter intelligibil
seruari debet id quod pluries obseruatum est in curia.allegat.Ant.de But.in d.c.fi.in sua repetition
SEd quia dicitur supra ꝙ consuetudo est ius non scriptũ quæro* Nunquid de essentia consuetu
Scriptura an sit nece 22 saria de essentia consuetudinis. nis sit necessaria scriptura. Text.est ad literam in.§.constat. & §.ex non scripto. & ibi docto.in
de iure natura.gen.& ciui.vbi dicit ꝙ non.Immo plus Bar.in l.de quibus in iiij.col.ver.sed iuxta p
missa quæro.ff.de legi.videtur tenere ꝙ non sit scriptura necessaria per d .§. constat.& per l.ius ciu
in fi.ff.de iusti.& iure.Sed tamẽ finaliter cõcludit,*ꝙ cõsuetudo potest esse scripta:vt in d.l.de qui
vbi dicitur ꝙ nõ est necesse scribi:ergo innuit ꝙ etiã si scribatur est cõsuetudo.Et ideo dicit,ꝙ aut c
sideratur consuetudo quo ad sui originẽ,seu introductionẽ, & tũc impossibile est ꝙ sit scripta: cũ
niat ex tacito cõsensu populi, vt d.l.de quibus.& d.§.constat.Aut consideratur quãtum ad sui ref
mationem: vt est in casu nostro, scilicet in istis consuetudinibus,quibus cum vsus fuerit populus l
go tempore:nũc facit eas redigi in scriptis:& hoc potest fieri.Et hoc est vt memoriæ mandetur,nõ
cam fiat ius scriptũ:& tunc isto casu tanq̃ notoria non indiget probatione.arg.l.contrahitur.ff.de p
& ita dicitBald.in l.j.in vlt.col.C.ad Velleianum. ¶Et ita in terminis nostrarum cõsuetudinum v
hoc anno domini M.cccccxxj.Iacob.de sancto Geor.qui hoc anno fuit positus in lucem:qui ita te
quoad consuetudines Burgundiæ.in repe.l.de quibus.in j. col.ff.de legi.qui distinguit vt hîc ante
ET facit ꝙ no.Bal.in l.ij.in ij.col. C.quando prouo.non est necesse. imò dicit fortius Bar.in rep
ij.in xx.col.C.quæ sit longa consue. *ꝙ quãdo cõsuetudo est notoria,tũc nõ oportet eã alleg
23 Cõsuetudinẽ 24 notoriam probare nõ est necesse. 25 nec probare.Sed credit do.meus Ias.in l.de quibus,in pen.col.ff.de legi.ꝙ nõ sit verũ,per vnã regu
multũ notabilẽ,quæ est*ꝙ licet notoriũ releuet ab onere probãdi,tamẽ nũq̃ releuat ab onere prop
nẽdi. Glo.est singularis in cle.appellãti.de appe.Bar.in l.pe.in fi.ff.de exce. Et ponit de materia pl
Alex.in l.j.C.vt quæ desunt aduo.¶*Sed videtur ꝙ opi.do.mei Ias.non sit sustentabilis:& Bar.b
dixerit,& ad illud quod dicit do.meus Ias.de glos.in cle.appellanti,respondeo quòd verũ est,ꝙ qu
est aliquid notorium parti vel omnibus alijs,ꝙ licet nõ teneatur pars probare,tamẽ tenetur alleg
Sed quãdo est notoriũ omnibus,& parti,& etiã iudici,tũc non est licitũ allegare & proponere,ist
doctrina.Bar.in l.iij.ff.de iudi.imò expressè dicit And.sicu.qui dicitur Barb.in consil.suo lxij.incip
26 Notorium legis non allegãdum. lud in medium referam in iij.col.in i.vol.ꝙ notorium legis nõ est allegandũ. de qua glo. & eius
teria ponit plenissimè do. meus Ias.in l.ex quacũq; causa.ff.si quis in ius voca. & posui in tractat
maledictione creaturarũ irrationabilium.quẽ cõsulendo scripsi super dubio:nũquid animalia fr
bus terræ nocentia possint anathematizari.Et est in vltima parte,in ver . primã præsuppositionẽ
27 28 vbi ad saturitatem de dicta glo. ¶*Sed nunc notoria debet esse consuetudo sicut & lex,cum ita iu
candum sit secundũ cõsuetudinem,sicut secundum legem:*imò iudex qui non iudicat secundum c
29 suetudinem,facit litem suam.Bal.in auten.iubemus.per illum tex. C.de iudi. ¶Adde quæ dicit B
in consi. ccxxxviij. in j.parte. vbi dicit * quòd statuta non indigent productione , in loco vbi vig
30 Consuetudo dicitur lex municipalis. *Nã consuetudo dicitur lex municipalis & particularis illius patriæ vbi viget , quam iudex scire
netur, & secundum illam iudicare . Sicut enim iudex vniuersalis non potest ignorare ius commu
ita iudex particularis non potest ignorare ius particulare.s.consuetudinis.s.quando consuetudo
iam introducta:vt in consuetudinibus nostris. Ita Gemi.in c.j.in ij.col.extra de consti.Bal.enim in
generaliter. C.de episc.& cle. dicit quòd quando agitur super articulo in iure contento, sufficit al
gare causam,licet non allegetur lex,quia ipso iure lex inest causæ.Idem dicendum est in consuetu
patriæ,coram iudice illius patriæ,vbi viget cõsuetudo:quia(vt dixi)dicitur in tali loco ius cõmune
vide ibi plene Bal.Sed tamẽ dicit Bar.in.l.præscriptione,in vlti.col.C.si cõtra ius vel vtili.publi.qu
etiã iudici licet ignorare cõsuetudinẽ:& ideo videtur ꝙ do.meus Ias.bene dixerit non obstantibus
prædictis.Cogita quia videtur ꝙ attento ꝙ cõsuetudines nostræ sunt in scriptis redactæ,& per prin
pem approbatæ & confirmatæ,ita etiã ꝙ fuerũt publicatæ,ꝙ ratione publicationis habẽt vim legis
ab omnibus debent sciri: vt per tex.in autent.vt factæ nouæ constitutio.§.j.col.v. Et faciunt quæ di
cunt Panor.& Feli.in c.j.& ij.extra de cõstitut.Et maximé cũ habentur pro lege:vt apparet in appro
batione facta per principem, quæ est post consuetudines infra descriptas in conclusione illarum:vbi
31 Consuetudines ignorare est lata culpa. princeps voluit eas haberi pro lege,& eas sciri debere sicut leges. *Quas quidem ignorare est lata cul
pa,cum ab omnibus sciri debeant, dicit tamen Fran.de Are.multum nota.in l.moribus introduct
in j.nota.ff.de vul.& pupi.substi. ꝙ approbatio cõsuetudinũ in scriptis redactarũ, seu cõfirmatio pe
principẽ facta,nõ inducit nouũ ius:sed potius illa approbatio q̃ fit p scripturã redigẽdo cõsuetudines
in scriptis, indubio est inuẽta ad probãdũ,& causa memoriæ.¶Vide ad hoc Pyrrhũ in cõsuet.Aure
in sua prefat.de hac materia,vide etiã Rochũ de curte,in repe.c.fi.de cõsue.in cõtinuatione rubricæ.
32 Autoritas cõsuetudinis magna. ET aduerte ꝙ cõsuetudinis autoritas nõ est leuis,imò magna,c.in his.& c. cõsuetudinis.xj.distin.
Panor.in c.cõsuet.extra de cõsue. & ibi in apo.Ber.& Corse.p iij.aut iiij.col.ponitur autoritas &
33 Cõsuetudo est fortior gratia principis. virtus cõsuetudinis. ¶Bal.in c.j.de natura feudi,in prin.allegat Inno.in c.apostolica.de simonia.*du
cit quòd fortior est cõsuetudo,quàm gratia principis.
ADDITIO. Vide Mat. de affli.in cõstitutionibus regni Siciliæ. in cõstitutione quæ incipit.du

ram & diram in vj.nota.* ¶ Nũquid autẽ valeat cõtra ius cõmune ponit do.meus Ias.in l.de quibus. in xvij.col.ff.de legi. ¶ Aduerte etiã ꝙ nihil operatur cõtra substãtiã actus, secundũ gl.quã oẽs approbant in c.ij.de consuet.li.vi.vt dicit Guil.Benedicti in repetitione.c.Raynu. in ver.Et vxorẽ nomine Adelasiam.nume. cccxcviij. de testa. ¶ Et dicit Bal.in consi.suo.clxxxv.colum.ij.in primo volumine, *quòd cõsuetudini sicut matri debet adhiberi reuerẽtia : de quo quidẽ cõsilio fecit mẽtionẽ Boerius 34 Con-
in consuetu. septenæ Bituricen. in ti.de præscri.§.ij. in glo.ij. & in ti. (*Des coustumes des fiefz & cens*) suetudini
§.j.& ij.vbi multũ & singulariter laudat cõsuetudinẽ.Et dicit Luc.de pen.in l.missi opinatores.de exac. vt ma[illegible]
trib.lib.x.C.ꝙ magna est virtus cõsuetudinis, q̃ attẽditur in multis casibus ibi per eũ enumeratis vltra reuer[illegible] exhibẽda.
60.& ibidẽ docet, *quomodo cõsuetudo est altera natura, & ꝙ vincit ingeniũ & artẽ. ¶ Ad hoc allegat Iac.de san.Geor.in l.de quibus, in fi.ff.de legi.gl.in ver.cõsuetudo in l.si quis posthumos in prin.ff. de libe.& posthu. ¶ Intellige dummodo sit rationabilis: vt dicit.Ni.de Lyra in suo Euangel.Lucæ 6. 35 Consuetudo altera natura.

ADDITIO. Vide Matthæũ de afflictis in pręfatione cõstitutionũ regni Silicię.in viij.quæst.*

ITẽ quomodo proponatur cõsuetudo, quomodo probatur, & quid habeãt testes producti dicere ad probandũ cõsuetudinẽ, vide Alber.de Rosa.in rubri.C.quæ sit longa cõsue.in xvj. xvij.&.xviij.colũ. vbi amplè per eum.dicam infra in fine conclusionis harum consuetudinum, & in prooemio sequenti.

IN TEXTV IBI, *Generales.*

ADuerte* ꝙ duplex est consuetudo, generalis scilicet & specialis, seu localis.insti.de iure natu.§.ex nõ scripto & ibi per Io.Fab.super versi.imitãtur.& C.quæ sit lõga cõsue.l.cõsuetudinis. ¶ Cardi. Floren.in c.cum dilectus.col.viij.in vij.quæst.post Hostien.de consuetu.dicit* ꝙ quadruplex est consuetudo.vna generalissima, vt illa quæ est inter oẽs catholicos orãdi versus orientẽ, c.ecclesiasticarum xj.dist.sanctus Tho.ij.ij.quæstione.lxxxiiij.arti.iij.in fi. Luc.de pen.in l.cum Nauarcorum.col.i.C.de nauicu.lib.xj.Alia est generalis quã seruat tota prouincia.c.ex tuarũ.de aut.& vsu pal.& ideo istæ nostræ cõsuetudines dicũtur generales quoad nos: quoniã obseruãtur in tota nostra prouincia. Alia est specialis, q̃ in vna ciuitate locũ obtinet.l.vẽditor.§.si cõstat.ff.cõmunia prædio. Alia est specialissima: vtputa patrisfa.l.vel vniuersorum.ff.de pig.actio.cũ similibus. Aliã diuisionẽ tradit Bal.ponens exempla in l.diuturna.ff.de legi. Aliã tradit Ant.de But.in d.c.fi.& illas ponit Rochus de curte in d.sua repe.c.fi.extra de consi.

1 Cõsuetudo quotuplex.
2

IN TEXTV IBI, *Duchie.*

DVcatus* dicitur regio cui dux dominatur: & pro primiceriatu accipitur, l.ij.C.de dome.& protec. 1 Ducatus quid sit.
lib.xij.& etiã dicitur ducis dignitas seu præfectura, & imperiũ.vnde Iuli.Capi.petẽti signũ prima die tribuno dedit militiæ munus, exprobrãs vtiq; segniciem tẽporũ superiorũ. Quod quidẽ etiã antè in omnibus ducatibus dederat: & scribit Lampri. Heliogabalũ præposituras, & ducatus & officia vẽdidisse. Hoc nomẽ peculiariter datũ est Spoletanæ vrbi, cuius regio Vmbria dicitur ab autoribus: cuius fines à fonte Tyberis vsq; ad Anienis fluuij sinistrã ripam: vbi videlicet Anio Tyberim illabitur. Ducatus ducati, est aureus nũmus ducalis. Hæc dicit Calepinus in suo dictionario in litera D.ante V.

IN TEXTV PROOEMII.

PHILIPPE *par la grace de Dieu, Duc de Bourgongne, de Lothier, de Brabãt, & Lembourg, Conte de Flandres, d'Artoys, de Bourgongne: Palatin de Haynault, de Hollande, de Zelande, & de Namur, Marquis du sainct empire, Seigneur de Frize, de Salins & de Malines.*

SCauoir faisons à tous presens & aduenir, nous auoir receu la supplication de noz treschers & bien amez, les gens des trois estatz de nostre duchie de Bourgongne. Cõtenant, comme puis nagueres apres ce que par lesdictz des trois estatz nous eussent esté remonstrez les grandz inconueniens & inuolutions de proces, qui suruenoient iournellement entre noz subiectz de nostredict Duchie & Conté de Charroloys, à l'occasion de ce que les coustumes generales & locales de nostredict pays n'estoient redigées par escript. Nous eussions à la requeste d'iceulx des trois estatz ordonné que six de noz conseillers s'informeroient desdictes coustumes, & le tout mettroient, ou feroient mettre par escript & declaration, & ce faict, enuoyeroient icelles informations à noz amez & feaulx, maistre Gerard de Plaine, chef de nostre conseil, & president de noz parlemẽs de Bourgongne. Et les autres gens de nostre conconseil residens en nostre ville de Diion, lesquelz presidentz & gens de nostredict cõseil veues par eulx lesdictes informations en escripueroient leur aduis à nous, & aux gens de nostre grãd cõseil estans lez nous: pour le tout veu y faire & ordõner ainsi qu'il appartiẽdroit. Pour lesquelles choses mettre a executiõ & faire lesdictes informations sur lesdictes coustumes generales, nous eussions commis à la nomination de ceulx desdictz trois estatz, ausquelz auons ottroyé de les nommer: Ascauoir pour chascun estat vn. Noz amez & feaulx conseillers messire Ferri de Clugny, docteur es loix & en decret, chanoine & official d'Ostun, & maistre

6 SE D*quo tempore fuerit effectus ducatus,& de origine ducatus:credo quod fuit tempore H ci primi imperatoris,regnantis anno nongentesimo vicesimo , Quo tempore regnabat quid chardus,qui dux Burgundiæ fuit appellatus.Dicam latius infra.

7 Burgũdi olim Heduĩ dicti Burgũdiones vude dicti. DE origine autẽ Burgũdionũ ponit Gaguinus in suis chronicis.lib.j.c. in.historia Glodouei *sed quicquid sit,non credo Burgundos tunc hoc nomine fuisse vocatos,sed vocabantu H qui fere toti Galliæ Celticæ dominabantur:& dicti sunt Burgundiones à burgo Diuion , eo cum semel fuissent Hedui superati & deuicti à Gallis Seno.insurrexerunt quidam ex Burgo Di quod tunc erat sub ditione Heduorũ,qui Galos Seno.superauerunt & deuicetunt,& tunc diceb ꝙ Seno.fuerunt deuicti a quibusdam ex Burgo Diuion.ex quibus tunc nomen sumpserunt Bur.

8 Hedua olim Augustudunũ dicta. prius Hedui dicebantur: * quod nomen adhuc hodie ciuitas nostra retinet:non quod ita olim d retur , sed Augustudunum:in qua erant principes Heduorum: hoc est illius patriæ . Et hæc audi quodam bonæ memoriæ domi.præsi.Burg.cognomine de villeneufue Lugd. qui fuit captus ab H uetiis,qui dicebat se ita legisse apud Heluetios, ipso existente apud eos.

IN TEXTV IBI, *De Bourgongne.*

1 Burgũdia vnde dicta. BVrgundia*secundum quod habetur per Bartholomæũ Ang. in suo libro de propr. rerũ lib. in.tit.de prouinciis,pars est Galliæ Seno.quæ vsque ad alpes Apẽninos se extendit.Et est Bur Burgis dicta.Isid. lib. ix.eo ꝙ Ostrogoti intraturi Ita.ibi fecerunt burgos plures.j.oppida & mu Et huius oppi.est Luc.de pe in.l.eũ q curię.in.j.de fun .rei priua.lib.xj.C.Terra*fortis enim est,&

2 Burgũdiæ descriptio. tosa & pascuosa:& in locis pluribus ne morosa,aquis & flumi.ac riuulis irrigua,in multis locis f lis & fœcũda,in multis sterilis.& arida,& inaquosa . Iuxta alpes maxime frigida ꝑpter frequẽtes & niuiũ inundationes. Plures sunt ĩcolę iuxta alpes qui ex frequẽti vsu aquarũ niuialiũ efficiũtu mẽto turgidi & strumosi.Feris abũdat,s.vrsis,apris,ceruis & multis aliis.Vidi multos in Sabaudi

Gutturosi. mẽto turgidos & strumosos,& etiã in comitatu Bur.iuxta alpes S.Clau.sed ĩ ducatu nulli sunt,aut pauci.Vrsos etiã vidi in Sabaudia,& comitatu Burg.sed in ducatu nulli sunt:licet sint satis & eti dãter,cerui, apri,& etiã lupi,Io.le Maire in suis illust.Gal.in.iij.dicit quod Burg. se extendebat v

Regnum Austrasiæ. ad regnũ Austrasiæ. q̃ nũc dicitur Frãcia Oriẽtalis,& cõtinet septẽ prouin.Ex quibus vna erat ci Arela.in qua erat sedes regũ Burg.habẽs tũc ciuitates plures, & extendebat limites suos vsq; ad m tes Sancti Bernar.& vltra.Cum ciuitas August.& etiam ciuitas Sedu.quæ est in Sueuia, seu patri Heluetiorũ,essent de regno:& ibi potuit videri quod fuerint reges:& de eorũ origine ibi ampl eum.¶*Et cõtinẽtur limites prędicti regni Burg.in sex versibus per Ligurinũ cõpositis,qui sequ

3 Limite Burgũdiæ.

Has ibi metropoles,& primas nominis vrbes, Chrysopolim placidam,Lugdunũ atque Vien
Quique tuos spumante mari prouincia fines, Claudit Arelatum,validis obnoxia ventis,
Chrysopolim dubi⁹ reliquas perlabitur amnis, Maximus allobrogũ Rhodanus dominator aqu

¶De Burgundionibus fit mentio in.c.si gens Anglo.lvj.distin.& in.c.volumus.xj.q.j.& in.l.in l nia.ff.de censi.vbi dicit quod sunt immunes a censu.

IN TEXTV IBI, *De Brabant.*

1 Barbãtiæ descriptio. BRabantia*Germaniæ finalis est prouincia,quæ Galliæ Belgicæ est contigua , habens Rhenu Oriẽte, & Frisiam,Britannicum Oceanum,& Flandricum sinum ab Aquilone,inferiorẽ Ga ab occidente,superiorẽ verò Franciam a Meridie,quã Aucupissinosa præterfluit:multa habens o da & famosa. Terra fertilis in fructibus , populosa , gens elegãtis staturæ & venustæ formę. Belli animosa contra hostes,inter se autem placida,deuota & benigna: vt dicit Bartholo.Angli.in libro proprietate rerum,titu.de prouinciis.

IN TEXTV IBI. *Conte de Flandres.*

1 Comes qs dicaur. COmes*propriè dicitur qui fuit inuestit⁹de comitatu:vt in tit.quis dicatur Dux,Marchio,Co *Alij verò comites q nõ sunt ĩuestiti nõ dicũtur ꝑpriè comites,sed abusiuè,vt sunt comites

2 Comites palatini abusiuè dicũtnr comites. palatij,q legitimãt spurios & naturales creãt tabellio.faciũt doctores & alia,ꝑut in eorũ priuilegiis tinetur.ita dicit Bal.in.c.ĩ.verbo,comes,d.tit.in.tit.quis dicatur dux, mar.co. ¶Hinc ꝑ hęc decid test q.de com. Pal.habẽte potesta.legitimãdi naturales & spurios,exceptis filiis natu.ducũ,marchio comitũ:q potest legit, filiũ naturalẽ comitis Pala.vt tenet Marti.laudẽ,in prædicto cap.j.in.tit.qui

3 Comitũ filij dicunturcomites spe,non re, catur Dux,Mar.Co.Iacobi.de S.Geor.in tract.suo feudorum,in verbo,comes. vbi etiã dicit,*ꝙ comitũ habẽtiũ comitatũ possũt appellari.comites spe,sed nõ re:& ita intelligitur ꝙ no. gl.pulchr c.fi.xxij.j.q.j.de comitissa Cãpa.& Matilde.habem⁹ gl.in.l.fi.C.de arbi.& ĩ.l.sed & si susceperit.§.libe ti.ff.de iudi.no.per Canon.in.c.dilecti.de arbi.& dicit etiã idẽ Iaco.ꝙ feuda comitalia habent ma specialitatẽ,qa licet creditor ĩ actione personali possit petere se mitti in possess. feudi quod habet v sallus,& possit perueniri ad missionẽ iu possess. ex secundo decreto: nõꝙ ius feudi transferatur,in sũ creditorẽ neq; etiã vtile dominiũ,ꝙ habet vasallus in feudo,sed solũ percipiet ipse creditor fructus

4 In feudo comitiali nõ fit missio in possessionem. & redit⁹ dicti feudi:vt elegãter tradit Bar.in.l.si finita.§. si de vectiga.ff.de dã.infecto.& ꝑ Ang.in.l.eo rũ.eodẽ tit. * Tamẽ in feudo comitali nõ fit missio in possess.nec substãtia feudi comitalis trãsibit in creditorẽ,sed solũ ꝑcipiet fructus.Ita notabiliter dicit Bal.in aut.ei qui iurat,in quarta charta.C.de bo nis autoritate iudicis possidẽdis. ¶Aduerte etiã ꝙ quãdo creditor mittitur in possess. feudi in actio ne personali vasallus debitor est ille qui tenebitur præstare seruitia domino suo,non autem credito secus autem si missio fieret ratione rei:vt dicit Bartolus in dicto §.si de vectigalibus.

DE comitibus verò habentibus comitatũ cum dignitate,tangitur in l.j.& ij.C.de offi.præfec.Ori & de offi.cõ.re.priua.& in l.j.C.de aduo.diuer. iudicum.& in pluribus tit. positis in lib.xj.& xii C.Et in vsibus feu.de pa.tenen.& in pluribus aliis locis,quos recitare esset magis laboriosum,q̃ sub tile.vt dicit Alua.in d.c.j.quis dicatur Dux,Marchio, Comes. Et dicit ꝙ quandoque etian datur h dignitas

dignitas à lege,vt patet in doctore qui legit.xx.an.vt probatur in l.j.cum ibi no.C.de profes.qui in vrbe Constan.lib.xij.& per Bar.in l. Alexandrię.C.de decurio.lib.x.

ADDITIO. De qua dignitate Comitatus data doctori à lege, dixi in Catalogo gloriæ mundi,in decima parte in. xxvj.cõsideratione,de aliis verò Comitibus dixi eodem lib. in v. parte,in xlv,cõsideratione,vsque ad liiij.vbi etiã dixi de comitatus dignitate quæ datur à rege.

IN TEXTV IBI, *Flandres.*

Flandria*est prouincia Galliæ Belgicæ iuxta littus Oceani constituta,habẽs Germaniã ab Oriẽte, insulã Britanniæ à Septentrione,ab Occidente mare Gallicum, à Meridie Galliam Seno.& Burg. ¶Hæc prouincia quamuis situ terræ sit paruula, multis tamen bonis singularibus est referta. Est enim terra pascuis vberrima,& armẽtis & pecudibus plena. Nobilissimis oppidis & portub⁹ maris inclita, amnibus famosis,scilicet Scalda & Lera vndiq; irrigua & pfusa.Gẽs eius elegans corpore & robusta,multiplex in sobole & substãtia.In omniũ merciũ diuitiis locuples, venusta facie generaliter & decora:effectu pia,affatu blãda,gestu matura,habitu honesta,erga domesticos pacifica,erga extraneos valde fida,arte & ingenio in opere lanifico valde præclara. Per cuius industriã, magnæ parti orbis in lanificiis subuenitur.Nã preciosam lanã quã sibi Anglia cõmunicat, in pannos nobiles subtili artificio transmutans,per mare & terrã multis administrat.¶Est autem terra plana & frugifera in multis, multas quidem habens arbores,non tamen multas syluas.Gaudet quibusdã locis palustribus, in quibus effodiuntur glebæ q̃ syluarũ supplẽt defectũ,quo ad ignium incremẽtũ. nã ex his calidus & fortis ignis solet fieri magis efficax,q̃ ex lignis,licet inutilior & vilior quo ad cinerẽ, grauior quo ad redolentiam & odorẽ:vt refert Bartho.Angli.in lib.de proprieta. rerum.tit.de prouinciis.¶Dicit tamen Guaguinus in lib.v.suarum historiarũ,quãdo loquitur de rege Carolo Caluo, ꝙ olim Flãdria paucis vicis tunc atq; ædificiis ornata erat, & feris magis q̃ hominibus incolebatur:eiq; præficiebatur à rege custos qui Frãcorũ lingua Forestarius dicebatur, & hac occasione Comitatus dignitatẽ accepit, cùm ipse Caro.de Balduino custode Comitẽ fecerit.Ex quo tempore fuerit,ponitur in facisculo tẽporum, fo.xlix.Et vt refert Calepinus in suo dictionario,in litera f.ante L.Flãdria*habet varios populos,qui prisco nomine Cymbri dicti sunt.Et vide in dicto supplemẽto chronicorũ.lib.iiij.& etiam libro xij.

1 Flandriæ descriptio. Forestari⁹ comes effectus. 2 Flãdria olim Cymbria dicta.

IN TEXTV IBI, *Palatin.*

Palatini*dicuntur proceres palatij,quorum consilio regitur respublica. glo.in l.fi.in verbo, palatini.C.de rescin.vendi.¶Et aduerte ad id quod dicit ibi Alberi. quòd illa lex in curiis malè obseruatur:ideo in eis fiunt baratariæ multæ.Quod non credo verò,cum qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.¶Et aduerte etiam,quia Palatini dicuntur,quia de sacro palatio constituti, vel in eo militantes,vt de castren.pala.pecu.l.vnica in prin.& in fine & de priuile . eorum qui in sacro palatio mili.in rubro & nigro. Et in. l.fi.lib. xij.C.Et dicuntur vicarij , quia quodammodo gerunt vicem principis,vt de palati.sacrarum largi.C.lib.xij.& est etiam nomen principis. vt sumitur, in glo.in l.fi. C.de pala.sacrarum largitionum.prout forte hìc sumitur,& faciunt ad prædicta quæ dicit Iacobus rebuf.in l.j.C.de palati.sacrarum largitio.

1 Palatini qui sint. Palatini vnde dicti.

IN TEXTV IBI, *Holande.*

Holandia*est quædã prouincia sita iuxta ostia Rheni, vbi intrat mare,Brabãtiæ cõtigua, & a Meridie vicina Frisiæ,ab oriẽte Oceano,vnde Britãniæ cõiuncta, ab aquilone interiori Galliæ Belgicæ est propinqua,atque Flãdrię ab occidente.Est autem terra palustris & aquosa, ferè ad modum insulę, vndique maris brachiis atque Rheni fluuio circunfusa.Habens lacus & stagna multa, & pascua valde bona,& ideo armentis,pecudibus,& iumentis est referta.Eius gleba in locis pluribus est valde frugifera,& in pluribus etiam nemorosa,plures & vtiles habens venationes. In pluribus etiam bituminosa,ex qua formatur materia apta ad ignium nutrimenta.Et est terra diuitiis, quæ transeunt per mare & flumina plurimum opulenta. Cuius ciuitas principalis Traiectum nuncupatur in latino: Hutrect verò in idiomate Germanorum.Nam ad Germaniam pertinet quo ad situm, quo ad mores, quo ad dominium,& etiam quo ad linguam.Cuius gens elegans est corpore,robusta viribus, audax animo, venusta facie,honesta moribus, deuota deo , fida hominibus & pacifica, minus prædis intendens & raptibus quàm aliæ Germaniæ nationes.ita dicit Bartholomæus Angli.in lib.de proprietatibus Rerum,titulo de prouinciis.Et in dicto supplemento chronicorum libro xij.

1 Holãdiæ situs. Traiectũ ciuitas.

IN TEXTV IBI, *Zelande.*

Zelandia*est prouincia & terra matitima ad modum insulæ,flumine & maris brachiis circundata. Habet autem Holandiam ad orientem,Flandriem ad Meridiam,Oceanum ad Occidentem,Britãniam ad Septemtrionem. ¶Sunt autem ibi plures insulæ paruæ & magnæ, brachiis maris separatæ ab inuicem & distinctè. Et sunt illæ insulæ fortissimis aggeribus cinctæ in circuitu,contra maris impetum , & munitæ. Quarum gleba est valde ferax quo ad segetes , sed quo ad arbores est quasi nuda. Non enim possunt arbores propter maris salsuginem perfundere suas radices : & ideo post plantationem citò deficiunt & arescunt . ¶Est autem Zelandia valde populosa , diuitiis opulenta variis, gens magnæ staturæ,fortis corpore,& audax mente, circa cultum dei deuota, inter se pacifica & quieta,multis benefica, & nullis molesta, nisi quando hostium insolentiis est resistere coacta : vt dicit dictus Batholo.Angli.in lib.de proprietatibus rerum.titulo de prouinciis.

1 Zelãdiæ descriptio.

IN TEXTV IBI, *Marquis.*

Marchio * dicitur à Marchia:vt dicit tex.in c.j.quis dicatur Dux Marchio.Comes, * & est dignitas regalis,secundum Bal.in.c.j.in tit.de feudo marchiæ.Nec debet diuidi Marchionatus,imò nec potest.c.j.§.præterea.de prohibita feudi alienatio. per Federi.Ita dicit Iacobinus de sancto Georgio, in suo tractatu feudo.in verbo.Marchio in Italia.

1 Marchio qs dicatur.

IN TEXTV IBI, *Du sainct empire.*

1 Imperiū quare dicatur sanctum. QVare*dicitur sanctum imperiū?quia omne imperiū est à deo permissiuè,formaliter,& effectiuè: vt dicit Bal.ī c.j.quis dicatur Dux,Marchio,Comes.Et deus imperiū de cœlo cōsti.vt in aut.de intru.§.quia igitur.& dixi supra in gl. *Par la grace de dieu,* Et idē potest dici de quolibet prin. in quo 2 prīceps nō recognoscit superiorē:vt est in rege Frācię,*qui dicitur impera.& monarcha in suo regno. Vide de hoc Math.de affli.in pręfatione constitu.regni Siciliç,in xv.q.& dixi ampl.

ADDITIO. in catalogo gloriæ mundi, in v.parte.in xxx.& xxxj.cōsiderationib⁹.¶*Imò potius *3 Regnū Frāciæ debet dicit sanctum.* regnū Franciæ debet dici sanctū imperiū,ꝙ probatur.Nā regna sunt de iure diuino approbata,& nō īperiū.De regib⁹ꝙ fuerūt approbati,& ꝙ ceperūt originē à iure diuino,patet de Saul,Salom. Dauid & pluribus aliis approbatis à deo.c.j.de sacra vnctione.§.vnde in veteri, vbi enumerātur aliqui reges vncti de mādato do.Et dicitur Prouer.viij.Per me reges regnant.Et in psal.lxxj.Deus iudiciū tuū reg *Prouer. viij. Psal.lxxi.* da.Et in pluribus locis fit mētio de regibus,sed nō inuenies ꝙ fiat mētio de impera.Ita dicit Oldrau. cōsi.suo.lxix.incip.Cōsueuit dubitari.Et Pet.de Ancha.in cōsi.suo.cccxlj.incip.Pro maiori intelligē tia.Et Corset.in tra.suo de potestate regia in.j.q.¶Intellige ꝙ adhuc inter alia regna regnū Fran. de *4 Rex Frāciæ dicitur christianissi.* bet dici sanctū imperiū:*cū rex noster dicatur christianissimus:vt habetur in extraua.Ioā. xxij.q.incipit.Prodiens.Et gloriosissimus etiā dicitur.c.hoc quippe.iij.quæstio.vj.& excellentissimus,xj. quæ ij.c.excellentissimus, & illustris,c.nouit de iudiciis.in subscriptione.c.nouit extra de appel. & meritò talis dicitur:quia plures prouincias seu ciuitates sub se habet:vt dicit Bal.in l.j.ff.de offi.præfe.prę *5 Archiepiscopat⁹ 6 regni Franciæ.* to.*nā sub se habet xij.archiepiscopatus,s.Remen.Senon.Rothomagē.Turonen. Bituricen. Lugd. Narbon.Tholosanū.Auxitan.Burdegalē.Viēn.Bisuntin.& in dictis locis sunt sedes archiepiscopa. ¶*Et sub regno sunt centū & quatuor ciuitates, in quibus sunt sedes archiepiscoporū & episcop. *7 Rex Frāciæ quare dicatur christianissimus.* ponit Albe.de Rosate.in rub.ff.de statu hominū,vbi potest videri ad plenū. ¶ Et dicitur christia. gratia dei operāte,propter famę claritatem,fauorē deuotionis,& sinceritatē fidei catholicæ:quæ se per in regibus viguit,vt patet in historiis regū Francorū. De quibus quodāmodo meminit Ioā.Fe rault in suo tractatu de iuribus ac priuilegiis regni Francorū,vbi ponit multa priuilegia quæ hic *8 Rex Frāciæ facit miracula.* lo transportare.¶*Et inter alia vnū est per quod demōstratur, & videtur eius sanctitas ex apertis mi raculis & notoriis quæ faciunt reges in regno suo,sanando ex tactu eorū infirmos illo morbo, qui citur, *Les escrouelles* apud nos,apud alios verò propriæ dicitur morbus regius.Et vt videmus,vnus cedendo alteri,iure hæreditario,succedit in simili potestate faciendi miracula: vt satis amplè scrip *9 Aurea flamma.* glo.Pragmaticæ sanctio.in prooemio in glo.ij.¶*Aliud etiam est quod est mirabile,ꝙ dicitur Aurea flamma,quòd est signum victoriale,in quo scriptum erat,in hoc signo vinces,vbi erat signum cru quod quidam dicunt venisse in somno,quod viderit Constantinus in cœlo. sed verius credendū est sit aurea flamma regi Frācorū cœlitus demissa:prout etiā sentire videtur Lucas de Pēna in rubrica *10 Rex Franciæ non potest excōmunicari.* prępositis laborū.lib. xij. C. de quo etiā vide Gaguinū in Chronicis Franciæ, in vita regis Clodou. ¶Aduerte etiam.*quia vt quidā volunt dicere, rex Francię nō potest excommunicari ex priuileg. nec à canone:nec ab homine.& ita dicit Helyas in casus positione.c.vbi periculum.de electio.in.vi.

IN TEXTV IBI, *Seigneur.*

QVæri potest,quis dicatur dominus.Satis ponit Calepinus in suo dictionario,in litera D.an.O sed hic capitur pro habente imperiū merū,siue omnimodā iurisditionem. vt clarè cognosci *1 Rex est nomen dignitatis, dominus tyrānidis.* test.¶Aduerte*quia nomen regis ad dignitatē honorísq; potestatē pertinet.Nomē verò domini tius ad tyrānidē,vt colligitur.xcv.dist.c.esto.post prin.& xciiij.dist.c.vlti.Et domini vocātur:sicut broh:Nec Augustus voluit vocari dominus.vide Lucā de Pen.in l.j.C. de capitatione ciuium cens eximenda.lib.xj.Bar.dicit in l.cū si exhibuisset.ff de pu blica.& vectiga.quòd dominus capitur pro bente maioritatem siue præeminentiam,& non pro habente dominium.

SEd quia dicit se dominum illorum locorum,an est dominus rerum particularium ? Hanc quæstio nem disputauit Barto.in l.omnem,in secunda constitutione.ff.& Alberi.in.l.bene à Zenone.C.de quadriennij præscriptione.& nota.in l.deprecatio.ff.ad legem Rhodiam,de iactu. non insisto nunc quia non est præsentis speculationis.& Albe.de Rosate plenè tractat in illis locis.

IN TEXTV IBI, *De Frize.*

1 Frisiæ situs. FRisia*est prouincia in finibus inferioris Germaniæ super littus Oceani,tractu longissimo consti tuta,quæ in fine Rheni incipit,& mari Danico terminatur:cuius incolę Frisones à Germanis nun cupantur.¶In habitu autē & in moribus plurimum differunt à Germanis.Nā viri ferè omnes coma circulariter sunt attonsi:qui quantò sunt nobiliores,tantò altius circūtōderi gloriosius arbitrantur. ¶Est autem gens viribus fortis,proceri corporis,seueri animi,& fortis, corpore agilis, lanceis vten tes ferreis pro sagittis.Terra plana,pascuosa,palustris,& graminosa,lignis carens. Pro ignium fomen to terræ bituminosis cespitibus, aut boum desiccatis stercoribus sæpe vtens . ¶ Gens quidem est li bera extra gētem suam,alterius dominio non subiecta. Morti se exponunt gratia libertatis,& potius mortem deligunt quàm iugo opprimi seruitutis. Ideo militares dignitates renuunt , alias annuunt & aliquos inter se erigi in sublime non permittunt sub militiæ titulo:subsunt tamen iudicibus,quos annuntiatim de seipsis inter ipsos ordinant & disponunt. Pro castitate multum zelant: & omnem impudicitiam seuerius punientes, filios suos & filias vsque ad completum ferè adolescentiæ termi num,castos seruant.Ex quo contingit,quòd tunc temporis data nuptui ipsorum soboles, prolem com pletam generat & robustam:vt hæc habentur in libro de proprietatibus rerum,titulo de prouincijs & in fasciculo temporum.folio xliiij . legitur quando Frisia conuersa ad fidem Christi, & quomodo ibi primo prædicauit sanctus Vilibrondus.¶Et de his Frisonibus facit mentionem textus in cap. vo lumus.xj.quæstio.j.

IN TEXTV IBI, *Scauoir faisons.*

HIC loquitur in plurali*quia regulariter nedũ princeps sed etiam quilibet magistratus qui personã reipu.repræsentat,debet,loqui in plurali.secundũ Poli. li. v. c.iiij. & vide ꝙ legitur & notatur in verbo singularis.de re.iud.in vj.c.cum ab vno.& de crimine falsi c.quàm graui,& per Archi.in c.sicut de electio.lib.vj.in gloss.ista littera.

1 *Principes in plurali loquũtur.*

IN TEXTV IBI, *Nous auoir receu.*

NOta*quòd iustè deprecantibus non est denegandus assensus.insti.de his qui sunt sui vel alieni iuris.§.sed dominorum.

IN TEXTV IBI, *La supplication.*

ADuerte*quia principi supplicandum est.vt.C.de precib.impera.offeren.Et vt valeat quòd per supplicationem impetratur,non debet esse damnosum fisco,nec iuri, vel vtilitati publicæ contrariũ. C.de precibus impera.offeren.l.iij.&.l.omnes.C.si.contra ius vel vtili.publi.neque mẽdosum.l.fi.C. de diuer.rescrip .*quòd si princeps per supplicationem aliquid concedat contra ius diuinum , contra ius humanũ,vel contra ius ciuile,auferendo dominium rei meę:vel contra legem:an debeat dicere:nõ obstante tali lege:vel sufficiat dicere : non obstante quacunque lege in contrarium faciente ? De his omnibus vide Bar.Bal. domi.meum Iaso.post alios in l.omnes.C.si contra ius vel vtili. publi. de j.ij. &.iij.q.per Feli.in c. quæ in ecclesiarum,extrà de constitutio.De tertia an possit rescribere contra ius ciuile,per Alex.& Iaso.in l.iij.§.si is pro quo.ff.quòd quisque iuris,non obstan.vide Feli.in.c.nonnulli in.x.col.in versi.fallit,de rescrip.Alexan.& Iason in.d.§.si is pro quo,vide in tractatu clausularum in quinta Charta.Alex.Iaso.& Areti.in l. quod in rerum.§.fi.in primo notabili. ff. de lega.j. faciunt quæ dicit Alexan.in consilio suo.ccxxv.incipien.Viso titulo quamuis in iij.col.ij.volu.

1 *Iustè supplicantes exaudiendi.*
2 *An supplicanti cõtra ius cõcessum valeat.*

IN TEXTV IBI, *Les gens des trois estatz.*

QVomodo *& qualiter fiat conuocatio istorum trium statuum,Io.Fab.insti.de pœna teme.litigã. §.omniũ,dicit quòd quando curia Franciç vult facere collectas.non vocat nisi prælatos,Barones,& villas notabiles,& isti sunt tres status . De iure verò quomodo fiat conuocatio talium ponit Bar.in.l.omnes.ff.de iusti.& iure.¶Hodie verò de consuetudine mittuntur literæ autoritate principis ad prælatos,& Barones,particulariter,& ad incolas cuiuslibet ciuitatis & villę,vt mittant aliquos ex ipsis sufficien.ad locum in eis descriptum,& ad certam diem causa audiendi & faciendi super proponendis,secundum quod eis videbitur expedire.

1 *Conuocatio triũ statuum Burgundiæ qualiter fiat.*

IN TEXTV IBI, *Nous eussent esté remonstrez les grandz inconueniens.*

NOta quòd persuasio & suggestio quæ fit principi super aliqua lege vel ordinatione facienda debet esse iusta & vtilis his inter quos disponitur.iij.distĩctio.c. erit autem lex. j. distinctione. c.ius generale.Ita dicit Ioannes de Platea in l.placuit.C.de palatinis sacrarũ largitionum lib.xij.*& aduerte quòd ad publicam vtilitatem pertinet amputare prolixitatem,& inuolutionem processuum l.properandum.in prin.C.de iudiciis.Bal.in proœmio.C.in.§.quibus in.ij. col.c.finẽ litibus.extra de dolo.

ADDITIO. Aduerte tamen* quòd imperatores Romani etiam locuti fuerunt in singulari.vt in in l.j.C. quomodo & quando iudex,ad idem text.in l.ij.C.de appella. Et etiam iurisconsulti,vt in l.j.ff.de testa.militis. & in l.ij. §.penu.ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & dicit Bar.in l.j.C.de vetera.lib.xij.cum deo omnipotenti bene dicatur, tu , non fit iniuria imperatori si dicatur,tu.*Et etiam dicit Cy.in l.vnica.C. vti possidet.quod Iulius Cęsar inuenit modum loquendi in statu dignitatis in numero plurali,vide etiam tex.in l.ij.C.de dona.inter virum & vxorem,tamẽ semper & vbique loquuntur in plurali,quando statuunt ordinant,aut præcipiunt, vt in infinitis legibus, quas fastidiosum esse allegare.*

1 *Prolixitas,& inuolutio ꝓcessuũ amputanda.*
2 *Loqui maioribus in singulari an liceat.*
3 *Loquendi modum pluraliter in statu dignitatis quis repererit.*

IN TEXTV IBI, *Redigées par escript.*

NVnquid de esse & essentia consuetudinis sit necessaria scriptura , dixi in principio , in titulo generali.in prima glo.huius voluminis.& vide quæ dicit Philippus Decius in rub.de constitutioni. vbi plenè ponit an de essentia legis sit necessaria scriptura.

ADuerte,quoniam,vt dicit Iacobus.de sancto Geor. egregius doctor,& qui multa consilia fecit ex partibus Galliæ,quippe bonus practicus.Consuetudines nostræ Burgundiæ probantur per aperturam libri ex quo sunt redactę in scriptis:& vt audiui à multis,qui fuerunt eius discipuli,habebat eas prę manibus.Ideo de eis sępissimè in suis lecturis facit mentionẽ.Et ita dicit in.l.de quibus col.iiij.ff. de legi.Et quoniam fuit discipulus præceptoris nostri do. Iaso. vt ipse testatur in. l.j. C. de edicto diui Adriani tollen.egregius & præstans doctor fuisse perhibetur : nam sæpe solet similis filius esse patri,& magistro discipulus,notat glo.fi.in.c. fi.de consecratione. distinctione v. quæ pro hoc allegat.c. cum beatissimus xxiiij,q.j.

IN TEXTV IBI, *Et declaration.*

PEr hoc satis apparet quòd voluit solum consue.antiquas redigere in scriptis,& nullas nouas facere,*quia qui declarat non dicitur nouum facere,vt tenet Oldradus consilio clxvj.

ADDITIO. Vide plura ad hęc per Matthæũ de afflictis in constitu.regni Siciliæ,in constitutione quæ incipit, exceptiones,in quinta quæstione primi notabilis.in.ij.libro.

1 *Declarans nihil noui facit.*

IN TEXTV IBI. *Ordonne que six de noz conseilliers.*

SIC in petendis tabulis fuerunt decẽ.ff.de origi.iuris l.ij.§.ex actis.Tres verò in insti. componẽdis. vt in insti.proœ.in.§.cũq; hoc deo.&.§.quas ex omnibus.Et sexdecim in cõpilatione fforũ.l.ij.§.quę omnia.C.de vete.iur. enucle. Et quinque in compilatione noui codicis.vt.C.de iusti. codi. cõpo. & hæc omnia ponuntur in prima rub.C.de nouo codic. faciendo. §. quibus specialiter in gloss. ¶Nam vt hic videmus consilio sapientũ patriã suam regebat,cũ consiliarios haberet.*Nã impossibile est salubriter principatũ disponere,nisi cõsilio sapientũ agatur:vt ait Policrat.in lib.v.c.vj . Cũ etiã dissipetur

1 *Princeps consilio sapientũ agi debet.*

cogitationes vbi nullũ eſt cõſiliũ.Prouer.xv.vnde Roboã ideo regnũ perdidit, quia cõſiliũ illorũ q
ſibi ſtatuti fuerant pro conſi.audire negauit.iij.Regũ.xij..c.trãſumptiuè in c.eccle.xvj. q.j.&vij.q.j.
deniq;,vbi Ioã.de turre cremata ponit,quomodo ex conſi.ſenũ noluit benigne agere,ſed ex conſi.
uenũ imperioſè viuere cũ populo: & ideo ex xij. tribus Iſrael decẽ conſtituerũt ſibi Hieroboã regem
Aſſuerus autẽ,quia vſus eſt conſi.ſapientũ triumphauit ſuper cxxvij. prouincias,Heſter.j.c.& omnem
terrã,& cunctas maris inſulas fecit tributarias ibi. c. x.Et ſalus ibi eſſe dicitur,vbi multa cõſi.Prouer.
xj.& ideo ſemper principes debẽt vti cõſilio cõſiliariorũ.Vide in hoc plenè per Lucã de Pẽna.in l.o
nes C.de decurionibus lib.x.vbi ponit conſilij deſcriptionem,& quod conſi. ſunt vtilia & neceſſaria
2 Cõſiliarij principis quales eſſe debeãt principi & etiam reipu.¶*Sed quales eſſe debeant, bene cogitandum eſt:iuxta illud Eccleſia. vj.
conſiliarius ſit tibi vnus de mille.& ſunt introducendi in conſi. ſapientes graues moribus & experti
De ſapiente habetur Thob.iiij.c.Conſilium ſemper à ſapiente perquire.& Eccleſiaſti.xxj.ſcientia ſa
pientis tanquã inundatio abundabit,& conſiliũ illius ſicut fons vitæ permanebit:& ideo ibidẽ.viij.
dicitur.Cum fatuis conſiliũ non habeas:nõ enim potuerunt diligere,niſi quę eis placent.Item debẽt
3 Graues homines qui. eſſe graues moribus & experti,iuxta illud Eccleſiaſtici xxvj.Quã ſpecioſum à canicie iudicium.*Gra
ues enim homines dicuntur à quinquageſimo anno vſq; ad lx.ſecundum Archi.in.c.eſtote.j.q.j.&
Io.de turre crema.Et tales ſenes ętate præſumuntur magis probi,q̃ iuuenes.c.ſi officia.ix.diſt.&maior
ſciẽtia in eis præſumitur.c.porrò.lxxix.diſt.& maior morũ grauitas.c.j.xij.q.j. & ſermo veracior.c.
4 Iuuenes quãdoque ſenes dicũtur ꝓpter virtutes. ſanguineos.xxxv.q.vj.& maior iuſtitiæ examinatio.c. ſi quid verò lxxxvj.diſt. ¶*Iuuenes etiã quã
doque ſenes propter virtutũ copiã dicuntur,ſecundum Archi.in. c.eſtote ſupra alleg. & in.c.fundamen
ta.col.iiij.de ele.lib.vj.& in multis commendãtur,quia ſunt perſpicaciores ingenio. glo.in l.Gallus
5 Ætas virtutibus ſuppletur. prin.in verbo conſi.ff.de lib.& poſth.Et ſecundum Philoſophũ ſunt liberales,animoſi,bonę fidei,
ſericordes,verecũdi & magnanimi:& ideo non ſolũ ætas inſpicitur,imò etiã virtus pernota.in c.cum
in iuuẽtute.de præſum.& ibi Panor.qui dicit, ꝙ nõ qui maior fuerit in honore eſt iuſtior, ſed qui
iuſtior,eſt maior.¶Et ideo no.ꝙ ætas aliquãdo per virtutes ſuppletur.c.monachus nouitius.lxx
di.& in c.de illis de deſpon.impu.Et qui ſint præferendi,an iuniores,an ſenes,vide do.meum Iaſ.
cum quid,in prima lectura.in.iij.& iiij.colum.ff.ſi certum peta.Aduerte tamen ad illud quod dicit

Roma vetus veteres cum te rexere Quirites, Non bonus immunis,nec malus vllus erat.
Defunctis patribus,ſucceſſit praua iuuentus, Conſilio cuius præcipitata tu es.

¶Et quòd ſeniores ſint præferendi,vide amplè per dominum Guil. de Montferrat in ſuo tractatu de
poteſtate concili j generalis,in quinta parte.

ADDITIO. Et quod dixi in Catalogo gloriæ mundi , in.xj.parte.in.xvij.cõſideratione.& in
parte in xxix.cõſideratione.Intellige tamẽ,dũmodo nõ ſint ſenes decrepitę ætatis
6 Decrepiti præſumũtur inſenſati. *quia tales præſumuntur nõ habere ſenſum,per id ꝙ habetur ij.Reg.c.xix.verſi.erat autẽ Belzelai
laaditis ſenex valde ,id eſt octogenarius:& ꝙ voluit Alberi.in l.ſimul.C.qui teſt.face. poſ. ad ꝙ etiam
facit quod dicit Cato. Cũ ſapias animo noli irridere ſenectã.Nã quocunq; ſene ſenſus puerilis in
eſt.& vt refert Bal.in l.q̃d ergo.§.pœna grauior.col.vj.in repeti.Odofredi.ff.de his q̃ notãtur infamia
7 Bulgar⁹ ad quoddelirum inſenio peruenerit. dicit * quod Bulga.antiquus iuris ciuilis gloſſator,& optimus interpres, adeò ſenuit quòd cũ pueris
ludebat ad palmã,& dicit beatus Gre.in homelijs, *ꝙ in ſenili ætate ſtatura curuatur,ceruix ex
ta deprimitur,frequentibus ſuſpiriis vrgetur, virt⁹ deficit loquẽtis,verba anhelitus intercidunt,
lãgor deſit ſenibus,ipſa ſalus ęgritudo eſt.& vt dicit Philoſo.in.ij.Rhetorico. Pueri habẽt quinq;
8 Senectutis incõmoda. prietates,quas ſimiliter habẽt & ſenes,maximè decrepitę ætatis,vna eſt ꝙ ſunt puſillanimes,co
humiliati à vita,alia eſt quòd ſunt formidoloſi,& omnia pertimẽtes:& ideo vt infert ex multis St
Ber.in cõſi.ſuo.cccxxxvj.in iij. col.in.j.vol.ĩ eis eſt defect⁹ & minoritas ſenſus,ex quo in eis poteſt
derari imbecillitas ſenſus q̃ facit magis præſumere metũ in muliere,ideo cõcludit idẽ in ſene.*¶Ideo
ex his videtur dicendum,quòd iuuenes ſine ſcientia & virtute nõ ſunt aſſumendi in conſilio : exẽplo
Roboam,qui deſpecto ſenũ conſilio adhæſit iuuenibus,vt dictũ eſt antè. Nec etiã adulatores ſunt
9 Adulatores periculoſiores hoſtes cæteris. ſumendi pro conſiliarijs principũ.*Nequiores etenim hoſtes ſunt,q̃ illi qui foris ſunt. c. ſi inimicus
xciij.diſt.Et ſunt adulatores,de quibus loquitur Proph.Pſal.xxvij.Qui loquũtur pacẽ cũ ꝓximo ſuo
mala autẽ in cordibus eorũ.Adulator enim(teſte Gre.ſuper Ezech.c.ix.)ſcorpio eſt,qui palpãdo in
dit,ſed cauda ferit.vnde Eſa.iiij.Populc meus qui beatũ te dicũt,ipſi te decipiũt.Ideo ſit princeps me
mor ꝙ domin⁹ noſter Ieſus Chriſtus adularoriè traditus fuit.Luc.xxij.Sunt igitur adulatores fugiendi
vt hoſtes.Hiero.in epiſtola ad Teclam. Et meliora ſunt vulnera diligentis, q̃ fraudulẽta blandientis
Prouer.xxvij.Et ꝙ adulator multa mala faciat,vide Archi.& Io.de turre crema,in. c.ſunt nõnulli.& in
10 Qui nõ ſint admittendi in cõſilium. c.ſeq.xlvj.diſt.*.Itẽ etiã extranei non ſunt admitendi in conſi.prin.vnde Eccle.c.viij. Cum extraneis
conſiliũ nõ habeas.Et debẽt eſſe fideles: vnde dicit Bern.lib.iiij.de cõſideratione.ſi quo minus fidelis
inuenietur aut prudẽs,potius fideli cõmittendum eſt. & Eccle.xxxvij.A malo conſiliario conſerua a
Seneca. nimã tuã.Itẽ iracundi & ſubiti nõ ſunt in conſi.admittendi. Vnde dicit Sene.in prouerbijs. ſunt ig
tur duo contraria cõſilio,feſtinatio,& ira.Itẽ luxurioſi.nã teſte Ambro.li.ij.de officijs. vbi luxuria eſt
ibi intemperantia,ibi vitiorum confuſio.hæc omnia ponit Guil.de Rouille in deſcriptione iuſtitiæ
& iniuſtitiæ.lib.iij.cap.de conſiliariis quem vide.

ADDITIO. Aduerte tamẽ ꝙ ſi princeps aliquos ad cõſiliũ,aut de cõſi.ſuo elegerit, nõ eſt in fa
cultate aliquorũ,nec permiſſũ aliquib⁹ diſputare an ſit dign⁹,aut nõ:& cõtra facientes
puniri poteſt:vt tenet Matthæus de afflictis in conſtitu. regni Siciliæ in conſtitutione quæ incipit
diſputatur. quod quomodo ſit intelligendũ,vide eũdem ibi. Et vide eundem Math. in conſtitu. quæ
incipit,vt vniuerſis.in gl.vij.vbi q̃rit de quatuor.Primo quid ſit conſiliũ. Secundo quales debẽat eſſe
regii conſiliarij. Tertiò qualiter ſe habere debeãt in conſi.regij.conſi.Quartò quãdo ſit cõſi.faciẽdũ.

In textu ibi,

IN TEXTV IBI, *Se informeroient desdictes coustumes.*

SImilis modus adhibitus fuit circa antiquã consue.à principe confirmatã in naucleris, seu negotiatorijs casibus post interrogationẽ & attestationẽ cũ iureiurãdo super ipsa facta : vt in aut. de vsur. nauti.coll.ix.similiter Rom.pop. decẽuiros pro.iu.habendo misit, qui decẽ tabulas eburneas retulerunt,tã de iure scripto Athenien.q̃ non scripto Lacedæ.Sed quia postea,aliquid deerat quod emendationẽ postulabat seu desiderabat,data fuit potestas per vnũ annũ decẽ his viris,vt ius & leges corrigerẽt, addẽdo & detrahẽdo:& si opus esset,interpretarẽtur,& vt eas facerẽt:qui duas tabulas addiderũt. Et sic lex.xij.tabularũ dicta est,vt.ff.de ori.iur.l.ij.§.v.Et per glo.inst. de iu.na.§.ex nõ scripto.versi.& non ineleganter.super verbo,institutis. 1 Decẽ viri legẽ xij. tabul. ex Græcia in Latiũ trãsportauerunt.

IN TEXTV IBI, *De noz parlementz.*

QVæro*quid dicatur parlamentũ. Aduerte quia glossator pragmaticę sanctionis in tit.de conclu. eccle.Gallicanæ in ver.parla.dicit, q̃ simile ver. ponitur in c.decet.de immu. eccl.lib. vj.& ibi ponit de curia parla.Parisiẽ.quæ fuit instit.de centũ consiliariis.s.de.xij.paribus Franciæ,octo magistris requestarũ domus regis:& lxxx.alijs consiliarijs. xl.lai.& xl.cle. Inter quos sunt quatuor præsidẽtes laici,& hoc instar senatus Romani à Romulo instituti,in quo erãt centũ senatores.l.fi.C. de peti. heredi.nota.ff.de senato.in rub.C.de cad.tol.in.l.vnica.Et vocabãtur venerabilis cœtus.C.de legi. l.leges,& patres cõscripti.C.de emẽ.iust.codi.l.j.in prin.& in l.quisquis.C.ad legem Iul.maie.not.Archi. in.c.fundamenta de elec.in.vj.Et in necẽ eorum machinantes tenentur lege.Iulia maiestatis.Cẽsentur enim pars corporis prin.d.l.quisquis.Et rebellantes iniustè in his quæ ad eorum officiũ spectãt, vt rebelles regni puniuntur,vt habetur in extrauagãti,Henri.* quoniam & sicut à sententia senatus nõ appellatur.ff.à qui ap.nõ lic.l.j. ff.de mino.le.præfecti.ij.q.v.c.anteriorũ,nec etiã ab arresto parla. Not. Spec.in ti.de ap.§.videndũ.circa fi.ad hoc quod no.Bal.in pœ.fforũ Panor.in rub.de appel.*Contrà illud tamẽ supplicari potest siue proponi error,vsq; ad xxx.an.olim,hodie vsq; ad bienniũ:vt in ordinatione Ludo.xj. publicata in di.curia anno.M.cccclxxix.instar supplicationis porrectæ superiori.l.j. C.de sentẽ.præfec.præto.¶Et dicit Ioã.Fab.in.l.fi.C.de legi.*q̃ magistri parla.possunt facere leges, sicut sena.poterat.l.nõ ambigitur.ff.de.legi.ista omnia dicit glossator pragmaticę sãctionis in di.loco.
1 Parlamẽtum quid.
2 Parlamẽtum Parisiẽ. ex quot & quib⁹ constitutũ sit.
3 Ab arresto parlamẽti non appellatur.
4
5

ADDITIO Pulchra in materia parlamentorũ maximè parlamẽti Parisi. ponit Benedi. in sua repetitio.c.Raynu.in verbo,Et vxorẽ nomine Adelasiam nu.cccclxxx. vsq; ad nu. cccclxxxv.de testa. & etiã dixi in cathalogo gloriæ mundi.in vij.parte, in no. consideratione. *¶An autẽ curia parlamẽti possit ad se auocare causas in alia curia inferiori existentes,& iam inchoatas,vide Guido.pape quæst.sua.cccclxl.Et ibi plura allegat de materia auocationis causarũ per superiorẽ.Et an episcopus possit auocare causas corã prelato inferiori inchoatas,& illi inhibere, ne amplius de ea cognoscat:vide Domi.de sancto Gemi.in c.de persona xj. q.j. post Archi . vbi videtur tenere q̃ nõ. Et licet non sint tot numero in hoc parlamẽto Burg. tamen ex priuilegio christianissimi regis Ludo.xj .illa eadẽ potestas quæ est data parlamento Pariensi.est data huic parlamẽto nunc tẽpore regis: sed quę potestatẽ habuerit dux Philip.erigendi parlamentũ,nescio:cũ etiam viderim plura aresta in Burg.quę tẽpore ducum data fuerũt in parlamẽto Parisi.sub quo tunc erat dux Philip. tanquã vnus ex paribus Franciæ,& alij duces Burg.eius prædecessores.Imò, vidi quasdã literas antiquas,quibus cõstabat q̃ curia cãcellariæ q̃ est in Burg.,fuit data duci Burg.per regẽ Frãciæ in priuilegiũ: cũ ex sua mera potestate instrumẽta sub suo sigillo nõ haberẽt executionẽ paratã, nisi in vim cõcessionis huiusm. cancellariæ.

IN TEXTV IBI, *De nostre conseil.*

AN minor possit esse de consi.vide do.meũ Iaso.in l.in prouinciali.§. sed in publico.ff.de no.ope. nun.Quales autẽ debeant esse cõsi. principis,& quæ sit laus boni consilij in princi. vide Guil.de Monteferrato,in tracta.suo de potestate generalis concilij Basili. in quinta parte,dixi antè super tex. *ordonne* & in cathalogo gloriæ mundi, parte ij .in.xvij.considerat.quapropter hic non insisto.

ADDITIO. Dixi in catalogo gloriæ mundi,in vij.parte,in.xij.& xiij.cõsiderationibus de laude & excellentia consiliariorũ parlamentorũ,& de laude & excellentia cõsiliariorum prin.in suo magno cõsi. cuius authoritatis sint posuit Ioã. Mõtaigne. & cũ eo Nicolaus Boeri⁹ in tractatu de preeminẽtia & authoritate sacri magni consilij de quo feci mentionẽ in d.catalogo gloriæ mundi in pluribus locis.Et vt cõstat ex huiusmodi præfa.consiliarij dicti prin. erant de sua patria & de ducatu Burg.qui melius sciebant cõstitutiones patriæ,quàm extranei: ideo optimè & consultissimè faciebat capiẽdo consiliarios ex sua patria, & non alienos. quod etiã laudat in repeti. c. Raynu. in dicto verbo,& vxorem nomine Adelasiam,nume.1052.1053.&.1054.*.

IN TEXTV IBI, *Nostre ville de Diion.*

DIuion*erat castrum in cãpo plano muris fortissimis circundatũ,turribus.xxxiij. honestatũ,terras habẽs fertiles,per quas à meridie Oschara haud procul á muro fluit,piscibus diues. Ab aquilone alter fluuius p portã ingreditur ac super põte decurrẽs,pérq; aliã portã egrediẽs,molẽdinos vertit ve locitate:murus ad.xx.pedes quadratis ædificatus,lapidib⁹,desuper minores habẽs suppositos lapides:ĩ altitudinẽ pedib⁹.xxx.in latitudinẽ.xv.porrigitur.Portę ibi quatuor à quatuor plagis cœli.Quod cum tãtę sit magnitudinis,cur vrbis vocabulo caruerit,mirũ habetur.Hoc quidẽ ab Aurel.impe.cõstructũ antiquitas asseruit.Ita dicit Annonius monach⁹ de gestis Frã.lib.ij.c.xxiiij.¶Et Gre.Tur.lib.iij.c.xvij. *Est aũt Diuiõ castrũ q̃ á plurib⁹ tẽplis deorũ Diuiõ noscitur nũcupatũ , firmissimis muris in media planicie & satis iucũda cõpositũ, terras valde fertiles atq; fœcũdas habẽs, ita vt aruis semel scissis vomere,semina iaciãtur,& magna frugũ opulẽtia subsequat.A Meridie habet Oscarã fluuiũ piscib⁹ valde prædiuitem, ab Aquilone verò alius fluuiolus venit:qui per portã ingrediẽs,subtus pontẽ decurrẽs, per aliã rursũ portã egreditur,totũ munitionis locũ placida vnda circũfluẽs,ante portã molẽdinos mi-
1 Diuionis castri situs descriptio.
2 Diuion castrũ vnde dictũ.
Commẽdatio Diuionis.

ra velocitate deuertit. ¶ Quatuor portæ à quatuor mundi plagis sunt positæ, totúmque ædificium magistrali cementariorum peritia compositum, triginta tres exornans turres: æquali à se mensura stantes, attamē simul vniformes. Muri verò illius de quadris & albis lapidibus vsque in.xx. pedes desuper autem in linito, sed tamen quadrato lapide ædificati habentur. Quorum status firmiter fundatus, ne fortè aut terræmotu, aut arietis creberrimo euerterentur ictu. Multos secus eosdē puteos defossi foderunt artifices, & quadrangulas non pariter voluerunt extruere turres, ne possent eas quatere arietes. Habent quippe in latum pedes.xv.in altum aūt pedes xxx. Habet enim in circuitu fontes pretiosos. A parte autem Occidentis montes sunt vberrimi vineisque repleti, qui tam nobile falernum incolis porrigunt, vt respuant scalonum. ¶ Quod opidum cur ciuitas non sit, ignoro. Nam veteres ferunt hoc castrum seu opidum: ad instar vrbis à Marco Antonio, qui Aurelianus dictus est, quique tertius post Seueri decessum Romanum obtinuit imperium, potenter ædificatum. Et in vita sancti Greg. Lingonen. dicitur hoc castrum ab eodem imperatore ad instar vrbis fuisse ædificatum circa annum domi.ccxx. ¶ Prædictis etiam satis concordat legenda sancti Benigni sic inquiens. Beatissimus sacerdos & gloriosus martyr Benignus* ad locum cui Diuion vocabulum est, spiritu sancto plenus accessit: vbi tunc castrum nouum præceptione imperatoris Aureliani, summo studio, ingentique manu construebatur. Ibique.xxi. annos residens, veritatem, quam nouerat, populis annunciare non cessabat. Interea Aurelianus imperator omnibus Galliæ partibus peragratis, sanctorum martyrum innumeras dedit strages. Ad ipsúmque castrum Diuion. tandem venit, ibíque sanctum Benignum atrocissimè (vt eius sacra testatur historia) martyrizari fecit. Cúmque noui opidi operosa mœnia surgere, & ingenti cura turrium munimina præparari cerneret, lætus admodum placere sibi dixit operis elegantiam. Iussítque illico vt ædificarent templa, Ioui, Saturno, & Mercurio. Ioui quidem, quia ipsum maximum, regémque affirmabant esse deorū. Saturno verò, quòd quasi ad ipsum pertineret temporum cursus, quódque sationum copiosus per illū mortalibus daretur prouentus. Mercurio nihilominus ædem construi imperauit, quia is totius prudentiæ, sed & diuersarum artium præsul erroris miserorum credebatur esse dementia. Nunc autem in quadruplo est augmentatum, & est villa (vt vulgari sermone vtar) eminentissima. In qua à meridie est castrū, intus & extrà profundissimè mira latitudine in terra constructum tempore Caroli viii. cuius muri desuper grossis lapidibus quadratis muniti, (quod vulgo dicitur *a plate forme*) quasi sunt solo adæquati, adeò vt vndique bellare possit, bellari verò minimè. At verò secus Oscharam fluuium, & circa portam ipsius Oscharæ, turris noua rotunda & fortissima, grossis lapidibus extructa est, sub Ludo.xii. Francorum rege, versus orientem, portam sancti Petri, & respicientem ex latere ad septentrionem. Nuperrime tempore christianissimi regis nostri Francisci primi, est vnum fortalitiū mira & inaudita fortitudine, & latitudine, ex grossis & quadratis lapidibus desuper linitis constructum, cuius fortitudinem omnes admirantur. Et vulgo dicitur *bouleuerd*, quod est Latinè antemurale, vt hoc verbo vsus est Propheta Hiere. Threno.ii.

3 *Diuion castrum à quo conditum.*

Sancti Benigni martyrium.

IN TEXTV IBI, *Nous cuißions commis.*

HOC etiam fuit factum in compilatione. ffo rū. &. C. vt habetur in l.i.§. ex actis. ff. de ori. iur. Et facit ibi. Alberic. in. ii. col. Itē facit quod sæpe datur potestas, & cōmittitur sapiē. vt illud quod per eos fuerit ordinatum super aliquibus valeat ac si fuisset per consilium ordinatum, aut per principem dantem potestatem.

SIC etiam videmus quod in potestate data quibusdam, de quibus in d.l.ii. fuerunt omnes nominati, etiam cum eorum dignitatibus, vt hic, & de conditoribus & nominibus eorum qui leges.xii. tabularum exposuerunt, habetur dist. vii. per totum. Et à quo tempore cœpit ius consuetudinarium & constitutionis, ponitur in c.fi.in.fi.vi.distinctio.

IN TEXTV IBI, *Ausquelz nous auons octroyé de les nommer.*

1 *Consuetudines an induci possint absque consensu principis.*

QVæritur* an ad faciendum huiusmodi consuetudines, & eas in hanc formam redigendum, fuerit necesse quòd princeps consenserit, & sic quòd tres status patriæ prædictas consuetudines fecerint de cōsensu superioris. Io. Fabri in.§. ex nō scripto, in iii. col. ibi. sed nūquid requiritur cōsensus superioris, insti. de iure nat. gen. & ciuili. quærit de hac quæstio. Et primò videtur tenere quod populus potest inducere consuetudinē sine consensu superioris, per glos. ibi. Et vt dicit videtur tenere Innoc. in rub. in. c. pe. & in c. cū. P. de fide instru. nec sufficeret tollerantia, imò opus est expresso consensu secundū Inno. vt nota. in. c. cū nō ignores. extra de præb. dicit tamen ꝙ credit cōtrariū. Et ita resolutiuè tenet: nā ex quo populo talis ptās data est per legē.§. ex nō scripto. inst. de iu. nat. l. de quibus. ff. de legibus. ¶ Et, vt dicit, est mirabile ꝙ popu. possit tacitè legē superioris tollere, & nō expresè, & probat per similè, & per tex. in. c. licet de const. lib. vi. Et ideo videbatur, ꝙ nō erat necesse ꝙ princeps concederet seu daret hanc potestatē nominādi cōmittendos ad se informandū: cum qui se non intromittit in causa preparata, nec de causa præparāte: vt tot operetur oppositū in opposito, quod propositū in proposito, secundū Arist. in. ii. Ethico. cū sit e contra: quod qui est iudex, & se intromittit de causa præparante, sic etiam debet se intromittere de causa præparata. ¶ Sicut ergo populus potest ipsam consuetudinem facere sine principe, sic potuit committere delegatos ad se informandum sine licentia principis. Sed quicquid sit, veritas est in contrariū: & satis colligi potest ex dictis Albe. de Rosa. in rub. C. quæ sit lon. consue. Et satis videtur facere tex. in. l. si non spirituali. C. de test. iuncta. l. fi. C. eo de test. Sed melius facit tex. in c. cum consue, extrà de consuetu.

ADDITIO. Et an populus possit sibi facere legem municipalem, vide amplè Matth. de afflictis in præfatione constitutio. regni Siciliæ. in iii. q.

IN TEXTV IBI, *Ascauoir.*

DIctio* scilicet aliquando stat limitatiuè. do. Iaso. in l. si pluribus. in vltimo notabi. ff. de leg. l. In textu

IN TEXTV IBI, *Meßire Ferri de Clugny, docteur es Loix, & en Decret, Chanoine, & official d'Ostun.*

HAEc ciuitas Heduẽ.*multos habuit doctores:& in iure peritissimos,multũ excellẽtes temporibus *1 Heduẽ-*
suis,& inter alios habuit hũc de Clugny:q̃ fuit in iure peritissimus,canonic⁹ & officialis Heduen. *siũ ciuitas*
& tãdẽ episc.Tornacen.❡Ex illa enim ciuitate Heduen.fuit oriundus:& ex illa nobili domo de Clu- *multos ha*
gniaco:quæ floruit nõ solũ in hac patria, verũetiã in Gallia in officijs regalib⁹ & aliorũ principũ Gal- *buit viros*
liæ:ab an.do.M.vsq; ad hæc tẽpora.Ex illa enim fuerũt Balliui Niuern.Altissiodoren. Heduẽ.Auxeti, *excellen-*
& Diuionen.plura & diuersa officia in domibus principum:scilicet christianissimorum regum Fran- *tißimos.*
ciæ,& ducũ Burgũdiæ obtinẽtes.Et etiã his tẽporibus vltimatè præteritis fuerũt multũ excellẽtes viri,
videlicet prædictus do.Ferrinus de Clugny,de quo hĩc fit mentio.Qui tandem fuit episc.Tornacen.& *Viri excel*
proclamatus Cardinalis.Et tẽpore Sixti papæ missus per ducẽ Burgũdiæ,& legatus cũ duce Cliuiacen. *lentes de*
in cõsilio Mant.qui fuit cãcellarius illius status,dignitatis seu ordinis,qui dicitur,*l'ordre de la toison.* *domo de*
❡Fuit & eius frater do.Guiliel.de Clugny,epis.Pictauẽ.qui tandẽ fuit cancellarius Franciæ,& vir ma *Clugnya-*
gnæ experiẽtiæ & magnæ auctoritatis apud christianiss.regẽ Frãciæ Ludo.xj.Qui quidẽ multis funda- *co.*
tionibus & donis dotauerũt & decorauerunt plures ecclesias.Maximè ecclesiam Heduẽ.Tornacẽ.& Pi
ctauen.❡Fuit magister Ioannes de Clugny eorum frater,qui fuit doctor in vtroq; iure, cõsiliarius &
magister requestarũ ordinarius illustrissimi principis Philippi ducis Burgũdiæ.do.de Monthelon,san-
cti Romani & de Raigneo:qui habuit tres filios,videlicet nobilẽ virũ do.Guil.de Clugny,do.de Mõ-
thelõ,qui fuit tẽpore suo cõsiliari⁹ Caroli ducis Burg.do.Bartolomeũ.de Clugny,cano.Heduẽ.& archi
diac.Alualonẽ.& do.Antoniũ.de Clugny priorẽ de Cholchijs. ❡Sũt & his tẽporib⁹ nostris,& ex descẽ
dentibus ex dicto do.Guil.de Clugny,do.Guil.de Clugny canonic.Heduen.& prior cõmendatarius de
Colchiis:& nobilis vir & do.Ludouicus de Clugny eius frater,do.de Mõthelon.Sũt etiam ex illa do-
mo de Clugniaco plures nobiles in Burg. qui de ea descenderunt :quos laboriosum esset enumerare:
qui omnes sunt ex illa prosapia & progenie de Clugny habente ortum & originẽ ex hac ciuitate Hed.
Nõne etiam fuit ex hac nostra ciuitate Heduen.ille inter oẽs excellentiss.do.Nic.Rolin cancel. Bur. q̃ *Nicolaus*
tot tã egregia & tã excellẽtia fecit,vt vix in x.volu.scribi possint:tot castra,tot ecclesias,tot hospitalia, *Rolin.*
fecit & dotauit,vt vix numerari possint,Cuius nomen in æternum firmabitur,& stabile manebit.

IN ea*enim ciuitate nostra Heduen.fuerunt multi episc.numero xxiiij.cũ duobus,vsq; ad hæc tẽpora. *2 Nume*
Inter quos sunt xij.canonizati,& in catalogo sanctorũ descripti,videlicet Sanct⁹ Amator,S.Rethiti⁹, *rus episco-*
S.Supplicius, S.Cassianus,S.Pigmenius,S.Euphronius,S.Pragmatius,S.Proculus martyr,S.Rocho,S. *porum He*
Agripinus, S.Siagrius. De quo fit mentio in c.episco.xvij.dist. vbi hæc ciuitas vocatur Augustudunũ, *duen.*
vt dicã infra:s.Leodegarius martyr nouus. Et plures alij nati in ciuitate Heduen. qui fuerũt martyres,
& canonizati,vt s.Symphorianus,s.Faustus eius pater,& s.Augusta eius mater. Quorum corpora sunt *Episcopi*
reposita in tribus monumentis existentibus in quodã monasterio extra muros Heduen. quod dicitur *Heduẽses*
& nũcupatur sub titulo S. Symphoriani. Fuit etiam Heduen. quidã S. Germanus Parisiorũ episc.qui *canoniza-*
erat de vico s.Anastasiæ,qui nũc dicitur vicus s.Blasij.❡*In prædicta etiam ciuitate requiescit corpus *ti.* *3 Corpus*
beati Lazari,quẽ Christus à morte suscitauit:vbi à multis veneratur.Sunt etiã quædã reliquiæ s.Leo- *beati La-*
degarij episc.Heduen.quem Ebroinus princeps palatij martyrio mori fecit: tẽpore cuius Ebroini,qui- *zari.*
dam Leudesilus Heduen.fuit princeps palatij,qui hodie dicitur Connestabilis in Francia,vt refert Io. *Reliquiæ*
le maire,in iij.tract.iij.lib.suarum illustrationum Franciæ:qui proditoriè fuit occisus ab Ebroino.*Hi *sancti Le-*
enim Hedui populi finitimi sunt Aluernis,Biturigibus,Sequanis,ac Sebusianis:iuxta Celtas:hi adhuc *odegarij.* *Leudesilus*
nomẽ priscũ Latinè retinent.Inter Burgundos nunc nominati:*nec citra Ararim flumen,qui nunc Sa- *Heduen.*
gona appellatur,aliquos habent fines:nec hodie sunt Sebusianis finitimi:in ducatu Burgũdiæ & Fran- *4 Heduo*
corũ regno siti.*Ciuitas horum Heduorũ episcopalis est in prouincia Lugdun. vt hæc omnia satis pa- *rum fines.*
tẽt in comment.Iulij Cæsaris:*& aliquando Augustudunum fuit dicta:vt habetur in c.episco.xvij.dis. *5 Arar*
vbi papa Greg.scripsit Augustudunum episcopo.❡Et quòd Augustudunum dicatur,& Hedua,scribit *nũc dicitur*
Iacobus Philippus Bergomen. in dicto suo supplemento Chronicorum,lib.iiij.vbi dicit q̃ tantæ fuit *Sagona.* *6 Hedua*
potentiæ:vt Romanorum auxilio vuiuersam penè subiugauerit Galliam. *ciuitas est*

DE Heduis enim Iulius Cæsar in suis commẽ.in multis locis facit mentionẽ. Etiam in j.lib.in ini- *episcopa.*
tio ponit de Diuitiaco & Lisco:qui præerant summo magistratui,*quẽ Vigobertũ Hedui appel- *7 Augu*
labant:qui erat annalis:& vitæ & necis in suos potestatem habebat.❡Apud nos hodie vnicus tantum *studunum.*
huic magistratui præsidet:qui non habet prædictam potestatem.& alludẽdo vocabulo vocatur in vul- *8 Vigo-*
gari,*Viger*,nec de causis criminalibus cognoscit, imò solũ detinet hodie incarceratos per xxiiij.horas, *bertus He*
& remittit ad Bailliuum qui est iudex regius,vt prætendunt officiarij regij: facto tamen processu cõtra *duorũ ma*
criminosos profert sententiã criminosam secundũ q̃ fuit data per Bailliuum seu eius locumtenẽtem. *gistratus,*
Et vidi processum in hac ciuitate Heduen.inter procuratorẽ regium & Vigobertũ Heduẽ. super eo q̃ *& eius po*
dictus Vigobertus dicebat & prætendebat se debere interesse in discursione processus,& vocari in sen *testas.*
tentię prolatione,aliàs q̃ illã nõ pronũtiaret:nec etiã executioni demãdari faceret.Pẽdet adhuc proces
sus in curia:non insisto,tum quia aduocatus regius,tum quia Heduus , *horum Heduorũ semper fuit
vna factio:quę erat cõtraria factioni Aluernorũ,cum de potentatu inter se per multos annos cõtende- *9 Heduo*
rent,nec Aluerni & Sequani potuerunt gerere bellum cõtra Heduos,nisi vocatis Germanis mercede. *rũ factio*
Hos enim Senatus Romanus fratres & consanguineos sæpenumero appellauit,Hi enim totius Galliæ
principatũ tenuerũt:vt habetur in j.lib.Cõmen.Cæsaris,de bello Gallico. Ciuitas enim Heduorũ erat
inter Celtas,& maxima fuit autoritas Heduorũ,maximè apud Cæsarẽ, Belgas, & Nouiodunũ oppidũ *Heduorũ*
oppugnantẽ,quorũ ciuitas erat magna:& autoritate ac multitudine hominũ præstabat: vt habetur in *autoritas.*
præd.Cõmẽ.lib.ij.& etiã lib.v.in fi.Heduos enim & Rhemos Cæsar præcipuo semper honore habuit:
Heduos pro veteri ac perpetua erga P.R.fide, Rhemos verò pro recentibus belli Gallici officijs.li.iij.

cõmen. Cæſaris de bello Gallico. Et tãta fuit autoritas Heduorũ apud Cæſarẽ: vt petẽtib⁹ ipſis, hoſtib
parceretur: vel ſaltẽ cũ eis humanius ageretur cõceſſerit. & etiã ſũma autoritas erat in Heduis: magnę
erant eorũ clientelę: & maiores q̃ Sequanorũ. Ex quo Sequani Germanos atq; Ariouiſtũ ſibi adiun-
rant: eóſq; ad ſe magnis iacturis, pollicitationibúſq; perduxerãt: prælijs verò cõpluribus factis ſecũ
Heduorũ ſtrages. atq; omni nobililitate Heduorũ interfecta tantũ potẽtia anteceſſerãt, obſidéſq; ab Heduis, Princip
lios acceperũt: & publicè iurare fecerũt. & coegerunt nihil cõtra Sequanos cõſilij inituros: & partẽ
nitimi agri per vim occupatã poſſiderẽt, Gallięq; toti⁹ principatũ obtinerẽt. ¶ Quod vidẽs Diuiti
cus, & hac neceſſitate adduct⁹, auxilij petẽdi cauſa Romã ad Senatũ ꝓfect⁹, re infecta redierat, adue
tu Cæſaris, facta cõmutatione rerũ, obſidibus Heduis per Sequanos redditis, veteribus cliẽtelis reſti
tis, & nouis p̲ Cæſarẽ cõparatis, quòd hi qui ſe ad eorũ amicitiã aggregauerãt, melioréq; cõditione
que ĩperio ſe vti videbãt reliquis reb⁹ eorũ gratia dignitatéq; amplificata Sequani principatũ dimi
rãt. in locũ eorũ ſucceſſerãt Rhemi, quos quòd adequare apud Cæſarẽ gratia intelligebatur: & videb
tur eos gratiã ſeu amicitiã Cæſaris acquiſiuiſſe. Nã hi qui ꝓpter veteres inimicitias nullo modo cũ H
duis cõiũgi poterãt, ſe Rhemis ĩ cliẽtelã, hoc eſt quãdã ſubiectionẽ & cõferẽdationẽ dederãt: quos R
mi aduerſus Heduos diligẽter tuebãtur. Ita & hoc modo nouã & repẽte collectã ſeu quæſitã autori
tem tenebãt: & eo tũc ſtatu res erat vt longe principes haberentur Hedui: ſecũdũ verò locũ dignita
Rhemi obtinerẽt. Ita ſcriptũ eſt. lib. vj. cõmẽta. Cæſaris. & vt dicit Ioãnes le Maire. li. iij. ſuarũ illuſt
tionũ Gallię tenebãt illã patriã q̃ hodie dicitur Ducat⁹, & Sequani illã quæ hodie dicitur comitat⁹
Heduſiũ magna cõtrouerſia. dicit Ioã. le Maire. in. ij. tractatu tertij lib. illuſtra. Frãciæ. ¶ Inter hos enim Heduos fuit maxima diſ
dia & diſſentio p̲ electione gubernatoris illius anni: cũ duo fuiſſent electi, Conuictolitanes ſcilicet
Cotus, ex antiquiſſima familia natus: cui⁹ frater Valeciatus anno eodẽ magiſtratũ geſſerat. Et erat ta
diſcordia, quòd ciuitas erat in armis, Senatus diuiſus, & populus & cliẽtelę diuiſę. Ratione cuius m
fuerũt legati ad Cęſarẽ, qui timẽs ne tãta & tã cõiũcta populo Romano ciuitas, quã ipſe ſemp̲ aluera
Heduorũ lex. ad vim atq; arma deſcẽderet: atq; ea pars q̃ min⁹ cõſideret, auxiliũ à Vercingẽtorige imploraret, in H
duos ꝓficiſci ſtatuit, Senatũq; omnẽ & quos in cõtrouerſia eſſe ſciebat ad ſe cõuocauit. ¶ Audiẽn
leges in ciuitate eſſe: ne duo ex vna familia viuo vtroq; nõ ſolũ magiſtrat⁹ creari poſſent, ſed nec etiã
Cæſaris oratio. Senatu eſſe poſſent. Cotũ magiſtrũ deponere Cõuictolitanẽ p̲ ſacerdotes more ciuitatis intermiſſis
giſtratib⁹, creatũ poteſtatẽ ſeu magiſtratũ obtinere iuſſit. Hoc facto hortatus fuit Heduos cõtrouer
rũ ac diſſenſionis obluiſcerẽtur. Hæc oĩa habẽtur in li. viij. cõmen. Cæſa. ſed p̲ certo prædicta exhor
tio nõ ꝓfuit vſq; ad hæc tẽpora. Et in eodẽ lib. vij. habetur q̃uo Cõuictolitanes nõ fuit memor bene
cij accepti, imò p̲ beneficio iniuriã fecit Cæſari: mittẽdo Lictanicũ cũ decẽ militibus hoĩm, ad Gerg
uiã in auxiliũ Aluernorũ cõtra Cæſarẽ & Romanos. Et etiã ibi habetur ꝙ Heduorũ aliquos imp
Heduorũ ruina. auaritia, aliquos iracũdia, alios temeritas, q̃ maximè eſt illis innata, cũ facile credãt. Sed tãdẽ his ſup
10 *Alia.* tis & deuictis per Cęſarẽ: eiſdẽ indulſit & pepercit Cæſar. ¶ * Credo tamẽ (licet nihil dicatur in Cõm
ta. ipſius Cæſaris expreſſè.) ꝙ Hedui inter ſe habuerũt tales diſſenſiones (vt ſoliti ſunt) ꝙ ciuitas p
eſt quãdã ruinã, ſeu aliqualẽ deſtructionẽ, & ſtatim poſtq̃ Cæſari cõtrariauerũt, ꝙ per Cæſarẽ aliã p
fuerunt. Licet aliquãtulũ & quibuſdã militibus in bello captis pepercerit, eo ꝙ ab illo tẽpore He
Alia & tertia. nõ fuerũt in autoritate & honore in quib⁹ fuerãt. Quã autoritatẽ nõ amiſiſſent, niſi paſſi fuiſſent cl
& deſtructionẽ. ¶ Aliã vero paſſi fuerũt tẽpore Clotildis, q̃ fuit filia regis Burgũdiæ, cũ Gondoma
rex Burgũdiæ ſe retraxit ĩ ciuitatẽ Heduen. quæ tũc obſeſſa fuit p̲ Childebertũ & Clotariũ, in qua o
ſus fuit dict⁹ Gõdomar⁹, vt dicũt quidã. Alij dicũt ꝙ ſolũ ei⁹ vxor fuit captiua: & quod ipſe aufugit. E
credo ꝙ tũc fuit vna deſtructio hui⁹ ciuitatis Heduẽ. Plutarch⁹ verò ĩ vita Cæſaris facit mẽtionẽ de d
ſtructione hui⁹ ciuitatis: cũ dicit, Deĩde receptis ĩ fidẽ quos facti pigeret, haud deſtitit, ꝙ Heduorũ gẽ
qui aduerſus bellũ ſuſceperãt: deuicit. Hi ſup̲iore tẽpore fratres ſe Romanorũ prædicãtes manifeſtiſſi
11 *Hedui romanorũ fratres dicti.* mis habebãtur honorib⁹. ¶ * Et eos fratres Romanorũ vocat M. Tul. Cic. li. vij. ſuarũ epiſtolarũ, ep
ſtola ĩcipiẽte, Legi tuas literas. Et dicit Corn. Tacitus. li. xj. Hedui primi Senatoriũ ius in vrbe adep
ſunt: datũ id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorũ fraternitatis nomẽ cum populo Romano vſurpa
12 *Prima Heduorũ geneſis.* ¶ * Et de huius ciuitatis prima cõſtructione & deſtructiõe (q̃ alias dicta fuit Auguſtudunũ, vt dictũ eſt
ante) ex magiſtri Petri Turrelli Heduẽ. Diuionẽ. gymnaſij rectoris, viri vndequaq; litteratiſſimi epiſto
la ad magiſtrũ Bartholomeũ Vilibrameũ Heduẽ. canonicũ ea ſequẽtia excerpſi. ¶ * Auguſtudunũ no
13 *Auguſtudunũ nomẽ eſt græcum.* men à gręcis habuit: ſiquidẽ olim (dũ ante Alexiã cõdita fuit) ĩter Celtas literiloquos idioma Gręcũ pe
culiare erat, & magis aſſuetũ. Et vltra dixerim, latinũ ſermonẽ nõdũ fuiſſe natũ: vt plani⁹ ex Beroſo Ba
bylonico, & Xenophõte ſecerni poteſt, imò & experiẽtia nouim⁹. Dũ puerul⁹ quidã adhuc ferme iuer
bis librũ indoct⁹ bibliã appellauit. Adde multa græcorũ vocabula vt organũ: vrina, bos, fama, pater, &
multa id gen⁹ cũ noſtro naturali ſermone pluſq̃ cũ alio coire. ¶ Dicitur ergo Auguſtudunũ ab αυγη qđ
14 *Auguſtudunũ vnde dictum.* Græci nũtiãt afgi, nos verò auge. quod eſt ſplẽdor & mulieris nomẽ ꝓpriũ. ¶ Neſcio tamẽ ſi geſtũ fue
rit, quod ſæpiſſime ab Auguſtudunẽſib⁹ ĩcolis audiui. iſtic. ſ. dũ ſtaret ciuitas, carbũculũ fuiſſe, quæ ſuo
ſplẽdore totã vrbẽ illuſtraret: qđ enim cõmunis fama famat (vt ĩquit Frãciſc⁹ Petrarcha) nõ oĩno de
perditur. Et δυνω, i. duno quod eſt veſtio ſiue induo. Sic iſta ciuitas à ſuis cõditorib⁹ & colonis ſplẽdorẽ
15 *Auguſtuduni cõditor.* induit: Auguſtudunũ. i. ſplẽdorẽ indut⁹. ¶ * Deſcẽdamus igitur ad cõditores. Lucifer. iij. Iouis fili⁹ (vt
docet Bocaci⁹ lib. de genealogia deorũ) genuit Dedalionẽ: qui genuit Augẽ cognomẽto Chionẽ. i. cãdo
rẽ ſiue niuẽ: quã Apollo duxit ĩ vxorẽ. nec mirũ, quoniã Apollo, Pheb⁹, Sol, nũq̃ ſine Auge. i. ſplendore
minus q̃ vir ſine vxore eſſe poteſt. Hic Auguſtudunũ oĩm prim⁹ fundauit, & ſuę vxoris Auges noĩe, ci
uitatẽ Auguſtudunũ vocauit. Nec ineptũ eſt vnum multis vocaminibus vocari, Vxor enim Apollinis
modo Auge. i. ſplẽdor. modo Chione. i. cãdor ſiue nix vocata eſt. Venuſtas mulieris hoc effecit. Sed ro
go ꝓperem⁹ greſſum: quippe horũ terminorũ tãta vicinitas morẽ parere nõ debet. Cãdor enim & ſplẽ

dor nimium consociantur. ¶ *Ideo à Chione Castrichion nomen sibi peperit. Nescio mehercule quo er- 16 *Castrichion.*
rore castrum caninum alij dixerunt. ¶ *Hinc est vt Niuernia illa regio propinqua (quasi niue vernans) no-
men habuerit. At iam flagrum me cogit ad iter incœptum redire. ¶ Apollo postea noster Augustuduno 17 *Niuernia regio vnde dicatur.*
solutus, Delphon insulã adiuit, patriam profectò relinquens: quia de vxore Auge siue Chione nescio quid
mali suspicaretur. Tunc enim (vt scribit Guilielmus Bergomensis in suppleméto chronicarũ) Apollo, Sol,
Phœbus deliquium eclypsis passus fuerat, & forsan meritò, *cùm Plutarchus in suis apophthegmatibus af- 18 *Tria scorta nobilißima.*
firmauerit tria olim fuisse scorta nobilissima, scilicet Chione siue Auge, Lais, & Lesbia. Cui astipulatur Au
lus Gel. in noctibus Atticis, & ille satyricus Iuuenalis, loquẽs de Chione. Nata erat huic Chione quæ do-
tatissima forma, Mille Procis placuit, bis septem nubilis annis. Quis mehercule, nisi fons, Chionem, id est
lucem odisset? placet ergo lux. *Vergilius Polydorus libro de inuẽtoribus rerum scribit, Apollinem Phœ- 19 *Apollo primus herbarum inuentor.*
bum omnium primum herbarum naturas cognouisse, quibus plurimorum morbos leuaret: propterea à ru-
dibus deus est habitus, cùm ægrotantes multi ex suis remediis sanitatem consequerentur. Et huic assentit
noster Beros. ¶ *Et vt narrat Eusebius in libro temporum, Apollo, Phœbus, Sol, regnauit circiter annum 20
mundi M.ccccccxj. Diluuiũ verò (Philonis Hebræi testimonio) exundauit circa annũ mundi M.ccccclvj.
* Quo colligitur Augustudunum fuisse incœptum anno vel circiter à salute generis humani ab aquis lv. 21 *Augustuduni antiquitas.*
Et illis temporibus, authore Beroso Babylonico, apud Celtas, vbi sita est hæc ciuitas, regnabat Magus, qui
Rothomagum, Maguntiam, multásque alias ciuitates fundauit. Et apud Babylonicos Ninus Beli filius, fi- 22 *Ninus.*
lij Nimbroti, imperium habebat. Et vt ne vsque digrediar, paucos latere debet, *q Noe, aliàs Ogyges, Ia- *Noe cognomina.*
nus (quia ante & post diluuium humanũ genus cognouerit) Pan, Natura, Genius, & Gallus, quia Galeri nos
ab aquis seruauerit (vnde nauem Galerim vocamus) genuit Iopetum, siue Iapetum, siue Iaphet, Iopeti autẽ
filius fuit Samothes, cognomento Dies siue Pluto. Isto quispiam illa ætate non fuit sapientior, propterea *Pluto.*
Samothes cognominatus est: & hic (vt scribit Berosus) Celtas colonias fundauit, dum iam apud Babyloni- *Samothes.*
cos siue Assyrios Nymbrotus xv. annos monarchiam tenuisset, suóq; nomine * Samothei dicti sunt Galli 23 *Samothei.*
vsque ad Celtem, à quo Celtæ postea nomen habuerunt. Et Galathæ à Galathe filio Galli, vt inferiùs scri
bemus. ¶ Hic Samothes genuit Magum, de quo suprà. Dum enim Rothomagum Magus, Apollo Augu- *Celtæ.*
studunum fundabat, vel paulò vltrà, vel citrà, quoniam hominum ætates longiores essent. ¶ *Magus verò *Galli.*
genuit Sarrona, Sarron autem Druydem, vnde dicti Druydæ Gallorum philosophi, qui Carnutum & Au- 24 *Druydæ Gallorum philosophi*
gustudunos habitauerunt, vnde in diem vsque hodiernum mons est apud Augustudunum, mons Druydum
appellatus. Druydes genuit Bardum, Bardus Longonem, * vnde Lingones populi quasi Longones: Lon-
go Bardum iuniorem, Bardus Celtam, Celta Galatheam, quæ ex Hercole siue Hercule Libysco Galathen *Mõs Druidum.*
filium suscepit, vnde Celtæ Galli nomen habent. Hic Hercules nomine proprio erat Libyus, cuius iam
placet genesim describere. *Noe Pan genuit Chan, cognomento Zoroasten, nec non Ensemia, id est infa- 25 *Lingones.*
mem, quia magicis artibus quas excogitauerat, verenda patris Noe fascinauerit. Cham Ensemius genuit 26 *Herculis Lybici genesis.*
Osyrim, id est Iouem iustum, qui genuit Libyum cognomento Hercolem. hic Hercoles Italiam petens, per
Celtiberos Celtásque meauit, omnes tyrannos qui tunc illas infestabant regiones demoliens, confun-
dénsque. Propter quod à Gallis dictus est ἀλεξίκακος, id est alexicacos, hoc est defensor mali. *A quo no-
mine Alexiam ciuitatem quam apud Semurium fundauerat, vocauit. ¶ Non possem satis admirari inscitiã 27 *Alexia ciuitas.*
illorum Alexiensium, qui adhuc nomen sui oppidi nesciuerunt, dicentes Sinmurum. Legant, quæso, Vallam
in c. de Synceris. vt discant, sine, non intrare compositionem: aut cacephatose dicãt Sine muro. ¶ *Sciant
pręterea, quòd dum Hercoles Lybius Alexiam ædificabat, milites sui (vt tunc moris illorum erat) nonnun- 28 *Semurion oppidum vnde dictum.*
quam aut pigme, id est pugna, aut disco, id est lapidum iactu, aut diaulo, id est cursu (hunc ludum barbarissimi
barras appellant) aut alma, id est saltu, aut palestra, id est lucta contendebant. Et victores, vt in Olympico
certamine, oleastro: In Pithiis ludis lauro: in Isthmiacis Pinu: in Nemeis Apio herba, ita illic (quoniam for
sitan aliorum penuria erat) Apio herba vincentes coronabantur. Quod Auicenna libro ij. Semurion vo-
cat, vnde Semurion oppidum Alexiense, habet nomen. Sed ad semitam redeamus. ¶ Post Bardum iunio-
rem regnauit Luens, deinde Celte, inde Galathe: vnde Galli anteà Celtæ & Samothei dicti sunt. Cætera
Berosus noster habet. Quis iam errorem eorum videre non posset, qui Augustudunum ab Augusto adhuc
ferme heri regnante, dici voluere? Et (quod stoliditatem eorum auget) Augustum ab augendo, quod ab-
surdum reputabis si Sypontino credas: *Augustus enim (ait) sacer vel maiestatis plenus interpretatur. *Sed 29 *Augu-*
meliùs coniecturare possent Augustudunum ab Augurio appellari. Druydes enim Druydum montem in- 30 *stus vnde dictus.*
colentes, ciuitatem forsan auditorum frequentia ampliantes (siquidem omni eruditionis genere pollebant)
nomen ab augurio, quo tunc augurabantur, ciuitati imposuerunt. Et si sic foret, non longa esset à priori
temporis intercapedo, si Apollinis nostri Druidísque ætatem cognoueris. * Iam in mentem venit, dum
Druydæ à dryos, id est quercus, (quia quercuum visco sua sacra peragebant) dicuntur. Illud facinus mira- 31 *Druydæ vnde dicti.*
bile, quòd dum sacrum diui Lazari corpus Augustudunum transferretur, & fortè brumali tempore sub
quercu quadam reponeretur, viruit arida quercus. ¶ *Sed quare Hedua? certè ab Heduis ciuitatis accolis.
Nempe Hedui (vt testantur cosmographi recentiores) populi sunt, Galliam Celticam superiorem habitan- 32 *Hedua quare sic dicta.*
tes, quos Arar, id est Sagona, disterminat à Sequanis. * Celtica autem Gallia illa est, quæ Arari ab oriente,
Sequana à septentrione, Ligeri à meridie, & ab occidente mari dimetitur. ¶ Hedui igitur dicti sunt ab ἡδος, *Hedui populi qui.*
id est Hedus, hoc est suauis, quia suaues sunt. Propter quod Romani eos in fratres, vt scribit Pomponius 33 *Gallia Celtica quæ.*
Mela, & Diodorus Siculus asciuerunt. Ab Hedua etiam vocati sunt Heduatici populi, Menapiis, id est Bra-
bantinis vicini, Scalden fluuium accolentes. ¶ Sed à quo tantam ruinam tanta ciuitas accepit? Si Plutar-
chum libro de viris illustribus legas, Caium Iulium Cæsarem id egisse haud dubitabis. Nam cum superatis
(ait) Heduis Aluernísque multi cum Vergingentorige duce (qui castellum du Vergier erexit) in Alexiam
confugissent, eam obsidione circunsepsit.

34 Qui influxus cœlestes Heduis influant.

SED iam humi satis serpsimus, in cœlum quæso eamus, inquirentes quid cœlestes influxus huic tam an-tiquæ ciuitati syderauerint. * Ista ciuitas tertiam leonis faciem pro horoscopo suo habet, quæ est Mar-tis. Sed leo totus solis est domus. Et in illa facie, testis est Abraham Auenarim, & Petrus Albanus, bacel-lari imago ascendit, plaustrum trahentis. In quo vir quidam & puer paruulus sedent, sed vir manu sini-stra vestimentum gerit. Similiter ascendit coruus & serpentis nigri dimidium, & asini equíque posterio-Et secundum Indorum Sapientes Maurus fœdus & multi laboris ascendit. In cuius ore deliniamenta fun-in manu auté caro. Secundum verò Ptolomeum vria maior ascendit. Tute secundum hæc supradicta He-duorum mores inclinationésque naturales perpende. Quibus Mercurius in ascendente auget subtilitate-ingenij & scribaniã. Et quia retrogradus furta influit multa, maximè, vt sobrius loquar, dulcia. Mars in de-cima domo, significat magistratum & dominium vi & violentia acquirendum. Luna in nona significat lo-gas eorum peregrinationes & prolixa itinera fœlicia, & bonos nuntios. Item subitas excogitationes su-speculationes, sed religionem mobilem. Iupiter in duodecima significat temerarios & inscios sculptor-filiósque ineptos, inimicos, diuites, sed debiles. Sol in secunda domo significat diuitias, cùm sit domin-ascendentis, quia tamen est in suo detrimento significat hypocritas, religionem fictam, vsurarios, & auar-Venus in tertia domo in scorpione, quod suum detrimentum est, significat malitiam fratrum, dominiu-cum proditione, & malam in eodem perseuerationem propter mulieres. Item paruas vias difficiles, nu-tios non procul venientes falsos, maximè in matrimoniis. Sed significat gaudium & desiderium in pu-bundorum ornatu, facitque scortorum amatores infœlices. Saturnus in quarta domo significat q̃ viles h-mines magis student thesaurum facere quàm nobiles. Et quia dominus horæ est Saturnus, & pars for-næ in terminis Mercurij venit, quia triplicitas diuersa est, significat lucrum & acquisitionem cum mag-labore & anxietate: bonos autem amicos, sed malos nepotes, vt ex vndecima domo cognosci pote-Vxores liberaliores viris: verum quia dominus septimæ domus est in quarta, quæ est fouea, signifi-cat damnum in vxoribus per mortem. & tamen in causa sunt mulieres thesaurorum inuentionis. Do-nus sextæ domus Saturnus est qui significat seruos imbecilles, sed fideles. Morbi ergo eorum sunt Satur-nini, vt phthisis, catarrus, febris, ecthica, splenetica, hydropisis, ventris solutio, grauiores morbi, vt lep-elephantia, podagra, cancer & omnes qui ex frigiditate proueniunt.

LEO igitur istorum ascendens significat mediocris staturæ homines, lati cordis & audacis, suo princ-& aliis fideles, qui leonibus delectantur, eósque pingunt in vixillis, tesseris, peristromatibus, aulæis, & id genus lapides & herbas & beluas solares amant naturaliter, vt sunt carbunculus, electrum, heliotrop-& cætera, & aurum. Quid si accipitrē diligunt? Nonne Dedali ideo Auges pater in spauernium, vt Boc-catio placet & Ouidio, mutatus fuit. Sed de his hactenus.

Alia ruina Heduen.

ALiam ruinam passa fuit hæc ciuitas Heduen. ante tempora Constantini imperatoris patris Constan-tini magni, quæ facilè comprehendi potest ex quadam oratione facta Constantio Imperatori cū h-ciuitatem Heduen. ingrederetur, post illius cladem & destructionem. Quam habui à reuerendo in Christo patre domino Philippo Brunet, episcopo Nigroponten. suffraganeo Heduen. sacræ theologiæ professor-cuius tenorem hîc inserere volui. Ex qua multa de hac ciuitate Heduensi comprehendi possunt, quæ no-mihi attribuere, ne sim occultator alienæ laudis. ¶ Tenor prædictæ orationis talis est.

35 Oratio corã Constantio Imperatore in ciuitate Heduensi habita.

SI Flauia * Heduorum tandem æterno nomine nuncupata, sacer Imperator, commouere se funditùs, at-que huc venire potuisset, tota profectò coràm de tuis in se maximis, pulcherrimísque beneficiis vna v-ce loqueretur, tibíque restitutori suo, imò (vt veriùs fatear) conditori in ea potissimùm ciuitate gratias a-geret, cuius eam similem facere cœpisti. Sed quoniam non potest, gestit animo quæ natura non patitur, cl-moresque suos, quibus quotidie laudes tuas tollit, in cœlum exaudiri à te non sinit, interiecta longinquita-te sua: id quod fieri dicebat gaudiorum patriæ meæ nuntium sponte suscepi, vt essem iam non priuati stu-dij literarum, sed publicæ gratulationis orator. ¶ Nolui enim, sacer Imperator, cùm in illo aditu palatij tu-stratum ante pedes tuos ordinem indulgentiæ tuæ voce diuina, porrectàque hac inuicta dextera subleuasti, numini tuo gratias agere. Nec mihi verba, quamuis imperata, defuissent. Quis enim aut præparare ad bene-ficia tam insperata potuisset? aut à tanta gratulatione cohiberet? Sed habui rationem loci & temporis, ne meus ille ardor animi, studiúmque dicendi tibi quidem (quod mihi ad immortalitatem sufficeret) proba-retur. Sed propter assistētium paucitatem minus quàm te dignum esset, iret in populo: sed te vno de salute nostra tractante moraretur oratio, quæ pro magnitudine meritorum tuorum manifestare non posset.

NVNC itaque cùm in hac vrbe quæ adhuc assiduitate præsentiæ tuæ præ cæteris fruitur, habebit enim fœlicitas æmulam Flauiam nostram, totus amicorum tuorum comitatus, & omnis imperij apparatus assistit. Et cùm omnes homines omnium ferè ciuitatum, aut publicè missi, aut pro se tibi, supplices adsint, dicam, Imperator, quæ libenter agnoscas, & cæteri nobis indulta non crederent, nisi te cognoscente di-xisse. ¶ Primum est autem, sacer Imperator, in agendis gratiis ostendere id quod indultum sit, non for-tunæ fœlicitatis, sed iustæ fuisse clementiæ. Nam cùm omnes homines coràm non indigentes iuuare, boni sit principis, tum præcipuè benemeritis, & grauiter affectis subuenire, sapientis est. Quod cùm ostendam, non tam studio prædicandæ patriæ meæ, quàm officio demonstrandæ prouidentiæ tuæ, tum potissimè be-neficiorum tuorum magnitudinem prosequar, maiore voto quàm ingenio. ¶ Quęnam gens toto orbe ter-rarum in amore Romani nominis Heduis se postulet anteponi? Qui primi omnium inter illas immanes & Barbaras Galliæ gentes plurimis senatusconsultis * fratres populi Romani appellati sunt. Et cum cæteris à Rhodano ad Rhenum vsque populis, nec pax quidem posset nisi suspecta sperari, soli & consanguinitatis nomine gloriati sunt. Et nuper (vt media prætercam) diuum Claudium parentem tuum, ad recuperandas Gallias soli vocauerunt. Et ante paucissimos annos (quod maximè prædicandum est) plurima patris tui beneficia partim rebus effecta perceperunt, partim animo seruata lætantur. ¶ * Fuit olim Saguntinis fœ-derata, sed cùm iam tędio belli punici nouare imperium omnis cuperet Hispania, fuit amica. Massilia pro-tegi

36 Hedui fratres populi Romani dicti.

37 Hedui olim Saguntinis fœderati.

tegi se maiestate Romana gratulabatur. Imputauere se origine fabulosa in Sicilia Mamertini, in Asia Ilienses, soli Hedui non metu territi, non adulatione compulsi, sed ingenua & simplici charitate, fratres populi Romani crediti sunt, appellaríque meruerunt. Quo nomine præter cætera necessitudinum vocabula, & communitatis apparet, & dignitatis æqualitas. Deinde cùm finitimæ nationes ipsi illi Romanæ fraternitati, non gloriæ inuidentes, & vsque in perniciem sui odiis incitatæ Germanos sibi auxiliarios inuocassent, princeps Heduus in senatum venit, rem docuit, cùm quidem oblato consensu minus sibi vendicasset quàm dabatur, scuto innixus perorauit, impetrata ope Romanum exercitum Cæsarèmque cis Rhodanum primus induxit. semita enim Galliæ vsque ad id temporis transalpina Gallia nominabatur. Sed tantum Hedui totum istud quod Rheno, Oceano, Pyreneis montibus, cunctis Alpibus continetur, Romano imperio tradiderunt. Hybernis hospitaliter præbitis, suppeditatis largiter commeatibus, armis fabricandis, pedestribus equitum copiis auxiliantibus. Ita in vnam pacem sociatis omnibus, Celtarum Belgarúmque populis eripuere Barbaris quicquid iunxere Romanis. Dicet aliquis, vetera ista sunt: & quidem hòc sanctiora quòd vetera. Bonis enim meritis cùm ætate dignitas & pondus accedit: atque vt magnæ natu parentes magis magísque in dies veneramur & colimus. Fratrum verò æqualitas & liberorum soboles blandiore, licet leuiore tamen, animos tangit affectu. Ita beneficia antiqua grauiora sunt, quamuis præsentia suauiora esse videantur. Sed tamen si illa vetustate obsoluerunt, quid hæc recentia quæ pueri vidimus? Attende quæso quanti sit, Imperator, quòd diuum Claudium parentem tuum ad occupandas Gallias primi solicitauerunt, expectantésque eius auxilium septem mensibus clausi, & omnia inopię miseranda perpessi, tum demum irrumpendas rebellibus Gallicanis portas reliquerunt, cùm fessi obseruare non possent. Cúmque omni tempore de popu. Rom. benemeriti fuerint, tamen liberos in seruitutem abduci, & agros suos vastari viderunt. Quòd si vobis & conatibus Heduorum fortuna fauisset, atque illi Reipublicæ restitutor implorantibus nobis subuenire potuisset, sine vllo detrimento Romanarum virium, sine clade Catalaunica compendium pacis, reconciliatis prouinciis attulisset fraternitas Heduorum. Ob hæc igitur merita & prisca, diuus pater tuus ciuitatem Heduorum voluit iacentem erigere, perditámque recreare. Non solùm pecuniis ad calendaria largiendis, & lauacris quæ corruerant extruendis, sed & methicis vndique transferendis, vt esset illa ciuitas prouinciarum velut vna mater, quæ reliquas vrbes quodam modo Romanas prima fecisset.

Heduorũ in Romanos benemerita.

DIXI quàm benemeritis Heduis subueneris, Imperator, sequitur (vt dicam) quàm grauiter afflictis. Qui locus nimiùm quantum mihi plus suppeditaret orationis, si fas esset audiente te de rebus tristioribus immorari. Vt igitur in prædicandis laudibus patriæ meæ, verecundia modum fecit, ne arroganter insurgerent, ita in cõmemorandis eiusdẽ malis, & meus dolor, & tuarũ aurium consuetudo cohibebit. Nihil enim libenter audis nisi quod tuis gratuleris. Sed tamen quæso, imperator, iniunge patientiam sensibus tuis, vt quemadmodum præstantes scientia medici non aspernantur vulnera inspicere quæ sanant, ita nunc tu paulisper audias Heduorum labores, quos sustulisti. Neque enim potes sine experimento misericordiæ ad laudem clementiæ peruenire. Iacebat illa ciuitas non tam innixa Romanis, quàm virium defectione prostrata, exquo tam noui sensus exanimauerat acerbitas, nec tamen iustè queri poterat, cùm & agros qui descripti fuerant haberemus, & Gallicani census communi formula teneremur, qui fortunis nemini possumus æquari. Quò magis, Imperator, clementiæ tuæ gratias agimus, qui remediis sponte concessis fecisti, vt quod non poteramus iure petere, iustè obtinuisse videamur. Haberemus enim, vt dixi, & hominũ numerũ, qui delati sunt, & agrorũ modum, sed vtrumq; nequam hominũ segnicia, tortuáque perfidia perdidimus. * Vnde enim nobis, venis, aut neruis. aut ipse ille de proximo * tricacissimus ager. aut arator quorum redditus cum labore contendunt. Quamquam meritò quiuis ignoscat cultoribus ipsis, quos piget laborare sine fructu, siquidem ager qui nunquam respondet impendiis ex necessitate deseritur etiam inopia rusticanorum, quibus in ære alieno vacillantibus, nec aquas deducere, nec siluas licuit excidere. Ita quicquid olim fuerat tolerabilis soli, aut corruptum est paludibus, aut sentibus impeditum. Quinetiam ipse ille pagus Arebrignus manu seritur, inuidia * cuius in loco vitiũ cultura perspicua est. Nam retro cætera siluis & rupibus inuia securarum sunt cubicula bestiarum. Illa autem quæ subiecta & vsque Ararim porrecta planicies, fuit quidem, vt audio, aliquando iucunda, cum per singulorum fines continua cultura pro cursus fontium vallibus patentibus euehebat. Nunc autem interclusis vastitate meatibus, quicquid humilitate fuerat vberius, in voraginem & stagna conuersum. Ipsæ denique vineæ quas mirantur ignari, ita vetustate senuerunt vt culturam iam penè non sentiant. Radices enim vitium quarum iam nescimus ætatem millies replicando congestæ altitudinem debitam scrobibus excludunt: & ipsam propaginem non debitam sed obtectam perdunt imbribus eluendam, & solibus perurendam. Nec possumus, vt Aquitanis aliisque prouinciis familiare est, nouis vitibus locum vbique metari, cùm supra saxa perpetua sint, infra humiditas pruinosa. Nam quid ego de cæteris ciuitatibus illius regionis loquar, quibus illachrymasse tuteipse confessus es? Vidisti enim non vt per agros aliarum vrbium omnia ferè culta, aperta, florentia, vias faciles, nauigera flumina ipsas oppidorum portas alluentia. Sed statim ab eo fluxu quo retrorsum via ducit in Belgicam, vasta omnia, inculta, squallentia, muta, tenebrosa, & vt militaris via sit confragosa, & alternis montibus ardua atque preceps, vt vix semiplena carpenta interdum vacua transmittat. Ex quo sæpe accidit, vt obsequia nostra tarda sint, cum paruarum frugum nobis difficilior sit euectio quàm cæteris plurimarum. Horum locorum, Imperator, ingenium est huiusmodi, vt te eorum aspectum non horruisse loco sit summi beneficij, recreasse verò planè non hominis, sed diuinũ opus omnes fatebuntur, nos propriè beneuolẽtia colemus sempiterna. Quò magis, Imperator, pietati tuæ gratias agimus, qui cum scires itinerum, regionum nostrarum aditum atque aspectum, tam fœdum, atq; asperum, tamen illò deflectere, & vrbem illam sola opis tuæ expectatione viuente illustrare dignatus es.

Heduorũ calamitas.

Locus hic deprauat esse videtur.*

Agri Heduen. sterilitas.

Procemium

Constantini in Heduam ingressus.

BOni principis eſt,libenter ſuos videre fœlices, ſed melioris, inuiſere etiam laborantes. Dij boni, qui-
nam ille tum nobis illuxit dies? Iam enim ad prædicanda remedia ordine nominis tui,ſuperuenit ora-
tio.Cùm tu(quod primum nobis ſignũ ſalutis fuit)portas ipſius vrbis intraſti, quæ te habitu illo in ſinum
reducto,& procurrentibus vtrinque tenoribus amplexu quodam videbantur accipere. Miratus es,Impe-
rator,vnde ſe tibi tanta obuiam effunderet multitudo,cùm ſolitudinem ex vicino monte vidiſſes.Omnes
enim ex agris omnium ætatum homines conuolauerunt,vt viderent quem ſuperſtitem ſibi libenter opta-
rent.Quod enim ad propagandos aliorum principum ſolenni verborum more iuratur,tibi,Conſtantine,ſo-
li vltra omnium noſtrûm facta victuri ſecurè vouemus,cui tam lõga ætas propria debeatur. Magna eſt pro-
fectò vis poſt diuturnam ægritudinem atque mœſtitiam ſurgentium gaudiorum:caluit in nobis vltra vires
noſtras animus ad lætitiam, vt quodã præſagio futuræ fœlicitatis elati, tanta te exultatione ſuſcepcrimus,
quaſi iam indulgentiam,qua vſurus eras,haberemus.Exornauimus vias quibus in palatium peruenitur,pau-
pere quidem ſupellectile:omnium ſigna collegiorum,omnium deorum noſtrorum ſimulachra pertulimus,
pauciſſima clarorum induſtria modulorum, per compendia ſæpiùs tibi occurſura pertulimus. Diuites nos
crederet qui veritatem ſtudio æſtimaret.Sed enim prouidentiam tuam latere nõ potuit,quamuis bene di-
ſimulata paupertas:intellexiſti officioſam & honeſtam inopum vanitatem: ſpontè nos ad numinis tui adi-
tum vocas:ſponte affari,ſpontè(quod opus deſideramus)interrogare dignatus eſt.Hæc ſunt impe. vera be-
neficia,quæ non precibus efflagitata, ſed ex voluntaria tua benignitate proueniunt, & citra vllam peten-
di moleſtiam adipiſcendi voluptatem dederunt.Neque enim parui negotij eſt,Imperator totius orbis,pro-
peculiariter rogare,ſub tantę maieſtatis affectu perfricare frontẽ,vultum componere,confirmare animum,
verba concipere,trepidanter dicere,aptè deſinere,expectare reſponſum.Has omnes difficultates,Impera-
tor,verecundiæ noſtræ remiſiſti. Non ſolùm vltro percunctando quid remedij poſceremus, ſed etiam ti-
biipſi ſuggerendo quæ nos tacebamus:dũ nos iacentes ad pedes tuos clementiſſimo attollis affatu. Vidi-
mus miſericordiam tuam humentibus oculis eminentẽ: ibant per hæc ora lachrymæ nobis ſalutares, tibi
glorioſę,& nos inuicem iam dolore diſcuſſo florebamus gaudio.Nam ſicut agros diuturno ardore ſitien-
tes expetitus votis imber vbertat, ita lachrymæ tuæ pectora noſtra gaudiis irrigabant, vt quanuis nefas
eſſet te flente lætari, vinceret tamẽ gratulatio religionem, cùm lachrymæ illæ eſſent pietatis indices, non
doloris. Et hæc quidem nobis ad ſummam gratulationem ſufficere potuiſſent, etſi remediorum noſtro-
rum ſpem diſtuliſſes, & quibus nos opibus leuaturus eſſes, dubium reliquiſſes: ſed tam prompta eſt in te
natura bonitatis,vt quod pia mente conceperis,ſtatim voce declares.Sic ingenui largíque fontes,vtri-
que poſſint ire feſtinant.ſic celeriter in terras cœlo miſſa perueniunt: ſic denique diuina illa mens quæ to-
tum mundum hunc gubernat,quicquid cogitauit,illud fecit. In quo tamen, Imperator, ſi conſilium ami-
callidioris admitteres,eſſet quod fortaſſe reprehenderetur, nimiùm te ſcilicet facilè ea quæ ſis tributurus
aperire,& ſine vllo artificio cito promere,quæ ſperare diu debeant.Neſcis,Imperator,tua commẽdare be-
neficia:præſtanti celeritate occùpas tempus optandi.Sed enim indulgẽtię celeritate viciſti,Imperator,ipſa
elementa, quibus animam viuimus. Diu venturi hominis paratus optatur. Diu vagitus inconditi locutu-
ram differunt vocem. Diu fruges homines cohibet,ver elicit,æſtas flore ſolidat, calore maturat, tu nobis

Imperatoris Cõſtantini in Heduos liberalitas.

vitam pariter totam dediſti: tu fructus meritorum tuorum ſtatim nos metere, & inconditis referre iuſſi-
ſti.releuaturus cenſum definiſti numerum,reliqua debita remiſſurus.quantum deberemus interrogaſti.quæ
interrogatio manifeſta promiſſio fuit.Nam cùm is qui omnia poteſt,quid ſibi debeatur interrogat,non cu-
rioſè percunctatur, vt ſciat,ſed libẽter cupit audire quantum remittat.Separatè igitur vtique dicam, neque
enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt tua beneficia.Septem milia capitum remiſiſti, quartam ampliùs
partem noſtrorum cenſuum,& tamen vtrum ſufficeret, hoc nobis ſæpiùs requiſiſti. Quos vtrum ne vere-
cundos dicam nimiùm,an ſatis gratos?qui reticuimus,hæſimus,indulgentiæ tuæ amplè fluenti modum fe-
cimus:plus adhuc præſtare cupiebas,ſi auſi eſſemus expoſcere.

QVantum ſit hoc beneficium,imò quàm neceſſariũ nobis, quàm vtile etiam deuotionis officiis non
queo ſatis dicere. Remiſſione iſta ſeptem milium capitum,vigintiquinque milibus dediſti vires,de-
diſti opem,dediſti ſalutem.Pluſquam in eo conſecutus es quàm roboraſti,quàm reſcidiſti,in eo quod re-
miſiſti.Quater tantum,ter firmum certúmque redditum eſt, id quod irritò petebatur. Siquidem deſpera-
tio perferendi debiti etiam id quod dari poterat,inhibebat.Nec erat ratio conandi,cùm non eſſet ſpes vl-
la complendi. O diuinam,Imperator, tuam in ſananda ciuitate medicinam. ſicut ægra corpora & onerata
ſtupentium torpore membrorum reſecata aliqua ſui parte ſanantur, vt immunita vigeant quæ exacerbata
torpebant,ita nos nimia mole depreſſi leuato onere conſurgimus. neſcit taxare indulgentiam tuam qui te
putat ſeptem milium capitum ſola donaſſe. Donaſti omnia quæ ſtare feciſti. Quanquam enim adhuc ſub
priſtina ſarcina vacillemus,tamen leuior videtur quia nemo præfertur:exonerandi præſumptio dat patien-
tiã ſuſtinendi.Certè & tum liberi parentes ſuos chariores habent,& mariti coniuges non grauatè tuentur,
& parentes adultorum non pœnitet filiorum quorum onera ſibi remiſſa lętantur.Ita omnium pietas olim
feſſa reſpirat,& ſuos quemquam iuuat numerare ſecurum,cùm plures adiuuant obſequia paucorum.Quò
magis ſpe futuri temporis eleuamur:recreatur animus ſecuritate præteriti remiſſíq;:reliquis nihil eſt quod
reſpectandum timendúmque ſit quod aliquid virium penſitationibus nocet.Ita duorum temporum(quę
ſunt maxima)moleſtia liberati ſumus, vnum atque id nimium breui labore tranſigimus. Nam cùm præte-
ritum tempus pro modo ſuo longum, futurum autem infinitum ſit, præſens tempus breue, & ſemper in
partem vtramque mutabile, cùm & à præterito relinquatur, & tranſeat in futurum. Vnus hic annus prope
ſenſum non habet difficultatis,duorũ temporũ prçteritorũ indulgẽtiis coarctatus,& quaſi terminus quidã
poſitus felicitati & vtriuſq; cõfinij:qui nos & in præterito liberos facit,& in futuro ſecuros.Quinq; anno-
rum nobis reliqua remiſiſti.O luſtrũ omnibus luſtris felicius.O luſtrũ quod meritò hãc imperij tui ęquauit
ætatẽ.Nobis ergo præcipuè te principẽ dij creauerũt,quibus ſingulis hæc eſt nata fœlicitas,ex quo tu impe-
rare

rare cœpisti. Quinquennalia tua nobis etiā perfecta celebranda sunt. Illa enim quæ te incipiente suscepta, omnibus populis iure communia, nobis hæc propria quæ plena sunt. Præclara fertur Catonis oratio de lustri sui fœlicitate. Iam tunc enim in illa vetere rep. ad censorum laudem pertinebat, si lustrum fœlix condidisset, si horrea messis implesset, si vindemia redundasset, si olivieta larga fluxissent. Quid ergo nos conuenit gratulari de hoc indulgentiæ tuæ lustro: lustro quo licet nulla frugum fuerit vbertas, fecisti tamen vt omnia videantur fuisse largiora quàm fuerint. valet enim nos tantùm habuisse quantum debere debuimus, valet plena fuisse horrea, plenas cellas, cū in nullis reliquis hæreamus. Hoc nobis est ista largitio, quod terra mater frugum, quod Iuppiter moderator aurarum, quicquid illi parcius dederunt, nobis tamen ex beneficio tuo natum est. Quænam toto orbe terrarum auri argentíque metalla tam larga sunt? Quis Tagus, quísve Pactolus tanto fluxerunt auro quantum liberalitate tua consecuti sumus? Nos enim maioris est muneris abs te accepisse: quin imò quanto est durius extorqueri quod proprium fuerit, quàm non acquirere quod fuerit alienum, tanto dulcior est remissa soluendi necessitas, quàm lucrandi optata commoditas. Quā multi, impe. Auguste, quos inopia latitare per saltus, aut etiā in exilium ire cōpulerat, ista remissione reliquorum in lucem exeunt & in patriam reuertūtur? desinunt pristinā accusare pauperiem, desinunt odisse agrorum suorum sterilitatem, resumunt animos operi, pręparant culturam, melioribus admittuntur auspiciis, reuisunt domos, referunt dona templis præsertim. Cum tu omnium nostrorum reseruator aduene ris, & quasi illa maiestatis tuæ comes & socius flagrabit tota ciuitas, gaudiis perstrepet, & cum proficisceris, fortasse retinebit. Dabis enim veniam, amoris nostri contumeliam feres, omnium sis licet dominus vrbium, omnium nationum, nos tamen & nomen accepimus tuum iam nō antiquum. Bibracte quidem huc vsque dicta est Iulia Polia Florentia, sed Flauia est ciuitas Heduorum. Finis.

ADDITIO. De laude & excellentia huius ciuitatis Heduen. dixi amplè in Catalogo gloriæ mundi, in xij. parte in lx. consideratione. *

IN TEXTV IBI, *A eschange d'aultres.*

NOtanter istud fuit dictū & insertum in literis commissionis, * quia mortuo vno delegatorum vel mari datorum simpliciter expirat iurisdictio. aut compromis. nisi aliud sit expressum in delega. vel compro. cap. vno delegato. de officio delegato. quod tamen limitat Felinus ibi in delega. tribus limitationib9, de quibus per eum ibi. & quia etiam tex. ibi dicit idem esse in arbitrio, Feli. dicit non esse idem in omnibus, sed ponit aliquas differentias, quas videre poteris, & ibi etiam ponit in quibus conueniunt. & de leg. ad vniuersitatem causarum, hoc casu, an æquiparentur ordinariis, ponit Feli. amplè in c. causam matrimonij. extrà, de offic. delegatis.

1 *Mortuo vno delegatorum expirat iurisdictio.*

IN ordinariis verò iudicibus * quando causa est decidenda per plures qui simul habent cognitionem, nunquid alius siue duo in absentia aliorum possint de causa cognoscere siue decidere, vide Alex. in l. si vni. ff. de re iur. vbi dicit quòd sit in interlocutoria, per glos. ibi, nisi sit interlocutoria, per quā quis citatur ad videndum sententiam ferri in litis contestatione & attestationibus, & in illa quę habet vim diffinitiuæ, vt ibi per eum. vide de hoc per Feli. & alios in c. prudentiam. in titu. de offi. deleg. Panor. in c. quoniam abbas. de offi. deleg. Alexand. in l. stichum qui meus erit. ff. de leg. j. dixi in tracta. meo clausularum. in clausula, aut vnus vel duo vestrum. non repeto.

2 *Causa per plures ordinarios decidēda, an pars eorū aliis absentibus cognoscere possit.*

IN TEXTV IBI, *Que par mort.*

MOrs enim * oīa soluit. l. in summa. ff. de re iudi. l. Neratius. ff. de re. iur. in aut. de nup. §. deinceps. colla. iiij. Spe. in titu. de loca. §. j. versic.. cl. cum seq. & seq. & Bart. in l. decē. ff. de verb. oblig. l. penulti. ff. quę sen. sine appel. glo. in c. licite. in ver. nūquā. xxxij. q. viij. ¶ Adde * quòd mors est terminus vitæ. in aut. de hære. & fa. §. his oībus. & quæ inopinatè venit. ff. de cōdi. & demon. l. lege. & repet. in aut. vt factæ no. constit. §. penul. maximè propter peccatum. xj. q. iij. episcopi si sacerdotali. & vide quod ibi nota.

1 *Mors omnia soluit.*
2

ADDITIO. Quomodo terminus vitæ à diuina prouidētia est cōstitutus, vide Matthæū de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ, in constitutione quæ incipit, terminū. in j. nota. & ibi in iij. nota. ponit questionem, an sententia condemnatoria ad mortem per iudicem pro delicto tollat pœnam purgatorij. *

ET quomodo mors ex dispositione Dei cōtingat ponit Guillelmus Benedicti in sua repeti. c. Rayn. in verbo, mortuo itaque testatore. j. nume. xxvij. de testa. vbi multa de morte, & ibi dicit ꝙ Deus sæpe mortem citius & contra naturam contingere permittit nostris peccatis & demeritis exigentibus, secundū glos. in c. quia forte. de appel. vt notatur in c. qualiter. *le second*. de accu. * Nam propter illud homo citius moritur. de pœ. dist. j. prædixerat. Item ex cuius cogitatione turbatur humana fragilitas. C. qui test. fac. pos. 3
hac consultissima. §. at cum humana. Item mors omnes tam liberos quàm seruos absorbet. ff. quando acti. de penul. est an l. j. §. alienatio. Eius enim fortuna communis est omnibus. C. de pactis. l. licet. omnia quoq; soluit, omnium terminus est, vt suprà. ¶ Et nihil mali in morte timendum est, & illam potius virtuosi affectant quàm timeant, est tamen grauissimus dolor. notat ipse Benedi. in dicta repe. in verbo, testamētum. iiij. nu. viij. vsque ad numerum. xviij. vbi amplè de prædictis. & quòd non est flēdum de morte suorum. ¶ Aduerte etiam * quia mors tollit ingratitudinem. Ang. in l. his solis. C. de reuo. don. tollit accusationē contra mulierem de adulterio. Anto. de Butrio in c. fin. de do. Tollit feloniam vasalli commissam contra suum dominum. glos. & ibi do. in l. omnimodo. in verbo, non licebit. C. de inof. tes. Tollit causam commissam per vasallum contra dominum, propter quam debebat proprietati feudi priuari. text. & ibi Baldus. in capitulo primo. in §. domino. si de feudo fue. contro. inter do. & agna. Tollit seu finit mandatum ex parte mandātis & mandatarij: ex parte mandātis. l. mandatum. C. man. l. inter causas. ff. man. Ex parte mandatarij. l. si quis alicui. §. morte. ff. man. Tollit societatem. l. ideo & l. nemo. & l. verum. ff. pro socio. Tollit irregularitatem, cùm clericus percutiens mortuum etiam si habuisset animum interficiendi, etiam si fuisset

4 *Nota quæ mors tollat.*

viuus non incurrit irregularitatem, secundum Archi.in c.fi.xxv.q.j. Tollit iurisdictionem delegati per mortem delegantis, c. gratum.c.relatum.c.licet vndique.de offi.dele.habetur in l.more.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Tollit crimina, ita * quòd iudex non potest facere suspendere corpus mortuum.not. de-

5 *Corpus mortuū suspendi non potest.*

cto in l.ij.C.qui testa.face.pos. Et multa quæ non possunt fieri nec pro mortuo, nec contra mortuum ponit Hippolytus de Marsiliis in l.fi.in v.& vj.col.ff.de quęstio.& ibi an possit excommunicari. Multa etiam quæ possunt fieri mortuis sicut viuis, & in quibus viuus & mortuus æquiparentur, ponit idem Marsi.in d. l.fi.in vij.& viij.col. Et adde Lucā de penna.in l.iubemus.C.de præpo.sa. cubi.lib.xij.vbi ponit quòd accusatur atque damnatur mortuus. mortuo exhiberi debet honor & reuerentia. dolor tangit mortuos, & quòd in contumeliam mortui aliquid fieri potest, & iniuria mortuo fieri potest, & eius anima dicitur contristari. Et hæredes tenentur vindicare iniurias mortuorum.ex quibus & pluribus aliis ibi per eum ampliùs declaratis, concludit indulgentias etiam mortuis posse concedi, & prodesse posse.

6 *Mors vnde dicta*
7 *Mors triplex.*
8 *Mortis tres nūtij.*

ET aduerte ad id quod dicit Cardin.in cle.j.vt lit.penden.j.col.quòd * mors dicitur à morsu primi hominis qui per esum pomi mortem incurrit.* & est triplex mors, vna est immatura, scilicet iuuenum: altera infantū quæ est acerba: altera matura & naturalis, scilicet senum. vt dicit Car.in d.cle.j. vt lite pend. j.col.& dicit Hugo de claustro animæ * secundo, quòd tres sunt nuntij mortis, scilicet casus, infirmitas, & senectus: casus dubia, infirmitas grauia, senectus certa determinat.casus nuntiat mortem latentem, infirmitas apparentem, senectus pręsentem, ex hac incertitudine mortis timor, ex grauitate dolor & certitudine senectutem non obstinatio, sed humilitas & afflictio sequi debet.

DE his tribus nuntiis vide Gui!.Benedicti in d.sua repeti.c. Rayn.in verbo, mortuo itaq; testatore.in me.ix.& x.de testamentis. Et ibi quomodo mors contingit per varios casus. quos vide. Sed aduerte quoniam mors qualitercunque contingat dicitur casus fortuitus. ibidem nu. xxvj. ¶ De probatione autem mortis quomodo probari debeat, ponit Bar.& alij in l.ij.§.si dubitetur.ff.quemadmodū test.ape.Bar. Bal. & alij in l.si quidem.C.sol.matri.Sali.in l.ea quidem.C.de accu.in penul.col.Alex.consi.suo xxiiij.in iiij. volum.& in consi.xcviij.in quarto volu.Bal.in l.iij.in ij.colum.C.de proba. ¶ Et an posset probari per famam vide dominum meum Iason.in l.ea quæ.in fin. C. de transac. vide etiam Feli.in c.quoniam frequenter in fin.vt lite non contesta. vbi alleg.plures remissiones. vide etiam Alexan. in d.§. si dubitetur . ¶ Aduerte

9 *Mors qualiter probatur.*

tamen ad id quod dicit Bald. in l.fi.C.de edi.di.Adri. tollen. quòd * mors probatur & præsumitur statim quòd constat testamentum esse publicatum post mortem & penes hæredem esse, & vt dicunt Salice. & Alexan.in d.l.fina.quòd satis ab hærede probatur mors producendo testamentum . quod nota, quia quotidie istud in curijs nostris practicatur. & vide quæ dicit dominus meus Iason in dicta l.fina.in iiij. colum. C.de edi.diui Adria.tollen.& Alexan.in consilio iiij.in ij.volumine.Rapha.Cuma. in cosilio xliiij. & dicitur mors iusta & necessaria absentia.Bart.& Bald.in l.ea quæ.in fina.C.de tempo.in integ.restitu.peten. ¶ Aduerte quòd mors multum operatur in vno casu, scilicet quòd statur libro rationum cum iuramento alicuius, si mortuus fuerit talis sufficit pro hærede liber rationum, & mors operatur iuramentum . ita dicit dominus meus Iason in repe.l.admonendi.in xlviij.colum.ff.de iureiuran.

IN TEXTV IBI, *Maladie.*

1 *Infirmitas sufficiens est impedimētū.*

ADuerte * quia infirmitas est impedimentum sufficiēs.facit text.in c.tenor.de re iud.extrà. & in l.quæsitum.ff. de re.iu.vbi Alexan.dicit quòd non solùm infirmitas proprij corporis, sed etiam infirmitas suorum est impedimētum sufficiens, per glo.in c.communis.xxiij.distin.ita etiam dicit dominus meus Iason in l.ij.§.si quis iudicio.ff.si quis cautio. & in l.de pu.§.si quis ipsi pretori.ff.de no.ope.nu. ¶ Et an etiam infirmus vel impeditus teneatur mittere procuratorē, ponunt doctores in d.l.quæsitum.& dominus meus

2 *Infirmitates quinque ex causis proueniunt.*

Iason in d.§.si quis iudicio . vbi ponit regulā cū limitationibus & sublimitationibus. ¶ * Et aduerte quòd infirmitates proueniunt ex quinque causis. Prima vt iustis per patien. augeatur meritum, vt Iob. Secunda ad custodiam virtutum, ne superbia subintret, vt in Paulo. Tertia ad corrigendum peccata, vt habetur in c.cùm infirmitas. de pœnitentia & remissio . Quarta ad gloriam , vt legitur de cæco nato , & de Lazaro. Quinta ad initium pœnæ, vt in Herode, vt his versibus continetur, quos ponit Pet.de Anc.in d.c.cùm infirmitas. Vt probet, vt damnet, vt incipiat, vt mereatur. Vt pateat Christi gloria, pœna datur. ¶ * Et duplex

3 *Infirmitas duplex.*
Animi.
Corporis.

plex est infirmitas mentis, scilicet & corporis.xv.q.j.§.ij.& §.vt itaque.xlix.di.c.huic.& mentis siue animi infirmitas est duplex, vna est quæ vitium appellatur, qua infirmitate anima à Deo separatur, vt ira, odium & similium, alia infirmitas animi non est peccatum , sed pœna peccati vt obliuio & ignorantia.d.§.vt itaque. Corporalis etiam est duplex, vna enim est languor naturæ, quæ carnis concupiscentia dicitur siue fomes, alia proprie corporis infirmitas, dicitur qua elementorum & humorum discordia turbata caro affligitur, & tandem dissoluitur.d.§.vt itaque.& vt dicit text.in c.si quis xxiij.q. iij.ista infirmitas corporis confert salutis animæ. ¶ Et quomodo probetur infirmitas, vide per Pan.in c.quęrelam.in ij.extrà, de procu.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ, in constitutione quæ incipit, edictorum. in j.li.in xiij.not. & in viij.glo. & in constitutione.quæcunque.ponit quòd infirmitas simulata vel fraudulosa non excusat.*

IN TEXTV IBI, *Empeschement.*

1 *Iudice dato impedito, alius dari debet.*
2 *Impedimentum qualiter probetur.*

ET hoc est, quoniam cū * iudex datus est impeditus, alius dandus est.l.iudex datus.ff.de iu.l.j. C.de peda.iu.Baldus.in suo tra.de quæstionibus emergentibus circa merita causæ.in.j.q.

DE impedimento * quo debeat probari & de eo protestari, dicam infrà, in §.xx. incipiente, *Entre toutes autres gens*.in glossa, *qu'elle ayt empeschement*, infrà, *des droictz & appartenances a gens mariez*, & dicit text.in l.licet.cū ibi not.ff.de arbit.quòd etiam ętas, valetudo, profectio vrgens, occupatio propriorum negotiorum, aut munus aliquod reipublicæ excusationem probent.quod nota.

IN TEXTV IBI, *Bailly.*

DE hoc termino vide textū.cum glo.in cle.j.in verbo potestas.de pœ. tex.in capitulo dilecto.in princ. de sententi.excō.in sexto.

IN TEXTV IBI, *Chalon*

CAbilon * quod olim Cauillonum dicebatur, erat oppidum Heduorum inter Celtas ad ripas Araris fluuij sensim fluentis, cui hodie Sagona nomen est, vbi rei frumentariæ commerciique & commeatus causa sæpe Romani negociabantur, Matiscon oppido finitimum. tūc erat in finibus Heduorum, nunc autem est ciuitas episcopalis in prouincia Lugdunen. in ducatu Burgundiæ & Francorum regno sita, nomen retinēs, vt dicit Raymundus Marlianus in suis expositionibus terminorum cōmentari. Cæsaris. in litera C, in verbo, Cauillonen. & erat antiquitus comitatus, sed propter iniuriam quā Guiliel. comes Cabilonen. fecit in Cluniacen. * Ludouicus rex Francorum vastauit & destruxit Cabilonen. ciuitatem & illam dedit & donauit duci Burgundiæ, vt narrat Antonius monachus de gestis Francorum lib. v. c. lvj. ibi, expleto hoc insigni opere. narrat etiam idem Antonius in d. lib. de gestis Francorum, eodē lib. v. c. xv. quòd tempore Vuanij comitis Cabilonē. per Lotharium regem Francorū fuit destructa igne & incendio, præter vnam paruam basilicam, quæ stupendo miraculo cum hincinde cincta fuerit sæuientibus & lambentibus flammis, tamen nō potuit aduri, & fuit consecrata Deo in honore beati Georgij martyris. dicit tamē quod Lotharij voluntas non erat vt ciuitas succēderetur. isti Cabilonen. habent solummodo scabinos & procuratores quos eligunt die sancti Ioannis baptistæ singulo anno. Heduenses vero habent Vigobertū, qui est Heduorum iudex, qui eligitur singulis annis per incolas ciuitatis Heduen. de quo suprà dixi, & infrà dicam in multis locis. ¶ Et fuit aliàs quæstio inter Heduen. & Cabilonen. quis in congregatione gentium trium statuum præcedere debeat: an Vigobertus Heduen. an primus scabinus Cabilonen. & me existen. Diuione in camera illorum, de villis fuit dictum quòd Vigobertus Heduen. præcederet, & etiam fuit aliàs ita dictum per curiam de balliuo Heduen. quòd præcederet balliuum Cabilonen. & hoc est propter antiquitatem ciuitatis Heduen. quæ quanta qualisque fuerit satis attestantur & demonstrant dicta in glo. præcedenti, super verbo, d'Ostun, & adhuc vestigia restāt & ruina antiquorum murorum. Et ideo in memoriam pristinæ dignitatis adhuc eidem deferendum est. arg. l. fi. ff. de decurio. & eorum quæ dicit Feli. in c. quæ in ecclesiarum. in xxix. col. extrà, de consti. & in c. super literis. in xviij. col. extrà, de rescriptis. & quæ dicit dominus meus. Iason. in l. iij. in iij. col. ff. de acquisi. pos. * & ideo etiam videmus quòd episcopus noster Heduen. in congregatione trium statuum huius patriæ præsidet & præcedit omnes alios, cùm sit decanus episcoporum seu suffraganeorum prouinciæ Lugdunen. Imò licet sit tantum episcopus portat & habere potest pallium, quod est signum & auctoritas archiepiscopi, & nescio alium episcopum in Gallia præter episcopum Ipodien. pallio vtentē. Et credo hos duos episcopos posse vti hoc signo & autoritate pallij in tota Gallia, quòd priuilegium habuit episcopus Heduen. tempore sancti Siagrij episcopi Heduen, vt habetur in c. rationis ordo. c. distinctione.

1 Cabilon oppidum quod olim cauillonū.

2 Cabilonis destructio.

Miraculū in exustione. Cabilonis.

3 Episcopi Heduē. dignitas.

IN TEXTV IBI, *Nox patentes lettres de commißion.*

DIcitur hoc notanter * quia sine literis non creditur delegato. c. cum in iure peritus. extrà, de officio delegati. & ibi notatur per glo. & docto. quòd licet exhibeatur sententia delegati, ei tamen non creditur, nec præsumitur pro sententia, nisi ostendatur commissio. ita etiam dicit Bald. in l. vnica. C. ne liceat in vna eademque causa tertiò prouocare. nec etiam creditur iudici, si se delegatum dicat, argu. de testi. in antiquis. c. cùm à nobis. & idem dicit lex in arbitro, quia non statur verbo eius si dicit iuramentum à partibus interpositum. l. iiij. §. sin autem. C. de arbitris. l. vnica. C. de mandat. principum. in princi. vnde etiam glo. prædicta notat esse cauendum cuicunque impetranti à principe causam committi vel delegari, vt si sententia lata fuerit pro eo à delegato, ita bene custodiat commissionem sicut ipsam sententiam lapsu temporis, cū si conueniretur & ostenderet sententiam sine commissione non valeret ei, nisi probaret de commissione, sed si inferatur ipsa commissio in sententia per tabellionem iudicis autoritate, stabitur eidem sententiæ, etiam si originale commissionis non appareat, vt. C. de testamentis. l. publicati. nota. in dicta glo. cum ibi not. de materia plenè per Felinum, Decium, & alios in dicto. c. cùm in iure peritus. vbi amplè ponit quando credendum est alicui sine literis.

Delegato sine literis non creditur.

IN TEXTV IBI, *En ensuyuant le contenu en nosdictes lettres de commißion.*

ADuerte quia * forma mandati est exacta diligentia sequenda, & fines mandati diligenter sunt custodiendi, & qui excedit videtur facere contra formam. l. diligenter. ff. mandati. instituta mādati. §. is qui. notatur plenè per omnes in c. cum dilecta. extrà, de rescriptis. & quando fines mandati possunt transgredi, ponit Ioan. Fabri in dicto. §. is qui. ad quem recurre. & de hac materia vide etiam per dominum meum dominum Iason. in l. transactionis pactum. C. de transactio. vbi ponit quasdam ampliationes & limitationes. & etiam tractat Baldus. in c. j. in iij. col. vt lite non cōtestata. quam limitationem ponit idem dominus meus in l. si mora. in vij. col. ff. solu. matri. & ad id quod dicit idem Iason in dicta l. transactionis. * ꝙ etiam qualitas mandati est seruanda, adde eundum Iason. in l. non solum. in penul. col. ff. soluto matri. & nō solùm quod fit contra mandatum est nullum, sed etiam quod fit citra mandatum, vt dicit Barba. in consilio xliiij. in iij. col. in j. volu. vbi satis amplè. ¶ Aduerte etiam ad limitationem quam ponit dominus meus Iason in l. si iuret Titiū. in ij. col. ibi, item facit ista lex. quòd si aliquis &c. ff. si certum petatur. & quia dicitur hìc antè per Barb. quòd si aliquis faciat citra vel pręter, quòd nō dicitur seruare formam, videtur contra per id quod dicit dominus meus Iason in l. puberem. C. de iure deliberandi. & in l. qui quartam. ff. de lega. j. vbi dicitur quòd qui pinguius adimplet dicitur seruare formam mandati. cogita, quia nolo hìc transportare simul collecta per Feli. & alios.

1 Forma mandati sequenda.

2 Qualitas mandati seruāda

VIde etiam ad hoc quæ dicit Guiliel. Benedicti in repeti. c. Rayn. in verbo, in codem testamento relinquens. in j. numero. lxvij. vsque ad numerum lxxvij. de testamentis.

IN TEXTV IBI, *Et pour accomplir l'effect d'icelles.*

NAm vt dicit Bal. in l. proinde. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredi. qui facit aliquem actum videtur eo proposito facere vt habeat effectum. *

IN TEXTV IBI, *En tresgrand nombre.*

1 Multitudinis ac pluralitatis commoda.

ADuerte * quia pro magnitudine semper præsumitur.c.in canonicis.xix. dist.quoniam quod à plurib
recipitur maioris est autoritatis,quàm quod à paucioribus.glos.in c.puto.ij.q.vij.& quod à pluribu
quæritur sapientibus faciliter inuenitur.xx.disti.de quibus. & per ampliores homines perfectissima ver
reuelatur.l.vltima.C.de fideicommissis. & integrum est iudicandum, quod plurimorum sententiis con
matur.c.prudentiam.de offic.deleg. facit tex.in c.graue.xxxv.quæstione ix.

2 Multitudo quãdo & in quibus vitanda.

ADDITIO. Matthæus de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ,in consti.quæ incipit,sæpe co
tingit.in j.nota.* reprobat multitudinem maximè in tribunalibus,vbi dicit,quòd m
lus est mos addere iudices vnius tribunalis tribunalibus ordinariis constitutis,quoniam ex hoc causatur d
ficilis congregatio,vt docet experimentum, & sic causæ prolongantur. *

IN TEXTV IBI, *Lesquelx ilz ont examiné.*

1 Consuetudo in facto cõsistẽs probanda.

QVia consuetudo * in facto consistẽs probanda est.c.j.de constit.& plenè & diligenter, vt dicit Ba
in l.consuetudinis.C.quæ sit longa consuetudo.contra Petrum, & qualiter debeat probari per te
stes & quòd aliquando probatur per libri apertionem quando est redacta in scriptis per autoritatem su
perioris,vt hîc,vide plenè per Bar.in d.l.consuetudinis.& per Alber.de rosa.in rub.C.quæ sit lon.con
2 sed quia in hac patria non probatur per testes,non aliter insisto,sed solum per scripturam,de quo satis d
in prin. * & quantùm ad consuetudinem per testes probandam,quòd testes debent deponere tria, sci
vsum populi,frequentiam vsus,& temporis diuturnitatem. & quid si testes dicant quòd ita est cõsuetu
& quid si probatur quòd fuit obtenta in contradictorio iudicio , & quid sit contrarium iudicium, v
doct.in dictis locis, & glo.in c.abbate sanè.de verbo.signi.

IN TEXTV IBI, *Bien & vtilite.*

1 Nouarũ rerũ cõstitutio vtilitatẽ præ se ferret debet.

ET hoc est quia * in rebus nouis condendis seu constituendis euidens debet esse vtilitas,l.in rebus.ff.d
constitu. princ.in c.cum consuetudinis.extrà,de consuetu. & semper etiam debet esse consuetudo ra
tionabilis,& non contra vtilitatem,c.j.de consue.c.erit autem lex.iiij.distin.qualis autem debeat esse con
suetudo ponit Alber.de ros.in d.ru.C.quæ sit long.cons.in xiij.colum.

IN TEXTV IBI, *Et par l'aduis & consentement,*

1 Consuetudo per quos inducatur.

QVæro per quos * inducatur consuetudo? Bar. in l.consuetudinis.C.quæ sit lon.consue.& Alber.d
ro. in d. rub.dicunt quando quærunt,an vna pars populi possit inducere consuetudinem, & dic
quòd sic,imò non prodest minori parti protestari de contrario,si maior pars consentiat ,quia non cura
de consensu minoris partis. Ioan.Fab. in §.non scripto.ibi, sed quid maiore parte. insti.de iu.nat. Et dic
ibi Ioan.Fab.& Bar.in l.j.C.de sum.tri.quòd populus non potest inducere consuetudinem sine licentia su
perioris,non tamen conclusiuè hoc tenet,sed contrarium, quod non credo verum,per ea quę suprà dixi in
glos. *Ausquelz auons otroye*,sed conclusiuè. Idem Ioan.Fab.hoc tenet in §. sed & plebiscita.Et meliùs in
stitu.de iure.natu.

2 Consuetudinem cõdendi potestas an in principẽ transferri possit.

SED an in * principem sit translata potestas condendi consuetudinem? dicendum est secundum Bar
in d.l.consuetudinis. circa princ.quòd non, quia in eum non potuit transferri,cum procedant ex tacito
consensu populi.ar.l.si patronum.§.qui fideicom.ff.ad Tre. & sic dicit hodie populũ Romanum posse in
cere consuetudinem generalem,cùm potestas legis consuetudinarię non sit translata in principem,sed eam
patiendo videtur eam quandoque indulgere.vt .ff. de his qui notan.infa.l. quid ergo.§. v.& l.cũ plures.§
locator.ff.loc.& de exer.l.j.§.magistrum.& constat principem indulgere ex speciali priuile. posse.C.de te
sta.l.si non speciali.

DE materia consuetudinis in reliquis me remitto ad Albericum, in dicta rubrica.C. quæ sit longa con
suetudo.

RVBRICA PRIMA.

RVBRICA PRIMA. *Des iustices & droictz d'icelles.*

IN TEXTV IBI, *Iustices.*

PRIMO aduertẽdũ est ꝙ istud verbũ, *iustice*, hic positũ sumitur ꝓ iurisdictiõe:nihilominus cũ ꝑ magistratus & iurisdictiões exercẽtes administretur iustitia,vnicuiq; quod suũ est tribuẽdo:nõ omittã hic inserere,& presupponere aliqua de iustitia.Et quoniã oĩs quę à ratiõe suscipitur de aliqua re ĩstitutio,debet à diffinitiõe proficisci: vt intelligatur quid sit id de quo disputetur:vt ait Cice.lib.j.offi.q̃ritur q̃d sit iustitia.Et vt ait iuriscõsul.ĩ.l.iustitia.ff.de iusti.& iure.Et Iustinianus ĩ.§.j.ĩsti.de iustitia & iure.*.Iustitia est cõstans & ꝑpetua volũtas,ius suũ vnicuiq; tribuẽs.Quod an sit vera illa diffinitio,& de multis aliis diffinitiõib⁹ me remitto ad glo. & docto.ibi. *Dictio, Iustice quid significet.* 1 *Iustitia quid.*

ET aduerte*ꝙ meritò pręponitur titulus de iustitia:cum sit virtus cæteris præponenda pluribus de causis.¶Ratione originis:quoniã vt habetur Psal.lxxxiiij.Veritas de terra orta est:& iustitia de cœlo prospexit. ¶Et aduerte*ꝙ quidditates iustitiæ sunt bonũ & æquum.Cum vt habetur in. §.j. de iustitia & iure.& in.l.j.ff.de iustitia & iure.Iustitia est ars boni & æqui.*Quæ quidẽ bonitas & æquitas sunt essẽtię trinitatis seu deitatis.Imò dicit tex.in.c.existimãt xj.q.iij.ꝙ nomẽ domini quod est Christ⁹, est ipsa iustitia.*Ex quo cõstat iustitiã esse ortam à deo . Nõ est enim dubium legẽ in statu innocentiæ processisse. Adã enim ne arbore vetita vesceretur legẽ accepit,qua violata iuris, seruato ordine exclusi pœnã sustinuit.Tacendum ne est,ꝙ cœlum,ꝙ pondera,quòd totius mundi machina,sua quódq; lege à rerũ creatore coercitũ est,quod de sese lex ipsa gloriatur, Dominus(inquiens)possedit me initio viarum suarũ.& alibi,Cum eo eram cuncta cõponens.*Nemo etiã est qui nesciat legẽ tabulis sculptã Mosem à deo accepisse:à quo tota iuris scripti seges proseritur.*Quicquid enim posteri legũ scriptores in monumẽtis reliquêre id totum tanquam simiæ(vt Ficinus ait)à Mose pro Eusebij sententia mutuati sunt.Plato quoq; quos de legibus libros fecit,à deo legũ cõditore exorditur:ꝙ leges sine deo constitui non posse asserat. Denique idem Plato in Prothagora cæteras humanas disciplinas à Prometheo , id est,humana prouidẽtia,solã legem à Ioue per Mercurium.i.à deo per angelum processisse testatur. 2 *Iustitia cæteris virtutibus* 3 *ꝑponenda.* 4 *Iustitiæ quid ditates quæ.* 5 *Iustitiæ origo.* 6 *Moses tabulas legis à deo accepit.* *Ethnici leges à Mose mutuati sunt.*

RAtione *nobilitatis:quonian vt inquit S.Tho.ij.ij.q.lviij.art.vltimo.Iustitia propriè dicta est nobilior omnium virtutum moralium:& ideo inquit Aristo.v. Ethic.Præclarissima omnium virtutum videtur esse iustitia:& neque Hesperus,neq; Lucifer,ita admirabilis &c. ¶*Ratione perfectionis:quoniam vt ait Aristo. in loco hic ante alle . Iustitia est virtus maximè perfecta : quoniam perfectæ virtutis est vsus:& in ipsa simul omnis virtus.Et vt ait Iusti.in autentica vt omnes obe.iu. in prin. colla.v.Vnã quidem esse omnium perfectissimam virtutem arbitrandum est hominibus, quæ iura omnibus distribuit.Hæc ex causa cognominata iustitia. 8 *Iustitia nobilior alis virtutibus* 9 *Iustitia virtus perfecta.*

ADDITIO. Vide de hac Pe.Belugũ in suo spe.principũ in ru.de ꝓpositiõe principis in curia facienda.nu.vj. ¶*Ratione perpetuationis, cũ iustitia sit perpetua & immortalis: vt habetur Sap.i.c.Immortalis enim est,quia facit hoĩes dignos immortalitate æternę glorię.Vel dicitur perpetua & immortalis,quia regia sedes ꝑ succedẽtes generationes firmat, corroborat,ac ꝑpetuat. Ideo dicitur Prouer.ix.c.Rex q̃ iudicat in veritate pauperes,thronus ei⁹ in æternũ firmabitur.¶*Et ex opposito ꝓpter iniustitias & iniquitates non solùm reges & principes priuãtur dignitate & officio dominãdi:sed plerũq; ex hoc ruũt regiæ domus,atq; clarissimorũ principũ familię ac generationes extingũtur.¶Hinc August.de duodecim abusionũ gradib⁹ ait.Sup oĩa verò regis iniustitia,nõ solũ pręsentis imperij faciẽ fuscat,sed & filios suos & nepotes,ne post se regni hæreditatẽ teneant obscurat.Et de his etiã vide Lucã de pen.in l.iudices in pe.col.C.de dig.li.xij. vbi etiã ponit quæ sunt de iustitia regis,& quæ rex in administrando iustitiã debeat facere.Nõne etiã habetur Ecclesiastici.x.c.ꝙ regnũ de gente in gentẽ trãsfertur ꝓpter iniustitias,& iniurias,& cõtumelias, ac diuersos dolos?& hoc est,quia quid sint regna nisi latrocinia,remota iustitia,vt dicit Augu.li.iiij.de ciuitate dei.c.iiij. Et ideo meritò dicitur,Deuterono.xxv.ꝙ Deus auersatur oẽm iniustitiã.¶*Ratione etiam vtilitatis,quoniam iustitia est vtilis sibiipsi,omnibus,& reipublicæ:Sibiipsi verò quoniã ꝑ ipsam docetur honestè viuere,iuxta.l.j.§.j.de iusti.& iure.§.iuris præcepta.insti.de iusti.& iure.& habetur etiam Ecclesiasti.iiij.c.Pro iustitia agonizare pro anima tua,& vsq; ad mortẽ certa pro iustitia:& deus expugnabit pro te inimicos tuos. Et etiã habetur Psal.xliiij. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis.Et in multis locis habetur de præmio iustitiæ:& quia laboriosum esset hic scribere,omitto.¶* Et aduerte quoniã iustitia ꝓfuit Traiano infideli, quoniã præcibus Gregorij ꝓpter eius iustitiã fuit à pœnis inferni eductus:vt refert Luc.de pen.in.l.ij.in iij.col.C.de exactotributorum. li.x.Io. Fab.in procemio institutionum.§.j.& Guilelmus Benedicti in sua repe.c.Raynu. in verbo & vxorem nomine Adelasiam.nume.ccij.de testamen.vbi etiã dicit,qui verã gloriam adipisci vult,iustitiæ fungatur officiis,secundum Cice.iij.offi. 10 *Iustitia est perpetua.* 11 *Iniustitia regiæ domus ruunt.* 12 *Iustitia omnibus vtilis.* 13 *Traianus imperator ab inferno liberatus.* Trajano

ADDITIO. De eductione tamẽ Traiani multi dubitant,& sunt in alia opinione,scilicet ꝙ fuit cõseruatus viuus in terra vsq; ad aduentũ Gregorij , sed si fuerit vtilis Traiano videatur etiã quomodo fuerit vtilis regibus Franciæ * in quibus semper fuit tanta administratio iustitię:ꝙ semper viguit in eis præ cæteris regibus,vt amplè declarat Benedicti in dicto loco hic ante alle.* 14 *Iustitiæ administratio in regibus Franciæ.*

OMnibus & quo ad omnes est vtilis:quia per eam docetur alterum non lædere, & iura vnicuiq; tribuere.Et ait Ambro.in lib.de offi. Iustitia,quæ vnicuique quod suum est tribuit, aliena non vendicat,vtilitatem propriam negligit,vt communem vtilitatem custodiat. Et vt ait Aristo. lib.ij. Ethic. Iustitia est vtilis in bello & pace.

REipublicæ verò *est vtilis,cum respublica sine iustitia conseruari nõ possit: vt August.libr. vij. de ciuitate dei. c.xix.sapientũ sententias recitans,concludit hoc verissimum esse:videlicet,rempub.sine iustitia regi non posse.Et,vt ait Macrobius lib.j.de somno Scipionis. Sine iustitia non solũ respu. 15 *Iustitia vtilis reipublicæ*

ſed nec exiguus hominũ cœtus,nec quidem parua domus cõſtabit, Et,vt ait Cyprianus lib.de xij.abuſionibus, Iuſtitia eſt pax populorũ,tutamẽ patriæ,immunitas plebis, nutrimentum gentis,gaudiũ hominum.Et meritò. Nam reſpublica per iuſtitiã,tempore pacis & belli optimè gubernatur:vt habetur in procœmio inſti.Per iuſtitiã nanq; mali terrentũr : & boni conſeruantur.ff.de pœnis.l.capitalium.§.famoſos.& l.aut facta.§.fi.ff.eo.de pœnis. Nam per ipſam cùm punitur vnus malus , reliquis incutitur metus.Et iſto modo pax & tranquillitas cõſeruatur.l.j.C.ad leg.Iul. repetũ.l.diuus.ff.de cuſto.& exhi.reo.& iſto modo capiendo iuſtitiã,eſt cæteris virtutibus præferenda:cum per eã bonorum ſalus & cõmunitas procuratur.l.prouinciarũ.C.de feriis.eo quòd bonũ cõmune particulari prępon itur:vt ait Ariſt.j. Ethicorũ. Et habetur in l. vnica circa fi.C.de cadu.tollẽ. ¶Et dicit Bal.in pœmio Greg.inci.Rex

15 Iuſtitia triangularis. pacificus,in fi.cõprehendens prædicta.*quòd iuſtitia quodã triangulo cõtinetur veluti quadam turri fortiſſima triangulari:vnus angulus eſt honeſtè viuere,alius alterũ nõ lædere, tertius ius ſuũ vnicuiq; tribuere.

16 Iuſtitiæ ſex partes. *Cuius quidẽ turris iuſtitiæ ſex ſunt partes principales,ſeu lapides ſecundum Cicero.veteris Rheto.lib.ij.c.penul,videlicet religio,pietas,obſeruantia, veritas, gratia,& vindicatio,quas quidẽ ſex partes videtur etiã tribuere iuſtitiæ beatus Tho.ij.ij.q.lxxx.art.j.

17 Iuſtitiæ fundamenta. *Et huiuſmodi turris duo ſunt lapides fundamentales,videlicet fides,& charitas.c.vbi ſana.xxiiij.q.j. vbi dicitur, quòd vbi ſana fides non eſt,nec charitas,ibi nõ poteſt eſſe iuſtitia.Cuius etiã turris ſcala:ſpes eſt,oĩs quippe iuſtus ſpe & fortitudine nitet: vt dicit Iſidorus de ſummo bono.lib.ij.c.iij. Et eiuſdem turris portæ ſunt duæ : videlicet prudentia:vnde habetur in c.ſapiens.de pœnitentia diſt.ij. Sapiẽs enim nunquam inanis eſt, ſed ſemper habens amictũ prudentię, qui poteſt dicere:Iuſtitiam induebam,veſtiebam iudicium.Et fortitudo de qua dicitur Prouer.xxx.c.Leo fortiſſimus beſtiarũ ad nullius pauebit occurſum . Et in hac turri iuſtitiæ eſt vna apertio,quæ dicitur ſilentiũ,vnde Eſai.xxxj.ca.& tranſſumptiuè in cap.fi. v.q.iiij. Erit cultus iuſtitiæ ſilentium.Et huius turris ſcutum erit æquitas:vnde habetur Sapientiæ.v. Induam pro thorace iuſtitiam:& accipiam pro galea iudicium rectum,& ſumam ſcutum inexpugnabile æquitatem.Et eiuſdem turris iuſtitiæ typum cum oĩbus partibus ſupradictis , & deſcriptiones illarum ponit Guillermus le Rouille Aleconiẽ.in tracta.ſuo de iuſtitia & iniuſtitia.

ET capiendo iſtud verbum, *Iuſtice*,pro iuriſdictione videndum eſt quid ſit iuriſdictio,& quæ ſint iura ipſius iuriſdictionis.

18 Iuriſdictio q̃d. IVriſdictio*enim(vt dicit glo.in.l.j.ff.de iuriſ.om.iudi.)eſt poteſtas de publico introducta,cũ neceſſitate iuris dicendi,& æquitatis ſtatuendæ.Non inſiſto circa diffinitionẽ,ſed me remitto ad Bar.Alex.& Iaſ.præceptorẽ meũ in d.l.j.& glo.in.§.iuriſiu.in fi.in aut.de defen.ciuita.colla.iij.vbi etiã diuidit iuriſdictionem in genere,in merũ imperium,mixtum: & iuriſdictionẽ in ſpecie,ſecundum etiã quod diuiditur in.l.imperiũ.ff.de iuriſd.omniũ iudicũ.¶Sed quæro de qua iuriſdictione intelligatur iſta : an de alta,hoc eſt,de mero imperio:an de media.hoc eſt,de mixto imperio:an de baſſa,hoc eſt,de iuriſdictione in ſpecie? ¶Aduerte,quia reperio Ange.in dicta l.imperium in iij.col.ff.de iuriſdictione omnium iud.dicentem:quòd quando quis eſt infeudatus de caſtro,vel ciuitate cum iuriſdictione,nõ poteſt ſtatuta condere:quia eſt meri imperij.

19 Iuriſdictionis appellatione ſimpliciter venit tãtũ baſſa. *Pondera ergo ꝙ appellatione iuriſdictionis ſimpliciter nõ venit merum & mixtũ imperium:ſed baſſa iuriſdictio . Et facit pro hoc fundamẽto dictũ notabile Bal.in l.ſi in aliquã.§.cũ pleniſſimã.per illũ tex.ff.de offi.proconſul.& ibi glo.vbi dicit Bal. ꝙ quando conceditur iuriſdictio pleniſſima cum tali ſuperlatiuo,bene tunc intelligitur cõcedi merum & mixtum imperium,aliàs ſecus,ꝙ nota.Accedat gloſſator ſingularis in cle.j.in verbo omnimodam.de foro compe ten.quã Abb.ibi & alij ſequuntur,quæ vult ꝙ quando adiicitur verbũ,omnimodam iuriſdictionẽ : tunc bene iuriſdictio ſumitur vt genus,& cõprehendit ſub ſe merum & mixtum imperium & ſimplicem iuriſdictionem,ſecus ſi dicatur iuriſdictionem ſimpliciter:quia ſolum intelligitur conceſſa iuriſdictio in ſpecie.Ita tenet Abb.Panorm.in c.conqueſtus.in ij.col.extra de foro compe.Et Anto.de but.in.c.ſuper quæſtionũ.in prin.in.iij.col.de offi.dele.Idem etiam tenet Feli.d.c. conquæſtus. qui dicit dictam gloſ.eſſe auream.Ad hæc facit & fortius dictum notabile Bal.in.c.quanto in pe. col. extra de iudi. vbi dicit ꝙ etiam ſi dicatur omnẽ iuriſdictionẽ:adhuc non continetur merum & mixtum imperiũ :

20 Dictio omnis de quibus prædicet. *quia illa vniuerſalis,omnem,non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie:ſed de pluribus differentibus numero.

21 Iuriſdictio non includit merum & mixtũ imperium. ¶*Hinc etiã dicit ꝙ merum & mixtum imperium, nõ includuntur ſub nomine iuriſdictionis.argu.l.iiij.§.duas.ff.de dam.infe. Nam iſta duo ſuprema ſecundum eundem Bal. requirunt ſpeciale mandatum.l.Pomponius.in prin.ff.de procu.& per hoc dictum,videtur ſublatum fundamentum ꝙ poſſet fieri pro rubrica noſtra:quòd contineat merum & mixtum imperium : licet non apponatur dictio vniuerſalis:cum ſit indefinitè poſita:& indefinita æquipolet vniuerſali.vt per Bar.in.l.ſi pluribus ff.de leg.ij.Glo.in c.vt circa.de ele.in vj.Quia etiam ſi diceretur in rub.noſtræ conſuetudinis,*De toutes les iuſtices*,cum dictione vniuerſali,nõ per hoc viderentur comprehenſa merum & mixtum imperium.

22 Erectio furcarum eſt meri imperij. 23 ¶Ex antedictis facit & dictũ Bal.in l.à procuratore.C.mandati.vbi dicit,*ꝙ ſi vendatur caſtrum cum omnibus iuribus ſuis:quòd non comprehenditur iuriſdictio cohęrẽs fundo:in quo ſunt erectæ furcæ.*Ratio enim eſt:quia erectio furcarũ eſt meri imperij.Bal.in ca.j.in v.col.quid ſit inueſtitura. Flo.in l.arborib.§.de illo.ff.de vſuf.Ita etiã tenet Iaco.de ſancto Geor.eminẽs doctor,in l.imperium. in.j. & ij.lectura.ff.de iuri.om.iudi . ¶Imò etiam nunquid in venditione caſtri cũ omnimoda iuriſditione cõprehendantur regalia,vide Ludo.Roma.in conſi.cclxxj.inci.Vis tota pręſentis dubitationis.¶Itẽ etiã nunquid in generali conceſſione caſtri,intelligatur cõceſſum merũ imperiũ.Oldra.conſi.cclij.vbi plenè,quẽ videas.Et ideo nõ cõprehẽditur merũ imperiũ,in cõceſſione caſtri:licet cõcedatur iuriſd.baſſa.

ADDITIO. Vide hanc quæſtionem amplè diſputatã per Matthæum de afflictis.in conſtitutionibus regni Siciliæ.in conſtitu.quæ incipit.ea que ad decus in,vj. nota. per totum vbi plene.*

De hac

DE hac decisione Bal.hîc antè allega.vide Ale.in consi.suo xxxv.in iiij.volu.Feli.in c.quòd sedé.ext. de offi. ordina.Et licet princeps vendat prædium suum,& omnia iura quæ ibi habet. Licet illa verba sint generalia,non tamen extendi debent vltra ea quæ secundum naturam eorum expressa sunt,vt dicit Inno.in c.literis.de iure patronatus.

COntrariam*partem in casu nostro teneo de iure veriore: videlicet ꝙ in casu rubricæ nostræ intelligendũ est de alta,media,& bassa iurisdictione:hoc est de mero & mixto imperio, & iurisdictione in specie. ¶Et primò est text⁹ ad literã:iũcta gl.in d.§.iurisiurãdi,in fi.in aut.de defen.ciui.col.iij. vbi iurisditio simpliciter prolata,importat merũ & mixtũ imperiũ. ¶Secũdò probatur,nã rubrica nostra loquitur pluraliter.Nõ ergo potest ĩtelligi solũ de bassa iurisditione:*cũ in vno pluralitas verificari nõ possit. 24
Pro quo facit tex.in l.j.ff.de optio.lega.Hinc notat ex illo tex.Bar.ꝙ si testator iubet bona sua distribui inter pauperes eligẽdos per talẽ:ꝙ ille nõ potest eligere vnũ,& dare ei oĩa.arg.l.iij.ff.de annu.leg.& facit tex.in l.vbi numerus, ff.de testib⁹,vbi numerus pluralis requirit singularitates.*Necobstat si dicatur ꝙ etiã pluralitas verificari possit in vno: prout dicit Bar.in l.ait prætor.in §.negotia.per illũ tex.ff.de neg. gest.vbi dicit ꝙsi statutũ dicat:ꝙ ꝓ ducẽs falsos testes puniatur certa pœna,ꝙ illud statutũ verificatur in producẽte vnũ falsum testẽ.Idẽ Bar.in l.ij.ff.de procu.cũ alijs infinitis allegatis per do.meũ Ias.in l.singularia. in iij.col.ff.si cer.peta.& in l.Gall⁹.§.quid si is,post Alex.ibi.ff.de lib.& posthu. ¶Feli.in c.omnes leges,j distin .Alex.in consi.cxxxvj.in fi.principij.& in col.in v.volu.& in cõsi.lxxxiiij.in iiij.volu. Bal.in cõs.ccccxliij.in j.vol.Sozi.in l.falsum.§.fi.ff.de cõdi.& demõ.* ¶Cui adde ꝙ Bar.ipsemet in simili materia fuit sibi cõtrarius ex his q̃ dicit in d.l.j.ff.de opti.lega.cũ teneat cõtrariũ in l.vnũ ex familia,§.si duos & §.sequẽti.ff.de leg.ij.& pro opi.Bart.& cõtra ea q̃ dicit in d.l.j.cõsuluit Pau.de cast.in consi.suo cxliij.

25 *Pluralitas an verificari posßit in vno.*

26

QVia ad hoc dico ꝙ ex quo in casu nostro nõ potest aliter fieri quin resultaret absurditas.Ideo enim debet intelligi nostra rubrica de omnibus iurisdictionibus.Et dicit Pau.de ca.suo consi.ccij.inci. Visa suprascripta facti narratione,in ij.col.in suis consi.nouis *ꝙ pluralitas semper resoluitur in singularitates,nisi sequatur absurditas.Absurdũ enim esset in casu Bar.in l.ait prætor.in §. nego. sup.alleg.ꝙ virtute illius pluralitatis ꝓducẽs falsum testẽ nõ puniretur. Ideo nõ mirũ si resoluatur in singularitates. Sed in casu nostro nõ sic est:imò sequeretur absurdũ ex cõtrario:quia in nigro tractatur de tribus iurisditionib⁹:scilicet de mero & mixto imperio:& bassa iurisditione.Ergo ita est interpretãda rubrica:ꝙ de his intelligi debet,cũ sit cautũ ꝙ vbi sunt plures species in nigro,tũc est in plurali ponẽda rubrica:vt oẽs species cõtineat.vt per gl.Et ibi Ioannẽ de platea in rubrica inst.de actio.& per Io.An.in rub.de testi. & in rub.de test.Et dicit Bar.in l.j.in ij.col.in j.not.ff.si certũ petatur.*ꝙ quãdo nigrũ est generale:rubrica debet esse generalis ad nigrũ.& ibi doctores.Et ẽ cõtrario quãdo rubrica est generalis:debet esse nigrum generale.Bar.in l.j.in fi.C.de capita.ciui.cẽsi.eximen. li.xj.per gl.ibi:sed sic est nũc ꝙ nigrũ nostrũ est generale, & loquitur de tribus iurisditionib⁹:vt patet in primo nostro capitulo sequẽti,ibi, *toutes espaues.* quando dicit,*au seigneur hault iusticier*.Idẽ dicit in ij.cap.in fi.ibi,*pourra ledict hault iusticier*.Idem dicit in iij.cap. idem dicit in quarto.Ergo loquitur in illis,de mero imperio. ¶De mixto autem imperio loquitur specialiter,in capitulo,*l'amende de simple rescousse*, quando vult inferre,ꝙ forestarij possunt pignorare.Nã ista pignoratio in forestis est de mixto imperio.Facit l.ij.C.de pascuis publicis.li.xj.l. nominatori.C.de pigno.cũ l.iiij.§.an tamen,ff.de damno infecto,& l.si quis magistratus,ff. de nume. & honori. cogere enim quem captis pignoribus,& bannizare in forestis sunt de mixto imperio.

27 *Pluralitas resoluitur in singularitates.*

28

DE iurisditione enim in specie, siue de bassa iustitia,loquitur in capit.*messiers & sergens*,cum ista sint tantũmodo de bassa iurisditione:dicendũ est ergo conclusiuè ꝙ rubrica nostra intelligitur de omni iurisditione,licet loquatur indefinitè. ¶Istud etiã hoc alio modo cõfirmatur. Nam iurisditio est genus ad imperium & iurisditionem.l.imperium.ff.de iurisdi.omnium iudicum.*Sed posito genere, ponũtur & eius species.l.si chorus.ff.de lega.iij.posita ergo iurisditione simpliciter ponitur imperium merum & mixtum: & iurisditio in specie. ¶Nec obstat dicere quòd iurisditio est intelligenda , prout est species, quia ad hoc dico quòd potius debet intelligi quòd ponatur in genere:*cum analogũ per se positum,stet pro suo famosiori significato.l.j.§.qui in perpetuum,ff.si ager vectiga.vel emphy.peta.igitur,&c.

29 *Posito genere,ponuntur & species ei⁹.*

30 *Analogum per se positum stat pro famosiori significato.*

SEd quid ẽ cõtra,ponamus ꝙ cõcessum sit alicui merũ imperiũ, vel ꝙ aliquis probauit se habere merũ imperiũ in aliquo loco,nũquid intelligitur cõcessa bassa iurisditio cũ mixto imperio? Videtur ꝙ sic: quia probata via videtur probatus actus & iter.ff.de seruitu. rustico. præd.l.j.ergo,&c. ¶Dic tamen ꝙ cõtrariũ est verũ:quia licet via habeat in se cõmoditatẽ veri actus & itineris,& actus habeat cõmoditatẽ itineris,tamen iter,actus & via,sunt tres species distinctę & diuersæ,& posita vna,nõ ponitur altera.ff.si serui.vẽdicetur,l.locis corpus.§.j.Sic dicẽdũ est in mero imperio & mixto,& bassa iurisd. ¶*Sunt enim tres species iurisditionis diuersæ, habẽtes in se diuersas & proprias naturas & discretas differẽtias essentiales,vt ff.de iurisdi.om.iud.l.Imperiũ. Et vna posita,nõ sequitur positio alterius.vt ff.de tuto.& cura. datis ab his.l.j. Vna enim species nõ est alia prędicatiuè:nec qui habet vnã speciẽ habet aliã,aut cõmoditatẽ illius,nec vna est in alia cõstitutiuè,excepto mixto imperio. Illud enim constituitur ex aliquo meri imperij,& ex aliquo iurisditionis,vt not.in d.l.Imperiũ. ¶Aduerte*quia iudex qui est vsus iurisditione in ciuilibus, nõ acquisiuit ius cognoscẽdi in criminalibus. ita Salice.in l.j.C.de emãcipa.libe.quã allegat Ioan.Saxon,in cõsuet.Turonẽ.in tit. *de droict de retraict*.artic.xiij.in fine. ¶Et tamẽ aduerte*quia possessio vnius act⁹ ius vniuersale ꝓducit nullo alio existẽte in possessione,vt dicit Inn.in c.dilecto.de offi. archi. Panor.in c.j.de religio.domibus.col.j.ver.vlti.tene mẽti. vbi cõcludit ꝙ per exercitiũ vnius iuris seu articuli cõprehẽsi sub vniuerso,infertur ad possessionẽ vniuersi. & idẽ Abb.in cõsi.liiij.inci.videtur primò, col.ij.in ij.vol.& in cõsi.lxxxij.incip.quanq̃ col.iiij.ver.ad prædicta.& cõsi.lxxj.inci.videtur prima frõte.col.penul.ver.iij.vbi dicit ꝙ exercẽs vnũ actũ iurisditionis in loco,videtur in totũ iurisditionẽ acquirere:dũmodò alius nõ sit in possessione.idẽ Alex.cõsi.lxviij.vol.ij.& Feli.in c.auditis,de præscript.

31 *Iurisditionis tres species.*

32

33

Philip.Decius prędicta allegauit in consi.cclxxj.in ij.col.in secūdo volu.dixi infra in fine huius rubricæ.

IN TEXTV IBI, *Es droictz d'icelles.*

VIdēdum est sigillatim quæ sint iura meri imperij,mixti,& iurisdictionis in specie. ¶Quæ autē sint ponit Bar.& post eū moderni in l.Imperiū sup.alle.sed quædam seruienda ad practicam tantūmodo

1 *Meri imperij quæ sint in primo gradu.* inseram,& non ad alia discurrendo. ¶Et * primò præsupponēdo breuibus ea q̄ sunt de mero imperio, creare tabelliones generales,& confiscare bona:cōtra dispositionē.aut.bona dānatorū.C.de bonis dānā. & cōgregare cōciliū generale,ista sunt de mero imperio:quæ cōpetūt solū principibus,& nō aliis.Imò vl timū,quod est cōgregare cōciliū generale: nō cōpetit nisi summo Pōtifici:& ipso deficiēte,Cardinalibus. Nec potest imperator & rex Franciæ cōgregare.Ista dicit do.& præceptor meus do.Ias.in d.l.Imperium in xij.col.vbi pro vltimo dicto alle.Bal.in c.olim ex literis.ext.de rescri.Bal.hoc nō dicit de rege Frāciæ dicto loco,si bene eius dicta pōderētur.Vide Feli.in c.super literis,in xij.col. ext.de rescri. Et fecit Phil. Decius,Anno domini M.cccccxij.vnū cōciliū super hac materia propter cōciliū Pisanū:tēpore Iulij papæ ij.cōgregatū: in quo tamen erant sex aut septē cardinales cum aliis prælatis Galliæ: qui congregauerunt concilium generale.in quo suspensa fuit potestas Iulij.Et ista prędicta sunt de primo gradu meri imperij.

ADde quod Iacobinus de sancto Georgio optimus doctor & practicus in l. Imperiū,in j.lectura.col. iij.ff.de iurisd.om.iud. multa alia ponit post Bal. ibidem,quæ sunt de primo gradu meri imperij:&

2 *Meri imperij secundi gradus qui sint.* sunt illa quæ competunt principi & non alteri, quæ sunt xviij.vt dicit.¶*De secundo verò gradu meri imperij,seu altæ iustitiæ,est habere gladij potestatē ad animaduertendū in facinorosos homines:vt dicta l.Imperiū.& istud cōtingit multipliciter.Primò quādo adimitur alicui vita corporalis in pœnā propter aliquod delictū.¶Quæ autē sint causæ propter quas possit quis ad mortē cōdemnari:dic q̄ multæ sunt.

3 *Causæ propter quas quis ad mortē cōdemnatur.* Primò enim homicidiū:nam propter homicidiū quis ad mortē condemnatur.tex. in l.iij. ibi quo i fecit expectet.C.de episc.audi.quē multi dicūt esse vnicū in iure,sed mihi videtur q̄ est bonus tex. in l.iij.ibi legis Corneliæ.ff.ad l.Corne.de sica.& in l.quoniam multa. C.ad l. Corn.de vj.melior tex.quem nemo vnq̄ allegauit.in l.vnica.C.de rap.virgi.ibi merito mortis damnātur supplicio, cū nec ab homicidiis.& Prohibitū est enim occidere hominē sub pœna capitis:etiā iure diuino,vt habetur Genes.ix.c.Quicūque effuderit humanum sanguinem,fundetur sanguis illius.Et Exod.xxj.ca. Si quis per industriam occiderit proximum suum,& per insidias,ab altari meo euelles eum,vt morte moriatur.Et Leuiti.xxiiij.Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Et Nume.xxxv.c. Si quis ferro percusserit,& mortuus fuerit qui percussus est,reus erit homicidij,& ipse morietur.

ADDITIO. Et tale delictum est horrendum:vt comprobat Matthæus de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ,in constitutione quæ incipit,Si dāna clandestina.in iij.notab.

4 *Homicidæ qui dicantur.* ¶*Sed nunc quæro qui sint homicidæ,& qui capitali pœnā teneantur?dic quòd primò tenetur qui hominem dolosè occidit,qualitercunq; occidat siue gladio,siue veneno,siue manibus stragulando.ff.ad l. aquil.l.qua actione.§.occisum.ff.ad Silleia.l.j.§.occisorum.C.de male.& mathem.l.plus est occidere.&

ADDITIO. Vide in hoc plenè Mat.de afflictis in cōstit.regni Siciliæ,in cōstit.quæ incipit,terminum vitæ,in vj.not.& ibi ponit xxiij.casus,in quibus quis excusatur ab homicidio.

AMplia siue sit liber,siue sit seruus.l. j.§.qui hominē.ff.de sica.Secūdo amplia siue sit infans occisus siue maior.ff.de extraordi.cri.l.diuus.¶Notāter dictū fuit suprà q̄ qui occidit hominē dolosè,tenetur de homicidio pœna capitis.Tex.est in l.nō aūt.§.excipitur.j.versi.capitale.ff.de edili.edic. quē ad hoc dicit esse meliorē de iure do.meus Ias.in l.nō dubiū in viij.col.C.de legi.Bal.Pau.de ca.& Ang.in l.j.ff.de legib.vbi ad hoc multa cumulauit do.meus.Idē do.meus Ias.in l.in actionibus.in vj.col.ff.de in li.iur. Idē do.meus in l.j.quam sub eo audiui ff.de lega.j.& in l.sororē.C.de his quibus vt indig. Alex.in cōs. cix.in v.col.in.j.vo.inci.Visis & vt oportet cōsideratis.Et idē do.meus Ias.in l.si per errorē in iij col.ff. de iurisditione omniū iudicū.Pau.de cast.in cōsi.cclxxv.in nouis.incipi.In causa incarceratorū.Et dic istud verū,etiā si statutū diceret occidēs hominē quouis modo puniatur pœna capitis.Quia occidēs sine dolo nō punitur pœna capitis.Ita tenet notabiliter Sali.in l.si seruū in iij.col.C.de noxali.Alex.sequitur in l.& si seuerior.C.de his qui notā.infa.refert & sequitur Feli.in c.sedes.in ix.col.extra de rescri.Sed videtur

5 *Statuta homicidam capitis punientia,an requirāt dolum.* detur q̄ Ange.tenet cōtrariū in l.pe.C.de sica.quādo dicitur* quod si statutū dicat quod occidēs hominē morte puniatur,q̄ nō requirit statutū dolū cogi.¶Itē etiā do . meus Ias. videtur tenere contrariū de directo in d.l.in actio.in vij.col.ff.de in litē iurā.& l.j.ff.de legi.& est vna limitatio ad illud dictū.¶Aliā dat Oldra.cōsi.lxxxij.quē allegat Feli.in c.cognoscentes.extra de cōsti.s.q̄ videtur ibi esse specialis casus. Et intellige prædicta quādo requiritur dolus,quādo punitur corporaliter homicida: secus si esset imposita pœna pecuniaria ex delicto cōmisso:tūc pro tali punitione non requiritur dolus.Ita dicit Bal.in l.j. in vlt.col.ff.de legi.& in l.quicunq;.C.de seruis fugit.quē refert do.meus in l.iustē possidet.in pe. col.ff. de acqui.pos. ¶Et quia,vt hîc antè vides,multa & infinita allegantur quòd in homicidio ad hoc vt puniatur corporaliter requiratur dolus. Nota causas præsumptionis homicidij non dolosi : & quod fuit factum ad defensionem non animo deliberato: vt per Cæpolam consi. xxix.in iij.col. vbi ponit decem præsumptiones.& in consi.xxxj.vbi alias decem ponit.

ET quomodo in delictis requiratur dolus ad hoc vt puniatur ad mortē.vide Hypp.de Marsi.in singulari suo.clxxvj.vbi allegat remissiones.& amplissimè per eū in l.frater tuus.C.ad legē Corne. de sica. *¶Vide Lucā de pēna.in l.queadmodū C.de agrico.& censi.lib.xj. vbi ponit ducentos & xxiij.casus in quib⁹ præsumitur fraus,dolus,& malitia,vt dixi infra.Titulo,des *retraictz*.§ xij.in glo.*se la fraude est trouuée.* ¶Aduerte etiam inter alias præsumptiones si quis loquutus fuerit ad aurem interfectoris,quòd præsumitur mandasse,si tamen sit inimicus qui interfecerit,vt per Hyppolitū de Marsiliis.in l. j.§. prætereа.colum.viij.ff. de quæstio. alle. Bald.in.l. Turpia.§.ff. de le.j. Oldra. consi. suo. xxxvj. item etiam si quis dicat famulo suo facias quòd habeam noua de tali.vt plenè notatur per do.Ias.in.l.j.C.de his quibus

bus vt indi.& in.l.j.C.de ser.fug.vbi ponit alias præsumptiones mandati.

ADDITIO. Ab homicidio tamē excusatur prouocatus,& quando, & quomodo vide Hypolitū de Marsi.in cōsi.suo.xviij.nu.vj.vij.&.viij.vsq;.ad numerū.xvj.quē videas, & in cōsi. xxv.lxxx.&.cxix.vbi amplè.& in practica causarū criminalium.in.§.quoniā.do.meum Ias.in.l. vt vim.ff. de iust.& iur.& Matthæū de afflictis in cōstitutione regni Siciliæ,quæ incipit, ciuiliter agens.in.iiij.nota.in.ij.lib.Et aduerte ad vnum singulare,ꝙ si de homicidio non constet aliter nisi quia reus confitetur, sed ad sui defensionem & suam defensionem nō probat, tamen per hanc confessionē non punietur pœna mortis.ita tenet Pa.in.c. auditis circa vltima col.de rescri. & ibi Feli. dicens illud dictum esse singulare & non esse alibi.idem etiam dicit in.c. significasti. in pe.col. extra de homicidio. & illud dictum sequitur Alex.in.l.non solū.ff.de noui ope.nunciatione, quos etiā refert & sequitur Hippolytus de Marsiliis in singulari suo.clxxxv.vbi dicit esse apud practicos aduocatos in solenni cultu. *

ADuerte ꝙ Angelus de Castro filius Pauli de Castro in quodā cōsilio inserto in cōsiliis Cepolæ,allegauit tex.in l.si quis aliquid.§.abortionis.ff.de pœnis.Et istū tex.alleg.etiam gl.in §.itē lex Corne.in gl.fi.insti.de pub.iu.ad hoc.s.ꝙ etiā quis punitur pro homicidio,licet non sit in dolo.Ioan.Fab.visus est dare vnam solutionem in d.§.itē lex Cornelia. ¶Sed aduerte nouiter,quia mihi videtur ꝙ ille tex.non meretur ad hoc allegari,quia licet tex.in d.§.abortionis ponēdo duos casus.in primo dicat:& si dolo nō faciūt,tamē qui poculū abortiōis,aut amatoriū dāt, quia mali exēpli res est, oēs tales dānātur in metallū. Nūc dicit in secūdo casu,ꝙ si ex eo mulier aut homo pierit,vltimo supplicio afficiātur.¶In primo enim casu,quādo dicit,si nō dolo faciūt,nō dicit vltimo supplicio afficiātur,sed bene in secūdo. Dico enim ꝙ debet intelligi secūdus casus quod fūit in dolo:pōderādo dictionē,ꝙ si,quæ est aduersatiua in facto & in iure:vt patet in l.j.C.communi diuidundo.Vt ergo aduersetur in facto:opus est dicere ꝙ in secūdo casu sit dolus,cū tamē primo nō sit dolus.Video nūc quedā insurgētē in hāc pōderationē & dicentē,amice nescis ꝙ satis aduersatur in facto: cum in primo casu mortuus est homo vel mulier:in secundo casu non. Sic dico ad hoc quod mihi videtur, ꝙ nō tenet iste intellectus : quia esset correctiuus iuriū dicētiū quòd in homicidio ad hoc vt puniatur ad mortem,requiritur dolus,quæ iurium correctio esteuitanda. Cogita quia etiam est alius textus,vbi punitur quis corporaliter:licet non sit dolus quē ponderaui.Ad hoc dicam infra,quando tractabo punitionem falsi. ¶Et sic est hic casus,vbi quis de homicidio nō punitur ad mortem,alios xxiij. ponit Albertus de Gandino:in suo tracta.maleficiorū,in tit.de pœnis reorum,in xxiiij col.quosvidere poteris pro deffensione illorū qui homicidium commiserint in illis casibus.

ADDITIO. Et illos ponit Mat.de afflictis in loco hìc antè allegato.& in xiiij.casu ponit de occidēte abortū nō formatū adhuc in vtero secūdū Bal.in l.ꝙ dicitur,ff.de li.& posthu.*

ITem*etiam tenetur pœna homicidij, & tanquàm homicidæ sunt capitaliter puniēdi, qui furtiuè vel palam cum telo dolosē ambulant:& aliquē animo occidendi vulnerant vel traxerunt gladium contra eum,perueniendo ad actū,& percutiendo animo vulnerādi & occidendi,licet nō occiderint:vt dicitur Exo.xx.Qui percusserit hominē animo occidendi,seu volens occidere, morte moriatur . ff. de sica.l.j.& C. de sica.l.is qui cum tel.&.l.si quis necādi & d.l.j.§.diuus. In talibus enim voluntas & actus pro facto reputatur.ff.de sica.l.diuus .l.aut facta.§.euētus.ff.de pœnis.¶Cōtrariū tamen tenet do.meus Ias.in rub. de actio.insti.in pe.col.Et vide Alex.in cōsi.suo.xv.inci.viso proces.in ij.col.in.j.vo. ¶Aduerte tamē, quia*voluntas quæ processit ad actū exteriorē efficitur punibilis,& consuetudo generalis quæ dicit voluntatem non puniri , non habet locum in delictis atrocissimis,vt in terminis tenet Decius & ibi apostil.in regula non vult hæres esse.ff.de re.iur.

6 *Vulnerās aliquē animo occidendi punitur vt homicida: licet vulneratus non moriatur.*

7

ADuerte tamē ad duo dicta singularia in hac materia q̄ nunq̄ obliuiscaris.¶Primò quia in assasinamento,etiā si non fuerit peruentū ad actū,puniēdi sunt assasini tanq̄ homicide:& ac si perpetrasset Ita cōsuluit do.Ang.de Perusio.in cōsi.suo. xiij.in.j.vo.inci.in.q.præmissa videri oportet.Et me assidēte capitaneo iustitiæ Mediolani Anno do.M.cccccv. euenit casus de quodā nobili genere illorū de Ariminulphis:qui à Roma duos assasinos cōductos pretio centū ducatorū pro quolibet cōduxit:vt occiderent quandā dominā Susannā de Burris,quæ fuerat vxor domini Augustini Triuultij,licet tentassent plures eam occidere:& nullo modo ad actū peruenissent,fuerunt tamē condemnati ad mortē, videlicet ꝙ vnus illorum à dextris,alter à sinistris:& ille nobilis de Ariminulphis,in medio illorum esset suspensus:ꝙ & factum est.¶Quod sufficiebat,ex quo venerant ad locum ad perficiendum assasinamentum.ita tenet Iaco.de sancto Geor.doctor valens & singularis practicus in l.j.§.hæc verba.ff.ꝙ quisquis iuris.

ADDITIO. Vide materiā assasinij per Hippol. de marsi.in sua pract.causarū crimi.in verbo examinanda.& in.§.diligenter.nu.clvj.& in cōsi.cv. vbi per plura tenet cōtra Ang. in. d.cōsi. xiiij.licet non eū alleget,& in terminis tenet quòd homicidio nō secuto nō punitur ad mortē. curia tamen contrariū obseruat quando deuentū est ad actū.¶Secundo aduerte ad illud ꝙ elegantissimè consuluit Frā.de are.subtilitatū princeps in consi.cxlvij.inci.Visa cōsultatione & statutis.vbi dicitur: ꝙ nō tenetur de homicidio qui percussit cum pugno etiam armato & etiā in capite,etiam si percussus cecidit in terrā,& ex collisione facta ad lapidem mortuus est, attento quod ista collisio capitis in terrā cōtra lapidem fuit præter intentionem occidētis.Facit multum bene tex.in l.j.§.sed & si claua.ff.de sica. 8

ADDITIO. Vide Hipp.de marsi.in d.l.j.§.diuus.ff.ad legē cor.de sica.vbi plene, & Mat.de afflictis ī cōsti.regni Siciliæ.in cōsti.terminū vitæ.in viij.col.vbi ponit alias q̄stiones de homicidio.*¶Pro hoc videtur facere decisio Signoroli de homodeis in cōsi.xxvij.ꝙ ici.Statuto ciuitatis Papię .vbi dicit. Aliqs volēs se defēdere à cane: ꝓiecit lapidē in canē,& occidit trāseūtē:nūq̄d debeat puniri de homici.Dicit idē Signorolus ꝙ fuit iudicatū q̄d nō,& hoc est q̄a pręsumitur q̄d nō erat anim⁹ occidēdi.

ADDITIO. Quomodo possunt probari ea quæ sunt in animo , vide Matthæum de afflictis in constitutionibus regni Siciliæ in constitutione quæ incipit iustitiariis.

in viij.nota.vbi ponit qúo ſit puniēdus inſultus tantū ſi nō ſit excogitatus, aut ſi tantū in culpa, & qui
9 Anim⁹ non occidēdi quomodo probetur. debeat ꝓbare,ꝙ inſultus fuit excogitat⁹,aut caſualis. ¶*Qúo aūt ꝓbari poſſit anim⁹ nō occidēdi:poni
glo.in l.j.C.de ſica.Et vide vnū mọdū per Cepol.cōſi.ij.in vlt.col. vbi dicit quod ꝓbatur per iuramē
vulnerātis.Ita tenet do.meus Iaſ.in.§ ſed iſte,col.xx.inſti.de actio.& in repetitio.l. admonēdi.col.xv.ff.
de iureiu.Iſta tamē duo dicta vidētur cōtrà tex.in c.fi.de homici.lib.vj.vbi dicitur ꝙetiā q nō habuit a
mū occidēdi,ſi mors ſecuta eſt,tenetur de homici.Et vide de hoc Cepol.cōſi.xxxv.inci. Poſtulato ſuff

ADDITIO. Contrariū tamē tenet Bal.in l.data opera.in prin.iij.col.C.qui accuſare nō poſſunt,q
ſequitur Matth.de afflictis.in cōſtitutionibus regni Siciliæ, in cōſtitutiōe q incipit,iu
10 Iudex mitigare poteſt ſtatutum affectum puniens. ſtitiariis in ix.no.* ¶Tertiò aduerte*ꝙ vbi lex punit affectū acſi delictū fuiſſet conſūmatū,iudex pote
ex poteſtate ſibi à lege cōceſſa mitigare pœnā,ſed nō tenetur: ita dicit Sa.in l.is qui cum telo. C.de ſica
Et dicit ibi ꝙ Bal.ita dicebat in voce: per text.ſingularē & optimū.in l.aut facta.§.euētus.ff.de pœnis. ita
refert Fel.in tra.quando conatus puniatur,poſito poſt titulum de appellationibus.

ADDITIO. De materia quādo conatus,aut affectus puniatur nō ſecuto effectu, vide amplè Mat.
de afflictis.in cōſti.regni Siciliæ,q incipit,aſperitatē,& in cōſti.q incipit, ſi quis homi
nē.& Hippolytū de Marſi.l.is qui cū telo.C.ad legē Corneliam de ſica.& in conſi.ſuo.cv.ſupra allega.

11 Iudex innocentē cōdemnās, pœna homicidij punitur. ¶Itē* tenetur pœna homicidij,& de homicidio, & eſt capite puniēdus iudex qui dedit operā vt aliquis
accuſatus vel inquiſitus falſò aliquid cōfiteretur per ꝙ innocēs dānaretur poſtea ad mortē. l.j.in prin.&
l.iij §.q vel falſa.ff.de ſica.vel per pecuniā receptā ad condēnandū aliquē innocentē ad mortem: vel ira
motus condēnauit.Et eſt tex.in l.lex.§.fi.ff.ad legē Iul.repetunda.quē tex.dicit Bal.in.l. vnica.in iiij.col.
C.ne ex delic.defun.eſſe mirabilē ad hoc cōtra iudices q aliquid faciunt ex nimia crudelitate, vel nimio
calore:vel etiā cōtra iudicē, qui falſam tulit ſentētiā mortis ꝓpter pecuniā cōtra aliquē:di.l.j §.prætere
12 ff.de ſica.& l.eiuſdē.circa prin.eo tit. ¶*Quid aūt de iudice q poſuit aliquē ad torturā indebitè:qui ibi
mortuus eſt,dicit,idē eſt quia debet puniri pœna corporali.Ita tenet Bar.per illū tex.in l.lege Cornelia
prin.ff.ad legē Corne.de ſica in l.quæſtionibus de.q.do.meus Iaſ.in l.j ff.ꝙ quiſq; iuris in j.col. Et aduer
te dictum ſingulare & notabile Bal.in l.decuriones,C.de quæſtio.quod refert domi.meus:in dicta l.j.

13 Venenafaciens. ¶ITtem * tenetur de homicidio pœna capitali qui venenum malum ſcienter facit cauſa occidē
di aliquem, vel dedit ad occidendum.d.l.j,ff.de ſica.&.l.iij.in prin.

14 Teſtimoniū falſum ferēs. ¶Itē*qui falſum tulit teſtimoniū per quod aliquis cōdēnatur ad mortē.vt.ff.de ſica.l.j.extra de crimi
falſi.c.falſidicus teſtis. ¶Et dicit Bal..c.j.§.iniuria in vlt.col.de pace iuramē.firman per tex.in d.l.j.po
prin.ver.qui vel falſum teſtimonium,quē ad hoc dicit eſſe ſingularē:*ꝙ teſtis deponens falſum in cau
15 criminali debet ſubire illam pœnā quā de iure pateretur ille cōtra quē depoſuit ſi verū eſſet. Ita etiā te
net illud Bal.in l.ij.C.de rebus credi.cū aliis allegatis per d.meū do.Iaſ.in l.& ſi legibus.C.ſi cōtra ius vel
vtili.pub.Idē do.meus in l.ſi duo patroni.§.fi.in.fi.ff.de iureiu.Itē in §.itē ſi quis poſtulāte.in xij.col.in
ſti.de actio.Et iſtud ꝙ debeat puniri ad mortē tenuit gl.nota.in.c.rex debet furta.xxij.q.v. Et qúo teſtis
dicens falſum ſit puniēdus, vide Sozi.in cōſi.ciij.in fi.Videtur etiā ꝙ in quibuſdā caſibus debeat amitte
re manum: puta ſi deponit falſum teſtimoniū ſup crimē,ex quo quis manū amittat:vt per Alber.de Gā
dino in trac.ſuo maleficiorū in tit.de pœ.in xxiij.col.& ibi & in præcedē.col.ponit.xviij. caſus in quibus
quis manū amittit. ¶Vide etiā Ioan.de monthelō, cōpatriotā noſtrū in ſuo promptuario iuris,in ver
bo teſtis,quō teſtis deponēs falſum puniatur.Et ibi quid de producente falſum teſtem. ¶Et aduerte ad
glo.in l.omnino.C.de delato.lib.x.quæ dicit quòd lingua falſorum teſtium eſt perforanda.

ADDITIO. Quid de inſtruente falſum teſtē ad deponendū,vide Mat.de afflictis in conſtitutioni
bus regni Siciliæ,in conſtitutione quæ incipit,falſitatē in iij.lb. ¶Aduerte etiā*quod
16 Teſtiū falſitas quomodo probanda. iſta falſitas teſtiū debet probari alio modo , q per diſpoſitionē ipſiuſmet teſtis afferētis ſe falſum depo
ſuiſſe ad ſuggeſtionē partis:quoniā ſi fuerit ſolemniter examinatus, nō ſtatur poſtmodū depoſitioni il
lius ꝙ falſum depoſuerat in præiudiciū producētis,vt tenet in terminis Pet.de ancha.in conſi.xxiij.inci.
viſa inquiſitione in j.col.& Rapha.fulgo.in cōſi.ſuo.clxxiij.inci.in cauſa inquiſitionis.in.j.&ij.col.quod
refert & ſequitur Phili.Decius in cōſi.clxxxix.inci.lætatus ſum.in v.col.circa finē pro quo allegat Cepo.
in cōſi.xxxij.inci.quidā ruſtic⁹ in iij.col.& Io.de ana.in cōſi.lix.inci.viſa inquiſitiōe.in ij.col.& Alex.in
cōſ.cxxxij.inci.viſa facti narratione, in fi.in.j.volu . & in pluribus aliis locis allegatis per Hippolytū de
Marſi.in cōſi.ſuo.lxxviij.inci.ſalus omniū in te ſperātiū in v.col.nu.xliij.& in cōſi.cj.in vj.col.nu.iiij.&
17 Teſti falſum depoſuiſſe dicenti quatenus ſtetur. in cōſi.cij.nu.viij.& facit tex.in c.ſicut,iuncta glo.fi.extra de teſtibus.* bene tamē eidē creditur cōtra ſe
ad iniungendā ei pœnitentiā,& ſic ad eū puniendū tanq falſariū,vt dicit ibi glo.Feli.in.j.& ij.no Et in
tellige quòd ſupra dictum eſt etiā ſi dicat in articulo mortis ſe falſum depoſuiſſe,vt dicit Hippolytus in
d.conſi.lxxviij.& Feli.in d.c.ſicut.*

¶Itē*punitur capitaliter de homicidio qui dat aliquod mortiferū bibere, vel comedere, puta venenū,
18 Intoxicans. mādragorā,ſerpentē,vel cicutā,vel quid ſimile.ff.ad legē Corneliā de ſica.l.ij.§.præterea col.iij.§ alio,in
tellige niſi ex aliqua cauſa fuerit motus:quia talis poſſet eſſe cauſa q liberaret talē à pœna : vt habetur p
Valeriū.lib.viij.tit.infames rei quib⁹ de cauſis aut dānati,aut abſoluti ſint. c.fi. Et habetur apud Aulum
Gelliū lib.xij.noctiū Atticarū.c.vij.ꝙ licet Smyrnea virū & filiū veneno clā dato interemiſſet, ꝓut cōfi
tebatur:tamē qa fecerat ex quo iuuenē eius filiū ex priore viro occidiſſet,nō fuit ad mortē dānata. Et fa
ciūt quæ dicit do.meus Iaſon.in l.ſi quis id quod in vij.col.ff.de iuri.om.iudi.per.l. cū glo ff. de abigeis.
vbi quælibet cauſa etiā iniuſta,excuſat à dolo & pœna legali. & dicit ibi do.meus.Iaſon.etiā à mulcta.

¶Item*ille qui fuit amator ſeditionis,vel qui miſit aliquē per aliquam viam vt occideretur,ſciens ibi
19 Seditionis amator. eſſe homicidas,vel inimicos ſuos. vt.ff.de ſicariis.l.iij.§. item ſi quis autor . Non ſunt multi anni ꝙ iſte
caſus euenit in hac ciuitate Heduen. ¶Itē qui caſtrauit hominem cauſa libidinis faciendæ:vt ff.e.l.ciuſ
dē q hominē. ¶Itē & ille q mulierē coegit,vt eiiceret partū iā animatū & viuū.vt ff.de pœnis.l.Cicero.
Item

¶Itẽ * is qui seipsum voluit occidere,sed fuit ei occursum: ꝑut dicit Cy.in.l.ij.C. qui test.fa. pos. quia punitur ac si actualiter se occidisset:quia actualiter suspẽdẽdus est furca: vt ĩfr.dicã.sic alle.tex.ĩ.l. fi.§. sic aũt.ff.de bo.eorũ.&.l.oẽ delictũ.§.q se vulnerauerit.ff. de re milita.p quos tex. tenẽt Alberi.Ful. & Pau. & do.me⁹ do.Ias.ĩ.d.l.ij.sed do.me⁹ alle.ibi.expressiorẽ tex.ĩ.l.si qs aliqd.j.§.ij.fi.de pœ.nõ tamẽ est licitũ alicui se ipsũ occidere:imò etiã vulnerãs seipsum punitur ac si vulneraret aliũ. ¶Hinc dicit Bal.in ꝓœmio decretaliũ.ĩ.viij.col.*ꝙ cleric⁹ seipsum vulnerãs ĩcidit in canonẽ.si qs suadẽte diabolo.xvij.q.iiij.refert etiã do.me⁹ Ias.in.l.j.ĩ,ij.col.C.de ser.fugi.vbi multa ponit. ¶Item qui dat poculũ amatoriũ abortionis,ex quo moritur accipiẽs:tũc pœna capitis punitur.tex.est.ĩ.d.l.si quis aliquis.§. qui abortionis.ff. de pœnis. nunquid autem requiratur ꝙ dolosè fecerit.dixi.supra in.j.articulo homicidij.

20 *Seipsum occidere volẽs.*

21 *Vulnerans seipsum qualiter puniatur.*

Amatorium poculum dans.

ADDITIO. De huiusmodi poculis amatorijs & venenosis, vide Mat.de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ q̃ incipit,amatoria pocula.& ĩ alia q̃ ĩcipit,poculũ amatoriũ.in.iij.li.& eũdẽ Mat.in cõsti.q̃ incipit,mala noxia,cũ quinq; sequẽtib⁹.maxime in illa q̃ incipit, quicũq; toxicũ. *

¶Item qui facit vt nec vir,nec mulier possit generare,aut parere partum.c.si quis.extra de homicidio.

22 *Percutiẽs mulierem pregnantem.*

ADuerte ꝙ totũ dicitur multis modis. Primò totũ aliquando dicitur prout est vnũ integrale & partes integrales,vt domus quę cõsistit ex suis partibus.Itẽ est totũ vniuersale,& partes subiectiuæ seu prędicamẽtales,vt genus & species:nã animal est genus, & sic totũ:homo,bos,& similia, sunt partes seu species subiectiuæ,quia subiiciuntur dicto generi,& prędicãtur de genere.Quia si dico,homo est,sequitur, igitur animal est,& sic dicitur pars prædicamentalis.Ista dicit Bar.in l.qui vsumfructũ.ff.de verb.obli.& vide Bal.in cõs.cccxxxv.inci.Quędã mulier.*Et differẽtiã inter totũ & omne ponit do.meus Ias.in l.Cẽturio.in ij.lec.ff.de vul.& pupi.nã tot⁹ ad quãtitatẽ refertur,vt tota dom⁹,totũ corp⁹,aliquod ĩtegrũ:oĩs de vniuersis nume.distinctis,vt oẽ pec⁹,oĩs grex oberrãs,&c.cõfũditur tamẽ nõnũq̃ hęc ꝓprietas à poetis. 1 *Totum dictio, quot modis accipiatur.* 2 *Omne & totum quomodo differant.*

IN TEXTV IBI, *Espaues.*

QVero quid dicatur *espaues*?dic,dicitur omne illud quod oberrat.de quo verb.est tex.in l.iij.§.Nerua filius,ff.de acqui.pos.Et tunc dicitur oberrare,quando non inuenitur à domino vel possessore:& protinus desiit possideri à primo,licet etiã à nullo possideatur:& propriè dicitur res quæ nescitur cuius sit.Et de hoc verbo facit mẽtionem Io.Fab.in §.examen quoq; apum. insti.de rerum diui. vbi dicit ꝙ si domini terrarũ in regno Frãciæ reperiãt examẽ in sua iurisdictione & iustitia,occupant:& vocãt *espaue*.¶ Vide etiam Pau.de Cast.cõs.suo.x.in j.volu.suorum consiliorum. 1 *Espaues quid significet.*

SEd mihi videtur & talis res potest dici & debet pro derelicto:non ergo debet esse domini,sed primò occupãtis.& videtur ad lit.tex.in l.j.& ij.ff.pro derelicto.& hoc casu etiã res immobilis posset sub hoc statuto cõprehẽdi,cũ res immobilis possit haberi ꝓ derelicto,ꝑ not.ꝑ gl.in §.qđ autẽ.inst.de vsuca.Dico prout mihi videtur magnã esse differẽtiã:*qa res dicitur haberi ꝓ derelicto,quãdo domin⁹ vel possessor sciẽter habet ipsam pro derelicto,puta qa à se eiicit,& tũc statim fit occupãtis:si sciatur dominũ aut possessorẽ habuisse pro derelicto.Si verò nesciatur,potest vsucapi:ita sunt iura.& ita est tex.in d.l.j.iũcta.l.id quod pro dere.ff.pro dere.Sed sec⁹ est in casu nostro,quia res nõ eiicitur à domino,imò oberrat domino nesciẽte,& nõ cõsentiẽte:talis enĩ res si ad te ꝑueniat,scis tuã nõ esse, ergo alienã esse: ergo si nõ restituis, cõmittis furtũ,l.falsus,§.qui alienũ.ff.de furtis.xiiij.q.v.c. si quid inuenisti. Panor.in c.sæpe. in j.col.ext. de resti.spolia.do.meus Ias.in l.rẽ quæ nobis.versi.circa membrũ.ff.de acqui.pos.Ne ergo in istud crimen multi inciderẽt,fuit facta hæc nostra cõsuetudo:quæ introduxit ꝙ omnes res oberrãtes restituerẽtur domino illius loci,& in manibus eius reponerentur. Sed adhuc videtur ꝙ sit contra l.fi.C.de rei vẽdi. quæ dicit ꝙ possidẽs rem alienã,nõ debet eã restituere nisi domino probãti se habere ius,etiam illa l.ampliatur si possidens habuit causam à petitore agẽte rei vendicatione.Ita Bar.& Alex.in l.si ab hostibus.§.si 2 *Res quãdo dicatur haberi pro derelicto.*

alienã.ff.sol.matri.Limitat tamẽ Alex.ibi,vt videre poteris.Et dicit Alex. ĩ cõsi.suo.j.ĩ.ix.col.in.v.vo-
talis lex fi.habet locũ etiã si detinẽs sit prædo.¶ Mihi videtur vlterius ꝙ nostra cõsuetudo nõ sit iusti-
tabilis,quia cõtra libertatẽ ecclesiasticã de directo: quod probatur. Nam dicit Bal.in l.j.ff.de rerũ diui.
3 Res inuenta cui' dominus nescitur reponit debet in manibus episcopi.
ꝙ si res aliqua inueniatur,& nescitur cuius sit,debet in foro cõsciẽtiæ reponi in manibus episcopi,vt di-
stribuatur pauperibus.vt in aut.oẽs peregrini.C.cõmunia de succes.Et ista est differẽtia Ioã.and.& Ho-
stiẽ.in c.cũ tu.extra de vsuris.Et istud tenet Alex.in l.interdũ.§.ex naufragio.& in l.rem quæ nobis.ff.de
acqui.pos.ecce ergo quomodo istud quod est reponendũ in manibus episcopi,& distribuendũ paupe-
bus acquiritur per cõsuetudinẽ nostrã domino laico. ¶ Volebã sustinere & quodãmodo sustẽtare con-
suetudinẽ nostrã propter dictũ Ange.in repe.l.si vacãtia.in.v.col.C.de bo.vacã.lib.x.vbi dicit per illum
tex.ꝙ propter ꝓclamata quæ fiũt de tali re:vt apparet in alia cõsuetudine seq.ꝙ talia sunt vacãtia:& tã
vacãtia,fisco applicari debẽt.Sed Alex.in.d.l.rem quæ nobis,in pe.col.reprehẽdit illud dictũ Ang.per
lũmet textũ. in.d.l.si vacãtia.dicã latius in cõsuetudine seq.¶ Sed adhuc videtur ꝙ talis res sit oberrans
& quæ vagare dicitur,nõ potest esse domini illius iustitię,cũ ex vagatione quis nõ perdat ius ꝙ habet
4 Rei vagantis dominus non perdit ius.
re.Quod sic ꝓbatur:*licet enim monachus vagauerit,si nõ fuerit expressè expulsus à monasterio,mona-
sterium nõ perdit ius ꝙ habere potest in eo.Ita tenet Spec.in tit.de sta.mo.versi.xxiij.& Pet.de anc.cõ.
ccccxxiiij.incipi.Pro clariori intelligẽtia. in ij.col. Sic ergo videtur,quòd eo ꝙ nõ apparet quòd res ob-
errans vel vagãs fuerit expulsa domino: & sic quòd dominus non fuerit priuatus iure suo quod habe-
potest in dicta re:nõ potest dicta res acquiri per aliũ:quia semel dominus semper præsumitur domin.
l.fi.C.vnde vj.cogita in omnib'istis quia hęc nostra cõsuetudo est fundata super vna lege Lõgobardorum
quæ dictabat quòd res inuenta portaretur ante iudicem:quæ est in longobardia.in titu.de fugacibus.l.
quis currũ.de qua sola glo. & singularis facit mentionẽ & allegat in l.falsus.§. qui alienum.ff. de furtis.

DE hac materia vide Guil.benedi. in sua repeti.c.Raynu.ĩ verbo,& vxorẽ noĩe Adelasiã·nu.dcccc-
vsq; ad nu.dccccxxxix.de testamẽtis.vbi dicit quod si pauper inuenerit,poterit tale retinere & cõsu-
mere,si seruare non potest cum intentione reddendi domino cum apparuerit.Immò,quod plus est,epi-
scopi penes quos, sunt reponenda pro distribuendo pauperibus possunt filiis taliũ in totum relinque-
rę,secundum Bal.in c.j.§.iniuria in tit.de pace iura.fir.in iij.col.versi.quæro quam satisfactionem.

5 Thesauri inuenti cui acquirantur.
SEd*circa prædicta quæro quid de thesauro inuẽto nũquid virtute huius nostræ cõsuetudinis acqui-
ratur domino habẽti altã iustitiã?Dixit enim tex.in l.nũq̃.§.thesaurus.ff. de acqui.re.do.* quòd the-
saurus est vetus quædã depositio pecuniæ,cuius nõ extat memoria.Et si bene consideretur ratio nostræ
6 Thesaurus qd.
cõsuetudinis de qua supra fecit mentionẽ, videretur dicẽdũ, quòd si reperiatur in loco vbi verisimiliter
dici nõ posit quòd fuit talis pecunia,quondã talis,cuius nũc sunt hæredes: quòd talis thesaurus cõpre-
hẽdi potest sub nostra cõsuetudine:ita quòd debeat esse domini habẽtis altã iustitiã: puta in ciuitate no-
stra Heduen. Vidimus multos qui inuenerũt thesauros in antiquis locis antiquæ ciuitatis: & sunt mille
anni aut plus quòd tales thesauri sunt ibi repositi:licet nũc istæ terræ & possessiones sint aliquorum ci-
uiũ:tamẽ dubiũ est,nũquid thesaurus inuẽtus in eis sit domini,aut inuentorũ.Et pro clariori inuestiga-
tione prædictorũ faciã vnã distinctionẽ,ad quã recurrẽdũ est de iure,nihil aliud quã directæ de cõsuetu-
7 dine nostra tãgẽdo.Et hoc sic.* Aut quis reperit thesaurũ arte magica, & improbata,& tũc siue reperia-
tur in suo,siue in alieno,acquiritur fisco, nõ inuentori.l.j.C.de thesauris. lib.x. & cum hoc punitur ipse
8 quærẽs,quia reprobatur talis sciẽtia.C.de male.& mathema.per totũ.* Aut quis reperit thesaurũ in suo
fundo vel re sua,& tũc est totus suus:siue reperiat data opa, siue à casu, dũmodo arte nõ reprobata.d.l.j.
9 C.de the.& l.nũq̃.§.thesaurus.ff.de acqui.re.do.§.thesauros.insti.de re.di.*.Pecunia verò ab incognito
loco transducta,& in agro nostro reperta,debet restitui secundum Bald.in rub.ff.de rerum diui. in vi.
10 colum.¶ *Item thesaurus inuentus in loco qui in nullius bonis sit est totus inuentoris:secundum Bal.
11 in l.item lapilli.in fi.ff.de re di.¶ Quid de* duobus sociis simul itinerantibus si vnus inueniat aliquid,
an socius debeat habere partem?dic quòd non:nisi sint socij omnium bonorũ:ita tenet Petrus de vbal-
dis in tractatu de duobus fratribus.in vij.quæstione quintæ partis principalis.quem vide.

12 SEd*iuxta hoc quęro:pone ꝙ feudatarius vel emphyteuta qui dicũtur domini vtiles, reperiãt thesau-
rũ in re feudali vel emphyteutica:nunquid thesaurus sit domini directi aut feudatarij,vel emphyteutæ.
videtur quòd sit feudat.vel emphyteutę:cũ sit domin' vtilis.Ita tenet gl.ĩ.d.§. thesauros.Spe.ti.de loca-
to.§.vj.versi.cxxxij.¶ Sed dicit Io.fa.ĩ.d.§.thesauros,quòd aut reperitur res immobilis puta, argẽti fodi-
na:& tũc est domini directi.Aut reperitur res mobilis,puta thesaurus ĩ pecunia numerata, & tũc feuda-
13 rij:sed pro hoc nil allegat.¶ Paulus de ca.cõsi.suo.ccclij.quærit*ad quem spectet commodum minę au-
ri & argenti,an ad nobilem tenẽtem in feudum à barone,an vero spectet baroni.Et ibi notanter conclu-
lit per multa argumenta,quòd ad nobilem feudatarium,& non baroni.Et istud consilium in cõsiliis no-
uis,impressione noua quod est multum notabile.dicit tamẽ Bar.in.l.cuncti. per illum tex. Et etiam Ioã.
14 de Platea.C.de metal.lib.xj.*quòd de auro,argento,& lapidibus,qui fodiuntur in prædiis priuatorum:
fisc'debet habere decimã:& ibi ponit Io.de Platea quomodo metallarij à prĩcipe deputati,possunt inuito
domino ĩ alienũ ĩgredi fundũ, & metalla quærere:ꝙ nõ possunt ĩ thesauris.d.l.vnica.C.de thesauris.li.x.

15 QVid autem * si emptor alicuius rei inuenerit thesaurum in re empta, nunquid ille thesaurus sit
emptoris,an venditoris?dicit Bart. per illum tex.in l.à tutore.ff. de rei. vendi. quod si est thesau-
rus erit emptoris,si pecunia, venditoris : dicit tamen Aluaro in titul. quæ sunt regalia & Cardina. Ale-
xan.quod si venditor vendit per errorem,non putans ibi essethesaurum, aut non cogitans: quòd red-
detur ei thesaurus:si verò ex certa scientia vendit, & nihil exceptuauit, tunc videtur omnia transtulisse.
vt l.j.ff.de con.inde.& l.Campanus.ff.de ope.li.Idem dicit ipse Aluaro,si quis vendidit tunicam,in qua
esset suta pecunia & ignorabat, quoniam dicta pecunia non videretur vendita.argum.l.j.ff. de his quæ
in te.delen.

QVid autē *in creditore qui reperit thesaurū in domo vel fundo pignorato? dic ꝙ pro medietate diuiditur. tex. est ad literā in l. si is qui. §. fi. ff. de acquir. rerū dominio. ¶ *Quid autē in vsufructuario, qui reperit thesaurū in re in qua habet vsumfructū? dic prout in d. l. si is qui. hîc antè allegata. ¶ Aut verò quis reperit in fundo alieno, & tunc sic distingue, aut à casu inuenit, vt arando, vel alio quocūque casu, non studio perscrutādi, nec data opera, tunc medietas est inuētoris, alia verò medietas debet esse domini illius loci vbi repertus est thesaurus. d. §. thesauros, & d. l. j. aut verò inuenit data ad hoc opera, & nō arte magica: & tunc inuentor nihil debet habere, siue hunc thesaurū inuenerit domino volēte: puta qa sit mercenarius ad hoc locatus: vt tenet gl. in d. §. thesauros. & Io. Fab. & Ang. ibi, siue etiā domino ignorāte, & eo inuito. d. l. j. C. de thesau. circa mediū, quia totus acquiritur domino, dictis iuribus. ¶ Dicit tamen Florianus in l. statue. ff. de vsufruct. * quòd si thesaurus inueniatur per canem ad id doctum, cedit domino canis, quod rarò contingit, ideo non est multum insistendum. ¶ Et ita dicit refert & sequitur Iacobinus de sancto Georg. in l. singularia. col. ij. ff. si cer. peta. 16 17 18

ADDITIO. *Aduerte tamen an liceat pecuniam abscondere subtus terram, vide in l. peregrè. ff. de acqui. poss. & vide Matthæum de afflictis in constitutioni. regni Siciliæ, in constitutione q̄ incipit, dohanę secuti. in prin. vbi ponit de thesauro. Et an cōpetat aliqua actio vel interdictū si abscōdero pecuniā in alieno solo, & domin⁹ nō vult ꝙ fodiā in suo vt inueniam pecuniam abscōsam.* 19 *Pecuniā in terra cōdere, & de thesauris effossis & inuentis.*

AVt quis reperit thesaurū in loco proprio Cæsaris, hoc est principis nō recognoscētis superiorem, & tunc, si data opera, nihil lucratur, sed totus acquiritur principi. Si verò reperit casu fortuito, tunc dimidia est inuētoris, & dimidia principis. l. iij. §. fi. ff. de iure fisci. & in c. vnico, quæ sunt regalia. per glo. & doc. ibi. *Eadem est distinctio faciēda de thesauro reperto in locis fiscalibus, aut in locis religiosis, licet quidam voluerint dicere quòd thesaurus repertus in loco religioso sit in totum inuentoris: per dictum §. thesauros. Et ad hoc etiam vide glos. in dictis locis. & in l. j. in prin. ff. de rerum diuisio. Sed cum hodie religiosæ sint ecclesiæ, nunquid ecclesiæ applicabitur? dicam infra. 20

AVt verò thesaurus reperitur in loco qui in nullius bonis est, & tūc totum est inuentoris, vt tenēt Cy. & Bal. in l. lapilli. ff. de rerum diuisione. ¶ *Quęro quid si reperiatur in ecclesia vel fundo ecclesiastico thesaurus, nunquid acquiratur ecclesiæ? facit tex. in d. §. thesauros. & in d. tit. quæ sunt regalia, quòd non, sed inuentoris. & idem facit tex. in d. l. iij. §. fi. ff. de iu. fisci. ¶ Sed contrarium tenent Aluaro & Car. Alex. scilicet quòd debet acquiri dimidium ecclesiæ, mouetur, quia ecclesia habet dominium dictæ rei. l. fi. C. de sacro. eccl. Ergo debet habere dimidiam partem tanquam dominus rei: vel totum, habita distinctione: de qua supra, scilicet quia aut casu fortuito, aut data opera. 21

ITem *etiam, quia ecclesia non debet esse deterioris conditionis quàm priuatus, imò potius melioris: patet per tit. de statutis & consue. contra liberta. eccle. in vsi. feudorum. & pro hac parte videtur sentire glo. in §. fere. insti. de rerum diuisio. & c. ita etiam tenet Ioan. Fab. in d. §. thesauros. & Io. Pet. de ferrariis in sua practica Papien. in forma libelli, in actione reali in gl. iure dominij, vel quasi in iij. col. illius gl. 22

QVæro, *Quid de equo aut quolibet alio animali dimisso in pascuis à domino vel eius famulo ad pascendum, nunquid dicatur, *espaue*, & sic oberrare, ita quòd comprehendatur sub hac nostra consuetudine? dic quòd non, vt tenet in specie Bar. & Alex. in l. iij. §. Nerua filius. ff. de acquir. poss. intantum, quòd occupans talem equum tenetur pœna legis. si quis in tantam. C. vnde vi. prout dicit ibi glos. in v. quest. secundæ partis principalis. & ibi Bar. post glo. 23

IN TEXTV IBI, *Aduenues & trouuées.*

NVnquid requiratur apprehēsio in territorio, an sufficiat sola inuētio illius animalis oberrātis? videtur quòd sufficiat sola inuētio ex aspectu oculi, cū dicūt Aluaro. & Cardi. Alexan. in c. j. q̄ sunt regalia. in vsibus feudorū, ꝙ ad occupādū thesaurū solus visus sufficit, & nō requiritur tact⁹, per gl. fi. in §. itē lapilli. insti. de rerū diuisi. ¶ *Tu dic, ꝙ verbū inuenire simpliciter prolatū, requirit apprehēsionē, & captionē. Hinc est ꝙ si aliquis viderit animal oberrās vel vacās in territorio alicuius domini, & cū voluerit ipsum apprehendere & retinere, & illud animal cepit ita currere, ꝙ nō fuit apprehensum in illo territorio, sed in territorio alterius domini, nō dicitur inuentū secundū cōsuetudinē: ita ꝙ acquiratur domino territorij, vbi primò fuit visum, cū verbū, inuenire, requirat apprehensionē & captionē, ita est tex. ad hoc cōmuniter allegat⁹, in l. si barsatorē. C. de fideius. Bar. ī l. j. in vj. col. ff. de ac. pos. & in l. nūq̄ nuda. ff. de acqui. re. d. per Cy. in l. licet. C. de acqui. pos. Ang. in l. mācipia. C. de serui. fu. & in l. qui seruū. ff. de verb. obli. cū alijs alle. per Alex. cōs. xxiiij. in xviij. col. in ij. vol. Hinc dicit Ang. in l. j. C. de peti. bono. subla. li. x. *ꝙ si statutū punit inuētū de nocte, nō habet locū nisi fuerit apprehēsus, per tex. in d. l. si barsatorē. Et ita refert & sequitur Feli. in c. cū nō ab homine. in iiij. col. ext. de iu. ¶ Hîc etiā dicit Ang. & Alex. in d. l. qui seruū. ff. de verb. obli. *quod statutū puniens portātē arma, requiritur ꝙ apprehēdatur cū armis, & non sufficit sola inuētio. Ita etiā refert & sequitur, Ias. præceptor meus in l. si priusquā. ff. de no. ope. nūciatio. ¶ Hinc cū assiderē capitaneo iustitiæ Mediolani, & semel fuisset disceptatus iste articulus corā me, eo quia probabatur ꝙ quidā portauerat arma, & visus fuerat per tres testes: dubitabatur nunquid incidisset in pœnā statuti, dixi ꝙ nō. Et propter hoc illustrissimus dominus Carolus de Ambasia magnus magister, Locūtenens regis in partibus Italiæ, fecit edictū vniuersale, addendo ad tale statutū, ꝙ si quis inuētus fuerit, &c. & fuerit visus, dūmodo probatū fuerit per tres testes omni exceptione maiores. ¶ Hinc etiā dicit Bal. in l. ab eo. C. quomodo. & quādo iud. *ꝙ si quis promiserit mihi soluere decem ducatos, quos accepit à me mutuò, vbicunq; fuerit inuentus, non dicitur inuentus nisi personaliter fuerit citatus. 1 *Dictio inuenire quid importet.* 2 3 4

ITem puto de verbo reperire, cū vsus obtineat ꝙ inuenio & reperio non differant, secundū Laur. Val. elegantia. ccc. quem allegat Feli. in c. ij. in iiij. col. extra de rescri. ¶ Aduerte tamen, *quia propriè inuenire, est quod queritur, reperire autē, quod fortuito occurrit: ita dicit Lucas de Penna. in l. inter chartulas. C. de cōuenien. fisci debito. lib. x. sed nihil allegat. & ita tenet & dicit differre Feli. in c. ij. sup. allegato. 5 *Inuenire & reperire quomodo differant.* 6

☞ ADDITIO. Hanc differētiam facit Matthæus in conſtitutione regni Siciliæ, quæ incipit, ſi da[mna] clandeſtina, in fine, allegans illud Ouidij, Tu non inuenta, reperta es.

HInc de verbo reperire ꝙ requirat apprehēſionē & captionũ, facit: nã cũ iure cautũ ſit, *ꝙ dom[us] tutiſſimũ refugiũ. Hinc eſt ꝙ ex ea quis extrahi nõ debet, l. pleriq;, ff. de in ius vocan. Decidit B[al.] Lu. Roma. & poſt eos ſeqtur d. meus in d. l. pleriq;, in ij. col. in ix. ampliatione illius l. ff. de in ius voc[an.] ſi aliquis ſit repertus extra domũ & familia eũ inſequēte domũ aufugit, ꝙ non poteſt capi in domo; licet fuerit repertus extra domũ, tñ quia nõ fuit apprehēſus nec captus, nihil profuit illa intentio, n[o]cuit illi, eò ꝙ ſolũ fuit repertus. Et dicit d. meus Iaſ. veritatis amator, ꝙ iſtud eſt tenendũ, quicquid te[neat] Bal. more ſolito ſibi cõtrarius in repe. magna. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. ca. vbi tenet cõ[tra] cõſiderato initio ꝑ doctrinã Bar. in l. qđ ait lex. §. j. ff. de adul. ¶ Vide Bal. in l. quis ſit fugitiuꝰ, §. apud [La]beonē, ff. de edil. edicto. vbi dicit ꝙ ſi fuerit captus in aliena iuſtitia, tenetur reſtituere. ¶ Sed quid [in] paſtore q̃ amiſit ſeu ꝑdidit iſtud animal, an teneatur reſtituere dño? Aduerte q̃a tenetur, niſi ꝓbet [se] abfuiſſe, l. ſi q̃s argētarius. §. vlt. ff. de eden. Et idē in cuſtode carceris. l. vlt. ff. de cu. & exhi. reo. *Nã c[ũ] tenetur de mala cuſtodia, ſi lupus beſtias comedat. l. qui mercedem. ff. locati. c. tres perſonas. xxiij. q. iij.

IN TEXTV IBI, *Ou territoire.*

1 *Territoriũ quid.* QVæro quid dicatur territoriũ? Dic ꝙ territoriũ eſt vniuerſitas agrorũ infra fines cuiuſcũq; ci[uita]tis. l. pupillus. §. territoriũ. ff. de ver. ſign. Soci. cõſ. clxxxvj. *Et dictũ eſt territoriũ eo ꝙ magiſtr[atus]
2 *Territoriũ vnde dictum* eius loci intra eos fines terrendi. i. ſubmouendi ius habēt. gl. pe. in c. fi. de cõſti. lib. vj. & à terrēdo di[ctum] territorium. per dictum textũ in l. pupillus. Inno. in c. cum ad ſeden. ext. de reſti. ſpolia. in glo. in ver[bo] pertinētiis. & Io. An. in gl. in verbo, territorio. in c. vbi periculũ. §. porrò. de electio. lib. vj. Barb. in c[onſi.]
3 *Territoriũ ſonat ſuperioritatem.* ſuo xj. in ij. col. in j. vol. Hinc eſt, *ꝙ cũ iſtud verbũ territoriũ ſonet ſuperioritatē coertionis, vt d. l. pu[pil]lus, & c. licet cauſam, ext. de probat. proprietas verò denotet idē dominiũ à formali vſufructu, vel [ei] cõiunctũ. vt C. de probatio. l. proprietatis. ff. de vſufru. l. ij. §. ne tñ. & de vſufru. accreſcē. l. j. §. inter[dum]
4 *Proprietas quid denotet.* pellatione territorij nõ venit ꝓprietas ita. Old. cõſ. ſuo clxxvj. inci. Factũ tale eſt, in vertice. vbi in ho[c] parat territorium & diſtrictũ. Denotat etiam intãtũ habere ius ſuperioritatis, ꝙ per territoriũ den[ota]tur exercitium iuriſditionis. Clemē. ne Romani. §. ſanè. de electio. & ita exponit glo. in l. quæcunq; C. [de] fundis limitroph. lib. xj. ita Soci. in cõci. clxxxj. inci. Viſis articulis tranſactionis. in iij. col. in ij. vol. [&] Bal. in conſi. ccccxix*. inci. Ad euidentiam præmittendum eſt. in prima parte.

☞ ADDITIO. An autem appellatione territorij veniat mare: vide Matthæum de afflictis in con[ſti]tutione regni Siciliæ, quæ incipit, ſi damna clandeſtina. in iij. col. in j. nota. vbi po[nit] quid veniat appellatione territorij. & de mari vide Petrum Girardi in ſuo ſingulari xv.

5 *Territoriũ a diſtrictu quo* DIffert autē territoriũ à diſtrictu, q̃a diſtrictus eſt ſpatiũ maris vel aquę, munitũ iuriſditione. ¶ Ter[ri]toriũ dicitur ſpatiũ terrę munitũ iuriſditione. ita dicit Bal. in rub. q̃ ſunt regalia: ſed mihi videtur
6 *modo ferat.* iſtud nõ eſt verũ *quia etiã territoriũ dicitur in mari: vt patet per tex. in d. c. vbi periculũ. § porrò de ele[c]tio. in vj. Et ideo dicit Cardi. in clemē. ij. q̃ incipit ne Romani. §. ſanè. de electio. ꝙ diſtrictus & territor[ium]
7 ſũt idē. & vide q̃ dicit ĩ clemē. paſtoralis. §. vt illud de re iu. Ang. & Alex. ĩ l. fi. ff. de iuriſ. om. iu. *& dicitur diſtrictꝰ duobꝰ modis: ſeu nũcupatur duplici reſpectu. Vno mõ ĩquãtũ diſtĩguitur à iuriſditiõe, & hon[or] in eodē loco: & ſic diſtrictꝰ ſignificat merũ ĩperiũ & mixtũ, ĩquãtũ illa ſonãt in executiõe vel factũ, dicit[ur] eñ à diſtringēdo, & iſto modo accipitur text. & ibi ꝑ Io. An. Hoſtiē. & Abba. in c. licet cauſam. de ꝓba.

DE huiuſmodi differētia vide Iaco. de ſctõ Geor. in l. fi. col. ij. ff. de iuriſ. om. iu. & etiã ponit in l. cũ a[li]quis. C. de iure delib. quomodo probãtur territoria & fines: de quo ſtatim dicetur, etiã qñ iuriſ[ditio] inhæreat territorio aut perſonis. ideo etiã de hoc vide eũdē Iacobi. in l. more maiorũ. ff. de iuriſ. om. iud.

SEcundo dicitur diſtrictus ad differentiã localē ciuitatis & eius comitatus: & iſto modo communi[ter] accipitur, vt habetur in d. cle. ne Romani. §. ſanè. Et ſecundũ hũc modũ dicũt ibi Pau. de Leazariis &
1
9 *Diſtrictus quid ſit.* Pe. de anc. * ꝙ ſtatutũ loquens de ciuitate & comitatu nõ cõprehēdit diſtrictũ. Et ita dicit Fran. de Are. in conſi. lxxvij. inci. & ratio ſcribendi. *Dicens vlterius ꝙ nunq̃ bene vidit declaratũ quid ſit diſtrictus: vnde dicit ꝙ propriè eſt dominiũ vel territoriũ accedēs ciuitati in ſubiectionē vltra fines ſimul cũ ciui[ta]tate ſtatutos, intra quos quicquid eſt, vocatur territoriũ. ff. de verb. ſi. & comitatꝰ, ſecundũ Bal. in l. j. §. ad vrbē, ff. de off. pręf. vrb. q̃cq̃d autē de nouo accidit niſi cõcedatur ſub noĩe comitatꝰ dicitur diſtrictus ſecun[d]ũ Cy. & Bal. in l. etiã, C. de iur. dotiũ. & ſētit Pet. de Anch. licet iſtos nõ alleget ĩ d. cle. ne Romani, §. ſanè.

MVlta alia ad materiã diſtrictꝰ ſeruiētia hîc nõ inſero, ſed de his te remitto ad Feli. in c. Rodul. in xij.
10 *Quòd terra ſit de territorio alicuius domini, quomodo probetur.* & xiij. col. ext. de reſcri. & in c. licet cauſam, in prin. ext. de ꝓba. ¶ *Qũo aũt ꝓbatur ꝙ vna terra ſit de territorio alicuiꝰ dñi. Bal. in l. data. in xvj. col. C. q̃ ac. nõ poſ. ĩ verſ. ſuꝑ iſta cadit teſtimoniũ. dicit ꝙ cũ vertitur queſtio, an ager Titianus ſit de territorio Peruſij vel Rhanubij, teſtes inducti vt probent, debẽt reddere rationē ſuꝑ iuriſditione. Et q̃a viderũt cõmunē Peruſij ibi furcas erigere, vel malefactores ibi ca[pe]re, vel viderũt hoĩes illiꝰ agri ibi obedire, ſaltē ĩ faciēdo. ¶ Hinc dicit idē ĩ l. iij. C. de nat. libe. ꝑ illũ tex. *ꝙ ꝓbatur ꝙ vnum caſtrũ, vel vna villa ſit de territorio talis ciuitatis, eo ipſo ꝙ ꝓbatur ꝙ vnũ caſtrũ vel
11 villa ſubibat onera illiꝰ ciuitatis: vel q̃a ibi ſoluebat collectas, & q̃dã alia in dictis locis alle. & eũdē Bal. re[fert] & ſeqtur Ale. in cõſ. ſuo xliij. inci. De celerrima expeditione req̃ſitus. ĩ fi. in j. vo. ita etiã tenet Feli. in c. cũ Berthol. in pe. col. ext. de re iu. per tex. in §. ſi quis ex qualibet. in aut. qui. mo. na. effi. ſui. col. vij. dicit
12 *Diſtrictus & fines iuriſdicionis & earũ pertinentiæ, quomodo probentur.* etiã Soci. ĩ cõſ. ſuo lxxxvj. ĩ ij. col. ĩ j. parte, ꝓbatur ꝙ vna terra ſit de finibꝰ territorij alteriꝰ terrę, q̃a eſt ĩtra fines illiꝰ territorij q̃ ea q̃ dicit Bal. in ru. C. de cõtrahē. em. verſ. xxij. q̃ro. Et Pau. de ca. qui illũ tex. in l. j. ff. de acqui. poſ. & circa iſtud dictũ ipſe Soci. facit notabilē cõſiderationē in cõſi. cxxvij. inci. Viſis capitulis repetito. in cõſ. clxxxj. Et dicit idē Bal. *ꝙ diſtrictus & fines iuriſditionis, & earũ pertinētiæ probãtur diuerſis modis. ¶ Primò pręmittēdo ꝙ ĩterdꝙ loca territoriorũ ſunt euidēter & notoriè diſtĩcta, qñq; per vias regale, qñq; ꝑ fluĩa, qñq; ꝑ mõtes vel valles, qñq; per lapides ſeu terminos, vel ſigna multũ apparẽtia

& iſtis modis territ.cõmuniter diſtingũtur ſecũdũ. Io.An.& Gof.in c.cũ cauſá,ext.de ꝓba. ¶Interdũ etiã
probãtur fines iuriſditionũ ꝑ expreſſas vel tacitas aſſertiones.vt C.de contrahẽ.& cõmi.ſti.l.omptiã.& l.
cũ aliqs.C.de iudi.deli. ¶Interdũ ꝑ vulgi opinionẽ & iudiciũ ruſticorũ,q in hac materia ſunt duo teſtes
magis idonei,q̃ alij,vt l.j.§.j.ff.de flumini.& quãto ſunt ſimpliciores & ruſtici,tãtò ſunt credibiliores:q a
nõ deponũt niſi de poſſeſſione facti, tãq̃ oculis ſuis ſẽp aſtãtib⁹ ſup ipſa loca.vt not.ff.de ver.ob.l.ſtipu-
latio iſta,§.hęc quoq;. ¶Itẽ quãdoq; ꝓbãtur ꝑ ſẽtẽtias iudicũ & arbitrorũ.vt ff.de arbi.l.ĩter caſtellianũ.
& inſt.de off.iud.§.fi.interdũ ꝑ ꝑceptionẽ reddituũ.C.finiũ regũdorũ.l.ſi quis ſup. Quãdoq; ꝓbãtur per
appoſitionẽ cuſtodũ in cõfinib⁹,vt ff.de fundo inſtru.l.ſi ita.§.mulier villę cuſtos.ĩterdũ ꝑ exercitiũ iuriſ
ditionis:exactionẽ talliarũ,& ſimilia.Per iſta enĩ ꝓbãtur diſtrict⁹ ſeu territoria:tã in terra q̃ in mari:imò
in cęlo & in aere*q a vſq; ad cęlũ debet eſſe libertas poſſidẽtis. vt ĩ d.c.vbi piculũ.de ele.lib.vj.ſup.alle.*
& hoc modo furca ſignificat dominiũ aeris,quia ſuſpẽſi pendẽt in aere:& iſta eſt magna ſignificatio meri
imperij,*quia cõſiſtit in quatuor, ſicut ſunt quatuor elemẽta:vt hìc antè dictum eſt:in igne,quãdo quis
cõburitur ꝓpter maleficiũ,in aqua qñ qs ponitur in culeo,& in amnẽ ꝓiicitur.vt in l.j.C.de patribus qui
filios occiderũt.in terra,vt cũ qs in terra ꝓſternitur,& decapitatur.vt l.iij.C.de epiſ.audiẽ.cũ ſimilibus.
iſta oĩa dicit Bal. multũ notabiliter in cõſ.ccccxv.incip. qualiter probẽtur,in v.parte ſuorũ cõſi.quod eſt
repetitũ in cõſ.cccclxviij.ĩ tertia parte,& in cõſ.ccccxx.in j.parte. niſi ꝙ in hoc vlt.in prin.ponitur factũ,
ſuper quo poſtmodũ factũ eſt cõſiliũ.in aliis verò nõ.& dicit Alex.in cõſ.xxiij.inci.Viſo ꝓceſſu cauſę ver-
tẽ.in v. vol.ꝙ ſi ꝓbetur quẽ exercuiſſe iuriſditionẽ in hoĩes,& impoſuiſſe eis onera,& ab eis exegiſſe, &
ꝙ hoĩes alicuius terræ obediãt alicui,ꝑ tales act⁹ ꝓbatur ꝙ illa terra eſt de territorio & ꝑtinẽtiis alteri⁹.
Itẽ adde ꝙ per ſolutionẽ cẽſus ꝓbatur ſubiectio. Soci.in cõſ.ſuo lxxiiij.in ij.col. ¶*Sed an iuriſditio in-
hæreat territorio vel ꝑſonis.Io.An.in c.cũ cõtingat.ext.de foro cõp.dicit,ꝙ licet quis nõ habeat territo-
riũ,ſi tñ habet poteſtatẽ in certas ꝑſonas, ꝓpter illas dicitur habere territoriũ.Et faciũt q̃ dicit Bar.in l.j.
in fi.ff.de iuriſ.om.iu.de qua vide per Feli.in c.Rodolphus in xij.col.verſi.territorio.& in ver.prędicta.
ext.de reſcr.Et de prędictis vide etiam Feli.in c.licet.de probatio.& Sozi.in conſi.ſuo lxxiiij.in ij.col.

Per expreſſas vel tacitas aſſertiones.
Vulgi opinione.
Per ſentẽtias iudicũ.
Perceptione redditũum.
Cuſtodum appoſitiõe,
13 Exercitio iuriſditionis.
14 Furca ſignat dominium aeris.
15 Merũ imperium conſiſtit in quatuor.
Solutione cenſus.
16 Iuriſditio an inhæreat territorio,an perſonis.

IN TEXTV IBI, *Sont & appartiennent.*

AN dñs acquirat directũ dominiũ vel vtile. vide do.meũ Iaſ.in l.traditionib.col.iij.in ij.gl.C.de pac.
Et deverbo pertinere.vide l.verbũ perti.ff.de verb.ſigni. reſtrĩgitur tñ ad cauſam ſpecificatã in libel
lo,Ioan.Petr. de Ferrariis in forma ſententiæ diffinitiuæ.in gl.ſuper verb.pertinere.& per eundẽ in for
ma libelli in actione reali in gl.ſuper verb. ſpectat & pertinet.Et vide gl.& docto.in c.inter dilectos,ext.
de fide inſtru.& an ſit verbũ directũ vel obliquũ.Bar.in l.j.ff.de dona.in fi.& an ſit directũ vel cõmune.
Idem Bar.in l.fideicõmiſſa.ff.de legat.tertio.& per eundẽ Bar.in l.Seia.in fi.ff.de dona.cauſa mortis.

IN TEXTV IBI, *Hault iuſticier.*

QVis dicatur habere altã iuſtitiã:ſatis dixi in rubrica huius cõſuetudinis, & poteſt cognoſci ex his
quę dicũt doctores in l.Imperiũ.ff.de iuriſ.om.iud.& dic*ꝙ ĩperiũ dicitur & cõſiſtit in quatuor,
ſicut ſunt quatuor elementa.Nã ſunt qui habẽt poteſtatẽ in aere,vt quia furcas habẽt vt ſuſpẽdãtur ma-
lefactores.Itẽ in igne:quia cõburũtur. In aqua,quia ponũtur in culeo, & in amnẽ proiiciũtur. C.de pa-
tribus qui filios occide.In terra,vt cum quis in terra proſternitur & decapitatur,vt l.iij.C.de epiſc.audi.
talis dicitur habere magnũ imperium.ita Bal.in conſi.ſuo.ccccxlv.inci. Qualiter probẽtur in j.col.in v.
parte. ¶*Itẽ aduerte ꝙ ille qui eſt iuſtitiari⁹ in aliqua terra,habẽs ibi iuriſditionẽ.licet alius habeat pro- 2
prietatẽ,poteſt ſe dicere.d. Panor.in c. ꝓ illorũ.ext.de prebẽ.per illũ tex.qui hoc videtur dicere,dicã inf.
in §.*le droit de indire*. ¶Sed qd ſi ſint duo dñi q habeãt ius ꝑ pręuẽtionẽ,vide Bar.in l.ſi marit⁹,ff.de adul.

1 Imperiũ conſiſtit in quatuor.

SEd quæro,*nũquid ille qui habet executionẽ *du bacon*,dicatur maior.In pluribus eñ locis huius pa-
triæ aliquis habet cõdẽnationẽ,alter habet executionẽ:quis iſtorũ dicatur habere altã iuſtitiam.gloſ.
multũ nota.in l.j.ff.de iuriſ.om.iud.& ibi Alex. & Iaſ. dicũt ꝙ maioris iuriſditionis eſt executio,q̃ pro-
nũciatio.Et ideo dicit Bal.ꝙ aliqñ ſunt aliq iudices q poſſunt ꝓnũtiare, & nõ exeq,& tũc is qui poteſt
exequi,eſt maior.Vnde dicit Pa.in c.ſup queſt.in §.porrò.ext.de off.deleg.ꝙ iudex qui habet exeq,habet
iuriſditionẽ in executionis actu.Et dicit Panor.in c.paſtoralis,§.quia verò,de off.dele. *ꝙ iudex q habẽt
exequi ſentẽtiam alterius iudicis,nõ eſt illo inferior. vide gl.inf.in hoc eodem ti.§. *quãd le ſigne*,in verb.
le ſeigneur hault iuſticier.Vigobertus tñ Heduñ.qui habet exequi ſentẽtias balliui Heduẽ. nõ dicitur eo
maior quia à Vigoberto ad balliuũ appellatur,ideo,&c.dicã alibi amplius.Et adde q̃ dicit Bal.in l.ſi quis
filio,§.irritũ,ff.de iniu.ruſt.teſt.*ꝙ in cauſis capitalib⁹ ꝓpriè ipſa ſentẽtia dicitur eſſe de mero imperio 5
ſecũdũ aliquos ibi,ſed dicit ipſe ꝓ nõ ſolũ ſentẽtia,ſed & & ꝓceſſus,cauſa,& executio,dicit tñ ꝙ ille qui
habet ſentẽtię prolationẽ,habet merũ imperiũ:&nõ ille qui habet cognoſcere:tñ nõ poteſt diffinire qđ
facit pro Vigoberto Heduẽ.de quo hìc antè dixi, qui licet non poſſit cognoſcere de cauſis capitalibus
ſecundũ hæc tẽpora(licet olim vitæ & necis poteſtatẽ habebat in ſuos, tamẽ habet proferre ſentẽtiã Bal-
liui ſeu eius Locũtenẽtis ad perſonã cõdẽnati, & illa prolata,exequi facere. Dicit tamẽ idẽ Bal.in c.j.§.j.
in iij.col.in ti.quid ſi inueniſti.& Oldr.cõſ.vj.*quòd ſi ad vnũ pertineat cõdemnatio,ad aliũ executio:ille 6
ad quẽ pertinet executio,poteſt erigere furcas altero inuito:ergo habet merũ imperiũ,cũ erectio furcarũ
ſit meri imperij.Et habetur inf.hoc eo.ti.§.*quãd le ſigne de haulte iuſtice,&c*.Ergo cũ ad Vigobertũ perti-
neat executioni demãdare ſentẽtiam Balliui,ſequeretur quòd deberet habere merũ impe.quod tamẽ non
eſt verũ,quia iſtud debet facere per modũ ſubiectionis,& nõ per modũ ſuperioritatis. ¶Adde tñ, quia
vt dicit Ant.de Butri.in c.ad audiẽtiã noſtrã,ext.de cõſue.*Nõ valet ſtatutũ vel cõſuetudo per quod vni 7
tribuitur cognitio,& alteri facultas iudicãdi.Cõtrariũ tamẽ tenet Barba.in d.c.ad audientiã noſtrã.vbi
dicit quòd ille tex.nõ probat notabile.Ant.& alle.ibi. plura iura. vbi quis in multis caſib⁹cognoſcit, &
alius diffi.& vide gl.in c.cũm eccleſia,ext.de cau.poſ.& ꝓprie.Et ad prædicta dic quòd verũ eſt:ꝙ ille qui
exequitur iure proprio,eſt maior eo qui profert ſententiam.Secus ſi tanq̃ inferior & ſubditus maiori,vt

3 Executionem habẽs du bacon,an ſit maior.
4 Vigobertus Heduenſis nõ eſt maior Balliuo.

dicit Iacobus de Beluiſo in practica iudiciaria,in criminalibus,tit.de fuga reorũ.xiiij.col.dic tamẽ q̃ ille qui condemnat,habet confiſcationem.vide Bart.in tracta.Tyberiadis.col.ij.ad principium.

§. SECVNDO.

LE ſeigneur hault iuſticier qui a droict d'auoir & prẽdre eſpaues,prent celles qui uiennent en ſa iuſtice & ſeigneurie,& les garde par l'eſpace de xl.iours,durans quelz xl. iours, il doibt faire crier par trois edictz huictaues, leſdictes eſpaues marché du lieu, ſ'il y a marché, ou au plus prochain lieu d'ilec ou il y aura marché: ou es li accouſtumez,ou es egliſes voyſines,à la meſſe parrochiale.Et ſe durant leſdictz xl.iours, à qui eſt ladicte eſpaue vient,& la preuue eſtre ſienne,elle luy eſt rendue,en payant les d que ladicte eſpaue a faict, ſe c'eſt beſte paſturant. Et ſe dedans ledict terme de xl. iours vient,le ſeigneur l'applicque à ſon proffit,apres leſdictz quarante iours paſſez.Et ne la po ledict hault iuſticier applicquer à ſoy,iuſques a ce que leſdictes ſolennitez ſeront accompli

ISta conſuetudo eſt etiam in comitatu Burgũdiæ in tit.*des iuſtices*,§.viij.& in comitatu Ni nen.§.ij. ibi.*& pour faire ladicte declaration*,in tit.*des iuſtices*.

IN TEXTV IBI, *D'auoir & prendre.*

1 Habere verbum quot modis accipiatur.

ISte eſt præpoſterus ordo,quod an vitiet,vide in l. præpoſteri.C.de teſt.Et verbũ habere dupliciter cipitur.l.habere duobus,ff.de verb.ſigni.Et refert dicere,apud te habes,& penes te habes.l.penes.ff. verb.ſignif.& capitur cum effectu,l.nomen.§.fi.ff.eo.tit. & vide Bar.in l.j.§.hoc interdicto.ff. ne quid loco publico,vbi verbũ habere refertur ad conductorem tantum.& an ſit verbum directum,vide Bar. l.fideicommiſſa.§. hæc verba,ff.de leg.iij. & an denotet dominium Bart.in l.j.§.poteſtatis.ff.de pecu an trahatur ad futura,Bar.in l.certarum,in fi.ff.de teſta.tute.

IN TEXTV IBI, *Prent.*

1 Capere & accipere quo modo differãt

ADuerte,quia aliud eſt capere,aliud recipere.vt dicit tex.in l.aliud eſt capere,ff.de verb.ſignifi. ¶ aliud eſt capere,& aliud accipere,quia capere intelligitur cum effectu,& accipere ſine effectu.Et pere eſt etiam propria autoritate,ſed accipere de manu alterius. ita dicit Philippus Decius in regula ris,non videtur quiſquam,ff.de regu.iuris.

IN TEXTV IBI, *Par l'eſpace de xl.iours.*

QVæro,pone ꝙ aliquis dñs tenet vnũ aĩal oberrãs,per xx.dies,& pẽdẽte illo tẽpore,fecit fieri pcla mata,poſtmodũ illud animal receſſit & aufugit,& iterũ apprehẽſum fuerit,& factũ aliud pcla & tenuit ipſum dñs ꝑ alios xx.dies,nũquid dicatur iſte dñs applicuiſſe formã & ſolẽnitatẽ noſtræ cõſue tudinis,ita quòd illud aĩal efficiatur domini illius? ¶ Videtur primò ꝙ ſic per tex.multũ not.in l.Paulus §.fi.ff.de liber.cau.vbi dicit tex.ꝙ ſi relinquatur libertas ſeruo,ſi triẽnio cõtinuò ſeruierit,tñ ſi ante tẽpus triennij ſit completũ,receſſerit à ſeruitio,ſi poſtmodum tempus triennij perfecerit, dicitur ad pleuiſſe conditionem,quæ tamen ſunt ſpecificè adimplendæ. ¶ Ecce ergo quomodo etiam admittitur cumulatio temporis,etiam in his quæ ſunt de forma,licet etiam tempus debet eſſe continuum.

1 Caſus plures de cumulatione & continuatione temporis.

MVlto ergo fortius in caſu noſtro vbi non eſt forma,nec etiam tempus debet eſſe cõtinuum. ¶ Al idem facit tex.in l ſeruus qui teſtamento.§.j.ff.de ſtatu.li. * vbi ſeruus qui debebat operas dare ſeptenniũ,ſi auffugit per annum,nõ dicitur ſeruiuiſſe per ſeptenniũ,niſi poſtmodũ cõpleuerit illũ annũ. ¶ Ecce ergo qũo admittitur cumulatio tẽporis,igitur in caſu noſtro admittetur etiã iſta cumulatio.

IN contrarium videtur facere text.in l.pe.C.de domeſt.& prote.lib.xij.vbi effectus peracti tẽporis nõ cõſideratur qñ quis deceſſit,& nõ cõtinuo perfecit tẽpus,quẽ ad hoc alle. Ale.in cõſ. ſuo liiij.inci. puncto ſubtiliter in ij.col.in iiij.volu.Idem Alex.in conſi.ſuo xxiiij.in v.volu.facit dictum Bar.in l.

2 quoties,ff.de publicanis.vbi*nouitius non dicitur qui ſtetit per ſex mẽſes,& receſſit,& poſtmodũ iterũ ſtetit per alios ſex menſes,quia iſta tẽpora nõ coniungũtur,quẽ tex. ad hoc allegat do.meus in repe.l.ad monẽdi:in xc.col.ff.de iureiur.& in l.ſi idem.ff.de iuriſ.om.iu.& idem Alex.in d.cõſ. ¶ Hinc dicit Ang.

3 in l.quoties in ſtipulationibus.ff.de verb.obli.& Alex.in d.l.ſi idẽ*ꝙ ſi ſtatuto caueatur quòd qui ſteterit in carceribus per annũ,debeat liberari amore dei, & aliquis ſteterit in carceribus per ſex menſes:de nuo incarceratꝰ ſteterit per alios ſex mẽſes,nõ dicitur ſtetiſſe per annũ:ita vt debeat liberari,allegat Spe. in tit.de ſtatu.mona.§.j.verſ.xxxvij. cũ multis aliis,põderãt etiã dictionẽ,per,q̃ denotat perfectionẽ,l.vrbana,§.pernoctare,ff.de verb.ſign.q̃ etiã veniet põderãda in cõſuetudine noſtra.facit etiã dictũ Ang.in § hæc autẽ tria,in procœmio digeſt. vbi dicit de ſtatuto ciuitatis Senarũ quo cauetur,ꝙ quicũq; retinuerit bannitũ duobus diebus,puniatur in mille florenis,ꝙ ſi quis retinuerit bãnitũ vna die,& per interuallum pluriũ dierũ poſtea retinuit alia die,quòd talis retinẽs ſic bannitũ nõ debet puniri pœna ſtatuti:& refert ſe vidiſſe determinari per glo.ibi,in verbo,denarum,quia tales dies ita ſeparati,non debent iungi.

4 Cumulatio temporis in fauorabilibꝰ admittitur.

QVid dicendũ in hac noſtra cõſuetudine?docto.diſtingunt. *ꝙ aut ſumus in materia fauorabili:& tunc admittitur cumulatio,per d.l.Paulus.& l.ſeruus qui teſtamẽto,ſup.alle. quæ loquũtur in libertate,quæ quidẽ libertas eſt multũ fauorabilis,cũ eadem ſit cauſa libertatis & piæ cauſæ.tex.eſt in l.j.§. ſi autẽ,in verb.ad hanc pietatis rationẽ.& ibi Bal.C.de ſeruo.cõmuni manu.no.Bar.in l.proxima,ad fi nẽ.ff.de his quę in teſt.cũ alijs infinitis allegatis ad hoc per do.meũ in l.quidã æſtimauerũt in iiij,col.ff.ſi certũ petatur,& l.ſi vnus,C.de teſta.& in l.captatorias.in pe.col.C.de teſta.mili.& in l.dedi.*la premiere*.§. idẽ erit,ff.de condit. ob cauſam.& in l.j.§.ſi quis ita ibi,vltra oẽs ſtringe.ff.de verb.obli. ¶ Hinc per hãc differentiam voluit dicere idem do.meus in d.l.ſi idem,ꝙ cũ liberatio quæ ſit de incarcerato amore dei, qui ſtetit per annũ ſit fauorabilis, debet liberari q ſtetit per ſex mẽſes, & iterũ ꝑ ſex mẽſes cũ interuallo,

quia debet fieri cumulatio temporis. Nō enim ista liberatio est ita fauorabilis, cum si sit incarceratus pro delicto, fauorabile est, & reipublicæ vtile quòd puniatur, cum reipublicæ intersit, ne delicta maneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem aquiliam. ¶ Aut * verò sumus in materia odiosa, & tunc dicūt docto. quòd non debet admitti cumulatio temporis, per iura superius allegata. 5 *Cumulatio temporis in odiosis non admittitur.*

QVid dicendū in casu nostro? Si dicas in casu nostro est tēpus, ergo est de forma & qui non obseruat tēpus, dicitur non obseruare formā. Bal. singulariter in autē. quæ supplicatio. prope fi. C. de preci. impera. offerē. per tex. in l. si oportet. §. consequens. ibi: nō aliter audiri, si nō fuerit cōseruatū cōstitutū tēpus, ff. de execu. tuto. Dominus meus Ias. in l. iij. §. deniq;. in ij. col. ff. de iureiu. in l. ij. §. prius, in ij. not. ff. de vulg. & pupil. Et latè in dicta autē. quæ supplicatio. Feli. plenè in c. cum dilecta. in ix. col. ext. de rescrip. ¶ Poteris dicere ꝙ in d. l. Paulus, erat etiā tēpus continuū de forma, cum erat apposita cōditio quę est de forma. Bal. in autē. matri & auiæ. in j. col. C. qn̄ mu. tutelę offi. fun. pōt. & tamen ibi admittitur cumulatio tēporis. igitur, &c. Dicēdū est ꝙ cū hęc nostra cōsuetudo sit odiosa & non fauorabilis, cū dn̄s re sua sine facto & culpa sua priuetur, ꝙ tale tēpus nō poterit cumulari, imò reqritur ꝙ sit cōtinuū. arg. supradictorū.

IN TEXTV IBI, *Durant lesquelz.*

ADuerte, * ꝙ processus factus post tēpus statutū à lege vel statuto, est null⁹. Bal. in l. properādū. in prin. col. iiij. vers. circa istā materiā. C. de iudi. Faciūt quæ dicit Feli. in c. pastoralis, col. xj. ext. de excep. imò si à iudice aliud tempus assignaretur, talis assignatio esset nulla. Bal. in l. fi. §. sed quia per illum tex. C. de iur. delib. Feli. in dicto loco. Cogita bene hoc propter multos casus superuenientes in hoc passu. 1

IN TEXTV IBI, *Crié par trois edictz.*

ISta nostra cōsuetudo & præcedēs, vidētur esse introductæ propter dictū Ang. in l. si vacātia. in v. col. repetitionis illius l. C. de bo. vacan. lib. x. sed videtur ꝙ dictū Bar. sit contrariū, in l. rem quę nobis, in fi. ff. de acq. pos. dicit em̄ Ang. * ꝙ bona q̄ ignorātur cuius sint, si fiat proclamatio de eis, ratione ꝓclamationis dicūtur vacātia si nō appareat dn̄s, & tūc fisco sunt applicāda Et tn̄ dicit Bar. vbi sup. ꝙ talia bona ratione proclamationis sunt in nullius bonis, ergo fiunt occupātis, & nō dn̄i terræ seu fisci, & istā differētiā Bar. supra relatā, retulit Alex. in cōs. suo iiij. inci. videretur ex his. in vij. col. in ij. vol. Vide ad hoc, vt iā dixi sup. Alex. & Ias. in l. rē quæ nobis. ff. de acqui. pos. & vide qđ cōsuluit do. Fede. de Senis cōsi. cvij. inci. dn̄e Frācisce, vbi dicit ꝙ si res aliquæ reperiātur in agro meo, nec fuerūt ꝑ dn̄m eiectæ (& sic pro derelicto adhuc haberi nō possunt) ꝙ talis cui⁹ est ager nō potest has retinere, donec facta fuerit ꝓclamatio per iudicē loci, cōsuluit tn̄, ꝙ si nō reperiatur dn̄s, ꝙ securior est via ꝙ vēdatur & pauperib⁹ distribuatur: & istud cōsiliū allegauit Alex. in l. prętor ait, §. de eo. ff. de dā. infe. ¶ * Olim ista edicta ꝓponebātur in albo Prętoris. Bar. in l. & post. ff. de iu. sed hodie fiūt per nuntiū. vt Bar. ibi. glos. verò in autē. qui semel. C. quomodo & qn̄ iu. dicit ꝙ talia edicta fiebāt in quadā dealbatione in prętorio. Itē fiebāt per voces. Itē per nūtiū, quod magis est in consuetudine. & vide per Bar. & alios in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. 1 *Bona, ratione proclamatis dicuntur vacantia. Et cui cedant.* 2 *Edicta per quem proponantur.*

ISta enim * proclamata debent, vt moris est, fieri voce pręconis, vt in ij. constitutione. C. circa fina. ibi, edictis ex more propositis. ita dicit Bar. in extraua. ad reprimendū, in versi. publicè, & dicit ibi: ꝙ sufficit ꝙ notarius vel præco referat se præconizasse per ciuitatē in locis publicis, vel etiam in locis consuetis se præconizasse, etiā si non exprimātur loca, nā talia loca consueuerūt esse notoria, & sic expressio nō est necessaria. ff. de contra. emp. l. cū seruo. §. fi. & dicit Bar. ꝙ ita obseruat cōsuetudo. Cautius tn̄ erit si de hoc fiat scriptura, sicut dicit idē Bar. de tēpore quo debeāt durare proclamata. nā licet dispositione iuris tale tēpus nō sit introductū, & sic debeat esse arbitrariū. l. j. ff. de iure delib. & sic nō debuisset de eo fieri mētio per præconē, dic tamen ꝙ cū hoc sit per consuetudinē statutū tēpus, s. octo dierū inter quodlibet proclamatū, debet fieri mētio de tali tēpore in scriptura ꝓclamātis, vt omnia sint solēniter facta. ¶ Et sufficiūt generaliter ista proclamata in omnibus vbi non est certa persona quæ requiri possit. Inno. in c. fi. qui matri. accusa. pos. faciūt ea quæ dicit Zabarella in cōsi. suo lxxiiij. inci. in nomine indiuiduę trinitatis. Amē. Alleg. Abb. in ij. col. vbi allegat dictū Inno. supra relatū. & ibi Panor. & in cōsi. lxviij. in ij. col. & hoc ꝓbat tex. in aut. si omnes. C si minor ab hære. se absti. & sunt quædam citationes, vt est tex. in aut. qui semel. C. qūo & qn̄ iudex. ¶ Et ista proclamata facta in ciuitatibus ligant tātū existentes in ciuitate, vt dicit Rofredus beneuātanus in libellis suis, in rub. si quis ius dicenti nō obtempera. & ideo si quis vellet probare ignorātiā, puta quia erat absens, auditur, ita ꝙ nō ligatur, cū vt dictū est, ꝓclamata nō ligāt ignorātes, vide in hoc Panor. in cōs. xxxv. in j. vo. Zabarella. in cōs. xxxiij. & in cōs. xl. Alberi. de rosa. in rub. C. ne filius ꝑ patre. in vj. col. vide etiā l. itērdū. §. licet & . §. diui. ff. de publica. vbi ignorātia crassa supina nō ꝓdest. 3 *Proclamata per quem fieri debeant.*

ADDITIO. Quomodo aūt intelligatur ꝙ cōstitutiones & ꝓclamata nō ligēt ignorātes, vide Mat. de afflictis in cōstitutione regni Siciliæ, quæ incipit, homines in ij. & iij. col. *

INsurgere video magnū dubium in hac consuetudine, nā si ista proclamata fiunt in locis hic specificatis, nō potest esse ꝙ nesciatur cuius sit, si ille qui amisit, fuerit illius dominij vbi fiūt ꝓclamata. ¶ Si vero fuerit absens aut minor, nō potest habere locū hęc nostra cōsue. per ea quæ nunc dicā. Et ideo cōsuetudinem nostrā limitabo duob⁹ modis. ¶ Primò limito nō habere locū si res reperta in territorio fuerit alicuius absentis, cū talia ꝓclamata nō ligent absentē. not. in c. cū in tua. qui matrimoniū accu. pos. Alex. cōsilio. xxxj. in v. volu. Barba. in consilio lxxx. incipiente, sapientissimus refert Iob. in iiij. volu. ¶ Limito secūdò nō habere locū in minore, quia proclamata non ligāt minores in præscriptionibus statuariis, vt est ista, maxime in dāno. per l. fi. cum ibi not. per Bar. in fi. C. in qui. cau. in integ. restitu. nō est neces. & dicit cōde. ff. de mino. * vbi pręscriptio statuaria nō ligat minores. Panor. in c. cōstitutis. extra de ī integ. restitu. ¶ Nunquid aūt talia proclamata ligēt clericos? Vide Bertachinū tract. suo. de episco. in iij. parte secundæ partis principalis. in ij. col. ¶ Quid si nō faciat proclamare, & reperiātur post xl. dies? vide tex. in c. nō debet. xj. quæ iij. Et de ista notificatione & publicatione, vide Ange. aret. in. §. fi. institutio. de rerū diuisiōe. *Consuetudinis limitatio.* 4 *Præscriptio statutaria non ligat minores.*

IN TEXTV IBI, Huitaſues.

Edictorũ interuallũ.

OLim edicta habebant interuallum decem dierum, vt in l.per interuallum,ff. de iudi. & C.de iudi. properãdum,§.j.Sed hodie triginta dierum inter edictum & edictum,vt in auten. qui ſemel.C.quo modo & quando iudex.& dicuntur cõtinui,vt dicit ibi glo.in verbo interualla. ¶Hodie verò apud nos hoc caſu ſunt de octo diebus in octo diebus,& de hac materia edictorum & ſolennitate illorum,& an iu dex poſſit mittere vnum edictum pro omnibus,vide glo,in c.j.de milite.vaſ.qui contu.eſt.Et de citatione collegij vel vniuerſitatis,vide Io.Fab.in §.omnium,inſti.de pœna temerè litigantium.

ADDITIO. Vide Mat.de afflictis,in conſtit.regni Siciliæ,quę incipit,dubitationem iuriſperitorum in iij.not.vbi amplè,& dixi infra,in titu.*des foreſtz & gens de poete*,in glo.j. *

IN TEXTV IBI, Au marché du lieu.

BArto.in d. auteñ.qui ſemel,hic antè allegata,C.quomodo & quãdo iudex.dicit ꝙ preco hoc clamat dicit in platea,vel in alijs publicis locis,& an hoc ſit notorium vel manifeſtũ.Bart.ibi,& in l.ſcripturæ

1 *Quæ dicantur notoria.* ff.de reli.& ſumpt.fune.Et dicit Io.Fa.inſti.in prin.*quòd illud dicitur eſſe notoriũ ꝙ in iudicio fit, vel indicitur in eccleſiis diebus feſtiuis populo cõgregato,vel in publicis & magnis aſſiſiis. Et quid ſi aliquis dicat hæc edicta ad ſe non perueniſſe.vide glo.in ver.non probatur.lxxxij.diſtin.

2 ADuerte * etiam quòd in mercato non fiunt executiones & pignorationes,nec etiam in nundinis. & mercato eſt text.in auten.vt non fiant pignoratio.colla.v.de nundinis.Bal.& Sali.in l.j.C.de nũdinis & vide Bertachinum in tracta.de gabellis,in ij.parte viij.partis principalis.

IN TEXTV IBI, Et la preuue.

Signis recognoſcuntur animalia.

ADuerte quia animal per ſigna recognoſcitur,Bar.in l.ſtigmata,C.de fabricẽ.li.xj.Et vide quæ dixi ſu fra hoc eo.titu.§.vij.in glo.Et *fera ſuffiſamment prouuée*, & §.viij.in gl.*le ſigne*,verſi.j. ¶Et de ſignatu ra facta alicui rei,vtputa,arboribus ſignatis in nemore,aut portis, aut dolio vini, & aliàs huiuſmodi,& per eam tradatur poſſeſſio, & trãſferatur dominiũ:vide Io.Sanxon in conſue.Turoñ.tit. *des hypotheques &c*:arti.ij.fo.cxxj.col.ij.

Modi probandi dominium.

SI vis ſcire modos probandi dominium,vide plenè per Bart.Alexan.& Moder.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poſſ.vide do.meũ Iaſ.in §.omniũ.in xiij.xiiij.& xv.col.inſti.de actioni.practi.Papieñ. in forma libelli,in actione reali,in glo. iure dominij.Et vide pulchrã apoſtillam ibi,in verbo dominij. Bar.in l.fi maritorũ.C.ne vxor pro marito.Soci.in conſi.ſuo lxxxix.in iiij.col.dicit ꝙ cũ ſit difficilis probationis, per indicia probetur,c.iij.loco de proba.glo.in l.cum res.C.de proba.ꝙ dominiũ nõ probatur per inſtru

1 *Inſtrumentum locationis an probet dominium.* mentum emptionis ſolum,ſine aliis adminiculis,per glo.in d.l.cum res.per l.proprietatis.C.de proba.

QVid*de inſtrumẽto locationis?nunquid per illud probatur dominiũ?dic ꝙ nõ.ita nota.in c.inter dilectos,ext.de fi.inſtru.qñ principaliter deducitur in iudiciũ.iuxta notata per Spe.in tit.de loca. nunc aliqua,verſi.lij.& verſi.liij.probatur in l.legata inutiliter.ff.de adimen.leg. Bal.& alij in l.ad proba tionẽ.C.loca.tñ qñ cõcurrũt alia indicia,inſtrumẽtũ locationis probat dñium. Ita tenet ſingulariter Bar. in d.l.ad probationẽ.Faciũt dicta per do.meũ Iaſ.in l.ij.lxxxiij.col.C.de iure emphyteuti.& per Soci.in d. ſupra alleg.& in conſ.cclxvj.in iiij.col.& in conſi.clxxxvij.inci.in cõtrouerſia.in ij.col.vide Abb.in conſ.

2 *Cẽſus ſolutio probat dominium.* lxxv.inci. ciues quidẽ Sẽnẽſes.in j.volu. vbi dicit ꝙ*per ſolutionẽ cenſus ſeu canonis pro eccleſia,proba tur dominiũ directũ.Vide etiã q̃ dicit Alex.in cõſ.ſuo.xij.in j.col.in iiij.volu.inci.Viſo proceſſu.Vide Fe li.in c.cum Bertholdus.in antepe.col.ext.de re iudi.vbi etiam pleniſſimè ponit,qñ per ſolutionẽ canonis aut penſionis rei locatæ probetur poſſeſſio.Vide Guil.Benedicti.in ſua repe.c.Raynutius.in verb.& vxo rem nomine Adelaſiã.nu.cxvj.& cxvij.& cxviij.de teſtamẽtis.¶Dicit & tertiò.Soci.in d.cõſ.lxxix.ꝙ do miniũ probatur per æſtimũ pręſumptiuè:vt dicit Bal.in l.ſi pater.C.de actio.emp.per illũ tex.Idẽ Bal.in l. quidã in ſuo.ff.de condi.inſti. faciũt & alia allegata per eũdẽ Soci. in d.cõſ.cui adde Bal.in l.indicia.C.de rei vẽdi. Bar.in l.quod in littore.ff.de acquirẽdo rerũ dominio.Bar.in l.rura.C.de omni agro deſer.lib.xi. Lanfrancum de Oriano.in c.quoniam contra falſam.in verb.teſtium depo.in ſua repetitione.verſi.illud tamen nota.ext.de proba.vbi ponit etiam ſatis amplè quomodo probetur dominiũ, & Alex.in conſ.ſuo cxlvij.in vlt.col.in v.vol.inci.an marito ſupportãti onera.Idem Alex.in cõſ.ſuo.clxxxv. in vltima col. in v. vol.idem Alex.in cõſ.xxxvj.circa mediũ j.col.in v.vol.Bal.in cõſ.xxxvij.incipiente.quidã narrãs,in quinta parte.& in conſ.j.in prin.in v.parte.Franci.de Are.in conſi.lxvj.incipien.in præſenti cõſultatione.

ADDITIO. De hac amputatione manus vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit,si quis aliquem. *

IN TEXTV IBI, *Corporellement.*

ISta pœna est meri imperij. Et hoc cum sit animaduersio in corpus,vt dixi suprà in rubrica,*Des iustices & droictz d'icelles*.Et dicit Bar.in.l.ij.ff.de pub.iudiciis.* ꝙ mẽbri abscissio est pœna capitalis, impropriè tamen,& non propriè.Alex.ibi plenius,& Cy.in.l.reos.C.de custo.reorum. ¶* Et ista membri mutilatio quæ est meri imperij,vel alia,quælibet pœna capi.seu corporalis, nunquid possit per locum tenentes imponi?videtur quòd nõ per ea quæ dicit Bal.in c.si quis, si de feudo fuerit controuer. sed videtur tenere cõtrarium Bar.in.l.j.in vlt.col.ff.de offi.eius cui mãda.est iuris.Dixi pleni⁹ suprà in rubr.*Des iustices & droictz d'icelles*,quãdo dixi qui sunt iudices qui cognoscunt de causis meri & mixti imperij.* Nunquid fustigatio sit pœna corporalis?dic quòd fustigatio ratione ignominię æquiparatur pœnæ mortis.Bal.in.l. transigere.C.de transac.Soci.in consi.clvij.in penul.col. ¶Sed nunquid pœna iuris cõmunis tollatur per hanc pœnam consuetudinariam seu statutariam? vide Albericum de rosa . in suis statutis,in q.viij.lib.j. hæc quæstio potest esse duplex, in.j.parte suorum statutorum . Vide Feli.in c.de causis,extrà de offi.dele.

1 Membri abscissio est 2. pœna capitalis.

3 Fustigatio æquiparatur pœnæ mortis.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in cõstitutione quæ incipit , patarenorum in ix. & x.col. vbi ponit regulam cum octo limitationibus,& vide etiã Hippoly. de Marsiliis in practica

4 causarum criminalium in.§.quæritur,vbi amplè. * ¶Ex hoc etiã potest queri,* an statutũ tollat ius commune idem continens,& an sublato statuto seu priuilegio cõtinente ius commune seu priuilegium sit reuocatum ius commune seu priuilegium,vide Feli.Barba.& Panor.in c.j.de rescrip.

IN TEXTV IBI, *A l'arbitrage du iuge.*

IN pœna * arbitranda in delictis sunt consideranda locus, tempus,quantitas,& euentus,causa,persona & multitudo,vt per plura declarat Lucas de pẽna.in.l.vnica. C.de colo.illyricia.lib.xj. vbi dicit ꝙ quatuor de causis plus puniuntur maiores quàm minores.

IVxta istã cõsuetudinẽ quæritur,* nunquid quãdo pœna posita est in arbitrio iudicis possit illã extendere vsque ad mortẽ,gl.est singularis in.§. in summa.insti. de iniu. quæ dicit ꝙ sic,quã gl.dicit esse singularem ad hoc Bal.in c.j.in prin.in v.col.de pace tenẽda. eã sequitur idẽ Bal.in.l.j.per illũ tex.C. de his qui latro. occultãt. Pan.in c.veritatis,in v.col.extrà de dolo & cõtuma.& in c.cũ te.in ij.col. extrà de re iudi. Io. de ana.in c.inquisitionis, de accu.in prin.Et pro hac gl.allegãtur duo tex.videlicet tex.in.l.sacrilegij.ff.ad.l. Iul.pecula.& tex.in.l.saccularij.§.sunt quædã.ff.de extraordi.crimi.Tu dic ꝙ illa glo.cõmuniter reprobatur,primò per tex.notabilẽ,in.l.ff.de furibus balnea.quẽ ad hoc põderat ibi Albe.de rosa.ꝙ in arbitrariis iudex nõ potest imponere pœnã vltimi supplicij,sed tẽporalẽ. quẽ textũ dicit esse notabilẽ & singularem Cardini.in c.de causis,de offi.deleg.do.me⁹ Ias.qui oĩa nouit allegat ibi ad hoc aliũ tex.videlicet tex.in.l. §.expilatores.ff.de effracto.& expilatoribus.Ita alleg.in.l.& si legibus.C.de legibus,vbi reprehendit illam glo.& in.l.qui iurisditioni pręest,in ij.col.ff.de iuris.om.iudi.& quãdo allegatur glo. ad istud in c. inqui-

3 sitionis,in verbo alioquin,extrà de accusa.* ꝙ quãdo pœna est in arbitrio iudicis tũc nõ potest imponere parẽ pœnã illi,quã lex ĩponit ꝓ similib⁹ criminib⁹ & delictis,vide Alex.in cõsi.suo,v.in vlt.col.in j.vol. quod incipit,In casu inquisitionis,vbi ponit falcẽ ad radicẽ huius dubitationis,dicẽdo,ꝙ si ꝓ primo furto excedẽte summã x.librarũ nõ sit pœna mortis, sed solũ sit ex cõsuetudine ãputatio mẽbri, licet possit augeri vel minui ꝑ iudicẽ ex ei⁹ arbitrio,inspecta qualitate furti & personarũ, nõ tamẽ poterit arbitrari vsque ad mortẽ. Ita tenet ibi.nã in delictis & maleficiis puniẽdis etiã inspiciẽdæ sunt cõsuetudines locorum, tenet Bal.in c.fi.ĩ vlt.col.de feriis.& in.l.ij.ad fi.C.de noxali. & in multis aliis locis alleg.ꝑ do. meũ Iason.in l.j.in vij.col.C.de sum.trini.& fi.cath.aliàs iudex faciet litẽ suã,ꝑ text.in aut. iubem⁹, & ibi Ias.C.de iudi. multa ꝑ Feli.in c.inter cæteras,in v.col.extra de rescriptis.Vide quæ dicit Boerius in cõsuetudinibus Bituricẽ. titu.de iurisdi. omn.iudi.§.xxiiij.in glo.in criminibus puniendis, & vide infrà,in vj. declaratione.

1 Quæ cõsideranda in arbitrãda pœna.

2 Iudex an possit pœnã extendere ad mortem vsque.

4 CVm ergo cõsuetudo nostra tãtũ dicat ꝙ debeat puniri corporaliter ad arbitriũ,non poterit extẽdi ad mortẽ,* nã pœna corporalis simpliciter ꝓlata, nõ intelligitur de morte, sed de minori.Ita gl.sing.i.l. j.in verb.capitali.C.ne Christia.mãcipiũ,ita gl.fi.ĩ.l.fi.C.de vete.numis.pote.li.xj.& dicit Ias.ꝙ etiã plus est * ꝙ appel.pœnæ capitis nõ venit mors naturalis.Ita dicit in.l. trãsigere.C. de trans. & in.l.diuortio,in iiij. colum.ff.solu.matri.plenè Aret.in c.qualiter & quando.§.ad corrigendos,in iiij.col. extrà de accusa.

5 Pœnæ capitis appellatione non venit mors naturalis.

ADDITIO. Vide de hoc Hippoly.de Marsiliis in sua practica causarũ criminalium in verbo, opportunè,nu.xxviij.vsque ad numerũ 50. vbi amplè.& consi.xxxix.in j.vol. * ¶Ad illam gl.multa pro corroboratione ipsius posuit Feli.in c.ex litteris,& in antepe.& pe.colum.extrà de cõstitutio.& illam declarauit quinque modis.

PRima declaratio.* Tu dic ꝓ prima declaratione,ꝙ iudex nõ potest arbitrari pœnam mortis, nisi propter excessum grauis facinoris.Ita Bal.in d.c.j.§.iniuria, de pace iura.fir.& ĩ.l.fi.ad fi.ff. de rerũ diuisione. Et ita ĩtelligitur gl.in d.§.in summa,nã etiã ꝓpter ĩmunitatẽ delicti trãsgrediũtur iura, vel ꝓpter emergentiam casus horribilis,vt ꝓbat cõclusio disputata ꝑ Pet.de ancha. ¶Hinc dicit do.Abb.Pã.* quòd dispositio,c.cũ nõ ab hoĩe.extrà de iudi.nõ habet locũ ĩ homici.horribili cõmisso,puta in assassinamẽto, vel parricidio,quia etiã nõ data incorrigibilitate,de quo in d.c.cũ nõ ab hoĩe,statĩ potest degradari, vt ꝑ Pet. de Ancha.in cõsi.cclvij.& ita dicit & allc.Feli.ĩ c.j.ĩ xv.col.extrà de cõsti.vbi ad hoc quædã pulchra adducit.

6 Iudex nõ potest arbitrari pœnã mortis nisi pro 7 grauiori b[illegible] delictis.

¶ Vide etiam pulchra specialia propter immunitatem criminis per Barba.in consi.lxxij. & pulchra allegata per Boerium in cõsuetudinibus Bituricen.tit.de iuris.om.iudi.§.xxiiij.in glo.sed an iudex.vbi ponit quomodo iudex habeat arbitrium in pœnis. vide plenè Paridem de puteo in tractatu de syndicatu,in litera,A,in verbo,arbitrium,vbi plenè plures quæstiones.

ADDITIO. Vide Hippolytum de Marsiliis in cõsi. suo lij.nu.xvj.* Et aduerte *quia in puniendis delictis seueritas nõ est reprobãda,cũ sine pietate teneat iustitiã, & dicit Tullius in ij. Rhetoricorum. * Seueritas est per quã iudiciaria potestas, vel vindicta in aliquem districtius exercetur, quæ perutilis est reipub. Nã bene operans nulli parcit.viij. Politico.& Tullius.j.de officiis.ita probanda est mãsuetudo atque clementia,vt adhibeatur reipub.causa seueritas,sine qua ciuitas administrari nõ potest.Nam maior interdũ est delictorum iniquitas,quàm legum ęquitas, in autent. vt non fiant pigno. in princi.& plura de seueritate, quæ plus laudatur, & est præferenda remissioni, scribit Lucas de penna in.l.iij.C.de his quæ ex publica collatio.libro x.

8 Seueri- 9 tas non reprobanda. Seueritas quid.

SIc ergo si delictum multum enorme cõmittatur, quod quidem non habeat pœnã determinatã,sed tantum arbitrio iudicis puniri debeat,iudex potest extendere arbitrium suum vsque ad mortẽ, hoc est,si tales sint circunstãtiæ delicti,ꝙ pro eo veniebat de iure communi vel ex cõsuetudine,imponenda pœna mortis.Ita per multa tenuit Alexan.in cõsi.cxj.incipiente, Ponderatis verbis inquisitionis,in penult.colum.in.j.vol. ¶ Si tamen adhuc delictũ ex eius circunstantiis nõ suadeat mortẽ, & iudex arbitretur eam, valebit sentẽtia ex quo habet arbitriũ, sed malè facit, & potest ab eo appellari secũdũ Imo.in c.x.ex litteris,suprà alleg.& in.l.ij.ff.de publi.iudi.Et istã declarationẽ posuit Io.de Anania,in c.inquisitionis,in fine princi. extrà de accusationibus. Faciũt quæ dicit Gandinus in suo tractatu maleficiorũ, in titu.de homici.in versi.sed pone ꝙ ego dedi tibi pecuniam. Cuius verba sunt notanda in hac parte,quando dicit,ꝙ qñ delictũ est maximũ & de atrociorib⁹,si tẽtauit & nõ ꝑfecit quia nõ potuit,tũc est puniẽdus ad mortẽ.

ADDITIO. Per plura tenet contrarium Hippolytus de Marsiliis in consilio suo cv.nume.xxxviij.& xxxix.& in.l.qui falsam,in iiij.& v.col.ff.de falsis. *

ADuerte * quia in istis atrocioribus, puta in assassinamento, etiam si homicidiũ fuerit secutũ,imponẽda est cõtrà assassinos pœna mortis.Ita cõsuluit Angelus de Perusio in cõsi.xiiij.incipiẽte, In qõne pręmissa.in vlti.col.quẽ vide.Nã tale delictũ est horrẽdũ & valde detestabile,vt est tex.in c.j.de homici.in vj.in versi..qui sic horrẽda in humanitate detestãda,& in versi.tãto periculo volẽtes occurrere,& in vers. nefarias pręsumptiões.Et in terminis voluit Bal.in.l.nõ solũ.§.si mãdato.ff.de iniuriis,& Bar.in.l.Cicer. ff.de pœnis,& Ange.Aretin⁹ in tract. maleficiorũ,in verb.Sẽproniũ mãdatorẽ. in quo quidẽ iura ita clamãt adeò ꝙ si quis nõ potest effectualiter exequi tale defectũ,nihilominus ex solo conatu capite punitur, d.c.j.& vt dicit Ange.in dicto cõsi.& tenuit Bal.in.l.ij.§.hæc verba in fi.ff.quod quisq; iuris, & Bal.in.l.si quis nõ dicã rapere.in.iij.col.C.de episc.& cleri.& in.l.nõ ideo minus.C.de accusatio.Et Ang.in.l.q autẽ ff.de his qui notã.infa.Et cano.maximè do. Ant.in c.cæterũ,ĩ v.col.extrà de iudiciis, & dicũt doctores in talib⁹ criminibus enormib⁹,rõne enormitatis punitur affectus,licet nõ sequatur effect⁹,ita Bal.ĩ.l.si quã, C.de opis libertorũ.Bal.in.l.aut facta.§.euẽtus.ff.de pœnis, & ĩ aut.nouo iure. C.de pœna iudi.q malè iudicauit.Et in c.si voluerit,in tit.de capit.qui curi.vendi.in vsibus feudorũ,& in.l.si quis nõ dicam rapere. Vide quæ suprà dixi in rubrica.in glo.*& droictz dicelles*,versi.Item etiam , in additione ipsi posita.

10 Assasinamentũ attẽtãs etiam non perficiens puniendus est pœna mortis.

ITem*etiam licet alias in aliis delictis mãdans nõ puniatur nisi secuto mãdato,saltẽ ordinariè,iuxtà notata ꝑ Bar.ĩ d.l.nõ solũ.§.si mãdato.ff.de iniur.tñ fallit in mãdãte cũ pecunia,& sic ĩ mãdãte assasinamẽtũ. Ita voluit Dy. & Ang.in.l.itẽ apud Labeonẽ.§.si errauerit.ff.de iniuriis. Et August.Ariminẽsis in additio. ad Ange.Areti.in tractatu maleficiorũ.in dicto verb.Semproniũ mãdatorẽ,in additione incipien. Tu aũt in hac.& in verb.existẽs Florẽtię,in additiõe incipiẽte,Tu verò,& alleg.tex.in d.c.j.de homicid.in vj.¶ Hinc per ista semel me assidẽte capitaneo iustitiæ Mediolani dictũ fuit quendã mãdãtẽ fieri assassinamẽtũ,licet tamẽ secutũ nõ fuerit,debere suspẽdi,prout iam suprà dixi in rubr.*Des iustices & droictz d'icelles*,quãdo posui effectus meri imperij,maximè quando posui qua pœna puniri debeant homicidæ.

11 Mãdãs assassinamentum licet non sequatur delictũ,punitur pœna mortis.

ET aduerte*quia iure dictãte etiã in tali delicto,assasinus tenetur denominare mãdatorẽ in iudicio, & potest super hoc interrogari & torqueri.gl.est notabilis,in d.l.nõ ideo min⁹, quã notat & sequitur ibi Bal.C.de accusatio.* licet alias socius de delicto socij nõ sit interrogãdus, vt.l.fi. C.de accusatio.&.l. re peti.ff.de quęstio. ¶*Aduerte tñ ad vnũ ꝙ pono incidẽter ꝓ furto,ꝙ fur poterit interrogari de sociis & torqueri.Bar.in d.l.repe.ff.de quęstio,Frãcis.de Are.in consi.suo lxj.incipi.In causa illorum de Masio.

12 Assasinus mãdatari⁹ 13 torqueri 14 potest vt nominet mãdatorẽ.

ADDITIO. Quando socius & in quibus delictis possit de sociis interrogari, vide Matt. de affli.in cõsti.regni Siciliæ,quæ incipit,dãna clãdestina,in ix.notabili,in v.quæstione illius notabilis,& vide Hippolytum de Mar.in sua practica causarum criminaliũ in.§.diligẽter,vbi amplè à num. lix.vsque ad numerũ lxix. & ibi dicit duo singularia:vnũ,quod nunq̃ socius criminis facit indiciũ ad torturã nisi cũ tortura.& istud dictũ pluries allegaui in curia,sed nõ vult ad illud attendere,& tamen est multum iuridicum,secũdũ quod etiam cũ tortura nõ facit ad cõdemnationẽ, sed solũ ad indicium ad torturam.allegat ad istud secũdũ Ang.in.l.& si cert⁹.ff.ad Sille.& Sali.in.l.fi.C.de accusa. & Philippũ Deciũ in consi. suo clxxxix. incipien. Lætatus sum,in vj.col. Imò etiam socius criminis nõ facit indiciũ ad torturã in casibus exceptis,quando est solus sine aliis adminiculis,vt tenet idem Hippolytus in consi. lxxiiij. nu. viij.& in consilio cix.num.xiij.& in consi.cxxxv.nume.xvij,& etiam idem quando est infamis ex alio casu,idem Hippolytus in dicto consilio,nume.xij.& xiij.& etiam quando verisimile est ipsum nõ dicere verum,idem Hippolytus in d.consi.num.xij.dic idem quando habet plures alios defectus, quoniam etiam licet esset in casu vbi difficilis probatio esset sui natura,non tamen admittitur talis.ita tenet idem Hippolytus in consi.cij.in xij col.alleg.Soci.in consi.suo cxviij.incipiente visa.in penul. col. versi.postremò, in primo vol.& Bar.in consilio lxv.incipiente,sapienter,in iiij.col.in iiij.volu.dicam infrà. *

15 SEcunda declaratio. *In delictis attentatis non tamen consummatis nõ potest iudex arbitrari pœnam mortis. Ita tenet cõsulendo Bal. in cõsi. suo ccccxliij. incipien. coquus cõfecit venenum &c. in iij. volu. in ij. col. faciunt quæ dicit Feli. in dicto loco, in ij. declaratio. in penul. col. cui adde eundem, in c. j. de præsumptio. & in tracta. suo quando conatus puniatur. Do. meus Iason in princi. in penul. col. Alexan. in cõsi. xv. incipi. viso processu inquisitionis formatæ, in j. vol. in ij. col.

16 TErtia declaratio. *. Vbicũque lex vel statutũ seu consuetudo cõmittit pœnã arbitrio iudicis, cũ quadã moderatiõe vel modificatione: tunc nõ potest imponere pœnã mortis. Ita tenet Imol. in. l. ij. ff. de publi. iudi. & Maria. Soci. in d. c. inquisitionis, in princi. extrà de accusatio. ¶ Hinc est ꝙ arbitriũ iudicis quod est in cõsuetudine nostra, in ij. parte, nõ potest se extẽdere vsque ad mortẽ ꝓ prima vice, cũ verba sequẽ. illud arbitriũ ibi, *& s'il renchiet & cõmet autre larrecin*, videãtur moderari & modificare illud arbitriũ, in hoc quòd etiã si furtũ excedat summã x. librarũ (nisi esset furtum duplicatũ) nõ potest talis fur ad mortem condemnari. Talis ergo pœna corporalis intelligi debet de mitiori, vt dictum est hìc antè.

QVarta declaratio. Quòd glo. in d. §. in summa, procedit quãdo datur arbitrium inter pœnas à iure cõcessas & expressas, vt est in actiõe iniuriarũ, quia ius exprimit* ꝙ pœna iniuriarũ potest esse corporalis vel pecuniaria, sed vbi iudici datur simpliciter arbitrium puniendi vel exaggerãdi pœnas, nõ potest arbitrari pœnas mortis, quia nõ intelligitur cõcessum arbitrariũ transcẽdi ad species pœnarũ capitaliũ. Ita tenet Feli. in d. c. ex litteris, qui ad hoc allegat, consiliũ Francis. de Albergotis, de Aretio, quod incipit, Quidam cæcus de fulgur. per text. in. l. j. §. expilatores. ff. de effracto. per quem tex. limitatur dictum Inno. in c. j. de constitu. dicit enim Inno. quòd iudex potest transgredi leges. Dic istud non esse verũ quãdo ex hoc fieret transitus de vna specie delicti ad aliam speciem, puta de specie capitali ad nõ capitalem, non enim potest pœnam capitalem imponere pro eo delicto quod non est capitale.

17 Pœna iniuriarũ potest esse corporalis vel pecuniaria.

ET ideo, vt dicit Io. Fab. in d. §. in summa. in impositione pœnę. cõsiderãda est qualitas facti & personarum, facit tex. in. l. pedius. §. j. ff. de incẽdio, ruina, naufragio, & quod dicit Bal. in. l. j. C. de his qui latrones occultauerũt. Et in hoc aduertendũ est, quòd pœna est cõmẽsurãda delict. l. respiciẽdũ. ff. de pœnis, aliquãdo tamẽ pœna potest esse maior delicto, gl. in. l. vindicari. C. de pœnis, gl. in. l. sancim⁹, in verbo, nec vlterius. C. de pœnis, quoniã pœna augetur ex reiteratione, & tũc nõ venit commẽsurãda. l. iij. & ibi gl. C. de episco. audiẽtia, & in. l. quicũq;, in gl. vel iij. C. de seruis fugitiuis, & de huiusmodi reiteratione quomodo auget pœnã dicã infrà gl. sequẽti. Et quoniã hìc antè dictũ est quòd ex quo in actione iniuriarũ iudex nõ cõsueuit imponere pœnã corporalẽ, iudex illã nõ poterit arbitrari, vide Matt. de affli. in cõsti. regni Sicilię, quæ incipit, humanitate, in ix. col. ibi, & primò sit accusatus. Et aduerte ad vnum quòd pœnam addere pœnis iam appositis est detestabile, vt dicit Hippolytus consi. xxj. numero xlviij.

QVinta declaratio est. Quòd vbi datur iudici arbitriũ imponẽdi pœnã arbitrariã, & limitatur vt non possit mortẽ arbitrari, isti limitationi standũ est, & nõ procedit gl. in d. §. in summa. Ita tenet Imo. in. l. ij. ff. de publi. iudi. ¶ Hinc per hoc est clarũ ꝙ ex cõsuetudine nostra, ex primo furto nõ excedẽte summam x. librarum, licet iudex habeat arbitrium in pœna imponendi, tamen non potest extendere illud arbitrium ad pœnam corporalem, seu mortis, cum expressè sit prohibitum.

SExta declaratio. Quòd vbicũq; ꝑ statutũ datur arbitriũ iudici imponẽdi pœnã, imponi debet ꝑ cũ pœna in similib⁹, seu in tali casu cõsueta imponi, cũ cõsuetudo faciat vt idẽ quod erat arbitrariũ sit necessariũ, vt dicit Bal. in. l. quicunq;, in vj. col. C. de seruis fugi. & plura ad istud faciẽtia posuit Felin⁹ in c. inter cęteras, in v. colum. extrà de rescriptis, & dñs meus Ias. in. l. more, in vij. col. ff. de iurisd. omni. iudicum. ¶ *Et aduerte, quia hoc casu debet arbitrari secũdũ cõmunẽ vsum patriæ, & eo modo quo cõsuetũ est punitionẽ fieri ꝓ illis delictis, quia quis pręsumitur velle id quod patria sua, & vsus patriæ suæ. l. quod si nolit. §. si mãcipia. ff. de edil. edic. Facit quod dicit Bar. in tractatu de Guelphis & Gibelli. vbi dicit* ꝙ quilibet pręsumitur esse talis, qualis est patria sua, *nã de iure naturali quilibet tenetur obedire patrię. l. veluti. ff. de iustitia & iure. facit quod dicit Bal. in. l. fideicõmissa. §. si seruo. ff. de leg. iij. vbi dicit, ꝙ quis nõ pręsumitur velle id qđ nõ est cõsuetũ fieri, & ꝓpterea dicit Angel. in. l. incredibile. C. de pœnis, ꝙ iudex non potest imponere pœnas insolitas. Et dicit Feli. in c. de causis, in prin. extrà de offi. delegati, * ꝙ pœnam arbitrariã tollit cõsuetudo, vide ad prædicta Boeriũ allegatum hìc antè in hac materia, in princ. huius glos.

18 Arbitrandũ secũdũ cõsuetudinẽ patriæ.

19 Patriæ obedi 20 re tenemur.

21 Cõsuetudo tollit pœnam arbitrariam.

ET adde pro septima declaratione, quòd iudex in pœnis legis, statutorũ, & cõsuetudinis quãdo pœna certa est imposita, vt dicit Alex. in additio. ad Bar. in. l. hodie. ff. de pœnis, & vide Boerium in loco hic antè allegato, de materia huius arbitrij per Paridẽ de Puteo in tractatu de syndicatu, in verbo, arbitriũ, per ix. aut. x. colum. & vide etiam in verbo consuetudo, vbi dicit * quòd iudex tenetur iudicare secundũ

22 consuetudinem loci vbi est iudex.

ADDITIO. Adde item pro octaua declaratione vnum singulare, quòd quãdo ꝓ delicto venit imponẽda pœna mortis vel pœna corporis afflictiua, & ex aliqua causa receditur à principali pœna capitali ipsius delicti, tunc non imponitur minor pœna corporalis, sed transmittitur & cõuertitur in pœnã pecuniariã. optimè probat tex. in. l. qui ędes, & in. l. si fortuitò. ff. de incẽdio, ruina, naufragio. & voluit Bal. in. l. data opera, in ij. col. in fi. C. qui accusare non possunt, & hoc etiam probat tex. in. l. si adulteriũ cũ incestu. §. si imperatoris. ff. de adulteriis, & in. l. si quis in graui. §. si tamẽ maritus. ff. ad Silleia. & in. l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adulte. & in. l. Iulia. §. fi. ff. ad legem Iuliam repetun. faciunt & alia quę adducit de minore delinquente Hippoly. de Marsiliis in practica sua causarum crimina. in. §. quoniã, nu. xcv. vbi amplè. & in pluribus aliis locis ibi per seipsum allegatis. *

QVæritur nunc de vna quæstione, dictũ est ꝙ iudex qui habet arbitrium imponendi pœnam corporalem, potest imponere pœnã mortis. Pone ꝙ iudex habet detentum in carceribus pro furto excedente summam x. libra. dicit consuetu. nostra quòd debet puniri corporaliter, & ad arbitrium iudicis, nunquid istã pœnã corporalem possit mutare in mitiorẽ, & arbitrari in mitiorẽ pœnã, puta ĩ pecuniariã.

ADuerte quia etiã in his quæ arbitrio iudicis cõmittuntur potest cõmittere dolũ iudex.c.cũ æterni.de re iudica.lib.vj.& ideo cauere debet ne sit nimis gratiosus.Ita Bal.in l.si fugitiui.in vlt.col. C.de seruis fugiti.¶Hinc dicit tex.multũ singularis in l.seruos.C.ad le.Iuliã,de vi.* ꝙ iudex diminuẽs pœnã sine causa est infamis.quẽ tex dicit esse singularẽ Roma.in singulari suo. lxxvij.incipiente, verũ quia tu habes.& tenet Panor.in c.de causis.in fi.extrà de offi.delega.dicam plenius de eo infrà. 23 Iudex pœnã sine causa diminuẽs infamis est.

ADDITIO. Aduerte tamẽ ꝙ iudex semper debet inclinare in mitiorẽ, benigniorẽ & humaniorem partẽ,*& si peccãdũ sit, magis peccare debet in pietate & clemẽtia,q̃ in crudelitate, vtpluribus tenet Hippo.de Marsi.in sua practica causarũ criminaliũ,in verbo, occurrit.nu.v.vsq; ad fi.vbi amplè cõmendat mitiorẽ partẽ in cõdemnãdo secundũ mentẽ.l.interpretatione pœnæ.ff.de pœnis. faciũt dicta per eundẽ Hipp.in cõs.xxiiij.nu xxxv. Ego tamẽ vidi multos qui nõ solũ cõtentabãtur pœnis à iure introductis, imò pœnas nouas addere volebãt, quod semper mihi visum fuit detestabile, secũdũ qđ dicit Hippo.in cõs.xxj.nu.xlviij.hîc antè alleg. Caueant tamẽ iudices ne sint mitiores,& vbi pœna mortis de iure venit imponẽda,nõ imponãt mitiorẽ,quoniã,vt refert Mat.de afflictis in cõsti.regni Siciliæ, quæ inci. pœnam eorũ.in ij.nota.in ij.q.in x.requisito, rex Carolus primus quendã iudicem furca suspẽdi fecit, eò quòd quendã ad mortẽ cõdẽnandũ cõdẽnauit tantũ in amputationẽ manus. dixi infrà versi.hinc ex prædictis.vbi allegaui tex.punientẽ iudicem talipœna.*¶Sed tamẽ quia in arbitrariis iudex non debet augmẽtare pœnã,nec etiã pœnã parẽ illi quã lex imponit,imponere potest ratione arbitrij sui.glo.in c.inquisitionis, in verb.alioquin.extrà de accusa.imò vt dicit ibi tex.& doct.in prin. vbi datur arbitriũ iudici in pœnis debet moderari,sed moderatio denotat diminutionẽ,igitur &c.Bal.verò in l.obseruare.§.proficisci.versi.xxv.q̃ritur.de offi.præsi.dicit*ꝙ qñ super maleficiis habentibus pœnã determinatã à statuto vel cõsuetu.si iudex cũ hoc habeat arbitriũ,nõ potest à pœna statuti determinata recedere sine causa iusta. Et istud idẽ dicit in effectu.in l.inf.C.vt inf.cer.tẽpus.sed do. Frãcis.de Are.subtilitatũ princeps in d.c.inquisitionis.in fi.prin.videtur insurgere cõtra istud dictũ Bal.hoc modo, si iudex ex causa de iure nõ habeat istud arbitriũ.vt in §.pœna grauior.in l.qd tñ.ff.de his q. notã.infa.ergo istud statutũ seu cõsue.redderetur superflua.cõtra. c.si papa.cũ aliis vulgari.de priui.in vj.Respõdet idẽ do.Aret.saluando illud dictũ Bal.*ꝙ arbitriũ operatur hoc qđ facilius & ex leuiori causa iudex possit augere vel minuere pœnã,q̃ vbi hoc arbitriũ cõcessũ nõ esset,nec ergo in his obstabit tex.ĩ l.seruos supra alle.qa intelligitur qñ sine causa iudex diminuit pœnã, qa tũc est ĩfamis.sic ergo cũ causa poterit diminuere seu moderare pœnã.Et ita cõsulẽdo tenet Ro.ĩ cõs.suo. ccccxxix.inci.Cõsidero in ꝓposita cõsultatiõe, mouetur,*cũ iudex licet regulariter nõ debeat esse clemẽtior lege,vt in aut.de iudi.§. oportet,tñ ex generali potestate sibi cõcessa per aut. hodie. C.de iudiciis,pœnã alterare poterit,adeò vt illa pœna alterata succedat loco alterius à lege impositę,vnde periurus nõ erit,cũ legis autoritate sibi permittente munitus sit, *nõ enim periurat qui principali autoritate iuramentũ casu aliquo deserit.ff.ad municipa.l.fi.C.de nõ nu.pecu.l.fi.ff. qui satisd.cogan. l. vlt.ff. de iure patro.l.adigere.§.fi.c.venientes.de iureiu.&.c.quemadmodũ cum ibi nota.Qua enim ratione potest iudex pœnã iusta ex causa alterare augẽdo.vt in c.q̃m frequẽter,ver.sinautẽ super ꝑsonali,vt lite nõ cõtest.& in l.ij.versi.sed si persona.C.vt inf.cer.tẽpus.eadem ex iusta causa potest à cõsti.imposita minuere. 24 Iudex in clemẽtia potius præcedet quã sæuitia. Pœnarũ nouarũ inuentores detestãtur. 25 Iudex arbitrari⁹ à pœna statuti nõ potest recede re sine causa. 26 Arbitrarũ qđ operetur. 27 Iudex non debet esse clemẽtior lege. 28

ITem qua ratione potest ex iusta causa pœnam aliàs à lege impositam delinquenti tollere. ff.de pœnis. l.in metallum.l.non omnis.ff.de re mili.c.nisi specialis.de offi.deleg. eadẽ etiã ratione potest iam impositã minuendo moderare,in cuius enim est potestate,à principio totum tollere,in eius est id quod fecerit moderare.*ff.de in litem iur.l.videamus.§. sed an iudex.l.in actione.§.sed iudex.ff.eo.de in lit.iur.Ex istis cõcludit Roma.quòd pœnam furti excedentem summam quæ requiritur ad hoc vt puniatur ex tali furto corporaliter potest iudex minuere ex iusta causa.¶Ex quibus cum euenisset casus Heduæ de quodam iuuene qui detinebatur in carceribus,eo quòd fur, & furatus fuerat coriũ vsq; ad valorẽ xij.francorũ,cùm solùm esset ætatis xvij.annorũ,dixi Locũtenẽtẽ nõ debere ipsum punire corporaliter,sed moderari debere eius pœnã.*Cum iuuentus sit sufficiens causa moderandi pœnam. ita facit tex.cũ gl.in l.& si seuerior.C. ex quibus causis infa.irroga.ita tenet Lud.Bolo.in cõs.suo xxxvij.inci.Cor mũdum crea,&c. licet aliàs in præsenti,in vij.col.& Raph.Fulgo.in cõs.suo clvij.in ij.col.vbi alle.tex.in l.auxiliũ.§.in delictis.ff.de mino. vbi dicit ꝙ miseratio ætatis debet iudicẽ ad mitiorẽ pœnã promouere. ¶Facit text.in l.presbyteri.C.de epi.& cleri.vbi dicit ꝙ maior pœna debet imponi maioribus. gl.in l.seruos. in verb.infamis. C.ad l.Iuliã de vi publica.Iac.Butriga.in l.iij.C.de sum.tri.facit tex.in l.siue.ff.de reg.iur.& ibi Decius,qui ponit qũo ætati tã iuuenili q̃ senili sit in pœnis succurrendũ.Et notãdus est ille tex.cũ dicat ferè in oĩbus pœnalibus iudiciis ætati & imprudẽtiæ succurratur,quasi diceret ꝙ ætas iuuenilis sit æqualis imprudentiæ.hinc vulgò dicitur, ꝙ iuuẽtus & prudentia vix similes esse possunt. de huiusmodi minori ætate qũo eidẽ succurrẽdũ,vide Matt.de affli.ĩ cõst.reg.Sici.quæ inci.minorũ iura. in v.not.in ij.li. ¶*Itẽ etiã iusta causa alleuiãdi pœnã est,si delinquẽs diu permãserit in carcere.l.oĩs.C.de pœnis.& quæ sunt quæ mouere debẽt iudicẽ alleuiãdi pœnã:dicit Cy.in d.l.& si seuerior.s.vt dicit iuuẽtus,senectus,dignitas,ignorãtia facti, incõsulta Reip.vtilitas.¶Itẽ iusta causa alleuiãdi pœnã,est in potẽte q. delinquit:q̃m sunt excusandi pręsides, cũ de potẽtibus nõ sumũt in iustitiæ rigore vĩdictã.Et dicit Augustin⁹,*Nõnullos toleram⁹ quos corrigere vel punire nõ possumus.xxiij.q.j.c.quisquis.cum aliis allegatis per Lucã de Pẽna.in l.missi.col.iiij. C.de exactoribus tributo.li.x.Et vide Paridẽ de Puteo in tractatu de syndicatu.in verbo,iustitia.folio liiij. 29 Cuius est totum tollere eius etiam est moderare. 30 Iuuentus est sufficiens causa moderãdi pœnam. 31 32 Tollerãtur quæ corrigi nõ possunt.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit,qualitas personæ,vbi ponit qualitatem personæ in multis esse considerandam.*

ET aduerte*quia illa causa est exprimenda,cùm vbicunq; receditur à iure regali,nõ sufficit subesse causam,nisi illa causa per cũ cui de iure hoc cõpetit,exprimatur.ita tenet Inn.in c.præterea.de dilatio.quẽ ad hoc alle.Lud.Rom.in cõs.suo ccccxciij.incip.dubitatur.j.in pe.col.& allegat Oldr.in cõs.suo cclxxxvij. suo ordine:sed est in cõs.suo cccxxvj.inci.ꝙ articuli dati in quęst.in iij.col.ibi,itẽ nõ sufficit ꝙ causa subsit 33 Quæ sint iustæ causæ moderandi pœnam.

de iure cõi &c.faciũt & alia adducta per Feli.in c.ſuper literis,in x.col.ibi.x.regula,ext.de reſcriptis. & faciũt,quia quę cõſiſtũt in arbitrio,req̃rũt cauſę cognitionẽ. Ang.in l.cũ his.§.illo autẽ.ff.de trãſact.per teſtũ in l.iij.§.ſi ad diẽ.ff.de re militari. ¶ De cauſis ſufficiẽtib⁹ ad alleuiãdũ pœnã vide plenè Paridẽ de puteo, in tract.de ſyndicatu,ĩ littera,P,in verbo,pœna,verſi.licet.& ver.quinq; ſunt.fo.lxxxiij.& lxxxiiij.Et in prin-
34 cipio illius verbi,pœna,ponit*an iudex qui cõdẽnauit aliquẽ ad mortẽ ſi promittat apprehendere & demõſtrare alios fures & latrones,aut alios homicidas & proditores,poſſit eidẽ pœnam differre . vbi dicit ꝙ nõ.

HInc ex prædictis cõclude qđ ſi balliuus,aut locũtenẽs,aut alius iudex habẽs merũ imperiũ, cõdẽnet aliquẽ furẽ detentũ pro furto excedẽte ſummã x. librarũ, in mitiori pœna q̃ dictet ſtatutũ,nõ exprimẽdo cauſam,quare minuat pœnã,eſt infamis,per tex.in.d.l.ſeruos.quẽ tex.do.Ludo.Roma.dicit eſſe legiſtis incognitũ,canoniſtis tñ cognitũ,& dicit ꝙ eſt dictũ vnicũ in mũdo per Hoſtiẽ.in c.de cauſis.de offi.deleg.relatũ per Ioã.an.in nouella.Sed dicit ꝙ adhuc alia pœna eſt puuiẽdus talis iudex, videlicet q̃a eadẽ pœna debet puniri,qua debebat puniri reus.tex.eſt ad hoc notabilis & vnic⁹ in iure in l.iij.in fin.C.ne ſan.baptiſma reite.ita dicit Ro.in ſin.ſuo.lxix.inci.veni.quia tu habes,quę oĩa no.quia ſingulariſſima. ¶ Intellige prædicta ꝙ iudex diminuẽs pœnã à lege introductã eſt infamis,ſi diminuat ſine cauſa: ſecus in pœna poſita in eius arbi-
35 *Iudex arbitrari⁹ nulli reddere tenetur rationem.* trio, quia etiã licet nõ exprimat cauſam,nõ punitur.*cũ de his quæ ſunt in eius arbitrio nõ teneatur reddere rationẽ.per plura tenet do.Hippolytus de Marſiliis in.l.quæſtionis modũ.in iiij.col.ff.de quæſtionib⁹.Et idẽ Hippolytus in ſingu.ſuo.cclxxxij.incipiente,iudex nõ debet eſſe clementior lege.

PRædicta habent locum in iudicibus ſecularibus,ſed quid in iudicibus eccleſiaſticis,an ſcilicet poſſint mutare pœnam introductam pro delicto eccleſiaſtico,in pœnam pecuniariã? Panor.& alii in c.licet de pœ-
36 *Iudex eccleſiaſti-*
nis.Hoſtiẽ.& Ioã.and.in c.j.de homi.lib.vj.dicũt*quòd iudex eccleſiaſticus poteſt imponere pœnã pecunia-
37 *c⁹ quãdo poſsit imponere pœnam pecuniariã.*
riam pro delicto,ſi illa magis timetur.Panor.in c.dilectus.in j.notabili.& in c.irrefragabili.§.cæterũ in prin. de offi.ordi.vbi Feli.plenè,qui plura ad hoc allegat , dicit tamen * quòd ſoli epiſcopi poſſunt commutare pœnam iuris in pecuniariam,quod tamen,vt dicit,debet fieri in iudicio,& cum cauſæ cognitione , non autẽ extrà iudicium.quia ſi fiat extrà,& ſine cauſæ cognitione,iudiciũ non valet, ex quo per hoc ſuſtinẽtur crimi-
38 *Pœnæ pecuniariæ cõuerti debent in vſus pauperum.*
noſi ad delinquendum,*& adhuc,vt dicit ibi, debent tales pœnę conuerti in vſus pauperum,quod deus ſcit an hodie fiat in hac ciuitate Heduen.vbi fiũt tot cõpoſitiones quod etiam excedũt ſingulo anno mille quatuor centum ſcuta ſolis. ¶ Pro certo tales cõpoſitiones videntur inducere homines ad facilius delinquendum,ex quo non ita indiſtinctè deberent permitti,Bar.tamen in l.qui à latronibus. in j.colum. & ibi Ioan. de Imol.ff.de teſta. videtur innuere quòd poſſunt fieri tales compoſitiones, cum dicat quòd detentus iuſtè poteſt cõtrahere ad vtilitatem detinentis, reprobantur tamen in patria Delphinatus, vt dicit Guido pape, quæſtione cccxxvj. ¶ Aduerte quòd ex quo iſtud eſt in arbitrio iudicis , actio deſcendens ex hoc ſtatuto dicitur bonæ fidei. Baldus in rubrica de conſtitutione.

IN TEXTV IBI, *Et ſ'il r'enchet.*

1 *Quãdo quis dicatur reincidere in furtum. Quæſtio.*
QVæro,*quando dicitur reincidere in furtum ? Dic quãdo committit hodie vnũ furtũ,aliud poſt cras, quia tunc ſunt diſtincta furta rebus,& tẽporibus,quod requiritur,vt l.eum qui,§.quod dicit.ff.de fur. ita tenet Bal.in cõſi.ſuo.ccxlvij,incipiẽte,ad euidentiã præmittendũ eſt, in j.col.in v.vol. ¶ Quid autem ſi fur confiteatur ſe furtũ feciſſe,pluribus vicibus,vel diuerſis temporibus, vtrum intelligatur continuatis,ita quòd vnum furtum vel diuerſa,ſint plura furta?Bal.in autent.ſed nouo iure.in penul.col.de ſeruis fugitiuis, dicit quòd iſta verba diuerſis temporibus confeſſa per furem cum ſint obſcura,& poſſint intelligi de continuatis,quo caſu non reputabuntur plura furta.l.nunquam plura.ff.de priua.delic.quod interpretabuntur in mitiorem partem pro confitente:& erit vnum furtum,niſi dicatur,ex temporis interuallo,quę verba ſolent iudices facere apponere. Et iſtud refert & ſequitur dominus meus Iaſon in l. fructus. in iij. colum.ff. ſoluto matrimonio.Idem verò Bal.in conſi.ſuo ccxlvij.hîc antè allegato, mouet iſtam quæſtionẽ,& plenius diſputat q̃ alibi:ſed cõcluſiuè eſt ſibi contrarius,cum dicat concludendo,ꝙ per iſta verba,ſex vicibus, intelliguntur ſex furta,cum talia verba importẽt diuerſa delicta numero & tempore:& pro hoc allegat tex.in ratione ſui.in l.agraria.ff.de termi.amo.vbi dinumeratio terminorũ inducit dinumerationẽ delictorũ. ¶ Credo tamen quòd non dicitur reincidere,ita quòd mori debeat,niſi de primo fuerit punitus per iudicẽ, & iam inſcriptus in quadam papyro,pro primo furto , aut fuerit iam de primo accuſatus & conuictus corã iudice: quia ſi confiteatur ſe feciſſe plura furta diuerſis temporibus , nec de aliquo fuerit tractus in iudicium , quòd non eſt ad mortem puniendus,& iſta opinio eſt æquior & mitior.

2 *Fur plus punitur ꝓ*
DOminus Iacobinus de ſancto Geòrgio quærit de hac quæſt.in l.ſi idem cum eo.in ij.lectura.ff.de iuriſdi. om.iud.& ſe remittit ad Bar. in l.ſi cui.§.fina.ff.de accuſatio.& ad Bald.in autent.qui ſemel.C.quomo-
3 *ſecundo*
do & quando iudex.& in apoſtilla ad Iacobinum, ibi allegantur, Barbatia. in conſ.xj.in j.volu. & in conſi.
4 *furto,q̃ pro primo.*
xlvij.& Romanus conſilio.ccxxxvj.& Feli.in c.poſtulaſti.colum.iij.extrà de reſcrip. videantur dicta eorum ¶ *Cogita & aduerte,quia nimirum ſi plus punitur fur,qui commiſit ſecundò furtum,quàm primò:quia,vt
5 *Relapſ⁹ peior eſt,q̃ prima in-*
dicit Bal.in l.apud antiquos.C.de fur.quòd fur qui hodie furatus eſt vnam rem,cras aliam,ratione reiterationis poteſt furca ſuſpendi.Et dicit Soci.in conſ.ſuo clvij.in iiij.col.*ꝙ cõſuetudo furandi aggrauat furtum,
6 *firmitas.*
& propter illam punitur fur pœna mortis. *nam relapſus peior eſt q̃ prima infirmitas. Ita glo.in autent. vt non luxurietur cõtra natu.Et põderant doc.relapſum,ita quòd * relapſus in hæreſim quis eſt curiæ ſeculari
7 *Creſcẽte cõtumacia,creſcit & pœna.*
tradendus.ita dicit Panor.in c.at ſi clerici.in princi.xj.col.ext.de iudi. Hinc eſt*ꝙ licet publicani pro extorſione non puniantur pœna capitis.l.licitatio.§ quod illicitè.ff.de publica. tamen ſi ſæpius hoc faciant, puniuntur pœna capitis.Bar.ibi per l.j.C.de ſuperexactio.lib.x.*creſcente enim coutumacia,æquum eſt vt creſcat & pæna.nota.in l.ei qui.& in l.vulgariter.ff.de fur.conſuetudo enim in delicto aggrauat delictũ.Itẽ per
8 *Cõſuetus peccare repellitur à teſtimonio.*
hoc multa perſeuerantia in delictis accumulauit Roma.in l.ſi verò. §.de viro.in xxxj fallẽtia.ff. ſolu. matri. quẽ allegat Feli.in c.teſtimonium.in iij col.ext.de teſtibus,ibi,adducit hic Moder.vbi dicunt Butrius & Panor.*quod conſuetus peccare repellitur à teſtimonio, & ita conſuetus litigare. iij. q.v.c. quia ſuſpectos.

¶ Vide

¶Vide l.nonnunq.ff.de priua.deli.l.nemo.C.de episco.audien.l.seruos.§.fi.de vi.publi.l.aut facta. §. fi.ff. de pœnis.l.inficiãdo.§.infans.ff.de furtis.vbi ꝓpter consuetudinẽ delinquẽdi iudex potest augere pœnã, maximè qñ multi taliter delinquũt,*qm̃ multis grassantibus opus est exemplo, vt alij terreantur. d.l.aut facta.§.fi.*& pœna vnius sit metus aliorũ.l.j.C.ad legem. Iul. repe. iuxtà illud Horatij. Oderunt peccare boni virtutis amore.Oderunt peccare mali formidine pœnæ.dixi infrà hoc eodem titulo.§. viij.in gloss. congie.versi.nunquid autem,in fine. 9 10 *Pœna vnius est metus aliorum.*

ADDITIO. Adde ꝙ in locovbi frequẽtius cõmittitur aliquod delictũ qđ etiã de sui natura nõ est punibile ad mortẽ,potest augeri pœna,ita ꝙ punitur interdũ pœna capitali ad mortẽ,vt facit tex.in l.j.ibi.puniuntur aũt durissimè nõ vbiq; sed vbi frequẽti⁹ est id gen⁹ maleficij.ff.de abigeis.ex quo textu colligitur ꝙ frequẽtia delicti in vno loco facit vt pœna augeri possit.Idẽ ergo ĩ tẽpore si vno tẽpore magis frequẽter delictũ potest augeri pœna,arg.eorũ q̃ dicit Bal.in l.j.§.j.C.de cadu.tollẽ.vbi dicit ꝙ sicut numerus obseruatur tẽpore & loco:ita iurisperitus,ita ꝙ vno tẽpore propter frequẽtiã delicti vna lex est bona,q̃ alio tẽpore nõ esset,& ideo secundũ frequẽtiã delictorũ,vt mali terreãtur,potest princeps augere pœnã à iure introductã,ꝑut fecit anno do.M.ccccxxxvij.vbi ꝓpter frequẽtiã falsorũ testiũ & notariorum imposuit ex edicto pœnã mortis indistinctè cõtra tales. *¶Vide multa perseuerẽtia & diuturnitate peccãdi per do.Rochũ de Curte cumulata ĩ sua repetitione.c.fi.de cõsue.in j.not.& vide Bonifaciũ de vitalinis in tract.suo maleficiorũ.titu.de pœna.fal.monet.& vide Inn.cõsi.suo lxxviij.in principio,vbi quædam dicit ad prædicta,sed in fine videtur excusare,& dicit quædã quæ sunt multũ notãda. Et adde multũ in materia delictorũ*ꝙ reiteratio prẽsupponit deliberationẽ.gl.in c.si quis iratus.ij.q.iij.Curtius.in cõ.lv.in vj. col.qđ facit multũ cõtra illos q̃ bis aut ter ꝑcutiũt aliquẽ.¶Vide Ioã.de platea ĩ.l.fi.C.de primice.lib.xij. 11 *Reiteratio præsupponit deliberationem.*

ADDITIO. Vide ad hoc Ioã.lupũ in repetitio.rub.de donatio.inter virũ & vxorẽ.§.xv.versi.verũ circa istas donatiões.nu.xij.vide etiã Guil.Benedicti in repe.c.Raynu.ĩ verbo,& vxorẽ noĩe Adelasiã.nu.991. &.992.de test.vbi dicit ꝙ iniuria verbalis facta in absentia de cõsue.Frãciæ non punibilis,nisi sit reiterata, quoniã reiteratio in hoc reddit illã punibilem propter reiterationem,ex qua præsumitur deliberatio.Vide Hippolytum de Marsiliis in consilio suo.cxiij.nu.2.3.&.4. *

ET ideo dicit dominus Iaco.de sancto Georgio excellens doctor quòd debet augeri & reiterari reiteratione delicti.& ita dicit in l.quicunque.C.de seruis fugi.

ADuerte tamẽ ꝙ in ciuilibus,etiã vbi est reiteratio quæ præsupponit deliberationẽ,tantũ potest reuocari cõfessio reiterata,vt tenet singulariter idẽ dominus Iacobi.in l.j.C.de errore calculi.qđ dictũ est multũ notabile in practica ad hoc vt etiã cõfessiones reiteratę possint reuocari , & pro certo ille egregius doctor est multũ singularis in practica,quẽ prę manibus practici & postulãtes deberẽt habere , quoniã optimas decisiones habet in practica.Etiam illa decisio facit ad sustinendũ recisiones contractuũ:etiã licet quis bis & ter & deliberatè contraxerit,quoniã sicut in cõfessione,si semper sit error,semper potest reuocari,ita in cõtractu si semper sit deceptio & dolus,semper potest rescindi,& pars releuari.

SEd vt videmus,fur pro secundo furto punitur ad mortẽ per consuetudinẽ: quod nõ est de iure:*quid dicendũ est de forẽsi qui cõmisit secundũ furtũ in hac patria:an punietur pœna nostra cõsuetudinaria, & sic ad mortẽ:an secũdũ dispositionẽ iuris scripti, scilicet illius iuris cuius est originale?dñs me⁹ Ias.post Bar.& alios plenè disputat in l.cunctos populos in ij.lectura.in xv.col.C.de sum.tri.& fide ca.vbi videtur tenere quòd non sit puniendus pœna nostræ cõsuetudinis,sed pœna iuris communis, Maximè dicit hanc esse obseruandam in iudicando.Vide Ange.de Aretio in tractatu maleficiorum,in verbo,existens Florentiæ.in prin.& Cepolam in repe.autent.sed nouo iure,in pe.charta,C.de furtis. Albertum Brunum in suo tractatu de constitutionibus,in verbo,fur furtum.in prin. * 12 *Forensis committens secundum furtũ in hac patria,qualiter puniendus.*

IN TEXTV IBI, Il en perdra la vie.

SI tamen primum & secundum non excedant summam decem librarum , non debet furca suspendi: vt tenet Alex.in consi.suo xcj.in iiij.volu.& in consi.cx.in j.volu.

ADDITIO. Sed quia ista pœna videtur esse maior quàm sit pœna iuris:an dux Burgundiæ tũc potuerit illam statuere & ordinare, cogita ex his quæ dicit Mat.de afflict.in præfatione constitutionum regni Siciliæ.in vij.q.¶Aduerte quòd non illam statuit, sed quia cõsuetudo illa iam ita ordinauerat & statuerat,statuit & ordinauit cõsuetudinẽ esse obseruandã. Aduerte tamen ꝙ istud debet intelligi dummodo verè probetur,& non præsumptiuè,quoniam in furto maximè inter alia delicta probationes debent esse luce meridiana clariores, & necessariò debent concludere , non præsumptiuè:vt tenet Hippolytus de Marsiliis in consi.suo xlvj.nu.14.& in consi.xl.nu.26.vbi allegat Bar.in cõsi.liiij.& Cumanum in consi.viij.* ¶De hac consuetudine vide Bar.Cepo. in consi.xl.in xiiij.col. circa medium.vbi dicit*quòd consuetudo habet potestatem in sanguine hominis. 13

NOtanter dicitur,*il en perdra la vie*,quia ista verba in condẽnatione capitis ponũtur per iudices:scilicet quòd caput amputetur, ita quòd anima separetur à corpore.Solent enim dicere Mediolanenses:caput à spatulis amputetur,ita ꝙ moriatur:sed pro certo mihi videtur ꝙ verba,ita ꝙ moriatur,sunt superflua.Cum si ei caput à spatulis amputetur,si velit mori ꝙ moriatur:si nolit,faciat quod poterit.Et ideo dicebat quidã bonus socius:tolle caput à spatulis,& si velit aufugere,aufugiat. ¶Rationem quare ponuntur talia verba ponit Andre.Siculus,dictus Barba.in consi.suo.lxxij.col.xj.in ij.vol.Et vide Lucã de Pẽna, in l.j.C.de defenso.lib.xij.Et ibi ponit quæ sit maior pœna,an furcarũ,an capitis amputatio.Et etiam ponit de quæstione singulari:de illo qui fuit cõdemnatus ad mortẽ,sed euasit è manibus spiculatoris, & verisimiliter prẽsumitur miraculosè,an debeat iterum suspendi:& ibi arguit plenè ad partes:tandẽ cõcludit quòd non,etiam si ponantur verba supradicta in sententia,videlicet,ita quòd moriatur. 1 *Consuetudo habet potestatem in sanguine hominis.*

NAm simplex *condemnatio capitis intelligitur de mitiori, scilicet de exilio:cum appellatione pœnæ capitis simpliciter nõ intelligatur de morte naturali.Ita tenet Io.And. in c.quãto.de iureiu.in nouel. 2 *Simplex condẽnatio capitis intelligitur de mitiori.*

Ioan.de Imo.in l.ij.ff.de publi.iud. Alex.in consi.ciiij.in ij.col in j.volu. dominus meus Ias.in l.transigere. C. de transac.Plenè per Fran.de Areti.in c.inquisitionis.§.ad corrigendos,in iiij.colum.extrà de accusa. & per Feli.in c.ex litteris,in x.colum.extrà de constitu.

ADDITIO. Vide amplè Hipp.de Marsiliis in practica causarũ criminaliũ.in verbo,opportunè.nu.39. *❡Q̃uo fiet ista cõdẽnatio,an furca suspendi debeat,an ei debeat abscindi caput:videretur ꝙ potius debet ei abscindi caput,quia abscissio capitis est minor pœna,& mitior,q̃ pœna furcarũ,vt dicit Bar.in l.capitaliũ.§.serui.ff.de pœnis.Et bñ facit ille tex.in prin.& hoc in Italia secũdũ Bar. in l.desertorem.in prin.ff.de re mili.& notat Bal.in c.j.§.si rusticus.de pace tenẽ. & probatur ex his quæ ponit Bal.in l. omnes.C.de delato.lib.x.Cuius dicta refert Ioan.de Anania in c.fi.extrà de collusio.detegen. Et ideo eligi debet,cũ in pœnalibus mitior sit sequẽda.l.interpræ tatione.ff.de pœnis. ❡Sed tu dic*ꝙ pœna furcarũ est ex cõsuetudine generali Frãciæ introducta cõtra fures,quæ quidẽ est seruãda,nec est verũ ꝙ sit maior pœna q̃ pœna abscissionis capitis,maximè in Francia & Gallia, quicquid dicat Bar.in d l.desertorẽ.& Bal.in cõsi. ccccxxvj. inci.Præmittẽdũ est ad euidẽtiã,in j.vol.Et per plura cõcludit Soci.in consi.clvij.vbi latè disputat, an homicidiũ sit maius & grauius quam furtũ: Et quod fures suspendi debeant probatur ex iure antiquissimo,exemplo Iudæ,de quo scriptũ est Ioan.xij.ꝙ fur erat & latro, habens loculos, & ea quæ mittebãtur portabat,qui tandem laqueo se suspendit.Mat.xxvij.Et est tex.in l.capitaliũ.§.famosos.& ibi Bar. ff.de pœnis.Et ita cõmuniter cõcludũt doctores in aut.sed nouo iure,C.de seruis fugi.❡Imò sunt suspẽdẽdi in locis in quibus furta sunt perpetrata,prout voluit expresse Spec.in tit.de competen.iudi.additione.§.vj.versi.vj.vbi ad hoc plura iura allegat,facit.l.j.C.vbi de crimine agi oportet.

3 Furcarũ pœna propria est furum.

ADDITIO. Et executiones criminosorum debent fieri publicè & non occultè, nisi ex licentia principis & ad requisitionẽ parentũ, vt tenet Mat.de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit,monarchiã.in vj.nota.in ij. libro. * ❡ Multi alii sunt casus in quibus quis debet furca suspendi, de quibus per Bal.in c j.§.iniuria.de pace iura.firman.& per Albertũ de Gandino in tractatu maleficiorum.in tit.de pœnis.in xxiiij.col.Et ibi etiam ponit.xv.casus in quibus quis comburitur.Quos etiã vide per Sali.in l.vnica.C.de Nili aggeribus non rumpendis.qui sunt sequentes.

PRimus,faciens adulterinam monetam,vt est tex.in l.ij.in fine.C.de falsa moneta.

❡Secũdus,hostis & trãsfuga ad hostes, & renuntiator consiliorum principis. text.est in l.si quis aliquid ex metallo.§.j.& in l.aut damnum.§.hostes.ff.de pœnis.

❡Tertius,qui facultatem deprędationis barbaris in Romanos dederit,vel alio modo factam diuiserit.tex. in l.si quis à barbaris.C.de re milita.lib.xij.

❡Quartus,procurator Cęsaris,vel actor rerum priuatarum principis,qui aliquem iniuria vexauerit,& tyrannidem seu concussiones indebitas fecerit.Textus in l.vniuersi.C.vbi causæ fiscales.

❡Quintus,à quibusdam concremabantur sacrilegi. vt in l.sacri.in prin.ff.ad legem Iuliam peculatus.

❡Sextus,seruus qui mulierem rapuit,vel auxilium rapinæ præbuit.tex.in l.vnica.§.fi.C. de rapto. virginũ.

❡Septimus,seruus qui rẽ cũ domina sua habuerit.vt in l.j. C.de mulie. quæ propriis seruis se immiscuerũt.

❡Octauus,seruus qui saluti domini sui insidiauerit, vel plebeius insidiator vitæ alterius.textus in l.capitalium.§.igni.ff.de pœnis.

❡Nonus, aruspices & diuinatores seu incantatores,vt in l.iij.C.de maleficis & mathematicis.

❡Decimus,incẽdiari⁹, q ob inimicitiã vel prędã incẽderit intra oppidũ.d l.capitaliũ.§.ĩcẽdiarij.ff.de pœnis.

❡Vndecimus,qui ædes vel aceruum frumenti iuxta domum positum scienter combusserit. textus in l.qui ædes.ff.de incendio,ruina, naufragio.

ITem,Iudæus cum suis participibus,si aliquem Iudæum ausus fuerit attentare,qui ad cultum dei conuersus fuerit.l.ij.C.de Iudæis.

❡Item,vsurpans vada fluentis Nili,vt in l.vnica.C.de Nili aggeribus non rumpendis.

❡Item, tabellarius qui iniustã profitetur alicuius immunitatẽ.l.j.C.de immunit.remi.cõcedẽ.lib.x.❡Quid de celante literas immunitatis alicuius priuati existentes penes se,videtur ꝙ idem sit dicendũ,eo ꝙ falsitas committitur in celando & occultãdo.sicut in faciendo:vt facit text.in l.Paulus,versi.Paulus respõdit.ibi, sed & cæteros qui in rationibus,literis publicis, aliáve qua siuè consignatione falsum fecerunt, vel,vt verum non appareat,quid celauerunt,&c.eadẽ pœna affici solere dubiũ nõ est.ff.ad legem Corneliã de falsis. & ibi Bar.& Alex.ex quibus alias dixi,ꝙ quidã qui literas regias officij alicuius celauerat,per trienniũ,ita quòd prouisus à rege ignorãs prouisionẽ factã per celationẽ literarũ prouisionis renũtiauit dicto officio, eo ꝙ putabat se tenuisse dictũ officiũ tãtũ in vim cuiusdã cõmissionis,& tamen fuerat prouisus per regẽ,ꝙ talis qui sic celauerat,debebat puniri tanq̃ falsarius literarũ regiarũ, quæ cõtinebãt immunitatẽ in multis ratione officij de quo fuerat prouisus,& propterea nõ erat sine dubio ꝙ puniri debuisset pœna dictæ l.j.*

❡Item,quicunq; contra præceptum domini,de anathemate furatus fuerit,vt habetur Iosue.c.vij.

❡Item, alium casum vide Leuitici.xxi.versicu.sacerdotis filiæ.

❡Item aliũ pulcherrimũ casum vide per eũdẽ Albertũ vbi suprà (vbi est corruptus impressorũ incuria)& ibi voluit dicere ꝙ hæretici cõburendi sunt:prout etiã tenet Bonifacius de Vitalinis in suo tracta.maleficiorũ.c.de crimine hæresis.qđ dicit esse de cõsuetudine, ꝑut nota.in c.qñ vult Deus. xxiij.q.iiij.Etiã libri ipsorũ. tex.ĩ l.q cũq;.§.oẽs.& l.dãnato.§.necnõ.C.de hęret.& Manich.& l.mathematicos.C.de epis.audien.

ADDITIO. Vide Luc.de Penna in l.j.C. de immu.nemi.conceden.li.x. allegat. per Matt.de affli.in consti.regni Siciliæ,quę incipit,inconsutilem.in xxij.notabili.*❡Aliquos casus etiam in quibus aliqui furca suspenduntur,ponit Guido Pape.quæst.sua ccccclxxxix.vbi dicit * ꝙ rebelles furca suspenduntur,& etiam qui machinantur contra principem:qui dicuntur incidere in crimẽ proditionis.Et ibidem amplè ponit qui dicãtur rebellare contra principẽ,de quo etiam Bart.in extraua.qui sint rebelles. & tales dicuntur incidere in crimen læsæ maiestatis,vt ibi per eum.

4 Rebelles furca suspenduntur.

Additio.

ADDITIO. An ciuitas quæ nõ resistit cõtra magnũ exercitũ alicuius magni dñi potẽtis, imò cõtra iuramẽtũ iã regi pręstitũ se dedit illi dño potẽti, possit dici rebellis, quia nõ multũ ad propositũ, vide solùm Matt. de afflict. in consti. regni Sici. quæ incip. dubitationẽ iurisperitorũ. in ix nota.*

COnclude ergo ex consuetudine nostra, quòd si quis fecerit duo furta, quorum primum excesserit summam decem librarum, quòd pro secundo debet puniri ad mortem. Quæ quidem consuetudo est introducta ex his quæ antè dixi, cum consuetudo in delictis aggrauat delictum.

SEd antequam vlterius progrediar, quæritur, nunquid hæc consuetudo valeat in foro cõscientiæ, & iudex iudicans secundũ hanc consuetudinẽ sit tutus in foro cõsciẽtiæ. Glo. Raymundi, Prouerb. vj. in verb. liberabit se, dicit ꝙ hodie in multis locis etiã simplex fur suspẽditur de cõsuetudine: & dicit ꝙ hãc cõsuetudinẽ facit rationabilẽ necessitas pacis cõmunis, & frequẽtia huius maleficij, & incorrigibilitas taliũ furũ experta. Et hoc recitatur in summa confessorũ lib. ij. tit. vj. q. iij. & cõcordat Host. in sum. lib. j. tit. xxxij. vbi alle. Rodoneñ. Et cum his etiam concordat Landulphus in iiij. di. xv.*licet antiquitus fur non suspenderetur, quãdo erat simplex fur, quia hoc est priuatum delictum: & ideo pœna extraordinaria debet puniri. ff. de fur. l. fi. ff. de priua. delic. l. vlt. Tamen pro cõseruatione Reip. & pacis, quæ aliter propter miltitudinẽ furũ destrueretur, rationabiliter lex nostra municipalis ordinauit maledictos fures ex consuetudine hoc habẽtes, furca suspendi debere, cum consuetudo delinquendi delictum aggrauet. Aduerte, quia, vt habetur in Commentariis Iulij Cæsaris, lib. xj.*latrocinia quæ fiebant extra fines cuiusq; ciuitatis nullã habebãt infamiam apud Germanos.*Et apud Scythas præmiabantur fures, vt refert Titus Liuius. Aegyptij verò furta omnia impune permittunt, vt dicit Textor in sua officina. c. populorũ diuersi mores: & vide amplè Ludouicũ Celiũ lib. x. suarum antiquarum lectionum. c. j. quomodo quibusdã raptò viuere honestũ est. ¶ Vide tex. in l. ij. §. postea cũ Appius Claudius. ff. de origine iuris. ꝙ Cneus Flauius scriba filius Libertini Appij Claudij, propter furtum tres dignitates consecutus fuit, quia effectus Tribunusplebis, Senator & AEdilis Curulis.*

Quæstio. — *5 Fur antiquitus non suspẽdebatur.* — 6 — 7

IN TEXTV IBI, *S'il n'a grace.*

ARchidi. in c. gratia. j. q. j. dicit,*quòd gratia accipitur multipliciter: & ibi ponit quòd accipitur octo modis, & amplè illos ponit: & quintò dicit quòd gratia dicitur primus gratiæ effectus post lapsum, & sic gratia in epistolis dicitúr remissio peccatorum, quæ videtur esse similitudinariè hæc gratia: de qua hîc in vulgari nostro: quæ in iure potius dicitur abolitio, vel indulgẽtia, seu restitutio. vt in tit. de generali abolitio. l. indulgentia. & in l. j. & in pluribus legibus illius tit. C. de senten. pas. *1 Gratia quot modis accipiatur.*

ADuertendum est quòd in iure sunt tria aut quatuor vocabula circa huiusmodi materiam gratiæ, scilicet abolitio, indulgentia, restitutio in integrum, & remissio, quæ vno verbo apud nos comprehenduntur, sed vlterius sunt alia verba seu vocabula quæ aliud important, vt sunt verba, *de pardon & d'innocence*, & ideo de omnibus est videndum.

NAm primò*abolitio est duplex, specialis scilicet & generalis. & ista specialis abolitio est peremptio accusationis*quæ fit tribus modis: vno modo per principem sua spõte id facientem: puta propter diem insignem, aut publicã gratulationem, aut ob rem prosperè gestam. De primo videmus singulis annis in die veneris sancta, quòd gratiæ per christianissimum regem nostrum conceduntur. Videmus etiam aliquando in introitu & iocundo aduentu principis, in ciuitatibus gratias concedi. Et tertiò cũ res principum prosperè geruntur in bello, aut alias, vt dicemus infrà: & isti casus quotidie eueniunt. *2 Abolitio duplex.* *3 Quot modis fiat abolitio.*

SEcundo modo fit per accusatorẽ postulantem (qui pœna talionis puniendus est) cum videt se non posse probare & elucidare per eum deducta, petit abolitionem. principes facere solent tales abolitiones de facili: ne accusatores ab huiusmodi accusationibus desistant. &, vt dicunt, istud est quandoq; eis vtile & necessarium, vt proditiones multorum in lucem veniant: quod est vtile regi, & Reipublicæ regni. Et de hac abolitione speciali in his tribus casibus, vide Azo. in sua summa de abo. &, vt dicit Bar. in l. aut priuatum. §. triginta. ff. ad senatu. Turpil.*Abolitio nihil aliud est q̃ nomẽ rei absolui inter reos, & cum indicij instantia absoluere. Et est triplex, publica, legalis, & priuata. vt per Ioan. Fab. in rub. C. de abolitio. *4 Abolitio quid.* *Abolitio triplex.*

TErtio modo fit hæc abolitio per mortem accusantis vel accusati. & de hac cum nihil ad propositum, non insisto, sed de ea vide Azo. ibi vt suprà.

ALia est generalis, qua omnes perimuntur accusationes.*& in hoc differunt specialis, & generalis: specialis, scilicet quòd de casu speciali fiat, generalis verò, ꝙ omnes accusationes tollat: quod quomodo fiat, vide Azo. in tit. de generali abolitione. Et ista abolitio est generalis ad indulgentiam.*Cum indulgentia tantùm pœnam remittat, non infamiam, dignitatem, aut honorem. l. indulgentia. C. de abolitionibus. Et hoc casu quando quis impetrat indulgentiam, liberatur à pœna tantùm, & tunc neq; famam recuperat, neq; bona, neque reincidit in potestatem patris, nec seruus in potestatem domini. d. l. indulgentia. & l. frustrà. l. si pater. l. generalis. l. cum patrem. l. tutor. l. si ademptus, & l. in insulam. C. de senten. pas. *5 Abolitio specialis & generalis quo differant.* *6 Indulgẽtia tantùm pœnã remittit.*

REstitutio*verò in integrum, seu remissio, est amplior: cùm per eam restitutus recuperet & dignitates, & honores, famam, & commodũ. l. antepe. C. de sen. pas. & vt dicit Alber. de Rosa. in l. cum salutatus. C. de sen. pas. restitutio magis operatur q̃ indulgentia, & hanc restitutionẽ vocat gratiam. & ista est restitutio quę propriè apud nos & in vulgari nostro dicitur gratia: comprehẽdens oẽs terminos, & sub qua possunt distingui oẽs alij termini: secundũ ꝙ per principẽ limitatur. imò etiã ipsa restitutio quãdoq; per principẽ limitatur, quod fieri potest secũdũ tex. in l. fi. C. de sen. pas. Et de hac gratia seu restitutione satis infrà dicetur, & sub se cõprehendit quandã speciem, quę dicitur, pardon, in vulgari nostro, hoc est, remissio pœnæ ciuilis, seu alia criminalis à morte.*Et est differẽtia quo ad nos, inter gratiã & *pardon*,*quod dicitur in vulgari nostro, *pardon*, à parco, id est veniã do. & sic quis obtinuit veniã, id est remissionẽ à delicto, quod non requirebat punitionẽ ad mortem in qualitate exposita: puta ꝙ non est aut non fuit animus occidendi. quod multis modis potest contingere, vt dixi supra in rub. huius tituli, in glos. *& droictz d'icelles*, versi. si amplia. & ibi nota casus. & vide etiam per Cepolam consi. xxix. & xxxj & suprà, in dicta glo. versiculo, secundò aduerte. *7 Restitutionis vis.* *8 Differentia inter gratiã, & pardõ.* *9 Pardon vnde dicatur.*

HIC est ergo vnus casus vbi fur non suspenditur furca: scilicet quando habet gratiam à principe. de quo infrà dicam. Plures autē sunt alij casus, in quibus fur furca nō suspēditur. de quibus infrà dicam. Videtur tamē, anteq̄ vlterius progrediar, ꝙ nō sunt alij casus, imò ꝙ sunt exclusi oēs præter gratiā principis: propter
10 hæc verba, *s'il n'a grace*, quę tātū important, quantū illa verba: nisi. l. fi. cū §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio.* &
11 *Nisi, dictionis vis.* est dictio exceptiua: & ideo necessariò significat oppositum antecedētis cui immediatè aduersatur: *vnde si præcedat oratio negatoria, dictio, nisi, ponit & affirmat: si verò è contrà præcedat oratio affirmatiua, dictio, nisi, negat & priuat. text. in l. extraneo. ff. de ven. in possess. mitten. & in l. ij. ff. de custo. reo. & in c. cum accessissent, in fi. extrà de consti. Geminia. in c. fi. de litis conte. in vj. do. Alexan. in consi. suo lxxxiij. in j. col. in j. volu. do. meus Ias. in l. ij. in prin. C. de bono pos. secundū tab. & in l. actione. C. de transa. vbi satis amplè. faciūt quę
12 dicit Prępositus in c. pręterea. in j. not. de ap. Dicitur*enim, nisi, id est, si nō: quæ dictio, nisi, in dispositionibus apposita, facit conditionē, l. fideicommissa, §. fideicommissum. ff. de leg. iij. in l. quibus diebus, §. quòd Titio. ff. de condi. & demon. secundū glo. not. in l. ij. ff. de in diē adie. & per Bart. in l. j. in vlt. col. ff. de condi. & demō. Cepo. consi. lxiiij. in ij. col. ibi: redeo ad primū. Et statutū seu cōsuetudo nostra disponit ꝙ morietur talis fur, si nō habeat gratiā à principe, vel dici potest ꝙ resoluet illā mortē sub illa cōditione: queadmodū dicimus ꝙ licet illa dictio importet cōdēnationē in vltimis voluntatibus, iuribus supradictis: tamē in cōtractibus resoluitur sub conditione. Similiter isto casu resoluet istā mortē sub ista cōditione, si haberet à principe gratiam.
13 *Arg. de contractibus ad statuta.* *cum bonū sit argumentū de cōtractib⁹ ad statuta. glo. in rub. de decre. decurio. lib. x. C. qđ verū est affirmatiuè, non negatiuè. Feli. in c. j. in ij. col. de probatio. dn̄s meus Ias. in l. præscriptione. C. si cōtrà ius vel vti. pub. & pro regula est tex. in l. fi. ff. de fideiuss. ergo isto casu illa cōditio aduersatiua, nisi, resoluet illā mortē sub illa conditione, quemadmodū resolueret contractum sub conditione, dicta l. ij. ff. de in diem adiectio. & cum includat illam conditionem sub illa dictione, nisi, videtur alios modos excludere. Ego dico quòd hæc dictio, nisi, est exceptiua, vt dictum est: & sic cū exceptionē ponat, potest extendi ad casus sibi similes. glos. in l. j. C. de condi. indebi. quam ad hoc no. Pa. in c. quoniā frequēter. in prin. in ij. not. & super gl. pe. vt lite nō contest. & est tex. in c. cum dilecta. §. nos igitur, de confir. vti. vel inuti. quem ad hoc ibi not. Pa. & melius in c. ad audientiam. in j. nota. de cleri. non residen. & do. meus Ias. in l. transigere. in v. col. C. de transa. & in l. j. in ij. col. C. de iuris & fac. igno. & in l. de pupillo. in prin. iiij. col. ff. de no. ope. nunt. & in l. j. in vj. col. C. qui admi. Feli. in c. pastoralis, in iij. col. ext. de rescri. & in c. cùm omnis. in iij. col. post Panor. in v. col. de consti. & idem do. meus Ias. in autent. præterea. in pe. col. C. vnde vir & vxor. Vnde ergo cum omnes alij casus sint similes,
14 *Princeps lex animata.* quia habent vim gratiæ principis quam habent à lege: *& princeps dicitur lex animata in terris. vt est text. in aut. de cōsuli. circa fi. & in aut. qui. mo. nat. effi. legi. §. igitur licentia. glo in l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. Et ideo etiam dicuntur habere gratiam à principe mortuo: scilicet cum habeat à lege, & semper dicitur gratia principis, cum loco principis sint à quibus gratiæ conceduntur. Videtur ergo dicendum ꝙ sunt, seu esse possunt alij casus, in quibus fur non suspenditur furca, etiam si non habuerit gratiam à principe.

15 *Casus in quibus fur non punitur morte.* PRimus ergo*casus in quo quis euitat mortē est in casu necessitatis. s. cibi & potus, vel vestimenti, vel alterius rei necessariæ ad vitā, secūdū Alex. de Ales in iij. parte, in tractatu de præceptis, præcepto septimo. Et S. Tho. in ij. ij. art. vij. ꝙ in trib⁹ casib⁹ excusatur subtrahēs rē alienā: de quib⁹ iste casus necessitatis est vn⁹,
16 *Necessitas.* de quo est gl. in c. iij. extrà de fur. *necessitas em̄ facit licitū qđ alias nō erat licitū. Feli. in c. cū dilecta. in xvj.
17 col. extrà de ref. *vbi in casu necessitatis licitū est laico & personę idiotæ baptizare. Dicit etiā do. meus Ias.
18 *Necessitas facit licitū qđ aliàs illicitum esset.* in l. admonendi. in lxxvij. col. ff. de iureiu. *ꝙ dispositio iuris ꝓpter necessitatē suspēditur, quæ quidē necessitas nō habet legē suo tēpore. dicit Bar. in l. j. C. de ope. liber. & faciūt quę dicit do. meus Ias. in l. principalibus, ff. si cer. peta. & Feli. in c. querelā, extrà de iureiu. Et in c. cū accessissēt. in ix. col. extrà de cōsti. Et facit in ꝓposito casus nostri: nā sicut licet occidere, cū se homo aliter tueri nō potest, vt in cle. j. de homi. *Ita licet furari
19 *Furari licet in extrema necessitate famis.* in extrema necessitate famis, tali enim tempore omnia sunt cōmunia de iure naturali, ciuili & etiā canonico. insti. de re diui. §. j. & in c. sicut hi. xlvij. dist. & in c. dilectissimis. xij. q. j. & ff. ad l. Rhodiā de iac. l. ij. §. cū in eadē, vbi gl. per quā dicit Ang. ibi, ꝙ st. pendiarij in bello licito licitè deprędātur pro victu. & extrà de fur. c. si quis propter. & ideo talia subtrahens non dicitur in dolo, cum vtatur re cōmuni, imò etiam propria, & dicit Alex. de Ales in loco suprà alle. arti. iij. ꝙ si quis est in necessitate leui aut etiā magna, tamen alio modo potest releuari quàm furando, puta laborando, vel mendicando, vel alio modo, ille qui furatur non excusatur à furto. ¶ De necessitate famis, vide Lucam de penna in l. comparationē. C. de qui. mune. lib. xij. vbi amplè ponit
20 ꝙ fames horribilia mala facit. Et ibi etiam ponit * ꝙ diuites tempore famis coguntur vendere frumentum
21 *Fames acutissimus ensis.* pretio viliori. l. si pendēte. §. sed si quis, ff. de vsufru. & l. j. C. vt nemi. li. in emp. spe. lib. x. Et aduerte etiam*ꝙ fames est acutissimus ensis. & sic sicut quis non tenetur obseruare iuramentum per quod incidit in periculum mortis, ita nec tenetur obseruare iuramentum per quod incidit opprobrium & exterminium famis, ita dicit Bal. in l. pactum. in fi. C. de collatio. Et ideo aliquādo dixi, quòd de facili releuantur qui tempore famis eorum heritagia vendunt: quia facilè ad hoc inducuntur fame compulsi, & propter vnam paropsidem leguminum renuntiarent cuique iuri.

22 SI verò talis necessitas sit vehemēs & maxima, adeò ꝙ nō credat posse euadere mortē, nisi tali necessitati satisfaciat, & aliter nō potest habere, tūc excusatur à furto. Et dicit Pa. in c. q̄m extrà, de simo. * ꝙ in casu nō maximę necessitatis, licet nō excusatur in totū, tn̄ alleuiatur eius culpa, & ita dicit debere intelligi. c. iij. de furtis, secūdū vnā lecturā. & per hoc esse intelligendū illud quod dicit do. meus Ia. in repetitione. l. admonē-
23 *Necessitas non tollit ius sed suspendit.* di. ff. de iureiu. in vij. col. ꝙ necessitas nō in totū tollit iuris dispositionē, sed quodāmodo suspendit, quia intelligi debet de necessitate nō maxima, ratione cuius excusatur, nec potest dici secundū rei veritatē fur, hęc em̄ res illo tēpore facta est sua, iure poli. secundū Scotū in iiij. distin. xv. quia, vt dicitur in c. exiit qui seminat profecto. de verbo. signi. li. vj. in extremæ necessitatis articulo, ad prouidēdū necessitati naturæ, via omnibus ex-
24 trema necessitate detentis est cōcessa. Et ita tenet Richardus dist. xxxvij. arti. iij. q. iiij. vbi dicit* ꝙ nullum ius positiuum potest statuere quòd tempore necessitatis extremæ (quæ nō possit releuari aliter) nō liceat furari,
quod tamen

quòd tamen propriè furtum non dicitur, quia furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino. Sed tali tempore necessitatis extremę, cõtrectatur res propria facta iure naturali, quod est fortius positiuo, quia est incõmutabile. §. sed naturalia, instituta de iure naturali gentiũ & ciuili. * Nam ius naturale potest tollere ius positiuũ, sed non ecõtrariò, & dic etiam quòd si ille qui erat dominus rei non consentiret, & hoc ipse præsumeret, tamẽ nõ tenetur furti. & ille qui erat dominus peccat mortaliter non consentiens in tali casu d. c. sicut hi, xlvij. disti. & lxxxvj. distin. c. Pasce. Et de hoc habemus exẽplũ Matthæi xij. vbi habetur quòd discipuli necessitate famis spicas euellebant, qui tamen excusati sunt à domino. Et hoc idem habetur de cõse. distin. v. discipulos. Et extende prædicta quòd nõ solum potest quis furari in tali necessitate pro se, sed etiã pro aliis quos alere tenetur. Ita tenet sanctus Tho. ij. ij. q. lx. ¶ * Adde quòd necessitate nõ solùm suæ personæ, sed etiam sui equi, licitum est alicui transeunti per viam equũ suum depascere in prato propinquo, dixi infrà hoc eo. tit. §. vj. in glo. *mesusaige*, quia equus male pabulatus male vadit, ita tenet Io. Sanxon in consuetudi. Turonen. titulo, *des heritaiges deffensables*, articulo vj.

25 *Ius naturale potest tollere positiuum, sed non è contra.*

26

Limita prædicta nõ esse vera * quãdo quis vellet furari alicui, qui esset in tãta necessitate sicut ipse, quia nõ debet hoc facere. In tali casu enim potior debet esse ratio possidẽtis. ff. de cõdi. ob tur. cau. l. si ob turpẽ. §. porrò. & pro hoc facit, quia duobus cõcurrentibus præualet ꝙ est potius. ff. de statu homi. l. quę-ritur, ideo tenetur restituere rem illi cui rapuit, secundum Scotum, in iiij. distin. xv.

27 *Existens in necessitate, an possit furari existenti in simili necessitate.*

Sed quæro * aliquis existens in extrema necessitate subtraxit aliquam rem alicui, qui non erat in ea necessitate, an teneatur ad restitutionem, si postea veniat ad pinguiorem fortunam? Dicunt quidam ꝙ non, quia semel sua est facta iure poli. Alij tenent ꝙ tenetur ad restitutionem, sicut ille qui cessit bonis. C. qui bonis cedere possunt. l. j. tamen secundùm illos non tenetur, nisi inquantùm facere potest. l. iij. ff. de ces. bonorum. & intelligitur facere deducto ne egeat. ff. de reg. iuris. l. in condemnatione.

28

Contrà tamen prædicta arguitur, per tex. in d. c. si quis propter necessitatẽ, extrà de fur. vbi cuidã qui propter necessitatẽ furatus fuerat, imponitur pœna ieiunij triũ hebdomadarũ. Respõdit Inno. post glo. in d. c. si quis propter necessitatem, quòd illud nõ intelligitur in cõstituto in extrema necessitate, sed tantum magna, vndè imponit pœnitentiam dicta decretalis propter ambiguum, & ne quis sit pronus ad furtum. ¶ * Sed quomodo cognoscitur, an necessitas sit extrema vel non? Dic quòd eo quia non est determinatum, relinquitur arbitrio iudicis, per doctrinam c. de causa, extrà de offic. dele. & l. j. ff. de iure. delib. vbi habetur * quòd in non determinatis à iure, statur arbitrio iudicis. Hinc est quòd cum tempus reperitur à iure quòd non est certũ, statur arbitrio iudicis, vt per Bar. in d. l. j. §. ait prætor. De qua regula ponit Abb. in c. nonnulli, de rescri. d. meus Ias. in repet. l. admonendi, in cix. colum. ff. de iureiuran. & multos casus in hoc ponit Barba. consilio suo xx. inci. præclarè dicit domina veritas, in viij. & in iij. col. in ij. vol. vide tamen Feli. in hoc, in c. iij. de offi. deleg. in iij. col. qui dicit quando dicatur grauis necessitas ad hoc vt habeat excusare. ¶ Multa etiam alia sunt quæ permittuntur causa necessitatis & ratione cuius à dispositione iuriscommunis receditur, quæ aliàs non permitterentur, de quibus per domi. meum Ias. in l. principalibus, in ij. col. ff. si cer. petatur, & per Feli. in c. querelam, extrà de iureiur. & in c. cũ accessissent, in ix. col. extrà de cõstitu. ¶ Quibus adde quòd in casu necessitatis licitum est laico & personæ idiotæ baptizare. Feli. in c. cum dilecta, in xvj. col. extrà de rescri. per tex. in c. constat. & c. sanctũ est, de cõse. dist. iiij.

29 *Necessitas extrema*
30 *quomõ cognoscatur.*

ADDITIO. Vide etiam plura quæ allegat Mat. de afflict. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, si quãdo. in iij. lib. in j. notabili. & quomodo si ex necessitate famis liceat patri filium vendere, non tamen potest vendere filium presbyterum: vt dicit Hippo. de Marsi. in singulari suo cj. incip. pater potest, & etiã hoc tenet Pe. Giraudi ĩ singulari cẽtesimo, qđ est vltimũ, vbi plura de necessitate ponit, q̃ sũt singularia. *

Item etiam * in casu necessitatis permissum est cõfiteri laico. gl. in verb. præterq̃. in c. pastoralis. de offi. or. & in c. præter. in verbo, per manus. xxxij. dist. quas not. ¶ Et facit tex. & glos. fina. ibi in c. penul. xxiiij. q. j. * ¶ Multa enim necessitas facit licita, quæ aliàs essent illicita, vt hìc antè dictum est.

31 *Confiteri licet laico in casu necessitatis.*

ADDITIO. Vide in hoc etiam Alciatũ in tract. de verbo. & rerũ signifi. l. ij. in fi. vbi ponit ꝙ cessante necessitate, cessat excusatio propter necessitatem. l. Senatus, ff. de offi. præsidis. *

Secundus verò casus, * in quo licet furari, est quando res mea apud alium constituta, & non spero illum per viam iuris cõuincere, tunc licitũ est mihi ipsam furari. gl. singu. quæ est prima, in c. ius gẽtium. j. dist. not. Inno. in c. olim. l. j. ext. de rest. spoliat. imò etiã nõ solùm rem meam furari, sed etiã rem æquiualẽtem rei meæ furtiuè arripere possum. ita Flo. in l. itaq; ff. ad legẽ Aquil. imò non solùm furtiuè, sed propria autoritate licitum est arripere. ita tenet Alex. in cõs. suo. cxxxv. inci. circa primũ dubiũ. in j. col. in j. volu. quod cõsiliũ posuit de verbo ad verbũ dñs Bart. Cepo. in cõs. suo xxvj. faciunt quæ idẽ dicit dñs Alex. in cons. xj. inci. circa primũ dubium. in vlt. col. in j. volu. faciunt quæ dicit dñs Ias. in l. j. in v. col. C. de testa. & Panor. in c. j. in xj. col. extrà de iudi. & in c. j. in xj. col. extrà de dolo. & contu. Felin. in c. quoniam, de simo.

32 *Rem meã apud aliũ constitutã, quẽ conuincere nõ possum, furari licet.*

ADDITIO. Faciunt quæ dicit Matthæus de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ, quæ incipit, pacis cultum. in ix. col. versi. vj. licet propria. & in col. x. versi. xj. si Titius furto subtraxit. vide etiam Hippolytum de Marsi. in consi. suo liij. nu. xix. *

Adde in hoc Iaco. de sancto Geor. in l. quamuis etiam. C. de fur. vbi ponit etiam casum sequentem de muliere furante, quæ non debet puniri ad mortem.

33 *Mulier potest furari marito, & dare egenti.*

Tertius casus est, * quando mulier furatur marito, vel surripit non existens in necessitate pecuniã vel alia, vt inde faciat eleemosynã existẽti in extrema necessitate: & hoc quando non habet aliquid de suo quod possit ei dare, nec est rapina in hoc casu, nec furtũ: imò est necessariũ ad salutem. Vnde dicit Raymun. in tit. de nego. secu. §. sed quid si videat ꝙ in casu necessitatis. potest etiam religiosus inuito prelato suo dare elleemosynam indigenti: quia in tali casu omnes tenentur pascere indigentem. lxxxvj. dist. c. pasce.

34 *Vxor an possit facere eleemosinã de bonis mariti.*

Aduerte tamen, vt dicit Hostiẽ. in summa de pœni. & remis. §. quib⁹. vers. quid de agẽtibus pœnitẽtiã. * ꝙ vxor nõ potest facere eleemosynã de bonis dotalibus, nisi marito cõsentiente tacitè vel expressè: de aliis

35 autem si habeat, potest. Et dicit Bar.in l.j.ff.rerum amotarum.*quòd vxor potest facere eleemosynam de bonis mariti moderatè, secundū consuetudinē domus.not.Bar.in l.si sponsus de dona. inter virū & vxo.& glo.in c.manifestum.xxxiij.q.v.Adde & vide Ant.Flo.in tertia parte suę summæ.tit.j.c.xxiiij.versi.xvij.

36 *Christian⁹ christianum ab infidelibus detentum furari potest.*

QVartus casus est*quādo Christianus furatur Christianos ab infidelibus detētos, & eos liberat tēpore guerræ.xxiij.q.ij.c.dominus, imò etiam illo tempore licitū est eis auferre alias res, quàm christianos, vt in c.vt pridem.eadem q.& causa.viij.& dicit text.in l.ij.& ibi Bal.C.de commer.& merca. quod licitum est hostibus furari, sed isti sunt hostes:nec in istis auferens tenetur ad restitutionem.d.c.vt pridem. Sed nunquid teneatur quandoque furans tales res ad restitutionem rei vel saltem valoris. vide in c.nulla, liiij.dist.& habetur in rub.& in l.j.C.ne Christia.manci.& in c.mancipia.liiij.dist.Quæ omnia nota.

37 *Furtū domesticū.*

QVintus casus*est in furto domestico:quod non est ita criminaliter puniendū, sicut si non esset domesticū.text.est in l.respiciendū.§.furta.ff.de pœnis. maximè quando nō est magnum, quia tunc ciuiliter tantùm punitur, intellige cum modificatione.de qua per Bar. in l.apud antiquos.in fi.C de furt. nisi etiā per multas vices furatus fuerit domino, quia etiā licet furatæ fuerant viles res, tamen capitaliter punitur,& dicatur grassator, seu famosus fur.¶Io.Fab.in §.itē lex Pompeia.insti.de pub. iud. dicit talia delicta esse grauiter puniēda,& in curia solent talia delicta grauiter puniri, etiā vsq; ad mortē pro prima vice. Nec habetur respectus ad dictū §.furt.suprà alleg. dicentē, furta domestica nō esse punibilia ad mortē:qm̄ ille §.est intelligēdus de modicis & minimis furtis, quæ cōmuniter fiūt per famulos & seruitores, vt quia furātur comestibilia quæ nō excedūt, nec sunt talia quæ seruātur: sed vbi furta sunt magna & non cōsueta, vt quia furantur vestes, argentum, aurum,& alia quę sunt magni valoris:puto illa esse grauiter punienda, etiā vsq; ad mortē.& ita etiā distinguit Sali.in l.eos.C.de fur. maximè quādo est qualitas effractionis cū quadā industria proditoria: quia aliàs nunq̄ quis habēs famulos esset securus & tutus in domo, cum facilius furari possint:eò ꝙ vt cōmuniter nulla adhibetur custodia & vigilantia contra eos, saltē non ita magna sicut cōtra extraneos, familiares enim sunt,& ideo si noceant, tāquam inimici repelli debent & pestiferi, cum nulla sit maior pestis ad nocendum, quàm familiaris inimicus, & sic videtur esse quædam proditio famuli aduersus dominum qui confidit in eo, tamē furatur eū. Et hoc anno dn̄i M.cccccxxxj. die ix.Febr.fuit cōdēnata ad mortē per curiā approbādo sententiam iudicis, à quo quædā Laurētia Lābert, famula dn̄i de Mōtgenet, pro furto domestico auri & argēti monetati & nō monetati, quod fecerat in domo dicti dn̄i de Montgenet sui magistri in vigilia Dominicæ in ramis palmarū, hora qua eius magister erat in ecclesia,& industriosè & cū effractione vnius archæ seu coffri.

Furtum comestibilium.

38 *Si dominus rei furtiuæ furē excusat.*

39 *Exculpatio quid operatur.*

SExtus casus videtur esse,*si dn̄s rei subtractæ cōpareat,& dicat ꝙ ista res fuit subtracta per furem de voluntate ipsius dn̄i:q̄a tūc exculpatio istius dn̄i videtur liberare furē:per ea q̄ videtur tenere Iac.But.q̄ istud tenuit disputādo.per tex.in l.inter oēs.§.quidā rectè.ff.de furtis. Et facit,*quia si vulneratus ab aliquo dicat quòd inculpatus nō vulnerauit ipsum, talis exculpatio liberat inculpatum à tortura.ita dicit Bal.in l.j.in vlti.colum.C.communia de leg.quē refert & sequitur ibi dominus meus Ias.& sequitur etiam Alex.in consi.suo xxiij.in v.col.quod incipit, animaduersis.in ij.volu.vbi ista multum corroborat.

ADDITIO. De huiusmodi exculpatione vulnerati, vide etiam Petrum Giraudi in singulari suo lv. incipiente, nota bene,& Hippolytum in cons.suo.lxj.in pe.col nu.xxxiiij.*¶ Et pro hac opi.ponderauit Ang.esse tex.in l.j.C.de furtis.in finalibus verbis, vbi dicit. Item est ibi casus ꝙ vbi res dominica contrectatur:tamen an committatur furtum vel non, dependet ex voluntate domini,& vbi fit inquisitio contra contrectantem, potest dominus comparere & dicere quòd eo inuito non fecit.

ADDITIO. Dicit etiā Hippo.de Marsi.in cons.suo liij.quòd si quis credit dominum sibi permissurum, dummodo sint aliqua signa vel indicia verisimilia quòd dominus permisisset, non punitur pœna furti,& excusatur à pœna.*

COntrariū tamē tenet Bar.in d.§.quidā rectè,& istud tenet dn̄s meus Ias.in l.j.in ij.col.C.de furtis,& in l.j.§.post operis.in iij.lec.quā legit me audiēte.ff.de no.ope.nūcia.& in l.trāsigere.in vj.col. C.de trāsa.& ista mihi videtur verior & sustētabilior, quā teneas. Et ita tenet Feli.in c.j.de præsum.in vlt.col.versi.in contrariū adducit.¶ Vide quæ dicit in hoc Boerius, in consue.Bituriceñ.tit.de iurisd.om.iud.§.xvj.in gl.fi. Istam etiam vltimam opinionem tenet Iacobi.de sancto Georg.in l.j.col.ij.C.de furtis.

40 *Cōfitens furtū, si nō de eo appareat, non debet puniri.*

SEptimus*casus est, quando etiam confitetur furtum, si tamē de illo non appareat, non potest puniri de tali furto, vt dicit Ang.Are.in trac.male.in glo.& vestem cęlestem, in xxiiij.fo.in vj.col.illius gl.ibi: quid si quis confiteatur. Et ita dicit Bal.in aut.sed nouo iure. C.de ser.fugit.& per hoc Ang.in d.loco dat cautelam iudicibus ne damnent animas eorū & corpus, quando fur confitetur coram eis maria & montes,& plura furta se alibi commisisse: quòd velint mittere nuncios ad habendum informationem pro veritate reperienda, aliàs sæpe innocentes condemnantur.

ADDITIO. Et ita fecit Iosue prudentissimus, qui noluit confitentem Acham qui aliqua sustulerat de anathemate prius condemnare, q̄ misisset in tabernaculum illius, vbi cuncta repererunt abscondita simul & argentū:vt habetur Iosue vij. Et si secus faceret, esset abusus. Ita tenet Benedicti in repetitione.c. Raynu.in verbo, mortuo ita testatore.j.nu.348.de testamentis.& nu.149.dicit ꝙ vbi cōstat de delicto, sufficit confessio accusati ꝙ cōmisit illud.nec est necesse ꝙ sit conuictus: & è contrà vbi est cōuictus testibus, non requiritur confessio rei:licet, vt dicit, videatur quòd obseruetur contrariū in Frācia:quia licet etiā sit quis cōuictus, tamen solet poni ad torturā, vt ore proprio cōfiteatur delictū per eum cōmissum:quod non est verū:imò malè facit iudex qui habet bonā probationē,& ponit reū ad torturā:vt dicā infrà.nisi videam⁹ casus in quo quis. Et facit etiā, qm̄, vt dicit Bar.in l.si cōfessus.ff.de custo.& exhib.reorū.ꝙ ex sola cōfessione de delicto principali etiā in processu inordinato potest quis cōdēnari, quod an sit verū, vide amplè Hipp.de Marsi.in consi.suo xlviij.in j.& ij.col.& ibi dicit ꝙ quādo quis cōfitetur se fecisse furtū aut homicidiū, debet curia mittere officialē ad locū cōmissi delicti ad inquirendum de veritate. Aduerte etiā, ꝙ in furto nunq̄ quis debet condemnari ex præsumptionibus, sed debet probatio necessariò concludere, vt dixi antè in principio huius

huius glossæ.* ¶ Hinc etiã dicit Bal.in additio.ad specula.in tit.de senten.col.xij.* ꝙ si quis cõfiteatur se occidisse quendã hominẽ cuius nomen ignoratur, & ipsum proiecisse in mare, vnde corpus apparere nõ possit, ꝙ condẽnari non potest, nã liquere debet de corpore interfecto, alias nõ potest presumi factũ ab aliquo, si ipsum factũ est incertũ.ff.ad Silleia.l.j.§ ibidem.Ita Ang.in l.certum, in prin.ff.de cõfessis.& in le.j.ff.eodẽ. in ij.col.do.meus Ias.in l.error.in iij.col.ff.de iur.& fac.igno.Istud tamen limitat Ang.in d.l.j. ff. de confes. nisi essent aliqui assassini malę conditionis & famę qui confiterentur se occidisse mercatores, & eorum corpora proiecisse in mare, tunc dato ꝙ illa corpora non reperiantur, tamen attento ꝙ erant assassini publicè diffamati & latrocinia exercebant prope littus maris, ita ꝙ verisimiliter corpora ꝓiecerũt in mare. quia tũc deberẽt puniri ex confessiõe, q̃uis corpora occisa nõ appareãt. Et refert Ang.ita fuisse iudicatũ ꝑ egregiũ virũ.do.Nico.de tortellis de prato, tũc Florentiæ assidẽ. ¶ Si aũt cessaret dicta verisimilitudo propter maris distãtiã, vel propter bonã famã inquisitorũ, nõ possent ex cõfessione puniri, nisi corpora apparerẽt. Ista refert & sequitur do.meus Ia.in l.iusiurandum quod ex conuentione.§.procurator.in vij.col.ff.de iureiu.. 41 Probationes bonæ nõindigent tortura.

PER ista cũ semel euenisset casus de quodã masserio, qui ibat ad lacũ Cumarũ cũ dño suo, q̃ cũ fuissent iuxta lacũ Cumarũ dictus masserius occidit dñm & magistrũ, & ipsum proiecit in lacũ. Prosecut⁹ fuit dictus masserius à parẽtibus eius magistri interfecti, & cõductus ad carceres capitanei iustitiæ Mediolani, cui assidebã, cõfessus fuit se homicidiũ perpetrasse, & hominẽ interfectũ in lacũ proiecisse. Piscatũ fuit corpus, & non inuentũ, conductus fuit dictus masserius ad locũ vbi interfecerat magistrũ suũ, qui quidẽ locus non distabat à lacu per iactũ lapidis, & in illo loco repertus fuit sanguis, licet enim nõ potuisset inueniri corpus, tamen cõdemnatus fuit ad mortẽ dictus masserius, & lata fuit sententia per capitaneũ iustitiæ Mediolani. De qua sentẽtia fuit primo cõsultus senatus Mediola.qui dixit ita debere fieri per talẽ doctrinã do. Ang.& Ias. ¶ Adde tamen ꝙ sufficit ꝙ de corpore appareat, nõ tamẽ est necesse ꝙ de nomine proprio interfecti cõstet. De hoc est glo.in verbo, Gayo.in c.libellorum. ij.q. viij. quam dicit esse singularem ad hoc Bald.in c. at si clerici, in viij.col.extrà de iudiciis. Et do.meus refert & sequitur in d.§.procurator, suprà alleg. Casus.

OCtauus *casus est cũ quis amouet lapides de palatio, cuius cemẽta cõstat haberi pro derelictis, quia non punitur de furto. Ita cõsuluit Ro.in cõs.suo cccxc.inci.placet, per qđ cõsiliũ alias dixi in ciuitate Heduẽ. ꝙ quidã cũ sibi imputabatur ꝙ accepisset lapides de muris antiquę ciuitatis Heduẽ. qui vulgariter dicuntur, pastureaulx, licet fuisset ꝓbatũ, ꝙ tñ ꝑ hoc nõ tenebatur de furto, cũ muri dictę ciuita. habeãtur ꝓ derelictis. 42 Auferẽs lapides de ædificio ꝓ derelicto habito.

NOnus *casus est quãdo quis cõmisit furtũ qđ affert vtilitatem reipublicę.facit.l.ij. §.postea.ff.de orig.iur. videtur tamen esse veritas in contrarium, vt per Feli.in c.j.de præsum.in pe.col. versicu.& illum textum. Pet.de ancha.in c.j.de consti.in lxx.col.versi.ponit Seneca. 43 Furtũ afferẽs vtilitatẽ reip.

DEcimus *casus est in clerico cõmittẽte delictũ per iudicẽ laicũ detẽto pro crimine capitali, ꝓ quo mors irrogãda esset, qui à prelato suo requiritur, q̃a tũc tradi debet, vel remitti, si petat se remitti, aut ei⁹ prelat⁹ petat eũ tãq̃ clericũ, secundũ notata ꝑ Geminia.in c.vnico.de cle.cõiuga.in vj.not.in aut.statuim⁹.in l.si quis in cõscribẽdo.& in l.si qua per calũniã.C.de epis.& cle.c.si diligẽti.extr.de fo.cõpetẽ.c.at si clerici. extrà de iu.qui iudici ecclesiastico siue prælato datus nõ morietur, *quia ecclesia neminẽ ad mortẽ cõdẽnat.c.sentẽtiã sanguinis.extr.ne cleri.vel.mo.in archiepiscopatu.& ibi notatur extrà de rapto. & sic isto casu talis à iudice laico sic detenttus pro crimine capitali, etiã si ad mortẽ sit cõdẽnatus, debet iudici ecclesiastico siue prælato reddi, dicto c.at si clerici.à quo prædictã gratiã cõsequitur, quia morti nõ traditur, vt dictũ est, & sic aliã gratiã q̃ à principe cõsequitur, quãdo post sentẽtiã ante executionẽ traditur curiæ ecclesiasticæ: quod etiã fieri debet, vt in decis.Rotæ, decis.ccij.in nouis. Etiã si nõ petatur, & dicat se clericũ, debet remitti etiã post sentẽtiam, quia hæc exceptio declinatoria fori in clericis quãdocũq;, vsq; ad sentẽtiã.& etiã post sentẽtiam potest proponi, ex quo reddit iudiciũ retrò nullũ. Per tex in d.c.at si clerici, ext.de iudi. Ita tenet Feli.in c.exceptionem, in x.col.ext.de exceptio.vbi plenè ponit quando exceptio dilatoria debeat opponi. 44 Casus. 45 Ecclesia neminẽ ad mortẽ condẽnat.

ADDITIO. Ecce ergo vnũ priuilegiũ quod conceditur clericis ratiõe ordinis clericatus: vide quãplura alia quæ cõcedũtur clericis ratione ordinis per Hippo.de Marsi.in suo tract.de fideius. nu.111.vsq; ad nu.133. Et vltra illa priuilegia ponit aliũ in suis singularib⁹, singulari suo clxxiiij.inci.ille qui sibi ascribit.vbi prelatus sibi ascribens aliquid de bonis testatoris ecclesiæ suæ, non incidet in falsum. ¶ *Quia hic materia se offert: sciendum est & videndum est in quibus casibus iudices seculares habent cognitionẽ in personas ecclesiasticas, & facit in hoc casu duas regulas, quas succinctè & breui stylo expediam. 46 Iudices seculares in quibus casibus

PRima regula ergo est *ꝙ clerici nõ possunt de crimine corã seculari iudice cõueniri: nec valet cõsuetudo cõtraria.tex.est in c.j.& ij.xj.q.j.& in c.clerici.de iu.& hoc siue agatur criminaliter.tex.ĩ c.at si clerici.ext. de iu.siue ciuiliter.c.ij.ext.de fo.cõp.Facit tex.in c.si diligẽti.de fo.cõp.& in c.si iudex laic⁹.de sen.excõ.in vj. Rota in deci.antiquis.deci.cxl.inci.Vtrũ valeat cõsuetudo Anglicana.facit tex in c.vnico.de cle.coniu.in vj. 47 habeant cognitionem in personas ecclesiasticas.

FAllit ista regula vbi papa ex causa daret vni principi potestatẽ iudicãdi de clericis certi loci vel territorij, & hoc est, *quia licet immunitas ꝑsonę clericorũ sit de iure positiuo & fori, priuilegiũ de iure diuino. pro quo est bonus tex.in c.fi.in prin.xxvj.dist.vbi bona gl.quã oẽs extollũt. Et sequitur Zaba.in repe.cle.perpedimus.de sen.excõ.& tenet Io.An.post Gof.& Host.in ij.de ma.& obe.And.Sicu.ĩ c.at si clerici. de iu. Etiã sit de iure diuino morali, nõ ceremoniali: vt dicit Zaba.in d.cle.tñ põt papa nõ in toto: sed in vno dispẽsare, seu in aliquib⁹ particulariter. Et hoc tenet Zaba.in d.cle.alle.c.lector.xxxiiij.dist.& qđ notat Archi.in c.sunt quidã.xxv.q.j.Facit.c.vnicũ de cleri.cõiu.in vj.& c.verũ.de fo.cõpe.& c.Romana.§.debet.de appel.in vj.nam prohibitio disponẽdi cõtra ius diuinũ in papa ꝓcedit in dispositione vniuersali, q̃ tollit ius diuinũ, nõ in particulari: & ideo qua rõne dicit Zaba.ꝙ vnũ clericũ subiicere põt papa laico, videtur cadẽ posse dici de aliq̃b⁹ clericis in certis casibus, respectu vnius principis secularis: sicut in §.verũ.sub.c.prẹter hoc.xxxij.dist.papa cõmisit duob⁹ ducib⁹ cãm clericorũ simoniacorũ.& in c.maternam.ij.q.iiij.vbi papa cõmisit causam spũalẽ matertere Brunichildi Reginę Frãcorũ. Facit.c.nos si incõpetẽter.ij.q.vij. Ad idẽ tex.in c.illud.x.q.iij.vbi cõmittur Cresconio illustri laico, ne ꝑmittat aliquẽ episcoporũ Sicilię, de parochiis ad se ꝑtinẽtib⁹ nõie cathedratici, 48 Immunitas personæ clericorũ est de iure positiuo.

amplius q̃ duos ſolidos accipere,neq; cõpellere preſbyteros,&c.Facit gl.in c.clericũ nullus.xj.q.j.Et ſi iſtud poſſit per viã delegationis,nõ minus videtur ꝙ id facere poſſit per viã priuilegij. *propter quod Rex Frãciæ & officiarij dicũt habere facultatẽ iudicãdi & puniẽdi ciuiliter clericos in caſib⁹ quos priuilegiatos appellãt: de quib⁹ inf.dicetur,ſed nũq̃ criminaliter:niſi vt inf.dicetur.Et pro hac limitatione faciũt q̃ dicit Barba.in c. decernim⁹.de iudi.in verb.pręſumãt.poſt Hoſt.Io.An.& Ant.de But.& idẽ Barb.in c.eccleſia ſanctę Marię. de cõſt.& in c.ij.de fo.cõp.Io.Fa.in aut.ſtatuimus.C.de epiſ.& cle.Bal.in l.reſcripta.C.de precib.impe.offe.

49 Rex Frãciæ punit clericos ciuiliter.

IMò etiã põt eos forbãnire,per tex.in l.quicũq;.de epiſ.& cleri.de quo amplè per G.Benedicti,in ſua repe. c.Raynu.in verb.& vxorẽ noĩe Adelaſiã.nu.ccccxlix.vſq; ad nu.ccccl viij.vbi dicit talẽ textũ fuiſſe præfiguratũ teſtamẽto veteri,iij.Reg.ij.c.vbi Salomõ rex pro cõſpiratione facta cõtra eũ per Abiathar ſacerdotem, vade(inquit)in Anathot ad agrũ tuũ,& quidẽ vir mortis es:ſed hodie te nõ ĩterficiã, quia portaſti archã dñi dei.Imò etiã princeps ſecularis poteſt epiſcopũ pro crimine ſymoniæ & læſę maieſtatis à ſacerdotio retrahere,& honore priuare.ſ.epiſcopat⁹ & perpetuò infamẽ declarare:per tex.ĩ l.ſi quẽq̃,in fi.C.de epiſ.& cleri. pro quo facit tex.in c.ſanè,xv.q.iij.in princi.vbi in hoc hæc duo delicta æquantur in impoſitione pœnæ.

ADDITIO. Quid in crimine lęſę maieſtatis cõmiſſo cõtra principẽ,an clericus poſſit priuari beneficio per ſuũ pręlatũ?vide Mat.de affli.in cõſt.regni Sici.q̃ incipit de perſonis.Et q̃d in fabricãtes, tõdẽte aut radẽte falſã monetã, an ꝑdat priuilegiũ?dic ꝙ nõ,vt tenet deciſ.Tho.clxij.& iſta obſeruat curia.*

50 Clericus aſſaſſin⁹ poteſt puniri à laico.

SEcundò fallit & limitatur pręducta regula in clerico aſſaſſino:poteſt etiã criminaliter puniri per iudicẽ tẽporalẽ & ſecularẽ,abſq; alia degradatione,per c.j.de homi.li.vj.vbi quicũq; princeps & pręlat⁹,ſeu quæuis alia perſona eccleſiaſtica,vel ſecularis quẽpiam Chriſtianorũ per aſſaſſinos occidi fecerit,vel mãdauerit, quãuis mors ſecuta nõ ſit,aut eos receptauerit,vel occultauerit,aut defenſauerit,&c. Et dicit tex.eſt etiã cũ omnib⁹ ſuis bonis mũdanis perpetuò diffidat⁹ & bãnitus à toto populo Chriſtiano,quæ verba importãt ꝙ impunè poſſit occidi:ſecũdũ do.Ang.de Peru.ĩ cõſ.ſuo xiiij.inci.In quæſtiõe pręmiſſa videre opor.in j.vol.& tenet Gemi.in d.c.j.de homi.in vj.ꝑ quẽ tex.& doc.ſup.alle. aliàs fuit ſuſpẽſus q̃dã etiã homicidio nõ ſecuto. dixi ſup.in rub.*des iuſtices & droictz d'icelles*,in gl.*& droictz d'icelles*.Nec hoc caſu req̃ritur degradatio,aut alia ſnĩa per quã detur licẽtia occidẽdi ſeu puniẽdi ad mortẽ:ſed ſolũ ſufficit ꝙ cõſtet cuilibet,& ſic etiã iudici ſeculari ꝙ eſt aſſaſſinus,vel aſtiu⁹,vt tenet Gemi.in d.c.j.Et Ang.Clauaſius in verb.aſtiuus,verſ.ij.& verſ.iiij.

51 Apoſtata.

TErtiò * fallit in clerico qui relicto ordine clericali & habitu ſuo in apoſtaſia tanquam laicus conuerſatur:quia ſi in crimine deprehenſus fuerit,per eccleſiam non liberatur.ergo videtur quòd per iudicem ſecularem poſſit puniri.Ita eſt tex.in c.j.de apoſta.

ADDITIO. Super huiuſmodi priuatione priuilegij clericalis,ex cauſa antè dicta,Leo papa x.fecit cõſtitutionẽ,cuius tenorẽ hîc inſerere volui,licet in effectu videatur fundata ſuper præalle. c.j.de apoſta.ex tenore cuius ſatis videbitur prouiſum,ſequitur autẽ tenor dictę cõſtitutiõis.LEO epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei,ad perpetuã rei memoriã,Romanũ decet pontificẽ prouidere,vt hi,qui clericalẽ decorẽ ſuis flagitiis deturpare non verentur,clericali priuilegio minimè perfruantur. Ne quod in fauorẽ bonorum indultũ eſt,improbis delinquẽdi licẽtiã ſubminiſtret,ipſiſq; in protectionẽ in eorũ exceſſibus tribuatur.Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter Frãciſcus Frãcorũ Rex Chriſtianiſſim⁹,nobis nuper exponi fecit,ꝙ licet ipſe zelo iuſtitiæ feruẽs,improbos hoĩes de ei⁹ regno & dñiis eiicere,& illorũ exceſſus punire,ac ſuper oĩa in eiſdẽ regno & dñiis iuſtitiã vigere ſummo anhelet deſiderio.Quia tamẽ nõnulli clerici nec in habitu & tonſura clericalib⁹ decẽtibus incedẽtes,ſed poti⁹ ab oĩbus pro meris laicis habiti & reputati,à quorũ oculis Dei timor & mũdanus honor exceſſit,de eccleſiaſticę diſciplinę clemẽtia nimiũ cõfidẽtes,exceſſus & delicta quotidie perpetrare nõ verẽtur,qui licet dictã tõſurã habeãt,tamẽ re vera actib⁹ & operibus vitã ducũt laicalẽ, vt præfertur.Et in ſuis apprehenſi delictis,ſe priuilegio clericali defendere, & iuſtitiã ſecularẽ illudere conãtur,huiuſmodi ſuũ deſideriũ adimplere nõ poteſt.Ex quo improborũ delicta remanẽt impunita,clericorum ſtatus decoloratur,ipſáq; iuſtitia nõ mediocriter impeditur.Quare pręfatus Rex nobis humiliter ſupplicare fecit,vt regni & dominiorũ huiuſmodi quietè & ſtatu trãquillo ſuper his ita oportunè prouidere,vt exceſſus huiuſmodi nõ immeritò freno iuſtitiæ coerceãtur & comprimãtur, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur cõſiderãtes ꝙ clerici per decẽtiã habitus extrinſeci,morũ intrinſecã honeſtatẽ oſtẽdere debẽt:nec indignũ arbitrãtes viã quã ſibi huiuſmodi hoĩes ad impunè delĩquẽdũ,per idẽ priuilegiũ ſub ſpe eccleſiaſticę diſciplinæ ac clemẽtiæ quæſierũt,oportunis remediis amputare:huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,autoritate apoſtolica tenore præſentiũ ſtatuimus & ordinamus,ꝙ de cætero perpetuis futuris tẽporibus huiuſmodi clerici in regno & dominiis prædictis delinquentes,ſi tempore perpetrati eorũ delicti,& per quatuor mẽſes antè in habitu & tõſura clericalibus decẽtibus nõ inceſſerint,poſtq̃ tamẽ pręſentes in metropolitanis & cathedralibus regni & dominiorũ prædictis eccleſiis iuxta ordinationẽ infraſcriptã publicatæ fuerint,per iudicẽ ſecularẽ liberè & licitè capi,inquiri,diſtringui,&(ſi in ſacris nõ fuerĩt) etiã puniri poſſint.Diſtrictius, ſub pœna ſuſpẽſionis à diuinis,eo ipſo inhibẽtes locorũ ordinariis,& aliis quibuſcũq; eccleſiaſticis,ne cõtra ſtatutũ & ordinationẽ huiuſmodi quouismodo directè vel indirectè venire præſumãt.Ac decernẽtes ex nũc irritũ & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis autoritate ſciẽter vel ignoranter contigerit attẽtari. Et ne quiſpiã de præmiſſis ignorãtiã valeat allegare,volumus,ac pręfatis ordinariis in virtute ſanctę obediẽtię & ſub ſimili pœna ſuſpẽſionis à diuinis,eo ipſo diſtrictè pręcipiẽdo mãdam⁹, vt ſingulis annis pręſẽtes litteras, ſeu earũ trãſumptũ autẽticũ primis tribus diebus dñicis quadrageſimę ſucceſſiuè in eorũ eccleſijs(dũ maior inibi populi multitudo ad diuina cõuenerit)pro trina monitione publicare teneãtur,ac clericos debitè monere,vt tõſurã & habitũ decẽter deferre habeãt. Ac publicationẽ cũ huiuſmodi monitione loco trinæ monitionis à iure requiſitę ſuccedere,vímq; ſpecialis trinę monitionis cuilibet ex dictis clericis factę(ad hoc vt cõtrauenientes puniri poſſint)habere decernimus.q̃dq; quoſcũq; per dictos quatuor mẽſes,dũtaxat à die primæ publicationis,vt pręfertur,faciẽdę cõputãdos ligare incipiãt.Locorũ verò Metropolitan.in virtute ſanctæ obediẽtiæ,& ſub ſpeciali ſuſpẽſionis à diuinis pœna:eò ipſo ĩcurrẽda cõmittim⁹ & mãdamus,vt ſi ſuffraganeos

Conſtitutiõis Leonis decimi tenor.

ganeos suos, vel eorũ aliquẽ in præmissis negligẽtes fore repererint quilibet eorũ in prouincia sua præfatorũ suffraganeorũ negligẽtiã supplẽdo, oĩa & singula præmissa debitæ executioni demandare procurẽt, cõtradictores per cẽsuras ecclesiasticas & alia iuris oportuna remedia, appellatione postposita, compescẽdo. Non obstãtibus præmissis ac fœlicis recordationis Bonifacij papæ viij. prædecessoris nostri de vna & duabꝰ dietis in cõsilio generali edita, ac aliis apostolicis, necnõ in prouincialibus & synodalibus cõsiliis editis, generalibus cõstitutionibus & ordinationibus ac quibuslibet priuilegiis, indultis & literis apostolicis generalibꝰ, vel specialibus, quorũcũq; tenorũ existãt, per q̃ præsentibus nõ expressa vel totaliter nõ inserta effectus earũ impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorũq; totis tenoribꝰ de verbo ad verbũ habẽda sit in nostris literis mẽtio specialis, q̃ quo ad hoc nolumus cuiquã aliquatenus suffragari, cæterisq; cõtrariis quibuscũq;. Per hoc aũt eodẽ priuilegio quo ad alios qui verè ecclesiastici fuerint, & ipsam militiã psequãtur, nõ intẽdimꝰ in aliquo derogare. Et quia difficile foret easdẽ pñtes literas ad singula queq; loca, in quibꝰ expediẽs fuerit, deferre, volumus, & dicta autoritate decernimus illarũ transumptis manu notarij publici inde rogati, scriptis, & sigillo alicuius prælati seu psonæ ecclesiasticæ in dignitate cõstitutæ munitis, vel curię ecclesiasticę ea prorsus in iudicio & extrà, ac aliàs vbilibet fides adhibeatur, q̃ pñtibus adhiberetur, si fuissent exhibitę vel ostẽsę. Nulli ergo oĩno hoĩm liceat hãc paginã nostrorũ, statuti, ordinationis, inhibitiõis, cõcessionis, mãdati, intẽtionis, volũtatis & decreti infringere, vel ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽtare præsumpserit, indignationẽ oĩpotẽtis Dei, ac beatorũ Pe. & Pau. apostolorũ eius, se nouerit incursurũ. Datũ Romæ, apud sanctũ Petrũ, Anno incarnationis dñicæ. M.cccccxvj. Cal. Octob. Põtificatus nostri anno quarto. Bembus.*

QVartò*fallit in clerico arma militaria deferẽte, q si tertiò monitꝰ à suo prælato nõ destiterit, pdit oẽ priuilegiũ clericale. vt ĩ c. in audiẽtia. de sen. excõ. imò dicit ibi Sicu. ꝙ nõ est opꝰ alia degradatione: quia per dictã tertiã monitionẽ, si nõ deposuerit, est exutus oĩ priuilegio clericali, & relinquitur iudicio seculari. Et intellige de oĩ priuilegio p gl. singularẽ in cle. j. de off. or. in vers. ꝙ priuilegij. quã gl. sequũtur ibi doc. dicẽtes, *quòd appellatione priuilegij clericalis intelligitur tam de priuilegio. c. si quis suadẽte, q̃ de priuilegio fori. 52 *Arma militaria deferens.* 53

ADDITIO. Fuit conclusum anno domini M.cccccxxxj. in mense Nouembri per curiã contra Nico. Daix, ꝙ ex quo fuerat in guerra & exercitu, etiam sine soldata, quòd non gauderet priuilegio clericali: & ita obseruat ꝙ milites exercẽtes arma militaria in guerrra, nõ gaudẽt priuilegio clericali. immiscendo tamen se enormitatibus, licet perdat priuilegium. c. si quis suadẽte. nõ tamen perdit priuilegium fori: vt infrà dicetur, versi. sexto. & ita etiam tenet Hippolytus de Marsi. in consi. lxviij. numero lxj.*

QVintò*fallit in clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exercet arma: nam talis ipso facto, perdit priuilegium clericale, secundũ Inn. in c. j. de aposta. quẽ sequitur ibi And. Sicu. quia hoc faciẽdo, exercet actum contrarium clericatui: & dicit ibi, ꝙ sola militia nõ sufficit ad priuandũ eũ, nisi exerceat arma, vel sæua. Et idem tenet Nico. miles in suo repertorio. in §. clericus, vers. clericus. & idem And. Sicu. in c. fi. de cle. coniu. & secundum istam doctrinam vidi multos armigeros, seu auenturerios, qui exquo per multos annos exercuerant arma, & fuerant in multis guerris, denegabatur eis remissio ad forum ecclesiasticum: ego tamen fui in multis opinionis contrariæ: & consului eos remittendos: & multi fuerunt remissi, alij non. ¶ Vide Gui. Benedicti in repe. c. Raynu. in verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. ccccxlij. de testamentis. 54 *Miles effectus.*

SExtò fallit & limitatur in clerico qui post assumptũ clericatũ immiscuit se enormitatibꝰ & sęuis, & diu in illis perseuerauit, habitu & tõsura dimissis, qui deprehenditur in delicto, quia talis nõ potest se p clerico defendere, quominus p iudicẽ secularẽ puniatur. Pro quo est tex. secũdũ vnũ intellectũ in c. ex parte, de priui. & de hoc etiã videtur tex. ĩ c. perpẽdimꝰ, de sen. exc. secũdũ gl. Vin. Tãcr. Phi. Abba. antiqui. Host. & Io. An. q ad hoc inducit tex. in c. vnico. l. vj. de vita & honc. cle. * Vbi clerici goliardi & bufones exercẽtes illã artem per annũ, perdũt omne priuilegiũ clericale, vndè à fortiori debẽt illud perdere, quãdo se immiscẽt diu hmõi sęuis & enormitatibꝰ. Et idẽ voluit Ant. de bu. & Pe. de anc. in regula iuris, ea q̃ li. vj. Car. zaba. tamẽ in dicta repe. c. perpẽdimus, & ibi And. Sicu. & Ange. de claua. in summa, in verbo, clericus x. §. j. tenẽt cõtrariũ dicẽtes, ꝙ solũ perdit priuilegiũ c. si quis suadẽte xvij. q. iiij. vt in c. perpẽdimus, & in c. j. de aposta. priuilegium aũt fori nõ amittit nisi post trinã monitionẽ. Facit c. si iudex. de sen. excõ. li. vj. ¶ Credo ꝙ prima opinio seruaretur in practica quo ad nos, & ita vidi communiter illam obseruari, licet aliquando dixerim contrarium. 55 *Goliardi & bufones.*

SEptimò fallit in casu dicti c. primi, de vita & hone. cle. in vj. s. in clerico goliardo, bufone, vel ioculatore, qui secũdò vel tertiò monitus non desistit, quia talis est ipso iure priuatus omni priuilegio cleriacali, imò dicunt Arc. & Geminia. ibi, ꝙ istud pcedit etiã in clerico in sacris ordinibus cõstituto, licet Io. mo. teneat cõtrarium. Et licet opi. Arch. super vj. præferatur cæteris, vt dicit Rota deci. cccxlix. in antiquis. Ego tamen crederẽ ꝙ tutius esset tenere cõtra Archi. propter actualem degradationem, q̃ hoc casu videtur esse necessaria.

OCtauò*ergo fallit prędicta regula ĩ degradato actualiter, quia talis de foro seculari efficitur, c. nouimꝰ, de verbo. signi. c. ij. de pœnis, li. vj. tenet Io. and. in c. cũ nõ ab hoĩe, de iud.*Si tamẽ dicat se iniustè degradatũ, & cõtra iustitiã, an sit de hoc p iudicẽ secularẽ cognoscẽdũ, vide Luc. de pẽ. ĩ. l. j. C. de priui. schola. li. xij. & ibi ponit an postq̃ est lata sẽtẽtia ppetuę depositiõis ĩ sacerdotẽ, solẽnisq; degradatio celebrata, & traditꝰ iudici seculari, p eũ pœna legitĩa puniẽdus, an secularis iudex debeat eũ & cãm eiꝰ, & crimĩa iterũ examinare. 56 *Degra* 57 *datus actualiter.*

ADDITIO. Aduerte ꝙ clericus incidẽs in hæresim nõ debet se iuuare bñficio clericali, maximè ppter denegationẽ aut dubitationẽ sacrorũ ecclesię, qm̃ ex quo cõmittit in legẽ ecclesię propter hæresim, nõ debet lege ecclesiastica iuuari. l. auxiliũ. ff. de minoribus. l. iij. C. de epis. aud. c. quia frustrà, de vsuris, facit tex. ad literã in c. principes seculi xxxiij. q. v. quẽ ad hoc alle. Bñdicti in repe. c. Rayn. ĩ verbo, & vxorẽ nomine Adelasiã, nu. 454. de testamẽtis, & ita fuit iudicatũ p curiã cõtra quosdã Lutheranos.* Aduerte quia in oĩbꝰ casibꝰ in quibus clericus est cõdẽnãdus ad mortẽ per iudicẽ secularẽ, in oĩbꝰ illis casibꝰ p iudicẽ ecclesiasticũ est degradãdus, ex regula Inno. & Io. An. in c. ad abolẽdã. de hęreti. p tex. in aut. vt clerici apud pprios episcopos, in. §. illud palam, vbi litera dicit ꝙ si pręses prouincię putauerit clericũ reũ, & dignum pœna iudicauerit, hunc reũ spoliari à deo amabili episcopo sacerdotali dignitate, & ita sub legũ fieri manu, & ita tenet *Clericus hæreticus clericali beneficio non gaudet.*

Io.de Ana.in c.qualiter & quãdo,§.ad corrigẽdos.in v.col.ext.de accu.Et vide gl.in d.c.ad abolendã.super verbo,relinquatur,extrà,de hæreticis.quæ tantùm ponit tres casus, in quibus clericus est curiæ seculari tradendus,& ibi qualiter debeat tradi. & vide c. degradatio. de pœnis.in vj. Et an iudex secularis debeat sequi processum iudicis ecclesiastici,vide Are.in c.at si clerici.in prin. col.iij.ext. de iudiciis. & etiã de inuocatione brachij secularis,vide Paridẽ de Puteo in trac.de syndicatu,in litera B.in verbo, brachiũ, & ibi plenè quomodo vnus iudex non habens familiam sufficientem,potest inuocare brachium alterius.

Verbaliter depositus. NOnò fallit in clerico verbaliter deposito, qui postmodum tanquãm incorrigibilis excommunicatur: & deinde crescente contumacia,anathematizatur:quia talis comprimendus est per iudicem secularem.tex. est in c.cũ nõ ab homine.ext.de iu.& dicit Io.And.& post eum And.Sicu.quòd hoc casu non est opus actuali degradatione. Quicquid sit, ego crederem quòd semper in casibus præcedentibus requiratur actualis degradatio, per ea quæ dicit Alexan.in consi.viij.in j.volu.in iiij.col.

Coniugatus nõ deferens habitum clericalem. DEcimò fallit in clerico coniugato non deferente vestes & tonsurã clericalem.c.j.de cleri.cõiugatis.li.vj. nam tales non gaudent priuilegio clericali: intellige tamen quòd nõ deserat tempore commissi delicti: quia si antè vel pòst dimisisset,non per hoc priuatur priuilegio clericali,si tempore commissi delicti habuerit habitũ & tõsurã.Ita tenet Ale.in cõs.suo.viij.in pe.& vlt.col.in j.vol.Imò videtur adhuc tenere ꝙ requiratur tertia monitio.secũdum etiã Pa.in c.tuę.de aposta.& Fulg.in cõs.suo clvij.inci.Supposito tenore.in fi.

ADDITIO. Dicit tamẽ Mat. de affli.in cõsti.regni Sici.quæ inci.apostatãtes, ꝙ qui semel perdidit priuilegiũ clericale per dimissionem habitus & tõsuræ,si postmodũ assumat habitũ & tõsurã, nõ recuperat illud priuilegiũ.* ¶Et vide Guido.Pape,quæst.sua cxxxviij.q tenet ꝙ sufficit ꝙ nõ fuerit in habitu & tõsura:& licet etiã fuerit in tõsura,si tamẽ nõ fuerit in habitu,perdit priuilegiũ:imò ibi dicitur*ꝙ cognitio an habitus sit clericalis vel nõ spectat ad iudicẽ seculare, & nõ ad iudicẽ ecclesiasticũ.cõtra c.si iudex.de sen.excom.in vj.& Alex.in d.cõs.vbi dicit etiã quẽlibet habitũ honestũ dici habitũ cõueniẽtẽ dictis clericis cõiugatis:*quia clerici simpliciter nõ habẽt habitũ determinatũ à iure.gl.in c.j.in fi.de ele.& gl.in c.j.de vita & hone.cle.& dicit ibi Io.de Imo. ꝙ illa quę ponũtur in d.c.j.sunt de cõsilio, nõ de præcepto.Et etiã Ful.in cõs.suo cxxiiij.tenet cõtra Guido.Pape.de cognitiõe causę.& credo opi. Alex.& Fulg.esse veriores. ¶Vide tamẽ decis.capellæ Tholos.cclvij.vbi tenet ꝙ habitus tripartitus nõ est habitus clericalis: & de caligis dicit cõtrariũ in decis.lij.& si reperiatur in habitu laicali,nõ debet postmodũ remitti,etiam si habitum clericalem accipiat.Idem in deci.cxliiij.vbi dicit ita fuisse dictũ.Et idem fuit dictũ de illo qui fecerat sibi fieri tonsuram in carcere,vt dicit in decis.cxlvij.Et de caputio bipartito vel virgato,vide deci.ccxxviij.

58

59 Iudex secularis iudicat de habitu clericorum.

SED pone quòd dicat clericus coniugatus,consuetudo est ꝙ clerici cõiugati non portẽt,sed sufficit quòd portent tonsuram, & vidi opinionem per quẽdam qui dicebat se portare habitum similem quem cæteri coniugati portare soliti sunt,an valeat talis consuetudo?Raphael Fulg.in d.consi. tenet quòd sic: & de tali exceptione & cognitione huiusmodi consuetudinis,an sit valida vel non,cognoscit ipse iudex ecclesiasticus, & non iudex secularis,contra opinionem Guido.Pape,in d.quæst.cxxxviij.qui in hoc malè sentit,vt credo.

ET quantũ ad habitũ & tonsurã ꝙ debeat portare,istud est in clerico coniugato, qui si inuentus fuerit sine illis,aut vno illorũ,cũ copulatiuè requirãtur,vt dicit Fulg.in d.cõs.cxxiiij.etiã si nõ fuerit ter monitus,nõ est ad iudicẽ ecclesiasticũ remittẽdus.Sed secus est in clerico in minoribꝰ cõstituto nõ cõiugato, qa ad hoc vt perdat priuilegiũ clericale,requiritur trina monitio.Pa.in d.c.tuæ,de aposta.Ale.in d.cõsi.viij.& Fulg.in cõs. clvij.in fi.Ita tenet Henri.bohyc.in c.cum non ab homine. extrà de iu. maximè quo ad priuilegiũ fori qđ nõ perdit clericus in hoc casu,nisi post trinam monitionem. ¶Et an vxor clerici coniugati in hoc gaudeat hoc priuilegio fori.Gemi.in d.c.vni de cle.coniu.mouet istam quæstionem,& quo ad priuile.c.si quis suadente.vi detur satis decisum ꝙ nõ , sed quo ad priuilegium fori maius dubium, *quia vxor est de foro viri.c. clericum cuiuslibet.xj.q.j.l.cum quædam puella.ff.de iuris.omnium iudicum.Cogita si casus eueniat.

60 Vxor est de foro viri.

ADDITIO. Aduerte ꝙ qñ priuilegiũ mariti est ꝑsonale rõne suę ꝑsone tãtũ vxor nõ gaudet priuilegio secus si nõ sit ꝑsonale rõne alicuiꝰ exercitij,vt dicit Mat de affl.in cõsti.q̃ inci.hostilij exceptionẽ,ĩ xj.q.primi not.ĩ ij.li.vbi dicit ꝙ vxor efficitur ciuis ciuitatis mariti,cũ pluribꝰ aliis ꝑ eũ adductis.*

VNdecimò fallit propter defectũ iustitiæ seu negligẽtiæ iudicis ecclesiastici,quia ꝑmittitur ꝙ clericus trahatur corã iudice seculari,vt in c.principes sęculi.xxiij.q.v.& ibi bona gl. *dicit cũ potestas ecclesiastica deficit,laicus potest corrigere clericos,vt cũ schisma faciũt clerici,& nõ possũt ab ecclesia cõpesci. vt voluit gl.in c.tua.de decimis.Et q̃ ibi dicit And.Sicu.Cõtrariũ tñ videtur tenere Ale.in d.cõs.viij.in casu quo potest adiri superior.s.summus põtifex. ¶Aduerte etiã*qa iudex ecclesiasticus ꝑpter iustiçiã à iudice seculari neglectã vel denegatã potest adiri,imò etiã si iudex inferior iustitiã deneget,ꝙ fit multis modis,aditur superior, vt tenet per plura Paris de puteo in trac. de syndi. in prin. vbi ponit quibus ex causis syndicantur officiales. versi.syndicatur etiã officialis ratione denegatę iusticiæ. fo. xvj.& xvij.vbi ponit multa singularia in d. materia.& etiã de iniustitia iudicis aut principis qũo sit puniẽda . Audiẽtia tñ in certis casibus potest denegari, quos ponit do.meus Ias.in l.j.§.sed & si is cui.ff.de no.ope.nuntia. Et per hoc non dicitur iustitia denegata. nõ solũ iudex spretus potest denegare,imò etiã potest aliis mãdare vt denegẽt.Ias.ibi, & nõ solũ in vna causa,sed etiã in omnibꝰ donec satisfaciat.Idẽ do.meus in l.sancimus.in j.col.C.de iudiciis.Et Barb.in c.Raynaldus.extrà de testa.& Corsetus in singularibus suis,in verbo,cõtumacia, & aliud est iustitiã denegare,aliud nõ iuuare,vt dicit idẽ Paris in verbo,negligẽtia.liij.col.& ĩ illo capi.infr. q̃tũ tẽpus iudex dicatur esse negligẽs, vbi plenè quomodo negligẽtia cõsideretur, & ibi ꝙ iudex dicitur negligẽs post duos menses si nõ inceperit cognoscere post monitionẽ eidem factã de iustitiã administrando,qđ sępe fit per magnã curiã in regno Neapolitano.& sic etiam fit aliquando apud nos,& ibi in dicto verbo,negligentia.vide de materia iudicis negligẽtis per xj.& xij.col.& de negligẽtia iudicis ecclesiastici,vide inf.eo.§.versi.sed quia,in additione ibi posita.

61 Potestate ecclesiastica de 62 ficiẽte laicus corrigit clericos.

62 Officia vilia exercentes. DVodecimò*fallit & limitatur in clericis carnificum seu marcellariorum , aut tabernariorum officium publicè exercẽtibus,qui si tertio nominatim moniti nõ destiterint aut resipuerint , si sunt cõiugati,perdũt omne

omne priuilegium clericale, si verò non cõiugati & omnino vt laici incedãt, quãdiu præmissis institerint, eo ipso etiam perdunt priuilegiũ clericale vt in cle.j. de vita & ho.cle. Et Matt.& Genze. ibi voluerunt. intellige illum textum habere locum etiam in clericis exercentibus alia vilia officia sicut in lenonibus custodibus stuffarum, vbi sunt publica balnea, sed glo. Imo. & Zaba. tenent contrarium.

Decimotertiò* fallit in clerico in minoribus cõstituto, qui duas vxores habuit, vel cũ vidua aut corrupta cõtraxit, quia talis subditus est coertioni fori secularis: vt in c.j. de biga.li.vj. secus aũt de cõstituto in sacris, vel monacho, q cõtraxit cũ vidua vel corrupta, qa licet iste sit bigam⁹ quo ad q d.s. executionẽ officij, nõ aũt quo ad hoc vt pdat priuilegiũ clericale. Ita tenẽt gl.& Archi. ĩ c. quisqs lxxxiiij. di. Io. Cald. Io. mona. Arc. Io. An. Dñicus de sctõ Gemi.& Pet. de anc. in d.c. vnico licet Bonaguida ĩ c. de biga. eo. ti. de bigamis teneat, *ꝙ sacerdos qui cõtraxit cũ vidua, vel duo matrimonia successiuè, & postea cõmisit homicidiũ, poterit puniri p iudicẽ secularẽ, per dictũ c. vnicũ. Sed Ang. de clauasio tenet ꝙ prima opinio sit verior, credo tñ ꝙ opinio Bonaguidę sit verior, quia ille tex. loquitur indistĩctè de bigamis, quis aũt sit bigam⁹, & plures casus in quibus quis dicatur bigamus, vide decisio. capellę. Tho. lxiiij. & ccliiij. & cclvj. ¶ Et vtrũ oĩs bigam⁹ pdat priuilegiũ clericale. vide deci. capellæ Tholosa. ccxxxiiij. vbi ponitur de multiplici bigamia.* Nũquid clericus cõiugatus rapiẽs virginẽ perdat priuilegiũ clericale, videtur ꝙ sic, quia diuisit carnẽ suã in duas. ar. c. debitum, de bigam. Et facit additio ad deci. Tholosa. ccliiij. iam suprà alle. & in deci. ccxxiij. vbi plura dicit quæ multum faciũt. 65 66

Priuilegij clericalis priuatio.

ADDITIO. In hac materia priuationis priuilegij clericalis curia dedit multa arresta, & multũ põderat curia in istis atrocitatẽ delictorũ & enormitatẽ, secũdũ opinionẽ Pa. in c. at si clerici. §. de adulteriis, extrà de iudiciis. Io. and. in c. cũ nõ ab hoĩe, extrà de iudiciis. vbi plenè tractatur materia per Are. & Barb. Gem. in c.j. ĩ fi. p illũ tex. de homic. dãnosũ, & quãdo delictũ est scãdalosum & dãnabile secũdũ c. nouimus, de sent. excõ. & qñ est quis inclusus in profundũ malorũ, quia multa delicta cõmisit, ex quo habetur p incorrigili secũdũ Pet. de anc. in cõsi. cclviij. & Cepol. in cõsi. xxj. vbi aplè. & facit multũ tex. ĩ d.c. cũ nõ ab homine, qui vtitur his verbis, in profundũ malorũ, & in his etiã est põderanda cõsummatio delicti, quia p delictis nõ cõsummatis nnnq̃ priuatur priuilegio clericali. Io. de ana. in c.j. de homicidio. Et aduerte in his ꝙ crimen raptus in muliere cõiugata, honesta, & nõ diffamata, cõmissum in ciuitate Bituriceñ. per certos scholares, de nocte in turba & cũ armis, fuit iudicatũ scãdalosum, dãnosum, & dãnabile, ita ꝙ ex quo multa alia delicta commisisset quidã Ioannes Tabolet, dictus Fortuné, ꝙ sic videbatur inclusus in profundũ malorũ & quasi incorrigibilis, fuit priuatus priuilegio clericali anno dñi M.cccccxxxj. in mẽse Octob. & ad mortẽ cõdẽnatus, & videtur esse cõtra text. in d.c. cũ nõ ab hoĩe: qm̃ bene intelligendo videtur innuere, ꝙ qñ clericus est curiæ seculari tradẽdus, ꝙ curia secularis nõ possit eũ punire ad mortẽ, sed tãtũ pœna exilij, vel alia legitima pœna. & ponderando dictionẽ, alia, debet intelligi de simili, & nõ de excedẽte, quia tamen vbiq; obseruatur cõtrarium non insisto. ¶ Quidam Nicolaus Roussin, secretarius alicuius episcopi, post eius mortẽ furatus fuit de nocte cum quodã alio plura bona in domo illa in qua episcopus ante eius mortem morabatur, cuius domus sciebat introitus & exitus, & in qua intrauit per scalã, & fuit furtũ factũ cũ effractione ostiorũ & fenestrarũ: qui licet nõ cõuictus veris probationibus, nec ore proprio cõfessus, sed quibusdã præsumptionibus, eo ꝙ iã fuerat semel remissus ad iudicẽ ecclesiasticũ pro alio furto, qđ dicto quodã episcopo ipso existẽte in eius seruitio cõmiserat, fuit per locũtenẽtẽ criminalẽ Parisien. priuilegio clericali priuatus & ad mortẽ cõdẽnatus, & ad curiã appellauit, per q̃ habẽdo respectũ ad plura, tum maximè quia ex vno delicto & remissione facta ad episcopũ semel p vno delicto, nõ adhuc dicitur incorrigibilis secũdũ not. in c. cum nõ ab homine, extrà de iudiciis, & licet ille tex. in d.c cũ nõ ab homine, videatur requirere trinũ actũ, & sic trinã remissionẽ, tamẽ curia obseruat ꝙ post binã remissionẽ de delictis, p quibus potest imponi pœna mortis, habetur p incorrigibili, & tã in odiũ incorrigibilitatis q̃ in odiũ iudicis ecclesiastici negligẽtis eũ corrigere priuãtur tõsura & priuilegio clericali, ꝙ hic nõ erat, cũ fuisset solũ semel remissus p simplici furto, qđ nõ ingerit pœnã mortis, & de quo nõ fuit cõuictus nec punitus per iudicem ecclesiasticũ, quod constare debet ad cõuincendũ eũ de incorrigibilitate, tum etiam quia nunc etiã est tãtum quęstio de furto quod non est punibile ad mortem pro secunda vice, cũ nõ sit fur famosus nisi post trina furta, vt dicit Bar. in l. capitaliũ. §. famosos. ff. de pœnis, qui differt à famoso latrone, in quo requiritur homicidiũ alicuius: cum vt dicit tex. in d. §. famosos, ad solatiũ interẽptorũ furca suspẽdi debent, & ita declarat do. meus Ias. in l. pe. ff. de condi. ob causam. & dicit Bar. in l. nemo. C. de epis. audi. quòd nõ dicitur fur famosus nisi post tria furta, ita ꝙ videtur ꝙ etiam pro tertio furto non debet mori, sed debet imponi pœna gradatim pro quolibet semper augendo, vt pœna commẽsuretur delicto propter recidiuationem. dixi suprà in pluribus locis. Et etiã quia licet domũ alienã expilauerat & effregerat, non tamen in turba cum telis, ideo nõ erat in casu. l. hi qui alienas ædes. ff. ad l. Iuliam, de vi publica. in qua multa requiruntur & conuenire debent, scilicet quòd expillauerunt, effregerunt, & expugnauerũt, & in turba cum telis, quæ est qualitas quæ requiritur cum actibus ad hoc vt capite puniantur, vt est ibi text. & faciunt de qualitate ad incerta, siue per statutũ, siue aliàs, quod debet probari per ea quæ deducuntur per Hippolytum de Marsiliis, in consi. suo xcvj. in ij. col. vbi satis amplè, & in practica causarũ criminalium. in §. & quia. & in §. quoniam, eo. loco. nume. 52. vbi de qualitate legis requiritur plena probatio, & faciunt, quoniam vbi requiritur actus cum qualitate, nõ sufficit actus nisi probetur qualitas: vt dicit Bar. in l. Fulcinius. §. cum autem. ff. quibus ex causis in possessionẽ eatur. do. meus Ias. in l. non solum. §. Fulcinius. in j. col. ff. de noui oper. nũcia. Feli. post Pa. in c. ij. in xij. col. cum sequentibus de rescriptis. & dixi alibi pluries: sed in hoc casu non fuit turba cum telis, saltem non est probata: ideo nõ erat in casu. d. l. hi qui alienas ædes, & sic contra eum nõ erat pœna capitis, & licet de iure appellatione pœnæ capitis intelligatur de mitiori, vt pluries dixi, tamen curia obseruat in casu illius legis, quãdo cõcurrũt omnia, ꝙ intelligatur de pœna mortis. Et etiã quia quòd pro furto quantũcunq; maximo & enormi, etiã cũ effractione, etiã in casu vbi esset quis ad mortẽ pro illo cõdẽnãdus, quis non debet suo priuilegio clericali priuari: imò, quod plus est, quia nõ est iure probatũ contra eum, nec cõfessus est delictũ, sed tãtum sunt pręsumptiones, quę licet sint vehemẽtissimę, nunq̃ debet priuari suo pri-

uilegio clericali,etiã ĩ attrocissimis,nisi verè & p veras ꝓbatiões cõstet de delicto,vt tenet Are.ĩ d.c.cũ nõ ab homine,p tex.in c.inter sollicitudines.& ibi est gl.fi.extrà de purga.cano.fuit dictus secretari⁹ die vlt.Ianuarij.anno do.M.cccccxxxj.ad iudicem ecclesiasticũ remissus , & p certo locũtenẽs criminalis errauerat ĩ iure & in facto,quia etiã nõ cõstabat de delicto tali per qđ potuisset ad mortẽ cõdẽnari,ex quo erãt solũ præsumptiones,ex quibus non est iudicandum ad mortem,maximè in furto,vt dixi antè in principio huius glossæ.

67 Qui se in carcere fecit clericari.

DEcimo quarto*fallit in clerico qui postq̃ à iudice seculari fuit captus assumpsit clericatũ,vt quia in carcere se fecit clericari.Ita Ioã.And.in c.vnico de obli.ad ratio.Bar.in l.j.ff.de pœnis.sed do.meus Ias.in l. cũ quędã puella,in iij.col. ff.de iuris.om.iud.dicit hoc nõ esse verũ. *qñ captus à iudice seculari diceret se votũ fecisse intrãdi religionẽ,vel ꝙ efficeretur clericus anteq̃ cõmisisset delictũ, qa hoc casu nõ poterit puniri per iudicẽ secularẽ,cũ votũ trahatur retro.Ita Bal.in l.j.C.an seruus ex suo facto.& dicit do.meus.Ia.ꝙ istud est multũ notãdũ,quia ĩ practica posses euadere quẽ à pœna mortis,eo quòd de hoc stari debet suo iuramẽto, an votũ emiserit ante cõmissum delictũ,sicut stari debet de aliis quæ depẽdẽt à voluntate vel cõsciẽtia,secũdũ gl.in §.aliæ.vbi idem do.Ias.insti. de actio.gl.in c.significasti.l.ij. de homi. & faciũt quæ dicit do.Feli.in c. eã te.le.iij.xv.col.& plenius in c.cũ adeò,extrà de rescri.*vbi destinatus ad clericatũ habetur pro clerico,nõ credo ꝙ istud obseruaretur in practica, quia ex quo nõdum est impressus character nõ est extra iurisditionẽ iudicis secularis.Et faciũt ad supradicta quæ dicit Oldra.cõsi.iiij.Io.de ana.in c.ad falsariorũ.in xiij.col.extrà de falsis,Barba.in c.ꝙ clericis,de fo.cõpe.& in c.proposuisti.Bal.in aut.causa q̃ fit cũ monacho.C.de epis.& cleri.& in l.placet.C.de sa.san.eccle.Zaba.in cle.ne in agro.§.quia vero, in viij.quæstiõe. de statu mona.Bal. Ang.& Imo in l.nemo potest.ff. de lega.j. ¶ Vide in hoc quid dicat ille doctor excellens Iaco.de S. Geor. in l.si quis postea.col.iij.ff.de iudiciis.Vide Petrum Giraudi in suo singulari.lj.incipiente,tene menti.

68 Votũ intrãdi religionẽ faciens ante delictum.

69 Destinatus ad clericatum habetur p clerico.

EEt isti sunt quatuordecim casus in quibus iudex secularis cognoscit de crimine clerici etiã criminaliter.qđ nota.quia tales casus sæpe eueniũt,sed in multis aliis casib⁹ iudex secularis punit clericũ de crimine ciuiliter.de quib⁹ dicã inf.Anteq̃ tñ ponã illos casus,aduerte ad vnã ampliationẽ regulæ præcedẽtis, *ꝙ non solum clericus est exẽptus à iurisditione seculari,etiã in delictis propter clericatũ,imò etiã si sint plures cõmittentes vnũ delictũ,& sit vnus clericus,rõne illius de omnib⁹ fiet remissio ad iudicẽ ecclesiasticũ,etiã si alij sint laici.Ita tenuit Ant.de prato veteri.in l.in fi.ff.q̃ senten.sine appel.rescin.Quod dictũ dicit esse stupendũ Feli.in c.j.in iiij.col.extrà de præscri.facit qđ dicit Bar.in l.præcipim⁹.§.eod.obseruãdo.& Bal in d.l.præcipim⁹. C.de apel.& q̃ dicit Panor.in c.cũ sit generale.in viij.col.extrà de fo.cõpe.Faciũt q̃ dicit do.meus Ias.in l.imperiũ.in iij.col.ff.de iuris.om.iud.& in l.si emãcipati.in iij.col.C.de coll.Et quę dicit Barba.in cõsi.j.in vj.col. cũ seq.in ij.vol.& in Rub.extrà de officio deleg.& ibi Feli.& quæ dicit Areti.in consi.suo.xxiij.& Panor.in consi.xxxiiij, incipiẽte,præsidio altissimi ex corde inuocato,in ij.vol.& vnũ verbũ per Ale.in cõsi.suo.lxxxij. in fi.in j.vol.quid in hoc casu seruaretur in hac patria nescio,sed vidi hanc decisionẽ obseruari in ducatu Mediolani,in casu emergenti. ¶ De hac decisione vide etiam Boerium in consue. Bituricen. titu.de iurisditione omnium iudicum. §.ix. in glos. fi. Et faciunt quæ dicit dominus meus Iason in le.j.in fi.C.de transactio.

70 Ampliatio regulæ.

ADuertendum est ad alium casum singularẽ qui sub generalitate multos comprehendit,videlicet quando clericus simpliciter tõsuratus,detinetur à seculari potestate, si delictũ sit tale pro quo puniendo ecclesia non habeat de iure quid faciat: vt quia delictum est ita atrox, ꝙ ecclesia pro illo non habet pœnam condignam,in regno Franciæ non fit remissio ad iudicem ecclesiasticum, vt per plura declarat G.Benedicti in sua repe.c.Raynu.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nume.440.441.442.extrà de testamentis.

REdeundo ad propositũ vnde digressi fueramus,ponendo casus in quibus iudex secularis punit clericũ de crimine ciuiliter pro decimaquarta fallẽtia regulæ suprà positæ. ¶ *Dic ꝙ prædicta regula fallit,& limitatur in clerico assumẽte administrationẽ & officia laicorũ,in quibus si delinquat,curia secularis cõsueuit illos ciuiliter punire.pro quo facit tex.in c.sacerdotibus.ne cleri.vel mona.secũdũ opinionẽ illorũ qui fecerũt argumẽtũ ex illo tex.ꝙ iudex laic⁹ autoritate illius capituli,potest clericũ occasione administrationis capere, priuilegio clericali cessante, quasi videatur dicto casu nudari priuilegio clericali: & ideo dicit tex.ꝙ indignũ est eis ab ecclesia subueniri:per quos cõstat in ecclesia scãdalũ generari.Et per hũc tex.vidi quosdã dubitare,

71 Alia fallẽtia ad præcedẽtẽ regulam.

72 *an sacerdos cõsiliarius Regis,qui tot cõcussiones cõmiserat,& crimen repetũdarũ etiã cõmiserat pluries & diuersis vicibus,deberet à iudice seculari puniri.Vidi tamẽ ꝙ fuit dictũ ꝙ per iudicẽ secularẽ puniretur,eũ scilicet priuãdo officio cõsiliarij,& aliàs pecuniariter ad emendã applicandã fisco,& ita fuit factũ. Et multi dicebant ꝙ ex quo nõ fuerat monitus trina monitione,subueniẽdũ ei erat per ecclesiam: & ꝙ debebat remitti corã iudice ecclesiastico.per doctrinã gl.Host.Goffre.Pa.& aliorũ in d.c.sacerdotibus,& hoc per tex.in c.fi. extrà de vita & honesta.cleri.Imò dicit Hosti.in summa. in §.ij.versi. ego intelligo, ꝙ idẽ est si fiat vna prohibitio synodalis & monitio: vt desistãt à talib⁹ sub pœna priuationis priuilegij clericalis:& hoc etiã videtur tenere dñi de Rota.decis.ccccxxvij.& hoc tamẽ de monitione seu ꝓhibitione synodali nõ placet And.Barb. in c.fi.ext.de vita & honest.clericorũ.sed credo ꝙ opinio Host.sit vera,& pro eo facit tex.cùm dicit,denũties publicè.Dicit etiã Pa.ibi ꝙ nõ sufficit vnica monitio,etiã prohibitoria,& ꝙ iudex ecclesiasticus ex offi. suo potest tales repetere,quantumcunque non excipiatur per eos sic detentos.vt in c.dilectis.de appel.

73 SEd quia dicitur,*ꝙ si clericus nolit excipere ꝙ sit clericus, & iudex ecclesiasticus sciat illũ detẽtũ à iudice seculari,an teneatur illũ repetere,& si nõ repetat,an debeat puniri:& qua pœna:aliàs ĩ cõtingẽtia facti cõsului me existẽte in studio Ticineñ.& tandẽ dixi ꝙ aut iudex secularis cõdẽnauit clericũ ad mortẽ,& tunc iudex ecclesiasticus dicitur homicida,ex quo iudex laicus est homicida, cũ talẽ ad mortẽ cõdẽnauerit sine processu,sine cõfessione,& eũ mori fecerit sine sententia. per text.in c.at si clerici,ext.de iudiciis.aut non potuit eũ ad mortẽ,sed alia pœna cum cõdẽnauit,& in omnibus illa pœna qua tenetur iudex secularis,tenetur iudex ecclesiasticus.& etiã de dãno dato per iudicẽ secularẽ, probatur per text.in l.ij.cum sequẽti.ff.de noxa. vbi dicit text.qui enim prohibere potest delinquenti ne delinquat,& nõ prohibet, tenetur de damno dato per eũ,& per text.in c.sicut dignũ.§.illi etiam.de homi.& in c.dilecto,de sen.excõ.in vj.*vbi dicit,si quis potest resistere

74 Non resistens iniuriæ ne fiat alteri cum possit, tenetur.

reſiſtere de facto ne fiat iniuria,& nõ reſiſtit,tenetur ac ſi ipſe iuiuriam intuliſſet.Multo ergo fortius ſi quis
poteſt prohibere de iure ne fiat iniuria alteri,& non prohibet,tenetur de iniuria illata alteri.Cum ergo iu-
dex laicus iniuriam feciſſe dicatur,nõ ſolùm clerico,ſed etiam toti collegio eccleſiaſtico.c.ſi diligẽti. debet
puniri propter eius negligẽtiã,quæ maximè debet puniri in iudice.per tex.in l.mancipia.cũ gloſ.ibi.& Bal.
& Ange.C.de ſeruis fugi.*Imò magis eſt puniẽdus iudex delinquẽs in omittẽdo,q̃ in faciendo, cũ iudex in 75 *Iudex*
faciẽdo tantũ puniatur,inquãtũ ęquũ iudici videbitur.tex.in l.fi.de variis & extraor.cogni.tex.in l.ex male- *omittendo*
ficiis.§.ſi iudex.ff.de actio.& obli.& inſti.de obli.quæ ex quaſi delic.naſ.in prin.& tã iudex qui omittit cõ *delinquens*
dẽnare,tenetur ĩſolidũ ad totale ĩtereſſe.tex.in l.ſancim⁹.C.de iudi.& ibi in termi.not.Ang.& Pau.de Ca.& *magis pu-*
dicũt Io.An.& alij in.c.dilecti.ext.de ap.*ꝙ iudex negligẽs incidit in canonẽ,cũ ęterni iudicis.de re iudi.in vj. *niendus q̃* 76 *cõmit-*
tendo.

ADDITIO. De negligẽtia iudicis quomodo ſit punibilis,& quomodo reprehẽditur,vide Mat.de affli. *Negligẽ-*
in conſti.regni Siciliæ,quæ incipit,ſtatuimus.in xiiij not.Et de negligentia aliorum officia- *tia iudicis.*
lium,vide in conſti.quæ incipit, officiales qui.Et quomodo per negligentiam inferioris iudicis iuriſditio de-
uoluitur ad ſuperiorẽ,vide in conſtitutione quæ incipit,iuſtitiariis,in xix.not. *¶ Quomodo negligentia in
prælatis & adminiſtratoribus eſt peccatum mortale,& quomodo debeat puniri plenè per Feli.in c.de treu-
ga & pace.vide etiam quædã per do.meũ Iaſ.in l.eum qui res.C.de procura. & in §. præterea, col.iij.inſti.de
actio.& vide quæ dixi in gloſſis cõcordatorũ Frãciæ,in proœ.ſecũdo Leonis in glo.quot oues paſcere.Et iſta
eſt vna ex xij.abuſionibus huius ſeculi quas ponit Auguſti.lib.de xij.abuſionibus.Et refert Lucas de Pẽna in
l.vſum aquæ,C.de aquæduct.lib.xj.*quæ ſunt videlicet/ſapiẽs ſine bonis operibus/ſenex ſine religione/ado- 77 *Duo-*
leſcens ſine obedientia/diues ſine eleemoſyna/fœmina ſine pudicitia/dominus ſine virtute/Chriſtianus con- *decim abu*
tentioſus/pauper ſuperbus/rex iniquus/epiſcopus negligẽs/plebs ſine diſciplina/populus ſine lege/*Et ibi etiã *ſiones ſe-*
ponit xij abuſiones clauſtri,quæ ſunt videlicet prælatus negligẽs,diſcipulus inobediens,iuuenis otioſus,ſenex *culi.* 78 *Duo-*
obſtinatus,monachus curialis,clericus cauſidicus,habitus pretioſus,cib⁹ exq̃ſitus,rumor in clauſtro,lis in ca- *decim abu*
pitulo,diſſolutio in choro,irreuerẽtia iuxta altare.nota.in cle.ne in agro,de ſtatuto monach.Et vide hìc antè *ſiones clau*
in hoc eodẽ §.& gl.verſ.xj.in additione ibi poſita,incip.Aduerte etiã.vbi ponitur quomodo negligẽtia iudi- *ſtri.*
cis in denegando iuſtitiam puniatur,& quomodo cognoſcatur negligentia,& plenè in locis ibidem allega.

ET ideo cum iudex eccleſiaſticus fuerit negligens,in hoc tenetur ac ſi ipſe iniuriam intuliſſet clerico,& ec-
cleſiæ ſeu toti collegio eccleſiaſtico,per hìc antè dicta.

DEcimoſexto*fallit regula ſuprà poſita in portu armorũ,quia clericus arma deferens & portans, poteſt 79 *Cle-*
capi à iudice ſeculari,& puniri pecuniariter,tamen nõ corporaliter:& hoc per tex.ſecũdũ Io.Fa.in l.ad- *ricus arma*
dictos,C.de epiſc.audien.& ibi gl.ſuper verb.vindicetur.*Armorũ enim delatio eſt clericis interdicta c.ij.de *deferens.* 80
vita.& honeſta.cleri. etiã laicis, vt in rub.vt armorũ vſus inſcio principe interdictus ſit.Et de hoc iure Rex
Franciæ & eius officiarij ſunt in regno in poſſeſſione & ſaiſina, à tempore cuius initij memoria nõ extat in
contrarium,cõcurrente fama priuilegij.Et iſte eſt vnus de caſibus priuilegiatis,& de hac generali obſeruantia
in regno,videmus etiã ꝙ officiarij regij cognoſcũt de portu armorũ,etiã in terris Baronum & Comitum,&
aliorum dominorũ habẽtium merũ & mixtũ imperium,& omnimodã iuriſditionẽ,quod an fieri debeat,vide
Pe.Ia.in ſuis libellis,in ti.de cõdi.ex lege.inſt.de actio.§.quadrupli. Vidi aliàs Mediolani quendam clericum *Caſus.*
ſimplicis tõſuræ captũ noctu per cliẽtulos ſeu birrerios,& adductũ ad carceres capitanei iuſtitiæ Mediolani,
pro portatione armorum & delatione,& volebat capitaneus iuſtitię Mediolani,vt duceretur ad Brohetum,
qui locus eſt cõmunis vbi tales inuenti de nocte cum armis,ſolebant puniri per ictus fuſtium, *par l'eſtrapade*
Gallicè,ſed illum euaſit,& fuit ſolùm punitus ciuiliter,in x.lib.Mediola.

DEcimoſeptimo, * fallit in clerico infringente ſeu violante ſaluamgardiam Chriſtianiſſimi Regis noſtri, 81 *Violãs*
quia iudices regij conſueuerunt cognoſcere etiam contra clericos ciuiliter,ſcilicet eos pecuniariter con- *ſaluãgar-*
demnando ad emẽdam.Et pro hoc facit l.ij.C.vt nemo priuatus.titu.prædi.ibi,miles vel clericus.& ibi,exe- *diam.*
cutoreſque huius legis omnes iudices.

ADDITIO Vide etiam G.Benedicti in repetitione, c.Raynutius,in verbo & vxorẽ nomine Adela-
ſiam,vbi etiam ponit de clerico attentante poſt appellationem,quia poteſt per iudicem
ſecularem puniri. * Et de hoc Rex & eius officiarij ſunt in poſſeſſione & ſaiſina, à tempore cuius initij me-
moria non exiſtit,quod tempus habet vim priuilegij,c.ſuper quibuſdam,§.præterea, de verborum ſignifica.
Inno.in c.ij.de præbẽ.lib.vj.l.hoc iure.§.ductus aquæ,de aqua quotidiana.& æſtiua.c.j.de præſcrip.li.vj.do.
meus Iaſ.in l.de quibus.in x.col.ff.de legi.dixi ſuprà in hoc titu.*.*le ſeigneur hault inſticier*.in glo.*& la preuue
eſtre ſienne*,Dicã inf.in tit.Des *fiefz*,§.*en partaige & diuiſiõ*.ibi x.limita.¶ Sed quia,vt videmus,quotidie cle-
rici in hoc caſu condemnantur per iudices ſeculares ad emendam pro infractione ſaluægardiæ , & etiam in
aliis caſibus hìc antè dictis,& qui poſtea adhuc dicentur:videndum eſt quomodo executio emendæ per cle- *Emenda*
ricum debitè in prædictis caſibus fieri debeat.Oldra.in cõſi.xvij.dicit,quòd debet fieri in immobilibus,cum *adiudicata*
immobilia ſint de iuriſditione & territorio laicorum . Et videmus quòd hodie temporale clerici detinetur *quomodo*
ad manum regis,donec per clericum ſit ſatisfactum:ſi autem temporale non habeat,quid fiendum? Vidi his *leuari poſ-*
diebus quendam religioſum detentum in carceribus pro emenda centum librarum,qui tamen per curiã fuit *ſit ſuper*
relaxatus.Aliquando tamen per curiam fuit obſeruatum, quòd cùm clerici condemnantur ad emẽdam pro *clericis.*
delicto,ſi non habeant immobilia ſeu temporale,quòd detinentur in carceribus epiſcopi Pariſienſis vſq; ad *Executio*
ſatisfactionem emendæ:& hoc ne primum arreſtum remaneret illuſorium.Ad quod facit c.grauis.de depo- *quomodo*
ſito.Vide Bar.in l.commodis.ff.de re iudicata,dicentem,executionem fieri poſſe contra clericos in fructibus *fienda cõ-*
& redditibus ſuorum beneficiorum.Et ibi Alberi.& in l.ſtipendia.C.de executio.rei iudicatæ. *tra cleri-*
cos, & in
bonis ipſo-
rum.

DE executione fiẽda cõtra clericos & in bonis clericorũ,vide G.Benedicti in ſua repet.c.Raynu.in verb.
& vxorem nomine Adelaſiam.nume.cccxxxij.cccxxxiij.cccxxxiiij.vſque ad nume.cccxxxvij.de teſta.

DEcimooctauo*fallit,cũ per clericos fit offenſa officiariis regis officiãdo,& ad hoc facit l.vnica.ff.ſi quis 82 *Offen-*
ius dicen.non obtempera.vbi dicit tex.*ꝙ oẽs iudices poſſunt oẽs inobediẽtes punire,& ſuã iuriſditio- *dẽtes offi-* 83
ciarios re-
gios.

nem pœnali iudicio defendere,ſecũdũ Bar.& Bal.in d.l.vnica. in certa glo.& ad hoc,vt dicit ibi Bart.habet
plura remedia,& ſi vnum deficiat,poteſt ad aliud recurrere,donec pareat.l.j.§.quid ergo.ff.de vẽ.inſpi.&.l.
cõſentaneũ.C.quomodo & quãdo iudex.Et faciunt quæ dicit Alex.in.l.ſi ſe nõ obtulit, in.§.ſi ex cõuẽtione,
ff.de re iudi.& ſi huiuſmodi defenſio nõ fieret,etiã mulctãdo,qđ põt,vt dicit ibi Bar. poſſet iuriſditio tẽporalis
eſſe illuſoria.Ad qđ tex.in c.j.& ibi Innocẽ.Sicu.& alij,de offic.delega.bene facit c.Romana.de pœnis,
lib.vj.Specu.in titu.de iuriſ.om.iudi.verſi.fi.& ibi Io.an.Hinc dicũt Inn.Hoſtiẽ.& doct.in c. dilect⁹, le.ij. ex-
84 trà de reſcriptis, * quòd iudicis intereſt ſuam iuriſditionem tueri. Bal. verò in d.l.vnica. in princ. dicit quòd
multis modis offenditur iuriſditio.De quibus dicam,infrà,in.§.*l'amende de ſimple recouſſe*,in princ.

85 Vſurpare volẽtes iuriſdictionẽ regiam.

DEcimononò* fallit vbi clerici volũt vſurpare iuriſdictionẽ regiã,nã tũc poſſunt mulctari ꝑ iudicẽ ſeculare,
& de hoc iure Rex & eius officiarij ſunt in poſſeſſione & ſaiſina,& hoc iure vtũtur.Ad quod videtur
facere tex.in c.ex parte in Chriſto,de verb.ſigni.vbi permittitur iudici defendere iuriſditionẽ & territorium
ſuũ. Ad id eſt tex.in c.dilecto,de ſenten.excõ.in vj.in certis not.per Inno.in c.olim.j.de reſti.ſpoli.& c.
86 dilectus,de pœnis,*vbi dicit ordinario cõpetere iuriſditionẽ in extraneos impediẽtes eius iuriſditionẽ,per c.
primũ de offi.deleg.quia cõceſſa iuriſditione cõcedũtur ea oĩa ſine quibus iuriſditio exerceri nõ põt.l.ij.ff.de
iuriſd.om.iudi.l.ad legatũ,&.l.ad rẽ mobilem.ff.de ꝓcura.Facit c.propterea c.ſanè,le.ij.c.prudentiã,de offi.
delegati,imò etiã teſtes delinquẽtes corã eo poſſunt puniri.l.nullum.C.de teſtib⁹,& etiã aduocati.l.mortis,
87 ff.de pœnis.Faciũt no.per Inn.in c.venerabili, de cẽſibus. *Imò etiã põt iudex cũ armis & enſe iuriſditionẽ
ſuã defendere.Ita dicit Bal.in margarita,in verbo,iudex,quãdo.ſ.iuriſd. ſua eſt notoria & euidẽs.¶ De materia
dictæ.l.nullũ,in hoc caſu vide Boeriũ in cõſuetu.Bituricen.ti.de iuriſdi. om.iudi.§.xxj. in gl. nec pariter
cõfeſſio,fo.xlvj.vbi plenè reprehendit illam gl.Sed vt dicit.G.Bñdicti in ſua repetitio.c.Raynutius,in verb.
& vxorem nomine Adelaſiã.num.ccccxxiij.talis glo.in Francia quò ad pœnam pecuniariam obſeruatur.

88 In artifi.io deliquẽs. 89

VIceſimò*fallit in clerico in artificio delinquẽte,quia ſecũdũ Bal.in addi.ad Spec.in tit.de reo.verſ.qđ ſi,
ſcholaris põt cõueniri ſub rectore vel camerlĩgo,occaſiõe illi⁹ artis.l.fi.C.de iudi.om.iu.*Nã clerici negotiatores,
quãtũ pertinet ad illã negotiationẽ,ſecũdũ Tãcre.iure cõi laicorũ vti debẽt.C.de epiſc.& cleri.l.
ij.Iſti enim(vt dicit)nõ ſunt puri laici.arg.C.de ſacroſ.eccl.l.ſub prętex.c.fi.de vita & honeſta.clerico.& opti-
90 mè facit prędic.l.fi.C.de iuriſd.om.iudi.*vbi dicit ꝙ miles exiſtẽs in collegio , nõ põt declinare iuriſditionẽ
rectoris vel prępoſiti ipſius collegij,prętextu cuiuſlibet militiæ,vel cinguli,vel dignitatis. Faciũt etiã no. per
Inn.& doct.in c.cũ ab eccleſiarũ.de offi.ordi.& etiã Abbas antiquus in d.c.fi.de vita & honeſta.cleri. tenet
91 Clerici debent ſeruare ſtatuta loci vbi negotiantur.
*ꝙ clerici tenẽtur ſeruare ſtatuta loci vbi negotiãtur.Et ita etiã dicit Bal.in margarita,ĩ verbo,clericus.verſ.
xix.quod ſimiliter tenet Bar.in.l.cũctos populos.C.de ſumma trini.ſed illud intelligit quãdo ſtatura nõ ſunt
cõtra priuilegia clericorũ,quia talia nõ ligãt clericos,niſi poſt trinã monitionẽ,iuxta pręallega.c.fi.ſecũdum
Anto.& And. Sic. ibi.vndè etiã dicit Sicu.in d.c.cũ ab eccleſiarũ,quod de laicis certũ eſt ꝙ ſi exercẽt aliquã
profeſsionẽ licitã,puta quia ſunt ſcholares, barbitõſores,ſutores & ſimiles,poſſunt iſti congregari,& eligere
rectorẽ,ꝗ ſuper eos habeat iuriſditionẽ ordinariã in ciuilibus,in his quæ ſunt occaſione ſocietatis & profeſſionis,
vt eſt caſus notabi.in pręalleg.l.fi.Dicit tamẽ in clericis multũ dubitare propter c.ſignificaſti.de foro
cõpe.& c.de perſona.xj.q.j.vnde nõ recederet(vt dicit)à canonib⁹ diſponẽtibus ſuper iuriſditione clericorũ
propter illã legẽ fi.Sed dico ꝙ d.l.fi.nedũ habet locũ in ciuilibus,imò etiã in priuato delicto cõcernẽte
profeſſionẽ:vt quia venit cõtra ſtatutũ vel negotiationẽ in aliqua ſui ſpecie,vel falſificauit ſecundũ Bar.Bal.
& Sali.in d.l.fi.& Ang.in cõſi.v.& quicquid ſit à tẽpore cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ,clerici artifices
quãdo delinquunt in illa arte,vel abutũtur,iudicãtur per Balliuos illi⁹ & per iudices ſeculares, huiuſmodi
in hoc caſu ciuiliter puniũtur.Et ideo ſemel dictũ fuit per arreſtũ parlamẽti Pariſi. ꝙ clericus cõmittens
abuſum in officio chirurgiæ vel politia,ſuper hoc tenetur corã iudice ſeculari reſpondere,vt dicit Ioan.
Gall.in ſuis quæſtionibus per arreſta,q.clxviij.per prædicta.Dixi etiã hoc anno,ꝙ quidã ſacerdos huius ciuitatis
Heduẽ.noĩe cui⁹ vẽdebatur vinũ,& in ſua domo,quod ſuũ erat,& eidẽ cõpetebat,ex quo mẽſura eius
erat falſa,ꝙ debebat puniri per Vigobertũ Heduẽ. cũ ad eius officiũ ſit dare mẽſuras & põdera in ciuitate
Heduẽ. ideo in eis delinquentes debent per eum puniri vſque ad lxv.ſolidos, & per Balliuum Heduẽ.in
maiori emenda.¶ Et ſunt omnes prædicti caſus in quibus clericus poteſt puniri per iudicem ſecularem.

Reſcriptũ ſuper delictis officialiũ clericorum.

ADDITIO. Anno dñi M.cccccxxx.Chriſtianiſſim⁹ Rex noſter Frãciſcus prim⁹(qui me hoc anno dñi
M.cccccxxxj.erexit in cõſiliariũ parlamẽti Pariſieñ.)impetrauit in priuilegiũ à ſummo põtifice Clemẽte,
ꝙ officiarij ſui clerici in officio eorũ delinquẽtes,nõ gauderẽt priuilegio clericali, & fuerunt
bullę lectę,publicatę,& regiſtratę in parlamẽto anno dñi M.cccccxxxj. anteꝗ̃ eſſem cõſiliari⁹.Sed videtur ꝙ
nõ erat iſtud neceſſe,cũ retroactis multis tpib⁹ multi cõſiliarij fuerãt puniti ꝑ curiã,etiã nõ habẽdo reſpectũ
ad ſimplicẽ tõſurã clericalem.*Et ſic eſt expeditus decimus caſus,in quo puniendus capitaliter euitat mortẽ.

AD materiã prædictã ad vidẽdũ ad ſaturitatẽ quõ iudices ſeculares poſſunt cognoſcere de criminib⁹ clericorũ,
vide G.Benedicti in ſæpe allegata repetit.c.Raynutius.in verb.& vxorẽ nomine Adelaſiã,nume.
ccccclix.vſq; ad nume.ccccxc.de teſtamẽtis.¶ Sed quia dictũ eſt hîc antè ꝙ ſunt nõnulli caſus in quibus iudex
ſecularis cognoſcit de cauſa clerici:quæritur an ex conſuetudine poſſit iudex laicus quęrere iuriſditionem in
clericos? Boerius in conſuetu.Bituriceñ.titu. de iuriſdi.om.iud.§.xxj.in glo.nec pariter. imò etiam ibi ponit
quid in actione reali. & allegat Bald.in c.ij.ad fi.de iudiciis. & Feli.in c.qualiter & quando.col.j.de iudiciis,
92 dicentes,*quòd non valet conſuetudo quòd clericus conueniatur coram iudice laico,etiam in actione reali,
quod tamẽ obſeruatur cõtrarium in Gallia,eo ꝙ temporalia clericorũ ſubiiciũtur legibus & ſtatutis Regis,
per text.in c.cum veniſſent.de eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. & ibi Bal.qui ad hoc notat
illum tex.dixi alibi in pluribus locis.faciunt etiam quæ dicit idem Boerius in prædictis conſuetudi.§.xj.in
glo.quæritur,vbi dicit quòd eccleſia & clerici tenentur ſtare conſuetudini regali & generali.

Secunda regula.

ALia & ſecunda regula eſt,ꝙ clerici in cauſa ciuili corã iudice laico cõueniri nõ poſſunt,etiam ipſis cõſentientibus.
c.ſi diligenti.de foro cõpeten.quia non multum quadrat ad propoſitum,dicam alibi.

VNdecimus*casus in quo quis potest euitare mortẽ est,quãdo,est plenè probatũ delictum, ex quo potest aut debet decapitari,aut furca suspẽdi criminosus,ꝙ per iudicẽ ponatur ad torturã,quia si steterit cõstãs in tortura,nõ poterit ad mortẽ condẽnari. Ita videtur tenere Alberi.de rosa. in rubrica de quæstionibus. C. versi.etiã notãdũ per glo.in l.edictum ff.de quæstio.Et ita videtur tenere Cepo.in cõsi. suis criminalib⁹.cõsi. xxxij.inci. Quidã rustici Vincẽtini.in viij.& ix.col.qđ satisvidetur etiã tenere. Alber.in d.rubrica,qñ tm̃ processerũt indicia,& ꝓbatio est facta per indicia,& ideo qñ quis est tortus precedẽtib⁹ indiciis tm̃,si stet firm⁹ & cõstans debet absolui.l.vnius.§.j.& ibi Bar.ff.de q̃stio.Bar.in l.obseruare.C. quorũ appel. nõ recipi.Sali. in l.ij.C.de cust.reorũ.& credo ꝙ Cepo,male locutus fuerit qñ est plenè ꝓbatũ, nec ꝙ obseruãtia sit talis. Et cõtra eũ est glo.in terminis.in verb.præscriptionis.in l.j.C.de q̃stio.Et in hoc facit opi.Paul.de cast.in l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cleri.& in l.ij.C.quorũ appel.nõ recipiũtur.& ibi Alberi.de rosate.& Bal. & idẽ Bal.in l.milites.C.de quæstio. vbi dicũt ꝙ iudex potest dãnare ad mortẽ illũ cõtra quẽ est ꝓbatũ per testes,etiã si nolit cõfiteri. ¶ Et dicit Bal.in d.l.milites,qđ qñ indicia sunt vrgentia, qui semel cõfessus fuerit in tortura,potest cogi ad ꝑseuerandũ,qđ obseruat curia.* Et idẽ Bal.in c.ad nostrã,circa finẽ de ꝓbatio. & ibi Feli.& Hipp.de Marsi.in suo singulari.cviij. per tex.singularẽ in l. q sentẽtiã.C.de pœnis. dicit etiã idẽ Hipp. in repe.l.j.ff.de questio.*ꝙ reus cõfessus in tormẽtis & pluries repetitus,si nõ ꝑseuerauerit est absoluendus, & ibi ponitur materia qũo reus sit repetẽdus in tortura,& q̃d operetur cõfessio in tortura sine perseuerãtia, & etiã Frãcis. Brutius in tractatu suo de indiciis & tortura.in vj.q.principali.de quæstione & tortura.in xj.& xij.col. Aduerte tamẽ* ꝙ confessio facta in tortura est valida etiam sine perseueratione, quando tortura fuit parua.vt dicit Bal.in l.j.C.de cõfessis.quã refert Paris de puteo in tractatu de syndicatu.fo.cxj.versi.an ex so la cõfessiõe. ¶ Facit q̃a leuiter tort⁹ habetur ꝓ nõ torto,sicut leuis febricula nõ dicitur febris.l. ob vitia.ff. de ędil.edic.& qđ vult in l.ij.C.quorũ appel.nõ recipiũtur.vel qñ appel.nõ est necesse.Alex.ĩ cõs.100.ĩ iij.vo. 93 Nõ cõfitens in tortura, & si plenè probatum fuerit, non potest puniri. 94 Reus cõfitẽs & non perseuerans est absoluendus. 95 Cõfessio in tortura parua est valida etiã sine ꝑseuerãtia.

ADDITIO. Ita etiã tenet Hippo.de Marsi.in cõsi.lxxx.nu.xxvij.& in cõsi.ciij.nu.xxviij.in quo cõsi. ponit modica.nõ sunt in cõsidera.Et aduerte ad vnũ qđ cõmuniter vidi obseruari in balliuatu nostro Heduẽ.& ita cõmuniter obseruatur in omnibus balliuatibus & senescallis Frãciæ, qđ qñ quis ponitur ad torturã,aduocatus & ꝓcur.sunt præsentes,qđ tñ nõ videtur esse de iure,secundũ Bar. in l.custodias. ff.de publi.iudic.& Pau.de ca.in l.legis virtus.ff.de legibus.quos refert & sequitur Matt. de afflictis in cõsti. quæstiones,in ij.nota. *Et sic si per torturã esset sublata illa ꝓbatio, ita ꝙ absolui deberet,sequeretur quòd per indirectũ posset liberare damnãdũ ad mortẽ,quod nõ potest fieri directò,ergo etiã nec per indirectũ,cũ quod vna via.de regu.iur.in vj.Et hãc etiã opinionẽ tenet Paul.de ca.in d.l.si quis in hoc genus.Et Ludo.Roma.in l.j.§.hoc rescriptũ,ĩ vlt. col.ff.ad Silleia. & istã credo veriorẽ,q̃cquid dicat Cepola in d.cõsi.bonũ tñ est ꝙ si iudex ponat quem ad torturam cõtra quem est plenè probatum,ꝙ ponat cum protestatione ꝙ non intendit eum torquere super probatis,vt dicit Alber.in d.rub.quia alias iudex qui hoc faceret sine protestatione esset fatuus . Et quando indicia sunt purgata per torturam , an debeat in totum absolui, an adhuc in pœnam pecuniariam condemnari,ponit Cepo.in dicto consi.xxxij.in ix col. Torturæ q̃ adsint.

ADDITIO. Aduerte ad id qđ dicit Mat.de afsli.in cõsti.regni Siciliæ,quæ inci. si dãna clandestina. vbi dicit ꝙ qñ maleficiũ est liquidũ,male facit iudex ponere malefactorẽ ad torturã . & ibi,in x.xij.xiij.& xiiij.nota.ponit multa singularia in materia tormentorũ & repetitionũ illorũ. Vide etiã eundem in constitutione quæ incipit,humanitate.in v.notabili. vbi dicit quòd testes examinati nõ faciunt indiciũ,nisi sint examinati parte vocata, & quòd testis vnus faciens indiciũ ad torturam debet esse omni exceptione maior,dixi alibi.& in vj notabili ponit de delicto notorio in quo quis fuit captus in flagranti crimine.

DVodecimus*casus vbi quis euitat mortẽ,& cõsequitur gratiã,saltẽ tm̃ valet quantũ gratia principis,de cõsuetudine generali totius Frãcię,si mulier criminosum, qui ad mortẽ ducitur, petat sibi in maritũ dari,& hæc liberatio nõ est generalis,quia nõ ꝓcederet in cõiugato,sed tm̃ in soluto . Et pro certo non est iste casus sine dubio,& videtur ꝙ nõ possit fieri per iudicẽ, quia iudex postquã tullit sententiã, illã reuocare non potest,l.iudex qđ iussit.ff.de re iudica.cũ similibus. Esset aũt isto casu reuocare suã sententiã, si post sentẽtiã hoc faceret, si verò ante sẽtẽtiã esset cõtra regulã iuris,de qua ĩ l.iij.ff.de re iudi.q̃a,vt ibi dicit tex.*q̃ potest cõdẽnare cõdẽnandũ,potest absoluere absoluendũ, & nõ aliter:sed in hoc casu iudex qui potest cõdemnare cõdẽnandũ,nõ poterit illũ absoluere,nisi veniat absoluẽdus, quo casu nõ militat casus noster, q̃a si venit absoluẽdus,ergo nõ puniẽdus.Ex hoc casu esset facere absolutionẽ seu remissionẽ, qđ potest facere solus princeps,ex quo mihi videtur ꝙ sola petitio mulieris nõ sit sufficiens ad liberandũ quẽ ad mortẽ cõdẽnatũ,& dicebat q̃dã ꝙ de hoc est tex.in l.cõmissũ,cũ doctrina doct. C. de adulteriis. sed Iaco.de bello visu,in practica iudiciaria in criminalibus.in tit.de lenocinio.versi.xxvj. videtur allegare illũ tex.in cõtrariũ , nec aliũ vidi facientẽ mentionẽ de hoc dubio.solũ dicit ꝙ istud esset fauor matrimonij.l.j.ff.sol.matri. ¶ Reperi Paridem de puteo in tractatu de syndicatu,in verbo pœna.versi.an si iudex,in fine. vbi tenet ꝙ hoc modo potest euitare mortẽ,ꝑ c.inter opera charitatis. extrà de spõsa. vbi dicit tex.*ꝙ oĩa peccata remittũtur ducẽti meretricẽ in vxorẽ,nec est culpãdus.xxiiij.q.j.cap.non est culpãdus,& dicit ibi Paris quòd Hispani practicant. 96 Mulier cõdemnatum pro marito postulans. 97. 98 Meretricem ducẽti omnia peccata remittũtur.

VIde Guil.Benedicti in sua repeti.c. Raynutius.in verbo. mortuo itaque testatore. j.nume. cclxix. ibi,octauo differtur.extrà de testamen.

ADDITIO. Quia hic ante vides quodãmodo laudatũ meretricium, cuius laudes si vis amplissimè videre,si laudari possit,vide Agripam de vanitate scientiarum in tit.de arte meretricia,vbi amplè laudat artem meretriciam.Ex quibus dictis de his multa adduxi.*

Sed tamẽ nescirẽ nũc hũc casum decidere,nec scio iura facientia, nisi dicatur ꝙ qñ est cõdẽnatus ad mortẽ, ꝙ videtur ei maior imponi pœna,dãdo ei vxorẽ,cũ vt dicit glo.in l.ex his.ff.de legi.& senatuscõ.*De bonis mulieribus nõ est fiẽda lex cũ raræ sint,& ideo presumẽdũ est ꝙ malã vxorẽ habebit, & sic maiorẽ pœnam patietur.cũ,vt dicitur Prouer.xxj. Meli⁹ est habitare ĩ terra deserta, q̃ cũ muliere rigorosa & iracũda.& Prouer.xxvij. Tecta perstillãtia in die frigoris,& litigiosa mulier æquiparãtur.Et dicitur ecclesia.xxv. Nõ est ca- 99 Mulier bona rara auis in terris, nigróque simillima cygno.

put nequius super caput colubri, & nō est ira supe r irā mulieris. & ibidē, Breuis omnis malitia super malitiam mulieris,sors peccatorū cadat super illā,& ibidem. A muliere initiū factum est peccati , & per illā omnes moriemur. Et ideo habenti talem mors erit solatiū,quod potius præsumendū est,quòd eidē bona detur nō est præsumēdū,cū raræ sint. Et facit ꝓ hac rōne,illud qđ cōmuniter solet recitari de quodā dæmone existente in corpore cuiusdā hominis,qui nolebat exire,nisi ad sonū mimi, & cuiusdā alterius instrumēti ad corrizandū,qui cū audisset, petiit quod hoc esset, & tūc cū ei dictū fuisset ꝙ erat quidā qui acceperat vxorē,& erant ibi multæ iuuenculæ corrizantes, timens ne eidē vxor daretur, statim & incōtinēti aufugit, dicēs, video ꝙ vultis mihi dare vxorē,malo potius recedere ab hoc loco q̃ vxorari. Et maluit recedere ad inferos q̃ vxorem accipere. Et pro certo,nō sine causa huic cōdēnato ad mortē parcitur,si à muliere petatur,cū incidat in tormētū perpetuū,qđ vix narrari aut exprimi posset, vt sciūt multi quos docuit experiētia, qui de prædictis attestari sciāt. Et facit tex. vbi est mirabile verbū, Ecclesia. xlij. vbi habetur,ꝙ melior est iniquitas viri q̃ benefaciens mulier,quid ergo de muliere? de qua Ecclesiasti. xxv. Cogitet vnusquisq; qui aliquid expertus est. Nō loquor tamē de bonis mulieribus. ¶ Et de malis & vitiis mulierū qui voluerit videre ad saturitatem & amplissimę videat Ant. Florentinū in sua summa,lib.iij.ti.j.c.xxv. vbi ponit per alphabetum.xxiij.vitia.

Mulierum vitia infinita. ADDITIO. Si bene videas Tiraquellū in suis legi.cōnubialibus ponit centū millia vitia & vltrà,vt sit numerus infinit⁹ ꝓ finito,si bñ cōsideretur.& ante eū Neuizani in sua silua nuptiali, etiā infinita vitia mulierū declarat.& de ira mulieris,vide Bertrādi in cōsi.suo cccxxxvj.in vlt.col.in prima parte.

100 DEcimustertius * casus in casu multū singulari qui ponitur in l. milites.§.desertoré.ff.de re mili. quem posuit Pau.de cast.& Salice.in l.propter insidias.C.qui accu.non pos.per quē tex.dicit Rayne. de forliuio, ꝙ semel quidā filius interfecerat quēdā, ex quo decapitādus veniebat, pater propria autoritate cepit eū, & ipsum duxit ad iudicē,& consuluit quòd nō erat decapitandus . Et istud etiā semel obseruauit imperator in crimine læsæ maiestatis,qui voluit videre textum.vt dicit Cepol.in cautelis suis,cautella prima ,vbi ponit illum casum. Vide Hippolytum de Marsilis in l.j.§.ad quæstionem,col.vj.ff.de quæstionibus.

101 *Si ducto ad mortē obuiam venerit cardinalis, liberatur.* ET pro decimoquarto ponit Cepola loco antè citato aliū casum * scilicet quando ducitur condēnatus ad mortem vel patibulū,si obuiam fiat aliquis cardinalis dicto cōdemnato,ipse reus condēnatus liberabitur alle.Bal.ita tenere in l.addictos.C.de appel.quæ est repetita.in l.addictos.C.de epis.audi. quem sequitur Pau. de cast. dicendo ꝙ istud fit ponendo capellū suū super caput eius qui ad mortē ducitur, & dicit ꝙ istud obseruatur.nō credo ꝙ apud nos istud obseruetur . ¶ Alios casus ponit ibi Cepola in dicta cautela, in quibus potest differri executio condemnati ad mortem. Vide eundem,nolo transportare.

102 *Ingressus religionis.* DEcimusquintus * casus in quo condēnatus ad mortē poterit euitare mortē alio modo quā per gratiam principis,est.s.intrādo religionē. Et sic dico ꝙ ingressus religionis æquiualet gratiæ prīcipis quò ad euitandū mortē,& licet sit istud in iure dubiū,tamē pro parte affirmatiua videtur multū facere, * quia ingressus
103 religionis tollit omnes causas ingratitudinis.gl.est no.in l.deo nobis.C.de epis.& cleri.do.me⁹ Ias.in aut.nō licet.C.de lib.præteritis.tex.est in c.nō liceat.xix.q. vlt & licet. Sali.in d.l.deo nobis. per illū tex. dicat ꝙ solū purgetur ingratitudo sine cō sensu patris cōmissa,tamē veritas est per dictum.c. nō liceat.ꝙ omnis purgatur ingratitudo q̃ dictū ingressum præcessit.& ꝓ hoc facit tex.iūcta gl.in aut.de monachis.in pr.n.colla.j.

ET tales officiales debent remittere maiori iudici seu balliuo sic nuntiatos, à quibus debent percipere iura consueta. l. diuus. *la secõde.* ff. de custo. re. Et in hoc casu solent procuratores aut castellani facere informationes, quas tenentur demonstrare iudici, qui eas penes se tenere potest secretas, nec tenetur ostendere parti. Poterit tamẽ procedere sine informationibus, si nõ fuisset oppositũ, vt dicit Io. Fabri. institu. de publi. iudi. in prin. Sed hodie procurator non potest aliquem trahere in iudicio sine informationibus, per ordinationes regias. Et dicit Io. Faber. in d. loco ꝙ iudex hoc potest, etiam si procurator nolit, & * processus factus contra procuratorem non vocatum valet, tutius tamen est, vt dicit, quòd vocetur, sed per ordinationes regias non possent, quæ sunt per Ioan. Fab. & decisiones iuris per eum allega. 133

SED adhuc pro cõplemento huius gl. videndũ est de duobus. Primò, nunquid bona condemnati ad mortem pro furto, secundũ consuetudinem veniãt confiscanda. Secundò, si veniãt confiscanda, an si condemnatus ad furcas habuerit gratiã à principe, recuperet bona etiam alienata. Itẽ, quod fortius, an recuperet bona existentia in territorio alicuius domini habentis altã iustitiam, quæ sunt ei quæsita per sententiam iudicis. ❡ Ad primũ, videlicet * nunquid bona condẽnati ad mortẽ pro crimine furti secundum consuetudinẽ nostrã veniant & possint confiscari. Bal. in l. iij. post medium. C. si pẽden. appella. mors interue. dicit ꝙ quando quis cõdẽnatur ex crimine nõ enumerato inter publica crimina, de quibus in l. j. & ij. & per totũ. ff. de publi. iudi. nunquam venit publicatio vel confiscatio bonorũ. per glo. magnam, quam reputat singu. quæ est in l. ij. C. qui test. fac. pos. ❡ Hinc dicit Bal. in tit. de pa. constan. in ver. criminalibus, ꝙ condẽnatus ad mortẽ pro furto ex forma statuti, & sic pro crimine priuato, nõ patitur publicationem bonorũ. Fortius & generalius dicit idem Bal. in d. l. ij. ꝙ * condemnatorũ ad mortẽ ex forma statutorũ bona nunquã publicantur, nisi nominatim in statuto caueatur, quia secundũ eum omnia statuta sunt leges priuatorũ iudiciorum, & in condẽnatis priuato iudicio non venit confiscatio bonorũ, & ideo infert ꝙ nõ est necessaria prouisio, aut. bona dãnatorũ. C. de bo. proscrip. Ista refert & sequitur do. Iason. in d. l. ij. in penul. & vlt. col. qui testa. fa. pos. Ex quibus videtur dicendum, ꝙ bona condemnatorum ad mortẽ pro furto, ex consuetudine nostra non sunt confiscanda nec publicanda. Et Soci. in consi. suo. clvij. inci. præsens consultatio. in iij. col.* Et istud mihi videtur de iure, nec obstare videtur alia consuetudo, quæ est in proximo sequente tit. §. j. quę videtur facere regulam, quòd confiscato corpore, confiscantur & bona, quia ad illam respondeo duobus modis. 134 *Bona de furto cõdemnati an confiscẽtur.* 135 136 *Confiscato corpore cõfiscantur & bona.*

PRimo, ꝙ nõ dicit ꝙ confiscato corpore debeãt & bona cõfiscari, sed quòd qui habet potestatẽ confiscandi corpus, habet potestatẽ confiscandi bona. Qui autẽ sint qui habent potestatẽ confiscandi corpus, dixi suprà in rub. & sunt illi iudices qui habẽt merũ & mixtum imperiũ, publicationem autem bonorum cum sit meri imperij nemo potest facere, nisi hoc expressè habeat à principe. Bal. in l. fin. ff. de offi. pæsi. dicam latiùs infrà in dicta consuetudine, multum enim diuersa sunt & separata, ergo de vno ad aliud non fiat illatio, * cũ ex separatis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. 137

ITem, quando dicit illa consuetudo, *qui confisque le corps il confisque les biens*. debet interprętari & intelligi secundum ius commune. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus. de consuetudi. cum vulga. allegatis per dominum meum Iason. in le. omnes populi. in ij. lectu. in penul. colum. ff. de iusti. & iure. & in l. iij. in iiij. colum. C. de iu. emphy. Panormi. in c. causam. extrà de rescrip. Vt ergo interpretetur secundum ius commune, dicendum est sic, *qui confisque le corps, il confisque les biens*, in casibus in quibus de iure bona veniunt confiscanda, confiscato corpore, sed sic est ꝙ de iure communi bona condemnati ad mortem pro furto, ex statuto vel consuetudine, non veniunt confiscanda, igitur &c.

QVicquid tamen dicatur, video communem esse obseruantiam in Burgundia, quę hoc habet, ꝙ vbi confiscatur corpus, confiscantur & bona, etiam in furto. Et non fundant se iudices nisi super illa consuetudine, *qui confisque le corps, il confisque les biens*, quæ quidem communis obseruantia obseruari debet, & à qua non est recedendum. Et satis pro prædicta consuetudine videtur facere textus in lege. eius qui. §. hi verò. ff. de testamen. dicam latiùs in dicto §. j.

De bonis confiſcatis gratiam à principe obtinētis.

138 POſito tamē* quòd bona cōfiſcantur, vel ponamus ꝙ lata ſit ſententia cōtra aliquē de homicidio, ex quo bona veniunt cōfiſcanda, vel de quocunque alio cōdemnatus habeat gratiā à principe, nunquid bona iā alienata debeant reſtitui per talē gratiā. ¶ Itē nunquid bona acquiſita per dominū habentē altam iuſtitiā in aliquo territorio vbi bona cōdēnati, aut pars reperiuntur, veniāt reſtituenda habēti altā iuſtitiā. ¶ Quantū ad primū cōclude ꝙ princeps ſimpliciter reſtituēs aut remittēs pœnā, nō intelligitur reſtituere ad bona. ita loquitur tex. in l. ij. & l. fi. C. de ſentē. paſ. Aut remittit delictum, & tūc reſtitutio nō trahitur ad bona alienata, aut in aliū trāſlata, vt eſt in caſu noſtro ſecūdo, *qui confiſque le corps il confiſque les biens, & appartient la confiſcation*, nā cōfiſcatione facta, talia bona exiſtētia in territorio domini habētis altā iuſtitiā, trāſferūtur in eū, & in tali reſtitutione nō veniūt talia bona exiſtētia in territorio domini habētis altā iuſtitiā. ita loquitur glo. & Bart. in l. Gallus. §. quid ſi tantū. ff. de liber. & poſthu. Ratio enim eſt, quia princeps qui ſimpliciter reſtituit ad bona, nō intelligitur velle tollere ius alteri quęſitū, l. ij. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. c. ex multiplici. extrà, de deci. ſed ad bona quę nō ſunt alienata in aliū, bene intelligitur reſtitutus. ita loquitur tex. in l. j. C. de ſentē. paſ. in fi. Bal. in hoc ſic diſtinguit. Aut alienatio bonorū quę fit, procedit immediatè ex virtute ſentētiæ, puta in caſu dictæ cōſuetudinis, *qui confiſque &c.* quia ſtatim lata ſentētia, bona exiſtentia in territorio alicuius domini habentis altam iuſtitiā, ſunt ei acquiſita, & in ipſum trāſferūtur. Et tunc iſto caſu bona retractātur. per l. ſiue patronus, ff. de iure pa. Aut verò alienatio procedit ex alio titulo, puta ſi poſt cōfiſcationē fiſcꝰ vēdit vel donat, vel aliter alienat bona cōdēnati, & tunc bona nō retractātur, & ita debet intelligi l. j. & ij. C. de ſenten. paſ. & iſta eſt diſtinctio Bal. in l. Gallus, §. & quid ſi tantū. ff. de liber. & poſthu. referēdo dicta. Iſta diſtinctio non approbatur, imò reprobatur per doct. maximè per Areti. in d. §. & quid ſi tantū, in x. col. ff. de liber. & poſthu. dicam latius infrà de hac diſtin. & vide in hoc Ioan. Fab. in §. cū autem, inſti. quibus mo. ius pa. po. ſolui. vide de hac q. Bal. in titu. hic finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiūt, in fin. principij, in vſibus feudorum, vbi ponit de illo qui fuit cōdemnatus ad mortē, & poſtmodū cū duceretur ad furcas, habuit gratiā, an recuperet bona. Dicit idē Bal. in l. nec dānoſa. ibi, ſecūdū exēplum. C. de prçci.
139 impe. offe. *quòd ſi quis impetret gratiā à principe ſuper pœna iā exacta per fiſcū, & nō faciat mentionem de exactione, reſcriptum tale eſt nullum, ita etiam tenet Feli. in c. poſtulaſti. col. iiij. extrà, de reſcriptis.

Reſtitutus ad bona, an recuperet fructus.

140 LImita tamē prædicta inquantū dixi in principio, ꝙ ſi princeps reſtituat aliquē ad bona, * ꝙ bona quæ nō ſunt alienata recuperat, quod nō intelligitur in fructibus, quia fructꝰ nullo caſu recuperat, quādo ſunt pcepti, etiā ſi nō fuerint alienati, tex. eſt in aut. idē eſt de Neſtorianis. C. de hęreti. quem tex. reputāt ſing. Imo. Ang. & Alex. in l. Gallus, §. & quid ſi tantū. ff. de libe. & poſthu. & Ludo. Roma. in l. iuſiurandū quod ex cōuētione. §. procurator. in ij. col. ff. de iureiu. & iſtud idem tenet Bald. in l. j. circa fin. C. de cōue. fiſci debi. lib. x. & Ange. in §. ſi quis de parentibus, in auten. vt cum de app. cog. Bal. in c. domino guerrā, in titu. hic finitur lex. & in l. fin. in vij. col. C. de ſen. paſ. & in l. nam ad ea. ff. de legi. Bal. in cōſi. ſuo ccclix. in j. parte. Dominus meus Iaſon (qui nunq̃ habuit, nec adhuc habet, nec quo ad viuet habebit animū quietū, ſed ſemper ſcrutatur aliquid) voluit impugnare iſtā doctrinā per tex. multū vrgentes, dicit enim in l. fi. in iij. col. ff. de cōſti. prin. licet enim nō inueniā aliquē in hoc cōtradicere, tamen ſemper dubitaui ꝙ iſtud nō ſit verū, & in d. §. & quid ſi tantū, in x. col. dicit, quòd ipſe alias ſæpe, & nunc putat poſſe tenere cōtrariū, ꝙ imò reſtitutus ad bona ſimpliciter, non ſolum recuperet bona non alienata, ſed etiam fructus, dato quòd de fructibus nihil diceretur, per tex. multum clarum, in l. videamus §. in fauiana. ff. de vſur. in ratione ſui, vbi formaliter dicit. Nam verbum, reſtitutus, habet plenam interprætationem, vt fructus quoq; reſtituantur, ad idem ponderat tex. in l. in condēnatione, §. j. ff. de reg. iu. & tex. in l. & ex diuerſo. §. j. ff. de rei vēdi. nec dicēdū eſt (vt dicit dñs meus) ꝙ in illis legibus verbum, reſtituas, ꝓferatur à lege, quia idem quādo ꝓfertur à principe, cū princeps ſit lex animata in terris, §. penulti. in auten. de conſulibus, colla. iiij. glo. in l. more. in gloſ. ij. ad finem. ff. de iuriſdi. om. iudicum.

Verbū reſtituo ſimpliciter prolatum, quid importat.

141 SEcundò & notabilius dicit* quòd quādo verbū, reſtituo, profertur ſimpliciter, etiam à iudice, intelligitur etiam de fructibus, quamuis nihil dicatur, vndè dicit Bal. in rubri. C. de fructi. & li. expen. ꝙ ſi iudex vtatur verbo, reſtituo, intelligitur etiam condemnare ad fructus, ita dicit eſſe tex. in d. §. in fauiana.

TEtiò, pro opinione pręceptoris mei videtur mihi eſſe tex. multū no. ad hoc, & huius materiæ declaratiuus in l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de mino. vbi dicitur, ſi aliquis reperiatur circūſcriptus ꝓpter quod ſit reſtitutus, iudex debet iubere ꝙ res & fructus ſibi reddantur. ¶ Faciunt quę dicit Philippus Decius in regula iuris, in cōdēnatione. §. cum verbum. ff. de regu. iur. & quę dicit Curtius ſenior in cōſi. ſuo 50. incipiente, memoriæ recolēdæ, in antepenul. col. verſi. ex quibus omnibus.* ¶ Ecce ergo quomodo verbū, reſtituo, ſimpliciter prolatū, intelligitur etiam de fructibus, & ad tex. in dicta aut. idem eſt de Neſtorianis. reſpondet idē dominus meus hoc modo, quòd ibi eſt caſus qui poteſt dici ſpecialis in hæretico, cuius bona agnatis applicātur, ſi poſtmodum hæreticus reuertatur ad bonam fidē, lex ibi expreſsè ſtatuit quòd fructus nō recuperet, vndè ex illo tex. iſta expreſsè loquēte, nō eſt licitū arguere, & ita generaliter, vt faciūt doc. & iſtud tenet pro vero dominus meus in dictis locis. Mihi videtur quòd ille tex. nō meruit allegari ad illud propoſitū, ſed pro opinione domini mei debuit allegari, cum rectè intuentibus potius probet opinionem ſuam quàm aliorum doctorum. Nā dicit tex. ſi conuerſi fuerint reſtituenda quidem ſunt bona, ſed abſq; ratione fructuum, pondero dictionē, ſed abſq;, quę de ſui natura videtur importare quādā diminutionē de dictis pręcedētibꝰ, cū aliquali reſtrictione ſeu modificatione dicti pręcedētis. Cū ergo pręcedētia viderētur debere intelligi quòd per verba prędicta omnia deberent reſtitui, ex terminis propoſitis tamen ponitur modificatio in illo caſu ſpeciali, vt fructus qui licet reſtitui deberent appellatione reſtitutionis tantum, tamen in hoc caſu non reſtituentur. Per hoc mihi videtur quòd ille textus multùm bene facit quòd reſtitutio ſimpliciter extenditur ad fructus.

142 SV M nunc in alio* articulo, ponamus quòd reſtitutio fiat per principem, etiā in bonis iam alienatis, nunquid trahatur ad bona acquiſita domino altæ iuſtitiæ per cōſuetudinem, vel alio modo. Ioā. Fab. in §. cū autem, inſtitu. quibus mo. ius patriæ poteſtatis ſoluitur, videtur tenere quòd nō, veritas eſt quod ſubſiſtente cauſa fieri poteſt, quod ſi fiat reſtitutio ad bona ad alium tranſlata etiam alienata, & recuperantur iam alienata, &

nata,& in alium translata, ita tenet Bal.in l.quicũque.C.de fide instrumẽ.scilicet his temporibus paucę fiunt gratiæ,seu restitutiones tales,quia semper vidi appositũ in gratiis.*Et l'auons remis & restitué, remettons & restituons,a sa bonne fame, & renommee,au pais.& ses biens non confisquez.*

ADuerte etiam ad prędicta* ꝙ quãdo dicitur in gratia, plenissimã tibi gratiã facim⁹,ita quòd nihil possit obiici de delicto,ꝙ recuperat omnia bona iam alienata,& in alium translata, ita Car.& Imo. in c. quia diligentia,extrà,de ele.Fel.in c.fi.in iiij.col.extrà,de cõsti.d.meus Ias.in d.§.& quid si tantùm,referendo moti ua do.Car.& Imo.qui mouentur,nã licet princeps nõ possit auferre ius quęsitũ tertio,tamẽ ordinare potest ꝙ ille tertius nõ audietur à suis magistratib⁹.¶*Clarũ est enim ꝙ prĩceps potest moderare & limitare iurisditionẽ suorũ magistratuũ,l.ij.ff.de ori.iur.Et sic talis restitutio ꝑ indirectũ valebit quoad bona alienata, qa ille tertius nõ auditur à magistratibus volẽs hoc allegare,& dicit do.Car.ꝙ ita de facto obseruatur.& Alex. in d.§.& quid si tantũ,dicit ꝙ est vtilissimũ verbũ,vt scias formare gratiã seu restitutionẽ pro amico,sed nõ credo ꝙ istud sit verũ,quia sequerẽtur duo absurda.vnũ scilicet ꝙ fieret ꝑ ĩdirectũ,qđ videtur fieri nõ posse per directũ cõtra.c.tuę.de procu.gl.in c.j.de cõsan.& affi.Bal.in l.j.ff.de cõsti.pec. do.me⁹ Ias.in l.omnes po puli,in xj.col.ff.de iusti.& iur. Aliud,quòd dominus, seu princeps nõ administraret iustitiã,ad quod tamẽ tenetur.Spec.in titu.de feudis.§.quoniam,versi.decimoseptimò.prope finem.Dixi suprà in §.pręcedẽti.in j.gl. 143 *Plenissima gratia,quid importet.* 144 *Princeps limitare potest iurisdictionem suorũ magistratuum.*

ITem aduerte* ꝙ si princeps diceret, facimus tibi gratiã,ista verba solũ importãt simpliciter indulgẽtiã & remissionẽ pœnę,nõ aũt restitutionẽ bonorũ,vt cõcludit Sali.cõtra Bar.in l.fi.ad fi.C.de sen.pas.*Et si dicat,facimus tibi plenã gratiã,tunc recuperabit restitutus bona,dũ tamẽ nõ sint alienata per fiscũ.ita Bal.in ti tu.de pa.constan.in ver.plenitudine gratię nostrę recipimus.& ita tenet do.And.Sicu.dictus Barb.in repe.c. testimonium,in pe. charta. de testi. & in c. eam te.in xij.col. extrà,de rescriptis. dominus meus Iason.in l. posthumo.in vltim.col.C.de bono.pos.contratab.& in l.si tibi decem.§.quædam.ff.de pactis. 145 146 *Verba, facimus tibi gratiã, qđ hic importent.*

ADde etiã quòd idẽ si dicatur in gratia,cancellentur cõdẽnationes, & delicta commissa per talẽ supplicãtem de gratia facta eidem supplicanti,quòd omnia bona etiam alienata per fiscum, vel in alium translata recuperabuntur per sic restitutum,ita tenet Pet.de anc.in cõsi.suo ccccviij.inci.in Christi nomine, probata tanta vi.quòd alle.Feli.in c.super eo.in ij.col.extrà,de offic.dele.sed malè allegat,quia allegauit cõsi. cccc. quando autem gratia facta per principem importet plenam concessionem vel simplicem,vide Feli. in c.inter.in pe.col.in versi.limita secundò,nisi restitutio.extrà,de maio.& obed.

AD casum nostrũ suprà positũ in specie cõdescendẽs,videlicet quid de bonis statim acquisitis post condẽnationẽ quæ acquirũtur domino illius territorij vbi reperiũtur,habẽti tamẽ altã iusticiã, vt dicit tex.no strę consuetudinis.in §.j.infr.*des cõfiscatiõs*.Dic ꝙ si fuerit restitutus ad bona simpliciter, recuperat etiã illa, cũius quæsitũ illi domino trahat effectũ à cõdẽnatiõe.Ita Bal.in d.§.& quid si tãtũ.vbi per Alex.& do. meũ Ias.Ita Feli.in c.inter.ext.de maio.& obe.in prima limitatiõe,qui plura ad hoc alle.maximè Anc.in c. q̃uis,in ij.col.de rescri.ĩ vj.& ĩ cõsi.ccccviij.hìc antè alle.& Bal. in l.si pater.ff.de adoptio. & AEgidiũ de bella mera in decisio.suis.deci.D.ccxlij.inci.Cõclusio patet.Mouẽtur per tex.in l.fi.in prin.C. de sen. pass.& ista est pri ma limitatio Feli. ad regulã ꝙ restitut⁹ simpliciter nõ recuperat bona iã alienata,aliã secũdã hìc antè satis te tigi ex deductis.¶Sed in hac nostra patria vbi hæ gratiæ & restitutiones practicãtur,vbi apponũtur ista verba, *de nostre grace specialle,pleine puissance,& autorité royalle.* quid importãt hæc verba?dicerem importare restitutionẽ bonorũ nondũ alienatorũ per d.Bal.in tit.de pace cõstantiæ,in verbo, plenitudine gratiæ nostræ,etiã si iam essent cõfiscata & fisco applicata per condemnationem, nisi essent verba quæ cõmuniter solent apponi in gratiis seu remissionibus,de quibus antè dixi, *& es biens non confisquez*.ergo si fuerint iam cõfiscata per condemnationem factam per iudicem,non est ad illa restitutus.

NVnquid*autẽ sic restitutus recuperet officiũ.Io.Fab.in d.c.cũ autẽ insti. mandati. dicit ꝙ si delinquat in officio & restituatur seu fiat ei gratia per principẽ,nõ recuperat officiũ.l.si aliquid.C.de suscepto. & ar cha.lib.xij.quãdo autẽ nõ delinquit in officio, secus,quia princeps,vt dicit,dare & tollere officia ad volũtatem potest . Non credo hanc rationẽ esse verã de iure,quia officia principis,etiam licet dentur ad beneplacitũ principis,sunt tamen perpetua,vt dicit do.meus Ias.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori. in v.col. ff.de no.ope.nuncia.& in l.principalibus.in ij.col.ff.si cert. peta. vide Feli.in c.ex literis. in vj.col.extrà de constitu.nec solent in Francia tolli sine causa,& nisi quis in officio delinquat. ¶An * autẽ restitutio degradati & priuati beneficio trahatur ad beneficium,vide do.meum Ias.in l.si tibi decem.ff.de pactis. 147 *Restitutus gratia prĩcipis an recuperet officium.* 148 *Quæstio.*

SED quæro,dicitur hìc ꝙ fur cõmittẽs duo furta &c.debet ad mortẽ cõdẽnari, nisi habeat gratiã à principe, quid si cõtra aliquẽ furẽ fuerit processum,& fuerit talis fur,aut cõuictus,aut cõfessus,quo casu lex tũc infert pœnã & irrogat.l.j.in fi.ff.ad Turpil. an hoc casu prĩceps possit dare gratiã?nã talis sic cõdẽnatus nõ auditur appellãs.l.ij.C.quorũ appel.nõ reci.Sed ex quibus causis & in quib⁹ nõ potest appellari, in illis & ex illis nõ potest in integrũ restitutio peti & dari.gl.est not.in verbo,reformationẽ.in l.vnica. C.si de momen. pos.facit.l.pręses.à contrario sensu.ff.de mino.& nota.in l.illud sciendum. §.fi.ff.de appella. ideo videtur ꝙ hoc casu non proderit talis gratia seu restitutio . *sed ex quo in Francia de consuetudine generali totius regni in foro seculari omni appellationi defertur,secundũ gl. Pragmaticæ sanctionis.in tit.de friuolis appella tio.in c.j.§.quódque.in gl.in verbo,iniustè, nisi in certis casibus exceptuatis per ordinationes regias, scilicet in causis recredentiarum, id est beneficiorũ prouisionaliũ in multis casibus,& in causis vbi condẽnatio non excedit summam vigintiquinq; librarum turon . Sic ergo cũ talis sic conuictus & confessus possit appellare in Francia,ita etiam potest ei fieri gratia,& ad minus non prohibetur, & etiam dicere contrarium esset disputare de potestate principis & dubitare,ex quo incidatur in crimẽ sacrilegij.l.ij.C. de sacrilegiis. & iura in contrariũ allega.loquuntur in restitutione in integrum aduersus contractum,vel actum cum priuato,in cuius præiudicium non debet illa restitutio prodesse,sicut nec illi prodesset appellatio. 149 *In Frãcia omni appellationi defertur.*

ET quia,vt dictum est,istę gratiæ seu remissiones multũ apud nos practicantur,videamus de modo practicãdi & interinãdi eas,& postmodũ subiiciemus multas quæstiones ad propositũ.Nã,vt videmus,semper

diriguntur balliuo loci vbi delictũ eſt cõmiſſum, & facto narrato & expoſito principi, princeps remittit &
Forma gratiarũ. dat gratiam,& reſtituit exponen. quo ad famam & bona nõ confiſcata, deinde inſerit hæc verba, *Si donnons*
en mandement par ces meſmes preſentes au ballyf d'Oſtun ou à ſon lieutenant, au pouoir iuriſditiõ duquel ledict cas
eſt aduenu. Et à tous noz autres iuſticiers & officiers, ou à leurs lieutenãs preſens & aduenir, & a chaſcun d'eulx,
ſi comme à luy appartiendra, que de noz preſens grace, quittance, remiſsion & pardon. Et de tout l'effect & conte-
nu en ceſdictes preſentes, ilz facent, ſeuffrent & laiſſent ledict ſuppliant iouyr & uſer, plainement & paiſiblemẽt,
ſans (pour occaſion dudict cas ainſi aduenu que dict eſt) luy faire mettre ou donner, ne ſouffrir eſtre faict, mis ou
donné, ores ou pour le temps aduenir, aucun arreſt, deſtourbier, ou empeſchement, en corps ne en biens. &c. ¶ Et ſic
ex his mandatur iudici ad quẽ ſpectat cognitio, quòd illum impetrantem beneficio gratiæ vti permittat, cũ
de poteſtate ordinaria, quam habet de crimine cognoſcendi, delegatur per principẽ ad cognoſcendũ de ve-
ritate prẹcũ, quia in omni reſcripto ſemper ineſt clauſula, ſi prẹces veritate nitãtur, toto titulo de prẹci. im-
Si præces veritate nitantur. pera. offe. C. Et ſatis not. in l. j. C. e. tit. de qua clauſula ponit amplè Feli. in c. ij. extrà de reſcrip. & ſic pro ve-
rificatione contentorũ in gratia dirigitur ſeu delegatur cognitio aliquibus, vt dixi, qui habent illam verifica-
tionem interinare. Et in hoc eſt aduertendum, ꝙ procurator regius eſt citandus, qui poteſt dicere contra gra
tiam ꝙ ſit ſurreptitia, hoc eſt veritate tacita, & obreptitia, hoc eſt falſitate expreſſa impetrata. Et in hoc be-
ne debent animaduertere impetrantes, ne dicant mendaciũ & falſum experimant, cum falſus prẹcator care-
re debeat impetratis. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius vel vti. publi. & l. vniuerſo. reſcripta. C. de diuerſis reſ-
151 cri. Canoniſtæ. xxv. q. ij. c. dicenti. §. & ſi legibus. ¶ Et alias in caſu emergenti dixi * ꝙ ex quo quidam in impe-
tratione gratię dixerat ſe nobilem, cũ non eſſet, ex quo falſum dicebat & exprimebat, vt dixi in tit. *des enfans*
de pluſieurs lictz, §. iiij. in glo. *entre gens nobles*, in additione ibi poſita inci. vide quæ dicit Io. ꝙ gratia ſua erat
152 153 ſurreptitia. * cũ princeps facilius præſumatur conceſſiſſe cauſa nobilitatis quã non feciſſet, * quia intuitu no-
154 *Nobilitatis fauor.* bilitatis parcitur delinquenti. c. fi. de pœnis. * & crimina nobilium facilius occultantur. C. de diuerſis offi. l.
ad ſplẽdidioris. li. xij. & de vtroque Luc. de pen. in l. mulieres. in v. & vj. col. C. de dignitatibus, propterea ca-
ueãt qui tales gratias impetrãt. ¶ Quid aũt ſi quis in impetratione beneficij dicat ſe nobilẽ ex vtroq; parẽte,
& nõ ſit ex niſi vno, vel dicat ſe ſimpliciter nobilẽ, & nõ ſit. An talis collatio ſit nulla, aut ſaltẽ tãq̃ falſus prẹ-
155 cator carere debeat impetratis? videtur ꝙ ſic, ex ſupradictis, & etiã maximè * quia in beneficiis magis eſt pro
uidendũ nobilitati. vt no. Goffredus in ſum. tit. de tẽp. ordi. §. ſed circa hoſpitalitatẽ. in fi. ibi, in ſecundo ca-
ſu cũ non poteſt. Facit qđ notatur in c. de multa. de prębẽdis. & in c. cũ adeò, de reſcriptis. & in c. conſtitutus.
ſecũdo de appella. & per gl. in l. ſocietas. §. ſocietas. ff. pro ſocio, & qđ no. gl. in c. ſtatuimus, in verbo, volumus
156 eſſe priorẽ. de maio. & obed. Et dicit And. Barb. * ꝙ quantũ ad prouiſionẽ beneficiorũ nõ eſt opus nec requi
ritur ꝙ nobilis ſit ita literatus ſicut ignobilis, vt dicit dictus And. Barb. cõſ. xxxiiij. col. xxj. in fi. in ij. vol. & Fe
157 li. in c. cũ adeò. in col. fi. de reſcri. imò dicit idẽ Barb. in c. ad aures. de reſcri. * ꝙ impetratio beneficij eſt nulla
158 ſi nõ exprimatur nobilitas, dicẽs, * ꝙ facilius litterę reddũtur nullæ ad beneficia q̃ ad lites. ¶ Contrariũ ta-
mẽ mihi videtur quo ad prouiſionẽ, quoniã vt tenẽt Io. And. Abb. Pa. & alij in d. c. ad aures, de reſcriptis. non
eſt opus in impetratione beneficij facere mentionẽ de nobilitate, ſi ergo fiat mẽtio & nulliter, nõ nocet, cum
159 ſit regula generalis * ꝙ vbicũque aliquid de neceſſitate nõ requiritur, ſi apponatur, licet inutiliter, nõ vitiat. gl.
ſingularis. in l. vinũ. ff. ſi certũ peta. vbi do. meus Iaſ. in pe. col. Feli. in c. examinata. in vij. & viij. col. extr. de iu-
160 diciis. facit qđ dicit idẽ Iaſ. ĩ §. omniũ. col. xxiiij. extr. de actio. vbi tenet * ꝙ ſi iudex exprimat cauſam in ſua ſen
tentia quę nõ ſit vera, non tamen hoc vitiabitur ſententia, cũ expreſſio cauſæ in ſententia nõ ſit de neceſſita-
161 te. * Quia tamẽ fauor ſolius nobilitatis eſt ſufficiẽs cauſa ad cauſandã diſpenſationẽ ſuper pluralitate benefi
ciorũ, ſecundũ Inno. & alios in c. dudũ. *le ſecõd.* ad finẽ. de elec. ibi. Itẽ ſi papa. & faciũt notata in extrauagã. Io.
xxij. inci. execrabilis. & in d. c. de multa. ſi quis ad obtinendam diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorũ
dicat ſe nobilem, cum non ſit, reſcriptum eſt ſubrepetitium. conſului in caſu emergenti.

IMò ſi cognitio nõ mandaretur per huiuſmodi reſcripta, nec in illis dicatur, ſi vobis cõſtiterit, aut ſi ita repe
reris, aut ſi ita eſt, q̃ omnes clauſulæ importãt cognitionẽ cauſæ. Feli. in d. loco, ſed mãdauerit executionem
tantũ, adhuc de veritate prẹcum inquiri oportet. l. & ſi nõ cognitio. C. ſi cõtra ius vel vtili. publi. Canoniſtæ.
xxv. q. ij. c. dicẽti. Et Inn. in c. decętero. de re iudicata. & ideo iſta verificatio eſt neceſſaria, imò, qđ plus eſt, prĩ
ceps eam tollere non poteſt, etiã ſi conſideretur gratia motu proprio. Ita dicit Bal. in l. fi. C. de legi. in d. l. &
ſi non cognitio, vbi ampliſſimè tractat quomodo iſta clauſula, ſi prẹces veritate nitantur, ineſt quantùm ad
deciſionem. Et optimè declarat materiã reſcriptorum ſubreptitiorum & obreptitiorum. ¶ Aduerte tamen
162 * quòd ſi procurator fiſcalis vexet partes calumnioſè, debet condemnari in expenſis, damnis & intereſſe de
proprio. Ita dicit Ioan Fab. C. de admit. tut. l. nõ eſt ignotum. Guil. de mõte lauduno in cle. ſæpe. §. fi. de ver-
bo. ſig. & vide legẽ primã, vbi videtur de hoc tex. C. decurio. & ſtatio. & Guido pape ſingulari ſuo. viij. & xxj.

ADDITIO. Aduerte tñ ꝙ carcerati debẽt nutriri & alimẽtari eorũ expẽ. niſi ſint ita pauperes ꝙ alimẽ
tari nõ poſsẽt, vt tenet idẽ Mat. de affl. ĩ cõſt. regni Sici. q̃ inci. humanitate. in xxij no. ĩ ij. li.

Alimẽta carceratorum. ET aduertẽdũ eſt quia ſi aliqui ledãtur, aut de præiudicio alicuius tractetur, debẽt tales citari, arg. l. nã ita
diuus. ff. de ado. l. de vnoquoq;. ff. de re iud. & hoc, vt poſſit ſe defẽdere & dicere cauſas, q̃re illud fieri nõ
debet. l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. l. fi. ff. de nata. reſti. l. meminerint. C. vnde vi. l. ſi deſerta. C. ſi propter
pub. pẽſita. q̃ defenſio cũ ſit de iure natura. gẽtiũ & ciuili, nõ poteſt ꝑ principẽ tolli. cle. paſtoralis. de re iu. Et
ſi nõ citarẽtur quorũ intereſt interinatio literarum regiarũ ſeu gratiarũ, interinatio prẹſumeretur clandeſti-
163 *Princeps reſcripto nõ poteſt remittere pœnã pecuniariã parti applicandam.* na. d. l. fi. C. ſi ꝑ vim vel alio mo. facit arg. c. ſi epiſc. de prẹb. in vij. imò ſi daret ius partis lęſę, reſcriptũ eſſet nul
lũ, ſcđm iura prẹdicta. Iſtud eñ nõ poteſt facere princeps ſecũdũ gl. not. q̃ eſt fi. & ibi Bal. in l. venia. C. de in
ius vocã. vbi dicit Bal. ꝙ qñ eccleſia cõponit de delictis, nõ intelligitur cõponere de pœnis, & iuribꝰ ſingula
rium perſonarũ. non poteſt hoc facere in præiudiciũ ſingularis perſonę, cui ius eſt quęſitum. Vnde dicit do.
meus Iaſon, per illã glo. * ꝙ princeps per reſcriptũ poteſt remittere pœnã corporalẽ, aut pecuniariã applicã
dam fiſco, ſed non pœnam pecuniariam applicandam parti. Et faciunt quæ dicit Angelus. in l. ſi docueris. C.
ad legem

adlegẽ Corne.de falsis,ꝙ licet per statutũ Perusij,in reuolutione status crimina indulgeantur,ꝙ hoc intelligitur quo ad pœnam,non autẽ quo ad rei raptę persecutionẽ,ex quo multas robarias fecit restitui. Et idem etiam Ang.in d.l.venia,imò si pœna veniret pro parte applicanda fisco,& pro parte priuato, princeps non potest alterare inuito priuato in prȩiudicium ipsius.Ita Abba.Pa.in consi.suo.vj.in ij.vol.in ij.dubio. Quod an sit verum,ponit Lancelo.Decius in d.l.venia.& ideo videmus communiter quòd principes solent apponere in gratiis clausulam, satisfactione parti lęsę facta,duntaxat quæ est consona iuri, per iura hîc ante alleg.

ADDITIO. Quia semper in omni rescripto principis intelligitur clausula,saluo iure partis.vide Mat. de afflictis in consti.regni Siciliæ quæ incipit,mulier quæ dotariũ.in x.nota.vbi etiã ponit de clausula,saluo iure meo.*¶Sed an si pars remiserit,valeat remissio in præiudiciũ fisci.vide Nicolaum Boeriũ in consuetudinibus Bituricen.tit de iurisd.om.iud.§.xvj.in gl.fi.vbi dicit ꝙ non in delicto consistente in committendo,secus in omitendo.Et aduerte*si pater alicuius pupilli fuerit occisus,an tutor poterit remittere iniuriam pupilli.Do.meus Ias.in l.si tibi decẽ.§.quædam.in fi. ff. de pactis.dicit quòd non,quando esset pupillo dedecus,quia secũdum iura digestorum.*verecundia est remittere iniuriam inultam,l.miles, §.sacer. ff.de adulteriis.quem notat ad hoc Angelus in consi.suo.ccxlvij.in j.col. 164 Tutor non potest remittere iniuriam pupilli. 165

IN quãtũ tñ hîc ante dixi ꝙ princeps nõ potest remittere ius parti lęsæ,limita hoc esse verum,nisi princeps ex iusta causa,puta publicę vtilitatis,hoc faceret,per not.p Bar.& alios in l.fi.ad finẽ.C. si cõtra ius vel vtili.publi.p Inno.& alios in c.q̃ in ecclesiarũ.extrà de cõsti.etiã in c.in nostra,de iureiu.Faciũt quæ dicit Host. in summa de pœni.& remis.q̃bus & qualiter.in pe.col.versi.sed pone guerra.Et Pe.de anc. in regula,peccatũ.in xxxix.col.in versi.sed moueo vnã q̃stionẽ.de reg.iur.in vj.in repeti.illius regulæ, vbi dicũt ꝙ vbi pax aliter haberi nõ posset,nisi fieret remissio dãnorũ illatorũ priuatis,valeret remissio,etiã in foro conscientię. Faciũt quæ dicit Feli.in d.c.quæ in ecclesiarũ,in xviij.col.extr.de cõsti.& Alex.in cõsi.suo.cxxxvj. in vlt.col. in j.vo.& in consi.cj.in vj.col.in j.vol.Faciũt & alia alle.per do.meũ in d.l.venia.& in l.fi.in prin. C.si cõtra ius vel vtili.publi.& prędicta debẽt esse in cognitiõe causę,ergo debẽt verificari.¶Itẽ intellige ꝙ si princeps cõcedat alicui gratiã de plenitudine potestatis,vel ex certa sciẽtia,qđ idẽ est,nõ requiritur citatio illorũ quorũ interest.Ita tenet Lud.Roma.in consi.suo.ccclxix.inci.Circa primũ,in x.col.in versi.& huius est ratio.de quo plenè p Frã.de curte iuniorẽ præceptorẽ meũ in cõsiliis suis feudalibus.cõsi.j.in xij.col. ¶*Itẽ etiã debet aduertere impetrans gratiã,ꝙ si cõmiserit aliud delictũ ex quo iam habuerit gratiã, ꝙ de ea faciat mentionem,aliâs secunda est nulla.Ita Bal.in l.nemo.in j.col.C.de epis.audi.ex quo dicit And.Sic.in c. super literis.in xxiiij.col.extrà de rescri.ꝙ in ciuitate Bononiæ fuit de facto decapitatus vnus,qui impetrauerat gratiã remissionis secũdi homicidij,nõ facta mẽtione de primo & eius gratia.Ita refert & sequitur do.meus Ias. in l.nec dãnosa.C.de pręci.imp.offerẽ.quod tamẽ limitat,nisi rescriptũ esset geminatũ,vt ibi p eũ. ¶Ita etiã tenuit Hippo.de Marsiliis in singulari suo cxj.inci.supplicans. Aduerte etiam quia do.meus Iason in d.l. nec damnosa,dicit quòd debet fieri mentio de delicto de quo fuit condemnatus,alias gratia est nulla. 166

ADDITIO. Vide Matt.de affli.in cõsti.quæ incipit,cum vniuersis.in x.nota.*¶Vide Guil.Benedic. in sua repet.c.Rayn.in verbo,mortuo itaque testatore.nu.cxij.de testa.& ibi dicit ꝙ debet fieri mẽtio de qualibet qualitate delictum aggrauãte,& vt dicit Frãc. de aret.in l.possideri.§.si seruus.ff. de acqui. pos.gratia principis nõ extenditur ad casum,de quo si verisimiliter cogitasset, nõ cõcessisset Ioan. Lupus in repe.rub.de donatio.intervirum & vxorem.§.lxix.in fi.¶Sed an pendente huiusmodi verificatione gratię seu remissionis(vt dictum est)criminosus detineri debeat,vel an relaxari possit cũ cautione,& quid si nõ amplius veniat,aut cõpareat,nec gratia interinetur,ad quid teneatur fideiussor.¶*Prǽmitto ꝙ in quatuor casibus accusatus debet detineri,vt dicunt Bal.& Io. de Imo.in l. si quis post.ff.de testa. Primus,si crimẽ pro quo accusatur est capitale. Secundus,si pœna est corporis afflictiua, id est,personaliter,etiã licet non ad mortẽ. Tertius,si sit pro delicto torquẽdus. Quartus,propter inopiã fideiussoris, vt dixi hîc antè. ¶Considerandũ est ergo ꝙ criminosus petẽs gratiã & remissionẽ de delicto,aut pro tali delicto veniebat puniendus capitaliter & ad mortẽ,vt sunt casus quos posui in rub. *Des iustices & droictz d'icelles*,in gl. *& droictz d'icelles*,Aut verò erat puniẽdus,sed nõ ad mortẽ,sed aut bãniendus cũ publicatiõe bonorũ in toto,aut in parte, vt in casibus positis per me,infrà in titu. *Des confiscations*,§.j.vbi amplè In hoc verò casu si nõ erat puniẽdus ad mortem,tunc si relaxetur cum cautione,& ꝙ gratia reperiatur nulla,si reperiatur ꝙ per sentẽtiã esset bãniendus seu deportãdus,& bona illius debeãt cõfiscari, tunc adhuc sentẽtia poterit demãdari executioni, etiã si talis qui impetrauit gratiã nõ cõpareat,& ideo ordinationes regiæ satis bene ꝓuidẽt ꝙ iudices in elargiẽdo criminosos debẽt aduertere si materia sit disposita ad hoc,quæ verba multa importãt. Per quæ etiam verba posset dici,ꝙ si iudex relaxaret aliquẽ, vbi materia nõ esset ad hoc disposita, ꝙ etiã teneretur in syndicatu.Et tunc hoc secundo casu,vt dixi, poterit talis impetrãs gratiam relaxari, cũ cautione de iudicio sisti. ¶Sed si ex delicto pro quo impetrauit gratiam debebat ad mortẽ cõdẽnari, si gratia reperiretur nulla, aut surreptitia & obreptitia,an possit hoc casu relaxari cũ cautione? Videretur ꝙ sic.Nã teste Valerio lib.iiij.tit. de amicitia,c.Damoni,cũ Dionysius Syracusanus interficere vellet Damonẽ,atq; is tẽpus ab eo quo priusquam periret, domũ profectus res suas ordinaret, impetrasset . Pithias non dubitauit se vadem tradere tyranno pro reditu Damonis,quod & acceptum est à tyranno.¶Ecce ergo quomodo pro morte alterius potest dari fideiussor,& videtur esse tex.in c.cũ homo.xxiij.quæstione v.& videtur facere tex.in l.si barsatorẽ secũdũ vnũ intellectũ.C.de fideiu.imò & maxime ĩhoc casu gratię*quia licet officiũ ꝓcuratoris regij sit delicta inq̃rere,inquisita ꝓsequi,& verificata puniri petere.l.conari.ff.d.offi.pręsi.l.j.C.de iura.cal. C. de edẽ. 167 Accusatus quibus in casibus detineri debeat. 168 Officium procuratoris regij.

ADDITIO. Et aduerte quòd prosecutio causarũ criminaliũ debet fieri expensis reipublicæ,& sic sumptibus fisci,vt tenet per plura Mat.de affli. in cõsti.regni Sicilię quę incipit,iustitiarij,in ix. not.dixi alibi infrà.*¶De officio huiusmodi procuratoris regij, vide Guil.Benedicti in sua repe.c. Rayn. in verbo, mortuo itaque test.j.nu. clix. de test. & ibi ponit quomodo debet procedere contra criminosum absentẽ.Diffinitionẽ tamẽ ꝓcuratoris regij seu fiscalis,vide infrà in ru. *Des cõfiscatiõs*,nu.iij.Et facit ad hoc,

l.j.C.de decur.li.x.& l.j.§.fine,de offi.præfe.vrb.tñ ex quo princeps remisit pœnã,videtur ꝙ procurator amplius nõ debet prosequi,nec multũ nocet eius oppositio & cõtradictio q̃ facit,nisi dicatur,vt dixi,ꝙ ꝓsequatur ad verificãdũ si preces veritate nitantur, quia alias gratia esset nulla, vt hic antè dixi , & ideo cũ hoc casu veniret puniẽdus talis impetrans gratiã,ac si nullã gratiã impetrasset. ¶ Ideo quicquid hic ante dictũ sit, multũ est necessaria eius oppositio,& sic cũ in hoc casu si gratia reperirietur nulla, deberet ad mortẽ cõdẽnari impetrãs,ne sentẽtia inde posset esse illusoria.

169 *Fideiussor non condẽnatur ad mortem principali reo nõ cõparẽte.*

*q̃a de iure fideiussor nõ cõdẽnatur ad mortẽ,si prĩcipalis nõ cõpareret,vt est gl.no.in c.cũ homo,xxiij.q.v.de qua do.me⁹ Ia.in l.j.ff.de in li.iur.& Feli.in c.ij ĩ.ij.col.de cõst.& in c.ius generale.in vij.col.j.distin.& in c.cõsultationibus.§.sanè.in fi.extr.de offi.dele. Dicit tñ ibi gl.ꝙ ex cõsuetudine loci potest hoc fieri,iũgẽdo tex.cũ gl.in fi.de qua Feli. in d.c.ius naturale, ideo videtur dicendũ ꝙ nõ debet relaxari,nos tñ cõmuniter relaxamus,& si nõ cõpareat cõdẽnatur fideius.ad pœnã pecuniariã, &

170 declaratur impetrãs carere debere impetratis cũ confiscatione bonorũ, quæ tunc fit. ¶ Cy. Bal. & Sali.in l. nullus.C.de exhibẽ.reis.dicũt*ꝙ accusatus non est detinendus vsq; ad sententiã,sed statim postq̃ apparet eũ esse inculpabilẽ potest relaxari. Et ita in practica seruatur,vt dicit Alex.in additio.ad Bal.in dicta.l.nullus. Et in hoc requiritur sentẽtia prouisionalis, secũdũ Lud.Roma.in singulari suo inci.accusatus.fo.xiiij.quem alle.

171 Boerius in consuetu.Bituricen.tit de iuris.om.iudi.§.xiiij.in glo.j.& in ij.glo. ponit, an & quando & pro delicto seu crimine mediante cautione idonea quis possit & debeat carceribus relaxari & elargiri.*Et dicũt ꝙ relaxatio capturę est in arbitrio iudicis.& ita etiam apud nos idẽ est per ordinatiões regias.Imò idẽ Boerius dicit ꝙ iudex nolens relaxare eundẽ cum cautione tenetur actione iniuriarũ, & ibi vide de materia. gl.in d.c. cùm homo.Non inueni tamen illud singulare Romani suprà allegatũ. ¶ Dicit tamen Mat.de affli.in consti. regni Siciliæ quæ incipit,clementiæ.in fi.ꝙ fideiussor condẽnatur ad pœnã pecuniariam,& fit tamen exactio sine libello, & sine ordine iuris. Et in hac materia fideiussionis de iudicio sisti & de stando iuri in criminalibus,vide quæ ponit idem Mat.in consti.quę incipit,humanitate.in iiij.nota.vbi dicit ꝙ talis fideiussor debet esse idoneus & facilis conuentionis,ideo fiscus tanquã difficilis conuentionis nõ admittitur . Et etiam debet esse talis qui in eodẽ iudicio sine exceptione conueniri potest , si tamẽ detur diues,quí pòst efficiatur pauper, non cogitur reus dare aliũ.Bar.& Alex.in l.ij.ff.qui satis.cogã.& ibi dicit ꝙ iudex potest incipere à fideiussore,vt reũ sistat,nec habet beneficium excussionis,nec etiam admittitur ad dandũ pignus,vbi reus non potest dare fideiussorem,si iudex nolit recipere,nec etiã admittitur ad dandũ in alio loco conuentionis, scilicet vbi est conuentus . Et licet conuenta per reũ vt frater non sit idoneus in facultatibus, est tamen admittendus,& etiã est admittẽdus nõ idoneus,quãdo principalis est sufficiẽs,& morte naturali & ciuili finitur fideiussio . Et illustres cum tenentur dare fideiussorẽ de iudicio sisti,& si præsentetur reus,& aufugiat pòst,non tenetur fideiussor,& per dationem secũdi non liberatur primus.hæc omnia Matthæus vbi suprà,quem vide,& in xiiij. notabili.ponit xj. casus in quibus non admittuntur fideiussores,& talis fideiussio,etiam si sit totiens quotiẽs, finitur perempta instantia,& etiam post binam præsentationem,vt dicit idem Matthæus in constitutio.quæ incipit sæpe contingit.in ij.notabili.in ij.libro.quem vide.*

Fideiussor de iudicio sisti, & de stando iuri in criminalibus qualis habendus,

Videmus etiã in multis casibus ꝙ multi impetrãtes gratias nõ possunt verificare cõtẽta in suis gratiis , nec procurator potest aliquid dicere cõtrà,quia cũ fuit delictũ perpetratũ,nulli erant præsentes . Aut fortè erat vxor,aut filius,aut frater,aut alius testis, non omni exceptione maior, qui erat suspectus impetranti gratiam,iste testis examinatur pro parte procuratoris regij, & aliter deponit q̃ sit expressum in gratia,impetrãs

172 gratiã semper persistit in sua gratia,an iste testis sit sufficiens ad impugnandũ gratiam,posset dici*ꝙ in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores.l.fi.C.de probatio.& ꝙ vni testi nõ creditur,l.iurisiurandi.C.de testibus &c.Et contra impetrantem ꝙ non est ei credendum,nisi quo ad suum incommodũ. Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsiit.ff.de liber.le.ego vidi in multis casibus ꝙ princeps mãdabat iudici,ꝙ ex quo nulli erant præsentes,ꝙ in narratis per impetrantem volebat quòd staretur eius iuramento.

SED quid si aliquis impetret ꝙ stetur in narratis per eũ eius sacramẽto,vt vidi aliquos,an hoc casu standũ sit,nec sit opus alia verificatione,& an procurator regius debeat admitti ad probandũ cõtrariũ. Videtur primò ꝙ princeps non potest facere ꝙ stetur iuramẽto impetrantis gratiã.ꝙ ita commiserit delictum prout narrat,quia in hoc esset iudex in causa propria,ꝙ est cõtra dispositionẽ iuris,vt habetur in l.vnica. C.ne quis in sua causa iudicet. ¶ Itẽ per hoc staretur dicto vnius,qđ nõ potest facere princeps. Feli. in c.constitutus de rescri.& in c.fi.de maiori.& obedi.do.meus Ias.in lectu.l.admonẽdi.in xx.col.& in repeti.in lxxiiij.col.& in l. iusiurandũ ꝙ ex conuentione. in ij.col.ff.de iureiu.dicã infrà in §.seq.in glo.ij.sed tamẽ in hoc casu videtur ꝙ

Nõ stãdũ dicto vni⁹,

173 princeps possit facere,quia istud faciẽdo non disponit ꝙ regulariter stetur dicto vnius, sed solũ in illo casu, & hoc maximè vbi nõ fuissent aliqui præsentes , *quia propter difficultatem probationis & vbi à cõmuniter accidẽtibus difficilis est probatio,admittetur probatio,quæ alias non admitteretur.Per ea quæ dicit Bar.

174 *Probatio per cõiecturas.* in l.illa stipulatione,si Calen.ff.de verbo.obli.in fine.& ibi plenè do.meus Ias. *ꝙ vbi probatio est difficilis admittitur probatio per coniecturas.Et facit tex.in l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milita.& in l.filium eũ diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.per quem tex.dicit do.meus Ias.in l.de pupillo.§. si quis ipsi præ-

175 tori.in vj.colũ.ff.de noui operis nunciatione. *quòd vbi probatio est difficillis, sufficiunt probationes,quæ aliàs tanquam imperfectæ reiicerentur.Idem tenet Feli.in rubrica.de probatione in ij.col.

ADDITIO. Quod qũo intelligi debeat,vide Hipp.de Marsi.in singulari suo.lxxiij. inci.plures sunt .& eũdẽ in sua practica causarũ criminalium.in §.diligenter.nu.83.& 84.vbi ponit cui incumbat onus probandi,quando aliter veritas haberi nõ potest,& in consi.suo.xlj.in ij.col.nu.6. Aduerte tamen ꝙ istud intelligitur dummodo testes nõ patiãtur plures defectus, qm̃ hoc casu nũquã admittũtur,etiã in casibus in quib⁹ veritas aliter haberi nõ potest,vt tenet Hipp.de Marsiliis in consi. suo. cij.nu.xij.alle . Soci.in consi.suo.cviij.incipiẽ.visa.in antepe. col.in versi.postremò.in j.volu.& Barba.in cõsi.lxv.inci. sapienter. in iiij.col.in iiij.vo.Et intellige etiã ꝙ in tali casu quãdo veritas aliter haberi nõ potest,creditur testi inhabili,ꝙ hoc ꝓcedit quo ad tertias ꝑsonas,secus est qñ deponit super eo ꝙ ipse fecit.vt tenet Hipp.de Marsi.in d.cõs. cij.nu.vij.

Testis plures habens defectus an admittendus.

cij.nu.vij.* ¶ Et videtur etiã quòd hoc casu fieri possit, quia ad excusandum in delictis probationes admittuntur, quæ aliàs non admittuntur, vt per plura dicit do. meus Ias. in.l. non solum.§. sciendum, in fi.ff. de nou ope.nunt. imò expressius videtur facere tex.in.l. furti.§. qui iussu. de his qui not. infa. sibi videtur quòd innocentia potest probari per iuramentum. Dicit autem ille tex. sed & si iureiurando delato, iurauerit se nõ deliquisse, non erit notatus, nam quodammodo innocentiam suam iureiurando approbauit.

ADDITIO Curia tamen simpliciter nõ admittit simplices literas regias, per quas princeps mandat 'stari iuramẽto impetrãtis gratiã, sed mãdat & ordinat informationes fieri super cõiecturis quæ oriri possunt ex deductis in gratia, & quæ possunt eũ mouere ad informãdũ animũ de his quæ mouerunt principem ad dandum gratiã & secũdũ casus exigentiam, puta in homicidio vbi est quæstio de aggressione, cõsiderat ea quæ possunt facere præsumere aggressionem ex parte occisi aut occisoris, quæ sunt multa secũdũ Florianũ in.l.ij.§. arietes.ff. si quadrupes pauperiẽ fecisse dicatur, & p Felici. in c. dilecti filij. in pe. col. extrà de exceptionib9, vbi alle. Ale. in quodã cõsi. & illũ etiã allegat Hippoly. de Mar. in cõsil. xlj. nu.13.*

¶ *Hic vides vnũ casum in quo admittitur probatio per iuramentũ partis. ¶ Et facit etiã, quia quãdo constat de casu statur iuramento de circunstantiis, glo. est notabilis in verbo, credẽdum. quã põderat ibi Pa. in c. significasti. extrà de homicidio. Et iste est secundus casus, an admittitur probatio per iuramentum partis. 176 *Probatio per iuramentũ quibus casibus admittatur.*

ET pro tertio facit quòd admittitur probatio per iuramentum ad tollendam & purgandã sinistram suspitionem cõtra reũ laborãtem, quod dicitur sacramentũ purgationis.l. præsenti.§. simili.C. de his qui ad ecclesiam confugiunt, aut. sed nouo iure.C. de pœna iu. qui male iudicauit, ꝙ quomodo intelligatur tam in ciuilibus q̃ criminalib9, monachationis quàm matrimonialib9, ponit Marcus Antonius Baueria in tractatu suo de effectu iuramenti, in liij. effectu, vbi ponit xxiij. casus in quibus admittitur probatio per iuramẽtum, quos hic inferre volo summariè cum quibusdam aliis.

PRO quarto ergo casu dic quòd in expensis litis, quod tamẽ post modũ debet moderari per iudicẽ.l. properandum.§. sinautem alterutra, &.l. sancimus.C. de iudiciis. per glo.j. in.c.fi. extrà quòd metus causa.

PRO quinto dic idem in expẽsis minimis.l. si quis pro redemptione captiuorum.C. de dona. per doc. maximè per do. meum Ias. in.l. scimus.§. in computatione.C. de iure deliberandi.

SExtò in probatione dãni & interesse aduersus dolosum.l. semp.§. hoc interdicto.ff. ꝙ vi aut clã.l. si quando.C. vndè vi. gl. in.§. fi. in verbo, probare, insti. de verb. obli. de quibus duobus vide eundẽ M. Antonium Baueriã, in d. tractatu in liij. effectu. prin. illius effectus, quod intellige in dolo commisso in faciendo, secus in omittendo, do. meus Ias. in.l. argentarius.§. cum autẽ.ff. de edendo, & in d.l. si quando.C. vndè vi.

SEptimus casus est, in volẽte pbare se impeditũ. Bar. in.l. ij.§. ꝙ dixim9.ff. si quis cau. qđ quõ intelligatur, ponit do. me9 Ias. post Alex. in d.§. ꝙ dixim9, ad quos recurre. Et in decisio. Rotę. decisio ccciij. in antiquis.

OCtauus, in probatione perditionis instrumẽti quod penes se erat. Ita probat tex. in.l. fi. C. de fide instr. quod quomodo intelligatur & procedat, vide eundem M. Anto. in d. tractatu & effectu, versic. quintò principaliter, vbi facit differentiam inter conuentum officio iudicis & iure actionis, de quo vide Alexan. in consi. lviij. in j. volu. & consi. xix. in ij. volu.

NOnus, quòd res ad ipsum non peruenit permittendo quòd domus sua perquiratur. Ita dicit Barth. in.l. si quis ex argentariis.§. an verò hęre.ff. de edendo.

DEcimus, quando debitor contra quem producitur instrumentum per iracundiam illud lacerasset, tunc de debito statur iuramento creditoris, ita dicit Bal. in.l.j.C. de fid. instru. Idem M. Anto. in d. trac. & effectu. versi. septimò admittitur. vbi ponit qua pœna puniatur qui subtraxit testes vel instrumẽtũ. allegans Ro. consil. ccccxlvj. incipiẽ. in hac causa. Et quid si creditor lacerauit instrumentũ debiti quomodo probetur delictum, vide do. meum Ias. in repe.l. admonẽdi, in xvlij. col.ff. de iureiur. & Feli. in c. accedens, primo, de litis cõtesta. & in c. sicut, in ccxxxiiij. & v. col. de re iudica.

VNdecimus, quãdo aliquid de nouo peruenit ad notitiam alicuius, c. pastoralis, de excep. c. præsentium, & ibi gl. de testibus, c. si verò, secundò, & ibi glo.j. de sen. excom. Alex. cõsil. cv. & cxviij. in ij. volum.

DVodecimus, ad probandũ ignorantiã suam ꝙ ignorauerit, gl. est nota. in.l. si cui.§. hisdem.ff. de accu. glo. in c. ij. de tẽpo. ord. in vj. quod quomodo intelligatur, & quomodo ꝓcedat, vide eundẽ M. Anto. in dicto trac. artic. liij. versicul. octauò principaliter, & per dominum meum Iason. in.§. sed iste, colum. xx. institu. de actio. & in repe.l. admonendi. cv. col.ff. de iureiu. Et limita vt per Alex. in consi. D. ccij. in ij. col. in j. vol.

ADDITIO. Et per Bertrandi in consilio suo ccclxj. in j. parte, scilicet quando est verisimilis ignorãtia, quoniam tunc probatur per iuramentum.*

DEcimustertius, quia de his quæ quis sui vsus causa portat nõ tenetur soluere vectigal vel gabellã.l. vecti. & ibi per omnes.C. de vecti. cum pluribus aliis iuribus vulgaribus, quod quis portat causa sui vsus statur eius iuramento, gl. in cle. sæpe, in verbo, negotiandi, de censi. & illum ad hoc no. Bal. in d.l. vniuersa est.C. de diuersis rescrip. vel.C. de quibus causis pignus, & in.l. cum proponas, in pe. col.C. de nautico fœnore. Alexan. in.l. cætera.§. sed & si quis.ff. de lega.j.

DEcimusquartus, ad probandum iudicem sibi suspectum fore, ita dicit glos. in.l. apertissimi. C. de iudiciis, quam sequitur ibi Bal. & Salice. & vide dominum meum Iason. ibi.

DEcimusquintus, quando impetrans rescriptum seu literas delegationis ad aliam diœcesim dicit se nõ impetrasse in diœcesi, quia nõ audebat intrare patriam aduersarij sui, vel eius potentiam perhorrescebat, necaliter commodè probare poterat, c. statutum.§. cum verò, de rescriptis, & ibi glo.

DEcimussextus, ad probandum ea quæ dependent ex animo & conscientia, glos. in.§. aliæ, in verbo, dicit, insti. de acti. vbi amplè dominus meus Iason. insti. de act. vbi plures aduocati se remittunt in his quæ tangunt conscientiam ad dicta ipsius do. mei. Iason. ibi.

DEcimusseptimus, in causis summariis quando sententia affert modicum præiudicium. allegatur.l. thesaurus.ff. ad exhi. de qua per dictum do. meum Ias. in.§. præterea quasdã, col. xj. insti. de actio. Feli. in c. quæ

in eccleſiarum.colum.xvj.extrà de conſtitutionibus.

DEcimuſoctauus, admittitur probatio per ſacramentū contra officialē qui accuſatur de furto ſeu baratarìa, ſi aufugit ante finē ſyndicatus, adeò ꝙ cōtra ipſum poterit deueniri ad torturā.gl.& Ang. pulchrè p illū tex.ī aut.vt iu.ſine quoquo ſuffragio.§.oportet, Quē refert do.Ia.ī repe.l.admonēdi.ff.de iureiu.ī cv.col.

DEcimuſnonus caſus in quo admittitur probatio per ſacramentum eſt, quando quis nō poteſt ſatiſdare, & ꝙ fecit diligentiam debitā de inueniendo cautionem. Et hoc caſu cautio iuratoria admittitur.aut.generaliter.& ibi Bal.C.de epiſ.& cle.& quomodo intelligatur, vide Paulum & Alexan.ac do.meum Iaſ.in l.j.ff.qui ſatiſdare cogantur.& Alexan.in conſilio lvij.in iij.volu.

VIceſimus, quando in coutumaciam debitoris petitur fieri immiſſio pro menſura debiti declarati, iuxta tex.in.l. cùm proponas.cū aut. ibi poſita.C.de bonis auto.iudi.poſſiden.Spe.in tit.de iudiciis.§.poſtremò, verſic.vj.quærendum.vbi dicit ita de conſuetudine obſeruari.

VIceſimuſprimus caſus, admittitur probatio per ſacramentum quando ambaſſiator dicit equū ſibi fuiſſe mortuum in itinere, de morte tamen producta ſcriptura à quocunque facta. Et etiam dato quòd illa non faciat ſemiplenam probationem.Bal.in rub.de fide inſtrumenti.col.iij.

partibus abſentibꝰ.ſed cōtra Bar.cōſuluit Alex.in cōſ.ſuo cxxx.in j.vol.& Ancha.in cōſ.cclxx.inci.pro decla.
j.dubij.verſ.reſtat ergo.licet idē Ancha.ſibi cōtrarius tenuit cū Bar.in cōſ.ſuo.ccclxxxiiij.in prin.incip.Primò
& ante omnia.ſed vt dictū eſt,ſi fiat aut fieri poſſit abſente parte interlocu.de citādo,ergo ſine magna cauſę
cogniti one:*& fortè quia quæ cauſæ cognitionē deſide. pręſentiā partis requirūt.l.nec quicq̃.§.vbi decretū. 74 *Cauſæ cognitio præſentiā partis requirit.*
ſecūdū vnā lect.ff.de.offi.ꝓcō.& ſic poteſt etiā fieri ī domo:vt dicit Rota. deci.lix. dūmodo fiat ī territorio.

ADDITIO. Extra autē territoriū quomodo fieri poſſit,ponit Matth.de affli.incōſti.regni Sici. quæ
incip.captiuorū,in vij.nota.in conſti.in ciuilibus, & in conſti. edictorum.in iij.not.& in
vlt.vbi plura in materia. * ¶ *Licet aūt,vt vidimus, in hac patria ſoleāt greffarij ſeu tabellionarij noſtri dare 75

& cōcedere mādata ad citandū & exequēdū,etiā ſine præcepto iudicis,ſaltē ſpeciali in quolibet mandato,ſed
ex generali præcepto eis facto,tamē in Italia ſolēt iudices cōcedere & ſignare ſuis ſignis manualib⁹:vt pluries
feci me aſſidēte capitaneo iuſtitiæ Mediolani:q̄a etiā ſola ſimplicia mādata ad citādū ſignabā,nec auſi eſſent
greffarij dictæ inſtitiæ ſignare.& hoc eſt vt cognoſcatur de iuſſu & cōmiſſione iudicis,quæ per eius ſignaturā
probatur,quæ ſubſcriptio probat,& tātā fidē facit,quantū propria ſcriptura vel inſcriptio: vt dicit Bar.in l.ſi
cui.in prin.ff.de accuſa.do.meus Iaſ.in aut.ſi quis in aliquo.in ij.col.C.de edē.& in l.cum antiquitas,in iij.col.
C.de teſt.Feli.in c.quoniā cōtra.in xxiiij.col.de proba.& in c.cū inter.de re iudi. Propterea multū debēt ad-
uertere ſubſcribētes ad ea quæ ſubſcribūt,cū talis ſubſcriptio multū operetur cōtra eos,tex.gloſ.& doct.in l.
Caius Seius,ff.de pig.acti.Alex.in con.cxxix.in iij col.in j.vol.& iſto modo ibi ꝓbatur cōmiſſio. in quibuſdā
aliis locis ꝓbatur per litteras ſigillatas ſigillo priuato iudicicis,vt dicit Bar.in extraua.ad reprimēdū,in verb.
per literarū,& hoc caſu tales literæ bene probāt, c.poſt receſſionē. de probatio.per Bal.& Sali.in l.ſi qua per
calumniā,C.de epiſc.& cle.licet Rota in xxiiij.deciſ.in antiquis,videatur tenere contrarium.ſed quicquid ſit,
Practica. quo ad nos videmus ꝙ in practica noſtra cōmiſſio nūtij ꝓbatur niſi per ſcripturā,nō quidē iudi.priuatā,ſed à
publica ꝑſona,quā greffariū dicimus,ſcriptā & ſigillatā ſigillo,nō etiā iudi. ſed ordinato à principe ad cauſas,
& hoc eſt ſecundū formam traditam,in c.q̄m cōtra falſam.de probationibus.ad probandum acta iudicialia.
76 Commiſſio an poſſit probari per teſtes idoneos. SED * quia ibidē dicitur ꝙ acta iudicialia etiā per teſtes probari poſſunt, an hæc cōmiſſio poſſit probari
per teſtes?credo ꝙ vno caſu poſſit probari per teſtes in practica noſtra:vtputa ſi nuntius cui facta fuit cō-
miſſio,virtute cuius citauit aliquem,illam caſu amiſit,an actus per eum factus ſit illuſorius? poſſet ſuſtineri ꝙ
probatur cōmiſſio ꝑ teſtes, qui eam viderūt,ꝑ nota in d.c.q̄m cōtra falſam.aliàs nō,quia requiritur ſcriptura
in cōmiſſione,vt dicit do.meus Iaſ.in l.cum proponas,*la premiere*.C.de pact.dicam latiùs inf.in §.ſeq. ¶Sed
77 iuxta prędicta q̄ritur,*an valeat fides facta de mādato & cōmiſſione per greffarium ſeu libellariū,vt quotidie
faciunt cū quis petit mādatū greffariis,faciunt greffarij mādatū bonū,ac ſi in manib⁹ executoris eſſet iā poſi-
tū,eidē executori fidē faciēdo, an executio facta hoc modo valeat,& poſſit hoc modo cōmiſſio iudicis ꝓbari
per relationē greffarij?Iſtud vidi multotiēs ī curiis obſeruari,maximè ſecularib⁹:& quia,vt vidim⁹,hi greffarij
ex vſu & cōſuetudine ſeu ſtylo ſolēt dare ſeu cōcedere talia mādata,ſi faciāt fidē executori de mādato,poteſt
dici,ꝙ nūtius habuit cōmiſſionē,ac ſi verè mādatū habuiſſet.arg.eorū quę notātur,in §.vēdite.inſti.de ēmp.&
vēdi.ſed bonū eſſet,ꝙ eiſdē ꝑ iudicē inhiberetur,ne de cætero fieret talis fides,q̄a eſt periculoſa.¶Quid autē
ſi nūtius dicat & referat citaſſe aliquē ſecūdū ſuā cōmiſſionē,an ꝑ hoc ꝓbetur cōmiſſio præſumptiuè?Imol.
in c.cum parati.extrà,de appel.tenet ꝙ nō,niſi cōſuetudo vel ſtylus habeat in contrariū,quia tūc illi ſtādū eſt.
78 Quæſtio SED iuxta*prędicta,ꝓſequēdo materiā nūtiorū,quęro,mādatur alicui ꝙ exequatur aliquod mādatū de ci-
tādo,aut aliàs alterius generis,citat⁹ aut quilibet alius,cōtra quē executioni demādatur tale mādatū,dicit,
tu nō es ille qui habes poteſtatē me citādi,vel dicat mandatū dirigi ſeruiēti regio,tu nō es talis,ego nō teneor
cōparere,niſi facias mihi apparere ꝙ ſis talis,q̄d fiēdū?dico ꝙ ex quo ille portat literas cōmiſſiōis,& mādatū,
quod vult exequi,ꝙ præſumitur ꝙ ſit ille de quo loquitur cōmiſſio:ex quo enim quis habet munimēta cauſę,
præſumitur eſſe ꝓcurator.Iaſ.in l.j.C.de ꝓcura.in fi.Feli.in c.cauſam quę.ī xij.col.ext.de reſcrip. Sed aduerte,
quia cū nūtij vnius prouincię exequūtur in ſua prouincia in qua ſunt deputati & cōmiſſi,quia eſt ſatis notoriū
ꝙ ſint tales,nō ſolet eis opponi ꝙ nō ſint ſeruientes regij,nec tenētur docere de eorū poteſtate,ſed ſi exeant
prouinciam eorū,tenētur habere literas inſtitu.officij,& ita ſolēt facere.& ſi nō habeāt tales literas,ſolēt per
officiarios regios detineri in carcere,cùm dicātur abuti,ex quo nō docēt de eorū poteſtate.¶In Italia ſolent
apponi hæc verba in mādatis,de cui⁹ relatione ſtabimus tali portatori præſentiū.& hoc caſu eidem adhibetur
fides,per not.per Bar.in l.Lucius,ff.de fideiuſ.& Sali.in d.l.ſi qua per calumniam,C.de epiſc.& cleri.
79 Nota caſum pulchrum. ADuerte * etiā,ꝙ ſi nūtius habuerit in mādato citādi aliquē,& pēdēte citatione iudex moriatur, ꝙ tamen
nūtius poteſt citare ſine alio mādato ſucceſſoris,& valet citatio.Ita dicit Bar.in l.vēditor.§.iudices,ff.de
80 iudi.& in fi.illi⁹ §.Bar.dicit*ꝙ ſi iudex dedit in mādatis nūtio ad faciēdū quādā executionē,& anteq̄ exequa-
tur,moritur iudex qui mādauit,ꝙ valet executio poſt mortē eius facta.alleg.& ſe remittit ad notata per eun-
dē.in l.fi.ff.de acqui.poſ.vbi hoc tenet.alle.no.in c.ſi ſuper gratia.de offi.deleg.in vj.& not.per eundē Bar.in
l.ij.§.ſed & ſi quis.ff.de do. Faciūt not.per Io.Fab.in §.item ſi adhuc.inſti.manda.Ita etiā tenet do.meus Iaſ.
81 An nuntiorum officiū morte cōmittētis expiret. in l.more.in xij.col.ff.de iuriſ.om.iud.Et Feli.in c.eccleſia.S.Marię.in xiij.col.ext.de cōſt.¶*Eſſet ſucceſſiuè
videdū,an nūtij deputati ab habēte poteſtatē deputādi(vt hodie eſt Rex,tēporibus verò præteritis ſolebant
deputare balliui nūtios)mortuo deputāte & cōmittēte, poſſint exercere eorū officia, etiā ſi nō fuerint cōfir-
mati à ſucceſſore:& ſic an eorū officiū finiatur morte cōmittētis ſeu deputantis?¶Iſta q̄ſtio poteſt eſſe gene
ralis ad officia,quæcūq; ſint:an mortuo Rege ſeu alio cōſtituēte ſeu deputāte,vacet officiū.Fit q̄dā diſt. inter
officia ad beneplacitū,& officia perpetua,quia,vt dicit Sali.in l.iubem⁹.C.de aduo.diuer.iud.officia.poſit⁹ ad
beneplacitū reuocatur morte inſtituētis,ſecùs in officiis perpetuis.Dicit tamen do.meus Iaſ.poſt Bar.in l.de-
putato.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de no.ope.nū.& in l.principalibus.in ij.col.ff.ſi cer.pet. Et Feli. in c.ex literis,
82 Officialis ad beneplacitū dicitur perpetuus. in vj.col.de cōſti.*ꝙ officia.ad beneplacitū dicitur perpetuus:ſed credo hoc eſſe verū in officialib⁹ principis,
& hoc obſeruatur in toto regno Frāciæ,quia oīa officia ſunt ad beneplacitū,& tamē ſunt perpetua. Videmus
tamē ꝙ mortuo Rege,requiritur cōfirmatio à ſucceſſore,ſed fiūt tales cognitiones ſine cauſæ cognitione.Io.
Fab.verò,qui fuit Gallus & cācellarius Frāciæ,& magnus practicus,facit aliam diſtinct.in §.itē ſi adhuc.in ij.
83 & iij.col.inſti.māda.vbi dicit,*ꝙ officia.habētes iuriſdi.ordina.vt ſunt balliui,& ſeneſcalli Regis,nō reuocē-
tur morte cōcedētis & inſtituentis.Ex quo etiā infert,ꝙ balliui baronū,& iudices,nō reuocātur morte domi-
norū.Faciunt quæ dicit do.meus Iaſ.in l.more.in iij.col.in v.not.ff.de iuriſ.om.iu.& Io.Fa.in d.§.quęrit quid
de lega.ad vniuerſita.cauſarū.De inquiſitorib⁹,de officiali epiſcopi,de ei⁹ vicario, & quibuſdā aliis,vide eūdē
ibi,& in hac materia fac regulam, cum ſex limitationibus per do.meū Iaſ.in d.l.more. in ij.& iij.col. & etiam
84 vide Feli.in c.relatū.ext.de offi.dele.vbi facit regulā de mādato extraiudiciali cū limitationib⁹.¶*Et tenetur
nūtius recipere mādata ad exequendū quę eidē per partes præſentētur,& illa executioni demādare,aliàs pu-
nitur

nitur.arg.eorũ quę dicũtur de iudice,q tenetur iudicare.Bar.in l.spõte.§.iudicãdi.ff.de mune.& hono.¶*An quis cogatur esse iudex? dic ꝙ sic,nisi rationabilẽ causam alleget.Paris de Puteo in trac.de syndica.in verbo, arbitrium,versi.potestas,fo.xxv.vbi etiam per plura dicit,*quòd iudex potest cogere iurisperitos aduocatos suæ iurisditionis & sedis ad sibi consulendum,maximè in causis fisci pro principe, etiam sine salario. Et istud hodie apud nos per ordinationes regias obseruatur. 85 *An quis cogatur esse iudex.* 86

ADDITIO. Vide etiam Matt.de affli.in const.quæ incip.vt vniuersis.in princi.in gl.& dixi inf.in titu. *des droictz & appartanãces à gens mariéz*.§.vij.in gl.*si ce n'est du cõsentemẽt*.*¶*In causa tamen qua fuit quis aduocatus,non potest cogi esse iudex.Boerius in consuetudinibus septenæ Bituricen. in tit.de iurisdi.om.iudi.§.vij.per tex.in l.prætor.ff.de iurisdi.om.iudi.& in l.fi.C.de offi.assesso. 87

ET de tabellione qui cogitur facere instru.vt dicit ibi Bar.alleg.in arg.l.ij.§.viatorum.C.nau.caup.stab. & l.sancimus,*la premiere*,C.de aduo.di.iudi.vbi dicunt Ang.& Sali. * aduocatus cogitur aduocare pro partibus à quibus petitur,aliàs punitur si renutat.alle.l.prouidendũ.C.de postu.quæ bene facit. 88

ADDITIO. Aduerte ꝙ aduocatus potest exercere in patria sua officium aduocationis , & non tenetur ire ad custodiã ciuitatis.Mat.de affli.in consti.regni Sici.quę inci.iustitiarios.in j.nota.quod intelligit,dummodò habeat officiũ aduocãdi.*¶Sic ergo nũtius tenetur mãdata recipere, & recepta executioni demãdare.¶Quod etiã intelligatur sine dubio,quãdo iã incepit in aliqua causa, quia semper cogitur. Ita Bar.in l.j.in versi.item indirectè.ff.de offi.cõsul.& in l.j.C.de sportu. & facit in ar.quod dicit Bar.in l.at si quis.ff.de religiosis & sumpti.fune.dicit tamẽ Ang.in d.l.j.C.de sportu.ꝙ istud non obseruatur. ¶Aduerte, quia aduocatus cogitur suscipere patrociniũ,notarius cõficere instru.hospes,caupo,& tabernarius hospitem, procurator solitus exercere officium procurationis in palatio procuratio.meretrix quæ est in lupanari hominem.ista omnia dicit & comprobat Philip.Decius in l.inuitus nemo.ff.de reg.iur. quo ad vltimum tamen de meretrice non credo verũ,quia potest semper pœnitere:& quia non est materia nostra,ideo nõ aliter insisto. *Nota.*

ADDITIO. Sed tamen cur hoc quòd non puniatur de iure ciuili violentia facta meretrici,vide Matt.de afflictis,in constitutione,omnes nostri.in iij.notabili. *Citationis synonyma.*

MVlta*sunt noĩa q̃ idẽ importãt:vt est citatio,in ius vocatio,monitio,edictũ,denũciatio,cõuẽtio,& aliud, quod in vulgari nostro dicim⁹ adiornamẽtũ.De quibus oĩbus ꝑ Io.Fa.in §.fi.insti.de pœna teme.litigã. *vbi quærit,an citatio sit de necessitate iudicij.Et multa ibi per eũ.& per doct.in c. q̃m cõtra falsam. ext.de proba.in c.fi.de elect.in vj.Plura per do.meũ Ias.in l.j.ff.de in ius vocã.vbi cõcludit ꝙ est necessaria cõtra absentẽ,sed data præsentia partis in iudicio,nõ est necessaria alia cautio:vt ꝓbat ibi xj.rationib⁹:& limitat trib⁹ limitationib⁹.Et vide aliqua ꝑ Feli.in c.cũ oporteat.de accusa.¶Et est ita necessaria,ꝙ si in ea sit vitiũ,nunq̃ processus per contumaciam factus,est validus,vt dicit Bal.in aut.si omnes.C.si ab hæredita.se abstineant. 89 *Citatio an sit de necessitate iudicij.* 90

ADDITIO. Et ita tenet Mat.de affli.in cõsti.causas alias, in iiij.no.& ĩ cõsti.si qui nostrorũ,in vij.no. faciũt quę dicit Hippo.de Marsi.in cõsi.lxxxj.nu.xlix.& 50.in j.vol.*Et aduerte,quia Io. Fab.ĩ l.si nõ cognitio,& ibi do.me⁹ Ias.C.si cõtra ius vel vti.publ.dicũt ꝙ tales executo.nullã hñt iurisdictio. & dicit ibi Io.Fab.ꝙ ita obseruat curia Frãc.Videtur tñ ꝙ in executioĩe casus nouitatis,executores hñt cognitionẽ causę.¶Vide de prædictis quæ dicit Boeri⁹ in cõsuet.Bituricẽ.tit.de iuris.om.iudi.§.xv. vbi dicit ꝙ tales seruiẽtes possunt citare viua voce in via publ.sed nõ possunt hoc facere apparitores in curia ecclĩastica in Frãcia.Et dicit ita fuisse per arrestum curiæ parlamenti Parisiẽsis cõtra plures episcopos pronuntiatum.

ADuerte etiã ꝙ episcopi ĩ regno Frãc.nõ habẽt territoriũ extra suas ecclesias & illarũ septa,secũdũ Cy. & Bal.in l.episc.C.de episco.audiẽ.ex quo nõ possunt exequi sentẽtias eorũ in temporalibus,nec facere inuentaria de bonis temporalibus laicorũ,nec capere clericos,etiã nõ cõiugatos,personaliter.vt dicit.Guil. Benedicti in sua repetitio .c.Raynut.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nu.ccccxxiiij.extrà de testa.

SED quia suprà dictũ est ꝙ offi.isto.nũtio.est mãdata exequi,& potissimũ est citationes facere,videndũ est q̃uo hę citationes debeãt fieri.*Pro intelligẽtia cui⁹ est aduertẽdũ,ꝙ duplex est citatio,q̃dã verbalis,q̃dã realis siue ꝑsonalis.Verbalis est quę fit in causis ciuilibus & pecuniariis,in quib⁹ nemo ꝑsonaliter adesse cogitur, & quæ tãtũ dat diei assignationẽ ad cõparẽdũ corã iudice.Aliq̃n tamẽ in causis ciuilibus etiã quis citatur realiter,vide de pręd ictis no.in l.iij.& fi.C.de ꝓcu.Realis verò siue ꝑsonalis est quæ fit ꝑ personę detentionẽ,captionẽ,aut arrestationẽ.Notãtur hęc per Bar.in l.plerisq;,cũ l.seq.ff.de in ius vocãdo.Et ista realis regulariter fit ĩ causis criminalibus,ad quod debẽt aduertere nũtij,ne citẽt realiter,nisi habeãt mãdatũ ad hoc. Aduertãt etiã ad locũ,*quia talis citatio nõ potest fieri in ecclĩa,inuito citato. C.de his qui ad eccle. cõfugi. toto ti.& habetur in c.decet,de ĩmu.ecc.per Bal.& Sali.in l.nemo martyres. C.de sacrosan.eccle.* nec etiã põt fieri ĩ domo ꝓpria talis citatio realis.Quod quõ intelligatur notãt doct.in d.l.plerisq;.ff.de ĩ ius vocan. nisi tñ in cã crimĩali,ĩ qua etiã põt fieri citatio realis.notãt doct.ĩ d.l.plerisq;,vbi potes videre de plurib⁹ q̃stionib⁹ad ꝓpositũ,q̃ essent extra materiã hui⁹ §.ideo eas omitto.Et sic ex his cognoscitur*ꝙ loc⁹ vbi quis citatur cõsiderãd⁹ est,valet tñ citatio facta sine loco.Ita Feli.ĩ c.cũ M.Ferrariẽ.col.iij.ver.& hic videm⁹.ibi, & si episco.citauit de cõstitu.quod intellige verũ ĩ ordinario,secus ĩ delegato vel arbitro. Bar.in l.si vt ꝓponis,*la secõde*,C.quõ & q̃n iudex.& ibi Ang.ĩ l.j.§.hęc stipulatio,in vij.col.ff. si cui plusq̃ ꝑ legẽ Falci.Et adde Car.in c.fi.de rescri.*& quãdo quis citatur ad locũ nõ tutum, vide doc.in cle.pastoralis.§.Pisana.de re iudi. 91 *Citatio duplex. Verbalis.* *Realis siue personalis.* 92 93 94 *Locus in citatiõe cõsiderandus.* 95

ADDITIO. Hic est vnus casus in quo citatus nõ tenetur comparere,dixi amplè in consi.quod feci ꝑ rege Angliæ,qui fuit citatus vt compareret Romæ in causa matrimoniali, vbi amplè tractaui hanc materiam.& alios casus ponit Matthæus de afflictis in constitu. quæ incipit,priuilegia. * ¶ Et an teneatur mittere procur.vide Ang.in disputatione sua incipien.Bononien.in xiiij.& xv.col.& Feli.in c.cum te.in j.colum.extrà,de offic.delega.Bar.in l.idem.ff.pro soc.

ADDITIO. Intellige etiã de loco vbi quis citatur,quia extra territoriũ nõ põt citari,vt tenet Matth. de affl.in cõsti.regni Siciliæ,q̃ incipit,ĩ ciuilib⁹.nisi cũ cõmissiõe iudicis vbi citatur , & in cõsti.quæ incipit,edictorũ.ponit si sit facta extra territoriũ.in iiij.& xij.nota.* ¶*Tẽpus etiã cõsiderari de- 96 *Tempus cõsiderãdum.*

bet in citatiõe.f.dies & hora.De die aũt quęrẽdũ esset,an die feriata fieri possit.Sed de hoc vide q̃ dicit Bar. & post eũ do.meus Ias.in l.j.§.nũtiatio.ff.de no.ope.nũ.vide no.per doc. in c.fi.de feriis. & multũ est aduertendũ ad doctrinã Bar.in d.§.nũtiatio.vbi etiã multa alle.per Alex.in apostil.& in duobus actib⁹.f. in cõmissiõe & coarctatione q̃ fit per nũtiũ.sto cũ opiniõe Io.An.in c.fi.de feriis,vbi tenet ꝙ de cõsuetudine hi duo

97 Omnes actus iudiciales diebus etiã feriatis exerceantur ĩ Gallia.

actus fiũt.Et ita obseruatur,sed si ĩ cõparitiõe,nõ obseruatur in Burgũdia.*solẽt tñ Galli in suis assisiis,quas tenẽt bis aut ter in anno,in qualibet prouincia,exercere oẽs actus iudiciales,etiã dieb⁹ feriatis, imò cõmissarij curiæ parlamẽti Parisien. solẽt omnib⁹ diebus etiã feriatis exercere actus iudiciales, puta examinare testes & alios actus facere,quod est prohibitũ.l.actus.C.de feriis.& l.si feriatis,nisi tamẽ in causa criminali,quæ potest etiã die feriata fieri.l.prouinciarũ. C.de feriis. ¶ Itẽ etiã die feriata potest interponi appellatio.lj. ff.de feriis.quod non credo esse verũ in appellatione iudiciali,in iudicio seculari,quia illico est appellandũ per ordinationes regias,maximè in Burgundia. ¶ Itẽ etiã libellus potest dari die feriata,notatur in d.l. j. Et Spe.in tit.de feriis.§.sequitur. Nõ tamẽ potest recipi instrumentum die feriata secundũ l.fi.C.de feriis,sed tamẽ potest eodẽ die loqui de his quæ sunt in instrumento recipienda. qđ nõ obseruatur de consuetudine totius mundi.* ¶ Vide quid in hoc dicat Ioan.Sanxon in consuetudi. Turonẽ.titu. *des droictz de moyenne iustice*, articu. vj.fo.xxxiij.Et ibi tenet quòd executio die feriata facta valet,per Panormi. in cap. fi.de feriis. ¶ Vide Matt. de afflictis in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit,si quis nostrorum fidelium.in rubrica.*

ET aduerte ad quæstionẽ Bar.in l.oẽs.*la secõde*.C.de feriis.& Panor.in c.fi.de iudi.an persona obligata ꝓ debito ad corpus,possit in vim mãdati guarẽtigiati,& est instrumentũ sub cãcellaria contractuũ ducatus Burg.receptũ,capi ad corpus & personaliter diebus feriatis.Et credo ꝙ nõ in diebus feriatis in honorẽ dei, nisi esset suspicio fugæ,& etiã hoc casu,& in causis criminalibus,etiã dando torturã,potest procedi die feriata.Do.meus Ias.in l.diuus Traianus.ff.de feriis.quæ nota. ¶ *Sed an quis possit se obligare ad corpus, vide

98 An quis se possit obligare ad corpus.

infrà tit.*des rentes uendues a rachat*, §.iij.in gl. *quand ilz sont mis*,in additione ibi posita,incipien. Aduerte tamen.Et aduerte ꝙ multis modis quis potest obligare.vide Lucam de penna in l.cũm scimus.in ij. col. C.de agricolis & censi.lib.xj.vbi tenet*quòd quis non potest se obligare sub vinculo excommunicationis, contra

99 opinionem Bernar.Imo. & Hostien.in cap.cum dilecti.de electio.

ADDITIO. Aduerte tamen quòd filiusfamilias non potest se obligare ad corpus,nec clericus, nec mulier,nec doctor,vt tenet Hippolytus de Marsiliis in sua practica causarum criminalium, in verbo,attingam.nume.lxj.vsque ad numerum.lxxj.*

COnsiderare*etiã debet nũtius tẽp⁹ certũ in assignatiõe diei,q̃a debet assignare diẽ citatiõi certã,q̃a si cita-

100 Dies certa assignanda.

ret simpliciter nõ assignata die certa,nõ valeret citatio scđm Bar.ĩ l.liber hõ.*la secõde*,§.decẽ hodie. ff.de verb.obli. ¶ Itẽ Bar.in l.aut q̃ aliter,§.j.qđ vi aut clã.& ibi Alex.plenè ꝑ Ang. de Peru.in l.si vt ꝓponis. C. quõ & qñ iudex. & Bar.in l.liber homo.§.decẽ.ff.de verb.obli.& licet sint in hoc diuersæ opiniões, tñ doct.

101 illas cõcordãt in d.§, decẽ hodie,maximè Io.de Imo.q̃ sic dicit,*ꝙ q̃tũ ad multãdũ citatũ ꝓpter cõtẽptũ magistratus, sufficit citatio sine termino,q̃a citat⁹ tenetur cõparere q̃primũ potest, scđm Spe.& Io.An.in tit.de cita.§.sequitur. versi.sed qđ si non præfixerit. & dicit ꝙ assessores & iudices solẽt vti hac practica. Nescio de practica quo ad eũ, sed quo ad nos,& ĩ hac practica istud nõ obseruaretur:sed,vt dicit, q̃tũ ad hoc vt possit cõtra eũ ꝓcedi,tanq̃ cõtra cõtumacẽ ad reliquos actus iudiciales,nõ valet citatio.Et ad c.eos.de sen.excõmuni.in vj. satis respõdet,qđ ibi est speciale propter periculũ mortis,sed q̃cquid sit,credo ꝙ illa distictio nõ valet,nec sit vera, q̃a hoc casu vna & eadẽ res diuerso iure cẽseretur,qđ nõ est dicẽdũ,l. eũ q̃.ff. de vsucapi. nec etiã seruatur in practica quo ad nos, & si obseruaretur,posset sequi multa in cõueniẽtia:puta ĩ materia guardiæ & casus nouitatis, si ĩpetrãs ĩ prima assigna.nõ cõparet,cadit à iure suo.Et hoc casu posset esse ꝙ vna die cõpareret , & altera die opponẽs q̃ peteret defectũ sibi dari: & si ĩpetrãs nõ esset præsens, posset facere defectũ,& sic cadere à iure suo. Alia possũt videri incõueniẽ.ideo apud nos obseruatur ꝙ debet dari certa dies.

ADDITIO. Imò etiam debet dari competens,vt.f.citatus habeat tẽpus cõgruũ secundũ distã.locorũ in accessu & in cõparitione:aliàs redderetur nulla,vt dicit Matt.de affli.in cõsti.regni Siciliæ, quæ incip.causas alias.in iiij.not.& in cõst.si quẽ nostrorũ.in vij.not.Et de die certa,idẽ Matt.in cõsti.quę incipit,in ciuilibus.in iiij nota. Et debet nomẽ nuntij apponi in citatione,aliàs est nulla.Hippolytus sing.cclv.*

Nũtij nomen in citatione.

SED quid de hora?Hanc quæstionẽ etiã examinat idem Ioan.de Imo.in dicto.§.decẽ.sed dic, * quòd si iu-

102 Hora certa an sit exprimenda.

dex habeat certam horam,non est necesse exprimere horã,etiam si habeat duas horas,sufficit quòd compareat vltima. Si verò nõ habeat certã horã,debet exprimi hora.ita videtur tenere Bal.in d.l.si vt proponis, C.quomodo & quando iudex.Panor.in c.consuluit,extrà de offi.deleg. Faciũt quæ dicit Inn.in c.cum nobis olim,extrà,de elec. ¶ Et aduerte ad ea quæ dicit idem Io.de Imo.in l.qui ante Calendas.ff.de verb.obli.vbi ponit practicã cõtra illũ qui distat multũ à longè,& qui est difficilis ad citãdũ:quia,vt dicit,si compareat, aut eius procura.in vna assigna.debet sibi eligere locum in quo citari velit.Quam practicam dedit Inn.in c.constitutus,de procu.& in c.auditis.eo.ti.& plura alia remedia ponit ibi,sed istud est practicabilius:aliàs fiat vna

103 Expensæ citationis.

citatio generalis,quæ tamẽ nõ semper videtur permissa,vt ibi per eũ * & ibi ponit de expẽ.citationis q̃ debentur per contumacẽ.per glo.in c.querelã.de procu.quæ est nota. ¶ Quia hìc fit mentio de hora, aduerte, quia expressio horę in instru.multũ prodest,vbi est quæstio de prioritate.quoniã si in vno instru.fit hora inserta,in alio nõ,præfertur illud quòd habet horã.Ita perpulchrè tenet Ias.præceptor me⁹ in l.j.in ij.& iij.col. ff.solu.matri.vbi ponit in casu c.si à sede.de præben. in vj. ꝙ bonũ est in prouisione ordinarij ꝙ apponatur hora,vt transferat onus probandi prioritatẽ in prouiso à summo pontifice,& ibi multũ bene declarat mentem illius.c.&.gl.ibi.de qua vide etiã Feli.plenè,in c.pastoralis.in iij.& iiij.col. & in c.capi.in v.col. de rescri. & in c.sanè, *le premier*, de offi.delega.& dicit idem Feli.in c.j.in iiij.colum.extrà,de fide instru.quòd appositio horæ in instrumentis non est de necessitate,tamen quandoque prodest.

104 Locus certus.

NVnquid*autem citatio debeat fieri ad locũ certum.Bar.l.si vt proponis,*la secunde*,C.quomodo & quãdo iud.dicit quòd aut citatio est quæ fit coram iudi.ordina.& tunc non,quia habet locum deputatum,in quo

quo loco debet ſedere.d.l.ſi vt proponis.quod limita vt per do.meum Iaſ.in l.ius pluribus.ff.de iuſti.& iure. aut ſit coram deleg.nō habente locū maiorum.Et ſi ab initio deputatus eſt locus, & tūc nō debet inſeri, aliās ſit qui debet eſſe particularis.faciunt quę dixit Alex.in conſi.ſuo cxxiiij.in penul.col.in ij.vol.&Pau.de ca.in conſi.ſuo xcviij.in ij.col.in j.vol.& prędicta etiam tenet idem Ang.in d.l.ſi vt proponis.

ADDITIO. Vide Matt.de afflictis,in conſti.regni Siciliæ,quæ incipit,edictorum.in vij.notabili.*

SED iterū*quęro an poſſit fieri de nocte,& de aliis actibus iudicialib⁹?*dic in hoc cōſiderādū eſſe triplicē actū citationis,quidā eſt qui dicitur actus cōmiſſionis de citando,& quia ſuprà dixi ꝙ talis cōmiſſio eſt ſentētia interlocutoria.ꝑ gl.in l.cū cleric⁹.C.de epiſc.& cleri.per do.meū Iaſ.in l.morę,in x.col.ff.de iuriſd. om.iudi.cū aliis.ſuprà alleg.ideo videtur nō poſſe fieri de nocte ſecundū not.in l.morę.ff.de feriis,& per do. meū Iaſ.i l.nō minorē.C.de trāſac.quidā eſt ꝗ dicitur coarctatio,ꝗ eſt qñ nūtius facit expletū ſuū,citādo partem nomīatā in mādato,& tūc hoc caſu,aut facit hūc actū de nocte aſſignādo diē parti ad cōparēdū.Et videtur valere,quia paria ſunt aliqua fieri tēpore habili,vel inhabili,dūmodo referatur ad tēpus habile,l.in tēp⁹. ff.de hæred.inſti.l.qđ ſpōſę.C.de donatio antè nuptias,& hoc arg.arguūt quidā & dicūt,ꝙ etiā citatio die feriata facta ad diē nō feriatū valet,ſed nō eſt eadē ratio,imò diuerſa & ſeparata,ex quo licet cōmunis opinio ſit,ꝙ citatio facta die feriata ad diē nō feriatā valeat,nō tamē idē dicēdū erit in hoc caſu,cum citatio fiat ad hoc vt pars cōpareat,& ſciat qua die & hora debeat cōparere,cū hæ ſint vires citationis ſecūdū not.in rub. C.& ff.de in ius vocando.& cū credatur nūtio de illa aſſignatione diei & citatione, vt dixi ſuprà, & infrà in §.ſequē.dicā,nō refert qua hora & tēpore illam aſſignationē dederit,nō ſic eſt in die feriata,quia tex. reſiſtit illi actui illis diebus,nō quidē ratione prędicta,ſed ob honorē Dei,pro quo ſummus eſt fauor.arg.l.ſunt perſonæ.ff.de reli.& ſumpti.fune.& l.veluti.ff.de iuſti.& iure.quicquid ſit, videmus in curiis noſtris,ꝙ etiā tales citationes,etiā de nocte nō fiunt,& maximè,vt videm⁹ ferè omnia noſtra mādata initij proceſſus incipiūt ab executione,vt in mādatis de debitis guardię ſeu manutētionis,qui ſunt actus executionis,ſed poſt oppoſitionem aſſignatur dies ex quo cōuertantur in vim ſimplicis citationis,ſi tamē fieret ſimplex citatio de nocte,recurrendū eſſet ad notata in locis hìc antè allegatis.Tertio modo,conſideratur citatio pro relatione quæ fit per nūtium de actu quē facit,& de iſto actu poteſt dici,quòd ſi fiat verbo iudicis, ꝙ debet fieri illa hora qua iudex ſedebit pro tribunali,& quia iudex nō poteſt ſedere de nocte, ideo etiā nec talis citatio poteſt fieri de nocte.Si verò fiat relatio ſcripto,vt fit in curiis regalibus,tunc poteſt illam facere nuntius quando voluerit, ſed tamen debet pręſentari iudici de die, vt illa hora,ſi pars non compareat, reputetur contumax per iudicem ſedentem pro tribunali, qui non poteſt ſedere niſi de die.§.ſedebunt iudices,in autent.de iudiciis. 105 106

An de nocte fieri poßit citatio.

Triplex citationis actus.

COnſiderare etiam debent nuntij quas perſonas citare habeant,quia multæ ſunt quæ prohibentur citari, vt habetur.ff.&.C.de in ius vocando.& maximè realiter,de quibus alibi dicam, vbi tractabo materiam citationis realis,quæ quotidie in criminalibus eſt non ſolum vtilis,imò etiam neceſſaria.

IN TEXTV IBI, *Sont creuz.*

POnderanda ſunt verba huius conſuetudinis quæ loquuntur in plurali numero,ideo videtur quod ad minus debēt eſſe duo,ad hoc vt eis credatur,l.vbi numerus.ff. de teſtibus,& regula,pluralis locutio.de reg. iuris,in vj.vbi Dynus.Credo tamen quod hoc caſu reſoluitur in ſingularitates,quod quomodo fiat, dixi ſuprà in rubrica huius tituli,in prima glo.vbi plura allegaui.

Pluralis locutio in ſingularitates.

ADDITIO. Vide Boerium in dicta clauſula,pluralis locutio,in addione ad Dynum. *

NVntio*ergo creditur,& eius ſtatur relationi in his quæ cōcernunt citationem partis, & dici aſſignatio. text.in l.miſſi.C.de exactio.tributo.lib.xj.Ludouic. Bologninus in cōſi.ſuo lij.in princi.Feli.in c.j.de iudic.in verſic.iiij.conclu.& plura de materia,an, & quando nuntio credatur ſine literis,vide in §.ſequen. in gl. j.vbi dixi,an nuntio ſine literis credatur,& dic quòd ſic.intellige cōſtituto ab inferiore à principe l.ſed interpellatur,& ibi Floria.poſt gl.ff.de arbitri.& no.gl. in l.ceſſante.C.quomodo & quādo iudex.*ſed nūtio prīci.nō creditur ſine literis,l.vnica.vbi Pau.de ca.C.de māda.prīcipū. Io.de platea.in l. ꝓhibitū.C.de iure fiſc. 1 *Nuntio creditur.* 2 *Nuntio principis non creditur ſine literis.*

ADDITIO. Vide Matt.de affli.in conſtitutione regni Siciliæ, quæ incipit,edictorum.*¶*Niſi ſit cardinalis,cui creditur ſine literis,c.nobiliſſimus.xcvij.diſtinc.& ibi gloſ. penul. & Archi.no. Io.An.in c.ij.ſuper verbo,proponi.de iudi.in vj.not.docto.in c.cum in iure peritus,de offic.deleg. 3

ADDITIO. Sed an debeat excōmunicari à iudice citata parte.Mat.de affl.in cōſti.regni Siciliæ, quæ incipit,terminū vitæ,in v.quæſtione,dicit quòd ſic,& ibi ponit quomodo fieri debeat.* 4

ET aduerte,*quia nō creditur nūtio vltra aſſignationē diei de iure,tamē per hāc noſtrā cōſuetudinē creditur etiā quo ad pœnā vſq; ad ſummā mentionatā in cōſuetudine noſtra,& ſic hic eſt caſus vbi creditur vni teſti,vltrà poſitos,ꝑ Spe.in tit.de teſte.§.reſtat.verſi.hoc tamē.vbi ponit xxx.caſus in quibus creditur vni teſti.Sed ratio hui⁹ cōſuetudinis videtur eſſe,quia eſt cauſa breuior & modica ſeu minima,in quibus cauſis breuioribus ꝑ vnū teſtē,vel per famā,dicitur plena probatio,vt eſt de mente Bar.in l.de minore.§. tormenta,in vlti.col.ff.de quæſtio.do.Ant.de Butrio in c.veniens & in c.j.de appel.no.do.Matthæ. Mattheſilla.in ij.ſuo nota.hinc dicit Bart.in l.j.quorum bonorū.*quòd cum in iudiciis poſſeſſoriis agitur de leui preiudicio,probatio per vnum teſtem,vel per famam habet vim plenæ probationis,quoſdā etiam caſus ponit Bonifa.de vitali,in ſuo tractatu maleficiorū,in titu.de probatio.& quot ſunt genera probationum,in ij.col.& dicit Io.de pla.quòd in multis credēdū eſt,quos enumerat in l.ſemel.C.de re militari,lib.xij.vide etiam multos caſus in quibus vnī creditur per do.Iaſo.in repetione l.admonēdi.in lxxiij.col.cū tribus ſeq.ff.de iureiu.maximè quādo dicit* quòd vni fide digno credendum eſt,de quo per eundem do.meū Iaſo.l.properandum.§.ſinautē alterū.in iiij.col.C.de iudi.pleniſſimè in c.cum contingat.in ij.col.cum quinque ſeq.extrà,de reſcrip. 5 *Vni teſti creditur in leuibus.* 6 *Vni fide digno credēdū eſt.*

ADDITIO. Intellige ſi iudex velit ei credere,ſed ſi nō vult credere,nō tenetur, vt dicit Bal.in c. cū cōtingat,de reſcrip.alleg.per Matt.de affl.in cōſti.regni Siciliæ,quę incipit,capitanei, in x.notabili.Et aduerte quòd nūtio creditur in his quę cōcernūt eius officiū,ſed quòd fuerit iniuriatus nō creditur, bene tamē eidē creditur quòd fuerit verberatus, quod maius eſt,vt dicit Matt.de affli.in conſti.regni Siciliæ,

Nuntio quādo & in quibus credatur.

quæ incipit,in ciuilibus,in ij.notabili.Et dicit Guido pape in quæst.sua.cccccxxviij. quòd cõsuetudo Franciæ
est,quòd eis in hoc credatur,sed parcat mihi eius autoritas,quia non vidi vsq; nunc obseruari, nisi essent aliæ
probationes.*¶Itẽ etiã quãdo dicit,*ꝙ testi ab vtraque parte appropriato creditur.Et etiã,vt dicit,sine iu-
7 ramento.contrarium tenet Soci.in l.j.§.fi.in j.& ij.col.ff.de verb.obli.Iason.in l.j.in ij.col.C.de testa.

ADDITIO. Aduerte quia istud nõ habet locũ in Sicilia,vt tenet Mat.de affl.in consti. regni Sici.quæ
inci.instrumentorũ robur,in ij.nota. Et de intellectu huius dicti, vide Hippolytũ singul.
suo.xcij. * ¶Vide etiã Bertachinũ de firmo in tractatu de episcopo.in iij.parte. viij. partis.vbi ponit multos
casus in quibus vni testi creditur.¶Qñ verò vni testi credatur ad ponẽdũ quẽ ad torturã, vide gl.in l.iij.C.
ad l.Iuliã maiestatis.& in l.maritus.ff.de q̃stio. & illę gl. sunt intelligendæ quãdo vnus testis deponit de sen-
su propinquo,puta de visu,quia tunc facit indiciũ ad torturá, secus si de sensu remoto, quia tunc requirũtur
duo testes.gl.in l.fi.in verbo,indiciis.C.familiæ herciscundæ. & ita intelligit & concordat do.meus Iason in
repetitione.l.admonendi,in lxxj.col.ff de iureiu.& intelligit etiam dummodo cum dicto testis concurrant a-
lia indicia,quia si esset dictum vnius testis sine aliis coniecturis, nunquam poneretur quis ad torturam, vt di-
cit do.meus Ias.in dicto loco,& ex hoc Ludouicus,qui dicitur sanctus,ordinationem fecit,per quam ordina-
uit , quòd ad solum dictum vnius testis non poneretur quis ad torturam,etiam cuiuscunque dignitatis & au-
toritatis,prout refert G.Benedicti in sua repetitione.c.Raynu.in verbo, A dictę impuberi.nu.xxxiiij.de te-
stamentis.Et istud est æquissimum,& de iure fundatum,vt probat do.meus Iason in dicto loco.

Testi vni quãdo & in quibus credatur.

Quæstio ad vnius testis dictum non imponẽda.

ADDITIO. Istud idẽ tenet Hipp.de Marsi.in cõsi.suo.cij.in iij.col.nu.x.vbi alleg.do.meũ Ias.in d.loco.
& etiã ita tenet in singu.suo.cccxlij.incipiẽte,qñ testis.& vide Mat. de affli.in consti. regni
Sici.quæ inci.si damna clandestina.in ix.nota.in ij.q.& in constitutione quæ incipit,humanitate. in ix col. vbi
amplè.Et aduerte ad hoc quòd ille testis debet esse omni exceptiõe maior.vt dicit Bal.in l.militis.C.de quę-
stionibus.Hipp.de Marsi.in cõsi.suo cj.in v.col.nu.xxxvij.& xxxviij.vbi etiã dicit vnum notabile, q̃d si sit a-
liqua cõiectura in contrariũ,vnus testis non facit indiciũ ad torturã,allegat Io.An.in c.cũ in contẽplatione.
de reg.iur.& Bal.in l.ij.in j.col.C.quorũ appella.nõ recipiũtur.& Alex.in cõsi.cxxiiij.incipiente, quoniã abũ
dè circa principiũ.ij.col.in vj.volu.Ita etiã tenet Hipp.in sua practica causarũ criminaliũ.in §. diligẽter in prin
cipio,vbi amplè.¶Adde aliũ casum in quo creditur vni testi, imò dictũ vnius testis habet mirabilẽ effectum,
quia excusat accusatorẽ à pœna talionis,vt tenet idẽ Hipp.de Marsi.in singu.suo.xlvij.incipiente,in ore duo-
rum vel triũ. Aliũ casum ponit idẽ Hipp.in singu.suo.cxij.incipiẽte,in ore duorũ,vbi dicit ꝙ testis solus pro-
ductus ab eo contra quẽ fuerat corruptus pecunia,ne testimonium diceret contra corrũpentẽ eũ,hæc depo
nat,plené probat.verbũ fuit singulare Bal.in c.j.in ij.col.si de ineustitura inter dominũ & vasallũ lis oriatur.
quod dictum refert & sequitur pro singulari Feli.in c.licet causam.in v.col.extrà,de probatio. & istud tenet
idem Hippolytus in consi.lxj.in penul.col.nu.xxxij. & ibi dicit idem Hippolytus, quòd dictum solius vulne-
rati exculpantis inculpatum prodest ei,adeò quod nõ potest torqueri ex indiciis existentibus contra eũ. dixi
suprà hoc eo tit.§.v.in gl.*s'il n'a grace du prince*,versi.vj.casus. Aduerte tamen ad id quod dicit Hipp. in cõsi.
suo.lxxviij.nu.xxj.quod si vulneratus moriens dicat se mori ex culpa medici,ꝙ sibi non creditur,nec per hoc
iuuat percussorem,si aliter hoc nõ apparet,quod dictum refert & sequitur Feli.in c.literas,in pe.col. de præ
scriptio.& dicit idẽ Hippolytus se dixisse de confessione morientis,in suis singularibus, & in sua practica,ad
quod non insisto,cũ non sit præsentis speculationis.¶Adde ꝙ soli Regi creditur de gestis ante se.vt est text.
in c.cũ à nobis, de testibus,etiam de his quæ ante principatum se præsente gesta sunt.glos.singularis. in c.j.in
verbo,statuit.de renuntiatio. in vj. dixi in Catalogo gloriæ mundi, in quinta parte. in xxiiij. consideratione,
articu.clxxxv.& in xxxv.consideratione. *

Testis vnicus accusatorẽ à talionis pœna liberat.

Vulneratus excusans inculpatum.

Vulneratus accusans medicum.

SED quæritur nũquid valeat hæc cõsuetudo,quæ introducit, & ordinat ꝙ dicto huius messarij credatur,
videretur ꝙ nõ,quoniã,vt dicit Anto.de butrio in c.ij. de ꝓbatio. quòd per statutũ seu consuetudinẽ nõ
potest disponi,vt vni soli testi credatur,nisi propter casum necessitatis vel euidẽtissimæ vtilitatis. in casu no
stro non video quomodo possit esse talis necessitas, aut euidentissima vtilitas,igitur &c. Et ita tenet domi-
nus meus Iason.in l.j.§.fi.ff.de verb.obliga.Imò,quod fortius est,*nõ potest fieri per papã ꝙ dicto vnius te-
stis credatur.per Feli.in c.constitutus.de præscrip.& in c.fi.de maio.& obedi.idem do. meus Ias. in lectura.l.
admonẽdi.in xx.col.& in repeti.lxxiiij.col.& in l.iusiurã.q̃d ex cõuentiõe,in ij.col.ff.de iureiurã.& hoc credo
verũ regulariter, per tex.in c.licet vniuersi. in fi.de testibus, sed tamẽ in hoc casu credo ꝙ cõsuetudo nostra
potuit hoc inducere,* quia in leuibus potest cõsuetudo facere de probatione inualida, validam. per Panor.
in c.ij.in penul.col.de probatio.argu.l.j.ff.de ventre inspicien.in fi.facit quod notat Ange.in le.ea quidem.in
10 j.colum.de accusa.vbi dicit*quòd denuntiatoribus creditur in leuibus,& nõ aliàs. Et faciunt quæ dicit Feli.
in c.cum dilectus in j.declaratione.extrà,de fide instrumento . vbi dicit valere statutum , vel consuetudinem
facientem de probatione inualida,validam.Sed intellige hoc,vt ipse dicit in dicto c.ij.de probatio.in secun-
cunda cõclusione,quãdo est euidens vtilitas vel necessitas,quæ vtilitas in hoc cõsiderari potest,quia hi depu
tantur ad custodiẽdũ,ne dãna dentur,vt dictũ est suprà,quando dictũ est quale esset eorũ officium.

8 Vni testi non credẽdũ,nec papa contrariũ statuere 9 potest.

ADde*alium casum in quo vni testi creditur,scilicet in probando baptismum alicuius, vel probando cle
ricatum, vbi in his nullum præiudicium infertur alicui, vel etiam si ecclesia sit consecrata. in c. cum ita-
que & c.paruulos.de consecra.distin.iiij.dominus meus Iason in l.rescripta.in ij.colum.C.de pręcibus imper.
offeren.&.in dicta repetitione.le.admonendi.in lxxiiij.colum.¶Petrus Gyraudi in suo singulari incipiente,
regulam*¶Dicit tamen Bartolus, *quòd an quis sit clericus non probatur per literas sacerdotij. Et ita te-
net in le.illud.ff.de acqurendis hæredita.Innocen.in c. tua nos. *le second*, extrà,de clerico peregrinan. ¶Et
dicit Baldus in l. solemnibus. C. de fide instrumentorum, quòd maiores ordines non probantur per mino-
res , licet per probationem doctoratus,dicendo quòd fuit in publico examine,probetur priuatum examen.
dicit tamen Innocentius in capite j.de clericis peregrinantibus, quòd præsumendum est pro discretione or
dinantis,qui non ordinasset,nisi vidisset literas ordinum præcedentium , & ob id non sunt quærendæ lite-
ræ

11 Baptismus vno teste probari potest

12 Clericatus quõ probetur.

Ordines maiores an ꝓbẽtur p minores.

ræ aliorũ ordinum secundum Panor.in c.nisi essent,de præbendis,sed illa ratio nõ mihi placet, quia ius etiã quandoque dubitauit de promotis per saltum.vt in tit.de clerico per saltũ promoto.vide Guilielmũ Benedicti in sua repetitione.c.Raynutius in verbo,adiectæ impuberi.numero.xxvij.de testa.

ADDITIO. Vide etiã quomodo probetur clericatus per duos testes,& per vnũ,& per literas superioris ordinis,per Mat.de affli.in consti. regni Sici. quæ inci.apostatãtes.* ¶ Vt dicit Feli.in c.super hos.de accusa.requiritur ꝙ quis habeat literas de quolibet ordine. Nec sufficit quòd doceat de literis sacerdotij, quia aliâs præsumetur promotus per saltũ, quo casu nõ valet electio, seu quæuis alia prouisio de beneficio eidẽ facta.vt tenet Præpositus in c.sollicitudo.lij. dist.in ij.col.Et si opponatur cõtra aliquẽ, ꝙ non est promotus à suo episcopo,vel sine literis dimissoriis, vel ꝙ non est subdiaconus, incũbit ei probatio non opponenti.vt dicit ibi Feli.& vide eundem in c. sicut, de re iudicata. in xiij. & xx.col. quomodo verba enuntiatiua de licentia,vel literis dimissoriis probãt.¶ Dicit tamẽ Feli.in c.fi.col.ij. de præsumptio.post gl. & Panor.ꝙ impetrãs beneficiũ præsumitur idoneus,etiã idoneitate clericatus,adeò ꝙ cõtradicens seu opponens habet probare contrariũ.per tex.in c.j.& in c.vt circa,de electio.in vj.faciũt notata in l.si minorẽ.ff.de in integrũ restitutio. Quicquid sit,tamẽ* ¶ Clericatus debet probari per literas testimoniales,vt dicit Guido pape quæstione sua.cccccIxxij. col.iij. versic. itẽ cũ aliquis dicit se fore clericum.quod nota. Et sic est hic vnus casus in quo requiritur scriptura.vide quosdam alios infrà,hoc eodem tit.§.sequen.in glo. *de simple recousse*,versicu.pro vj.¶ Adde alium casum,scilicet in licentia iudicis de intrando possessionem, quæ non potest probari nisi per instrumentum.Barto.in l.fi. C.de edicto diui Adriani tollen. Bald. in le.ij. colum.ij.C. de iure emphyteu.Iason.in l.cum proponas.C.de pactis. 11 12

Adde casum in professione,in qua requiritur scriptura.qđ quõ intelligatur, vide ample Cardinalẽ Alexãdrinũ in c.rursus. in v.vj.& vij.col.extrà q. clerici vel vouẽtes.* ¶ Adde aliũ in esse ĩ magnis priuilegiis. Bal.in c.cõstitutus.in fi.extr.de rescri.vide alios in gl.ij.c.j.de cẽsi..in vj.Adde etiã alios per do.meũ Ias.in l. nõ solũ.in §.morte.in xj.col.s. in ꝓtestatione in quinq; casibus.Adde & aliũ per eundẽ in l.morę.col viij.ff. de iurisd.om.iud.scilicet iurisditiõe ordinaria probãda.& dicit idẽ do.Ias.in l.j.col.xiiij. C.de iure emphyteu. ꝙ in omnibus casibus in quibus,requiritur scriptura,non admittitur probatio per testes,nisi sint quinque.

Et Panor.in c.inter quatuor.extrà de clericis peregri.vbi quærit.Quid si quis ordinatus fuerit,iã sunt lx. anni,nec extãt testes vel instrumẽta suę ordinatiõis, cõstat tamẽ ꝑ illos inter quos cõuersatus est ꝙ habetur pro sacerdote,an hoc sufficiat? & dicit ꝙ sic.Et ideo melius egisset quidã monachus,qui cũ haberet causam in materia possessoria de sacristaria S.Martini Heduẽ. si hoc modo suã ordinationẽ clericatus ꝓbasset, ꝙ̃ literas clericatus falsificare,aut falsas fieri facere per quedã,des ions,q. ꝓpter hoc fuit cõdẽnatus tanꝙ̃ falsarius.¶ Sed quia hic sumus in materia ꝓbationis clericatus,quia quotidie est necessaria ꝓbatio in materiis beneficialibus, & multas cõtrouersias vidi* Quæro,an ordinatus ad clericatũ nõ à suo episcopo gaudeat priuilegio clericali,si fuerit ordinatus sine literis dimissoriis? videtur ꝙ nõ per tex.& gl.in c.eos.in c.fi. & gl.in c.j.de tẽp.ordi.& quali.ordi.in vj.Et ita vidi iudicare in materia beneficiali in recredentia. Guido pape videtur tenere cõtrariũ in distin.sua ccccxlix. sed intellige, ꝙ qñ ordinatur à quodã suffraganeo, debet de eius authoritate iustificari,cũ nõ sit ordinarius.arg.no.per Feli.in c.cũ in iure peritus,de offi.dele. ita pluries feci in casibus mihi occurren.Et quia dicitur in bullis dictorum episcoporũ suffraganeorum, quod possint exercere pontificalia in tali diœcesi,dummodo de episcopi loci procedat licen. de qua ergo constare debet. 13 *Quæstio.*

Aduerte ad id quod dicit AEgidius de bella mera,cõclusione cccc.ꝙ ꝓbatio capellanatus honoris nõ potest fieri per testes,sed solet fieri scriptura,nec sufficit communis reputatio,vt in conclusione cccccIxxx.

IN TEXTV IBI, *Par leurs sermens.*

Nam etiam,licet hæc verba nõ fuissent apposita,tamẽ adhuc tenerẽtur iurare dicti messarij, quoniã vt dicit Ang.in repe.l. si vacãtia,in iij.col.C.de bonis vacãtibus.*Si ex forma statuti stetur dicto accusatoris nuntij,vel denuntiatoris,tamẽ debet intelligi cum iuramẽto,per l.Theopompus.ff.de dote prælegata. Hinc est,*ꝙ quãdo cõmittitur peritis in arte,iurare debẽt.ita tenẽt Pau.de cast.& domin⁹ me⁹ Ias.in l.de pupillo. §.qui opus.ff.de noui oper.nun.idem do.meus Ias.in lectura l.admonẽdi,in iiij.col.& in repetitione, in lxxxj. col.ff.de iureiur.Hinc dicit Bal.in l.iusiurãdũ,ꝙ ex cõuentione.ff.de iurei.ꝙ * si fiat pactũ inter partes ꝙ stetur dicto creditoris,nõ intelligitur de simplici dicto, sed de dicto cũ iuramẽto,per d.l.Theopõpus.Et istud dicit & refert idem dominus meus Iason.in d.l.iusiuran.in princi.in iij.col.ff.de iureiur.Et quòd debeant tales iurare,facit text.in c.pastoralis,extrà,de except.Nam si stetur conscientiæ alicuius intelligitur dummodo iuret,ita Ang.Pau.de ca.& Iason.in d.§.qui opus,per Ang.& alios,in l.apertissimi.C.de iudiciis.¶ Vide Marcum Antonium Baueriam,in tractatu de effectu iuramenti,in vj.effectu. 1 *Nũtij vt eis credatur* 2 *tur iu rare tenentur.* 3 *Periti in arte.*

Vide etiam de prædictis per Pa.cõsi.lj.& sequẽti,in j.vol.Roma. cõsi.xx.in ij.col.Fel.in c.proposuisti,in iiij.col.de probationi. Et in c.veniens,in vij.col. versi.& j.& in iij.col.versi.tertio inquãtũ,& per Bal. & Feli.in c.tuis quæstionibus,in iij.col.de testibus,& faciũt quæ dicit idẽ Feli.in c.quia iudicãtẽ, in ij.col.extrà,de præscri.*vbi dicit de agrimẽsore,qui etiã debet iurare,& plura notabilia de agrimẽ. ponit in d.c. quia iudicãtẽ.Pa.& post eũ Feli.quæ licet sint hic extrauagantia,tamẽ succinctè dicã,cũ sint practicabilia. Nam,vt dicunt,tenentur iurare præsentibus partibus, vel legitimè citatis, quãdo eligũtur à iudice,si verò eligũtur de cõmuni cõsensu partiũ,nõ tenẽtur iurare,vt dicit ibi Bal.sed crederẽ cõtrariũ per do.l.Theopõp⁹ suprà alle. ¶ Itẽ nõ tenẽtur iurare dicere veritatẽ pręcisẽ,sed secũdũ iudiciũ suũ,& nõ requiritur pręsentia partis,quãdo referunt iudici,& debet fieri mensuratio expen.cõmunibus,etiam si vnus tantum contradicat, & quando iudex motu proprio vellet se informare ad dictum periti,non debet eum facere iurare,idem de consiliario electo à iudice, quia nõ tenetur iurare,& ibi Pa.de forma libelli,& qui sunt grauati à talibus,debent infrà annũ cõqueri, & tales tenẽtur de dolo & lata culpa, & iudex debet primò mittere agrimẽsorem,aut ire,& hoc est vtilius,& ponere fines,postea pronuntiare tales mensuras.Hæc omnia & quædam alia vtilia ponunt Panor.& Feli.in dicto ca.quia iudicantem,suprà allegato. 4 *Agrimensores.*

ADDITIO. Si vis videre ad saturitatem de medicis quibus standũ est, an vulnus sit mortale vel non, & quæ requirũtur ad hoc, vt illis credatur, & plura alia in materia, vide Matt. de affl. in cõsti. regni Siciliæ quæ incipit, terminũ vitę. in iiij. v. vj. vij. viij. & ix. qõnibus, & in cõstit. qui de altero. in iij. li. & de medicis, quomodo eis credatur, an vulnus sit mortale, vel nõ, vide Hippo. de Marsil. in cõsil. vij. in vj. col. & ibi dicit quòd ex multis cognoscitur an vulnus sit mortale vel nõ, & ex omnibus deductis per medicos remanet adhuc arbitriũ iudicis, an sit mortale, vel nõ, & in dubio an iudicãdũ sit mortale vel nõ, dicit Bal. in c. j. in vj. col. quibus modis feudũ amitta. ꝙ iudicãdũ est mortale. sed cõtrariũ tenet idẽ Hipp. in dicto consi. in viij. col. nu. 59. suprà alle. Et intellige quòd talibus creditur, dummodo non sit iusta causa non credendi, prout dicit idem Matthæus in constitutione quæ incipit, culpam, in iij. notabili, & nota dicta per eum. *

SED redeundo ad propositũ vnde digressi sumus, videtur ꝙ si nõ esset dictũ per cõsuetudinẽ, ꝙ teneretur iurare talis messarius, ꝙ in isto casu nõ teneretur iurare, quia ex quo isti messarij sunt electi à populo, aut à iudice habẽte potestatem ad officiũ eorũ, scilicet ad custodiendũ prata, ligna, & alia huiusmodi, & in princ. sui officij iurant, non deberẽt cogi in singularibus relationibus iurare, iuxta doctrinã Nico. de Neapo. in l. j. §. j. ff. de ventre inspiciendo. & Bal. in l. hac edictali. §. illud. C. de secundis nuptiis, quam refert & sequitur Feli. in c. proposuisti, in pe. col. versi. fallit quintò. extrà, de probationibus.

5 *Messarij deierantes puniendi de periurio.*

ET aduerte, *ꝙ si tales messarij deierauerint in isto iuramẽto, ꝙ possunt puniri de periurio, vt tenet Bal. in additio. ad Spe. in tit. de iuramẽto calũniæ. ver. per statutũ, vbi dicit, ꝙ si sit statutũ, ꝙ de dãno dato alicui stetur iuramẽto alicuius: ꝙ si quis fuerit cõdẽnatus ex illo iuramẽto, potest cõuenire iurantem ad interesse periurij. Si ergo sit periuriũ, & sit dãnosum, cũ agatur ad interesse, ergo est punibile. ¶ Intellige etiã prædicta, quando dicitur ꝙ standũ est dicto messarij & camparij, cũ iuramento, dummodo tales nõ sint infames, quia tũc eis nõ esset standũ. ita in specie voluit Ang. in l. q iudicio. ff. de accu. quẽ refert & sequitur do. meus Ias. in. §. sed iste, in xxj. col. insti. de actio. Hinc est ꝙ dat ibi intellectũ ad illã regulã, quòd quãdo dicitur ꝙ stari debeat assertioni alicuius cũ iuramẽto, debet intelligi quãdo est persona fide digna, nec ista facultas iurandi trãsit ad hæredẽ, etiã si fuerit præsens. Bal. in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiu. & do. meus Ias. in l. fi. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius voc. Intellige etiam prædicta, nisi euidenter & manifestè ex inspectione ipsius relationis, aut declaratione, contrarium appareat, quia tunc relationi ipsius messarij stari non debet, vt comprobat in simili, in tali statuto, per multas rationes do. Alexan. in consilio suo xvj. in vj. volum.

Limitatio prædictorum

Alia limitatio.

INtellige etiã prędicta, dũmodo ꝑ partẽ aduersam nõ ꝓbetur cõtrariũ ei⁹ qđ asserit messarius, vel etiã ꝓbetur aliquid ꝑ qđ pręsumatur cõtrariũ. ita voluit Io. And. post Inn. & alij post eũ. in c. qa ꝓpter. §. illud, extrà, de ele. vbi volũt ꝙ licet qs possit ꝓbare impedimẽtũ ꝑ iuramẽtũ suũ, vt est ibi tex. tamẽ admittitur ꝓbatio in

6 cõtrariũ. Hinc facit ꝙ notabiliter voluit Ang. in l. q restituere. in ij. col. ff. de rei vẽ. vbi ĩ specie dicit, * ꝙ statutũ disponẽs, ꝙ stetur iuramẽto alicuius, intelligitur nisi cõtrariũ ꝓbetur. & idẽ voluit Ang. & Imo. in l. qui bona. §. qui dãni. ff. de dãno infec. ꝑ Ang. in l. qui vas, in prin. ff. de fur. ꝑ Albe. de rosa. in tractatu suo statutorũ, in ij. parte principali. in qõne xiiij. inci. itẽ quęro, si statuto vel reformatione caueatur. Fel. in c. ij. post Pa. & Corsetũ, ibi in apostì. ad Pa. ibi in pe. col. extrà, de cõsti. do. me⁹ Ias. in l. ait pętor, *la premiere*, §. iurati, in ij. & iij. col. ff. de iureiu. ¶ De materia hui⁹ gl. vide quędã ꝑ Boeriũ ĩ cõsue. Bituricẽ. tit. de iuris. om. iud. §. xxv. in gl. not. ꝙ denũtiator, & ibi, an istud statutũ cõprehendat bestias clericorũ. ¶ Et etiã de materia huius articuli, quomodo standũ sit talibus, & si cõtrariũ possit probari, vide Albertum Brunũ in tractatu suo de constitutionibus, decretis, statutis, in verbo, damnum, versi. quòd stetur dicto officialis, vbi amplè per xj. colum. *

ET est vnũ remediũ, qđ datur cõtra statutũ seu cõsuetudinẽ nostrã, qđ posuit Bar. Cepo. ĩ cautela sua cxv. inci. multa sunt statuta in Italia. in xiij. fo. qui ꝓ hoc plura allegat, & maximè, vt dicit, quãdo probatur, ꝙ tale dãnũ, de quo est iuratũ, nõ est datum, vt apparere potest per euidẽtiam facti, * cũ nulla sit melior proba-

7 *Nulla melior probatio, quã per euidentiam.*

tio, q̃ illa quę fit ꝑ aspectũ & euidẽtia rei. Multa ad hoc Cepo. in dicta sua cautela, cui adde Bal. in l. vnica. in iiij. col. C. vt quę desunt aduo. parti. iudex suppleat. Ang. & Imo. in l. j. §. qui dãni. ff. de dãno infec. ¶ Hinc dicit Bal. in l. si quis testibus, in fi. C. de testib⁹, ꝙ cũ probatio per rei euidẽtiã sit melior cæteris, ita ꝙ in ca non præsumatur subornatio testiũ, admittitur etiã post dicta testificata, & dicit Alexan. in consi. suo xxxv. inci. viso processu causæ vertẽtis, in iiij. col. ĩ iiij. vol. huic probationi nũquã intelligitur derogatũ, do. meus Ias. in l. eum qui. §. in popularibus, in iij. col. ff. de iureiu. & in l. j. in vj. col. ff. de no. ope. nun. & in l. fi. ff. de in litẽ iuran. Alex. in cõsi. suo cxvij. inci. postquã in causa magnifici. in fi. in j. vol. imò etiã si statutum diceret, ꝙ nulla probatio admittatur, nũquam talis intelligatur exclusa, ita dominus meus Iason. in d. l. j. ff. de no. ope. nũti.

ADDITIO. Vide de hac ꝓbatione per Mat. de affli. ĩ cõsti. regni Siciliæ quę incipit, in posterũ, in xij. not. & ꝑ Hippo. de Marsi. in cõsi. suo xv. nu. 8. & in cõsi. lxiiij. nu. 28. *. ¶ Aduerte * ꝙ in octo casibus requiritur probatio per oculũ & visum. Primus, cũ quæritur de finibus, l. si irruptione. ff. finium regũ. Secundus, cũ quæritur de ætate l. minor. ff. de minoribus. Tertius, cùm quæritur an aliqua sit virgo vel corrupta. xxvij. q. j. c. nec aliqua. c. proposuisti. extrà, de probatio. Quartus, cũ quæritur an aliquis sit sectus, vel habeat aliud impedimentum in genitalibus, c. laudabilẽ. in prin. de frigi. & male. Quintus, cum quæritur an aliqua sit prægnãs, l. j. ff. de vẽtre inspicien. Sextus, cũ quæritur an aliquis sit infirmus, quia requiritur oculus medici, l. semel. C. de re mili. lib. xij. Septimus, cũ quęritur an pecunia fuerit numerata, & quæ fuit illa pecunia, l. testium. ff. de testibus. Octauus, cũ quęritur an quis habeat maculã in oculo vel aliud impedimentum corporale, c. ij. & vltimo. extrà, de corpo. vitia. hæc dicit Ioan. de turre cremata. in c. testes. §. de his. iij. q. ix. ¶ Iacobinus de sancto Georgio pater practicantium hanc probationem in alio casu practicat, scilicet in errore calculi ex visione & exhibitione librorũ rationum, quæ semper debet admitti allegando errorẽ calculi. ita dicit in l. Procula. ff. de probatio. vbi dicit quòd illa probatio per euidentiam facti est melior quàm alia.

8 *Octo casus, in quibus requiritur probatio ad oculum.*

9 *Probatio ad oculum cuius expensis fiat.*

SED incidẽter quæritur * si fieret hæc ꝓbatio per euidentiã rei, expẽ. cuius debeat fieri hæc visio loci? Credo ꝙ fieri debet expen. petẽtis. arg. eius quod dicitur in l. generaliter. §. his. C. de rebus creditis. vbi Bal. & Sali. dicunt, quòd vbi est quęstio de tabellione mittendo ad aliquẽ, mitti debet expen. petentis vt mittatur.

¶ Et istud

¶Et istud tenet Pet.Giraudi in singu. suo.lxxviij.inci,qñ quis.✝ ¶Dicũt tñ Pa.& Feli.in c. quia iudicãtẽ,in ij.col.de prescri.*ꝙ mesuratio quę fit per agrimẽsores,fit expen.cõmunibus, licet tãtũ vnus petat,& ali⁹ etiã 10 cõtradicat.Idẽ etiã tenet Bar.in l.si postulauerit.ff.de adulteriis.Ita etiã tenet Salic.in l.si quis.C. finiũ regundo.Et aduerte,quia in casu,in quo est respõdendum positionibus partis,si mittatur ad domum absentis in casibus priuilegiatis,fiet expen.cõmunib⁹.In alio verò casu fiet expẽ.absentis,decisio capellę Tholosa.cclxxiij.

ADuerte tamẽ ꝙ in casu nostrę consuetudinis , videretur quòd ista probatio sine quacunq; alia non debeat admitti ad probandum cõtrarium eius quod per iuramentũ asseruit messarius,cum per cõsuetudinẽ nostrã agatur de modico præiudicio,scilicet de septẽ solidis turonẽ.& nõ in plus ei creditur cùm dicat dominus meus Ias.in.§.sed iste.in xxj.col.instit.de actionibus.ꝙ quãdo statur dicto alicuius cũ iuramento,quòd tamen potest probari cõtrariũ,nisi sit in causa,quæ nõ est nimis præiudiciabilis,quia tũc nõ admittitur probatio in cõtrariũ,& dicit se didicisse ab Alberico in l.j.in j.col.C. de rebus creditis,qui pro hoc allegat glos. quam dicit etiam singularem in clemen.j.de iureiu.& licet hoc dicat dominus meus Ias.in dicto.§.sed iste.nõ tamẽ reperio quod Alberi.hoc dicat in libro meo, quia habeo omnia opera Alberici, & volui eum videre, sed nihil dicit. ¶Et ideo dominus meus Iason in l.secunda.§.si absens.ff.si ex noxali causa agatur.tenet istud, quod antè dictum est,quod tamen limitat duobus aliis modis.Primo,scilicet quando statutum diceret quòd statur iuramento talis,pro plenaria probatione,tunc non potest probari contrarium,secundum glo. in clemẽtina.j.in verbo,fecisse narramus.de probatio.per quam ita limittat Lud.Roma.in l.si duo.ff.de acqui.heredi.& in l.quæ bona.§.quæ damni.ff.de damno infe. & per Alexan.ita limitatur in consi.suo,ibi per d. Ias. alleg. Secũdo verò quando limitat ex dicto Bal.in c. nonnulli.in pe.col.de rescriptis,sed quia idẽ Bal.est sibi contrarius,& contrarium etiã tenet idem do.meus,non insisto.vide eum.aliam limitationem vide infrà. *

ITem adde,quòd licet iuratum fuerit per messarium , tamen adhuc iudex poterit taxare illud iuramẽtum si viderit iurantem calumniã vel falsitatem cõmittere.Ang.in.§.j.in aut.de exhiben.reis. & in l.videamus.§. differre.ff. de in litem iurando.Feli.in c. proposuisti,de probatio.& Cepo.in cautela sua cv.vbi limitat , nisi in statuto dicatur quòd vltrà inquiri non possit,prout dicit Bal.in c.j.si de inuesti.inter do.& vasal.

IN TEXTV IBI, *De leurs rappotz.*

REIationem ergo debent facere nuntij,seu messarij an quę sint necessaria,seu an sit de necessitate fienda, ad hoc vt valeat processus.Pa.in c.fi.extrà,de feriis,in pe.col.dicit* quòd nõ potest negari quòd citatio sit de processu & fundamento iudicij,vt in c. quoniam contra falsam. extrà,de proba. de quo articulo dixi hic antè.in glo.j.ibi,multa sunt nomina quæ idem important.non aliter insisto.

1 Citatio est de fundamento iudicij.

ADDITIO. Dicit Mat.de affli.in cõsti. regni Sici.quæ inci.in ciuilibus.in ij.not.ꝙ ista relatio requiritur.Et ꝙ citatio est fundamẽtũ iudicij.vide eundẽ in constitu.quæ incipit,si quẽ nostrorũ. & vide Soci.in consi.xij.in ij.col.* ¶*Et aduerte ꝙ quo ad nos simpliciter fit ista relatio, quãdoq; enim fit verbo,& per se,vt habetur in c.cũ parati.extrà,de appel.& l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb⁹ eorũ. & hũc modũ obseruãt nũtij curiarũ inferiorũ iudicũ,curiis regiis,vt sunt nuntij curiarũ castellaniarũ & baronũ,seu dominorũ habẽtiũ iustitiã,q̃ relationẽ dicũt practicãtes esse viuę vocis,fiũt etiã aliqñ tales relatiões in iudiciis & auditoriis curiarũ regiarũ,vt in curiis balliuorũ,maximè in causis ꝓcuratoris regij, qñ nũtij referunt se citasse aliquẽ,& refert verbaliter in iudicio, & registratur illa relatio in actis curiæ. sed videretur ꝙ nõ sit sufficiẽs ad obtinẽdũ defectũ cõtra citatũ personaliter,cũ in citatiõe personali requiritur mandatũ,dicã inf. & ideo etiam relatio debet esse in scriptis,sicut citatio,aliter tamen quotidie obseruatur in curiis nostris.

2 Relatio dupliciter fit.
Verbo.
Relatio viuæ vocis.

QVandoque*etiam,& quasi semper,fiunt per literas, & in scriptis,& hic modus est frequens in practica,fit autẽ per literas nuntij suo sigillo sigillatas,manu sua signatas si scribere sciat,& ita seruatur,vel quando nescit scribere,cuiusdã notarij publici , cui ea retulerit, quæ fecerit, & hunc modum satis approbat Hostien.& alij in c.quoniã contra falsam, extrà,de probatio, reprobatur tamen multum apud nos per ordinationes nostras regias,qa eis inhibetur,ne se immisceant in officio nisi sciãt scribere,& hoc est vtilius & melius. Imò etiã nũti⁹ nõ posset alteri nũtio referre qđ gessit, vt ille alius posset referre iu.vt tenet Bal.in c. cũ dilectus. extrà,de dolo & cõtu.in fi.ij.col.& ratio est,vt dicit ibi Bal.*ꝙ nuntius,dũ refert,est loco testis, qui debet proferẽti aliter deponere.l.iij ver.tu magis.ff.de test.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstionibus.

3 Relatio p literas.

4 Nũtius referens habetur loco testis.

SED iuxta prædicta*quæro,aliquis nũtius fecit relationẽ quandã in scriptis,postmodũ attestatur ꝙ illam falsò fecit,an sit postmodũ illi standũ ꝙ sit falsa?Bal.in consi.suo cclij.in iiij.vol.& Bar.in l. si librarius. ff. de reg.iur.vidẽtur decidere istã q̃stionẽ,& licet Bar.in l.si.librarius.& Bal.in d.cõs.in prin.videãtur tenere ꝙ nõ sit illi credẽdũ,tamẽ Bal.ibidẽ,dicit,ꝙ si esset iudex,& talis casus sibi eueniret,ꝙ studeret per testes, & alio modo veritatẽ habere: ꝙ si nõ habere nõ posset,nullo modo tali instrumẽto fidẽ adhiberet,& videtur cõcludere ꝙ istud sit in arbitrio iudicãtis,secũdũ Inn.in c.j.de arbitris. remittẽdũ est. ¶Vide Lud. Bologninũ in cõsi.suo.lij.ĩ ij.col.vbi dicit ꝙ si primò fecerit in scriptis,nõ est postea illi credẽdũ,si dicat cõtrariũ, ꝓut in simili videm⁹ de teste q dicit se falsũ deposuisse precib⁹ inquisiti, ꝙ nõ ꝓbat in eius præiudiciũ. c.sicut, iũcta gl.de testib⁹.Anc.cõsi.xxiij.Hipp.de Marsi.plura ad hoc allegãs in cõs.lxxviij.nu.18.& ĩ cõs.cij.nu.8.& in cõsi. cj.nu. 40. * ¶*Sed si nũtius fecerit falsã relationẽ qualiter puniri debeat,vidẽ tex.in l.ij.C.de sportulis, nã punietur etiã pœna capitali, si iudici videbitur ab officio ꝑpetuo remouebitur. vt in aut.de armis.§.fi.coll. vj.ita dicit Bal.in c.fi.ĩ ij.col.ext.de dolo & cõtu.*& si falsò citauerit,puniatur de falso.do.me⁹ Ias.in §.quadru.in ij.col.ĩsti.de actio.Bar.in l.qui noĩe.ff.de fal.Feli.in c.tertio loco.de proba.& de illo q nõ retulit se citasse vel non duxit animalia ad iustitiam,qñ ea reperit in dãno,& hoc fecit pretio recepto à parte,vide Io. de platea in l.si quis.q̃ est,l.j.in fi.C.de fundis & salti.rei dominicę.li.xj.vbi dicit ꝙ debet grauiter puniri.

5 Quæstio.

Falsum deponens p̃ci bus inquisiti an probet.

6 Nũtius falsa referẽs quõ puniẽdus. *7.*

SED quid de illo qui fecit fieri falsam relationem?vide Cy.Bal.& Sali.in l.fi.C.de requi.reis.Spe.in tit.de exe.§.j.versi.sed qualiter.Guido pape decisio.sua D.cxxviij.alle. ¶Et vide eundẽ Guido.pape.q.xliiij. & Boerium in consuetudinibus Bituricen.titu.de consuetu.præd.§. vij.in glo.in versic.& nota quod caprarij.

¶Item quid*de illo qui retulit se citasse,cum non citauerit,vel aliter refert citationem quàm fecerit,& fue- 8

rit ei commissa extrà territorium, an possit puniri à iudice illius territorij in quo fuit commissa? vide Mari. Soci. in trac. suo citationum. artic. xiiij. principali, & dicam infrà, in §. sequen. vbi ponam à quo debeant puniri nuntij seu executores delinquentes. ℭ An valeat relatio generalis per quam nuntius refert se fecisse prout habebat in mandatis. Soci. in consi. lvj. in ij. col. in iiij. volu. dicit quòd sic, vt ibi per multa comprobat, & dicit Bart. in l. multum interest. ff. de condi. & demonstra. & in l. hoc autẽ. §. j. ff. quibus ex causis in possessionem eatur. quòd actus relationis nũntij est de substantia citationis.

ADDITIO. Vide ad hæc Matt. de affli. in cõsti. regni Siciliæ quæ incipit, citatiõis literæ. in vij. notabili.*

ET quia dictũ est hìc antè, ꝙ nũtij referũt notario eorũ executiones, qui facit publicũ instrumẽtũ de his
9 quę sibi retulit nũtius, * pone, ꝙ relatione facta dicit nũtius se aliter retulisse quã sit scriptũ, cui magis creditur, an notario, an nũtio? Pa. & alij in c. cũ parati. ext. de appel. Ang. ĩ l. j. §. j. ff. queadmodũ test. aperi. dicit
10 ꝙ magis creditur notario. * facit id ꝙ dicitur de teste, q negat illud, qđ notarius scripsit, nã potiᵒ creditur notario q̃ testi, nisi notariᵒ esset suspectᵒ, & nisi de pœna falsi ageretur. Spec. in tit. de teste. §. j. in iiij. charta. vers. sed pone, ecce iudex. & ĩ tit. de instr. edit. §. restat. vers. quid si dũ attestatur. sequitur Abb. in c. ad audientiã. i v. no. de præscrip. Et tradit Alex. in cõsilio suo. lxx. in. ij. col. in j. vol. & in cõsi. lxxiiij. in penul. colum. in eodem. volu. Feli. in d. c. ad audientiam. in ij. col. & in c. cum causam, in fi. de testi. Card. & Imo. in cle. j. de hæreticis.

IN TEXTV IBI, *En mesusaige.*

INtellige prædicta dũmodo retinuerit animal inuentum, quia si ceperit & relaxauerit nõ eidẽ est credẽdum. arg. eorũ quæ dicũt Alex. & Ang. in l. j. §. j. ff. ꝙ quisq; iur. Et Ang. in l. si barsatorem. C. fideiuss. & quæ dixi suprà in. §. j. harum consuetudinũ, in verbo, *trouues.* ℭ Aduerte tamẽ ad id qđ dicit Bal. in l. ij. C. de seruis fugit. quòd si quis inueniat animal in suo fundo dans ei dãnũ, potest illud retinere, donec sciat cuius sit, melius tamen faciet ducendo ad iustitiam. Istud tenet Matt. de affli. in consti. regni Siciliæ, quę incipit, pacis cultum. in xij. not. & dicitur esse in dolo, si sciat cuius sint animalia, & ea retineat, ita quòd si eueniat damnum illis, datur iuramentum in litem, per l. si quando. C. vnde vi. & maximè, si sint plura animalia capta, & non fecerit descriptionem, arg. l. cum domini horreorum. C. loca. * ℭ * Et dicitur damnum, id est, diminutio patrimonij, l. dãnum. ff. de dam. infec. c. si canonici. de offic. ord. in vj. & differunt inter se damnũ, & præiudiciũ. Barb. in consi. xxviij. in iiij. col. in j. vol. Et ista consuetudo nostra multum operatur, ne scilicet prata deuastentur. ℭ Et de hac consuetudine mentionem facit Sali. in l. si serui. in princ. C. de noxa. ac. Et an istud etiam haberet locum in probatione dominij animalis, vide Boerium in consue. Bituricen. titu. de iuris. om. iudi. §. xxv. in glo. & no. quòd denuntiator, in medio illius glossæ. Et de prato, quomodo sit vtilius in redditu quàm vinea, vide Ioan. Sanxon in consuetud. Turonen. titu. *des heritaiges deffensables*, articu. vj.

Animal damnificãs, an detinẽdum.

1 Dãnum quid.

CVM etiam * sit prohibitum, ne milites ducant equos suos ad depascendum in pratis, tam publicis quàm priuatis, quod si fecerint, tenetur magister militum in duodecim libris auri. text. est & ibi Bar. in l. insignis. C. de pasc. publi. vel pri. lib. xj. & dicit Andreas de Barulo. & post eum Io. de platea, quòd, ne prata deuastentur per cõmunitates & barones regni, sunt statuenda loca in eorum territoriis, in quibus animalia eorũ pascãtur sine subditorũ iniuria. Quod tamẽ, vt dicit Io. de platea, male obseruatur in regno Frãc. Quicquid tamẽ dicat, videmus in multis locis, ꝙ sunt loca cõmunia, quæ expressè sunt deputata pro pascuis animaliũ, ne damnum in pascuis afferatur. Et istud idem tenet Martinus Lauden. in tra. de principibus, in tit. de milite, in xx. not. inci. nõ debet deuastare, & dicit idem Marti. Lauden. in dicto titu. in xx. no. inci. si capitaneus cum
3 exercitu. * quòd si magister militum soluerit damnum, quod non potest recuperare à militibus, per glo. in l. ex maleficiis. §. his quoq;. ff. de act. & obli. & Bar. ĩ l. j. §. plures. ff. de eo per quẽ fa. erit. Quæ omnia in hac materia sunt notanda, & in hac materia nõ est differẽtia inter prata publica & priuata, etiã in impositione pœnę, vt dicit tex. & ibi Iac. Rebuf. in d. l. in signis. C. de pascu. pub. per quẽ tex. dicit * ꝙ scindẽtes arbores nemorũ, seu forestarũ priuatorũ subditorum, debent intãtũ cõdẽnari, inquantũ cõdẽnantur illi qui scindũt nemora, seu forestas regis seu comitis. Sed (vt dicit) hoc non obseruãt iudices nostri temporis, quia scindentes nemora seu forestas principis maiori pœna pecuniaria puniuntur, quàm illi qui scindunt arbores nemorũ, seu forestarũ nobiliũ, & pro certo mirabilis abusus seruatur in hac patria, in qua iudices & officiarij nemorum seu forestarum, qui dicuntur, *les officiers de la gruerye*, cõdẽnãt ad emẽdã. lxv. solidorũ Turonen. repertos in lignis, nemoribus, seu forestis principis, ad relationẽ cliẽtis seu messarij. quod non est ęquum, neque iuridicũ de iure, & est contra hanc consuedinem, per quam tamen statur talibus vsque ad vij. solidos, & tamen in gruerya creditur eis vsque ad lxv. solidos, quod fieri non deberet, & deberet talis abusus notorius reparari. multos alios abusus faciunt, quos spero in breui reparatos iri per eorum superiores.

2 Magister militũ tenetur de dãno à militibus dato in prædus.

4 Scindẽtes arbores qualiter puniendi.

REdeundo * ad propositũ qualiter debeat æstimari istud damnum datum in frumento, quod erat in herba. Ia. de Are. in l. certè. ff. arbo. fur. cesa. dicit illud debere æstimari quantũ tẽpore damni dati vendi potuisset illud frumẽtum, cũ dubio euentu perceptionis frumenti, tempore messium, ar. l. propter spem. ff. fam. hercis. Spe. in tit. de iniur. & dam. da. §. sequitur videre. versi. sed quomodo æstimabitur damnũ datum in frumento dũ est in herba. dicit quòd aut expectabitur tẽpus messiũ, vt sciatur quãtũ ex tanto & simili frumento habebitur, vel cõsiderabitur quãtũ fructus in anno præterito ex tãto vel simili frumẽto habitus est. arg. ff. ad legẽ Aqui. l. ĩ lege Aquilia. si deletũ. & l. locũ. §. cõdẽnatio. ff. de tab. exhi. xj. q. iij. c. nolite. ℭ Sed tamẽ istud videtur cõtra l. ait lex. & l. inde Neratius. & §. si infans. ff. ad legẽ Aqui. vbi habetur ꝙ circa dãna data nõ debet haberi cõsideratio tẽporis futuri, sed tãtũ præsentis. vnde videtur ꝙ deberet fieri condẽnatio ꝓ herba, sicut si in prato dãnum datum esset, & ita arguit Iac. de Are. in d. l. certè. & idem Ia. de Are. Cy. & Pau. de ca. in l. fi. C. ad legẽ Aqui. & Floria. in d. l. ait, & in d. §. si infans, secundum quos debet cõsiderari quãtũ vẽdi potuisset tẽpore dãni dati. & ita etiã tenet Ang. Areti. instit. si quadru. paupe. fecisse dicatur, col. ij. & Io. And. in addi. ad Spe. in loco hìc ante alle. in verbo, propter. Alberi. de rosate in ij. parte statutorũ, quæstione. lxxviij.

5 Dãni dati in frumento in herba existente æstimatio.

ADDITIO. Vide in hoc Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, peruenit. in vij. not. tenet hãc vltimam opinionem, scilicet quòd inspicitur dãnum, quod potest esse tẽpore damni dati.

Aduerte

Aduerte tamẽ ad id quod dicit Pet. Giraudi in suo singula.xxv. ꝙ ex tribus æstimatoribus assuetis, si vnus æstimet in xx. alius in xxx. alius in xxxv. debent omnes summę coaceruari, & per iudicẽ ęstimari in tertia parte totius summę, per tex. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secundis nuptiis. qui dicit mirabile, si est verũ, sed tamẽ dicit esse dubitabile per tex. in l. diẽ proferre. §. si plures. ff. de arbitriis. & l. inter pares. in fi. & qđ ibi not. ff. de re iu. * ¶ De arbore aũt incisa quomodo fieri debeat ęstimatio, est tex. in l. faciẽda. & in l. furtũ. §. fi. ff. de arb. fur. cæsa. ¶ Et quomodo in homine debilitato in manu, vel tibia, & effecto impotente. vide Pa. in c. j. col. ij. versi. vlterius q̃ro. extrà, de iniur. & dãno dato. & licet dicat ibi Pa. * ꝙ difficillimũ sit æstimare operas futuras, dicit tamẽ Florianus in l. fi. ff. de his qui deiece. vel effude. ꝙ estimabũtur vsque ad cẽtũ annos, quia tantũ præsumitur viuere. l. fi. C. de sacro. san. eccl. hoc tamen reprobat Are. in §. itẽ is ex cuius. instit. de obli. quę ex quasi delic. & etiam Io. Fabri. nã, vt dicit Areti. talis æstimatio fiet, secundũ quod habetur in l. hæreditatum. ff. ad legem Falci. quia non semper operari poterit, & maximè in senio. argu. l. fi. ff. de ope. libert. 6 *Operas futuras æstimare difficille.*

ADDITIO. Aduerte tñ, ꝙ si quis vulnerauerit hominẽ vel occiderit casualiter & nõ culpa sua, nõ tenetur neq; ad expẽ. neq; ad dãni æstimationẽ. vt tenet Mat. de affli. in cõsti. regni Sici. q̃ inci. qui de alto. * ¶ * Et de valore rei, siue sit in frumẽto, siue in aliis rebus, ꝙ semper inspici debet locus publici fori, casum habemus peregrinũ in l. septẽ. C. de ero. mili. anno. & ibi Bar. & in c. j. de emp. & ven. Et de valore rei probandæ, vide Bar. in l. fi. de naui cu. lib. xj. cũ aliis alle. per Corsetũ in suis singula. in ver. vẽditio. fo. vlt. & ita etiã tenet And. Barb. post Pet. de anc. in c. j. de emp. & vendi. & subdit *, ꝙ licet transeũtes non sortiantur forũ in loco, per quẽ transeunt, tamẽ possunt se adiuuare cõsuetudine loci. tamen Barba. tenet cõtrariũ. & alle. Lud. Roma. in cõsi. ccxxij. & Paulũ de cast. cõsi. cccxliij. tenẽtes contrariũ per iura quę ibi alle. De hac æstimatione fienda, vide Boeriũ in cõsue. Bituri. tit. de cõsue. prædio. §. j. in prin. & ibi ponit quomodo etiam fienda sit æstimatio arboris incisæ. Et de æstimatione dãni ex homine mortuo, vel debilitato, aut alia quacũque iniuria reali, aut verbali. vide plenè Paridẽ de Puteo in tract. de syndicatu. vers. quia pluries. fo. xlj. & xlij. & ibi etiam de muliere, seu virgine deflorata, aut deformata. Aduerte etiam * quòd de mala æstimatione potest conqueri infra annum, vt dicit Bal. in consi. suo ccclxxxvij. in iij. volu. 9

Occidẽs casualiter.

7 *Valor rei quõ cognoscẽdus.*

8 *Trãseũtes non sortiũtur forum loci.*

ET de materia æstimationis dãni dati in animalibus, quomodo debeat fieri, aliàs dixi in facto contingente, & consului pœnam in consiliis meis. De materia vero æstimationis damni dati, seu vulneris illati in hominem. vide Panor. in c. j. de iniu. & dam. da. & ibi Hostien. in summa. versi. quibus detur.

ET debet * peti æstimatio animalis, aut alicuius rei mobilis, aut se mouentis, si nõ sit in rerum natura, sed si sit in rerum natura, debet peti ipsa res. Et quomodo hoc fieri debeat, ponit amplè Ioã. fa. in §. sic itaque discretis. in fi. instit. de actio. ¶ Et vide quæ dixi infrà in tit. *des enfans de plusieurs lictz*. §. ij. in prin. in addi. ibi posita, inci. aduertendum est quòd secundum iuris. 10 *Æstimatio quãdo petatur & quãdo res.*

SED quia creditur in dãno dato huic messario, quid in incidẽtibus? dic idẽ, vt tenet Bar. in. l. solẽt, in fi. ff. de ali. & ciba. leg. & in l. pe. ĩ ij. col. C. de pac. ꝑ l. cũ hi. ff. de trãs. vt refert Frã. de Are. cõsi. lxxxiiij. in iij. col. qđ inci. multa Roma. sing. cclviij. & do. meus. Ias. in l. ij. in vlt. col. C. de edi. diui Adria. tollẽ. ¶ Itẽ etiã ꝓsequẽdo materiã huius §. & gl. nostræ, quęro, * aliquis inuenit animal cuiusdã Titij in prato suo, dãnũ eidẽ afferẽs, an possit illud ad domũ suã ducere, & retinere quousq; sciat cuius sit, & dãnũ eidẽ fuerit emẽdatũ? Pa. in c. si læserit, extrà, de iniu. & dam. dato. dicit ꝙ nõ potest retineri, donec fuerit satisfactũ, eo. ꝙ cõsultũ est inuentori per aliã viã q̃ per retentionẽ, ita etiã tenet Bar. in l. hoc amplius. §. de his aũt. in fi. ff. de dã. infec. & in l. ratis. ff. de incen. rui. naufra. Bal. in l. requirẽdi. in ij. col. ibi, & adde ꝙ ille qui inuenit. C. de ser. fugi. Spe. in tit. de accu. in xxij. col. ver. sed pone, inueni pecudẽ. & ibi Io. And. Bal. in l. Quintus. ff. ad legẽ Aqui. Io. de ana. in c. ex literis, in ij. col. extrà, de fur. Paul. de cast. Alex. & communiter doct. in dicto §. de his. potest tamen expelli de fundo per dominum fundi, vt plenè not. Bar. Veronen. tit. de serui. rusti. prædio. de seruitute pascẽdi. in vj. q. ¶ Vide ad hoc Boerium in cõsue. Bituricen. tit. de consue. prædio. §. j. in prin. & in eo. tit. §. v. ponit, an liceat gallinas & anseres alienas in horto suo inuentas occidere, & etiam columbas. 11 *Animal in prato inuentũ an poßit retineri donec satisfaciat.*

SED quid * si ipsum expellendo pereat animal, an & quãdo expellens teneatur ad emendationẽ? vide Bal. in cõs. suo. cxliiij. in iiij. vol. vbi cõsuluit ꝓ suo amico. & vide Pet. Iac. in tit. de paupe. vbi dicit ꝙ inueniens animalia ĩ suo fundo tenetur ea expellere, vt sua expulisset, si deprehẽdisset. l. Quintus. cũ. l. seq. & ibi Floria. ff. ad legẽ Aquiliam. aliàs tenetur actiõe. l. Aquiliæ. & in §. fi. insti. ad legem Aqui. maximè si animalia expellẽdo tetigerit, sinautem non tetigerit, sed ex sola expulsione animalia damnum habuerunt, puta quia transierunt per viam arctam & angustam, vel supra clausuram, ita quòd posuerunt palum in ventre, vel aliàs, tenetur actione in factum. gl. in d. l. Quintus. per l. si. boues. ff. ad legẽ Aqui. ¶ Adde in materia, an dominus teneatur ex mala custodia pastoris. Boerius in consue. Bituricen. tit. de consue. prædio. §. vij. 12 *Quid si expellendo animal pereat.*

ADde etiã ꝙ * animal per messariũ vel cãpariũ repertũ in dãno, & retentũ, vel ꝓ pignore datũ, vel aliàs, huiusmodi perierit, perit periculo officialis seu messarij, & per ipsum debet emãdari. l. queadmodũ. §. magistratus. ff. ad l. Aqui. & intellige prędicta, qñ captura fuisset iniustè facta, vel fuisset iustè facta, animalia fame necasset, quia eius cibaria afferre passus nõ fuisset, vt dicit ibi tex. & Bal. secus ergo si iustè ea cepisset & fortuitò perirẽt. per illũ tex. dicit ibi Bal. * ꝙ si magistratus ceperit aliquem, & ille se vulnerauerit, vel laqueo se suspẽderit, nõ tenetur iudex, & de hoc est ibi tex. idẽ etiã, si se defendẽdo cũ caperetur autoritate iudicis, fuerit vulneratus, nõ tenetur qui eũ vulnerauit. ita dicit Bal. in l. neminẽ. C. de exhi. re. & facit ille tex. in d. §. magistratus. versi. siquid tñ aduersus resistẽtẽ violẽtius fecerit, nõ tenebitur. quẽ Bal. nõ alle. sed bene alle. l. si seruus. C. de his q. ad eccle. cõfu. ¶ * Et aduerte ꝙ sicut potest capi animal in fundo dãnũ dãs, ita etiã extra fundum, dũmodo incõtinẽti, arg. eorũ quæ dicit Sali. in l. Gracchus. C. ad legẽ Iuliam de adul. vbi dicit quòd si ex forma statuti possit occidi animal in fundo, potest etiam occidi extrà, dummodo incontinenti, quod nota. 13 14 15

ET intellige prædicta, ꝙ tale dãnũ datũ per animal alicuius in fundo, est punibile, vt hoc §. nisi tamẽ vno casu, scilicet qñ viator transiẽs iter suũ depasceret iumẽtũ in prædio alieno, quia hoc casu nõ tenetur ad restarionẽ dãni, cũ istud sit licitũ. tex. est no. & ibi Bal. in c. quoniã. §. fi. de pace tenen. & ita etiã tenet Roma. in

singu.suo.cxxxv. ¶ Vide Io.Sanxõ in consue.Turonẽ.art.vj.tit.*des heritages deffensables*, & Boerium in cõsue.Bituricẽ.in tit de cõsue.prædio.§.iiij. Aduerte tamẽ ꝙ si bestia alicuius fuerit deperdita, quæ damnũ dederit, non tenetur dominus ad huiusmodi emendã, nisi dominus fuerit in culpa circa perditionem talis bestiæ, quia fortè eam misit sine custode. ita tenent Gandinus in tract.maleficiorũ versic.vlti.item pone, cõtineri.& Alberi.in ij.parte statutorum, quæstione.lxxvj.

Consuetudo quando liget clericos.

ADDITIO. Videtur ꝙ sit alius casus in quo hæc cõsuetudo nõ habeat locũ, scilicet in animalibus clericorũ, cũ clerici nõ possint ligari cõsuetudine laicorũ. vt in simili casu videtur tenere Mat. de affli.in cõsti.quæ inci.eũ partes Apuliæ.in ij.q.vj.no. Sed quicquid dicat Mat. in suo loco, aliud erit in hac patria propter cõsuetudinẽ nostrã, quæ est promiscua tã inter laicos q̃ ecclesiasticos, cũ sit à tribus statibus patriæ approbata, vt in cõclusione illarũ, in fine, & sic ligat ecclesiasticos, vt facit tex.in c.ad nostrã.extrà, de probatio. quẽ ad hoc ponderat Io.de Imola ibi, & post eũ Ant.de but.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in pe.col. extrà, de probatio. & ibi Feli. in xxix. colũ. dixi infrà in casu simili, in tit. *des droictz & appartenances à gens mariez*, §.vij.in gl.*supposé que lesdictz contractz*, quasi in fine. *

17 Dans animal pro noxa liberatur à damno.

ITem etiã * quando dominus dat animal pro noxa, quia liberatur à dãno.l.j.ff.si quadru.pau.fe.dica.c.fi.& gl.in c.si læserit.de iniur.& dã.dato. quod tamẽ intellige, nisi ipsemet domin⁹ deduxit animal suũ in alienũ campũ, vt ibi depasceret, quod dicitur cõmuniter apud nos, *à gardefaicte*, quia hoc casu nõ liberaretur dãdo animal ꝓ noxa, cũ ipsemet videatur dedisse dãnũ, & sic teneatur in solidũ.d l.j.ff.si quadru.paup.fecis.dica. & l.ij.ff.ad legẽ Aquil.& d.c.fi.extrà, de iniu.& dam. da. & satis hoc exprimunt & declarant consuetudines Aluerniæ. ¶ Sed qualiter formatur libellus in isto damno dato? vide Spec.in titulo de iniuriis & dam.dato. & Roffre.in libello, in titulo, de actione in factum, & de pauperie.

IN TEXTV IBI, *Iusques a sept solz tournois.*

1 Dictio vsque.

ADuerte etiã * quia dictio vsque stat exclusiuè, vt dicit Bal.in c.cũ dilectus. extrà, de dolo & cõtuma. cum iure prohibente extremitatẽ, tertiũ nõ potest includere. do. Alberi.de Rosa. ponens cõditiones exclusiuas & inclusiuas, in aut.hoc ius.C.de procu.incipit per dictionẽ, vsque, & dicit in prin. ꝙ sæpe allegatur prædicta aut. ꝙ dictio, vsq;, ponitur ĩclusiuè. sic ff.de senatori.l.fi.§.fi.& ibi in gl.ĩ aut.maximis.& ibi gl.C.de nup. l.ij.j.respõs.& ibi gl.ff.de his q̃ notã.infa.l.quidẽ testamento.& ibi gl.ff.de leg.ij.l.id est vsq; ad duos aureos.

2 Actio de dolo.

ff.de dolo.vbi dicit tex. ꝙ * actio de dolo nõ datur pro modica summa, id est vsq; ad duos aureos, & dicit ibi gl. ꝙ nõ datur ꝓ duob⁹ aureis, vt includat dictio, vsq;. sic ergo videtur ꝙ nõ sint inclusi.vij. solidi, sed exclusi, per illã gl.& ꝙ exclusiuè etiã ponatur satis not.in l.meminisse.ff.de offi.procõ.& leg.vbi plenè ꝑ eũdẽ Alberi.qui in prædictis locis multũ notãter enucleat hãc materiã, quæ est quotidiana. Bar.plenè.in l. patronus.§. Sẽpronio.ff.de le.iij.aliquid per Soci.in cõsi.suo xxv.in ij.col.in j.vol. ita Petrus de Ferrariis in forma capitulorũ, quando testes producũtur ad æternã memoriã.in gl.in versi. vsque ad calendas Ianuarij. vnũ verbum per Feli.in c. ꝙ ad consultationem.de re iudi.Bal.in l.à calligato.C.de nuptiis.Car.Flo.in consi.xxvij.& Ioã. de Imo.in consi.x. Et in hac nostra consuetudine, nihil aliud disputando, an sit super fauore, an super odio: dic quòd stat inclusiuè, quia est super nu.ita Bar.in d.l.patronus. hic ante allega.

PRosequendo materiam huius §. & gl. quia dicit quòd creditur messario vsque ad septẽ solidos Turonẽ. pone, ꝙ messarius referat damnũ fuisse datum in tali loco per animalia talis, vsq; ad septẽ solidos. An ũ dominus animaliũ inficietur & negauerit, quia in curiis nostris illud obseruamus, * quòd negando est duplex

3 Negatio duplicat pœnã.

pœna. Et sic pœna crescit per inficiationem. An sufficiat etiã quo ad augmentum pœnæ relatio nuntij referentis damnũ fuisse datũ vsque ad vij.solidos ad cõdemnandũ inficiantem in xiiij.solidis. Et videtur ꝙ non, quia ex statuto & consuetudine nostra limitata est dicti messarij fides, scilicet vsque ad vij.solidos, nec debet

4 Statuta iuri cõmuni derogantia restringenda.

extendi, imò potius restringi * cum statutum seu consuetudo derogans iuri cõmuni debet intelligi simpliciter prout iacet, ita dicit Bald.in l.maximũ vitium.C.de liber.præteri.in vj.col.versi. vlteriùs quæritur de tali quæstione. dominus meus Ias.in aut.nouissima.in vj.col.C. de inof. testa. etiã quia cõsuetudo nostra limitat fidem messarij in vij.solidis, nõ debet excedere metas, cum limitata causa limitatum producat effectum, l.in

5

agris.ff.de acqui.re.do.l.age cum Geminiano, & ibi dominus meus Ias.C.de trãs.& in l.sed & si plures.§. ad substitutos, in ij.col.ff.de vulga.& pupi.substi.& Feli.in c.cum ordinem.in iij.& iiij.col.extrà, de rescri. & facit ꝙ dicitur hic de eo qui habet limitatam iurisditionẽ vsq; ad certã summã, vltra quàm iudicare nõ posset. tex.est & ibi docto.in l.si idem cum eodem.ff.de iuris.omnium iudicũ.eo etiam maximè, quoniã, vt habetur

6 Sententia debet esse cõformis libello.

in l.vt fundus.C.communi diui. * sententia debet esse conformis libello. & quia nõ amplius in libello petitur quòd iudex nõ possit vltra cõdemnare, etiam in illo quod crescit per inficiationem, vt videtur tenere Sali.in l.contra qui negantem.C.ad legem Aquiliam. ¶ Contrariũ tamẽ videtur de iure dicendũ, & hoc videntur tenere Bar. Alberi. & dominus meus Ias.in d.l.si idem cũ eo.alle.l. item veniunt.§. cũ prædiximus.ff.de peti.hæredi.nam, vt dicit do.meus Ias.attendi debet tempus petitionis, licet postmodũ crescat causa per inficiationẽ. ¶ Et ex hac doctrina, quã malè intelligunt practici rurales nostræ patriæ, solẽt semper cõdẽnare vocatos in ius ad emẽdã xiiij.solidorũ, ratione negationis petitionis actoris in omni materia, dũmodo non fiãt aliæ ꝓbationes. sed si fiãt ꝓbationes per testes sup petitione actoris, tũc est emẽda lx.solidorũ Turonẽ.

SED an ista emẽda lx.solidorũ possit adiudicari in talibus cõtra partẽ, quæ condemnatur factis ꝓbationibus hinc inde, iste est vnus abusus in hac patria, qui ꝓ certo tolerari nõ deberet. Primò, vt videm⁹, statim

Clamor iustitiæ.

ꝙ pars est in ius vocata corã aliquo castellano, debetur emẽda ab illo qui succũbit. vt dicit Io.Fab.in.§.appellamus.insti.de actio.& hanc emendam vocamus clamorẽ iustitiæ, etiã si cõfiteatur, id tamen fieri nõ deberet, vt dicit Io.Fab.in d.§.appellamus, si verò inficietur in quatuordecim solidis. si sententialiter fuerit condẽnatus factis ꝓbationibus hinc inde in lx.solidis, si appellauerit ad balliuũ baronis, aut alterius inferioris à balliuo regio, & dictũ fuerit bene iudicatum & male appellatum, in lx.solidis. ¶ An istud fieri possit & debeat? quãtùm ad primam emendam quam debet, etiã ex sua cõfessione, videtur nõ esse æquum, nisi primò fuisset interpellatus, secundũ Io.Fab.in d.§.appellamus & Henricũ Bohic in c.extirpandæ.de præbendis, sed si fuerit

fuerit interpellatus, videtur tunc ꝙ poſſit in emendá condẽnari,ſecũdũ Io.Fab. in dicto loco propter generalẽ cõſuetudinẽ.Idẽ etiã in illo qui eſt contumax, qui propter eius contumaciá cõdemnatur in vij. ſolidis. Et hoc eſt iuridicum,eo quòd contumacia eſt delictum.l.cõtumacia.ff.de re iudicata.Feli.in c.ſuper eo. le.j. ad finem.de teſtibus. & hoc eſt de conſuetudine generali Franciæ, de qua fecit mentionem Ioan. Fab. in l. cunctos populos. in x.colum. C. de ſacroſanctis eccleſi . ¶ Aduerte, quia de hoc Boerius facit mentionem in conſuetu.Bituricen.titu.de iuriſditione omnium iudicum.§.xviij.in glo.j.& in gl.ij. ponit quę ſunt quæ excuſant à contumucia.vbi multa ponit quæ ſunt multum notanda in practica.

QVantum ad ſecundã pœnam quæ eſt duplex,quando ſcilicet quis negat,& poſtmodum cõfitetur, tũc hoc caſu, quia pœna creſcit per inficiationẽ,videtur eſſe iuridicum ſecundum legem Aquiliã.& in dãno dato.aut.contra qui negantẽ.C.ad legem Aqui.ſed quòd ſit iuridicum in omni caſu,videretur ꝙ pœnę potius eſſent reſtringendæ quàm ampliandæ,tamen credo adhuc ꝙ iſtud ſit iuridicum,nam vt dicit Bar.in l. eũ qui.ff.de iureiu. ſi*reus in prima comparitione negauit , & poſtea confiteatur, non euadit pœnam negantis, 7 *Negans & poſtea confitens nõ euadit pœnam.* tamen do.meus Iaſ.poſt Alex.& Bal.videntur tenere contrariũ.facit tex.pro opinione.Bar.in l.j. C.de plus peti.ante litem conteſta.& quanto magis ſi lis fuerit cõteſtata punienda eſt perſeueratio, vt ſtatim dicemus. Sed quicquid ſit,credo ꝙ ex quo ſemel negauit,ꝙ debet puniri pœna mendacis, quæ eſt in duplum. & domi. meus Iaſ.in d.l.cum qui.ponit quæ ſit negatio quæ facit creſcere condemnationem in duplum . ¶ Vide quæ in prædictis dicit idem Boerius in conſuetudi.Bituricen.titu. de iuriſdi. omnium iudicum. §. xxij. in glo. quia creſcente dolo.&c. ¶ Et etiam addendo aduerte,quòd iudex loci vbi animalia dederunt damnum,eſt iudex, & nõ tenetur remittere ad iudicem domini animalium,vt tenet Matthæus de afflictis in conſti. regni Siciliæ, quæ incipit,cum per partes Apuliæ.in v.quæſtione.vj.notabili.in iij.libro.

ADuerte etiã*ꝙ quis condẽnatur in duplũ , qñ eſt cõdẽnatus ex prima ſua confeſſione, ſi infra tempus à iudice ei ſtatutũ nõ ſoluit,ſi vocetur iterũ,quod apud nos dicitur, *il eſt uenu a reclain*. hoc caſu duplicatur 8 *Cõtumacia duplicat pœnã.* emenda,quia condemnatur in xiiij.ſolidis turoñ.quod eſt iuridicum,cùm ſit contumax in non parendo.

QVantũ verò ad aliá pœná,quę eſt.lx.ſolidorũ ex prima ſentẽtia,quę ꝓfertur,lite cõteſtata, & factis ꝓbatiõib⁹, nã,vt dicũt docto.in d.l.eũ qui.ex quo plus grauatur actor onere probãdi,in plus debet creſcere condẽnatio pœnæ.& facit pro hoc tex.in d.l.j.C.de plus peti.ibi,ſinautẽ & liti præbuit,ſed eo ꝙ iſta emen.lx. ſolidorum eſt pro delicto,videtur quòd non debeat in cauſa ciuili adiudicari ,nec vidi eam in multis locis adiudicari , & ſi quibuſdam adiudicatur,quod tamen fieri vidi,credo quòd ſit abuſus.

QVantùm autem ad appellantem,qui fuit condemnatus,ita ꝙ fuit dictum,bene iudicatum, & malè appellatum,tunc condẽnatur per inferiores balliuos à balliuo regio ad emendam.lx.ſolidorum.& iſtud fundatur ſuper l.ij.C.de epiſco.audi. & in l.ab executore.§.fi.C.quo.appel.non reci. *vbi iniuſtè & mala fide appellans condemnatur vltra condemnationem expenſarum in quinquaginta libris argenti , quæ erogãtur pauperibus. vt dicta l.ij. & ibi Bal.& docto. *& ſemper appellans videtur eſſe in mala fide , cum præſumatur ꝓ ſentẽtia.l.ingenuũ.ff.de ſtatu ho.l.res iudicata.ff.de reg.iur.& adhuc ſeruatur in pœna in curia parlamẽti Burgũdiæ,quia malè appellãs cõdẽnatur in xx.libris turoñ.fiſco applicãdis,ſiue ſit clericus ſiue laicus: 9 *Iniuſtè appellãtis* 10 *pœna.* quod tamẽ in hoc videtur eſſe quodãmodo cõtra d.l.ij.vt not.Bar.& Io.Fa.& hoc in curia parlamẽti Burgũdiæ:in aliis autẽ curiis parlamẽti cõdẽnatur in maiori ſum.& hoc eſt de iure ciuili.ſed de iure canonico ſecùs: vt per Pa.Phi.Peruſinũ.Car.Alexã.And.& Feli.in c.ij. de appel.& dicit ibi Phi.Decius,*ꝙ,licet de iure canonico temerè appellans alia extraordinaria pœna non puniatur,quia iure cautũ nõ reperitur,ſecùs eſt de iure ciuili:vt tenet gl.fi.in l.j.§.interdũ.ff.à qui.app.nõ li.Spe.eo.ti.§.nũc dicam⁹.Bal.& Ang.poſt Cy. ĩ.l.eos. §.ne temerè.C.eo.in prin.& idẽ Ang.in.l.ab executore.C.quo.appel.nõ reci.vbi infert ꝙ ĩ terris quę ſunt de tẽporali iuriſditione eccleſiæ,temerè appellãs tãtùm in expẽſis venit cõdẽnãdus.vt no.Pa.in d. c.ij.& in c.vt debitus.de appel.alibi tamen glo.in c.ad Romanã. *le premier*,ij.q.vj.ſentit idẽ eſſe in vtroque iure.& Io.An. in d.c.vt debitus.& Alb.de roſa.in d.l.eos.§.ne temerè.& iſta opi.hac ratione ſuſtineri poteſt:nã regula eſt 11 de iure ciuili,*ꝙ ille qui temerè appellauit & ſuccubuit,arbitrio iudicis puniatur.d.l.eos.§. ne temerè.& ſecũdũ gl.j.ibi Cy.& Bal.ita ille tex.intelligitur.& hoc idẽ eſt de iure canonico.bonus tex.in c.frequẽs.de reſti. 12 ſpo.in vj.& per illũ tex.Pa.in d.c.ij.de appel.dicit ꝙ ſuccũbẽs,etiã de iure canonico,extraordinaria pœna puniri poterit.Et hoc eſt,quia licet non reperiatur de iure canonico,tamen idem eſt de iure ciuili:cùm expreſſè cõtrarium nõ prohibeatur.arg.no.in c.j de noui ope.nuncia.In balliuatu noſtro Heduen.in nihilo cõdẽnatur per balliuum.In balliuatu verò Auxeti,malè appellãs condẽnatur in xl.ſolidis turoñ.iudici applicãdis. quod non video iuridicum,inquantum iudex applicat ſibi emendam.¶ De materia huius glo.vide quæ dicit Boerius in cõſue.Bituricen.tit.de iuriſ.om.iu.§.xxviij.in gl.iſta cõſuetudo.Et quę ſuprà dixi in rub. *des iuſtices,&c.* nu.88.¶ Aduerte ad id quod dicit Bal.in l.j.C.de ſen.præfec.præto.& quod dicit Mat.de affli. in præfatiõe cõſti.regni Siciliæ,in x.q.vbi dicit ꝙ vbi per ſtatutum,aut aliàs, permittitur venire cõtra ſententiam præfecti prætorio per literam recurſus,vt eſt in ſententiis curiarum noſtrarum parlamentalium, in quibus poteſt venire per viam propoſitionis erroris,ꝙ recurſus debet regulari ſecundũ quòd regulatur appellatio,quãtùm ad tempus exercitij,& terminationis:& hodie quantùm ad emendã quo ad nos per ordinationes regias eſt prouiſum,quia duplicatur.Sed etiam aduerte ad id quod dicit Bal.in auten.quæ ſupplicatio.C.de preci.impe.offeren.& Mat.vbi ſuprà,ꝙ ſupplicatio ſeu erroris propoſitio,nõ reſcindit iudicatũ ſicut appellatio, quoniam non obſtante propoſitione erroris,ſententia mittitur executioni,& ideo non inducit litis pendentiam.* *Erroris propoſitio non reſcindit iudicatum.*

SEd hodie apud nos deciſum eſt per text. Pragmaticæ ſanctionis,tit.de friuolis appellationibus,vbi friuolè appellans,condemnatur in quindecim florenis auri de camera,quod tamen de conſuetudine non obſeruant iudices curiarum ſpiritualium totius regni.

VLteriùs quæritur,proſequendo materiã huius gl.dicitur hîc ꝙ ſtatur tali meſſario de dãno dato vſq; ad ſeptem ſolidos:pone ꝙ pars dicat ꝙ datũ fuit ſibi damnum de centum ſolidis, & vult probare, officialis verò ſeu meſſarius refert de ſeptem, an iudex debeat ſibi adiudicare damnum de ſeptem, & reſeruare ſibi ius *Nota caſum pulchrum.*

probandi in reliquo, an verò debeat expectare probationẽ quã vult facere pars, quæ habuit damnũ, & si pars non probet, an saltem iudex debeat adiudicare dictos vij. solidos juronẽ. in vim statuti, an verò absoluere in totum dictum reum, si sit in iudicio pro dicto damno conuentũ, nam videtur primò ꝙ dictus reus debeat absolui, quia actore non probante, reus absolui debet. l. qui accusare, cũ vult. C. de eden. gl. j. in c. mulieri. de iureiu. quod ꝓcedit etiã in causa criminali. glo. in d. l. in verbo, actore. & Alberi. de rosate in d. l. * vbi ponit cõcordantiã de iure canonico, sed actor non probauit suã intentionem & libellum, ergo debet reus absolui. & actor in expen. cõdemnari. Et si dicatur, quòd debebit saltem reus in septem solidis per officialem, seu messarium probatis condemnari, dicetur in oppositum, ꝙ cũ sententia debeat esse conformis libello. l. vt fundus. ff. cõmuni diui. l. fi. C. de fidei liberta. c. qualiter & quãdo. *le second*, quasi in fi. de accu. & ideo si libellus actoris cõcludat in centũ, quæ probata nõ sunt, clarũ est ꝙ non debet proferri sententia in defectũ probationũ, ne accidat sententiã non esse conformẽ libello, ex quo verũ erit dicere actorẽ plus petiisse re, & ideo mulctandũ esse pœna tripli. §. si quis agens. cũ §. seq. insti. de actio. & in l. j. C. de plus petitio. ¶ In contrariũ tamẽ videtur ꝙ etiã si petierit centũ solidos, & probatũ fuerit de septẽ, ꝙ dicti vij. soli. sunt eisdẽ adiudicãdi, per doctrinã Bar. in l. si cõstãte. §. fi. ff. sol. matri. Et qđ dicit do. meus. Ias. in l. quidã æstimauerũt. ff. si certũ peta. vbi dicit * ꝙ qui petiit ĩ libello decẽ, & postea probat de quinq; tãtũ, cũ intelligatur etiã quinq; petiisse, potest iudex cõdẽnare in quinq;, & erit sentẽtia cõformis libello. facit l. apud Celsũ. §. itẽ q̃ritur, primo ff. de exc. doli. l. si duo. §. fi. ff. deposi. quẽ alle. Alberi. ĩ d. l. quidã. & Ale. ibi hoc tenet allegãdo plures cõcordãtias. & facit, * q̃a in maiori summa minor inest. l. j. §. si stipulãti. ff. de verb. obl. Faciũt q̃ dicit Bar. & do. meus Ias. post alios. i. l. scire debemus. in fi. principij. ff. de verbo. obli. & Sali. in l. j. C. de plus peti. ad quos recurre, cũ casus euenerit.

13 *Actor nõ probãs cõdemnatur in expensis, & reus absoluitur.*

14 *De petente maiorem summam quã probet.*

15 *Maiori summæ minor inest.*

SED, vt dicit do. meus Ias. in d. l. quidã æstimauerũt, maius dubiũ est, quid ẽ cõtrà. Pone * ꝙ actor in libello petiit minorẽ summã, posteà probauit maiorẽ, nũquid iudex possit in maiori cõdẽnare? Dicit do. meus de hoc esse gl. singularẽ. ꝙ nõ. in l. verbũ hoc oportebit, in gl. magna. circa. fi. de verbo. signifi. quã gl. Alberi. in d. l. quidã. & Ludo. Roma. ibi dicit esse singularem, & pro ea facit viua ratio. * Nam sententia nõ potest ferri super eo, super quo nõ est lis cõtesta. l. prolatã. vbi gl. & Bar. C. de sen. & interlo. omniũ iud. Sed si actor in libello petiit decẽ tantũ, lis est contestata in decẽ, dato ꝙ posteà probet de viginti, nõ potest iudex proferre sententiã de viginti, quia ferret sententiã super eo, super quo lis nõ est contestata. Contra illam gl. tamen videtur esse tex. expressus. in §. si minus. insti. de actio. ¶ Sed aduerte quia gl. & do. ibi & doct. in l. edita. C. de edẽ. diffiniũt illũ tex. & exponũt hæc verba, in eodẽ iudicio, id est, corã iudice, sed erit opus nouo libello, & noua instãtia. & credo ꝙ prima opinio, scilicet gl. sit vera. Pau. de ca. in d. l. quidã. ponit quid in iuramẽto, an si actor deferat in iuramentum rei contenta in libello in quo petit centum, licet nõ debeãtur nisi quinquaginta, possit iurare reus negatiuè simpliciter. Videatur Paulus, quia nõ est materia huius §. nec gl. nostræ.

16 *De petente minorem* 17 *summam quã sibi debeatur.*

ADde tamen ꝙ si actor petit in libello maiorem summam quã sibi debeatur, vel pòst probet reus habere iustam causam litigandi: nõ debet in aliquo in expẽsis condemnari, nisi actor esset contentus partem debiti accipere cõfessam à reo. Ita Bar. in l. qui solidos. ff. de le. ij. ad finem sequitur. Sali. in l. edita. C. de eden. quamuis Raphael cõmen. in d. l. solidũ. teneat contra Bar. & videtur etiã ꝙ sit sibi contrarius in his quæ dicit in dicta l. j. si stipulati. & videas Bal. in c. j. in iiij. col. extrà, de plus peti. arguẽtem ad partes. Et in aliis locis allegatis per do. meũ in d. l. quidam. ¶ Adde etiam * ꝙ si debitor confiteatur se debere partem debiti solùm, vel tantùm, creditor potest acceptare partem cõfessionis, & respuere taxatiuam tantùm. Ita tenet idem do. meus Ias. in l. si quidã ex causa. C. de trans. & ibi, ꝙ si creditor petat vnã summã, ꝙ nõ intelligitur ꝙ tantum illa sibi debeatur, secus in debitore, quia si cõfiteatur se debere vnã summã, intelligitur cũ diminutione tantũ. Ita etiã tenet idẽ do. meꝰ in l. rogasti. §. si tibi. in ij. col. ff. si certũ peta. ¶ * Vlteriùs quæro, dãnũ est datũ in re cõmuni duobus, vnusquisq; illorũ agit ad interesse corã iudice loci, an pro vtroq; dãno sufficiat relatio nuntij, an verò ex relatione nuntij consequi tantũ debeat vnum dãnum de vij. solidis, an verò vnusquisque percipere possit emendã vij. solidorum ex relatione nuntij? videretur primò quòd vnusquisque percipere nõ posset emendã vij. solido. sed quòd tantũ debeãt habere vnam emendã, quia aliàs esset facere per indirectũ fraudem legi nostræ statutariæ, quæ vult stari dicto messarij vsque ad vij. sol. tantùm, & tamen vnicuique essent vij. solidi. & sic xiiij. sol. ex sua relatione adiudicarentur, ad quorũ tamẽ adiudicationẽ relatio vnius nũtij non est sufficiens. ¶ In cõtrariũ facere videtur quod dicit Bar. in l. si in re communi. ff. de noxa. ac. vbi dicit quòd quãdo sunt duo domini, possunt ambo agere in diuersis libellis pro dãno dato in re cõmuni. Credo ꝙ vnusquisque agere potest pro parte sui dãni, sed ꝙ vbi nõ esset nisi vnũ dãnũ, ꝙ vterq; haberet vnũ dãnũ, nõ credo. sed si esset adiudicatũ, vterque caperet partẽ suã, secũdũ qđ no. Bal. in d. l. si in re cõmuni. vbi dicit ꝙ illud qđ cõsequitur ratione rei cõmunis debet cõmunicari inter socios. ¶ Ista quæstio potest decidi ex his quæ notãtur in l. si idẽ cũ eodem. §. j. ff. de iurisd. om. iu. & in l. vnica. C. si plures vna sentẽtia. & quæ notãtur in l. si qui separatim. ꝑ totã illã legẽ. ff. de appel. ¶ Sed quia hìc antè dictũ est, quomodo probetur dãnũ per relationẽ nũtij, quid si deficiat relatio nũtij, quomodo poterit probari dãnũ, seu interesse? ¶ De ꝓbatione interesse quomodo fiat, ponit Spe. in tit. de teste. §. fi. & de ꝓbatio. §. iij. & quõ cõtra dolosum. vide Bar. in l. argẽtarius. §. cũ aũt. ff. de edẽ. & Ale. in l. semp. §. fi. ff. qđ vi aut clã. vbi dicũt Bar. & Alex. ꝙ nõ probatũ potest ꝑ iudicẽ liquidari vel æstimari, q̃n est in cõmittẽdo, quod dicitur dãnũ. Et etiã probatur ꝑ iuramẽtũ cõtra violẽtũ. l. si quãdo. C. vnde vi. vbi notatur. Et ibi plenè do. meus Ias. ad quem remitto pro p̃sęnti de taxatione damni.

18 *De confitente partem debiti.*

19 *De dãno dato in re cõmuni duobus.*

§. SEPTIMO.

L'Amende de simple rescousse de gaiges prins aux sergens, messiers, ou forestiers, quand ladicte rescousse est souffisamment prouuée, par autre que par lesdictz sergens, messiers, ou forestiers, aulquelz est faicte ladicte rescousse, est de lxv. solz tourn. & entẽdon estre souffisamment prouuée par deux tesmoingtz souffisans, autres que lesdictz sergens.

In comitatu

IN comitatu Burgundiæ etiam ista consuetudo viget, sed emenda est tantum.lx. solidorum in his resistentiis. Aliud est in comitatu Niuernen.in titulo, *des iustices*.§.septimo.

ET quia hoc casu offenditur iurisditio domini, possunt mulctare & punire offendentes, vt hîc dicitur. Et hic est vnus modus quo offenditur iurisditio, de quo plenè.inf.dicã. Aliis etiã modis offenditur quandoque iurisditio, vt dicit Bal.in l.vnica.ff.si quis ius dicen.non obtempe. ¶*Primò, videlicet per contumaciam, & hoc in quolibet genere contumaciæ, quæ habet impedire partes iudicis, quominus sortiantur effectum, vt in contumacia non veniendi. vt ff.de re iud.l.contumacia. *Modi quib' offenditur iudex. 1 Cõtumacia non veniendi.*

ADDITIO Vide Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ, quæ incipit, edictorum.in xij.not.in xij.q. & in xj.q.dicit ꝙ pro contumacia potest imponi pœna cõfiscationis bonorũ, etiã contra testẽ contumacẽ.*¶*Et quilibet habens iurisditionem ordinariam, potest contumacibus imponere minimas mulctas, secundum consuetudinem fori & loci, vt dicit Bal.in d.l.vnica.in princi. vt videmus fieri in Burgundia, & ferè in tota Gallia, ꝙ pro qualibet contumacia non veniendi, hoc est pro quolibet defectu condemnatur quis ad emendã, quæ apud nos est de septem solidis turonen.in iurisditionibus dominorũ tẽporaliũ Burgũdiæ, imò etiam ex prima contumacia potest quis mulctari. vt dicit Alberi.de rosa.in rub.C.de modo mulctarum.in fi.nec opus est noua citatione.Bar.in l.j.ff.si quis ius dicen. non obtempe. & ibi do.meus Iason.in fi. principij.vbi etiam dicit,*ꝙ iudex potest punire deferentem arma, si eum videat, absque processu. & in criminalibus leuibus*repertus in flagranti crimine, potest sine aliquo processu poni ad cathenam. Et vide eundem ibi, vbi ponit multa notabilia in materia mulctæ. ¶* Item in contumacia non parendi, vt ff. ne vis fiat ei.l.si quis missum.& apud nos ista erit duplex, quia hoc casu dicitur post primum præceptum, si non pareat, dicitur tunc venire *a reclain*, quo casu apud alios duplicatur emenda. *2 Cõfiscatio bonorũ pro contumacia.* 3 4 *5 Non parendi.*

PRima est,quòd eripiens violentum raptorem nondum confessum,vel conuictum nec condemnatum,punitur pœna decem librarum auri.§.eripiat.& fi.in aut.vt omnes obe.iudi.

SEcunda conclusio est,quòd eximens confessum & condemnatum de crimine,tenetur pœna criminis læsæ maiestatis.Text.est sing.in l.cuiuscunque. vbi Bar.no.ff.ad l.Iuli.maiesta. & in extrauagan.ad reprimendum.in verbo,tangat.❡ Istam tamen conclusionem limita quatuor limitationibus.

PRimò,vt scilicet nõ habeat locũ in captis ab alio iudice q̃ imperatore. Et istud dicit & tenet Io.Fab.in §. pœnales.in vlt.col.inst.de acti.& istud est notatu dignissimũ,si est verũ,vt dicit ibi do.meus Ias.in xx.col. sed tamẽ,vt dicit,dubitat propter tex.in d.l.cuiuscunq;.❡ Vide ad hoc G.Benedicti,in repetitione.c.Raynu. in verb.mortuo itaq; testatore.j.nume.clxxx.de testamen.* ❡ Ego credo ꝙ ille text.tãtùm habeat locum in cõfesso de illo crimine læsæ maiestatis,& non de alio. Et satis videtur inclinare in hanc sententiam glos.quæ pro vltima opinione hoc tenet,in d.l.cum in dubio, vbi plures sunt opiniones.vltimæ standum est.Bart.in l. bona fides.ff.de depositi. Facit glo.in l. filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel. per dominum meum Ias.in l. si idem cum eodem.§.si vna actio.ff.de iurisdict.om.iudi. Tu dic idem in Christianissimo Rege nostro,qui,vt in pluribus locis dixi,est monarcha in suo regno, & imperator dicitur, & tantã potestatem habet in regno, quantam imperator in imperio,cùm neminẽ in temporalibus recognoscat,c.per venerabilẽ.extrà,qui filij sint legitimi.

LImita secundò,nisi condemnatus vel alius pro eo,puta consanguinei vel amici appellassent,& iustè,à sentẽtia condemnationis,iuxta l.tantùm.ff.de appel. quo casu si iudex non obstãte appellatione,vellet exequi sententiam,quæ non est amplius reiterabilis vel retractabilis,licitum est resistere,etiam de facto.Ita tenet Bal.in l. addictos.C.de episco.audien.& dominus meus Ias.in d.§.pœnales.in ij.col.& dixi suprà.

TErtiò,limita non habere locum in cardinalibus:quoniam si cardinalis obuiet ei qui ducitur ad mortem, ex priuilegio,quod habet ex consuetudine,potest eum eripere,& à morte liberare.vt dicit Bal.in d.l.addictos.C.de episco.audien.& istas tres limitationes ponit dominus meus Iason.in d.§.pœnales.

QVartò,limita nõ habere locũ in eripiẽte seu eximẽte clericũ à manibus familiæ iudicis secularis.ita tenet Feli.allegãdo Bal.in c.j.in vltimis verbis.de offi.deleg.ita etiã tenet Guido Pape,quæst.sua lxxiij. in fi.iste casus posset multos liberare.cogita. ❡ Cõtrarium tamen apud nos obseruatur:& aliàs allegaui illud dictum Bal.& Feli.sed nihil profuit propter obseruantiam in contrarium,de qua sunt multa arresta.

TErtia conclusio,quòd eximens reũ maleficæ seu magicæ artis,punitur pœna vlti.suppli.l.fi. C.de malefi. ❡ Quid de illo,qui sciebat secretè,ꝙ aliquis de delicto grauissimo,quod nõ meretur gratiã,erat capiendus,& ꝙ familia curiæ seu principis eum prosequebatur, ei reuelauit,& detexit secretũ, & fecit vt aufugeret, ita ꝙ eius medio à manibus familiæ euasit,qua pœna sit puniendus? Nam,vt dicit Bal.in c.j.in versi.nota reuelationem.in ti.quibus modis feudum amittatur. reuelans secreta alicuius tenetur, etiam si damnum nõ inferat,multo fortius quando damnum infert,quia tenetur ad damnum & interesse,l.in lege.§.sed & si quis.ff. ad legem Aquil.& ibi Florianus.omnis enim reuelãs archana,fraudulẽtus est.v.q.v.c.qui ambulator & proditor est.l.fi.C.de abolitio.in fi.& satis hoc casu dicitur resistere,qñ per eius tacitã reuelationẽ impeditur captio culpati. ❡ Et facit ad hoc , quod dicit Hippolytus de Marsiliis in singulari suo cxxxvij. incipiente,in iure clarum est,vt dicit quòd ille qui notificat debitori alicuius, quòd aufugere debet: quia creditor suus ordinauit eum capi,& detineri,tenetur creditori ad soluendum debitum. quod nota,quia quotidie euenit.*

Fugã debitori suadens,creditori tenetur.

QVarta conclusio,quòd eximẽs captum à familia, vel carceratum in omnibus aliis casibus quàm supradictis,punietur illa pœna quã merebatur exemptus.tex.est in l.j.C.de his qui latro.occulta. facit quod dicit Ang.in l.j.in prin.ff.ne quis eum qui in ius vocatus.& facit tex.in §.arripiant. in aut. vt omnes obediant iudi.prouinciarum.qui §.intelligitur in non cõfessis & condemnatis,vt dicit dominus meus Iason,in d.§.pœnales.& quæ pœna sit §.arripiant.dicit apostilla ad Guido.Pape,quæstione sua ccccclxix.qui tamen in materia subiecta quo ad l.quartam.ff.ad l.Iuli.maie.videtur errasse,vt infrà dicam.

QVinta cõclusio, ꝙ eximẽs aliquem de facto de carceribus,qui non sit reus alicuius criminis, siue sit pro debito publico siue priuato,tenetur de proprio soluere propriũ debitũ creditoribus.tex.est singularis in l.quoties.C.de exactio. tribu.lib.x.dixi suprà satis amplè in j.glo.huius §.ibi,sed tamen adhuc videretur.

SExta conclusio est,ꝙ eximens de facto aliquem de carceribus,qui non sit reus criminis,nec pro debito incarceratus,cum eximere de facto sit turbare iurisditionem iudicis,potest mulctari pecuniariter, secundum potestatem iurisditionis iudicis,per titulum.ff.si quis ius dicenti non obtempera. & quod ibi vult Bar.in penult.quæstione,& satis declarat Spec.in tit.de senten.prolatio. §.species.in versi.nunquid titulus.& etiam potest per arbitrium iudicis extra ordinem puniri,per l.primam.§.effractores.ff.de effracto.

SEptima conclusio, quòd resistens officiali,& eum offendens in personam, punitur grauiter,& tenetur ex iniuria sibi illata:& dicit Guido Pape quæstione sua ccccclvij. quòd sumpta est practica in regno Frãciæ, quòd

quòd verberantes seruientes regios, qui exercent eorum officia, capite puniuntur. & licet Bar. in l. si quis. §. j. ff. de pœnis. dicat, quòd licet dupliciter delinquatur in officialem, scilicet circa officiũ & circa personam, non tamẽ dicit quomodo sit puniendũ delictũ circa personã officialis cõmissum. sed vide Guido. pape in d. quæstione. ccccclvij. Imò, quod plus est, si quis vulnerauerit seruientem regium etiam volentem, vel alium existẽtem in saluaguardia tenetur. ita tenet Ioan. Fabri in l. nec seruus. C. de iniuriis.

SED iuxta prędicta quęritur de duob⁹, primò quis cognoscit de delicto cõmisso ꝑ officialẽ in eius officio. Secũdò, si officialis delinquat, quis cognoscet de delicto ꝑ eũ cõmisso.* De primo dubio Bar. in d. l. si qs. 35 *Quis cognoscat an officialis deliquerit in officio.*
§. j. ff. de pœ. distinguit, & Ang. Are. in tract. suo maleficiorũ. in gl. j. quęro an quis possit, vbi dicit, aut quis delinquit in officio, tũc pretor. & potest. vt l. ij. C. de sportu. si verò extra officiũ, & tũc, aut crimẽ est notoriũ, ita ꝙ iudex nõ habeat nisi punire, & tũc pretor potest. vt l. si qs fortè. §. si quos. & ibi Bar. ff. de pœ. vbi notatur, aut verò nõ est notoriũ, & tũc nõ potest: qa esset suspectus. vt l. senatus. & qđ ibi no. gl. & Bar. ff. de offi. presi. nisi tñ cõsuetudo esset in cõtra. vt ꝑ Geminia. in c. j. de pœ. & aduerte ad id qđ habetur in apostil. ad Are. in dicto trac. vbi habetur* ꝙ vbi superior inqrit de delicto facto ꝑ eius officialẽ vel familiã, ꝙ non potest 36
appellari à tali sẽtẽtia, vt dicit Spe. ĩ ti. de delega. §. j. vers. nũqd poterit legat⁹. allegat. l. nulli. C. quorũ appel. nõ recipiũtur. faciũt ad prędicta, q̃ dicit do. me⁹ Ias. in l. q iurisdi. pręest. in iij. col. ibi, octauò, fallit. de iuris. om. iu. Et adde, ꝙ si duo officia. eiusdẽ iudicis simul delinquãt, ꝙ iudex eorũ est idoneus in cognoscẽdo & puniẽdo. Bar. in d. l. sena. in fi. & Are. in d. loco. & licet do. meus Iason in d. l. qui iurisdi. limitet post Panor. dictum Bar. in eo quòd dicit de notorio, quia tamẽ non credo illam limitationem esse veram, non aliter insisto.

SED iuxta prędicta quęro de q̃stione, q̃ quotidie in curiis nostris versatur, videmus ꝙ isti nũtij seu officiales, q dicũtur seruiẽtes regij executioni demãdãdo eorũ mãdata, aut aliàs executãdo in territorio alicuius dñi habentis altã iustitiã delinquũt, dominus illius territorij in quo delinquũt vult eũ punire, & de delicto cognoscere, pręses verò ꝓuincię seu balliuus illius balliuatus vult similiter eũ punire, cuius sit huius delicti cognitio, & punitio. videtur primò ꝙ cognitio, & punitio spectat ad dominum habentẽ omne imperiũ in cuius territorio delinquit offi. aut. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet. facit. c. fi. extrà, de fo. cõpe. vbi ratione delicti quis sortitur forũ, cũ ibi not. & facit, quia ille dominus habẽs talẽ iurisditionẽ, est ibi loco balliui & pręsidis, ita ꝙ pręses non potest in ea dominũ turbare nisi in certis casibus exceptuatis, de quibus per Petrũ Iaco. in for. libellorũ. titulo de cõditione ex lege quę oritur ex literarũ obliga. inter quos iste nõ est vnus, igitur &c. Contrariã tamẽ partem possunt sustinere officiales regij, per ea quæ quæ notantur in d. l. senatus, cũ ibi nota. ff. de offi. pręsi. & in d. l. si quis. §. si quos. ff. de pœnis. de quibus suprà dixi. & faciũt. §. festinabis. in aut. de mãda. princ. & §. maximè. in aut. de quæstore. ¶ In hoc articulo fac tales conclusiones. *Quæstio.*

PRima est,* quòd iudex habens numerum officiariorum taxatum, si vnus ex illis de numero taxato. delinquat in offi. punitio spectat ad eum. l. eos. quæ est. fi. C. de apparito. magistrorum militum. 37 *Cõclusiões, à quibus officiales delinquẽtes sint puniendi.*

SEcunda, plures iudices habentes notarios vel seruientes sub se, quilibet puniet suos officiarios in sua iurisditione delinquentes. facit l. viros. C. de Palatinis. facit l. ij. & iij. C. de offi. magistri militũ. per has duas cõclusiones videmus,* ꝙ si notarius regius delinquat in conficiendo instrumentũ, punitur à gubernatore cãcellariæ, vel eius locuntenen. in Burgundia, & idẽ de seruiẽte regio, etiã si delinquat in executione mãdati emanati à cancellaria. Si verò delinquat in alio delicto nõ cõcernẽte eius officiũ, in talibus cognoscit præses prouinciæ qui dicitur balliuus, imò etiam semper cognoscit si præueniat principaliter, & hoc est iuridicũ: * quia maior est omnibus in sua prouincia post principem. ita dicit text. in l. præses prouincię. maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. ff. de offi. præsidis. si tamen appareat de delictis, per notarios aut seruiẽtes regios cõmissis in processu existẽte corã iudice cãcellariæ, cognoscit iudex cãcellariæ, qđ est iuridicũ. arg. l. nullũ. C. de testi. ¶ Per dictas etiã cõlusiones, quæ sunt fundatæ sup dictis iurib⁹, videm⁹ ꝙ alij iudices in hoc balliuatu Heduẽ. non cognoscunt inter seruientes regios de causis eorum, imò etiam nec officialis curiæ sedis episcopalis Heduẽ. nisi in causis spiritualibus. Et de hoc fuit arrestũ aliàs in parlamento Parisiensi. 38 *Notarius regius delinquens, à quo puniatur.* 39 *Balliuus maior omnibus post regẽ.*

TErtia cõclusio, Quòd si inferatur iniuria personalis in personam executoris mei, vel officialis meæ iurisditionis, quòd mihi competit actio iniuriarum.* Et iniuria facta in personam officialis mei, censetur mihi facta. ita per plura tenet Guido Pape quæstione sua ccccclvij. & dicit Alex. in l. quamuis. ff. de in ius vocã.* ꝙ iniuria facta officiali Regis, dicitur facta Regi. & Panor. in c. cum sit generale, in ij. col. extrà, de foro compe. *quòd iniuria facta clerico, dicitur facta Deo. 40 *Iniuria facta officiali meo, censetur facta mihi.* 41

ADDITIO Vide ad hoc Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quę incipit, obseruent. in iij. lib. & in cõsti. sequẽti, quæ incipit, eos tãtùm, ponit quomodo iniuria facta officiali sit vindicãda & punienda, & ibi ponit practicã, quomodo sit procedẽdũ. Et etiã vbi ponit quomodo pro vexatione & iniuria facta subdito, dominus habeat actionẽ, & è contrà, vt dicit Oldr. in cons. ccvj. incipiente, in causa Carnoteñ. Et aduerte ꝙ iniuria facta officiali Regis, etiã volẽti, dicitur facta Regi, vt etiam tenet Hippolytus de Marsiliis consi. suo j. nume. xix. in ij. col. & in consi. cxv. nume. xv. vbi etiã dicit ꝙ iniuria facta seruo, dicitur facta domino: & iniuria facta vni de collegio, dicitur facta toti collegio, vt ibi dicit nume. xiiij. Et iniuria facta vni consorti, dicitur facta omnibus, vt dicit idem Hippolytus consilio lxviij. nume. ij. & iniuria facta vni de domo, dicitur facta toti consanguinitati. eodẽ cõsi. nu. iij. & facta vni, dicitur facta toti generi, eodem cõsi. numero iiij. & facta meo domestico mei occasione, dicitur mihi facta, eodem numero v. & facta vni de familia, dicitur facta toti familiæ, consilio xxxj. numero xvj. & consilio lxviij. numero ij. * *Iniuria vni facta, in quos redundet.*

QVarta conclusio, ꝙ officialis delinquẽs in territorio alicuius dñi habẽtis altã iustitiã, existẽtis in balliuatu, si delinquat in executione sui mandati, exercẽdo eius officium, cognitio spectat & etiã punitio ad balliuum seu eius præsidem, à quo emanauit mandatũ. & hoc est, quia licet quis sortiatur forũ ratione delicti cõmissi, aut domicilij vel territorij, tamẽ etiã quãdoq; sortitur habendo respectũ ad personã, vt satis not. in c. fi. de fo. cõpe. & facit aut. causa. C. de epis. & cle. nã licet dñs habẽs altã iurisditionẽ, habeat omnimodã iurisditionẽ in suo territorio, tamẽ princeps, aut ei⁹ balliu⁹ seu pręses pro eo habet ratione superioritatis etiã

omnimodã iurisditionẽ,quæ nõ est priuatiuè cũ domino tẽporali,sed accumulatiue,imò etiam certis casibus annullat iurisditionem domini tẽporalis.vt est hoc casu,in quo extendit iurisditionẽ suam ad suos subditos.

QVinta conclusio, ꝙ iudex minor & inferior potest punire officialem maioris iudicis in suo territorio delinquentem extra suum officium,etiam si denuntiet superiori,si tamen iudex superior petat eum ad se remitti,aut etiam pars petat,debet coram iudice superiori remitti.ar.text.& gl.in l. in official. C. de offi.
43 rectoris prouinciæ.& ita videtur tenere Barto.in dicta l.in officia.vbi nota, *quòd iudex minor potest punire officialem iudicis maioris delinquentem in suo territorio,dum tamen hoc notum faciat maiori iudici, qui tunc si non petat,censetur negli.& ideo potest cognoscere minor.

SExta conclusio,quam tenere videtur Alber.de Rosa.in l.si quos.C.de offi.præfec.præto.orien.est,quòd de quocunque delicto siue cri.commisso per aliquem eius offic.cognoscit eius iudex, & dicit quod vidit ita de facto obser.sed intellige vt per eundem ibi eundem & vide Albe.in l.si quis fortè.§. si quos.ff.de pœnis qui ibidem tamen videtur facere distinct.an delictum sit commis.in offi.aut extra offic.

SEptima cõclusio est, ꝙ si officialis alicuius maioris iudicis delinquat in territorio alicuius dñi habẽtis altã iustitiã,q tñ nõ est subditus dicto maiori iudici,puniet eũ,& nõ remittit iudici superiori, imò eũ puniet de delicto per eũ cõmisso ĩ sua iuris. qa extra territoriũ ius dicẽti nõ paretur.l.fi.ff.de iu.om.iu.cũ vul.

OCtaua conclusio,quòd si officialis vnius balliui vel præsidis prouinciæ delinquat in alio balliuatu,vel alia prouincia,iudex illius prouinciæ vbi delinquit, eum puniet,nec eum tenetur remittere,quia par in parem non habet imperium.l.magistratus.ff.de arbi.l.ille à quo.§.tempestiuum.ff.ad Trebel.

LImita omnia prędicta,nisi in casu nostrę cõsuetudinis,de qua inf.in tit.*des adueux*, § *l'adueu emporte l'hõme*.vbi posui quædam de quodã executore altæ iustitiæ, cuius cognitionem & punitionem habuit balliuus Heduen. licet delictum per eum commissum fuisset commissum in iurisditione abbatis sancti Martini Heduen.qui non fuit remissus propter plures causas,inter quas ista fuit vna, & ita fuit appunctuatum & iudicatum per balliuum Heduen.seu eius locumtenentem.

44 *An executores poßint quẽ pignorare pro suo salario.*

PRosequendo materiã horũ officialiũ, quæritur,nũquid isti *executores possint se facere soluere & capere pignora ꝓpria autoritate pro eorũ salariis,an verò teneãtur petere salaria à dominis eorũ?Ioã. Fa.in §.quadupli.insti.de actio.dicit ꝙ ibi est tex. qui ꝓbat, & videtur facere ꝙ nũtij seu executores publici faciũt sibi satisfieri de suo salario à reo,pro suis pignoratiõib⁹ seu executionibus,quas faciũt cõtra reũ.& idẽ tenet Iaco.de bello visu.in aut.de exhibẽ.& introducẽ.reis.§.illud quoq;.in iij.col.ibi quæritur decimoseptimò,
45 vbi dicit*ꝙ sportulæ executorũ debẽt solui ab eo,qui citatus est,imò,vt dicit Io Fab.in d.§. executores, possunt capere pignora propria autoritate pro suo salario.dicit tamen ꝙ est abusus, & ꝙ est cõtra omnem rationem:quamuis in aliquibus locis seruetur ita de facto . & licet in regno Franciæ sit ordinatio regia super hoc,scilicet ne aliquid ab illo,contra quem faciunt executionem,exigant,quæ mihi iuridica videtur,

TAmẽ in hac patria,vbi vigẽt prædictę ordinatiões regię,malè obseruãt executores, ad qđ deberẽt aduertere iudices.dicit tñ do.me⁹ Ias.in d.§.quadrupli.in ij.not.ꝙ impossibile est,ꝙ tex. Io.Fab. ꝓbet ꝙ dicti executo.possint capere pignora ꝓ suo salario . ¶ Qũo aũt debeãtur,an pro longitudine causæ an pro summa rei petitæ,an secũdũ cõsuetudinẽ fori,ponũt doctores,ĩ §.tripli.insti.de actio.& ibi Io.Fab.& alij post eũ.
46 ET aduerte etiam ad id quod dicit Bar.in dicta extrauaganti,ad reprimendum.in versi.per nuntium. ꝙ iudex debet constituere istos nuntios,& possunt etiam constitui infames. ¶*Subdit etiam Bart.ibi, ꝙ omnes isti nuntij sunt infames,& personæ viles,sed parcat mihi Barto. quia tex est in contrarium, qui dicit ipsos esse milites,& militare dicuntur,secundum text.in l.ij.C.de sportulis.

ADuerte etiã ad id qđ dicit Bart.in l.fi.§.fi.ff.de pigno.actio. & ibi cõmuniter oẽs, ꝙ iudex potest capere aliquẽ ex his ad decapitãdũ seu suspẽdendũ malefactorẽ,vt sit tortor,dũmodo sit vilis ꝑsona.vide Cald. in l.fi.in fi.C.de executio.rei iudica. ¶ Vide Lucã de pẽna in l.j.C.ne quis liber inuitus & c.tit.xxxvj.lib.xi.& etiã Paridẽ de puteo in tract.de syndicatu,in litera M.in verbo,maleuolus.fo.lxxj.vbi plenè ponit etiã an iudex possit quẽ cõdẽnare,vt sit spiculator seu tortor ꝑpetuò, vel ad tẽpus,& ibi plenè de hac materia. Et aduerte,*quia etiã quãdoq; dicũtur ministri Dei.c.qui malos.xxiij.q.v.& in c.quicũq; ꝑcutit.ea.q.vlti.Olim autem tẽpore Moysi executores criminaliũ assumebãtur de populo , & quilibet de populo absq; electiõe erat executor,prout legitur Exodi.xxxij.qñ Moyses cultores vituli puniri iussit,dicẽs,occidat vnusquisq; & c.& habetur trãsũptiuè in c.disciplina.xlv.distin.Idẽ de Achã legitur Iosue. vij.vbi dicitur.lapidauit eũ omnis Israel. aliquando etiã iidẽ iudices soli erant suarũ sententiarũ executores.vt patet Iosue.viij.c. vbi habetur ꝙ Iosue suspendit regẽ Hai.& primo Regũ.xv. vbi dicit de Samuele, qui concidit Agag regem per frusta. & Numeri.xxv.c.transumptiuè in c.reos.xxiij. quæstione. v. vbi Phinees sacerdos Iudæum cum Madianita coeuntem transfixit gladio.Tempore verò Dauidis executores iustitiæ erant filij sui,vt habetur ij. Regum.c.j.& ii.Regum.c.iiij.Tempore verò Salomonis Banaias,magnus capitaneus erat executor iustitiæ criminalis.iij.Regũ.
48 c.ij.& iiij. *¶ Tempore verò Remuli lictorum mos inuentus est,de quo etiam habetur. j. Regum.c.xix. qui hodie sunt tortores & spiculatores.de quibus dicendum est.

47 *Executores iustitiæ dicũtur ministri Dei.*

49 *Lictores à quo primo instituti.*

ET propriè*isti tortores de iure dicũtur & appellãtur spiculatores.vt est tex.in l.diuus Adria.ff.de bo.dã. & dicit Calepinus in suo dictionario,ꝙ spiculatores dicũtur satellites principũ.aliqui etiã,vt dicit, capiũt spiculatorẽ pro carnifice.& iuriscõsultus capit eũ pro carnifice,hoc est pro eo qui ex hominib⁹ carnes facit.

IN TEXTV IBI, *lxv solz tournois.*

1 *Solidorum differentia.*
2 *Quot solidi faciãt libram.*
3 *Quot vnciis constet libra.*
4 *Marscha quot.*

NOtãter dicitur,*solz tournois*.*quia plures sunt solidi quo ad nos.quidã sunt Parisiẽ. quidã Turonẽ. Sed etiã in iure solidus capitur pro aureo.l.liber.ff.de in ius vocã.l.iij.eodẽ tit.iuncto.tex.in §.fi.ad finẽ.insti. de pœna teme.litigã.*quorũ.lxxij.faciũt librã auri.l.quoties.C.de suscepto.& archa.libro.x.*& quot vnciæ faciãt librã,ponit Io.Fab.in §.nos aũt.institu.de Attilia.tuto.vbi ponit ꝙ xij.vnciæ faciũt librã,* octo marcha.vide do.meũ Ias.in l.puniri.C.cõtra ius vel vtilitatẽ publicã. & §.omnes autẽ insti.de actio.& in l.ij. §.ex his.in penul.col.ff.de verbo.obliga.vt dicit ꝙ obtinuit * ꝙ hodie donatio vsq; ad octo centũ ducatos valet fine

sine insinuatione.& ita tenet Ang.in l.sancimus.C.de donatio.Et vide ad prædicta Alex.in cõsi. suo iiij. inci pie.circa primũ quæsitũ.in vij.col.in j.vol.Dixi tamẽ,ꝙ, quo ad nos vsus se habet, ꝙ nõ valet vsq; ad quinq; centũ libras,ꝙ talis vsus deberet seruari,nisi esset cõsuetudo nostra in cõclusione, quæ excludit alias cõsuetudines nõ scriptas in hoc libro. Et si diceretur simpliciter de lx.solidis,vt dictũ est suprà,in §.iij. huius tituli. de quibus debet intelligi? An de his de quib⁹ in glo.in d.l.libertus? An verò de currẽtib⁹ secũdũ cõsuetudinẽ loci? videtur ꝙ de currẽtibus,argumẽto eorũ q̃ dicũt doctores in c.cũ olim.ext.de cẽsibus.in clemẽ.si beneficiorũ,de decimis.Bal.in fi.in j.col.C.cõmunia,de leg.vide Iacobinũ de S.Geor.in l.in eũ.in ij.col.ff. de in ius vocãdo.❡Ioã.Fab.in l.illustres.C.de modo mulctarũ, dicit quod emẽdæ per statutũ taxatę nõ debent excedere taxã,sed bene vsque ad summã taxatam possunt, aliàs esset grauissimum peccatum, vt dicit ibi textus.& in istis attendenda est consuetudo.tex.est in l.iubemus.& ibi Bal.Salic.& doct.C.de iudiciis.

ADDITIO. Aduerte etiam , quod si iudex quem condemnauerit pro huiusmodi simplici resistentia ad maiorẽ summam,sententia est nulla,vt per plura tenet Mat. de afflictis in cõsti. regni Sici. quę incipit,ad officiũ baiulorum,vbi post argu.ad vtramque partẽ cõcludit,quòd si iudex datus ad certã pœnam,vsque ad certam summam,si excedat summã,quia est incõpetens,sententia est nulla,intellige sanè, si esset iudex qui ex sua potestate non posset excedere illam summam in omnibus casibus , quoniam tunc propter incompetentiam sententia esset nulla, sed si iudex habeat altam iustitiam,& merum imperium, qui posset secundum exigentiam casus condemnare in maiori pœna,si condemnauit in aliquo casu vltra pœnam statutam,sententia non est nulla, sed solùm tenebit sententia quo ad illã summã, & in reliquo venit annullãda.

IN TEXTV IBI, *Souffisamment prouuée.*

QVæro iuxta prædicta,q̃ sit sufficiẽs ꝓbatio,quæ sit legitima,q̃ sit euidẽs,quę sit liquida, quę sit liquidissima. ❡*Primò nãq; sufficiẽs ꝓbatio dicitur regulariter,q̃ fit perduos testes,cũ in ore duorũ vel triũ cõstet omne verbũ,l.vbi numerus.ff.de testibus.& isti testes debẽt esse omni exceptiõe maiores.& dicit Bal. in l.per hãc.C.de tẽpo.appella.ꝙ est dare probationẽ plenã, vt per duos testes:plenioẽ, vt per manifestissimum:plenissimam,vt per notoriũ.Et ista sua doctrina est satis cruda.& istud refert Feli. in rub.de proba.in fi. & melius declarat.& quid sit sufficiens probatio vide plenè per Ludo.Bologninum in consi.lij.in iij.col. vbi in proposito ponit quæ sit sufficiens probatio.& satis etiã declarat hæc nostra consuetudo. *1 Probatio sufficiens quæ.*

QVi aũt*sint testes omni exceptiõe maiores,ponit gl.multũ nota.in c.j.de cõsanguinita.& affinita. & dicetur statim in legitima ꝓbatiõe.hinc est*ꝙ vni testi nõ credatur,quia vxor vnius vox nullius & ꝓbatio per vnũ testẽ nõ est sufficiẽs ꝓbatio.c.licet.extrà,de testi.l.iurisiuran.C.de testi.& istud est verum regulariter,licet sint multi casus in quib⁹ vni testi creditur,qui sunt positi per domi.Dominicũ de S.Geminia.in suo tract.de testi.in c.sed an credatur testimonio vnius.qui quidẽ tractatus est positus in fine tractatuum Barto. & istos casus ponit Franciscus de Curte antiquior in sua solemni repe.l.admonendi.ff.de iureiu.& ibi domi. meus Iason multos etiam posuit.& vide aliquos per Bonifa . de Vitallinis in tracta. maleficio . in titulo de proba.aliũ casum per eũdẽ do.meũ Ias.ĩ l.si quis eũ.§.si absens.ff. si ex noxali causa agatur.videlicet quãdo testificatur de facto suo proprio,quia hoc casu ei creditur.quod est notãdũ,& potest seruire ad multa.❡Aduerte etiam,an valeat cõsuetudo ꝙ vni testi credatur.vide do.meum Ias.in l.de quibus.in xvij.col.ff.de legi. *2 Vox vnius,vox nullius.* *3*

LEgitima*probatio,dicitur illa quæ fit per testes idoneos,& omni exceptione maiores.& de hoc est tex. multum notabilis & melior de iure in c.cõsultatum.in j.respon.ext.de spon.& glo.in c.at si clerici.ext. de iudiciis.& in l.cũ de indebito,in verb.legitimis.ff.de probatio.& ponit glo.no.in l.proprietatis.in verb.legitimis.C.de proba.*Et dicũtur testes omni exceptione maiores,qui nulla exceptione legitima repelli possunt. gl.no in c.j.de consang.& affini.& ibi Panor.& in d.c.j.at si clerici,vbi dicit esse notãdũ pro statutis.ad idem est glos.j.in §.item verborum,in verb.idoneos.insti.de inutili.stipu. Bal.in l.optimam.in ij.col.C.de contrahen.& committenda stipula.Alex.in consi.cxlvj.in penul.col.in j.volu.& in cons.xviij.incipien.viso processu causæ. in penul.col.in j.volu. Ang. in in consi. cxiiij. in iij. col. & Anchara. in consi.suo ccxxvij. incipien. ad corroborationem.col.fi.versi.ex prædictis.❡Etiã Iacobinus de sancto Geor. quæ sit legitima probatio, ponit in l.cum de indebito.ff.de probatio. *4 Probatio legitima quæ.* *5 Testes omni exceptione maiores.*

ET intellige prædictã cõclusionẽ in causa criminali,prout dicit glo.in d.c.at si clerici.sed secùs videtur esse in causa ciuili,in qua legitima probatio dicitur, etiã si testes nõ sint omni exceptione maiores, vt tenet & concludit And.Sicu.dictus Barba.in d.c.at si clerici,cõcordãdo glo.d.c.at si clerici.cũ dicto Io.And in c.pro causa.de procu.declarãdo tex.ibi,si legitimè probari poterit.& facit ad hoc: * quia infamis facti admittitur in ciuilibus,licet repellatur in criminalibus,vt no.Bar.in l.Cassius.ff.de senatori.& in l.j.C.de sum.tri.Alex.in cons.xj.circa prin.in j.vol.& facit tex.in c.testimonium.de testi.& quod dicit And.Sicu.in d.c.at si clerici.& idem tenet Pau.de Ca. in l.fi. C.de proba.vbi facit hanc differentiam inter ciuiles & criminales causas quo ad hoc.❡Sed quicq̃d dicãt,credo ꝙ etiã in ciuilibus testes idonei requirũtur.c.j.de testi.l.idonei.ff.de testi. *Et idonei testes vidẽtur esse qui sunt omni exceptione maiores,vt dicit gl.in d.§.item verborũ.quę exponit tex.in verb.idoneos.i.omni exceptione maiores.& pro hac conclusione est tex.in c.licet vniuersis. extrà,de de testibus.*vbi illa autoritas,quòd in ore duorũ vel trium stet omne verbum,intelligitur quòd sint probatæ vitæ,& fidelis conuersationis.& Panor.ibi expressè intelligit,per illa verba, quòd sint omni exceptione maiores.& facit text in c.in literis.co.ti.de testi.& ibi Panor.& quod notat idem Panor.in c.j.de excep.& istud videtur verius de iure,quia etiam in ciuilibus duo testes non plenè probarẽt intentiones,nisi essent omni exceptione maiores,sed solùm differẽtia videtur , quia in ciuilibus testes si non sint omni exceptione maiores, eorum defectus suppletur & redintegratur per iuramẽtũ.c.fi.de iureiu.l.in bonæ fidei. C.de re.credi.secùs est in criminalibus,in quibus non differtur iuramentum indefectum plenæ probationis , vt tradunt Bar.& doct. in l.admonendi.ff.de iureiu.& in ciuilibus duo testes bene probant sine ratione & causa,de qua sunt interrogati:vt per gl.& Bar.in l.solam.C.de testi.secùs esset in criminalibus,vt ibi notabiliter voluit Salice.quod dictum pro notabili refert & sequitur Alex. in dicto consi.xviij.incipien.viso processu.in vj.col.in j.volumi. *6* *7 Idonei testes qui.* *8*

ET aduerte quòd debet articulari, quòd testes sunt omni exceptione maiores, ita tenet Barba. in consilio suo xlv. in ij. colum. in j. volumine.

ADDITIO. Cõtrarium tenet ipsemet Barba. in consi. xxix. in j. & Mat. de affli. in cõsti. regni Siciliæ, quæ incipit, corruptela. in ij. no. vbi dicit sufficere, ꝙ nihil opponatur cõtra eos. & ita tenẽt plu-
Testes in criminalibus. res alij, quos ipse allegat, maximè Sociñ & Decium. Et aduerte quòd testes, maximè in criminalibus, debẽt
esse omni exceptione maiores, vt tenet per plura Hippo. de Marsi. in cõsi. suo xij. nu. viij. maximè habet locũ
in teste deponẽte de visu, ad hoc vt faciat indiciũ ad torturã, vt dicit idẽ Hippo. in cõsi. lxiiij. nu. xxxiiij. & in cõ
9 *An iuramentum sit legitima probatio* si. lxxxviij. nu. xxj. & in cõsi. cj. nu. xxxvij. xxxviij. & xxxix. Et ita etiam tenet Matt. de affli. in cõsti. regni Siciliæ,
quæ incipit, dãna clãdestina. in ij. quęst. noni notabilis, in j. vol. ✱ ¶ Sed iuxta hoc quęro, nũquid iura. sit legiti-
ma ꝓbatio? & videtur ꝙ sic p tex. & gl. in c. statutũ. §. cùm verò. versi. per ꝓpriũ iuramẽtũ. de rescrip. in vj. sed
10 aduerte quia illa glo. nihil facit. ¶ Scdò, videtur etiã melior tex. in c. ij. ext. de ꝓba. vbi dicit tex. ✱ ꝙ ita demũ
11 *Dictio alia.* ad huiusmodi iuramẽtũ necessariũ recurrẽdũ est, si aliæ legitimæ ꝓbatiões deficerẽt. ✱ põdera dictionẽ, aliæ, q̃
est repetitiua similiũ, vt est gl. in l. si fugitiui. cũ simi. C. de ser. fugi. tamẽ si bene aduertatur ille text. nihil facit.

TErtiò, posset etiam pro hoc adduci tex. qui adhuc melius cæteris probat, in l. ij. §. licentiã. C. de iure deli. sed quia pro certo nihil facit, non insisto, & ideo cum in hoc casu requiratur probatio sufficiens seu le-
gitima, quæ idem sunt, nõ sufficeret probatio per iura. hoc in specie dicit Alb. de rosa. in l. cũ de indebito. in
12 glo. in versi. vltimus. ff. de proba. ✱ quòd quando statutũ requirit legitimam probationem, non sufficeret iu-
ramen. adde. glo. in §. quadrupli. in versi. duplicatur. institu. de actio. idem si dicatur, quòd probatio sit luce
clarior, secũdũ Bal. in l. fi. circa princ. per illum tex. in ver. luce clarior. C. si minor se maiorem dixerit.

13 *Probatio perspicua.* IDem ✱ si dicatur probatio sit perspicua secundũ Bal. in l. bonæ fidei. in pe. col. in fin. versi. ij. inspicitur natu-
ra causarum. C. de re. credi. & iureiu. idem si requiratur plena probatio, per glo. no. in c. cupientes. §. quòd si
per viginti. in ver. plenam fidem. de electi. li. vj. facit tex. in c. j. in ver. plenè. de electio. in vj. idem si dicatur, ꝙ
dilucidè probetur, quia perinde est ac si perspicuè, prout dicunt doc. in d. l. iij. C. si minor se maio. dixerit. vbi
14 *Probatio dilucida.* dicunt ✱ quòd vbi requiritur dilucida probatio, nõ sufficit vnus testis cum iuramẽto. & dicit Bal. in l. fi. C. de
secũ. nup. quòd ✱ ad probandum ingratitudinem, non sufficit vnus testis cũ iuramẽto, quia dicit tex. ꝙ liquidis
ꝓbationibus probari debet. & vide eundẽ Bal. in l. vnica. in iij. oppo. C. de his quæ pœ. nomi. & ibi dicit ✱ ꝙ
15 *Ingratitudo quomodo probanda.* idem si requiratur indubitata. idẽ etiam est si requiratur apertissima probatio. glo. est in l. fi. in glo. magna. su
per versi. suspicioni. circa prin. ff. quod met. cau. Imò, quod fortius est, tenet dominus meus Iaso. multũ singu
16 *Indubitata.* lariter in repeti. l. admonendi. in xcvj. col. ff. de iureiu. licet in specie nõ viderit tactũ, vt dixit ✱ ꝙ vbicũque lex
vel statutũ requirit simpliciter probationẽ, etiã absque eo ꝙ dicat plenam, vel legitimã, vel perspicuam, vel
Apertissima. liquidã, vel similia, ꝙ etiã nõ valet probatio per iuramentũ. Mouetur quia vbi lex simpliciter facit mentionẽ
17 de probatione, intelligo de plena. clemen. constitutionẽ. cũ glo. in versi. fides. de electione. Bal. in l. perẽpto-
rias. in vlti. colũ. C. senten. rescindi nõ posse. facit tex. not. in l. Lucius. ff. de condi. & demon. per quẽ tex. dicit
ibi Bar. ꝙ appellatione probationis intelligitur de vera. & alibi, scilicet in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud.
dicit, quòd in dubio venit legitima. do. meus Ias. in l. eum qui. in fi. ff. de iureiu. & in l. qui accusare. in fi. C. de
edẽdo. & l. j §. nuntiatio. in iiij. col. ff. de noui operis nũciatio. & Feli. in rub. de probationib⁹, in ij. col. sed sic
18 *Iuramentũ non est plena probatio.* est, ✱ ꝙ iuramẽtũ nõ est vera & plena probatio, sed impropria. l. nõ erit. §. dato. ff. de iureiu. versi. quasi. & illũ
tex. notat ibi ad hoc Alex. post Lud. Ro. & Sali. & Bal. in rub. de iureiu. & est melior tex. in l. sed & si posses-
sori. §. fi. versi. perinde haberi ac si probatũ fuisset. ff. de iureiu. glo. est notabilis in c. si quis, in versi. absoluen-
19 dum. si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. in vsibus feud. & ibi per illũ tex. no. Bal. ✱ ꝙ potiùs est releuatio ab
onere probandi. quàm probatio. & in c. j. §. sacra. de cõsuetu. recti feudi. cum aliis alleg. per do. meum Ias. in l.
ait prætor, *la premiere*, in iiij. col. in prin. & in §. iurari. ea. l. in iij. col. ff. de iureiu. & in d. l. eum qui. in fi. ff. eod.
20 ¶ Et per prædicta etiam infert idem do. meus Ias. in d. repe. in cxvj. col. cũ duab⁹ seq. ꝙ ✱ vbicunq; lex vel sta-
tutũ requirit apertissimas, vel legitimas probationes, nunq̃ admittitur iuramentũ suppletiuũ. Quę oĩa nota,
quia sunt vtilia. ¶ Alex. in consi. xxiiij. in j. col. in v. vol. & in consi. xlj. circa finem. eodem volumine. ✱ ¶ Istud
etiam tenet Iacobi. de S. Georgio in l. j. col. iiij. ff. de interrogato. actio. vbi dicit ꝙ propria probatio dicitur,
quæ fit per testes & iuramenta, per tex. in c. forus, circa medium. extrà, de verborum significatione.

Probatio euidens quæ. EVidens autem probatio dicitur, quando de hoc adest instrumentũ. tex. est in c. cũ dilecti. in ver. ex tenore instrumenti euidenter apparet. de donatio. & ibi Panor. ad hoc notat illũ tex. Alibi verò dicit tex. in c. cũ
olim. & ibi Panor. notat illũ tex. in vlt. not. ext. de censi. ꝙ illud de quo adest instrumentũ, dicitur patens: &
21 ✱ ideo paria sunt euidenter apparere vel patẽter. Alibi dicit text. in c. licet causam. in vers. ex præmissis, in ver.
22 euidentissimè per instrumentũ cõstat. ext. de proba. ✱ ꝙ illud dicitur euidẽtissimè cõstare, quod constat per in-
strumentũ publicũ. no. do. meus Ias. in l. j. in prin. in v. col. ff. de no. ope. nun. & etiam Feli. in d. c. licet causam.
vel etiam per tres testes idoneos, vel duos multũ excellẽtes, iuxta doctrinã Spe. in tit. de proba. §. fi. versi. vlt.
23 & Frãci. de Curte iunioris in c. j. §. j. quib. mod. feu. amit. & do. me⁹ Ias. in l. sciẽdũ. in iiij. col. de verb. oblig. ✱ nã
instrumentum publicum facit rem certam & manifestã, quãdo nihil legitimum opponitur. contra tex. in l. fi. in
vers. manifestum. C. de rebus credi. cum glo. tenet bal. in l. generali. C. de sacrosan. ecclesiis. Inno. in c. insinua-
tione. de appel. & in c. ij. extrà, de confir. vti. vel inuti. Et intellige quòd idem est de instrumẽto sigillato sigillo
24 *Instrumentum quid.* authentico. Panor. in c. solitæ. in iij. col. de resti. spo. ✱ Instrumẽtum enim est veritas apparẽs & probatio pro-
bata, & non probanda. Bal. in l. imperator, in ij. col. ff. de statu. homi. & in l. ij. in prin. C. quando fis. vel priua.
& in l. quoties. in vltimis verbis, C. de iudi.

25 ADde etiam ✱ ꝙ illud dicitur euidẽter apparere, quod apparet per cõiecturas verisimiles, prout dicit Bar. in l. licet imperator. ff. de lega. j. Et refert & sequitur do. meus Ias. in l. j. §. volũtate. in ij. col. ff. solu. matrimo.

IN TEXTV IBI, *Le peult faire redresser.*

ECce quomodo hoc casu habet tãtùm potẽtiam ad actũ, sed si faciat infra tẽpus datũ ad id faciendum, non dicitur quid nouum facere, vt dicunt Bal. & Paul. de ca. in l. fi. ff. si ex noxali causa agatur, licet dicat Bal.

in. l. j. in

in l.j.in viijquæstione.C.de institutio.& substi.quòd actus actũ significat,& potentia potentiam,vt in iuribus per eum ibi allegatis.Sed,vt dixi,hoc casu non erit quid nouum,quia videtur solùm reficere:& qui reficit,nihil de nouo facit.l.j.§.si quis ædificium.& ibi do.meus Iason,ff.de noui ope.nuncia.*

Liquida,seu liquidissima probatio dicitur illa,quæ fit per præsumptiones iuris:vnde vbicunq; talis probatio liquida,seu liquidissima exigitur,sufficiunt præsumptiones iuris.glo. est multum notabilis & sin.in l.si tutor.C.de pericu.tut.& dicit text.no.iuncta gl.in l.fi.ff.de proba.*ꝙ præsumptio legis dicitur veritas.quem tex.dicit do.meus Ias. didicisse à quodã magno aduocato Papiensi, vbi multa dicit de hac probatione liquidissima,quæ est per præsumptiones iuris.& idem do.meus Ias.in l.non hoc.in iiij.col.C.vnde legitimi,Et di cit idem do.meus Ias.in d.l.j.*ꝙ in statuto requirente probationẽ,sufficit præsumptio legis,per illũ tex.quod dicit Bal.in l.j.in iiij.col.C.de fideicõ.vers.quæro quid si statutum.vbi singulariter determinat * ꝙ si statutum requirat probationem instrumentalem,sufficit tamen habere præsumptionem legis,per tex.no.in l.iiij.C.de apo.publi.lib.x.sed ipsemet tenet contrarium in l.sciendum,in x.col.ff.de verb.obli.& ita etiam tenet Alex. in d.l.j.C.de testamento militari.& de hoc videtur esse text.in d.l.fi.§.fi.in fi.ff. de probatio. & de istis præsumptionibus legis,vide plenè per Feli.in rubri.de proba.& de omnibus supradictis probationibus,per Ant. de Butrio,in c.vestra.in ij.oppo.& in xix.colum.extrà.de cohabi.cleri.& mulie.

26 *Probatio liquida quæ.*
27 *Præsumptio legis dicitur veritas.*
28
29

§ OCTAVO.

Quand le signe de haulte iustice est cheu à terre, le seigneur hault iusticier le peult faire redresser dedans l'an,& le iour apres ce qu'il est cheut,sans ce que luy soit besoing d'en auoir congié,ou licence de mondict seigneur le duc:mais l'an & le iour passez,il ne le peult faire sans congié & licence de mondict seigneur.

IDEM in comitatu Burgundiæ,in titu.*Des præscriptions*.§.*le signe patibulaire*,in comitatu verò Niuernensi idem etiam videtur:& vltrà addit pœnam,quia arbitrariè punietur, & demolietur signum sic erectum.idem in balliuatu Melden̄.tit.*des iustices*,§.ccix.idem in balliuatu,de *Chaulmont & de Bassigny*,titu.*des iustices*,§.xcix.

IN TEXTV IBI, *Le signe.*

QVæro quid dicatur signum?dic quod est res præter speciem quam ingerit sensibus,aliud quid faciens in cognitionem venire.dicit sanctus Augustinus lib.ij. de doctrina Christiana,transumptiuè in c.signum. de consecra.distinct.ij.nam sicut circulus pendens ante tabernam est signum aliud faciens venire in cognitionem, quàm sit ipsa res, puta quia denotat vinum vænale, sic etiam signum altæ iustitiæ est demonstratiuum, quòd ibi malefactores trucidantur.Per signum enim cognoscitur signatũ.l.j.§.si intelligatur.ff.de ædili.edi.l. stigmata.& ibi per Bar.Ioan.de Platea.& Luc.de Penna.C.de fabricen.lib.xj.

1 *Signum quid dicatur.*

ADDITIO. Vide Matth.de Afflict.in const.regni Siciliæ,quæ incipit,priuilegia & iustitiam.in ij.lib. in ij.notab.vbi dicit ꝙ per signa probatur etiã dominiũ,& ꝙ ballæ mercatorũ probãtur esse eorũ,quorũ sunt signacula,& ibi vide ꝙ ponens arma sua in sacris vestimẽtis,vt cognoscatur ꝙ ipse fecit, perdit meritũ spirituale,dixi in catalogo gloriæ mundi,in prima parte.in xxxviij.considera. in xiij.cõclusione armorum.* ¶ *Erectio enim furcarum est signum meri imperij, ac per illam denotatur & probatur iurisf. ita Bal.in l.à procu.C.manda.Bal.in l.j.C.vt nemi.li.signũ re.impo.Bal.in c.j.in v.col.quid sit inuestitura.& in l. arboribus.§.de illo.Et ibi etiã Floria.& Ang.ff.de vsufr.& dicit Bal.in d.l.à procuratore,ꝙ furcæ sunt res & signũ. Rem appello,quæ nõ ad significandum aliud adhibetur.& hoc modo furcæ sunt res & non signum.i. sunt quædam tigna,siue quædam materia.signũ autem appello,vt dictũ est,eius versus in signum significãdi: & hoc modo furcæ sunt signũ,quia significãt merũ imperiũ,vt dicit Bal.in d.l.à procura.*Et sunt introductæ furcæ pro vtilitate publica,ad terrorẽ maloiũ:ita*ꝙ si princeps non haberet locum commodum quo possit erigere furcas,potest cõpellere habẽtẽ locũ cõmodũ,vt ei vendat:vt dicit Alex.in l.ij.in fi.princi.ff.solu.ma. ita etiam dicit Oldr.in consi.clxj.ad fi.cum aliis alle.per do.Feli.in c.nõnulli.in xxij.col.ext.de rescrip.vbi ponit multa,quæ sunt introducta in fauorem vtilitatis publicæ cõtra iuris dispositionẽ. ¶ Aduerte tamẽ*ꝙ non debent erigi seu plantari in ciuitatibus,sed extra ciuitates:quia aer posset infici propter cadauera punitorum, pro quo bene facit.ff.de sepul.vio.l.iij.§.diuus Adria.vbi prohibetur corpora mortuorũ sepeliri intra castrũ, & sub pœna,& cõtrà facientes puniendi sunt.Item aspectus fieret deterior & terribilis:ideo prohiberi debet. ff.ne quid in loc.pub.l.ij.§.proinde si cui.aliàs est sub.§.meritò.Et ideo ponũtur cõmuniter patibula in locis remotis.Sic nec paleæ nec fœnũ debẽt retineri intra ciuitates,propter timorẽ ignis, l. prouincialiũ.C.de ero. mili.anno.& est glo.in l.fistulã.in fi.ff.de ser.vr.prædio.facit l.si alius.§.sed & alia.ff.quod vi aut clàm.l.si quis fumo.§.j.ff.ad l.Aquil.*Facit etiam quod propter infirmitatem contagiosam separantur leprosi à cõsortio aliorum,& eiiciuntur extra loca.extrà de cõiu.lepro.c.j.Sic debet fieri de animalibus brutis,& etiam de meretricibus & mulieribus viliter viuentibus,& de animalibus morbosis,vt de his videre poteris, per Iac. Rebuffi.in l.si.qua.C.de spectacu.lib.xj.

Signa ꝓbãt dominium.
2 *Erectio furcarum signũ meri imperij.*
3 *Furcæ*
4 *ad qd introductæ.*
5 *Furcæ non erigẽdæ in ciuitatibus.*
6 *Leprosi à ciuitatibus arcẽdi.*

ET quia suprà dictũ est ꝙ iurisdictio probatur per erectionẽ furcarũ:extẽdũt & ampliant Ang.Bal.& Floria.in d.l.arborib⁹.§.de illo.ff.de vsufru. etiã si per cẽtũ annos nõ fuerit aliquis suspensus in illis furcis,per not.ex gl.in c.cum ecclesia.ext.de cau.pos.& proprie.per Bertachinũ de Firmo,in tract.de gabellis.in j.parte.q.xiij.& tenet Floria.in l.seruitutes,la grande,ff.de serui.faciunt not.per Bart.in l.in filiis. C.de decu.lib.x. & per Inno.in c.cum dilectus,de capel.mo.vbi ad propositum dicũt*ꝙ si quis habeat priuilegiũ vtẽdi aliqua re,nõ vtẽdo nõ perdit priuilegiũ:hinc in specie Bar.in d.l.in filiis.dicit ꝙ si aliqua ciuitas debeat facere exercitum quando facit princeps vel ecclesia Romana,& per centũ annos steterit illa ciuitas quòd non fecerit:quia necessitas non exegerit,princeps vel ecclesia Romana nõ perdũt ius suum.faciunt quæ dicit do.meus Ias.in l. falsò asseueratur.C.de diuer.rescrip.& Feli.in c.cum accessissent.in x.col.ext. de constitu. dixi suprà, in hoc

7 *Priuilegiũ nõ vsu non perditur.*

titu.*le droit de indire*,post explanationẽ positorũ in tex.vbi satis amplè post alios.in locis hìc antè alleg.& di
8 cit Bal.in d.l.j.C.nemini licere sine iudic.sig.re.impo.* ꝙ si sit cõtẽtio inter duas ciuitates de mero imperio alicuius,non licet pendente contentione vni ciuitati erigere furcas,alioquin alia ciuitas poterit propria auto ritate destruere.& ita etiam dicit Bal.in d.l.à procura.C.mãdati.hinc dicit idem Bal.in cõsi.clviij.incip. proponitur quòd quidam bonis in iij.parte.quòd si aliqua villa est destructa in totum,& ciuitas super dicta villa erexit furcas,& tenet per spatium triginta annorum,si dicta villa post dictum tempus est reparata,poterit vti iuribus suis, lapsu tẽporis nõ obstãte, hoc est iterũ erigere suas furcas,& destruere furcas nouiter erectas per ciuitatẽ,quia interim dum fuit destructa non fuit ibi populus,& ideo nõ potuit præscriptio inchoari, ad minus tamen dicit quod daretur restitutio in integrum.cogita ex his quæ dicit ibi Bal.& faciũt quæ dicit In-
9 no.in simili in c.in præsentia.extrà,de proba.& dicit idem Bal.in d.l.à procuratore. * ꝙ furcæ existentes in fundo vendito nõ possunt amoueri per emptorem,vel cõburi,quia nõ cedũt ei cũ fundo,sicut nec iurisdi.& ita etiam dicit & tenet And.Siculus dictus Barba.in c.cũ cõtingat.in xix.col.extrà,de fo.competen.

ADuerte quia nihil habent cõmune proprietas fundi & iuris,& vno trãslato aliud nõ transfertur. Philip. Decius cõsi.suo ccxlix.in ij.vol.vbi per plura dicit ꝙ vnus ex sociis habẽtibus merũ imperium nõ potest erigere furcas,etiã in fundo proprio,quo ad proprietatem fundi, vbi alius habet iurisdictionẽ altero inuito. ¶ Videndum est etiã pro expeditione vnius gl.de quo signo intelligatur statutũ nostrũ,seu cõsuetudo nostra, loqui,& in hoc credo dicẽdũ ꝙ debeat stari vsui prouinciæ,vt de illo intelligatur loqui,quo ad demõstratio
10 *Cõmunis vsus v-tendi & loquendi inspiciendus.* nem imperij,& altæ iustitiæ vtitur in prouin.facit tex.in l.cũ de lanionis.§.asinã molẽdinariã,ff.de fun.instr. instrumẽtóque legato.facit optimè.l.si seruus pluriũ.ff.de lega.j.*vbi inspicitur cõmunis vsus vtendi,sic & cõmunis vsus loquẽdi.l.librorũ.§.qđ tamẽ Cassius.ff.de leg.ij.de quo plenè per Feli.in proœ.decretaliũ,in prin. in gl.j.li.in iiij.v.& vj.col.& per do.meũ Ias.in l.ij.C.de suc.edi. Alex.& do.meũ Ias.in rub.ff.de no.ope.nũ. Alex.in cõsi.ij.inci.visis codicillis.in x.col.in j.vol.& in cõsi.lxxxij.inci.in causa vertẽte.in ij.col.in j.vol. Alex. in cõsi.lvj.incip. Aldronãdus.in v.vol.& ĩ cõsi.xxvj.inci.videretur fortasse.in iiij.col.in iij.vol.& licet possint
11 *Signa iustitiæ* esse plura signa altæ iustitiæ,de quibus infrà dicã, tamẽ illud debet intelligi esse signũ quo vtitur cõmuniter in prouincia.*Nã etiam plus statur vsui cõmuni loquendi & vtẽdi quàm significationi vocis,l.nõ aliter.ff.de
12 *Furca & gibbetum idem.* leg.iij.imò vsui statur cõtra propriã vocis naturã,l.vxori.in prin.ff.de leg iij.gl. est in c.nõnulli. extrà,de rescri.Feli.& do.meus Ias.in locis hìc antè alle.*hoc autẽ signũ quo cõmuniter vtũtur,vt in Burgundia,vulgariter furca vocatur,aut gibbetum,in quo facinorosi homines laqueo per collũ suspẽdũtur. quod est communius genus mortis in facinorosos,& visitata magis animaduersio.Et ita appellat iuriscõsul. in l.capitalium.in
13 *Trabs. Patibulũ.* princ.§.famosos quoque latrones.ff.de pœnis.vbi hoc verbo,furca,vtitur,quo etiã genere signi reperio antiquissimos,tum Hebræos, tum paganos vsos fuisse.* Et etiam Hebræi trabẽ dixerunt. vt habetur Hester.v. c.imò etiã quãdoque patibulum dixerunt,vt nos,vt habetur Hester.vij.cũ dicitur suspensus est itaque Amã
14 *Crux.* in patibulo quod parauerat Mardocheo.*& etiã crucẽ dixerũt,cũ dicitur Hester.viij.& ix. Amã & filios ei cruci affigi iussit,quã significationẽ apud eos retinuit vsque ad mortẽ acerbissimæ,ac piissimæ passionis Saluatoris nostri Iesu Christi,quem ex more crucifixerũt,vt duos latrones &c. vt habetur Matt.xxvij.Mar.xv. Luc.xxiij.Io.xix.sic etiam in aliis locis reperio etiam eos vsos hoc verbo,patibulũ.vt habetur Numeri.xxv. c.vbi dicitur.tolle cũctos principes populi,& suspende eos contra solẽ in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel.& ait Hiero.super Matthæ.Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat, qui nõ est cru-
15 *Furca.* delis.xxiij.q.v.& habetur in c.fatendum.& in c.quęsitum.xiij.q.ij. ¶* Pagani verò & præcipuè Romani vsi fuerunt hoc verbo,furca,quo ad vltima supplicia seruorum,quos furca suspẽdi fecerũt,vt habetur apud Va
16 *Scalæ-Gemoniæ.* leriũ in lib.j.tit.de somniis c.sequitur,ibi, quidã paterfamilias per Circũ flaminiũ priusquã põpa induceretur seruũ suũ verberibus mulctatũ sub furca ad suppliciũ egisset. Alio * etiã loco idẽ Valerius vocat locũ in quo facinorosi ad suppliciũ deputantur ad scalas Gemonias.vt habetur in vj.lib.tit.de mutatione morũ.§.Crassum casus acerbitate . vbi dicit,corpusque eius funesti carnificis manibus laceratũ in scalis Gemoniis iacens.
17 *Gemonis quid.* &c.& Suetonius lib.iij nefanda de Tyberio narrans ait, & in Gemonias cõiectus.*vbi satis demõstratur ꝙ Gemonis locus est in pœnis parãdis aptus,& idem Sueto.in fi.dicti.iij.lib.strãgulauerũt,abiecerũtque in Gemonias.& ait Cortalitus,tunc cõfessum collaceratũq; & abscisso capite truncũ corpus Sabini in Gemonias
18 *Eculeus.* trahunt.& scribit Plinius lib.viij.canẽ à corpore serui non recessisse abiecto in gradibus Gemoniis,* Reperi tur etiã in pluribus locis locum tormentis deputatum eculeum vocitari. & est genus tormẽti in equi forma, in quẽ cõiiciebantur rei,vt dicit Ambro.Calepi.in suo dictionario in litera E,antè Q ,in ver.equuleus.alle. Cic.dicẽtẽ.hæc etiã in equuleũ coniiciuntur,quo vita non aspirat beata,& etiã nec si ille sapiens ad tortoris equuleũ à tyrãno ire cogatur similẽ habeat vultum,vt si ampullã perdidisset.& memoratur etiã Vale.ibi.iij. de patientia.c.incipiã autẽ à Zenone.ibi, Senis ergo vnius equuleo impositi. & sancti hoc genere pœnæ aliquando mortui sunt,vt in pluribus locis mentio habetur. ¶Cũ ergo ex vsu sit nobis pro signo altæ iustitiæ habere furcas erectas,siue sint aut patibula,aut gibbeta,quæ ita in vulgari nostro appellari liceat,dicendũ est statutum nostrum intelligi debere de illis signis, prout in veritate credo intelligi. cum quibus tamen semper
19 *Colũna aut pila.* stantibus & erectis etiam possunt esse alia signa,merum imperium seu altam iustitiam designantia,vt*est columna seu pila ad combustionem deputata,quę etiam completo officio,& executione facta,longo tempore remanent erectę,quę,licet sint signa meri imperij,& altæ iustitiæ,tamẽ nõ credo de his intelligi statutum,sed in assuetis,& quæ ex vsu patriæ sunt principaliter iurisdictionis & altæ iustitiæ significatiua.

ET huius gratia dubitari posset,vtrùm illa pila siue colũna subsistẽte,& fixa, remanente signo patibulari depresso per annum & diẽ,dicatur signum altæ iustitiæ remãsisse,ita vt possit absq; licẽtia erigi.& in hoc videtur dicendum quòd non,quia signum patibulare est illud signum,de quo consuetudo nostra intelligitur loqui,propter vsum ergo in illo debet esse conseruatio,& curare debet,vt erigatur infra annum, & vt reparari nõ possit absq; dicta licentia,cũ de eo statutũ,seu cõsuetudo nostra intelligatur referri ad vsum,vt suprà dictũ est.qui vsus nõ recepit dictã pilã esse,aut haberi ꝓ solito signo altæ iustitię,& ideo posset quæri,vtrũ in illo casu

illo casu signo patibulari depresso,& pila erecta,possit fieri executio corporis cõbustiõis,de quo infrà dicetur vlti.inspectiõe.nũc in ciuitate Cabilonẽ.est quæstio inter ꝓcuratorẽ regiũ, & venerabiles viros dños decanũ & capitulũ ecclesię S.Vincẽtij Cabilonẽ.an dicti venerabiles potuerũt erigere de nouo pilã,seu piliare, aut colũnã in eorũ claustro,vbi habẽt merũ imperiũ,etiã licet aliàs fuerit,*ung collie r* alligatũ cuidam arbori, quod fuit extractum per annum & vltrà sine licẽtia principis.nihil dico,quia pendet processus.cogita.

HAS autẽ furcas,*patibula,seu gibbeta,diuersimodè habet vsus patriæ.quidã enim habẽt quatuor colũnas,vt sunt cõmuniter barones tenẽtes baroniã in feudũ à principe,& solẽt hìc cõmuniter habere quandã summitatẽ cũ pannicellis.alij habent cũ tribus colũnis,& etiã cũ quadã summitate & pãnicellis. & credo quod sunt barones tenẽtes ĩ feudũ baroniã ab alio q̃ à principe,alij habẽt,cũ duab⁹ colũnis fixis,& interratis,alij verò habẽt super lapidibus posita & locata.& alij habẽt vnã trabẽ,seu palũ tãtũ,quod vulgò gibbetũ dicitur aut potentia,quæ licet omnia sint signa meri imperij , & altæ iustitiæ, tamen habent vt plurimùm significare,& denotare nobilitatem dominorum quorum sunt prædicta signa. Et meritò posset dici, quòd habens merum imperium feudatum ab eo qui tantùm habet signum in duabus trabibus ratione iurisdictionis & terræ,de qua tenet feudum,ne sit æqualis suo domino, quòd tantùm debet haberi signum ad vnã trabem,quod dicitur gibbetum , & fortè talis est vsus,in hoc tamen non facio vim , quia omnia sunt signa altæ iurisd.& meri imperij maioris , apta & disposita ad corporis animaduersionem.

20 Patibulorum forma.

Potentia.

IN TEXTV IBI, Le seigneur de haulte iustice.

HIC plura sunt videnda. Primò,etiã videmus ꝙ in Burgundia plures sunt domini habẽtes executionẽ tantùm,alij verò cõdẽnationẽ,ita ꝙ ad vnũ cõpetit cõdẽnatio,ad aliũ executio,quod ĩ vulgari dicitur quãdo quis habet cognitionẽ de criminali,etiã vsq; ad sentẽtiã inclusiuè,*& iusques a rẽdre le bacon*,quæritur hoc casu,quis istorũ debet habere signũ furcarũ? Bald.in c.j. versi.quid sit inuestitura.In prin.super verbo,quodlibet,in vsibus feudorũ,dicit hanc quæstionẽ fuisse determinatã per Oldradũ in cõsi.vj. incipiẽ. quæstio talis est.ibi cõcludit,*ꝙ habẽs executionẽ debet habere signũ furcarũ,& ita etiã cõcludit Bal.in d.c.j.Mouentur, quia ei cõpetit signũ cui & res signata, l.eos.§.seq.ff.ad legẽ Cor.de fal.l.j.C.de athletis,lib.x.& l.stigma.C. de fabr.li.x.& in l.si accepto vsu togæ. ff.de iure fisci.Sed vni cõpetit executio, ergo ei cõpetit signum quod in furcarũ difixione habetur,arg.l.in nomine domini,ibi,sicut ex clausuris,& burgis.C.de officio præfe.prętorio.Africæ.& videtur hęc opinio cõfirmari.dicit Oldra.in d.cõsi.per l.si ita.§.domin⁹.ff.de vsu & habitatio. nec in hoc,vt dicit,operaretur cõtradictio alterius,qui si timeat ne etiã circa cognitionẽ sibi in posterũ præiudiciũ generetur,fiat cũ protestatione,quã lex ponit,l.iij.§.penul.ff.de exhibẽ. liberis à parẽ.ibi,vt sine dimitione &c.& l.penul.ibi,sine præiudicio obtinendæ seruitutis.ff.de aqua quoti. & æstiua.& l.idem fiet.ibi,sine illo litis præiudicio,ff. de testa.tute.& quis prædictorum dicatur altus dominus , an habens cognitionẽ & sententiæ prolationem,an executionem,dixi suprà hoc eo.titu.§.j.in glo.*hault iusticier.*

1 Habens executionẽ habere debet signum furcarum.

SEcundò vidẽdũ est,an ista cõsuetudo intelligatur & intelligi possit in domino habẽte altã iustitiã in quodam loco ex frãco allodio:*nam res allodialis nemini subijcitur.de allodiis.in vsibus feudorũ.& in potestate vniuscuiusq; est de illa disponere secũdũ casus exigẽtes,etiã absq; principis licẽtia,cũ ab eo nõ teneat,nec in hoc recognoscat,cũ qlibet in re sua sit moderator & arbitrer,l.ĩ re mãdata.C.mãdati.etiã aburẽdo,l.sed si lex.§.cõsuluit.ff.de petitio.hæred.ibi,cũ re sua abuti putãt.quẽ tex.dicit esse singularẽ ad hoc do.me⁹ Ias.in l. more.in iij.col.ff.de iuris.om.iud.& in l.polla.C.de his quib⁹ vt indignis.& ĩ l.j.in fi.C.qui testa.facere possunt.& sic in talib⁹ posset dici,ꝙ licet res allodialis possit dici quo ad ꝓprietatẽ, tñ semper iurisditio principis remanet feudalis,vt videtur facere tex.ĩ d.c.j.de allodiis.& etiã sentire videtur Iacobin⁹ de S.Geor.in tractatu suo feudorũ.in gl.dictiq; vasalli.in iiij.col.dixi inf.in tit.de feu.§.*le uassal est tenu*,in gl.*apres ledict hõmage*,ibi,pro ij.limitatione.tñ posset dici*ꝙ etiã iurisditio præscribi potest,etiã cõtra principẽ per tantũ tẽpus cuius initij memoria nõ extat in cõtrariũ,vt satis suprà dixi in hoc eo.tit.§.*le seigneur hault iusticier*,in gl.*& la preuue estre siẽne*,& sic hoc casu videretur ꝙ omne ius qđ princeps haberet ratiõe iurisdi.tali pręscriptiõe esset amissũ,ex quo multo magis posset illa ꝓ libito vti,q̃a cõcesso principali cõcedũtur ea sine quib⁹ id expediri nõ potest.l.ij.ff.de iuris.om.iud.¶ Et ideo dicit Alex.cõsi.lxxxvij.inci.accurratè ꝓ virib⁹.col.ij.lib.vj.qđ reperitur iurisditio allodialis.& ita dicit & sequitur Purpuratus in l.more.col.vj.ff.de iuris.om.iud. Et si prædicta nõ essent cõcessa,& ꝙ princeps vellet eũ hoc iure priuare, sequeretur ꝙ directè eũ priuaret suo iure, qđ fieri nõ debet sine causa.l.fi. Et ibi doct.C.si cõtra ius vel vtili.publicã.aut sine culpa. quod etiã fieri nõ debet.c.antiqua.ext.de priuile.gl.in c.ij.ext.de cõsti.& ĩ c.tua nos.ext.de clerico ægrotãte.& multa hic dici possent q̃ dixi suprà.in rub.huius ti.in gl.*& droictz d'icelles*.ibi,nũquid aũt merũ imperiũ possit pręscribi,q̃ nolo trãsportare,cũ nihil seruirẽt,ex quo veritas est,ꝙ hæc cõsuetudo etiã intelligitur in dño altæ iustitiæ tenẽte in allodiũ,nec in hoc distinguit cõsuetudo nostra,ergo nec nos distinguemus.l.de pretio.ff.de publi.& dicã statim,soluẽdo vtrunque,& de pręd icto dominio & de dominio vtili. de quo etiã possit dici, quòd videretur ꝙ hæc cõsuetudo in eo nõ deberet intelligi,nã,vt videmus, in hoc ista dimissio signi altæ iustitiæ est qdã cõfiscatio illius signi,q̃ videtur esse iuridica,*eo ꝙ omnis iuris.procedit à principe.¶ Alex.in cõsi.xxiiij.in j.col.ĩ v. vol.& in cõsi.xlj.circa fi.eo.volu.*¶ Vt dixi suprà in rub.huius ti. & dicã inf. cũ princeps cõcessit eã alicui,si sit negligẽs illã exercere,videtur eã spernere & negligere per annũ.dicit Raynaldus de resti.spo.in c.meritò. ergo propter eius negli.priuari debet,& sic videtur esse quędã confiscatio. Quia sic est nũc,ꝙ si dominus vtilis.s.feudatarius priuetur feudo,ita ꝙ feudũ confiscari debeat,reuertitur ad dominũ:cũ bonis cõfiscatis feudũ reuertatur ad dominũ,& domino feudi applicatur,& nõ princi.c.j.si vasallus feudo priuetur.c. si vasallus. si de feudo fuerit cõtro.c.j.de eo qui inter fratrẽ domini sui.c.imperialẽ.§. illud quoq;.de prohi. feu.aliena. quod etiã tenet Bar.in emphyteuta.s.in l.si finita.§.si de vectigali.ff.de dã.infec.ergo videtur ꝙ hæc licẽtia deberet dari à domino feudi in quẽ delictũ videtur esse cõmissũ,& nõ à principe.Nã etiam facit,quia ea ratione qua ꝓhibetur alienatio feudi,eadẽ & illi⁹ cõfiscatio in fiscũ.l.ĩperator.ff.de fidei cõ.lib.Alex in cõsi.suo. 88.in 3.vol.& in cõs.23.in j.vol.Ergo cũ feuda nõ possint alienari sine cõsensu domini,sequitur &c.

2 Res allodialis nemini subiicitur.

3 Iurisditio an contra principem præscribatur.

4 Omnis iurisditio à principe.

QVicquid sit, tu dic ꝙ ista cõsuetudo fuit optima rõne ĩtroducta, & qđ debet ĩtelligi ĩ quocũq; dño: qm licet sit dominus vtilis, tenens in feudũ ab alio q̃ à prĩcipe, tamẽ quia ab initio oĩs iurisd. ꝓcessit à principe, si in ea delinquatur, aut spernatur, primò & ex primo statu cõcernit principẽ, à quo ꝓcessit originaliter, ita* ꝙ si vnus princeps cõcedat vni in aliquo iurisd. ali⁹ ei⁹ successor põt illã auferre, vt dicit Bal. in cõsi. suo clxj. in ij. col. quod incip. ꝓponitur quòd per cõe. in iij. parte suorũ cõsilioɼũ. Et ideo nõ mirũ si possit aliquid statuere super iurisd. in aliquibus casibus, cũ illã in totũ tollere possit. & hoc casu res reuertitur ad suã primitiuã naturã. quod de facili permittẽdũ est, ĩspiciẽdo primũ statũ, qui attẽdi poti⁹ debet, & maximè quãdo est status originis, vt tenet do. me⁹ Ias. in l. si prius. in xiiij. col. ff. de noui ope. nũtia. à iure enim humano ĩperatorũ dominia descẽdẽrũt. viij. distin. c. quo iure. insti. de vsufru. in prin. notatur in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. quia imperator aut is qui habet iura imperatoris, seu imperij, vt sunt reges & prĩcipes nõ recognoscẽtes superiorẽ, sunt dñi ꝓuinciarũ suarũ. l. deprecatio. ff. ad legẽ Rho. de iactu. l. bene à Zenone. C. de quadri. prescri. Et ideo si aliquo casu trãsit ad aliquẽ, & aliquo casu iterũ ad prĩcipẽ reuertatur, ille reuersus est naturalis, cũ, vt dicit, vnaquęq; res de facili reuertatur ad suã naturã, l. si vnus. §. pacto⁹ne peteret. ff. de pac. Imò etiã hoc potest prĩceps facere, nã licet rẽ subditi sui tollere nõ possit directè, l. omes. vbi notatur p doc. C. si cõtra ius vel vtili. pub. tamẽ legẽ cõdẽdo & statuẽdo generaliter potest. Ita Bar. & Sali. in d. l. oẽs. C. si cõtra ius vel vti. publi. Quod potuit ergo facere hoc modo. s. cõdendo statutũ, quod voluit habere vim legis generalis in toto suo dominio, vt infrà, in fi. harũ cõsuetudinũ, in cõclusione, vbi dicã. Imò etiã dictũ statutũ fuit factũ de cõsensu & voluntate triũ statuũ huius patriæ, in quo erãt domini & barones habentes iurisdictiones & feuda, qui nullam fecerunt distinctionem de dictis dominiis, ergo nec nos facere debemus. Et satis ex vsu & communi obseruantia videmus intentionem statuentium fuisse talem quæ fuit, & est multum iuridica & rationabilis.

5 Princeps potest tollere iurisdictionem alicui à prædecessore concessam.

IN TEXTV IBI, *Le peult faire redresser.*

ECce quomodo hoc casu habet tãtũ potẽtiã ad actũ, sed si faciat infra tẽpus datũ ad id faciẽdũ, nõ dicitur quid nouum facere, vt dicũt Bal. & Paul. de ca. in l. fi. ff. si ex noxali causa agatur, licet dicat Bal. in l. j. in viij. quæstione. C. de institutio. & substi. quòd actus actũ significat, & potentia potentiã, vt in iuribus per eũ ibi allegatis. Sed vt dixi, hoc casu non erit quid nouum, quia videtur solum reficere, & qui reficit, nihil de nouo facit l. j. §. si quis ædificium. & ibi do. meus Iason. ff. de noui ope. nun.*

IN TEXTV IBI, *Dedans lan.*

QVæro quõ intelligatur & accipiatur iste ãnus, & in hoc dic? qđ* annus dicitur à circuitu tpis, cũ veteres an ꝓ circũ, & nare fluere ponãt. & Serui⁹ existimat annũ ab annulo dici, ꝙ ĩ se redeat quasi ãnulus, vñ Vergi. Atq; in se sua p vestigia voluitur annus. sed tũc Virg. περιφραστικῶς expressit ἐνιαυτὸν nã mẽsib⁹ in se incurrẽtib⁹ voluitur, sol enim p duodecim Zodiaci signa excurrẽs annũ cõficit, * vndè apud AEgyptios ante inuẽtas literas dracone picto suã mordẽte caudã, q. in se recurreret, indicabatur. alij ab ãnotatione deriuãt, ab ἀνὰ & νέω renouo, quia semp renouatur, alij à Græco ἔνον vnde apud nos dicim⁹ triẽniũ, illi τριένιον. * est autẽ triplex ann⁹, * Lunaris xxx. dies habẽs, Solstialis q. xij. cõtinet mẽses, q. dicitur solis anfractus, cũ peractis ccclxv. diebus & quadrãte, ad eadẽ siderũ loca redit. qui etiã annus vertẽs dicitur, & magnus annus, quẽ esse volucrũt omnibus planetis in eundẽ locũ recurrẽtibus, & hoc fit secũdũ Cic. ad Horrensiũ, post annos duodecies mille noningentos quinquagintaquatuor Solstitiales, hæc dicit Calep. in suo dictionario. in litera A, antè N.

1 Annus vnde dict⁹
2 Annus triplex.
3 Lunaris Solstitialis Magnus.

SEcundũ* verò nos, reperio ꝙ duplex est annus, quidã dicitur artificialis, quidã verò naturalis, artificialis enim est qui incipit in aliquibus partib⁹ à natiuitate Domini, & finitur in aliã natiuitatẽ, vt est in Rom. curia, vt decisio Rotę, lib. de cõputatione annorũ Domini, incipiẽte à natiuitate Do. in nouis decisionibus, aut ab incarnatione quæ est in mense Martij. & isto modo debet intelligi annus qui ponitur in instrumẽtis & cõputationibus, quę dicũt annum poni debere, & maximè annũ Do. de quo in c. inter dilectos, de fide instru. & per totũ titulũ. ff. de edẽ. habetur in aut. de fide instr. & in aut. vt prępona. nomẽ imperato. & hoc modo incipiunt anni secũdũ cursum Frãc. & Anglię, vt dicit Rota decisiõe sua cviij. incipi. secũdũ. in rub. de annis Do. in nouis decisionibus. Sic enim fiebat, cũ anni à creatione mũdi cõputabãtur, aut ab olympiadib⁹, aut aliquo insigni & memorãdo facto, siue actu, vt aliàs vidi quoddam instrumẽtũ Pictauis, in quo erat anno tali, & regnãte ꝓpheta Iesu. & in hoc erat error Iudęorũ qui solũ putabãt Iesum esse ꝓphetã: aut etiã apud Hebræos ab eductione populi ex AEgypto, aut reuersione ex deserto, aut trãsgressione Babylonis, aut aliàs secũdum eorũ cõputationes. Nã anni illi qui ab illis gestis cõputabãtur artificiales dicuntur. & de illis annis habetur consideratio & respectus ad materiam. l. libellorum. ff. de accusatio, & annum sic consideratum appellat artificialem Barto. in l. cum hæres. §. stichus. ff. de statu liber. dum dicit artificialem esset qui à natiuitate incipit, & in natiuitate finit. & dicit Bal. in cõsi. suo ccccl vij. incipiẽ. in Christi nomine reuerẽdus pater, in pte in fi. in impressione noua Mediolani, quòd vbi incipit annus, definit alius, & reuoluitur, & dicit sic esse in diebus, de quo dicam latiùs in glo. sequen. Et etiam annum sic, vt dixi, consideratum idẽ Bar. in l. libellorũ. ff. de accu. appellat cõmunẽ siue vulgarẽ. * Et alibi appellatur annus currẽs, prout cõmuniter dicim⁹, anno à natiuitate Domini, vel ab incarnatione currẽ. Et de multis computationibus anni ponit glo. in rubri. de indictio. lib. x.

4 Duplex annus. Artificialis.
5 Annus currens.

ALius* est annus naturalis cõtinẽs, ccclxv. dies cũ sex horis, qui p Bar. ĩ l. libellorũ, vocatur & appellatur legalis, & per eũdẽ in d. l. hæres. §. stichus. appellatur naturalis, qui quacũq; hora & tpe incipit & finitur, post ccclxv. dies. & tot dies habet vterq; ãnus, l. ita vulnerat⁹. §. stichus. ff. ad legẽ Aquil. l. cũ bissext⁹, & ibi gl. & Bar. ff. de verbo. signi. gl. in c. quã sit, de elec. in vj. c. xl. de consecra. distin. v. per Io. An. in d. c. quã sit. §. quæ sunt, & ibi, doc. de verb. signi. glo. in c. si propter tria debita. de rescri. in vj. Et vide glos. in l. ij. ff. de diuer. & tẽpo. præscrip. vbi ponitur de die intercalari. de quo dicã in seq. gl. * ¶ Et aliquãdo vocatur annus magn⁹ & mũdanus, vt notatur in historia scholastica capi. Noe cœpit. Quis autẽ dicatur annus fœlix, satis denotatur in l. vna. C. de obla. voto lib. xij. Sed redeũdo ad cõsuetudinẽ nostrã, dico ꝙ cõsuetudo nostra intelligitur de anno naturali siue legali, qui incipit à tẽpore quo signũ ceciderit, & finẽ accipiet post ccclxv. dies, & q a hic adiecit diẽ, nõ est quærẽdũ an debeat esse cõplet⁹. Et sic in statuto nostro seu cõsuetudine requirũtur ccclxvj. dies à

6 Annus naturalis. Legalis.
7 Annus magnus & mũdanus. Fœlix.

dies à tēpore prędicto, vt infrà dicā. ¶ Sed tamē quādo erit dubiū, an annus debeat esse cōpletus, & in quib⁹ casibus cœptus habetur ꝑ cōpleto, & in quibus debet esse cōpletus, vide gl. in c. cū in cūctis, super verbo, exegerit, de cle. quę quotidie allegatur & cōmuniter accipitur, * & dicit ꝙ aut sum⁹ in fauoribilibus, & tūc ānus cœptus habetus ꝑ cōpleto. Aut in odiosis, & tūc secus, dicit tamē Archid. in c. si annū, de iudiciis in, vj. ꝙ regulariter annus debet esse cōpletus, nisi aliud caueatur in iure. Abb. aliter dicit in d. c. cū in cūctis, in ij. col. in d. gl. & in c. ad nostrā, in glo. ij. de reg. Et vide ꝑ doct. in l. ad rēpub. ff. de mu. & ho. Et vide etiā per Card. in cle. ij. de hęre. & ibi tex. q. loquitur de ętate īquisitoris xl. ann. vbi sufficit ꝙ fuerit cœpt⁹. Idē ī ętate episc. d. c. cū in cūctis, idē in vltimis volūtatibus, l. si cui legetur, & ibi Bar. in prin. in j. col. ff. de leg. j. Faciūt no. in c. cū dilectus, de offic. deleg. Bal. verò aliter distinguit in l. ex his, in ij. oppositiōe. C. quādo dies leg. ced. & vide Car. in cle. fi. de ęta. & quali. in iiij. q. & in cle. j. de sequestra. posses. & fructuū, in xij. q. vbi dicit ꝙ in casu illo sufficit annū cœptū. & in cle. eos, & ibi gl. & Car. de regula. vbi ponit q̄d in ætate ꝓfitēdi. & dicā lati⁹ ī gl. sequē. 8 *Annus cœpt⁹ quādo habeatur pro cōpleto.*

ADuerte etiam ꝙ alio modo iurisconsultus cōsiderauit annū in l. de diuisione, in l. si ante nuptias in l. fructus, in l. diuortio. ff. solut. mat. dicam de illo infrà, *des droictz, & appartenan. a gens mariez.* de anno autem percipiendi fructus & pensiones quomodo sit accipiendus, vide aliqua quæ dicit Ioan. Fab. in §. verò. instituta. de rerum diuisione, & ibi ponit quo tempore sint percipiendi fructus siue pensiones.

IN TEXTV IBI, *Et iour.*

QVæro quis dicatur dies? * dic ꝙ quintuplex est dies, quidā naturalis dicitur, qui incipit à media nocte, l. more Roma. ff. de feriis, & dicitur cōsistere in xxiiij. horis, cōpręhēdēs lucē & tenebras, quo casu in nocte dicitur dies, & sic capitur Gene. j. cū dicitur factū est vespere & mane dies vnus. & in hymno ecclesiastico dicitur. Qui mane iūctū vesperi diē vocari pręcipis. huic cōsonat illud ꝙ dicit Macrobius ī primo Saturnaliū, * ꝙ diei ciuilis apud Romanos fuit hæc obseruata diuisio. Nam prima pars appellatur medię noctis inclinatio, & sic concordat cū d. l. more Romano, ꝙ dies apud Romanos incipiat à media nocte. Secunda pars appellatur galliciniū, postea conticiniū, quādo galli cōtiscescūt, & homines incipiūt quiescere, postea diluculū, quādo incipit dies aliqualiter dignosci, & iuriscōsultus alibi aliud dicit, albescēte cęlo, in l. Titius, §. j. ff. de lib. & posthu. postea dicitur mane, q̄n dies est iā clara, deinde appellatur meridies, postea tēpus occiduū q̄n sol vadit ad occasum, deinde suprema tempestas. ideo dicebatur in lege xij. tab. solis occasus suprema tempestas esto. ista dicit do. meus Ias. in d. l. more Romano. ff. de feriis, & Calepin. in suo dictionario in litera D, ante I. 1 *Dies q̄n tuplex.* *Naturalis* 2 *Diei diuisio.*

ALius * est dies artificialis, qui cōnumeratur ab ortu solis vsq; ad occasum, & nihil cōpręhēdit de nocte, dicitur artificialis, quia artificio iuris applicatur artibus hominū, nō quia artificio hominis consistat, imò ex ipsa natura cōsistit, sed quia artificiū iuris talē diē ponderat in actibus hominū, vbicūq; ius distinguitur inter diē & noctē, quia hoc casu nox nō est de die. c. perfodiēs. de homicidio. l. furē. ff. de sicariis. l. iiij. ff. ad legē Aqui. l. j. & ibi Ang. C. de custo. reorū. hinc dicit gl. in §. hinc nobis. in gl. j. in aut. de hære. & fal. ꝙ xxiiij. horæ faciūt diē naturalē, sed xij. faciūt diē artificialē. & idē dicit gl. valde not. in l. iij. §. fi. ff. de verb. sig. per tex. in l. j. vbi bene dicit do. Benedictus de plūbi. ff. de manumissio. ex quo infert vnū valde mirabile, * ꝙ dies artificialis semper intelligitur de equinoctiali, quando dies & nox sunt æquales, & sic de die xij. horarū. & tamen istud nō videtur verū, cū differentia debeat fieri inter tēpus hyemis & æstatis, cū in æstate dies sit pluriū quā xij. horarū. ideo fortè melius esset dicere ꝙ dies artificialis non habeat præcisè horas xij. vt dicūt gl. sed aliquando plures, aliquādo pauciores, secūdū diuersitatē tēporis. ¶ * Et iste dies artificialis est duplex. Quidā est vniformis qui semper incipit ab aurora, & durat vsq; ad crepusculum noctis, alter est difformis, qui potest incipere in qualibet parte diei, quādoq; in mane, quādoque in vesperis, quandoq; in meridie, de quo dicetur inf. cū dicetur dies emergēs. Ita dicit And. Sicu. ī c. cōsuluit ī vij. col. ext. de of. dele. & iste cōtinet xxiiij. horas. 3 *Artificialis.* 4 5 *Artificialis dies duplex.*

TErtius * ergo dies dicitur emergens, quē etiā do. meus in d. l. more. appellat legalē, qui, vt dicit, cōputatur præcisè de momēto ad momētū, sc̄dm ꝙ incipit eodē momēto finitur. l. iij. §. minorē. ff. de mino. l. j. ff. de manumis. nā ad appellādū statuuntur x. dies. q̄ primū lata est sentētia, etiā si feratur medio die, in illo momēto medij diei incipiūt isti decē dies, & in medio decimi diei finiūtur. l. j. §. dies, versi. quid ergo, cū gl. ff. q̄n appel. sit not. in aut. hodie. C. de appel. Ex quo ex hoc inferri posset, ꝙ cū hodie apud nos ꝑ ordinatiōes regias appellās ad curiā parlamēti Burgundiæ debeat infra x. dies renūtiare appellationi, aliàs est emendabilis, ꝙ illud tēpus currit de momēto ad momentū, ita ꝙ si hora decima appellauerit, decima die hora x. debet renūtiare, aliàs nō ei ꝓderit dicta renūtiatio decima die, ꝙ debet inseri & poni hora in renūtiatiōe. Et ita videtur tenere Feli. in d. c. cōsuluit. in ij. col. ibi, limita hoc nisi essem⁹. de offi. dele. q̄d tn̄ de cōsuetudine & cōmuni obseruātia nō obseruatur, imò obseruatur cōtrariū, q̄a sufficit ꝙ illa renūtiatio fiat per totā illā decimā diē, nec vidi dubitari. ¶ Per hoc etiā posset dici ꝙ istud tēpus vnius anni & diei currat de momento ad momentū, cùm sit tempus à lege nostra municipali introductum. d. l. iij. §. minorem. cum ibi nota. ff. de mino. 6 *Emergens.*

ET aduerte ꝙ illud q̄d dicitur de die legali siue emergēte, idē erit de hebdomada q̄ est octo dierū, & de mēse. tn̄ mēsis emergēs siue legalis, habet tot dies quot habet ille mēsis, ī quo fit mētio de mēse emergēti. Do exēplū. Hodie, q̄ est xv. mēsis Februarij, anno do. M. ccccc xj. ab incarnatiōe sumpto, cecidit signū altę iustitiæ terræ & seignorię Despiry siue alterius iurisditiōis, certè istud tēpus finietur anno do. M D xij. xvj. mēsis Februarij, & si tēpus hui⁹ statuti esset tm̄ vni⁹ mēsis & diei, suus esset xvj. mēsis Martij seq. Et sic mēsis emergēs erit tm̄ xxviij. dierū, nisi esset in anno bissextili, ī quo esset xxix. dierū. Ita loq tur gl. in c. q̄ sit. de ele. in vj. Bar. ī d. l. cū bissextus. de verb. sig. & ī l. ij. C. de tēpo. appel. Bal. in l. pe. ff. si q s cau. Bar. in l. eos. §. finaūt. C. de app. Bal. & Ange. in l. ij. §. fi. C. de app. Ang. in aut. iubemus. C. de iu. Bal. in c. j. in tit. quo tēpo. miles, in vsi. feu. dicā latius, infrà, quādo fiet mētio de die intercalari. * Et iste dies emergēs siue legalis est xxiiij. horarum, de quo loquitur cōsuetudo nostra, qui etiā potest cōtinere xxiiij. horas. Et credo ꝙ in hoc Barb. quodāmodo errauit, cū dixerit ꝙ cōtinet xij. horas, aut ꝙ sua distinctio nō sit bona q̄n dicit eū artificialē, q̄a credo talē diē esse naturalē. * Et an dies ī quo cecidit signū cōputetur ī termino, vide ꝑ doctrinā Bar. Bal. Alb. & do. me. Ias. ī l. j. ff. si q s cautio. Et cōsidera ex supradictis, & satis denotatur ꝙ currat de momēto ī momētū ita ꝙ dies termini *Hebdomada.* *Mensis.* 7 *Dies emergens quot horarum.* 8 *Quæstio notabilis.*

cõputatur ab illa hora qua signũ cecidit,cũ ab illa hora per cõsuetudinẽ incipiat currere, vt dicã statim in gl. seq.& nota in hoc doctrinã do.m ei Ias.in d.l.j.in gl.præter eũ. ¶In hoc esset bonũ videre de quæstione quæ euenit his diebus inter quosdã.Regula est cãcellariæ Romanę ꝙ si quis in infirmitate cõstitutus resignauerit aliquod bñficiũ,siue simpliciter,siue ex causa ꝑmutatiõis,& postea infra xx.dies de ipsa infirmitate decesserit,ac ipsum bñficiũ cõferatur ꝑ resignationẽ sic factã,collatio huiusmodi nulla sit, ipsũmque bñficiũ nihilominus ꝑ obitũ vacare cẽseatur,an dies resignatiõis cõputetur ĩ termino? Hęc est prima q̃stio. ¶Scđo an sufficiat ꝙ vltima dies sit ĩcepta? Hęc regula multũ fuit vẽtillata in Frãcia tẽpore reuerẽdissimi in Christo patris dñi Georgij de Ambasia legati de latere,qui dispẽsabat de dicta regula,& illi derogabat.dubitatũ fuit an hoc poterat.Et istud dubiũ fuit ꝑ quosdã disputatũ, & ĩter alios ꝑ vnũ ex cõsiliariis Christianissimi regis, in suo magno cõsilio,sed nõ vidi prædicta duo dubia nisi semel,& tũc nõ scripsi, quia tũc nõ erãt pecuniæ ꝓ salario,ex quo tũc tacui,& licet fuerint decisa dicta dubia, dico tñ aliq̃, cũ nũc quadrare videatur ad ꝓpositũ.

ET primò ad primũ,an dies resignatiõis cõputetur in termino dictorũ xx. dierũ,de die vltima ꝙ cõputetur in termino nõ est dubiũ.l.j.§.ꝙ dicimus.ff.de successo.edi.l.pater.§.sexaginta.ff.de adul.Spec. in fi.de appel.§.restat.versi.sed nũquid dies &c. ¶Sed de prima die resignatiõis videtur primò ꝙ nõ,cũ intelligatur de primis dieb⁹ & ꝓximis post actũ.l.eũ qui.in prin.ff.de verbo.obliga.nisi adiiciatur dictio, huic vel similis, vt tenẽt Bar.Ang.Pau.de ca.do.me⁹ Ias.in d.l.j.in iij.col.ff.si quis cau.& facit tex.in c.frequẽs de resti.spolia.ĩ vj.& in c.pia,de excep.& ista est cõmunis quo ad dilationes hominis,& credere hãc esse verã quæ quotidie practicatur in palatiis,in dilatiõib⁹ hominis,vt dixi.Sed cũ hîc in hoc casu nostro sit dilatio legis,videretur dicendũ dictã diẽ assignatiõis cõputari debere, cũ tale tẽpus legis currat de momẽto in momẽtũ.d. l.iij.§. minorẽ.& licet Bal.in d.l.j.ff.si quis cau.dicit ꝙ qñ statuitur termin⁹ à lege vel statuto per dictionẽ,infrà,tũc dies termini nõ cõputatur in termino.Et ideo cũ in dicta regula sit dictio, infra,q̃ excludit,vt dicit Albe. in aut.ꝙ ius.C.de ꝓcu.Facit tex.in c.inter dilectos.de fide instru.& c. ad audientiã.de pręscrip. Videbatur tñ ꝙ dicta

9 *Natura dictionis, infra.* dies nõ deberet cõputari,maximè etiã, * q̃a dictio,infra,est huius naturę ꝙ cõtinet cõtẽta inter extrema,q̃b⁹ adiũgitur.c.j.& c.ex tua.ext.de vsu & auto.pallij. Soci.in cõsi.suo cxxvij. in iij. col. cũ hæc hîc adiũgitur inter diẽ resignatiõis & diẽ mortis,videtur ꝙ talis dies nõ debeat cõputari,maximè dies resignatiõis,cũ sit vnũ extremorũ,& solũ cõtinere debeat illos xx. dies q̃ erũt à die resignatiõis vsq; ad alios seq. & sic ad vltimũ. Tñ illud dictũ Bal.debet intelligi ꝓut iacet.s.qñ ponitur dictio exclusiua primi diei,puta dictio,à,vel ab, vt dicit ibi Bal. Secùs aũt videtur in hoc casu,cũ nõ dicatur infra xx.dies à die resignatiõis,q̃a tũc ipsa dies nõ cõputatur scđm doctrinã Bal.& Pau.de ca.in d.l.j.ff.si q̃s cau. ¶Et ad id qđ dicitur ꝙ dictio inf.excludit,dic ꝙ etiã includit.l.scire.§.sufficit.ff.de excusa.tuto.l.j.& fi.ff.de requi.reis.& no.ĩ c.pia.de exceptio.lib.vj.insti.de gra. cogna.in prin.l.in vẽditiõe.ff.de actio.emp.cle.sicut.de app .Alber. de rosa.in d.aut.ꝙ ius.C.de ꝓcu. ¶Et cõclusiuè credere dicẽdũ ꝙ dies resignatiõis currat de momẽto in momẽtũ, & ꝙ cõputetur in dictis xx.diebus.

ADDITIO. Vide Mat.de affli.in cõsti.regni Sici.quæ inci.appellationũ tẽpora.in ij.li.in iiij.nota.vbi dicit ꝙ tẽpus appositũ ad expirationẽ beneficij currit de momẽto in momentũ.* ¶Non est tamẽ sine dubio,si casus semel adhuc euenerit,fortè latiùs insudabo,si fuerint pecunię pro salario. ¶*Et

10 *An dies termini cõputetur in termino.* in articulo an dies termini cõputetur in termino.vide Sozi. in suis fallentiis ponentẽ regulã cũ duabus fallẽtiis,& vide etiã Feli.in c.i.in j.col.de præscri.& in c.quo ad cõsultationẽ,ibi,quarta cõclusio.de re iu. prima fallẽtia ad regulã negatiuã,q̃ est ꝙ dies termini nõ cõputatur in termino,est in termino assignato ꝑ naturã,cũ magis sequi habeamus naturã q̃ artẽ.Et illã ponit Bal.in l.Gallus.in vlt.quęsito. ff.de liberis & posthu. & ĩ l.qua ætate.ff.de test. Secũda est qñ magis interest eius cui est assignatus terminus,quẽ po.gl.in cle.j. de app.

ADDITIO.Vide etiam Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit.in ciuilibus.in iiij.nota. *

11 *An vltima dies termini debeat esse completa.* AD secũdũ*verò,cũ quęritur an vltima dies debeat esse cõpleta,an verò sufficiat ꝙ sit incepta,licet hæc q̃stio posset decidi ex supradictis in gl.pręcedẽte,tñ vltra ibi allegata allegabo iura faciẽtia in arg. ꝙ debeat esse cõpleta.Facit tex.in c.fi.de cõsue.lib.vj.vbi xx. dies dati ad expectandũ optare debẽtes, debẽt esse cõpleti,sed posset dici ꝙ ibi est,quia tex.dicit ꝙ debẽt esse elapsi,& dicit etiã,& notatur ꝙ debẽt currere de momẽto in momentũ.Secũdò,facit tex.in c.q̃ sit de elec.in vj. vbi mẽsis qui est ordinatus, & datus electo,& electioni de se factæ,ad hoc vt sit suo iure priuatus requiritur ꝙ sit cõpletus.Et idẽ de tẽpore triũ mensiũ statuto ad petendũ cõfirmationẽ,de quo fit mẽtio in d.c.quia tres mẽses debẽt esse cõpleti.vt ibi notatur.

TErtiò,facit tex.in c.nemo deinceps.de electio.in vj.ibi dicit ꝙ commenda vltra sex menses non durat. & dicit ibi glo.ibi in verbo,commendare. ibi si igitur.circa finem. quòd etiã vltima dies debet esse elapsa.

QVartò, facit tex.in c.vbi periculum. de electio.in vj. vbi tempus trium dierum,& quinque dierum debet esse completum,& etiam decem dierum,ad expectandum cardinales,debet esse completum , propter verbum,elapsis & decursis,ibi appositum.

QVintò,facit tex.in c.j.de electio.in vj.vbi tempus vnius mensis viginti dierum debet esse completum. secundum quòd ibi notatur.

SExtò,facit tex.in c.Iudęorum.de æta.& quali.vbi terminus.xiiij.annorum ibi appositus, debet esse completus. ¶Item facit tex.in c.ad nostram.extrà, de regularibus vbi xiiij .annus requisitus ad professionem debet esse consummatus.& ad id est in c.significatum.eodem titulo.

SEptimò, facit tex.in c.vnico. de ætate & qualitate.vbi terminus viginti annorum debet esse cõpletus. ¶OCtauò, facit tex.in c.vnico. de vita & honestate clericorum.in vj.vbi terminus vnius anni ibi datus debet esse completus.

NOnò, facit tex.in c.pia.de exce.in vj.vbi terminus octo dierum ibi appositus debet esse completus.

DEcimò,facit tex.in c.frequẽs.de resti. spolia.vbi xv.dies dati ad probandum exceptionem spoliationis debent esse completi. vt ibi nota.& in d.c.pia.

VNdecimò,facit tex.in c.licet canõ. de electio. in vj.vbi annus datus prouiso de beneficio curato,ad se faciendum promoueri ad sacerdotiũ,ad hoc vt incurrat pœnã illius capituli,debet esse completus , vt ibi not.&

not.& est tex.de hoc in c.cōmissa.de elec.eodē lib.vj. q dicit hoc esse verū, etiā si appareret ꝙ ī residuo tēporis nō possit ꝓmoueri, adhuc tñ nō est priuatus.& dicit Io.And.in d.c.cōmissa.ꝙ ille annus debet esse īteger.

DVodecimò, facit tex.in c.fundamenta.de elect.in vj. vbi tempus vnius anni ibi appositum debet esse integrum, vt notatur ibi.

DEcimotertiò, facit tex.in c.si electio.de electio. in vj. vbi tempus trium mensium datum eligentibus in casu dicti capituli debet esse integrum.

DEcimoquartò, facit tex.in c.cum ex eo.de electio. in vj. vbi text. dicit quòd si fuerit quis dispensatus de septennio ne promoueatur, quòd tale tempus intelligitur totum comprehensum in dispensatione.

DEcimoquintò, facit tex.in dicto c.indemnitatibus. de electio.in vj. vbi moniales interesse debentes electioni debent esse xiiij.annorum, qui debent esse completi, & etiam xxx.anni, quos debet habere quæ in abbatissam eligitur, debent esse completi.d.c.indennitatibus.

DEcimosextò, facit tex.in c.proinde.de electio.in vj. vbi suspenduntur per annum contrauenientes illi capitulo, & debet esse completus, cùm dicat, continuum.

DEcimoseptimò, facit tex.in c.fi.de temp. ordi. in vj. vbi priuatur per annum à collatione beneficij ordinis, qui contra dispositionem illius capituli facit.& dicit ibi Io.quòd ille annus debet esse integer.

DEcimooctauò, facit tex.in c.fi.de offi.dele.in vj.vbi est tex. quòd suspensi sunt per annum, qui contraueniunt illi dispositioni, qui annus debet esse continuus, & sic integer & completus.

DEcimononò, facit tex.in c.qui generalem.de procura.in vj.vbi xvij. anni qui requiruntur in procuratore ad negotia, & xxv.in procuratore ad iudicia, debent esse completi.

VIcesimò, facit tex.in c.j.& ij.de resti. in integrum.in vj. vbi quadriennium excludens ecclesiam à restitutione debet esse completum.

VIcesimoprimò, facit tex.in c.si annum.de iudi.in vj.vbi annus. xiiij. qui requiritur ad hoc vt minor possit esse in iudicio, in beneficialibus debet esse completus.

VIcesimosecundò, facit tex.in c.si qui.de præscriptio.in vj.vbi centenaria vel quadragenaria pręscriptio, de qua ibi, debet esse completa.

VIcesimotertiò, facit tex.in c.j.de sen.& re iudi.in vj.vbi annus suspensionis ibi datus contra iudicem, debet esset completus.

VIcesimoquartò, facit tex.in c. vnico. de vita & honestate clerico.in vj. vbi terminus vnius anni, de quo ibi fit mentio contra clericos poculatores, golliardos aut buffones, debet esse completus.

VIcesimoquintò, facit tex.in c.vnico.de iure patro.in vj.vbi tempus quadrimestre vel semestre datum patronis ad præsentandum, debet esse completum.

VIcesimosextò, facit text.in cle.vnica.de concess.præben. vbi tex.ibi facit mentionem de mense, qui debet esse completus, vt ibi nota.

VIcesimoseptimò, facit tex.in c.ij.de censi. in vj.tēpus vnius mensis ibi mētionatum & ordinatum cōtra nimiam procurationem suscipien.ad restitutionem, debet esse elapsum, vt dicit ibi Io. And.

¶ VIcesimooctauò, facit tex.in cōtumacia.de hære.in vj.vbi annus, dequo ibi, debet esse cōpletus & elapsus.

VIcesimononò, facit tex.in c.j.de sen. excō. in vj. vbi dicit tex. ꝙ excōmunicans debet infra mēsem duplū excōmunicatiōis excōmunicato tradere, & si post mēsem tradat, nō satisfacit, vt dicit ibi tex.& doct.& q cōtra fecerit, est per mēsē suspēsus à diuinis, & ingressu ecclesię, q mēsis debet esse integer. vt dicit ibi Io. An.

TRicesimò, facit tex.in c.inquisitiōis.de hęre.in vj.in fi. vbi tēpus vni⁹ anni ibi positū debet esse cōpletū. plures alij tex.possunt allegari qui faciūt mētionē de tēpore, & termino qui debet esse cōpletus, & in illis currit de momēto ad momentū, quos credo requirere perfectionē & integralitatē tēporis, vt est tex.in c.j.de vsuris, in vj.in c.fi.de pœnis, in vj.in c.ij.de sen.excō.in vj.in c.quæritur. de sen. excō.in vj.in cle.ij.de ęta.& quali.in cle.ij.de appel.& in cle.j.de iure patro.& in cle.j.de priuilegiis, & in cle.ij.de pœnis, ex quibus iurib⁹ potest cōcludi quòd isti xx.dies debēt esse cōpleti, & hoc maximè propter dictionem, infrà, quę est inclusiua, vt dixi suprà, quę est in regula supradicta. pro quo faciunt not.per Io.de Imol.in c. præterea. *le second*, de appel.& per Archi.in c.ecclesias, xiij.q.j.vbi tractat de ista dictione, infrà, & de ei⁹ inclusione & exclusione dicit, * ꝙ limes, seu terminus limitās cōprehenditur in limitato.faciunt not.in l.ij.ff.ad legē Aquil.Bart.in l.Gallus.§.idē credendum.ff.de libe.& posthu.faciūt no.per Car.in c.à nobis, extrà, de desponsa.impube.vbi verbū, infra annos, ponitur pro citra, vt dicatur inf.hoc est citra diē, & sic, die nō cōpleta. ¶ Et faciūt suprà dicta, quādo dixi ꝙ tēpus à lege introductū debet esse cōpletū, nisi aliud à lege caueatur, secūdū distinctionē doc.in l.insulā, intra bieniū.ff.de verb.obl.& facit doctrina Arc.in c.si annū.de iu.in vj.& dies termini in termino cōputari debēt.no.gl.in c.anteriorū.q.vj.& no.in d.l.ff.si qs cautio.faciūt not.p Pa.in c.bonę.le.ij.ext. de elec.super gl.ij.& per eundē Pa.in c.super eo.de app.& sic dici debet ꝙ ea hora, qua resignatio facta est, ea hora incipiūt currere xx.dies, & ea hora die xxj.finietur, & erūt xx.dies naturales, quia erūt de iure, & ita debēt intelligi iura suprà alleg. ¶ Et illa clausula, cū sit cōstitutio & pœnalis, debet interpretari secūdū ius cōe. c.cū dilectus.de consuet.l.serui vestri.C.de noxa.etsi de iure appellatione diei intelligatur de naturali, debebit intelligi dies in regula cōprehensa esse cōpleta. vidi in quibusdam processibus quos habui ex successione quōdā magistri Bartholomęi minerij auunculi mei, vnū ꝓcessum nomine venerabilis & discreti viri magistri Antò.Ramy canonici Heduē.fratris mei vterini, qui aliâs fuit sup dicta regula inter quēdā do.Ioā.Cęteri canonicū nostrę Dominæ de Podio, impetrāte in materia possessoria, & magistrū Anto.Ramy opponē. super beneficio curato de, Tholono quod habuerat dictus magister Anto. causa ꝑmutationis cū beneficio curato de Vxello cū vltimo possessore, qui vltima die mortuus est, ex quo ab hora resignationis vsque ad horā mortis, non erant xx.dies cōpleti, licet vicesimam diem attigisset, tamē adhuc restabant quatuor aut quinq; horæ.fuit dictum & pronunciatum pro dicto domino Io.Cęteri, qui impetrauerat tanquā vacans per mortem contra magistrum Antoniū Ramy fratrem meum vterinum, & per hoc sit expedita hæc regula cancellariæ.

12 *Terminus limitans cōprehenditur in limitato.*

13 *Dies conuentionalis.* ET redeundo ad glo.nostrã & propositum nostrũ dico,* ꝙ quartus dies erit cõuentionalis,secundũ ꝙ partes conueniũt,quoniã cõtractus ex cõuentione partiũ legem accipiunt.l.contractus.ff.de reg.iuris.l.j.§.si cõuenerit.ff.depositi.l.in cõuentionalibus.ff.de verbo.oblig.* si verò simpliciter fit mentio de die aliter nõ

14 declarato, intelligitur de naturali die cõtinẽte xxiiij.horas.l.cũ qui certarũ.ff.de verbo.oblig.l.ij.§. & quia.ff.de origine iur.aut.de iudi.§.assessores.de verbo.oblig.§.in diem,insti.eodẽ .*quia verba simpliciter prola-

15 *Verba simpliciter prolata naturaliter intelligẽda.* ta,in dubio debent intelligi secũdũ naturam & non ciuiliter.l.fi.in fine.C. de his qui veniam ęta. impetra. ¶ Aduerte etiã quia verba sunt accipienda secũdũ illũ sensum,ad quẽ demõstrãdũ sunt inuẽta seu instituta,& multũ attẽdendum est in verbis scripturę.vide plenè Luc.de pen.in l.litibus.col.vj.C.de agricol.& cẽsi.li.xj.

FAllit tamẽ istud quãdo propter subiectã materiã esset aliter dicẽdũ,puta paterfamilias conducit simpliciter operarios pro certo salario singulis diebus,intelligitur à summo mane vsque ad vesperas,& nõ de die naturali,quia noctis tempore operę laboratoriæ regulariter non præstantur,secũdũ Azo.in sum.C.de oper. liberto.quẽ sequitur Alberi.in d.l.more. & est tex.in l.medicus. & in l.j.ff.de operis libertorum.& in l.ij.in fi.ff.de annuis legatis,& ita tenet & dicit do.meus Ias.in d.l.more,sed dic quòd illud intelligẽdũ est secũdũ ꝙ dicit Bal.in d.l.more.ꝙ intelligitur in dubio de die naturali,in his quę possunt pariter agi de die & de nocte.

16 *Dies intercalaris.* ALius* & quintus dies est dies intercalaris,id est,bissextilis,de quo in l.cũ bissextus.ff. de verbo.& rerũ significa.& in data sexti per Ioan.And.¶ Vbi loquitur etiam de alio die, qui dicitur dies practicorum curiæ Romanæ,qui distinguunt dies per Calendas,Idus,& Nonas.& Calendas incipiunt ab vltima parte mensis,& primò incipiunt per hanc dictionem Pridie,& quãdo dicitur Pridie Calendas alicuius mensis, est vltima dies,sic dicendo,Pridie Calendas Ianuarias,id est vltima die Decembris. & sic de singulis,quia semper vltimi dies mensis pręcedentis sunt Calẽdę mensis sequentis,dempta prima mensis sequentis,quæ dicitur Pridie, & vltima mensis præcedentis dicitur secundò Calendas,vsque ad numerum Calendarũ cuiuslibet mensis,qui est talis,ꝙ quilibet mẽsis habet octo Idus,quę statim retrogradu cõputãtur post Calẽdas & sex Nonas,quæ etiam cõputantur retrogradu post Idus,demptis Maio, Iulio,Octobri & Martio, qui habẽt tantũ quatuor Nonas,de quibus in data sexti per Ioan.And.Et de dictione Pridie vt intelligatur,vide tex.in l. Pridie.ff.de feriis,& declarat Benedictus de Plumbino in l.j.ff.de manumissio.& sic cõputando dies mẽsium facile scies dicere quando Calendas,Idus aut Nonas,quia primi dies dempto primò sunt Nonę,scilicet sex aut quatuor,vt dictum est,computando retrogradu,sequentes sunt octo Idus,computando, vt suprà, & sunt mẽsis illius,vbi sunt.Calendę verò sunt mensis sequentis,& sunt dies qui sunt post nonas & Idus,computando, vt suprà,dempta tamen prima die mensis sequentis, qui dicitur pridie Calendas mensis præcedentis. *

Dies præcticorũ curiæ Romanæ. Calẽdæ. Idus. Nonæ.

17 *Dies ecclesiastica.* SExta* est dies ecclesiastica,& quantũ ad indulgentias,& ista incipit à vesperis vigiliæ, & cõtinuatur vsq; ad vesperas diei sequen.inclusiuè,& tunc finitur indulgentia. ita habetur in c.fi.§. admittimus,de sen.excõ.in vj.Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.extrà,de cõsti.in xvj.col. ¶ Quantùm autẽ ad diuina officia quãdo incipiat dies,& quãdo finiatur.habemus tex.in c.ij.& ibi gl.de feriis, & glo. in c.alma mater. de sen.excõ.in vj.Host.in summa de feriis,§.qualiter,versi.est tamen notandum.Archi.de conse.dist.iij.c.j.& lxxv.dist.c.ꝙ à patribus,vbi est text.& gl.quantùm verò ad collationẽ ordinũ,est tex.lxxv.dist.c.ꝙ die. Arc.in d.c.ꝙ à patribus,& no.in c.clericis.de tempo.or.quo autem ad esum carnium dies incipit post cœnam,de consec.dist.iij.c. de esu carnium,glo.in d.c.ij.de feriis.licet gl.teneat cõtrarium in c.pronunciandũ.de conse.dist.iij.quo autem ad obseruationem treugæ,dies incipit ab ortu solis.c.j.de treuga & pace,& hoc modo incipit dies in aliquibus locis secundum statuta diuersorũ locorũ,vt dicã infrà.Pr̨edicta dicit do.meus Ias.in d.l.more.ff.de feriis.

ADuerte tamen,quòd Athenienses computant diem de occasu in occasum:sed, vt dicitur in Cacholicon, computant diem à sexta hora diei.Babylonij verò de ortu in ortum,secundũ dictũ c.j.de treuga & pace. secundũ ꝙ etiam computant canonici Heduen. per eorũ statuta,quo ad initium hebdomadarum in quibus sunt in turno ad nominandum ad beneficia in eorum ecclesia vacantia,vt statutis eorum cauetur.

Quæstio. SEd nunc maius est dubium,quãdo dicatur ortus solis stante eorum statuto,ꝙ hebdomada incipiat in ortu solis pręcisè die sabbati.Vt melius decidi possit hæc quęstio quę nũc est in facto:euenit an.do.M.D.xiiij. quòd die sabbati,quę erat dies sexta mẽsis Maij,illo anno venerabilis & discretus vir magister Celsus Morini canonic⁹ Heduẽ.in ortu solis illius diei,incepit esse hebdomadarius pro septẽ dieb⁹:die verò decimatertia eiusdẽ mẽsis Maij,quę fuit dies sabbati seq.reuerẽd⁹ pater magister Artuzi⁹ de Chasseneũ.sanctę sedis apostolicæ ꝓthonotari⁹,canonic⁹ Heduen.frater meus german⁹,incepit esse hebdomadari⁹ præcisè,etiã in ortu solis illius diei:illa verò die Sabbati venerabilis & discretus vir quondam magister Io.Roze.curatus oratorij in Moruãdo,hora prima post mediã noctem,albescẽte cœlo,& tali hora ꝙ homo discerni poterat ab humanis, decessit habẽs dictum beneficiũ curæ,spectãs ad præsentationẽ dñorũ decani & capituli Heduẽ.ad noĩationẽ existẽtis in turno:vterq; illorũ dñorũ canonicorũ noĩauit vnũ, vterq; fuit præsentat⁹ & institutus:sed primò in eodẽ tamẽ capitulo nominauit dictus magister Artuzius,quis illorũ sit prȩferẽdus in dicto beneficio,an nominatus à magistro Celso Morini,an nominat⁹ à prædicto magistro Artuzio de Chasseneũ. nunc de hoc est processus in castelleto Parisiẽ.ĩter Lud.Fardcault,habẽtẽ noĩationẽ à prȩdicto Celso Morini,& discretũ virũ Guil.Rigné, habẽtẽ ius à prȩdicto magistro Artuzio de Chasseneũ.facit pro dicto Guil.Rigné,ꝙ ex quo homo discerni poterat,ꝙ erat dies.ita facit tex. in c.si ꝑ se dies.ext.de homi.& facit dictũ Bar. in l.q duos.ff.de

18 manu.test.*ꝙ illud qđ fit de mane in aurora,dicitur fieri de die,& si aliquid fit inter diẽ & noctẽ,de sero,non est attribuendũ diei,licet em̃ naturaliter & cõmuniter ꝑtineat ad extrema,cũ em̃ cœlũ albescit,dies est: licet sol nõ sit suꝑ terrã,cũ speretur de ꝓximo,& tãta sit claritas,ꝙ homo cognoscitur,tñ illa particula diei dicitur de mane,vt dicit Ang.ĩ l.j.C.de cust.reo.vbi dicit ꝙ mane dicitur post cãtũ galli: & hoc casu qñ cœlũ albe-

19 *Dictio in, denotat ante.* scit,& homo discerni potest,põt dici ꝙ fit ĩ ortu solis.i.ante ortũ solis.*cũ dictio,in,denotet ante.gl.est sing. & not.in cle.causam q̃.in verb.in domo,de elect,quę dicit in.i.ante, & sic etiã si sol nõdũ esset ortus, tñ quia albescat cœlũ,dicitur dies.dicit tñ idẽ Ang.in d.l.j.C.de cust.reo.ꝙ nõ dicitur dies ante ortũ solis,sed facit cõ

20 tra illã gl.etiã qđ dicit Soci.in cõs.ccxj.in vlt.col.*vbi dicit ꝙ nõ dicitur fieri in domo qđ fit ante domũ:& sic

non dicitur

nõ dicitur fieri in ortu ſolis qđ fit ante ortũ ſolis. Quod pôt etiã facere ꝓ dicto do. Lud. Fardcault. ℂ Et facit etiã pro eo, *quia qñ dicitur dies, aut nox, multũ attẽdi debet cõmunis vſus loquẽdi. & ĩterpretatio hominũ cõſiderari & attẽdi debet. ita dicit & tenet Sali. in l. fi. C. de his quib. vt indi. hęre. *ſed ſecũdũ cõmunẽ vſum loquẽdi & hoĩm interpretationẽ, nõ dicitur ortus ſolis, nec dici pôt niſi ſuper terrã ſol appareat, quo caſu dicitur dies, & nõ antè, ꝓut dicit Bar. in l. aut facta. §. tẽp⁹. ff. de pœnis. & dicit ꝙ qñ ſol eſt ſup terrã, dies eſt: qñ verò ſol nõ eſt ſup terrã, nõ eſt. l. hęc verba, ille aut ille. ff. de verb. ſig. q̃ lex ꝓbat ꝙ ĩter diẽ & noctẽ nõ eſt dare mediũ. & dicit idẽ Bar. ꝙ aliquãdo ſol eſt ſup terrã, ſed eſt in motu recedẽdi de ꝓximo, & tũc eſt dies, quia ſol eſt ſup terrã, qñq; ſol receſſit, & ſic nõ eſt ſup terrã: tñ q͂a de ꝓximo receſſit, remãſit aliqđ lumẽ ꝓpter claritatẽ cęli, q͂a tũc eſt nox. Et eodẽ mõ pôt dici de mane, q͂a mane pôt dici qñ ſol nõ eſt ſup terrã, ſed de ꝓximo venit, q͂a cœlũ iã dealbeſcit, & tũc nox eſt. l. Lucius. §. j. cũ ibi no. ff. de libe. & poſth. ſed ſi ſol ĩcepit de ꝓximo ſup terrã, tũc eſt dies. ita dicit & tenet Io. de Ana. ĩ c. ſi pfodiẽs. ĩ j. & ij. col. ext. de ho. & hęc ſunt q̃ dici poſſũt ad cognoſcẽdũ qñ ĩcipiat dies, & qñ finẽ capiat. ℂ Sed qñ incipiat ort⁹ ſolis, in hoc iacẽt leges & ꝓphetæ, maximè qñ adhuc nõ apparet ſol, & qua hora poſſit dici ort⁹ ſolis, & an poſſit dici in ortu ſolis, albeſcẽte cælo, ita ꝙ homo diſcerni poſſit, etiã ſi nõ incepit ſol eſſe ſuper terrã. Cogita ex his & põdera multũ cõmunẽ vſum loquẽdi & interpretationẽ hominũ, quę multũ in hoc faceret, vt dicit Io. de Ana. in d. c. ſi perfodiẽs. & facit in pluribus actibus, de quibus per Feli. in procemio decretaliũ, vbi plenè per eũ. & per Iaſ. præceptorẽ meũ, in rub. de noui ope. nun. Et de dictione, in, an includat vel excludat, vide Alberi. de Roſa. in aut. hoc ius. C. de procur. per Alberi. de Roſa. in ſuo dictionario, in verbo, in, quem ipſemet allegat in dicta aut. hoc ius. vide aliquid per Soci. in conſi. ccxj. in penul. & vlti. colum. quia non multum facit in hoc, non aliter inſiſto.

21
22 *Ortus ſolis quãdo dicatur.*

SED aduerte quia hæc computatio quæ fit in ortu ſolis, vel occaſu, videtur habere inæqualitatẽ: cùm dies cõtinuè creſcat & decreſcat, ideo videtur aliquibus nimis inæqualiter habere cõputũ, de media nocte, vel meridie, ſed nõ refert quãdo attẽditur dies naturalis, qui eſt xxiiij. horarũ. Cymbri verò cõputãt de meridie in meridiẽ, quod eſt abſurdiſſimũ, vt inquit Varo in lib. humanarũ rerũ. AEgyptij verò ab initio noctis, vt dicit And. Sicu. dictus Barba. in d. c. conſuluit, ext. de offi. deleg. Et vide de his cõputationibus per Calepinũ in ſuo dictionario, in litera D, ante I, in verbo, dies. ℂ Sed quia hic dicitur in iſto §. ſeu in iſta cõſuetudine, ꝙ requiritur annus & dies, quæritur de duobus. Primò, an iſtud tempus vnius anni & diei ſit cõtinuum, an verò vtile. Secundò, vtrum impedito currat iſtud tempus: & his duobus excuſſis, erunt declaratæ hæ duæ gloſæ.

AD primũ dicendũ eſt ꝙ iſtud tẽpus ſit continuũ *cũ in dubio tẽpus ſit continuum, vt tenet Bar. & alij in l. genero. ff. de his qui notantur infa. Pa. in c. ſi. de elec. ad hoc plures ſunt remiſſiones, ad quas ſe remittit do. meus Iaſ. in §. rurſus. in xij. col. inſti. de actio. vnum tamẽ caſum ponit idẽ do. meus Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. in vlt. col. ff. de verbo. obli. vbi tẽpus eſt vtile, & poteſt cõiungi. ſcilicet quãdo eſt datũ tẽpus triũ annorum monacho ad ſtudendum, quia hæc tempora poſſunt cõiungi. Et in hoc dubio an tẽpus ſit continuũ vel vtile, vide Io. Frã. Balbũ in trac. ſuo de præſcri. in vj. q. primæ partis quartę partis principalis, vbi remittit & facit regulã. & Feli. in c. quærenti. in prin. de offi. dele. vbi ponit multa in materia. ℂ Et ideo cũ iſtud tẽpus ſit continuũ, faciliter deuenitur ad aliã quæſtionẽ, quæ eſt ꝙ nõ currit ignoranti, vt idẽ dicit Bar. in d. l. genero. ℂ Et ad iſtud an currat impedito, *dic ꝙ duplex eſt impedimentũ, quoddã eſt facti, quoddã eſt iuris. Et ad impedimentũ iuris dic *ꝙ impedito nõ currit, quia nõ valenti agere nõ currit præſcriptio. l. ſi. §. donec. C. de iur. deli. l. j. §. fi. C. de bo. mater. l. fi. in fi. C. de anna. excep. l. fi. ff. de iudi. ne pro defectu. extrà, de electio. c. quia diuerſitatẽ. vbi nota. extrà, de pręben. Faciũt nota. in c. ex tranſmiſſa. extrà, de præſcrip. & dicã plenè. infrà in titu. *des cenſes*, in §. ij. in gl. j. quaſi in medio. vbi poſui materiam de hac regula, quòd nõ valenti agere in caſu. multum not. Et intellige prædicta ſiue illud impedimentum ſit ab initio. d. l. j. in fi. C. de bonis mater. ſiue ex poſt facto. d. §. donec. Barto. in l. ſenatus. ff. de offi. præſidis.

23 *Tẽpus in dubio intelligitur cõtinuum.*

24 *Impe-*
25 *dimentũ duplex eſt.*
Iuris.

SI verò *fuerit quis impeditus impedimento facti, tũc ſecus, quia tempus currit contra eũ, ſed tamen reſtituetur in integrũ. l. & Attillicinus. quũ Bar. cõmẽtatus eſt, cũ l. vnus. §. ſi fons. ff. de ſerui. ruſti. pręd. & ita tenet Bar. in l. j. §. ſi quis aũt propter inundationẽ. ff. de iti. actúq; priua. Feli in c. ex tranſmiſſa. in j. col. de præſcrip. & in c. j. in v. col. verſi. dum dicit Abb. eo tit. de præſcript. Do. meus Iaſ. in §. rurſus. in ij. col. inſti. de ac. Roma. ix. conſi. Et intellige prædicta ſecundum Ioan. Petrum de Ferra. in ſua practica Papien. in forma reſpon. rei conuentæ. in gloſ. in verbo, præſcriptio. circa medium. verſi. ego puto. Et vide do. meũ Iaſ. in §. fuerat. in ij. colum. inſtitu. de actio. Cepolã in tracta. de ſeruitu. vrb. prædio. in charta xij. tit. quomodo ſerui. amitta. in iij. & dicit Feli. in c. vigilanti, de præſcri. quòd opinio Bar. communiter tenetur, ſed eã limitat ſeptẽ modis, vt ibi videre poteris. ℂ Adde ad dicta Feli. in hac materia Alex. in conſi. clxix. in iij. col. in ij. vol. & iſtud conſi. alle. idem Feli. in d. c. vigilanti. quando allegat conſi. cccix. Et de hac materia vide plenè per Ioan. Fran. Bal. in ſuo tract. præſcriptionum. in vj. parte principali. in j. parte illius partis, ibi, viceſimuſſecundus. caſus. per tres aut quatuor col. & per Feli. in c. cùm inter. in xiij. col. verſi. generaliter. extrà, de excepti.

26 *Facti.*

SED q̃ ſint impedimẽta facti, & q̃ iuris, facilis indagator poterit videre ſecũdũ caſus exigentes. de impedimẽtis facti, plenè in ti. ff. ex quibus cau. maio. ℂ De impedimẽtis iuris ponã aliqua tantũ exempli cauſa.

SEcundò facit,* quia iudex qui habet perſonam ſub ſua iuriſdictione poteſt ſtatuere ſuper rebus eiuſdem perſonæ,licet ſint extra ſuam iuriſdictionem,ff. de re.eo.l.magis puto.§. idem quæri,bona * enim conditionem perſonæ ſequuntur tanquam acceſſoria,l.per procuratorem,ff.de acqui.hæred.in fi.l.j.C.de imp.lu. deſcrip.c. ſi laicus, in fin. de iure patro.lib.vj.vnde habentes perſonam in ſua iuriſdictione, poſſint inducere eadem onera perſonalia , etiam pro rebus extra iuriſdictionẽ poſitis, quia inſpicitur perſona tanquam principalis,not.in l.reſcripto.§.fin.ff.de mu.& hono.& per Io.And.in c.j.de immu.eccle.

13 *Cõfiſcatio trahitur ad bona mobilia extra territorium.*

14 *An nomina debitorũ veniant appella. mobilium.*

ADuerte quia Bal.in l.mercatores.C.de cõmer.& merca.dicit bene hoc quod dictũ eſt ſuprà verũ in bonis mobilibus, * quia cõfiſcatio trahitur ad bona mobilia exiſtentia extra territorium . & illam deciſionem Bal.refert & ſequitur Alex.cõſi.ſuo xxxj.inci.viſo titulo queſtionis præmiſſæ ,in j.colũ.in j.vol. qđ eſt repetitũ in cõſi.cccxj.in iiij.vol.idẽ Alex.in cõſi.xvj.in ij.col.ĩ j.vol.& refert etiã in l.j.in pe.col.in apoſti.ad Bar.C.de ſum. tri.& fide catho.Hinc in dictis conſiliis cõcludit,* quòd cùm nomina debitorum & actiones veniant appellatione mobilium,ꝙ idem dicẽdum eſt de illis,qđ intelligunt docto.quãdo nomina debitorum & actiones continent quid mobile,ſecundum gl.no.in aut.de nõ alie.§.cõnumeranda,& ibi Ang.de quo plenè per eundẽ Alex.in dictis conſiliis xxxj.& xvj.& in cõſi.ix.in pe.& vlti.col.inci. viſis verbis teſtamẽti, in j. vol.idem Alex.in cõſi.xxvij.inci.attentis narratis,in vlti.col.in iij.vol. faciũt quæ dicit in conſi.cxxv. in fi. in j.vol.quod incipit,viſis & cõſideratis.idem Alexan.in conſi.xlv.in iiij.col.in j.vol.idem in conſi. xij.in iij.col. in ij.vol.plura ſcripſi ad Alex.meũ in cõſi.xvj.ſuprà alle.quæ hîc cauſa breuitatis non inſero.

15

TErtiò facit,* quia tutor datus à iudice domicilij vel originis,qui habet perſonã in ſua iuriſdictione cenſetur datus ad vniuerſum patrimoniũ, etiã alibi ſitũ, & habet tutor poteſtatẽ adminiſtrãdi in illo,etiã extra territorium

tra territoriũ posito, licet ab illo possit se excusare si velit. l. ꝑpter litē. §. licet. ff. de exc. tuto. & not. Bar. post Dy. in l. pupillo. ff. de tut. & cura. da. ab his. & in l. ij. per Cy. C. vbi pe. tut. Ergo eodē modo videtur dicendũ ꝙ qui habet potestatē super personis delinquentiũ, habet etiā super rebus sitis vbicũq;, & sub confiscatiōe 16 bonorum facta per eum comprehendi debent bona etiam alibi sita, licet executio non possit fieri nisi per iudicem territorij vbi sita sunt bona, vt in d. l. properandum. §. fin autem reus. C. de iudi. cum similibus.

SED aduerte, quicquid dictũ sit hîc antè, videtur ꝙ Bar. velit tenere cōtrariũ in l. cũctos populos. in fi. C. de sum. tri. & fide catho. cōcludendo ꝙ cōfiscatio bonorũ nō extēditur ad bona alibi sita, quādo iurisdictiones sunt distinctæ, & bursę fiscales distinctæ, prout sunt bursæ Christianissimi regis in suo ducatu, & bursæ archiducis in suo comitatu Burgundiæ vel aliis patriis non subiectis regi Frāciæ, & maximè quia publicatio seu cōfiscatio secũdũ cōsuetudinē nostrā fit iure speciali cōtra ius cōe. all. pro ratiōe. l. extra territoriũ. ff. de iuris. om. iud. & l. neq;. C. qui da. tut. pos. & d. l. pupillo. de tu. & cura. da. ab his. & ibi Bar. dicit hanc fuisse opi. Guil. de cu. quam magistraliter commendat multis rationibus, & per multa iura confirmat & corroborat. 17 *Confiscatio non extēditur ad bona alibi sita.*

SI verò confiscatio fiat de iure cōmuni tũc omnia bona vbicũque existentia confiscantur, sed quęlibet bursa in suo loco habet bona ibidē sita, quando verò iurisditiones sunt distinctę, sed est vna bursa fiscalis in effectu, tunc dic: aut bona cōfiscantur secundũ ius commune, & tunc vbicunque sint sunt confiscata. l. si quādo. C. de bo. va. li. x. & fiet executio ꝑ officialē illius loci vbi sunt bona, vt dictũ est suprà, vnde dicēdũ est ꝙ si iudices confiscant bona alicuius in Burgundia, secundum ius commune, omnia bona illius vbicunque existentia sub regno Franciæ sunt confiscata, & applicantur fisco, vt vult Bal. in consi. cccxl. inci. super primo puncto. in iiij. parte. sed fit executio per illum iudicem vbi sunt bona: Aut confiscatio fit secundum constitutionē, vel leges speciales, vt est hîc in casu nostro, & tunc, aut illa lex specialis est in omnibus locis vbi sunt bona, & tunc confiscatiò extenditur ad omnia illa loca & bona ibidem existentia. 18 *Quid si confiscatio fiat de iure communi.*

POne exemplũ. viget ista nostra cōsuetudo in ducatu Burgundię, in quo sunt plures iudices, puta in balliuatu nostro Heduēsi, in balliuatu Diuionensi, Cabillonensi, in Auxeto, & in quolibet balliuatu sunt plures iudices habētes merum imperium ex consuetudine, vt suprà dictum est, & ius confiscandi, & bursam eorum fiscalem, & tunc dic quòd per confiscationem factam per vnum ex illis omnia bona vbicunque existentia cōfiscantur, & cuilibet domino habenti merum imperium, qui tenet locum fisci in hoc, applicantur, debet tamē fieri executio per vnumquemque ex illis in sua iurisditione.

AVT verò istę leges speciales nō sunt cōmunes ad vtrunque locũ, & tunc dic ꝙ non extenditur cōfiscatio ad bona sita in locis vbi non viget lex specialis. arg. l. extra territoriũ. ff. de iuris. om. iud. c. vt animarum. de cōsti. li. vj. & l. neque. C. qui da. tut. & l. ab his. C. de tu. & cu. da. ab his. & d. l. de pupillo. ¶ Ita videtur tenere do. meus Ias. in l. j. in lect. Papien. in pe. col. C. de sum. tri. & fi. cat. & Io. Sanxon in consue. Turonen. tit. des droictz de *moyenne iustice*, arti. vj. in fi. Boerius in cōsue. Bituricē. tit. de iuris. om. iud. §. j. in glo. j.

SED hoc est verum quando confiscantur bona simpliciter, sed quid si dicatur, confiscamus omnia bona vbicunq; existētia, an cōprehendantur existentia in territorio alieno, in quo non erunt leges speciales, virtute quarũ fiet dicta confiscatio, expressè disponēdo de illis? dic ꝙ sic, per notata in l. hæres absens. ff. de iud. & in c. Ro. §. cōtrahētes, de fo. cōpe. & per gl. & per Bar. in l. cũ vnus. §. si is. ff. de bo. auto. iu. possi. Imo in cōsil. xxxv. in vij. col. & cōsi. lxxx. in fi. ¶ Iuxta prædicta quędā pulchra adduxi in cōsultatione vni⁹ dubij, videlicet an dispēsatio legati de latere in Gallia tātũ circa duo incōpatibilia, & de vno regulari beneficio ꝓ seculari facta de persona subiecta dicto legato ratione originis, extendatur ad beneficiũ situ extra prouinciā dicto legato decretā, cuius quidē beneficij collator etiam est subiectus dicto legato ad causam illi⁹ beneficij, ex quo eidē cōpetit collatio seu pręsentatio alterius beneficij existētis extra prouinciā dicto legato decretā, & quędā pulchra ꝑ Lud. Ro. dicta, in cōsi. suo. xxxix. adduxi ꝓ vna parte, q̃ multũ seruiret in materia hîc antè ꝓposita. Et qa prædicta videri poterũt, dicā lati⁹ ĩ meis cōsiliis, vbi intēdo inserere illud cōsiliũ de ver. ad ver. *Dubium.*

SED iuxta prædicta quæritur de not. quæstione. quidam Heduē. habet redditũ annuũ soluēdũ singulis annis in ciuitate Heduē. qui quidē annuus redditus est constitutus super aliqua re existēte in alio territorio alicuius domini qui habet potestatē habendi & leuandi cōfiscationes, & habet bursam suā seu camerā, cōdēnatur iste talis per iudicem ciuitatis Heduen. & eius bona confiscātur. Nunquid cōfiscatio illius redditus debeat spectare dño loci vbi soluēdus est, an verò domino illius loci vbi est res sita super qua redditus annuus est cōstitutus. Ista quæstio pro certo potest singulis diebus euenire in facto, & est quæstio pro amico. *Quæstio.*

ET primò videtur dicēdũ ꝙ aut est annuus redditus qui impropriè ita dicitur, sed propriè dici potest quædam præstatio quæ debetur ratione alicuius rei possessæ & debitæ præstationis annuæ, quæ à solutore quidem nullum habet dominium, & tunc ista annua pręstatio debet iudicari tanquā sit fructus illius rei, & in effectu pro fructibus soluitur, qui percipiuntur ex re, & succedit talis præstatio annua loco fructuũ, adeo ꝙ illi cui deberentur fructus debetur illa præstatio annua seu pensio, quæ pro fructib⁹ præstatur, l. defuncta. in prin. vbi optimus tex. ff. de vsufr. ¶ Sed certũ est ꝙ fructus pendētes vel futuri tēpore cōfiscatiōis cēsentur esse pars ipsi⁹ rei, l. fructus pendētes. ff. de rei ven. l. fi. §. pe. ff. quæ in frau. cre. ergo videtur similiter quòd ista præstatio annua sit censenda tanquam pars rei immobilis, ergo sicut res debet simpliciter applicari domino vbi sita est, ita & talis præstatio, d. l. defuncta. vnde not. dicit Bal. in c. j. de pa. tenen. in fine cōmenti positi in princ. quòd fructus & pensio quæ nondum cesserũt sunt pars rei, & ideo si tēpore cōfiscationis nō cesserint, sicut res cōfiscata applicaretur domino vbi est sita, etiā talis annua pręstatio. secus ergo si iam cessisset, quia nō applicaretur domino vbi res est sita, sed vbi debetur, facit multũ bene. nā ista pręstatio annalis est annexa in persona cui debetur qui retinuit dominiũ, ergo debet applicari dño illius loci vbi est ille cui debetur. *Annuus redditus.* 19 *Fruct⁹ tēpore confiscationis pendentes sunt pars rei.*

AVT est præstatio cēsus seu annui redditus quæ fit imperpetuũ, & tũc dicitur esse quoddā ius immobile, abstractum & cōsiderādũ de per se, vt no. Bal. in l. iubemus, in prin. & ibi tex. C. de sacrosan. eccle. & ꝓbatur in cle. exiui. §. malui. de verb. signifi. in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccl. & etiā siue illa fiat in recognitionē directi dominij, siue nō, siue ĩ recognitionē solũ supioritatis, sēp dicitur debitũ reale vel mixtũ, & quādo *Census perpetuus.*

præstatur in recognitionẽ directi dominij est in contractu emphyteutico, quia in eo cõcedens transfert tãtũ vtile. Bar. in l. j. C. de iure emphyteu. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dãno infecto. & ideo illud qđ præstatur dicitur in recognitionẽ directi dominij. ita no. in c. peruenit. de censi. per Io. And. per Bal. in c. j. §. sciẽdũ, de feudi cognitio. in vsibus feudo. facit optimè qđ ponit idẽ Bal. in l. ij. in repe. C. de ser. & aqua. & in his casibus cũ habẽs præstationem annuã talem faciat, fructus suos illius præstationis, etiã anteq̃ sint à solo separati, quia habẽt proprietatẽ. ita dicit tex. in l. si is qui. §. fi. ff. de fur. & dicitur quedã pars rei, & aliud ius immobile, & ideo debet applicari domino illi⁹ loci vbi debetur, & nõ domino illi⁹ loci vbi res est sita sup qua debetur.

ITem ex quo ista prestatio annua seu promissio annui redditus est facta per hominẽ vnius loci, & hominis illius loci, licet ille annuus redditus sit constitutus super re existente in alio loco, istud immobile videtur esse in loco promissionis debiti, * quia res ibi dicitur esse vbi est vt perpetuò sit occasionaliter l. Scie. §. pe. ff. de fundo instr. l. ex facto. in fine. ff. de hære. insti. vbi est optimus text. & ideo ibi dicũt Bal. & Ang. ad propositũ, & post eos do. Alex. in apostil. ad Bar. qui bene examinauit, quòd si fit confiscatio de patrimonio vnius habentis bona in duobus territoriis, vna quæque ciuitas exigit debitorẽ sui loci, videntur autem esse debitores vbi est persona ipsorum & vbi habitãt. Quãdo enim aliquid est gerẽdũ principaliter cũ persona, ille superior habet potestatẽ super illo actu in cuius loco persona habitat, licet habeat alibi patrimoniũ, vt dicit tex. in l. tutores. §. hæres, & ibi per Bar. ff. de administratio. tuto. & sic ex his ista prestatio annua seu redditus debet fisco illius loci vbi habitat cõdẽnatus, & vbi est soluẽdus redditus applicari, licet dominiũ nõ applicetur ci, & potest ꝓbari ex doctrina Bal. in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. in vsib⁹ feudorũ, vbi dicit ꝙ licet insultus cõfundatur cũ percussione regulariter, vt notatur in l. nũq̃ plura. ff. de priuatis delictis, & vide quæ dixi suprà. §. vij. ti. *des iustices*, in gl. *de simple recousse*, in prin. & in rub. *des iustices*, versi. Itẽ mathematici. in additione seq. inci. Alberi. de rosa. tamẽ hoc fallit, quãdo insultus fieret in vno territorio, & percussio ĩ alio, quia tũc accessoriũ separatur à prĩcipali, ad hoc vt pœna vnicuiq; domino territorij applicetur. ita ergo in casu nostro põt

21 illud ius abstractũ & ĩmobile applicari dño vnius loci, & dñiũ dño alterius loci. sic etiã videmus in simili * ꝙ ille ad quẽ nõ põt trãsire aliquod ius ꝓpter naturã ipsius, habet cõmoditatẽ illius iuris eo mõ quo põt. l. cũ

22 in fundo. §. j. ff. de iure dotiũ. l. necessario. §. fi. ff. de periculo & cõmodo rei ven. & ita no. Bal. in simili, de * monacho ad quẽ trãsfertur cõmoditas iuris vsusfruct⁹, si vsufructuari⁹ monachus efficitur, vt ipse ponit in autẽ. ingressi. C. de sacrosan. eccle. vnde ĩ casu suprà posito ista prestatio ãnua quæ videtur esse cõmoditas directi dñij trãsibit in fiscũ loci vbi est creditor, nec repugnat ꝙ accessoriũ aliqñ separetur à principali, vt notatur in l. ĩtelligere. C. de luitio. pignoris. & l. fideiussor oblig. §. fi. de fideius. & presertim cũ ab initio possit causari sine dñio. l. fi. §. pe. ff. de cõtrahẽ. emp. & notatur ĩ l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. lega. tũc si apponatur aliqua res ꝓ securitatẽ hypothecę, in hoc casu esset minus dubiũ, quia mihi videtur ꝙ principalis obligatio esset cõsiderãda * & nõ hypotheca, q̃ est solũ inuẽta ad securitatẽ primę obligationis, nõ ad augmẽtũ in quãtitate, vnde regulariter secũdũ ei⁹ naturã, l. fi. C. ꝑ quas ꝑsonas nobis acquiritur. ista omnia ad vnũ casum multã notabilẽ q̃ in facto euenit allegauit & adduxit subtilitatũ princeps dñs Frã. de Are. ĩ cõsi. suo. x. inci. casus talis est.

SED quid * dicendum est in redditibus annuis qui dantur ad rachatum? videretur ꝙ ex quo computantur inter mobilia, vt infrà dicetur in titu. *des rentes uendues à rachat*, §. j. quòd debent sequi naturam rei super qua debentur, vt suprà dixi, in primò casu, nolo tamen nunc decidere, cùm sit casus pendens inter duos potẽtes viros, & consului pro vno, ex quo hîc nolo nunc inserere.

ADuerte tamẽ ad doctrinã Bal. in l. mercatores. C. de cõmerciis & mercato, q̃ ponit Ale. in cõsi. xxxj. inc. Viso tit. qõ. præmissę. suprà alle. & in cõsi. xvj. in ij. dubio in j. vol. * vbi amplè ponit ꝙ bona mobilia sequũtur personã & nõ territoriũ. ¶ Vide Lapũ tenẽtẽ cõtrarium in allegatione sua xiij. in fi. de qua dixi in tit. *des mains mortes*, §. *l'une des seigneuries n'aquiert point sur lautre*, in gl. *ua demeurer*, in fi. vbi dicit ꝙ spectẽt ad illum locum, vbi exactio de iure & facto fieri potest, vel vbi est collata solutio. ¶ Et quãdo dicatur sequi territorium, considerandum est, an sint ibi perpetuò mansura, vel non, & quid de nominibus debitorum, vide ibi & in dicto consilio xxj. ¶ Sed idem do. Alexan. videtur sibi contrarius in hoc cũ reprehendat illam doctrinam Bal. in l. ex facto, *la seconde*, in fin. in apo. ad Bart. ff. de hære. insti. ¶ Limita hanc nostram consuetudinem in vno casu speciali, scilicet in crimine raptus facti in persona ingenua, * in quo bona debent applicari mulieri raptę, tex. est in l. vnica. §. & siquidem. C. de rapto. virgi. & licet tex. nostræ consuetudinis generaliter loquatur, tamen non comprehendit illum casum specialem, per regulam. Salic. in l. in testamentis. C. de testa. glo. in l. sciẽdum. ff. qui satis. cogãtur, de qua ibi per do. meũ Ias. & in l. j. §. sed si mihi. ff. de verbo. obli. & in l. postq̃ liti. in fi. C. de pactis, & in l. fratres, in in ij. col. & in l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testa. & in l. iusiurandũ & ad pecunias. §. qui iusiurandũ, in fin. ff. de iureiu. & in l. hac consultissima, in iij. & iiij. col. C. qui test. facere possunt. & Feli. in c. j. in vij. col. extrà, de rescri. quæ habet quòd quando lex aliquid disponit licet generaliter loquatur, nunquam tamen intelligitur loqui in materia in qua habemus legem specialem & particularem, de qua regula dixi. j. §. ij. in glo. *quelque part que ce soit*, tit. *des mains mortes*. Sed sic est quòd in hoc casu habemus legẽ specialem, vt dicit glo. ibi, & Sali. est speciale in illo casu ꝙ bona nõ applicãtur fisco, igitur &c.

LImita secundò hãc prædictã nostram cõsuetudinẽ nõ habere locum in casu in quo corpus cõfiscatur per iudicem regium, puta ballium per appositionem manus principis, puta quia princeps concessit gratiam cuidam criminoso, & sic cognitio dirigitur suis officiariis de communi stilo & obseruantia in tota Burgundia, & quia fortè non interinatur eius gratia, sed proceditur contra dictum criminosum, ita ꝙ cõdemnatur ad mortem, videtur hoc casu si eius bona confiscantur, quòd debent applicari fisco prĩcipis, & nõ domino altæ iustitię. quòd sic probatur. Nã appositio manus superioris & maximè principis deuoluit totã causam ad eum, vt notatur in c. vt nostrũ, extrà, de app. & ibi per Pa. & alios. ¶ Et facit, quia si quis commiserit plura delicta, etiã nõ priuilegiata, si sit vnũ illorũ priuilegiatũ, de quo cognoscere habẽt & debẽt officiarij regij, ꝑ cognitionẽ illi⁹ trahitur ad eos cognitio aliorũ, & hoc est iuridicũ. Cũ maius dignũ trahat ad se minus dignũ. dixi suprà plura in ru. *Des iustices & droictz d'icelles*, in glo. fi. circa fi. Cũ ergo sit maior cognitio & condemnatio ad

20 *Res ibi dicitur esse vbi ꝑpetuò manet.*

23 *Hypotheca ad quid inuẽta.*

24 *Redditus ad rachatum dati.*

25 *Bona mobilia sequuntur personam.*

26 *Bona propter crimen rapt⁹ confiscata applicari debent raptæ.*

atio ad mortẽ quĩ cõfiscatio, cũ cõfiscatio sit accessoria,* & principale ad se accessoriũ trahat, data cogni- 27
tione iudici regio, datur & ipsa cõfiscatio principi seu regi: *eo ꝙ etiã res de facili reuertitur ad suã naturã. 28
l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pactis.& ibi do.meus.Ias. Cũ confiscatio de iure debeat pertinere princi-
pi.dixi in prin.huius gl. Et ideo istud ius qđ datur ex cõsuetudine cũ sit cõtra ius principis, debet tantũ intelligi
in suo casu, scilicet quando ille qui habet potestatem ex isto iure consuetudinario confiscat, & non quando
ipse princeps, aut eius officiarij condemnant ad mortem. ¶ Quod etiam posset confirmari ex his quæ infrà
dixi titu.vlt.§.*l'adueu emporte l'hõme*.vbi dicit*ꝙ remissio non fit in iudicibus principis ad inferiores, & sa- 29
tis continetur in nostris consuetudinibus in fine, in conclusione illarum, quando princeps confirmando di-
cit ꝙ non intendit præiudicare iuribus suis. ¶ Facit etiam, quia* quando superior dat alicui iurisditionem 30
nũquã intelligitur dare priuatiuè, sed accumulatiuè, & ideo si princeps habeat semper iurisditionẽ & sic co-
gnitionẽ & cõdẽnationẽ, habebit etiã confiscationẽ, cũ principale trahat ad se accessoriũ. & vt dicit Gemi-
nia.in c.si ciuitas.§.fi.de sen.excõ.in vj.cõcesso principali sequitur accessoriũ, & eo etiã *quòd cõfiscatio vi- 31
detur esse introducta pro supportãdis expẽ. q̃ fiũt in ꝓcessu taliũ criminosorũ.vt dicit Oldra. cõsi.suo.xvij.
Ideo cũ princeps sentiat onꝰ, necesse est dicere ꝙ & lucrũ inde cõsequatur. cogita, q̃a istud nõ est sine dubio.

Princi pale ad se trahit accessorium.

Princeps dat iurisditionẽ cumulatiuè nõ priuatiuè.

Limita tertiò nõ habere locũ in casu in quo aliquis cõmittit crimẽ læsæ maiestatis ĩ principẽ, q̃a cõfiscatio hoc casu applicatur principi supremo & nõ alto domino ĩmediatè, in quo tñ dubio quatuor sunt opiniones, quas vide p AEgidiũ de bella mera ĩ cõsi.xv. vbi ãplè tractat materiã.dixi iã alibi, idcirco aliter nõ ĩsisto.

Aduerte ꝙ*quãdo bona alicuius debitoris fisci confiscãtur & in fiscũ trãsferuntur per confiscationẽ cõ- 32
funditur debitũ. Bar.in l.capitis.ff.de fideius.per l.in fraudẽ.§.si principalis.ff.de iure fisci. vbi videtur es
se tex.cũ gl.magna in prin.& ad propositũ & satis ad saturitatem, vide Pau.de cast.in consi.suo ccx.inci.circa
primũ notandum est, in consiliis nouis, & in impressione noua, vbi etiam ponit* ꝙ per confiscationẽ omniũ 33
bonorũ confiscatus eximitur ab omni obligatione qua tenebatur suis creditoribus. per l.si debitori à depor
tato.ff.de fideius.hinc dicũt Ang.& Bal.& post eos Alex.in l.si marito.in fi.principij.ff.sol.matri.*ꝙ si bona 34
alicuius fuerint confiscata, eo quòd condemnatus ad mortem, si habuerit gratiam à principe de vita, & non
recuperauerit bona, non tenetur ad antiqua debita. & quædam facientia ad illud consilium Pau. supra rela-
tum, vide per Ioan.de imol.in consilio suo.xxxv.in ix.x.& xj.colum.

Cõfiscatione bonorũ quis eximitur ab omni obligatione.

Et aduerte ꝙ si sint plures*domini habẽtes iurisditionẽ, & vnus habet maiorẽ partẽ, ꝙ diuisio bonorum 35
cõfiscatorũ fiet inter eos pro rata iurisditiõis. Bal.in l.seruus cõmunis.per illũ tex.ff.de stipu.seruorũ. quẽ
ad hoc allegat Iaco.de S.Geor.in trac.de roydis.in iij.col.Io.Fab.in l.cõmunes.C.de seruo cõmuni manu.

Sed iterum quæro.quidã Burgundus habẽs bona in Burgundia commisit delictum in ducatu Mediolani, *Quæstio.*
ex quo fuit condemnatus ad mortem in ciuitate Mediolani, quæritur an eius bona debeãt confiscari secundũ hanc cõsuetudinẽ, an verò debeant hæredibus applicari secundum ius cõmune. fui interrogatus in cõtingentia facti. dixi quod ex quo in ciuitate Mediolani seruatur ius cõmune, ꝙ nõ intelligitur contra condẽnatũ ibi pro delicto ibi cõmisso pœna huius statuti, sed solũ iuris communis, & quia non erant pecuniæ pro salario nihil allegaui, si tamẽ casus iterũ tibi eue. vide q̃ dicit Bar.in l.cunctos populos.in xiiij.& xv.col. C.de sum.tri. Ale.plenè in consi.suo.cxj.in j.vol.Pano.in cõsi.xxiiij.inci.Rodulphus.in j.vo.Areti.& Land.in apostil.ad eum, in tract.maleficiorum.in gl.j.in iij.fol.in vlti.col.illius folij.

IN TEXTV IBI, *Au seigneur hault iusticier.*

An ad vsum fructuariũ pertineat cõfiscatio,*an ad proprietariũ, vide Guido.pape q̃stione sua. cccxiii.& 1
ccccclxxvij. Albe.de rosate in rub.C.de v susfru. Et Boeriũ in cõsue. Bituricẽ.in ti.de feu.§. ix. Io.Sanxõ in consue. Turonẽ.tit.*des droictz de peage*, arti.j.& in tit.*des rachaptz*, arti.v. Item an spectet ad illũ qui cõdẽnauit, an ad illum cui redditur *le bacon*, cogita ex his quæ suprà dixi.in §.j.tit.præcedentis.in gl.fi.

IN TEXTV IBI, *Soubz lequel sont les biens du criminel.*

Istud est regulare ꝙ vbi bona fisco applicãtur, applicantur illi fisco sub quo sunt sita, nisi in vno casu, scilicet quãdo hæreditas alicuius testatoris aufertur alicui tanquã ab indigno, & fisco tũc applicatur, quia fisco loci testatoris, & non fisco loci vbi bona sunt sita, aut loci originis vel domicilij hæredis. tex est singularis in aut.vt cum de appellatio.cogno.§.si vnum de prædictis.colla.viij. Lud.Roma.in singulari suo.cccccclxxiij.in- ci.hæres indignus. Guilielmus Benedicti in repe.c.Ray.in verbo, concludit secundò.nume.11.de testa.

§. SECVNDO.

Et est a entendre que l'hõme qui confisque corps & biens, il confisque tant seullement ses biens, sans pource confisquer les biens & droictz de la femme, qui appartiennent a icelle sa femme, par traictie de mariage ou par coustume.

IN comitatu Niuernensi est etiam consuetudo circa confiscationem, quæ huic in aliquo videtur
contrariari. vide in glo.fi. ¶ Ratio hujus cõsuetudinis est, eo *quòd in perniciẽ alterius quis pu- 1
niri non debet. l.si maritus.ff.solu.ma.*Et pœna non est vlteriùs protrahenda, q̃ delictum fuerit 2
in excedente repertum. c.ij. de his quæ fiunt à maio. par.capituli. Et delicta debent retinere suos
autores. l.sancimus.C.de pœnis.& facit gl.in c.excommunicamus.extrà, de hæreticis.

Ratio cõsuetudinis.

IN publicatione*ergo bonorũ mariti non venit dos mulieris. glo.in c.ex literis, extrà, de pigno. vbi etiam 3
dicit ꝙ pro dote mulieris bona mariti sunt tacitè hypothecata, & ideo non potest impedire vxor, quin
dos publicetur, sed à fisco repetere potest. Ita Bal.Ang.& Alex.in l.si.marito.ff.solu.mat.

Dos mulieris nõ venit in confiscatione bonorum mariti.

ADDITIO. Sed an fiscus possit opponere, & qũo exceptionẽ nõ numeratę dotis, vide per Mat.de affli.
in cõsti.regni Sici.q̃ inci.causas per.in v.no.* ¶ Tamẽ dicit Ang.de Peru.in l.si quis.la secõ-
de.C.de bo.proscrip.* ꝙ si mariti bona cõfiscantur, vxor potest autoritatate propria iniicere manus in res 4
suas detentas per maritũ, ne occupentur per fiscũ, licet sit cõtra leg. si quis in tantã.C.vnde vi.& l.extat.ff.
quod metus causa.& c.fi.extrà, qđ metus causa. Non est tamẽ mirandũ, quia etiã si possessio esset in virũ trãs-

lata propter communionem vitæ,ipſa dicitur poſſidere & in eam continuari poſſeſſio. C.de cri.expil. hære. l.aduerſus.ff.de ritu.nup.l.j.C.de iudi.l.ne quis.ff.de munici.l.fi.§.iij.coniuncta.l.in rebus. C.de iur. dotium. Vides ergo ex prædictis,vbi licet iniicere manus propria autoritate in rẽ ſibi competentẽ contra dictam l.ſi. quis in tantum.C.vnde vi.Alios ponit Bar. in l.generali. C. de decu. lib.x.& per Bal.in c.j. de pace iura. firman.Multos caſus hîc poſuiſſem,ſed eos omitto cauſa breuitatis.

ADDITI.O. Hos caſus ampliſſimè ponit Mat.de affli.in conſtitu.regni Siciliæ quæ incipit,pacis cultum.in ix.col.ibi,nono licet domino feudi.vbi ponit.xxj.caſus.*

5 Dos propter delictũ mulieris publicari nõ debet matrimonio conſtante.

ITem dic*ꝙ etiã ex delicto vxoris dos non debet publicari & confiſcari conſtante matrimonio,cum maritus contra fiſcũ omnes actiones habeat omnino & multo magis omnes exceptiones habet ſaluas.iuxta no. per glo.in l.quinque legibus.ff.de bo.dã.& per Inno.in c.per noſtras.extrà,de dona.inter vir.& vxo. l. conſtãte.§.ſi.bona.in fi.ff.ſolu.matri.Albe.de roſa.in iij.parte ſtatuto.c.iij.ibi,ex delicto mulieris.Et idem Albe. in j.parte dictorum ſtatutorum,verſi.an dos publicetur ex delicto vxoris.

6 Nec legitima filij viuo patre.

ITtem*in confiſcatione bonorum filij delinquentis non venit legitima viuo patre.l.ſi.qua pœna.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Bar.in l.j.C.de bonis liber.tamen Car.in cle.ij.de re iu.tenet ꝙ ſic.mouetur ex pluribus.& ponit plura idem Bal. in d.l.j.quæ non veniunt in confiſcatione bonorum.

7 An ius 8 patronatus cadat in confiſcationem.

PRimò dicit*ꝙ ius patronatus eccleſiæ nõ venit in confiſcatione. allegat cle.paſtoralis.de re iud. ſed in hac materia multũ not.diſputando, & latiùs concludendo videtur primò dicendũ ꝙ in confiſcatione bonorum veniat ius patronatus eccleſiæ.iſtud tenuit gl.in c.filiis.xvj.q.vij.quãdo dicit*ꝙ iudex laicus poteſt cũ vniuerſitate priuare aliquem iure patronatus,ſed per ſe non poteſt.alle.tex.in arg.in c.ex literis.extrà, de iure patro.vult ergo dicta glo.ꝙ ſi iudex confiſcat bona alicuius, ꝙ etiam ius patronatus trãſeat cum ipſis bonis.eandẽ opi.tenẽt Io.And.& Abb.Pa.in c.nobis.ext.de iure patro.Idẽ Abb.& in c.cũ laici.ext.de iure patro.& in c.quãto.in iiij.col.ext.de iu.verſi.ego allego ad hoc gl.ſingularem.& ita tenet Car.in cle.ij.de iure patro.vbi dicit ꝙ eccleſia remanebit libera.idẽ Abb.in c.ij.ante fi.ext.de feu.facit qđ dicit Bar.in l.Aufidius. ff.de priui.cred.facit dictũ Bal.in l.fi.in pe.col. C.de edic.diui.Adria.tollẽ.vbi dicit ꝙ ſi iudex ſecularis mittit aliquem in poſſeſſionem hæreditatis,videtur etiam mittere in poſſeſſionem iuris patronatus.

9 Damnatione ſecularis iudicis quis nõ perdit ius patronat⁹

COntrariã tamen opi.videtur tenere gl.in c.ſatis peruerſum.l.diſt.& clariùs in cle.paſtoralis.de re iu.in gl. in verbo,ſubiectæ.quæ formaliter dicit, * ꝙ per condemnationem vel cõfiſcationẽ iudicis ſecularis non perdit quis ius patronatus.& iſtud videtur tenere Bal.in d.l.j. C.de bo.libertorum. iſtud etiam tenet Arc. in d.c.filiis.xvj.q.vij.& do.Ant.de butrio,quẽ refert & ſequitur Imo in l.inſulam. ff.ſol.mat. vbi alllegat multa motiua,ſubiiciens ꝙ hæc pars fortè eſt de iure verior.vide tamen Feli. in d.c.quanto.in iij.col.& do.And.Siculus in viij.col.extrà,de iudiciis.plenè per do.Rochum de curte in tract.de iure patrona.in verbo, ipſe vel is à quo cauſam habuit.in xxix.q. vbi plenè. Vide etiam Fran.de pannis in tra.de offi. & poteſtate capituli ſede vacante.in iiij.q.j.partis.¶ Et vide Io.Sanxon in conſuetu. Turonen.titulo,*de baronnie*,arti.iij. fol. clxxviij. vbi plura alia de materia iuris patronatus ponit.vide eum.

ADuerte ad vnum,quòd in fiſcum veniunt bona quæ delinquens tẽpore confiſcationis habebat vel tenebat,etiam in quibus alius habebat ius ad rem, & ſic tranſeunt in eum bona per confiſcatum vendita nõdum emptori tradita,per tex.ſingularem in l.ſi fundus quem mihi locaueras,verſi.nam & ſi vendidero,ff.locati.Guilielmus Benedicti in ſua repe.c.Rayn.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.num.846.

10 An emphyteuſis eccleſiaſtica cadat in confiſcationem.

11 An feuda poſſint cõ- 12 fiſcari.

QVid autẽ*in emphyteuſi eccleſiaſtica?dic quòd aut trãſit ad hęredẽ extraneũ,& tũc cõfiſcatis bonis cõfiſcatur & ipſa emphyteuſis.ita doc.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dãno infec.Bal.in c.in præſentia.in vij.col.extrà,de ꝓba. & in c.literæ,de dilationi.& in l.ſed & ſi poſſeſſori.§. ſi iurauero.ff. de iureiu. & idem Bal.in l.j.ff.ſi ager vecti.& Alex.in cõſi.lxxxviij.in iij.vol.vbi plura allegat in j.vol. quod eſt repetitum in conſi.xxiij.in iij.vol.idem tenet in cõſilio lxxxix.inci.vtrũ emphyteuſis.in iij.vol.Mouetur enim præcipuè hoc fundamẽto,*quia quæ non ſunt trãſitoria ad hæredes extraneos nõ tranſeunt in fiſcũ, l. iura libertorũ.& ibi no.Bar.ff.de iure patro.*Et ideo ex illo fundamẽto dicit idem eſſe in feudo, quod quidẽ nõ trãſit ad extraneos.c.j.§.ſi cliẽtulus.de aliena.feu.& c.fi.ſi de feu.fue.cõtro.ĩter do.& agna.Ergo ſi vaſall⁹ delinquat & bona publicentur,non publicatur feudum. Dominus Præpoſi.plenè in c.j.§.fi. quibus modis feu.amit.in vſibus feudorũ,vbi plura conſilia allegat.Vide Iacobinum de ſancto Geor.in trac.ſuo feudorũ,in verbo,dictique vaſalli promiſerunt non committere feloniam.in xlj.col.ibi,videamus nunc ad quem vadit feudum.& vide Feli.in c.vergentis,circa prin.de hæreticis. Pau.de caſt.in conſilio ſuo clij. Alex.in cõſi.ſuo lxx. in iiij.vol. & in conſilio xcix.in iiij.vol.& in cõſi.xxiij.in iiij.col.in j.parte.& in conſi.xxix.in j.& vlt.col.in j. parte.& Soci.in conſi.cclxix.inci.In cauſa.ver.poſtremo.plenè Alex.poſt Bar.in l.ſi finita. §.ſi de vecti.ff.de damno infecto,vbi omnes,ſed pleniùs Alexan.vide Soci.in conſilio cclxj.ver.non omitto.

13 An res donatæ veniant in cõfiſcatiõe.

ADDITIO. Vide Matt. de affli.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit,comes,in iiij.not.* ¶ Io.de imola iſtud idem tenet in conſilio xxxv.in vij.col.* & ibi quærit de not.quæſtione, nunquid res donatæ veniant in confiſcatione bonorum,& an poſſint detrahi à donatore,vbi dicit quòd aut donatio reuocatur propter ingratitudinem,& tunc poſt reuocationem cõpetit donatori vtilis rei vendicatio.De quo per Spe.in titu.de dona.§.fin.ad finem,& not.quæ dicit ibi,vbi ampliat etiam ſi fuiſſet dictum quòd etiam ex cauſa ingratitudinis reuocari non poſſet.

14 Nec indumẽta, anuli, corrigiæ &c.

ITem * non veniunt in publicatione, ſeũ confiſcatione bonorum, indumenta, corrigię,anuli & ſimilia, & cuius eſſe debeant?Dic quod iſta eſſe debent officialis iudicis,qui pecuniam redigere debet ex dictis rebus, & illam conuertere in neceſſitatem ſui officij. Text.eſt ſingularis in l.diuus.ff.de bo.damnato. Ita tenet Romanus in ſingulari ſuo xx.in nouis factis,in ſecundo anno.incip.Bona ad mortem damnati.

15 Nec ſubiacẽtia reſtitutioni fideicõ.

ITem*non veniunt ea quæ ſubiacent reſtitutioni per fideicommiſſum,cum res prohibitæ alienari non veniunt in fiſcum,l.imperator.ff.de fideicommiſ.liber.Per plura tenet Alexan. in conſilio lxxxviij.in iij.volumine hîc antè allega.& in conſi.xxiij.in j.volu.hîc antè allegato.

Item*iura

Item * iura quæ expirant per mortem ciuilem non possunt confiscari,& iura quæ non competunt nisi cer- 16 *Quæ iura nō cōfiscentur.*
to generi personarum,vt dicit Bal.in l.si insulam.ff.soluto matri.ex quo dicit ibi quòd iura quę non trans-
eunt nisi ad filios,non confiscantur.Ita not.in l.j.C.de bonis quæ liberis.

Item * etiā si confiscantur bona vsufructuaria,nō cōfiscatur ius vsusfructus etiā naturaliter viuente vsufru- 17 *Ius vsusfructus non cōfiscatur.*
ctuario,prout tenēt Bal.& Sali.in l.j.C.de bo.liber.qui allegāt.l.corruptionē.in fi.C.de vsufr. * quia vsus-
fructus nō potest alienari.l.vsusfructus.ff.de iure dotiū.& §.itē finitur.insti.de vsufr.Et istud etiā tenet Alex.
in cōsilio hìc antè allegato. in iiij.col.sed parcāt mihi autoritates prædictorū quòd veritas est in cōtrariū. & 18 *vsusfructus nō potest alienari.*
istam opinionē cōtrariā tenuit Albe.de rosate in d.l.corruptionē.& in autē.si verò dominus tēporalis.C. de
hæreticis.& Ang.in.l.si postulauerit.§.iubet.ff.de adulteriis.Bart.ibi nō decidit.& ibi in apostil. plura ponit
Alex.sed pleniùs vide per eundem Alex.in l.si finita.§.si de vectigalibus.in xxv.col.ff.de damno infecto.

QVid autem * de alimentis,nunquid tollantur per confiscationem bonorum, Alberi. in materia statu- 19 *Alimenta non possunt cōfiscari.*
torum, in tertia parte cxj. dicit quòd fortè possent destrui , cùm talia alimenta sint de bonis malefa-
ctoris, & ad terrorem malefactorum. sed dici posset ex quo quis non debet fraudari alimentis quotidianis.l.
fi.C.qui bonis cedere possunt.l. penulti.ff. de capitis diminutione.& quod notatur in l.is cui annua. ff. de ali-
mentis & ciba.legatis.quod talia alimenta non deberent confiscari.Cogita.

Item * in cōfiscatione bonorū nō veniūt peculiū profectitiū & aduētitiū.l.iij.§.sed vtrum.ff.de minoribus. 20 *Nec peculiū profectitium & aduentitium.*
vbi Bal.& alij.& Card.in cle.pastoralis.de re iud.per l.filius.C.de bonis damnatorū. plenissimè & ad saturi
tatem per Ale.post Bar.& alios in d.§.si de vectigalibus.in vj.q.in xx.xxj.& xxiij.col.ff.de dam.infe.cuius ver-
ba nolo transportare.vnum verbum per do.meū Iason. in repet.l. frater à fratre. in ij.col.ff. de cōdit. indebi.
& per eundem in §.actiones.in ix.col.instit.de actio.& illam l.si filius.omnes dicunt esse singularē. ¶ Aduer-
te tamen,* quia confiscatis bonis maternis propter delictum matris,filij de bonis eius matris nihil habere de- 21
bent.l.de bonis maternis.C.de bonis proscriptorum.Iason.in d.§.actiones.

QVid autem * in legitima,nunquid confiscari debeat? videtur primò dicendū ꝙ nō, quia iure naturę de- 22 *An legitima cōfiscari possit.*
betur,ergo tolli non potest iure positiuo,sed tamen contrarium tenet Cardi. Zaba.in cle.pastoralis.in
princ.in vij.q.de re iudicata.vbi mouetur hincinde per plura.quē vide.dixi suprà in princ. sed tamen vide Frā
ciscum de curte antiquiorem in suis consiliis.consi.lix.in x.& xj.col.

Item * in publicatione bonorum nō veniunt bono futura.per Bal.& Ang.in l.iij.§.illud quoq;.ff.ꝙ quisq; 23 *Bona futura nō possunt cōfiscari.*
iuris.& ibidē do.meus Ias.qui allegat tex.in l.si tibi mandauero.§.is cuius.ff.mandati.& in l.is cuius.§.j.ff.de
testamētis.& ibidē dicit idem do.meus Ias. quòd dispositio nō extēditur ad futura,quod extendit ad plura,vt
ibi per eum.de qua materia quando dispositio extēdatur ad futura,vide quod dixi in §.*ung meix aßis*,in tit.des
mainsmortes,in glo.*si ny à tiltres*,& quod suprà dictum est.tenet etiam idem Bal.in l.iij.C.de priuilegio fisci.&
dicit glo.in l.nam ad ea.ff.de cōditioni.& demōstrationi. * ꝙ in publicatione bonorū nō veniūt legata quo- 24 *Nec legata quorū dies nō cessit.*
rū dies non cessit.Hinc etiā dicēdum est quòd futura substitutio nō venit.l.ex facto.§.j.& ibi Bal. ff.de vul.&
pu.substi.Et vide Fran.de cur.in consi.hìc antè alle.& Ale.in cōsi.xxiij.in j.vol.& cōsi.xv.in fi. in j.vol. ¶ Ad
prędicta vide Boerium in consue.Bituricen.titu.de iuris.omnium iudi.§.xij.in glo.per hoc patet.fo. xxxvij.

LImita tamē prædicta duobus modis.Primo quòd illud habet locū quādo nō est debitum præsens, sed fu-
turū sub cōditione casuali,secus si mixta vel potestatiua.l.in facto.§.fiscus.ff.de condi.& demō. ¶ An verò
iura conditionalia veniant in confiscatione bonorum, & de pluribus aliis ponit Guil. Benedicti in sua repe.c.
Ray.in verbo,& vxorem nomine Adelasiā.nu.840.vsque ad nu.850.de testamentis.

LImita secūdo ꝓcedere ex vltima volūtate,secus si sit cōditionale ex contractu inter viuos,quia tunc trās-
fertur in fiscū omni casu,siue cōditio sit casualis,siue mixta & potestatiua.Casus est multū.not.& mēti te-
nēdus in l.inter socerū.§.fi.ff.de pactis dota.Per plura tenet Alex.in apo.ad Bar.in l.nō ad ea.q̄ Bar.legit cū l.
præce.quæ incipit,quòd traditū.ff.de condi.& demon. & vide vnum verbum notabile per Bar.in l. executo-
rē.in x.& xj.col.C.de exec.rei iudi. ¶ Nūquid autē obligationes passiuę trāseāt in fiscū, vide Alex.in loco hìc
antè allegato,vbi alleg.l.quoties.& ibi omnes.ff.de donat.Adde Bal.in d.l.executorē. in loco hìc antè alleg.

Item adde * quòd in confiscatione bonorum propter delictū prælati non veniunt bona ecclesiæ. Ita Bal. 25 *Nec bona ecclesiæ propter delictum prælati.*
in l.meminerint.C. vnde vi. ¶ Item dic quòd propter delictum clericorū bona ecclesiæ non confiscantur.
Glo.not.in l.ij.de hæreti.vbi dicit quòd ecclesia dicitur habere fiscum,cui bona confiscata quæruntur. Facit
glo.in c.quia diuersitatem.de conces.præben.Non insisto nunc.

ITem dic * quòd confiscata domo propter ludum , confiscantur cæterę res ad ludum aptę existentes in do 26 *Confiscata domo ꝓpter ludum confiscantur & bona in ea existentia.*
mo. Ita Bal.in l.iij.in ij.col.ver. & prædicta faciunt ad quæstionem.C.de nauti.fœno. Et ibi ponit an con-
fiscata equa sit confiscatus pullus. ¶ Et ad publicationem fundi non sequitur publicatio instrumen.Ioan. San
xon in consue.Turonen.titu.*des droictz de basse iustice*,articu.v.fol.xiij.
¶ Item,an cōfiscata naui sint cōfiscatę merces & pecunia.Itē an sit cōfiscata scapha.Cogita ex his q̄ ibi dicit.

ADuerte quoniam istud in specie decidit Iaco.de sancto Geor.doctor practicus.in l.singularia.colum. ij.ff.
si certum petatur,allegans Bal.in l.iij.C.de nautico fœnore iam superiùs allegata . ¶ Credo hanc consue-
tudinem limitari debere in casu * in quo mariti bona confiscantur propter crimen læsæ maiestatis,eo quòd est 27
casus specialis de iure,in quo bona mulieris propter delictū mariti confiscantur,vt est tex.ad literam in l. quis-
quis.C.ad l.Iuliam maiesta.Et ideo ista lex noua generaliter loquens non comprehendit casum specialem,per
regulam de qua dixi in §. præce.in additione ibi posita,inci.Limita hanc nostram consuetudinem . & ex ratio-
nibus illius limitationis potest sustineri hæc limitatio.

ADDITIO. Aduerte quādo in casu primipilarij bona vxoris cōfiscātur, vt est tex.in l.si quis posthac. & ibi Ange.C.de bo. ꝓscripto.& dānatorū.saltē tenētur ad debita primipilarij,in subsidiū tamē,scilicet primò exhaustis viri facultatibus:si non sufficiant,tenentur bona dotalia,vt est tex.in l. satis notū. C. in quibus causis pignus vel hypothe. tacitè contra. & dicuntur propriè pecunię primipilares,seu dicūtur primipalarij qui pecunias principis distribuunt in exercitu principis, quoniam si malè distribuant tales pecu-

nias, etiã bona vxorũ ꝑ illis tenẽtur. hodie extẽditur ad oẽs thesaurarios principis ex extẽsiõe illorũ q cognitionẽ habẽt super excessib⁹ thesaurariorũ, vt extendãt etiã peculatũ ad hmõi primipilariũ. fortè dicã alibi.*

IN TEXTV IBI, *Par traicté de mariage, ou par coustume.*

PER hoc dico ꝙ nõ omnia bona mobilia mariti, nec acquisita per maritũ constante matrimonio, quo ad mediã partẽ cõfiscabũtur, quia mulier in hoc per mortem mariti remanet saisita, vt infr. dicam. in tit. *des droictz & appartenances a gens mariez*, §. ij. Et vide in hoc Ioã. Lupũ in repetitiõe rubricæ de dona. inter virũ & vxorẽ. §. lxvj. vbi dicit ꝙ cõfiscatis bonis mariti, illa media pars acquisitorũ nõ cõfiscatur.* ¶ Contrariũ tamẽ est de cõsuetudine Niuer. vbi si mariti bona cõfiscãtur, nõ cõfiscãtur omnia sua mobilia & acquisi-

1 Niuernen. consuetudo. ta absq; eo ꝙ mulier prętẽdere possit aliquod ius ĩ illis, *licet etiã ibi sit cõsuetudo ꝙ mulier post mortẽ mariti debeat habere mediã partẽ omniũ mobiliũ, & mediã partẽ acquisitorũ cõstante matrimonio, vnde hoc ꝙ aliquãdo in vno loco seruatur vnũ ius, in alio loco aliud, videtur in hoc ius nostrũ nõ habere rationẽ nisi positiuã. Bal. in l. vnica. in prin. C. de cadu. tollen. in ij. col. dicit ꝙ sæpe Papien. antistes quærebat quare leges

2 Iurisperitus tẽpora obseruat sicut medicus. vno die statuerũt vnũ, alio die oppositũ, & dicebat Bal.* ꝙ sicut medicus obseruat tẽpora, ita iurisperitus, quia aliquãdo vno die dat vnã medicinã, alio die aliã. Sic etiã dicendũ est de loco, nã etiã medicus in vno loco dat vnã medicinã, in alio loco aliã. Sic etiam iurisperitus in vno loco seruat vnam legem, in alio loco aliam, & etiã licet quãdoq; arguere de tẽpore ad locũ. Bar. in l. datio. §. si per vẽditionẽ. ff. de actio. emp. nihil aliud

3 Iura ratione loci variãtur. dico, & ex causa. Cogita quid dicendum, & cur tam variè. ¶ *Et quomodo ratione loci varientur iura & cõsuetudines, vide Aluaro. in c. j. §. itẽ si fidelis. quib. mod. feudum amittat. in vsibus feudorum. & vide do. meũ Ias. in l. iustitia. in fi. ff. de iustitia & iure. vbi alleg. dictum Bald. suprà allegatum.

ADuerte quia tex. in c. illa aũt. in fi. xij. dist. dicit si pro varietate tẽporum, vel animorũ, vel locorũ, variæ consuetudines introducantur inuenta opportunitate resecandæ sunt potius quàm obseruandæ.

§. TERTIO.

SE *l'hõme qui a confisqué corps & biens, a heritages taillables, ou de mainmorte en iustice d'aultruy, lesdictz heritages sont au seigneur de qui ilz sont taillables ou mainsmortables & non pas au seigneur de la haulte iustice.*

IDem in comitatu Niuer. domin⁹ tamẽ altę iustitię habet lx. solidos. ¶ Cui aũt applicari debeãt bona cõfiscati, satis visum est hoc in j. c. huius tit. *des confiscatiõs*, vbi dictũ fuit ꝙ quo ad immobilia applicãtur fisco cuius territorij sunt. Casus est singularis in l. quicũq;. §. si iudex vniuersi. C. de hære. De mobilibus dic vt dictũ est. suprà. & vide de hoc per Bal. in l. ex facto proponebatur. in iij. col. versi. deinde. ad versi. vnde scio. ff. de hære. insti. vbi dicit istud esse de iure, qđ determinat cõsuetudo nostra, & ibi quęrit, qũo æs alienũ sit soluendũ, & dicit ꝙ est soluendũ habita consideratione territorij. ¶ *Aduerte quia de generali cõsuetudine totius Frãciæ bona immobilia etiã clerici nõ

1 Bona immobilia clericorum cõfiscata ĩ Gallia applicantur principi seculari non prælato. applicantur episcopo, aut prælato, sed principi seculari, aut habenti ius. Et ideo nõ esset sine dubio, an dominus secularis posset impedire cõpositiones prælatorũ in casu in quo bona sunt cõfiscanda. tenet tamẽ deci. Thol. cl. ꝙ nõ, faciendo mentionẽ de prædicta cõsuetudine regni Frãciæ, pro qua cõsuetudine adducit Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de feu. §. pe. versi. xlj. qui nulla iura ad hoc adducit. Et istud tenet Oldra. in consi. suo xvij. & Pet. de anchara. in regula iuris, ea quæ. in xxij. q. de regulis iuris. libro vj.

DE hac cõsuetudine vide Bar. in l. si quis in tantã. C. vnde vi. & per eũdẽ & alios docto. in l. si finita. §. si de vectigal. ff. de dã. infec. Et ideo dicit do. Claudius de aquis. in l. si quis ita. in §. ea. l. in viij. col. ff. de verbo.

2 Res prohibitã alienari nõ potest cõfiscari. obli.* ꝙ si ꝓhibeatur aliqua res alienari, ꝙ etiã in confiscatione bonorũ nõ venit talis res prohibita alienari.

ADDITIO. An prohibita alienatione sit prohibita etiam alienatio quæ fit ex delicto per confiscationem in fiscum, vide Matt. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, hac edictali. in iij. not. in iij. libro.* ¶ Ex quo ergo bona, seu hæreditagia existentia in loco manusmortuæ, prohibentur alienari in personas alterius conditionis, vt infrà in titu. *Des mainsmortes*, §. x. qui incipit, *L'homme de mainmorte*

5 *peult uendre*.* Si bona alicuius hominis manusmortuæ veniant confiscanda, talia bona non confiscabuntur, imò remanent illi domino sub quo sunt sita. ¶ Aduerte, quia in comitatu Niuernen. dominus, siue sit altæ iustitiæ siue non, loci illius vbi sunt bona manusmortuæ, tenetur tantùm dare domino iustitiæ exequentis lx. solidos, vt habetur in titu. *Des confiscations. §. L'homme de condition.*

IN TEXTV IBI, *Sont au seigneur de qui ilz sont taillables.*

1 Ratio cõsuetudinis huius. QVæritur de ratione huius cõsuetudinis, & quare maior videtur ratio in istis bonis q̃ in rebus emphyteuticis & feudalib⁹, de quibus dixi in §. pręcedẽti.* Nã homines habẽtes possessiones sub illis cõditionibus de quibus hîc possũt dici emphyteutici, & pro illis possessionibus habent vtile dominiũ directo tãtùm dño reseruato, secũdũ notata in toto tit. C. de agri. & cẽsi. li. xj. Imò tales sunt liberi & ꝓpriè ascriptitij, secũdũ Io. Fab. practicũ Frãcię. insti. de iure persona. in prin. Et qui nulla lege fortiore ligãtur in alienationibus suarũ possessionũ q̃ alij emphyteutę, nã & hi alienare nõ possunt irrequisito dño, sic etiã nõ possunt em-

2 Homines seruilis cõditionis magis sunt priuilegiati quã emphyteutæ. phyteutę. l. fi. C. de iure emphyteuti.* Imò ex statuto videtur hi homines seruilis cõditionis magis priuilegia-

3 ti, *nã ex iuris dispositione, nullo statuto aut cõsuetudine cõtrariũ disponẽte, emphyteutæ nõ possunt aliena-

4 re irrequisito dño.* Et tñ per statuta huius patriæ, statuto incip. *L'homme*, in tit. *Des mainsmortes*, tales homines irrequisito domino possunt alienare suas possessiones in homines similis cõditionis, cũ statutũ ꝓhibeat alienationes fieri in homines alteri⁹ cõditionis tãtũ irrequisito dño. De cuius statuti veritate infrà suo loco dicetur, sequitur ergo quid de his debet adiudicari, & eorũ bonis, vt de aliis bonis emphyteuticis, quorũ bona emphyteutica propter delictũ cõfiscantur, vt suprà tactũ est. Ergo etiã horũ bona confiscari debebũt, eo

5 maximè, *quòd alienatio quę fit per cõfiscationem dicitur necessaria alienatio, quæ nõ prohibetur generali alienationis ꝓhibitione, per l. peto. §. prædiũ. ff. de leg. ij. facit l. alienationis. ff. fami. hercis. & præterea est legalis alienatio, quę etiã alienatione generaliter ꝓhibita nõ ꝓhibetur, l. ij. ff. de reb⁹ eorũ. His tamẽ nõ obstãtibus multæ possunt assignari rationes. Prima videlicet ad instar & exẽplũ seruorũ, in quorũ cõditionẽ hi ꝓximè

ximè accedũt,saltẽ quo ad peculiũ & glebã,secũdũ not.per gl. & Bar.in l.diffinimus.& in l.cũ satis.& in l.si. C.de Agricol.& cẽsitis.lib.xj.⁎ quorũ seruorũ peculiũ ipsorũ corpore cõfiscato & bonis minimè cõfiscatur, l.j.C.de bonis ꝓscrip.Sic etiã nec istorũ possessio,quę eorũ cẽsetur peculiũ,qui etiã nullo modo alienare pos sunt,prout est gl.no.& etiã Bar. in l.quẽadmodũ.C.de agri.& censi.& c. ¶Et ꝓ ista parte faciũt omnes rationes suprà in materia feudi allegatę,& maximè respõdẽdo ad id qđ dicitur⁎ ꝙ ꝓhibitũ alienari,alienari po test alienatione necessaria & legali,quia hoc nõ est verũ,quando res est prohibita alienari extra certũ genus ꝑsonarũ,vt in casu isto in quo ꝑ statutũ suprà alleg.alienare prohibetur extra homines similis cõditionis, nã isto casu etiã cõfiscatione ad id deueniri nõ põt.l.rogo. & l.cũ verò.ff.de fideic.liberta.Et ĩ veritate credo esse verissimã rationẽ,sed quòd illi sic cõditionati prohibẽtur alienari in extraneũ ab illa cõditione ꝑ statutum inci.L'hõme,in ti.*des mainsmortes*,qđ fieret si veniret ĩ cõfiscatione,& incideretur ĩ incõueniẽs.Ad qđ euitãdũ fuit factũ dictũ statutũ, L'hõme.s.qa si posset ĩ quẽcũq; alienari,deueniret res ad possessorẽ nõ obligatũ dño, eo mõ quo erat ille sic cõditionatus,qđ dño maximè ĩteresset.Vt ergo hoc euitetur etiã iuris dispositiõe ꝓhibetur alienatio in hoĩem alteri⁹cõditionis,& sic in fiscũ.Tex.est ꝓ hoc valde not.in l.j.& etiã aliqd per ver. C.de impo.lucra.descri.li.x.habetur per Bart.in l.cum hi.§. si vni.versic. sed si pluribus.ff. de transa.in l.voluntas.quæ aliquo modo cõtrariãtur.C.de fideiusso.not.per Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres,in ij.col.ff.de verb.obli.Facit.l.imperialem.§.præterea.de prohi.feu.alie.per Federi.in versi.feudũ,& est notãdũ quòd in hac materia harũ cõditionũ prohibetur alienatio fauore domini,ne res sua vadat ad aliũ sibi nõ obligatũ, & nõ fauore hominis obligati,quare succedit quod supra dictũ est,scilicet ꝙ nõ poterit alienari.Et istã rationẽ dat Bar.in dicto versi.si pluribus.Pro solutione illius versi.addatur.l.j.volũtas.Dicemus ergo in hoc articul. vt dicimus in vasallo,⁎vt si homines istius conditionis priuentur suo manso & possessione,domino habenti imperium non applicabitur,sed domino originali, à quo tali conditione illa tenet & habet. 8 Ratio ꝑdictorum.

re non feudalem, hoc eſt burgenſaticam. And. de Yſernia in c.j. de controuerſia feudi
apud pares terminanda, tenet ꝙ ſic, ex quo Mat.de af.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit, conſuetudinem, in
iij.lib.in.viij.not.tenet ꝙ etiam tale ſeruitium poteſt præſcribi. Ego tenui & conſului contrarium in vno cõ- 12 Vaſallus nõ poteſt actionem famoſam mouere contra dominum.
ſiliorum meorum. Ex quo huiuſmodi ſeruitium militare eſt debitum reipublicæ pro defenſione illius,contra
quam non poteſt reſcribere princeps.l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.publicam,dixi alibi.
ITem etiã * non poteſt vaſallus famoſam actionem mouere contra dominum ad inſtar liberti.l.non debetur.
ff.de ope.li. cùm vt hìc antè dixi,bonum ſit.arg.ab vno ad alium.
ITem * non poteſt dominũ accuſare.l.qui cum maior.§.ſi libertus.ff.de bo.liber.l.honor.§.parẽs. cum l.ſeq. 13 Nec eũ accuſare
& l.liberto.ff.de obſequiis libertorum.

Dictũ notabile Baldi.

14 ADuerte ad illud notabile dictum Bald.in c.licet cauſam.in iiij.col.extrà,de proba.vbi dicit,*ꝙ pro huiuſmodi honorantiis competere poteſt aliquod poſſeſſorium,quia habẽt in ſe vtilitatẽ,vel ſapiunt obedientiam,in aliis autẽ honorãtiis quæ procedunt à bonis moribus tãtùm,nõ datur aliquod poſſeſſorium ſed ſolùm officium iudicis,vt not.in l.ſi duo patroni.in prin.ff.de iureiu.prout etiã nota.dicit Cardina.in proœmio feudo. in xxj.& xxij.col.& Iac.de ſancto Geor.in tract.feu.in vj.col.de his honorãtiis quomodo imploratur officium iudicis,ponit do.meus Iaſ.in l.ſi nõ ſortẽ.§.libertus.in viij.col.ff.de cõdi.inde. ¶His diebus orta fuit quæſtio & cõtentio inter duos aduocatos Heduenſes de eorũ præcedẽtia in ſedendo in eccleſia,quorũ vnus dicebat ſe priorem promotũ,& priùs habere gradũ,& ideo debere præferri alteri,ſecũdũ quod voluit tex.no.& ibi Bar. & alij in l.j.C.de iu.& ibidẽ Bar.dicit * ꝙ in iam graduatis antiquior pręferri debet.& facit tex.in c.j.de maio. & obe.glo.not.in c.fi.xvij diſt.cum aliis alle.per Feli.in c.j.de maio.& obe.¶Dicebatur etiã ex parte illius,ꝙ ratione maioris experiẽtiæ in eo exiſtẽtis,cùm plus expertus eſſet in eorũ ſciẽtia, ratione cuius ſe præferri prætendẽbant ambo,anteferri & præcedere debebat.arg.eorũ quæ dicit Pa.in c.clerici.col.ij.ext.de iu.pro quo facit l.j.C.de offi.magi.offi.ſecundũ Alex.in l.cũ quid.ff.ſi certũ petatur.¶Dicebatur & vlteriùs ex parte illius ꝙ erat graduatus in vtroq; iure:alter verò tantùm licentiatus in iure ciuili,ex quo erat præferendus.arg.eorũ quę dicit Io.An.in c.clerici.de iu.& Ioan.de turre cremata in d.c.xvij.diſt.& eorum etiam quę not.Io.de Platea & And.de Barulo in l.j.C.de conſue.And.Siculus,& Franciſ.de Aretio.in d.c.clerici.de iudiciis.

Contentio duorũ aduocatorum de præcedentia illorum. 15

16 IN contrariũ prætẽdebat alter aduocatus,*eo ꝙ ſe dicebat nobiliorẽ genere,ratione cuius nobilitatis præferẽdus veniebat,prout dixi infrà,ti.*Des droictz & appartenances à gens mariez*.§.xix.& gl.ij.in ti.*des enfans de plusieurs lictz*.§.iiij.in gl.j.& Bal.in l.obſeruare. §.anteq̃.ff.de offi.proconſ. & lega.vbi dicit ꝙ nobiliores debẽt præferri,& in altiori loco ſedere.¶Secũdò dicebat ſe eſſe aduocatũ fiſci in dictis loco & ciuitate,ex quo cęteris aduocatis præferri debebat.l.laudabile.C.de aduoca.diuer.iud.¶Tertiò dicebat ſe vxoratum,& ſic in
17 ciuitate alteri præferri debere,*cũ vxorati dicãtur habere dignitatẽ.dixi infrà,in rub.*des droictz & appartenances à gẽs mariez*.verſ.exẽplo manifeſtãtur,in additio.ibi poſita.& videri poteſt in aut.de nup.§.deinceps.Plura alia hinc inde fuere dicta ex parte vtriuſq;:ſed cùm non eſſent multũ ſtringẽtia,nullã de eis facio mentionem.

Alia contentio.

ORta fuit & alia quęſtio inter quẽdã aduocatũ fiſci in vna prouincia hui⁹ ducat⁹ Burgũdiæ,& quẽdã iudicẽ cancellariæ eiuſdem prouinciæ,eo quòd licet aduocatus fiſci ſit aduocatus in omnibus curiis eiuſdem loci
18 & prouinciæ, *tamen ſicut locumtenens balliui ſeu præſidis alicuius prouincię præcedit aduocatũ regiũ,ſic & ipſe locũtenẽs cãcellariæ,voluit pręcedere dictũ aduocatũ fiſcalẽ,etiã extra forũ & ſedẽ curiæ ipſius cãcellariæ.

Alia contentio.

ORta eſt ſimiliter alia cõtẽtio inter aduocatũ regiũ certi reſſortus,& locũtenẽ.balliui eiuſdẽ loci in ſedẽdo & iuriſditione,& auditorio ipſius curiæ cancellariæ, cùm iudex cãcellariæ ſedet pro tribunali, & ſuam iuriſditionem exercet,in qua balliuus nullam habet cauſæ cognitionem,nec de illis ſe intromittit,nec locumtenens ipſius balliui poteſt ibi ſedere,niſi tanq̃ aduocatus particularis ſeu ſimplex:vbi ſecùs in aduocato fiſci, qui etiam ibi tanq̃ aduocatus fiſci iura ipſius & actiones defendẽdo ſedet.¶Super quibus ortę fuerũt quæſtiones & iurgia inter ſupradictos.Hinc ſumpta occaſione pro omnibus,aut ſaltẽ pluribus dubiis, quæ ſuprà tacta ſunt & alia,quæ circa hanc materiam inſurgere poſſent, quendam tractatum in materia prælationis & præcedentiæ diuerſorum,& penè omnium ſtatuum compoſui, quem hìc propter eius prolixitatem inſerere nolui, ſed alibi deſcribetur,& impreſſoribus communicabitur,ad quem recurrere poteris.

Vaſallus tenetur dominum adiuuare.

19 ITem tenetur *vaſallus dñm adiuuare cõtra inimicos eius.l.ſi q.s in graui.§.ſi cũ eſſet.ff.ad Sillcia.c.de forma. xxij.q.v.habetur in c.ego enim.de iureiu.c.cũ clerici.de verb.ſig.de quo latiùs infrà dicã.¶Et aduerte,quia hoc caſu nõ eſt expectãdũ ꝙ offenſa ſit in actu,ſed etiã cũ eſt in potẽtia ad actũ,vt obuietur defenſioni à principio ne poſſit fieri vaſallus,tenetur dñm adiuuare,per ea quæ dicit Bal.in l.in l.ff.locati.in ſecunda lectura.

Præſtare alimenta.

20 ITem * tenetur dño alimẽta præſtare ſi indigeat.ita Spec.in d.§.qm̃.verſ.& not.& in fine col.per l.necare.ff. de libe.agno.c.pace.lxxxj.diſt.habetur in c.j.in prin.in tit.de notis feudo.& in c.debet.ſi de feu.fue.controuerſia.¶Vide quæ dixit Io.Sanxon in conſue.Turonẽ.tit.*Comment hommage ſe doibt offrir*.artic.j.in xx.cõcluſione.¶Et etiam adde,quoniam,vt dicit Matth.de affli.in cõſti.regni Siciliæ,quæ incipit,ſi vaſallus à dño. vaſallus tenetur fide iubere pro domino ſi ſit requiſitus,aliàs dicitur ingratus ſi recuſat.*

Ad ſeruitia.

21 ITem * tenetur vaſallus ad ſeruitia propter quæ tenet feudum,puta præſtationem operarum,vel par caponũ, vel aliud ſimile.l.in rebus.ff.de rerum permutatio.Spe.in d.§.quoniam.verſi.xvij.

Ad charitatiuum ſubſidium.

22 ITem tenetur vaſallus dño ad charitatiuũ ſubſidiũ caſu quo indiget, & poteſt dñs pro tali charitatiuo ſubſidio,ſeruitia perſonalia ſibi debita æſtimare ad primã,& illã exigere ab homine, vel mãdare ipſi vt ſeruiat alteri per eadẽ ſeruitia.arg.l.ſi libertus.aliàs medicis libertus.de operis liber.ita Bal.in l.j.in fi.C.de ope.lib.
ADDITIO.Vide Mat.de affli.in d.cõſt.regni Sici.quę inci.ſi vaſallus à dño.in quarto not.in tertio lib.*

23 ET ſic videtur*ꝙ vltra æſtimationẽ ſeruitiorũ perſonalium ſibi debitorũ nõ poſſit dominus exigere ab ho-
24 minibus ſuis charitatiuum ſubſidium.dicit tamen Bal.in c.conquerente.extrà. de offi.or. *ꝙ domini poſſunt imponere ſubditis ſubſidia poſtq̃ burſam ſuã euacuauerint,ſed priùs debent incipere de ſuo, vt vult idem Bal.& Cy.in l.neminem.C.de ſacroſan.eccle.tamen de exercitu principis quando equitat,& de aliis impoſitis & ſubſidiis ſatis dixi ſuprà,in §.*le droict d'indire, imposer, &c.*in rub.*des iuſtices & droictz d'icelles.* vbi ad ſa-
25 turitatem poſui de ſubſidiis imponendis per principes tam ſeculares quàm eccleſiaſticos.¶*Nunquid autem ſubditi teneantur ad cuſtodiam caſtri,vel ad excubias pro domino in caſtro faciendas, dic quòd non de iure, vt tenet dominus meus Iaſon,in l.diuortio.§.impendia.ff.ſolu.matri.& Ange.in l.turres.C.de ope.pub.Tamen ſunt ordinationes regiæ quo ad nos in contrarium factæ. Et ratio harum ordinationum eſt, quia ſubditi re-
26 trahunt res ſuas & perſonas eorum in caſtris,& fortalitiis ſuorũ dominorũ.Et aduerte* ꝙ dominus poteſt cuſtodire caſtrum vaſallititium inuito vaſallo tempore neceſſitatis,& illud cuſtodiet cum dicto ſuo vaſallo, vt dicit Bald.in titulo de inueſti.de re.aliena.facta.§.quid ergo.Vide Ioan.Sanxon in conſuetudi.Turonen.tit.*des droictz de chaſtellenie*.arti.j.folio.xliij.¶Et vide etiam Matthęum de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ, quæ incipit,violentias.in ij.nota,in vij.quæſtione.*

Vide

VIde amplè de hac materia quomodo hodie ſit feudum per Guil. Benedicti in ſua repe.c.Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiā.nu.128.extrà,de teſta. ¶ Et quomodo etiā tenentur vaſalli,& tenētes feuda in Gallia ad ſeruiendum domino in guerra, quādo mandatur per cõuocationē banni & retrobāni an debeant ire extra territoriū eorū,& an propriis ſtipendiis,an verò debeant ſtipendiari à Rege.vide eundem Guil. Benedicti in dicto loco.nu.527.& ibi vide quomodo feuda originē habuerūt. & dixi ſuprà,in rub. Et vltra hoc adde ꝙ ſubditi in iuriſditione tenentur ſequi dominū per triginta dies expēſis propriis.l.tam collateralles.§. ſinautem.ff.de re militari.Amanellus in ſuis ſingularibus,arti.cx.Vide etiā Mat.de affli.in cõſti.regni Sici. quæ incipit,ſi vaſallus à domino.in iiij.not.in fi.Adde ꝙ vaſallus tenetur ad multa domino,vt ponit idē Mat.de affli. in deciſi.ſuis.deci.cclxv.trigintaquinq; ad quæ tenetur vaſallus domino,quę ſunt notāda,& recurre ad eū ibi.* *Subditi qualiter ſe qui teneantur dominum.*

ITem etiam per conſuetudinem noſtram*vaſallus tenetur, poſtquam præſtiterit homagiū, dare & ſpecifica re omnes res domino ratione quarum præſtat fidelitatem,& homagium, & hoc infra quadraginta dies poſt homagium factum ſecundum hanc conſuetudinem huius ducatus Burgundiæ.& dicam infrà. 27

IN TEXTV IBI, *Dedans quarante iours.*

ADuerte,quia nulla alia interpellatio aut citatio*requiritur,cū dies interpellet ꝓ homine.l. optimā.C. de cõtrahen.& cõmit.ſtipula.c.potuit.de loca.gl.in c.cupiētes.§.ſi vos.in ver.cõtēpſerūt. in fi. de elect.in vj. ¶ Glo.in cle.quia contingit.in verbis,annis ſingulis.de reli.do.& in cle.in ver.exigere.de teſt.nā vt dicit Bar. in conſi.cij.inci.chariſſime domine iſti.*quādo quis tenetur ad factū certū & limitatū tēpore certo, eo ipſo ꝙ illo tēpore nõ facit eſt probata negligentia,niſi oſtendat de impedimēto.alle. l.iij.in §.ſi ad diē. ff. de re mili.l. ij.§.ſi quis.ff.ſi quis cau. ¶ Facit tex.in cle.vnica.in fi.de cõceſ.præbendæ.* ¶ * Aduerte tamē,quia illud quod dicitur,quòd dies interpellat pro homine,habet locū in actibus extraiudicialibus, ſecus in actibus iudicialibus quia adhuc requiritur in talibus monitio.ita intelligit & limitat illam regulam Feli.in c. ſi autem. in ij. col. extrà, de reſcri.quem videas. 1 *Dies interpellat pro hoīe.* 2 3

LImita & amplia aliis modis,vt per do.meū Iaſ.in l.vinū.in iiij.& v.col.ff.ſi cer.peta. aliquid de materia, per eundē in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.in iiij.not.ff.de ver.obli.pleniſſimè & meliùs q̃ per aliū in l.ſi ex legati cauſa.in iiij.col.ff.de verb.obli.quæ verba,cū ſint multū pinguia,nõ trāſporto. ¶ Aduerte tamē ad dictum Bal.& Cy.in l.fi.§.præterea.C.de iure dotiū.vbi dicūt,*ꝙ dies etiā quē in mora in ſtatutis conſtituit,& interpellat pro homine ſiuct in l. ¶ Aduerte etiam,quia iſtud tēpus quadraginta dierū appoſitū in hac noſtra cõſuetudine eſt de forma,per do.Feli.in c.cū dilecta.in ix.col.extrà, de reſcri.vbi dicit, *ꝙ quando elapſo termino legis vel ſtatuti incurritur pœna,tempus eſt de forma. ¶ Item aduerte, quia non poteſt tale tempus abbreuiari,& eſt continuum,licet non currat de momento in momentum.Io. Sanxon in conſuetudini. Turonen.titu. Des droictz de baſſe iuſtice.articu.ij.folio.v. 4 5 *Tēpus quando ſit de forma.*

IN TEXTV IBI, *Apres ledict hommage faict,ſon denombrement & declaration.*

DIC quòd iſtud eſt iuris,ex quo enim eſt vaſallus tenetur ſpecificare domino res,& oſtēdere res feudales c.vaſallus.ſi de feu.fuerit contro.inter dominum & agnatum.docto.maximè Ray.Bal.Aluaro.& Prępoſitus in c.imperialem.§.illud.de prohibi.feu.alie.per Federicum.dicam infrà,in fi.huius glo.

SED quęro an * vaſallus teneatur edere inſtrumenta feudi domino?dic quòd ſi feudum non negetur quòd tenetur domino edere inſtrumenta,dummodo dominus iuret de calumnia.arg.eorum quæ dicit Spe. in tit. de loca.§.nunc aliquid.in ver.ex.l.vbi tenet * quòd emphyteuta tenetur edere inſtrumentum rei emphyteuticæ.& vide Bal.latiſſimè in additio.ad Spe.in d.titu. de locato.in ix.col. de vaſallo autem vide glo.ſing.in c.j.§. illud.de prohi.feu.alie.per Federicum l & in l.ij.C.quando & quibus quarta pars debetur.lib.x.& Lud.Roma. in conſi.clxiij.inci.conſtitutio curiæ mercantiæ.in vlti.col.circa medium. 1 *An vaſallus te-* 2 *neatur edere inſtrumentū feudi.*

QVid autem * ſi vaſallus præſtitit ſeruitium longo tempore & longiſſimo tanquam vaſallus, & poſtea incipit ſeruitium domino denegare, & denegat ſic teneri in feudum, an teneatur rem cuius cauſa præſtabat ſeruitium oſtendere,vel an præſumatur prǣſtitiſſe de omnibus bonis,vel an dominus teneatur probare? Hoſt.in ſumma,de feudis.§.quibus modis.verſi. quid ſi vaſallus cõfiteatur. dicit quòd præſumitur quòd præſtiterit de omnibꝰ bonis ſuis.idē tenet Bal.in c.j.in j.col.de vaſal.qui cõtra cõſtitutionē Lotharij.ar.l. ſi fideicõmiſſum.§.j.ff.de iudiciis.niſi vaſallus oſtēdat rem cuius gratia præſtabat ſeruitiū,ad quod poteſt cogi per dominū,arg.in l.certum.ff.de cõfeſ.& c.lõginquitate,xij.q.ij.& ff.de interro.ac.l.nõ alienū.dumtamē nõ habuit iuſtam cauſam ignorantiæ.argu.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.cogitur tamen exhibere hæres inſtrumēta, ſi appareat,& cõſtiterit quòd habuerit.l.Titius.ff.de ac.emp.& ſi nõ exhibuerit,ſeruari poterit cõtra eū dictū Ang. in l.prætor.§.j.ff.de edēdo.& Inno.in c.G.perpetuus. de fide inſtr. ſ. quòd poterit dominus vaſallū expellere, per Bal.in addi.ad Spe.in tit.de loca.in ix.col.& in c.j.§. illud.de prohi.feu.alie. per Fede. ¶ Vide in hoc caſu quando negatur feudum,Boerium in conſue.Bituricen.titu.de conſuetu.feudorum.§.xiij. 3 *Quæſtio notabilis.*

PRædicta declarat & limittat Bal.in c. vaſallus feudū quod ſciēs abnegauit.in tit.ſi de feudo fue.cõtro. niſi lis ſuper hoc fuiſſet agitata cū defuncto.Nā tunc hæredes excuſantur negādo ſe habere, ꝑ tex.in l.alio. C. de in lit.iurā.Ideo ꝓ certo,cū videā eandē rationē,quādo lis eſt agitata, aut nõ eſt agitata,volo nūc tenere illud dictū Bal.pro cõſtāti,nec etiā ſcio ſi obſeruaretur in practica,cū nõ habet cõtradicētē.dicit tamē Bal.* ꝙ in iſtis factis antiquis vbi nõ reperiuntur teſtes, neq; inſtrumēta, ſtandū erit famæ & cõmuni opinioni hominū,arg.l.ſi arbiter.ff.de iudi.& l.atqui natura.§.cū me abſente.ff.de neg.geſt. ꝑ Bal.etiā in l. ꝓprietatē. & in l. iudicia.C.de proba. Et ſic ſi fuerit fama ſeruitia præſtita fuiſſe, ſtandū erit famæ. & de hac.q. omnes in c.vaſallus ſi feudum vel feudi partē,in tit.ſi de feu.fue.cõtro.maximè Bal. & Aluaro.& in c.j.& c.ij. in tit.de feudo marchię,& plenè per And.de Yſer.in c.j.in titu.de contro.inter maſculum & fœminam. ¶ Quomodo fama ꝓbet in multis quādo nõ eſt alia ꝓbatio aut incerta cū aliis adminiculis,amplè do.meꝰ Iaſ.i repe.l.admonēdi.in lxxxiij.col.ff.de iureiur.dixi ſuprà in tit.*des iuſtices & droictz d'icelles*,§.ij.in gl.*& la preuue*.nu.15.* 4 *Stādum famæ vbi non ſunt teſtes, nec inſtrumenta.*

QVid autem in aliis redditibus annuis qui ſoluuntur ſingulis annis alicui, & nõ apparet ſuper qua re ſint cõſtituti,nec apparet de inſtrumēto,ſed ſolū apparet quòd ſoluit per multos annos?iſtā.q.in ſpecie tra-

5 *An census probetur per librum censualem.* ctauit Io.Fab.in §.preiudiciales.in x.col.insti.de actio. ¶ *Nũquid autẽ redditus vel census ꝓbetur per librũ cẽsualẽ,vide quæ dicit Barb.in cõsi.viij.in ij.col.in ij.vol.vbi plenè. ¶ Ego cõsului in casu emergẽti pro venerabilibus viris & dominis decano & capitulo Heduẽsi contra curatum de Brexis.Et cõsuluit etiam scientificus & venerabilis doctor dominus Ioannes parui Ioannis,officialis Heduen.& canonicus in dicta ecclesia.

ADDITIO. Ista consilia sunt in ordine in consiliis meis nouiter impressis. *

DE re autẽ emphyteutica,vide Spe.in titu.de loca.§.nunc aliqua.ver.xl.& quatuor.versi.sequen.do.meum Iason.in l.ij.in lxxxij.col.C.de iure emphyteu.& tribus.col.sequen.Et dicit Bad.in l.prætor ait.§.j.ff.de
6 eden. * ꝙ si emphyteuta non exhibeat instrumẽtũ præsumitur emphyteusis extincta & finita.& do.meus.Ias.
7 in præludiis feudorũ.col.xiij.ver.ante autẽ rex.& in d.l.ij.ponit etiam * nunquid princeps possit cogere baronem vt ostendat titulum suæ possessionis,& dicit,si princeps faciat citari suum baronem, vt sibi ostendat iura quæ habet in castris quæ possidet,aliàs intendit ea sibi auferre,citatio est ipso iure nulla,cũ nemo cogatur ostẽdere titulum suæ possessionis.l.cogi. cum simi.C. de peti.hæred. Nam baro nõ cogitur ostendere titulum quẽ habet in castris.ita tenet similiter Bart. post Andr.de barulo in l.j.C.de condu.& procu.rerum fisca.lib.xj.& Bal.in l.ij.C.quomodo & quando iudex.

ADDITIO. Matt.de affl.in cõsti.regni Siciliæ quæ incipit, ab officialibus.in iij.not. ponit tres limitationes ad dictã l.cogi.& dicit se posuisse xx.in c.j.in prin. in vij.not.de cõtrouersia inuesturæ. * ¶ Cogita tamẽ ad ea quę dicit Io.Fab.in §.præiudiciales.in viij.col.ibi,sed quid si nihil debetur de tẽpore præterito.insti.de ac.vbi dicit quòd dominus cẽsualis, aut redditualis potest agere & concludere contra cẽsatariũ & redditualẽ suũ,vt eidẽ litera de cõtractu ostẽdatur,per l.sicut datũ.C. de li.causa.& l.instrumẽta.C.de fideic. ¶ Ita etiã tenet Bal.in l.qua quisq;.§.editiones.ff.de edẽdo.& dixi suprà §.j.hoc eodẽ tit.in fi.vide etiã Boeriũ in loco hîc antè alle.§.xij.& xvj. vbi ponit quid si vasallus fregerit arrestum sibi factum per domi-
8 num, & * quid si vasallus studiosè omittat aliquid in istis denombramentis,seu denombrationibus,an priuetur re omissa. Et vide Oldra.in consi. cxxj. vbi ponit,an teneatur originalem prædecessorum infeudationem ostendere.de his etiam Pyrrhus in consuetudinibus Aurelianensibus,titu.de feudis.capite lxv.

9 *Bis seruitia præstans tenetur in futurum.* ADuerte * quòd si bis quis præstiterit seruitia personalia vt vasallus domino,tenetur etiam in futurum, vt in c.j.§.si verò vasallus.& ibi Aluaro.in titu. quid sit inuestitura. quod intellige verũ,nisi vasallus negaret declarare pro quibus rebus esset vasallus,vel negaret se esse vasallũ, vel negaret instrumenta se habere, vt suprà dictum est.& tunc dicit Bal.in d.l.ij.C. quomodo & quando iudex. quòd,ne dominus sit iudex in propria causa, nõ potest mouere vasallum quòd sibi ostendat inuestituram feudi, vel per chartam publicã,vel per breue testatum,sed bene potest vasallum sic mouere per pares curiæ,qui habent in hoc iurisdictionem c.j.in titu.de milite vasallo qui contumax est,vel aliàs recurrendum est ad iudicem competentem.

INtellige etiam prędictam doctrinã Bar.in d.l.j.prout intelligit Bal.& limitat esse verã si prætẽdat proprietatem,aliàs qui prætendunt titulũ in re aliena,quã fatetur alienã,coguntur ostendere titulũ suę possessionis, secũdũ eũ.alle.c.ordinarij.de offi.ordi.in vj.no.in c.j.de regulis iur.in vj.per Archi.in c. cõtra morem. centesima dist.vnde secũdũ Bal.interrogabitur vasallus per pares curiæ si est vasallus,& si fateatur se vasallũ,mãdabũt
10 *Vasallum se negans conuictus priuatur feudo.* pares curiæ quòd ostendat iura sua.*Si autẽ negauerit se vasallũ,& conuincatur de mẽdacio,priuabitur feudo secũdũ cõsuetudinẽ feudorũ.tex.est ad literã in c.vasallus.in tit.si de feu.fuerit cõtrouer.inter dominũ & agnatũ.quẽ tex.ad hoc alle.dominus meus do.Ias.in l.quòd te.in xij.col.ff.si cer.pe. vbi plenissimè ponit materiam mendacis,& quibus beneficiis priuetur mẽdax.Feli.in c.cæterũ.in vj.& vij.col.extrà,de iudiciis.quibus dictis multũ sunt addẽda quæ scripsi ad Iasonẽ meũ in d.l.ꝙ te.sed nunc causa breuitatis omitto, dicturus in alio loco si veniat ad propositũ,vide tamen Feli.in d.c.cęterũ.vbi ponit limitationes,quas vide cũ venerint ad propositũ.& adde de hoc per do.meũ Iaso.in prælu.feu. in xviij.col.& Guido.pape decisio.ccccxxxvj.versi.lxix. si tamen vasallus se opposuerit ad appositionem manus domini, formata oppositione simpliciter,interim de re feudali gaudebit vasallus,& in suo integro custodietur.tex.in c.j.si de inuestitu.inter dominum & vasallum lis oriatur,& ibi Cardin.Alexan.& Bar.in l.litibus.per illum tex.col.j.ver.ex hac litera apparet.C.de agri.& cẽsi. lib.xj.& ibi Ioan.de platea. ¶ Si autem vasallus præstiterit alteri homagium,vel dederit denombrationẽ, poterit eum vocare in guarentiziam.Et ita est communis obseruantia curiarum & an per hoc noceat vasallus domino,recognoscens alium in dominum,vide Iacobinum in suo trac.feudo.in glo.dictique vasalli. fo.xxxvj.
¶ Vide Boerium in consue.Bituricen.titu.de consuetudine feudorum.§ xiij.in glo.fin.

ET si ex prædictis bene consideres,Bal. tenet contra Bar. Andr.de barulo,& Io. de platea.in d.l.j.nõ tamen respõdet ad regulam.l.cogi.Et istam opinionem refert Aluaro. & sequitur in c.j.in prin.in fin.j.col.in titu.
11 *Feudatarius tenetur 12 ostendere domino instrumẽta.* de contro.inuesti.Et adde quod dicit Bal.in l.instrumenta.in j.col. post medium. C. de fideic.* quòd feudatarius tenetur domino ostendere instrumenta feudi. dicit tamen Ioann. Andr. singulariter id additionibus ad Spe.titu.de feudis.§.j.versi.porro.circa principium.* quòd si successor in regno vel ducatu vult confirmare vasallum,non habet necesse vasallus primam concessionem ostendere.quod nota.
13 NVnquid *autẽ rex,& alij domini tẽporales habeãt intẽtionẽ eorũ fundatã de iure cõmuni super dominio rerũ infra suos limites positarũ, & sic an habeãt intẽtionẽ eorũ fundatã super domino ex hoc solo quòd res sint sitæ infra limites sui regni? Pan.in c.si diligẽti.de præscri.in ij.not.dicit quòd respectu iurisdictionis in-
14 tentio est fundata,sed nõ super ꝓprietate bonorũ & rerũ.Et ita etiã notat Io.And.in c.fi.de offi.archi.iurisdi
15 *Princeps dominus omniũ rerũ quo ad protectionem.* ctio enim pertinet ad supremã potestatẽ supremi principis, * vndè nemo potest iurisdictionẽ habere nisi ex cõcessione principis vel permissione, vt suprà dixi in explanatione rubricæ, *Des iustices & droictz d'icelles*, in fin. Sed non sic est in proprietate rerũ,*quia licet omnia sint principis.l.bene à Zenone.C.de quad.præscri.tamẽ intelligitur quo ad protectionem.glo.no.in l.Barbarius.in glo.pe.in fin.de offi. prętoris.Feli.in d.c.si diligenti.in ij.col. ¶ Vide quæ dicit Ioan.Sanxon in consue.Turonen.titulo, *des droictz de basse iustice*.arti.iij.
16 *Libertas naturalis.* SED nunquid quælibet res præsumatur ad minus esse feudalis principis,si nõ probetur ꝙ sit alterius, an verò præsumatur allodialis? ¶ *Aduerte quia quælibet res pręsumitur libera, nisi ꝓbetur seruitus imposita,

co quòd

eo ꝙ quælibet res in origine regulariter est libera.l.altius.&.l.si in ædibus.C.de ser.& aqua.Primæuo iure naturali omnis persona & omnis res erat libera.c.ius gentium.j.dist.&.§.ius autem gentium.ibi, iure enim naturali.insti.de iure natura.gentium & ciuili.

Ratio rationis est,*quia seruitus regulariter non habet causam naturalem, sed impositam aut præscriptam, insti.de ser.Bal.in.c.cum omnes.in.xj.col.ad fi.extrà, de cõsti.sed sic est ꝙ feudũ est quædam seruitus, vt notatur per glo.& doct.in.l.si vsusfructus legatus.in prin.ff.de vsufru.Et Soci.in cõsi.lxvij.in.x.col. versi.hęc aũt cõclusio.& in cõsi.clxv.col.xj.ver.secũdo prædicta cõclusio.ergo in dubio præsumitur res allodialis:& sic libera,nõ aũt feudalis.& ita tenet Bal.in.c.ij.si de feu.fue.cõtro.inter dominũ& agna.& in c.j.in vlti.col.principij de cõtro.ĩuesti.& in.l.libertas.ff. de stat.homi. & in c.significauit. de rescri.do.Alex.in cõsi.xv.in ij.colũ.in.v.volu.& Frã.de curte ãtiquior.in cõsi.lxxvj.in ij.col.cũ aliis allegatis per do.meũ Ias.in.l.si priusquã.in.xiij.col.ff.de noui operis nun.vbi dicit ꝙ pro hoc facit tex.& quod ibi notatur in c.j. de cõtrouersia inter masculum & fœminã de beneficio.& illũ textum in prima sua lectura allegat ad illud propositũ, sed in secunda sua lectura,quã audiui Papiæ,dicit ꝙ ille tex.probabat totũ contrarium.Et ad hoc eũ allegauit in sui principio,quando dicit in fine, apertis probationibus fœmina ostenderit nõ esse feu.& totũ contrarium dicit in fi.cogita in illo tex. ¶Etiam an & quando res præsumatur feudalis,vide Pyrrhum in consue.Aurelianẽ.titu.de feudis.c.j.fo.iiij.& Boerium in consue.Bituricen.titu.de consue.feudorum.§.xiiij.in fi.glo. | 17 *Seruitus positiua.*

Limita tñ prædictam regulam duobus modis.Primo nisi esset fama de antiquo, saltem centum annorum, ꝙ bona sint feudalia.nihil alle.dominus meus in.d.l.si priusquam.sed potuit allegare illud qđ dictũ est hic antè de vasallo qui per longum tempus præstitit seruitium,& non apparent instrumenta,neq; testes,ꝙ standũ est famæ.argu.l.si arbiter.ff. de arbi.&.l.at qui natura.§.cum me absente.ff. de neg.gest.cũ alijs iam suprà alle.

Limita secundo,nisi verba enuntiatiua,vel narratiua principis nuntiarent & narrarẽt dicta bona esse in feudũ concessa.& istis duobus modis limitat do.Alex.in consi.xv.in.j.&.ij.col.in. v.vol. refert & sequitur do. meus Ias.in.d.l.si priusquã.Et legẽdo dictã legẽ in secũda sua lectura quam audiui,dixit se habere illo tpe casum in facto,& ꝙ intẽdebat tenere illã limitationẽ,licet multi alij consultãtes in dicto facto & casu tenebant contrariũ.vide etiã quæ voluit idem Alex.in consi.cxxxvj.in ij. pe. & vlt.col.in.j. vol. vbi multa ad propositũ.

Pro tertia limitatione adde,*ꝙ omnis res dicitur feudalis, in qua quis habet iurisdictionem,saltem ratione iurisdictionis.Et licet sint multæ terræ in ducatu Burgundiæ quæ dicũtur, *de franc alleu*,& sic ex allodialibus,tamen si in illis inferior à principe habeat iurisdictionem, non potest illas tenere tanquam sint ex allodialibus,sed potest princeps eas dicere feudales ratione iurisdictionis,per ea quæ dicit Iac.de sancto Geor. in trac.suo feudorum.in gl.dictiq; vasalli,in.iiij.col.vbi amplissimè tractatur materia prędicta. ¶Intellige & sublimita vt dixi.inf.tit. *des mainsmortes*,§.*ung meix assis*,in fi.gl.quę incipit,*ung meix*. | 18 *Omnis res in qua quis habet iurisditionẽ est feudalis.*

Item nota,& adde dictum Bal.in l.nec si volens.C.de libera.cã.*ꝙ si rex Franciæ facit aliquam ciuitatẽ cõfiteri suam esse,& fidelitatem sibi iurare,cũ sua non sit,ꝙ talis confessio & iuramentum non valent.& dicit Bal.pro deo nota hoc perpetuò.dicit tamen Bal.in l.si certis annis.in.v.col.C.de pactis.* ꝙ si quis cõfiteatur rem suam esse censualẽ quæ non est,pręiudicat sibi in iure censi. prout dicit do. meus Ias.in l.ij.in.lxxxij.colũ. C.de iure emphy. ¶Quando autẽ hæ recognitiones noceant recognoscentibus,vide Io.Berberij in suo viatorio iuris.tit.de locato.ver.quæri solet in hac materia.cũ quęstione seq.& Guido.pape in singularibus suis, singulari. D.ccclxxxvj.inci. si homo.& dixi infrà,ti. *des censes*, §. iij. in additione posita ad primam gl.inci. Aduerte quia iste census &c.Et vide Io.Sanxõ in consue.Turoñ.tit. *des droictz de basse iustice*, arti.ij. fo. v.vbi ponit quid operetur aduocamentum. | 19 | 20

De hac materia autẽ quando vasallus teneatur specificare & ostendere res feudales domino, vide do.Iac. de sancto Geor.plenissimè in suo trac.feudorũ,in verbo,dictiq; vasalli repromiserunt recognoscere specificè & particulariter.& ibi ponit,& tradit materiã amplè per.v.col.& vide Bal.in l.instrumẽta.in.j.col.C.de fidei cõmissis.per gl.in l.ij.& ibi Io.de platea.col.iij.versi.no.& Luc.de pen. C. quando & quibus quarta pars debetur.lib.x.& hoc intellige quãdo fatetur se esse vasallũ,vt dictũ est suprà.Spe.in tit.de emphyteusi.§.nunc aliqua.ver.lix.& ver.lxxvj.Bar.& Bal.& Alex.ĩ additióib⁹ ad Bar.in l. Titius hęres,ꝑ illũ tex.ff.de ac.emp.et vi de Host.in tit.de feudis.§.q.busdã verò quid si vasall⁹.& Bal.in c.j.de vasallo qui cõtra cõsuetudinẽ Lotharij feudũ alie.& in.c.j.§.insup.de ꝓhibita feudi alie.per Federi.& dicit Ang.in l.si rẽ.ff.de rei vendi*ꝙ si vasallus nõ det declarationẽ,nec de ea faciat fidẽ, ꝙ dñs poterit illũ expellere.& ponit Bal.in c.j.§.fi.in vlt.col.de pace iuramento firman.& Ias.præceptor meus in præludijs feudorum.in.xvij.col.in versi.ex hoc infertur. | *Quando vasallus specificare teneatur domino res feudales remissiuè.* | 21

Quid autem in emphyteuta, vide plenè per eundem & per do.meum,dominum Ias. in l. in.lxxxij.col. C.de iure emphyteutico.

Et aduerte*nunquid dñs petendo à vasallo vel censuario, vel emphyteutario ꝙ recognoscat rem quam tenet,possit ei imponere pœnam amissionis rerum,casũ quo ita non faciat, & impositã in casu defectus exigere.dominus Iaco.de sancto Geor.in dicto suo tractatu hìc ante allegato.in.iiij. &. v.col.dictæ gl.vbi multa multùm singularia ponit in materia impositionis dictarum pœnarũ,quæ sepe fiunt à iudicibus,nunquid & quãdo exigi possent,vide eundem ibi.¶Sed an vasallus præscribere possit huic facultati qua mediante dominus potest eum cõpellere ad denombrationes sibi dãdas,vide suprà in §.j.in gl.*dedans lan & iour*,& Ioan.Sanxon in consuetu.Turoneñ.tit.*des droictz de basse iustice*,arti.ij.fo.iiij.de huiusmodi autem recognitione in reali & confessione,vide quæ dixi.inf.tit.*des censes*.§.iij.in glo.j.in additione ibi posita,vbi dixi,*quòd confessio possessoris nocet non solùm confitenti,sed etiam hæredibus & successoribus , vt dicit Boerius in consuetudine Bituriceñ.tit.de consuetudi.feudorum.§.xij.& ibi quærit an vasallus inuestitus possit compellere dominum vt ostendat sibi feudum,& fines illius,& quam partem debeat tenere. | 22 | 23

IN TEXTV IBI, *Peult mettre en sa main.*

Aduerte quia consuetudo nostra in hoc casu satis faciliter permittit saysamentum.* qđ est omni iure prohibitum l.vnica.vbi Bal.& Sali.C. de prohibita sequestra.pecu.& notat in c. dilectus. extrà, de sequestra. | 1

pos.& fructuum. ¶ Aduerte tamen ꝙ sunt xvij.casus in quibus permittitur sequestratio,quos ponit & describit Io.Sanxon in consue.Turonen.titu. *des droictz de basse iustice*,arti.xviij. fo.xx. & amplissimè per Francis. Curtium in materia sequestrorũ.in repe.l.vnicæ. C.de prohibita sequestra.pecu. ¶ Quid autem sit manus iniectio,vide Pyrrhum in consue.Aurelianen.tit.de feudis.capite.lxxj.

IN TEXTV IBI, Sans faire les fruictz siens.

QVid autē faciet de fructibus & quomodo debebit se habere erga rem feudalē impeditā, videatur per Bar. in l.prætor.in prin.ff.de bo.aut.iu.possi.qũo siue qua autoritate illā impediet, & nō esset inutile scire, & potest dici,ꝙ illos cōseruabit vasallo, qui illos recuperabit statuto satisfacto,deductis expēsis,quia aliter nō dicuntur fructus nisi qui deductis expensis supersunt,& nullus est casus qui hoc genus deductionis impediat,l. fundus qui.ff.fami.hercis.gl.not.in versi.ædificauit.in §.ex diuerso.insti.de re.diui.⁎imò nec tenebitur dominus restituere fructus quos perceperit ex melioramēto facto per ipsum in re feudali per eum possessa,nec etiam tenebitur de fructibus quos percipere potuisset vasallus ex melioramēto, qđ fecisset si rem tenuisset,aut facere debuisset ipse dominus: ⁎nam etiam malæfidei possessor ad illos nō tenetur. tex. est no.in l. cæterũ.in fi.ff. de re iu. qđ est notādũ,si super suo vasallo & re feudali habeat ille dominus imperium & iurisditionem,poterit autoritate suæ iurisditionis illā rem impedire,vt dicā in simili de cōtrouersia orta de re feudali, quę si sit per pares curiæ,debet decidi, vt habetur in titulo de feudi cognitio. per totũ. pro quo facit quod habetur in l.j.in prin.in §.j.ff.de dam.infec.⁎vbi primũ decretum poterit interponere dominus habēs imperiũ. qđ primum decretum intelligitur in hoc casu interponi propter contumaciā eius.no.in l.si finita §.Iulianus.ff.de dāno infe. aliàs autē autoritate superioris,remediis ad hoc oportunis,de quibus dicitur.inf.c.fi. ¶ Hoc autem impedimētum de quo hîc tātum videtur esse missio quædam in possessionem ex primo decreto propter contumaciam: exēplo eius qđ dicimus de eo decreto qđ interponitur pro cōtumacia in casu dāni infecti.de quo in l.si finita.§. Iulianus.ff.de dāno infecto.& cũ hîc fructus tantũ impediantur,restitui debent per eũ qui mittitur in possessionē:quia propter illā causam ex primo decreto non applicantur,vt sicut ibi, nec hîc applicari debent,cum tātũm propter vasalli cōtumaciā fiat rei feudalis missio in possessionem ex primo decreto &c.Et infra qđ tēpus vasallus rem recuperabit poterit dici,vt dicitur de re in qua facta fuit missio ex primo decreto,prout no.d.l.§. Iulianus.vbi Bar. amplissimè. ¶ Tamen ego credo quòd semper infra xxx.annos recuperabit propter statutũ quòd omnes præscriptiones tricennales sint,cui statuto standũ est⁎.& licet possessio alteri acquisita ex primo decreto possit iterũ repeti per contumacē satisfaciendo cōtumaciæ,aut aliàs,secundũ notata ibi infra annũ, tamen propter statutum nostrũ credo opus esse triginta annis. vnde credo infallibiliter esse verũ quòd post triginta annos dominus poterit mitti in possesionē rei impeditæ ex secũdo decreto,& illa totaliter priuabitur vasallus,secũdũ no.in d.l.§.Iulianus. ¶ Cũ ergo in rei veritate hoc impedimētũ sit tantũ quęda missio in possessionē ex primo decreto propter cōtumaciā vasalli, nō mirũ si domin⁹ nō faciat fructus suos,⁎ quia regulariter missus in possessionē ex primo decreto nō facit fructus suos,secũdũ gl.in d.§. Iulianus.l.Fulcinius in prin.ff.ex quibus cau.in pos.ea.nisi esset nimia cōtumacia,secundũ no.ibi.facit.§.fi.in d.l. Fulcinius.& in certis aliis casibus de quibus per gl.& Bar.in.d.§.Iulianus.inter quos nō est iste. faciunt no.per Bar. in l.prætor.in prin.ff.de bo.auto.iu.possi.& per hęc potest dari alia ratio,quare fidelitate nō pręstita,& re impedita fructus efficiuntur creditorũ.i.dñi,nō aũt isto casu,quia in illo casu videtur esse nimia cōtumacia vasalli, & multũ nociua propter feudi perditionem,quia propterea prouidetur,vnde succedit quod habetur in §.fi.in.d.l.Fulcinius.at in hoc secũdo casu non tantũ imminet pręiudicium,quandoquidē fidelitas est pręstita,& sic homagium factũ, ideo sufficit missio ex primo decreto,ex quo fructus non lucrantur regulariter,vt supra dictum est.vnde meritò & optima ratione videtur hoc à statuentibus esse statutum.

ADDITIO. Adde aliam rationem quam adducit Matt.de affli.in cōsti.regni Siciliæ quæ incipit cōtumacem.in ij.no.s.quia hoc casu habet solũ tenutā & custodiā.⁎ ¶ Et hæc omnia credo esse intelligēda tā in statuto præcedēti,vbi loquitur de fidelitate nō præstita,q̃ in hoc statuto,vbi loqtur de denōbramēto nō dato,vt.s.primo casu fructus domino applicētur,secũdo nō:primo casu propter præiudicialē cōtumaciā:secũdo nō tātũ præiudicialē ex natura primi decreti,si vasall⁹ differat illa iura facere & præstare cōtumaciā & super illis minimè vult domino respōdere,quia solũ illis ex causis interponitur primũ decretũ.⁎sed si fidelitatē nolit pręstare quia negat se vasallũ,& se defendit actione pręiudiciali,aut dicit se nō teneri ad denōbramētũ vltra id qđ iā dedit,& dñs prętēdit maiorē declarationem,& super hoc se defendit,tunc ergo crederē,ꝙ ex quo res est per negationē suā dubia & litigiosa,quòd dominus nihil poterit impedire,& ad manũ suā ponere, cũ nihil sit certũ ꝙ ponat,& vasallus se defendat:& sic intelligēda esse puto hęc statuta, vt.s.militēt & vēdicēt sibi locũ in vasallis cōtumacibus,& cōtumacibus renuētib⁹ fidelitatē præstare,& sic denōbramētũ dare, vt cōtra illos fieret missio in possessionem ex primo decreto ex forma statutorũ, & dispositione iuris.& sic etiam intelliguntur iura canonica in toto ti.de dolo & cō.hinc crederem rationi esse cōsonũ,ꝙ si dominus ꝑpter illas causas ex forma statuti impediret aliquā rem,vt feudalē, ꝙ illius rei possessor seu opponens & dicens illā rē esse liberā, & se nō esse vasallũ, aut tātæ rei quātā petit dominus, ꝙ nō peteret illā missionē in possessionē ex primo decreto,de qua in his statutis.quādoquidē nō redderet se cōtumacē,sed se defenderet,⁎ quia primũ decretũ cōtra cōtumaces tantũ vēdicat sibi locũ iuribus supra alle. nescio pro nũc aliā rationē diuersitatis inter hos casus,primũ videlicet & secũdũ,in vno casu fructus lucretur dominus,in alio nō,& quādo alia nulla esset illa sufficeret, quòd hoc potuit hoc statutum facere,quia est lex.§. ex non scripto.insti.de iure naturali, gētiũ,& ciui.qđ potest etiā iudex,qui est lex viua,facere,cũ à pari procedant lex viua, & lex mortua.l. Aurelia.C. de hęre.sed lex viua(hoc est iudex)aliqua ex causa potest facere & discernere quòd ī vno casu missus ex primo decreto fructus suos faciat.d.§.fini.l.Fulcinius.vbi sic summat Bar.s.iudice hoc discernēte,ergo &c.hoc potuit facere lex mortua,id est statutnm & statuentes hoc decernere,quibus satis visum est esse pro causa periculũ & incōmodũ contumacię,quod peius est in denegatione fidelitatis, quā in denegatione denōbramenti, vt suprà dixi. ¶ Adde quòd si vasallus se opposuerit huic manus appositioni, pendente lite debet gaudere fructibus per

1 Domin⁹ nō tenetur restituere fructus ex melioramēto perceptos.

2

3 Primum decretum.

4 Possessio ex primo decreto perdita repeti potest satisfaciēdo cō- 5 tumaciæ.

6 Vasallo negante rē esse feudalem an dominus possit īpedire

7 Primũ decretum locũ habet in contumaces.

per nota.c.j.§.j.in versi.in possessione.si de inuestitura feudi cōtrouersia fuerit.&.c.sancimus.§.si aūt.& ibi gl. in verbo, in possessione.quo tpe miles inuestiturā petere debeat.Et tenet Pyrrhus in cōsue. Aurelianen.tit.de feudis.c.lxxix.&.lxvj.in fi. ¶ Et de possessiōe feudi qūo possit priuari vasallus p dñm,& si fuerit priuatus etiā per violētiā,qūo sit restituēdus,& quādo nō,vide Mat.de af.in cōsti.regni Siciliæ quæ incipit,violentias.*

§. QVINTO.

EN choses feodales,& mouuant du fied: les heritiers ab intestat peuuent succeder cōme en aultres choses,& prendre la possession desdictes choses feodales sans consentement des seigneurs dudict fied:& sans dangier,excepté les religieux Au regard desquelz la chose demeure a la disposition du droit escript.

IDem in comitatu Burgundiæ in hoc eodem tit.§. *En choses feodales*, & in comitatu Niuernen.idē nisi in his verbis, *Excepté les religieux*, quę non ponuntur in comitatu Niuernensi.

IOan.Fabri ī aut.ingressi. C.de sacrosan.eccle.& in §.itē Seruiana.insti.de ac.& Io.And.in c.significauit.de rescriptis. ¶ Et idem Io.Fa.in proœ.insti.& inst.de emp.& vēdi.circa principium. & de leg.patro.tute.circa fi.& de te.diui.in prin.* ¶ *Dicunt ꝙ feuda hodie sunt redacta ad similitudinē patrimoniorū.de quo vide plenè per Guidonē pape decisi.lix.& ibi dicit* ꝙ in succedēdo nō est differētia inter feuda & bona patrimonialia.& in deci.ccxcvij.dicit ꝙ idē est in legādo,donando & in alienando.Hinc etiam dicit idē Io.Fab.in.d.§.itē Seruiana.in.ix.col.insti.de act.* ꝙ feuda vendūt,sicut & alia patrimonialia. ¶ Vide plenè per Guil.Benedicti in sua repe.c. Ray.in verbo, duas habens filias.extrà, de testamentis. 1 Feudare 2 dacta ad similitudinem patri 3 moniorū

ADDITIO. Et dicit Guido pape in consi.xviij.in.j.parte.& in consi.clxxvj.in.iij.parte.quòd hæc consuetudo generalis in Francia non est probanda.*

SEd antequam veniam ad materiā successionis in feudis,* Quero,an feudū dicatur obuenire iure hæreditario,an verò alio iure:nam videtur primò de iure feudi nō venire filio iure hęreditario,per id qđ habetur in c.j.de successio.feudi.& per notata per Bar.in l.item vidēdum.§. nunc videamus.ff.de peti.hęre.vnde dicit ibi Bar.ꝙ Dy.consuluit,*ꝙ si frater fratri fecit quittationē de omni eo qđ petere posset in hęreditate paterna,ꝙ per hoc non impedit petere feuda, quia non petuntur tanꝗ ex hęreditate paterna.cū Bar.tenet Bal.in l.j.in.ij. quęstione.ff.de rerum diuisione.Albe.in l.tres fratres.ff.de pactis.Et istud est ampliādum, & videtur procedere etiam si renunciatio seu quittatio fieret cum iuramento,per illud qđ dicit Bal.in.c.j.an agnatus vel filius. in.ij.col.ver.item quęro quid si filius viuo patre.Ias.pręceptor meus in l.Gallus. §. quidā rectè.in pe.col.ff.de libe.& posthu.Idem do.meus in aut.vnde & si parens.in.iij.col.C.de inoffi.testa.& in l.ij.in lxxxvij.col.C.de iure emphy.& Ale.in consi.xcj.in.x.col.in.j.vol.dicit *ꝙ feudum non est quid hæreditariū:sed intellige quando pater acquisiuit feudum pro se & filiis seu liberis tantùm,secus quādo pro se,filiis,& hæredibus aquisiuit, quia tunc feudum est quid hæreditarium.Ita tenent omnes,maximè Pau.de cast.& do.meus Ias.in.d.aut. vnde & si parens.Alex.in consi.xliiij.in.j.vol.Et consi.viij.in.ij.col.in.ij.vol. Et in consi.xxvij.in.iiij.&.v.col.in.v. volu.& plenissimè in consi.xix.vbi recurrendum est,in.j.ij.&.iij.col.in.v.volu. 4 Feuda an obueniant iure hæreditario, an 5 alio iure. 6 Feudum quando sit quid hæreditarium.

ITem*intellige prædicta de iure cōi,secus aūt de consuetudine nostra, & lege municipali,quia oē feudū quocunq; modo acquisitum sit hæreditariū,cū in successione sit redactū ad instar allodialiū, vt hìc antè dictum est:per quam consuetudinē nostram & legē municipalem sunt sublatæ omnes differentiæ quæ erant in succedendo inter bona feudalia & bona allodialia,quę quidem differētiæ erant multæ,vt inf.constare potest. 7 Cōsuetu. Burgūdiæ facit omne feudum hæreditariū.

PRimò namq; sublata est illa differentia,de qua in c.j.de natura.succe.feudi.De qua etiam per Iacobum Aluaro.in.c.j.de gradibus succedendi in feudo.& per eundem in.d.c.j. de natura.succes.in.j. nota. Nam licet ascēdētes succedant descēdētibus secūdū formā.in aut.defuncto.C.ad Tertul.* Imò nō minᵘˢ est debita hęreditas filiorum parentibus,quam econtrà.l.nam & si parentibus.ff.de inof.test. * Tamen ascēdētes per directam lineam non succedunt descendentibus in feudo, & hoc est ex feudi natura.d.c.j.de natura.succes.sed cū feuda in successionibus ad instar patrimonialium sint redacta,dic quòd etiam in feudis succedant ascendentes cum aliis,secundum ꝙ dispositum est in consuetudine seq.in titu.*des successions*,§.*succession en ligne directe ne monte point*,de qua consuetudine ibi aliquid posui ad consuetudines meas. 8 9

SEcundò,ꝙ illud qđ dicitur in §.fi.in fi.insti.de legit.agna.successio.scilicet * ꝙ collaterales admittūtur ad successionem vsq; ad octauum gradum,habet locū in feudo secundum consuetudinem nostram, cū feuda redacta sint ad instar patrimonialium,quo ad succedēdum, licet secus esset secundum consuetudines feudales, vt habetur per Ia. Aluaro.in d.c.j.de natura.successio.feuda.in antepenul.not. 10 Agnationis & cognationis in successione 11 nulla differētia.

TErtio* nam licet de iure cōmuni in omnibus quo ad succedendum sit sublata differentia agnationis & cognationis.aut.post fratres.C.de legitimis hæredibus.tamen in feudis succedunt agnati,& non cognati.ita Ia. Aluaro.in.c.j.de gradibus succedendi in feudo.& in.§.pe.qui feud.dare possunt. ista tamen differentia est hodie sublata per hanc nostram consuetudinem,quæ adęquauit feuda quo ad succedendum allodialibus & patrimonialibus,& ideo cognati succedunt,de quo consului in consiliis meis.

QVartò,*quia licet in successione allodialium & patrimonialium frater vtrimq; cōiunctus excludat fratrem ab vno latere tantùm.aut.cessante.C.de legit.hære.de qua est consuetudo nostra inf. in titu. *Des successions*,§. *Double ligne à lieu entre freres & seurs germains*, tamen in feudis frater vtrimq; coniunctus non excludit fratrē ex latere patris tantùm.Bal.& Iac.Aluaro.in.c.j.col.xvij.ver. quęro an fratres.in titu.de gardi. succedēdi in feudo,sed ex quo feuda sunt redacta ad instar patrimonialiū quo ad successionē,per hanc nostram consuetudinem,dicendum est auctoritate cessante:& consuetudinē nostram positam sub tit.*des successions*.§. *double ligne*,habere locum hodie in hac patria in feudis.quod nota,& cogita, quia est not. 12 Frater vtrinq; coniunctus excludit cōiūctum ex vno latere tantùm. Deficientibus descēdentibus 13 succedunt

QVintò,*non extantibus filiis,aut aliis descendentibus in proximo gradu succedūt fratres.§.j.inst.de legi. agna.successio.* tamen in feudo nouo non succedit frater alteri fratri,nec etiam alij transuersales.c.j. 14 fratres,

de feudo marchiæ.& dicit ibi ꝙ aliud est in feudo antiquo, quia succedunt transuersales, etiam in millesimo gradu, sed cum feuda adæquantur patrimonialibus quò ad successionem, dic ꝙ idem est in feudo etiam nouo sicut in aliis rebus.& istud feudũ nouum dicetur acquisitio, ideo succedet frater in illo secũdũ ꝙ disponit cõsuetu. nostra. inf. in tit. *des successions.* §. *succession en ligne directe*, ver. *& au regard des aultres biens meubles & acquestz*, est enim acquisitio: *quia dicitur nouum qđ est de nouo acquisitum, & habuit initiũ in persona illius primi inuestiti, de cuius successione agitur. c. j. qui testes sunt necessarij ad probãdum inuestituram. & vide do. meũ Ias. in præludiis feudorum, in. xxiiij. col. & Aluaro. in. vj. diuisione feudorum, in præludiis. Et vide plenè per Fran. Curtiũ. antiquũ in suis consiliis. cõsi. 50. circa mediũ.& ponit in cõsil. xlix. in. x. col. ver. quarto principali fundamento, ꝙ in tali feudo nouo non succedit frater fratri. quod intellige de iure, vt hic antè dixi.

15 Feudũ nouũ qđ dicatur.

16 Filius naturalis nõ succedit in feudo.

SExtò, *nam licet in bonis patrimonialibus filius naturalis succedat, secundum aut. si qua illustris. C. ad orficia. tamen in feudo nullo modo succedit. Ita est tex. & ibi doc. in. c. j. an maritus succedat vxori. quod est verum de iure, sed secus de consuetudine nostra ducatus Burgundiæ, per consuetudinem nostram generalem ꝙ feuda quò ad successionem sunt redacta ad instar patrimonialium. Cum ergo naturalis succedit matri in aliqua parte bonorum allodialium & patrimonialium, idem etiã erit in feudalibus bonis, cùm sint adæquata. nõ credo hoc esse verum per no. in. §. naturales. si. de feudo. fue. contro.

17 Filij fratrum in feudo nouo non admittũtur.

SEptimò, nam licet de iure cõi in bonis allodialibus & patrimonialibus post fratres ex vtroq; latere admittũtur frater ex vtroq; latere vel filij eius. aut. post fratres, *la premiere.* C. de legi. hære. * tamẽ filij fratrũ nõ admittuntur ad successionẽ in feudo nouo, in quo etiã sunt inuestiti duo fratres, nec vnus etiã alteri succedit, nec inter eos habent locum ius accrescendi. Ita no. in. c. j. de alie. feud. & ibi Iaco. Aluar. in ver. oppo. ꝙ immò frater. Et ita etiam notant doc. in. c. j. de eo qui sibi & suis hære. Imò plus ibi dicunt doc. & Fran. de curte antiquior. in consi. xlix. in. ix. col. versi. secundo quis quoties. * quòd quoties fratres accipiunt feudũ pro se & suis
18 descendẽtibus in infinitũ de nouo, tũc non potest trãsire ad transuersales & filios fratris. Alle. Ang. in cõsi. cvj. inci. Sacratissima & illustrissima regina. Dic tamen per hanc nostrã cõsuetudinẽ, per quã feuda sunt redacta ad instar patrimonialiũ, filij fratrũ succedẽt prout in aliis bonis, & secundũ dictã aut post fratres. Et intellige secundũ leges nostras municipales in feudo nouo, quia in feudo antiquo succeditur iã prout dictat iuris dispositio, q̃ redacta est in antiquis ad nouũ modũ succedẽdi, secundũ cõsuetudinẽ positã. inf. in. tit. *Des successions*, in §. *Les heritages ensuyuẽt en succession.* quia transuersales ex latere patris in gradu lõginquo succedant in feudo aliquo prouenięte ex latere patris, & trãsuersales ex latere matris in gradu lõginquo succedãt in feudo ꝓueniẽte antiquitus ex latere matris. Et ideo fiet recurs⁹ ad simile cõsuetudinis, & nõ ad simile legis: qđ an possit fieri nõ est sine dubio. Sed te remitto ad do. meũ Ias. in l. de quibus. in iij. & iiij. col. ff. de legib⁹. ex quibus dictis cogita, an istud dictũ præcedẽs sit verũ, quod pro certo nõ est sine dubio. fortè dicã in illa cõsuetudine, *Les heritaiges.*

ADDITIO. De materia successionis feudi in collateralibus vide Mattheum de afflictis in consti. regni Siciliæ quæ incipit, vt de successionibus. in vj. & vij. not. in tertio lib. *

19 Ab intestato veniens dicitur hæres legitimus.

OCtauò, *nam licet hæres legitimus dicatur omnis hæres veniẽs ab intestato. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. & post descenden. dicuntur transuersales. de legi. agna. successio. cum tit. seq. institu. tamen in materia feudali hæres legitimus capitur pro filijs seu descenden. tantùm. c. j. §. & quia vidimus. & ibi per Alua. de his qui feudum dare possunt. dicendum erit quod etiam in feudis istius ducatus Burgundiæ quę sunt redacta ad instar patrimonialium, omnis hæres dicitur legitimus qui ab intestato est successurus tanquam propior.

20 Appellatione hæredum veniũt masculi tãtũ descẽdẽtes ex masculis.

NOnò, *nã licet in materia feudali appellatione hęrendũ veniant liberi masculi tantũ descẽdẽ. ex masculis, vt in. c. j. §. & si cliẽtulus. de alie. feu. tñ quia in bonis patrimonialib⁹ veniũt oẽs. l. maximũ vitiũ. C. de libe. præteritis. ita etiã secũdũ cõsuetudinẽ nostrã veniãt in bonis feudalibus omnes, cũ talia sint redacta ad similitudinem patrimonialium. prædicta tamen sunt restringenda non habere locũ in dignitatibus, vt dicam infrà.

21 Feuda dignitatẽ annexã habentia non transeunt ad hæredes.

DEcimò, *nã licet feuda nõ transeant ad hæredes quãdo habent dignitatem annexã, vt in c. j. de feudo Marchię. & ibi per Aluarotum in ver. oppono subsequenter. tamen quia alia bona patrimonialia transeunt ad hæredes, l. si pactum. ff. de probatio. ideo etiam transibunt feuda, cùm sint redacta ad instar patrimonialium.

ET vndecimò potest id dici de illo feudo de quo in c. j. de consuetudine recti feudi, quia per hoc etiam extẽditur ad posteros & hæredes post mortem vasalli. ar. d. l. si pactum. ff. de proba.

22 In feudo simpliciter accepto succedũt tantũ masculi.

DVodecimò, *quia in feudo simpliciter recepto pro se succedunt tantũ filij masculi, licet in inuestitura de nullo hærede fiat mentio, c. j. quibus modis feu. consti. po. & ibi per And. de Yser. & Iacobum Aluaro. tamen quia alia bona patrimonialia simpliciter accepta & acquisita pro se transeunt ad quoscunque hæredes, & in eis succedunt omnes hæredes, d. l. si pactum. ff. de proba. ideo idem erit dicendum in feudo sic recepto, cùm feuda in succedendo sint redacta ad instar patrimonialium.

23 Legitimati 24 in feudo nõ succedunt.

ADDITIO. Ad hãc regulã adde multa notatu digna quæ ponit Matt. de affl.in conſti.regni Sicilię quæ incipit,ſi dubitatio.in vj.no. Alciatus tamen in hoc vnico verbo videtur voluiſſe hãc materiam cõcluſiſſe per vnã diſtinctionẽ, cùm dicat in ij.li.de verb.& rerũ ſig.col.lxxij.quòd diſtinguendũ eſt inter actus iuris,& actus facti, vt vera ſit prædicta regula in actibus iuris,in actibus verò facti vt nomen ſeruetur.Sed mihi videtur quòd hæc diſtinctio non eſt paſſim & indiſtinctè vera, cũ etiã in pluribus actibus iuris actus nullus producat effectum, vt eſt text.in vno caſu in l.quidam.§.donationes.ff. de donatio. vbi patet quòd donatio facta contra prohibitionem iuris , licet ſit nulla, tamen inducit priuationem in agente,ita quòd applicatur fiſco donatum.vt dicit l.ſequens.& l.ij.ff.de his quibus vt indignis. *

ET licet hæc opinio ſit colorata & multis fundamentis conſolidari poſſet,tamẽ de ea dubito,eo quòd iura
videntur eſſe cõtraria in hoc,an & quãdo ſufficiat de facto fieri ad hoc vt pœna cõmittatur. & plura in cõ
trarium faciẽtia poſſunt adduci.❡Primò doctrina Bal.in c.ex parte.in vij.col.de appel.vbi quærit,* an mulier 6 *Contra-*
quæ tranſit ad ſecundas nuptias,de facto perdat tutelam. & tenet quòd ſic,licet nõ teneat matrimonium.l.eum *riũ prædi-*
qui.C.de adul.❡Secundò facit tex.in c.tua nos.extrà,de iureiur.& ibi Bal.& do.meus Iaſ.in §.item ſi quis po *ctorum.*
ſtulante.in xiij.col.inſti.de ac.*ꝙ ex iuramẽto inualido contrahitur reatus periurij. ❡Tertiò facit, * quia teſtis 7 8
deponens falſum,cuius dictũ nõ valet,vel ſuper eo quod eſt nullũ,incidit in periurium. Bar.in l.ſi quis poſt le-
gatum.ff.de fal.dominus meus Iaſ.in repe.l.admonendi.in lxxviij.col.ff.de iureiu.

ADDITIO. Aduerte etiã ꝙ in crimine falſi,maximè in inſtruendo falſum teſtẽ, punitur quis ex conatu,vt tenet Mat.de af.in cõſt.reg.Sici.quæ inci.cõtra falſitatẽ.in iij.lib.Sed videtur ꝙ con
trariũ tenuerit Hippo.de Marſi.in cõſ.ſuo cv.*❡Hinc etiã & quartò, * quia clericus in minoribus cõſtitutus 9
contrahens matrimoniũ nulliter,puta cũ cõſanguinea,priuatur tamẽ beneficiis ac ſi legitimè cõtraxiſſet. Rom.
conſi.ccccIxxxiij.quod inci.dubitatur.Et vide ad propoſitũ quæ dicit do.meus Iaſ. in l.vbi pactũ.in vij.col.C. *Theorica*
de tranſa.& iſtud probatur notabili theorica quam ponit Bar.in l.continuus.§.cũ quis.ff.de verb.obli. ſcilicet *notabilis*
quòd quando intereſt illius,in cuius fauorem eſt actus prohibitus,ne actus etiam de facto fiat,quia ex tali con- *Bartoli.*
trauẽtione facti læditur,tũc pro tali actu licet nulliter celebrato,& de facto pœna imponitur.Quia ſic eſt nũc,
quòd dominorũ intereſt,ne vaſalli alienent feuda ſine conſenſu ſuo,etiam ꝙ alienatio ſit nulla,quia ſi feudum
ſit in aliũ trãſlatũ,licet nulliter,dñs ſaltẽ priuatur poſſeſſione,& difficultatẽ habebit recuperãdi: ergo ex actu
nullo patiũtur dñi læſionem. & ſic mihi videtur* ꝙ ex hac alienatione nulla,debeat etiam vaſallus priuari feu- 10
do,maximè quando alienaret in potentem,à quo de facili nõ poſſet recuperari.facit & ſingularis & notabilis 11 *Dictũ*
deciſio Franciſc.de Aretio,qui conſuluit contra Ang.in deciſ.ſuprà alleg. ſcilicet * ꝙ alienãs cõtra prohibitio- *notãdum.*

nẽ teſtatoris,licet nulliter & nõ ſeruata ſolẽnitate,incidit in pœnam priuationis:quia intereſt aliorũ quorũ fauore erat prohibita alienatio propter difficultatem recuperationis. ¶ Aduerte tamen ad vnum multùm nota-
12 bile * ꝙ licet nemo poſſet venire cõtra factum ſuum,tamen vaſallus qui alienauit feudum ſine cõſenſu domini & voluntate,poteſt ipſemet vendicare feudum,veniendo contra factum ſuum.ita eſt tex. & ibi doc.in c.ſi vaſallus.de alie.pater.feudi.& Alua.in c.j.de alie.feu.in verbo,opponitur quòd imò frater.

ADDITIO. Et etiam iſtud tenet Matt.de affli.in cõſti.regni Sici.quæ incipit,cõſtitutionẽ diuæ memoriæ.in ix.not.in iij.lib. & in j.not.Ponit quomodo hæres poteſt reuocare & venire cõtra factũ defuncti.Et in dicto ix not.quomodo precium ſit reſtituendum.dicam inf.in gl.fi.ver.ſed etiam quæro.*

IN TEXTV IBI, *Reale.*

1 An ſufficiat poſſeſſio per ſubſtitutũ, vel ciuilis.

POndera hanc dictionem: quia per hoc videtur * ꝙ non ſufficit poſſeſſio quæ transfertur per conſtitutum: nec poſſeſſio ciuilis quæ transfertur diſpoſitione.l.quiſquis.C.de dona.ſcilicet per retentionẽ vſuſfructus. & ita tenet Alua.in c.j.quid iuris ſit ſi poſt alienationẽ feudi vaſallus illud recuperauerit.in fi.ij.col.& ita etiam tenet Baptiſta de ſancto Blaſio,in tractatu ſuo differentiarum:poſito poſt feuda. Aluaro.in verſi.cxix.incip.vaſallus vendendo feudum.& ita videntur facere ea quæ dicit Guido Pape in quæſt.ſua cj.quem vide.& Iaco.de ſancto Geor.in trac.ſuo feudo.in glo.& cum pacto,de non alienando.

Poſſeßio per ſubſtitutũ, dicatur ficta.

IN contrarium videtur facere quod dicit Pau.de caſt.in l.j.§.ſi rem.ff.depo. vbi tenet ꝙ * etiam per fictã traditionẽ, vaſallus incidit in pœnam priuationis.& pro hoc faciunt quæ notantur in l.ab emptione.ff.de pac.& iſtud tenet Marti.Laudẽ.in prædicto c.imperialem.in prin.de prohi.feu.alie.per Fede.vbi dicit ꝙ ſicut vaſallus alienãdo vel tradendo feudũ realiter ſine licentia domini,amittit feudũ. idem etiam ſecundum aliquos quãdo tradidiſſet in cõſtitutũ.alle.l.quòd nemo.in prin.de acqui.poſ.videtur eſſe ratio. * quia poſſeſſio quæ traditur per cõſtitutum,dicitur eſſe ficta,prout notant cõmuniter doc.quod notes.Sed tu dic ꝙ etiã per cõſtitutũ trãſferẽdo poſſeſſionẽ vaſallus perdit feudũ,eo ꝙ licet per traditionẽ poſſeſſionis per cõſtitutũ iudicatur ficta traditio,tamen transfertur vera & propria poſſeſſio,vt notanter probat tex.in l.certè.§.j.ff.de precario.& no.cõmuniter doc.in d.l.ꝙ nemo.in prin.& facit pro hoc illud quod cõſuluit Ant.de But.in cõſi.xxxiiij. inci.de iure. vbi voluit ꝙ emphyteuta,qui etiã alienãs nõ priuatur niſi mediãte traditione,priuetur tamen quãdo in inſtrumẽto vẽditionis vel alienationis eſt appoſita clauſula, cõſtituti.Mouetur: quia licet cõſtitutũ ſit ficta traditio, tamẽ trãſfertur vera & propria poſſeſſio,& vtile dominium.d.l.certè.§.j.ff.de preca.imò dicit Bal.in l.ab emptione.in vlt.q.ff.de pac.ꝙ talis poſſeſſio caderet & cõprehẽderetur ſub ſtatuto mentionẽ faciente de poſſeſſione.& vide quæ ad propoſitũ de prædicta clauſula cõſtituti,dicit do.meus Iaſ.plenè in l.quoties.in iiij.col.C.de rei ven.& idẽ do.meus pleniſſimè in §.actionũ.in xxiiij.& xxv.col.inſti.de ac. ¶ Crederẽ tamẽ propter iſtud verbũ,*reale*,hìc poſitũ,ꝙ in hoc caſu requireretur corporalis apprehenſio: quia aliàs in ſenſu vero nõ dicitur
4 realis.d.l.certè * & verba in ſtatutis ſunt ſumenda in ſenſu vero,& nõ ficto.l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.

ETiam verba debent ſecundum ſenſum naturalem intelligi,nec ſufficit ꝙ ciuiliter adimpleantur. tex. & gl. in l.ſi quis aliquid.C.de his qui veniam ætatis impetra.Et aduerte ad dictum Bar.in l.Titia.circa fi. verſi. quid ſi do tibi fundum.ff.de verb. obli. vbi dicit quòd vbi requiritur corporalis traditio preciſè, non ſufficit conſtitutum.& ita tenet Decius in regula contractus.ff.de reg.iur.

5 Quando vendẽs dicatur trãſtuliſſe poſſeßionẽ, & quando non.

ADuerte ad vnũ,quia aut in inſtrumento continetur * ꝙ vendens conſtituit ſe pro emptore poſſidere, & tunc transfertur poſſeſſio,aut conſtituit ſe nomine præcario ab emptore poſſidere,& tunc non trãſfertur poſſeſſio,ſed mutatur eius qualitas.ita Bar.in l.ꝙ meo.ff.de acqui.poſ.Bal.in l.quiſquis.in fi.C.de dona.& ſic ſunt ſuprà poſiti hic duo modi transferendi poſſeſſionẽ, ſcilicet per conſtitutũ, & per retentionẽ vſuſfructus. & intelligitur quãdo vendẽs antea vſumfructũ habebat.Itẽ etiã intellige quando vendens qui ſe cõſtituit nomine emptoris poſſidere antea poſſidebat.& dicit Ang.in l.quãuis.§.j.ff.de acqui.poſ.ꝙ emptor q allegat rem ſibi quęſitã per pactũ cõſtituti,niſi alleget & ꝓbet vẽditorẽ poſſidere dictã rẽ tẽpore cõſtituti,facilè ſuccũbet. & ita dicit ſe de facto pluries obtinuiſſe.& facit ad propoſitũ qđ dicit do.Ale.in cõſi.xcij.inci.ꝙ dñium,in j.vo. & vide plura alle.per do.Lud.Bologni.in cõſ.ſuo lxxij.inci.cor mundũ crea,vt in pręſenti cõſultatiõe.ĩ pe.col.

De accipiẽte rem ſuã pro debito in pignus.

ADde alium modum,ſcilicet quando quis rem ſuam pro debito accepit in pignus.ita no. Ang.in l.j.in fine. ff.de rebus eorum.& not.Ang.in l.quiſquis.in fi. C. de dona. ¶ Sed iuxta prædicta quæro,vtrùm ille videatur apprehendiſſe realem poſſeſſionem,cuius receptor recepit redditus & deueria? pro deciſione huius facit l.diſpenſatorem.ff.de ſol. & facit quæſtio Odo. de Senon. in titu. de itine.actúque priua. & etiam Henri.
6 Bohic in c.vigilanti.in fin.de præſcriptione.vbi dicunt * quòd capellanus ſeu vicarius alicuius beneficiati ſoluens epiſcopo iura ſpiritualia ad quæ non tenebatur curatus non præiudicat domino.facit.l.j.§.ſi tibi fundũ.ff. de itine.actúq; priua.qđ maximè procedit quãdo dñs ignorauit receptorẽ hoc feciſſe, & non fuit de mãdato domini,vnde talis receptor non poteſt derogare dño.facit l.fi.C.de ac.poſ. ¶ Sed quid de eo qui habet redditũ annuũ ſuper aliqua re feudali,& ſe immiſcet in re pignorata,ſeu ſibi hypothecata,percipiendo fructus rei hypothecatæ pro reditu annuo:an hoc caſu dicatur eſſe in poſſeſſione & habere realẽ poſſeſſionẽ,ita ꝙ pręiudicet vero domino qui eſt debitor?Sali.in l.creditores.C.de pig.dicit ꝙ eſt differentia,an quis det licentiam creditori de ingrediendo poſſeſſionẽ,quo caſu non datur licentia poſſidendi, ſed in poſſeſſionem ſtandi. aut verò quis dat licentiã de accipiendo ſibi corporalẽ poſſeſſionẽ,& tunc hoc caſu dat ſibi licentiã poſſidẽdi. & crederẽ hoc caſu ꝙ eſſet in poſſeſſione reali ex quo eſſet dubiũ.Sed quid de eo qui nullã habet licẽtiam,& ingreditur rẽ ſibi hypothecatã propria autoritate,quo caſu incidit in pœnã.l.ſi quis in tãtam.C.vnde vi.vt tenet Sali.in d.l.an hoc caſu res dicatur incidiſſe in commiſſum?videtur quòd ſic , ne poſſeſſor violentus ſit melioris conditionis quã verus poſſeſſor,quod eſſe non debet, cùm non debeat eſſe melioris conditionis qui delinquit.gloſ.in l.ſi ex voluntate.C.de dona.inter virum & vxorem.l.ſeruus.ff.qđ vi aut clam.

7 SEd quæro,* aliquis vendidit feudum,& iterum antequã fuerit inquietatus de commiſſo redemit,an inciderit in pœnam?Bal.in l.j.§.ſi rem depoſitam.ff.depo.tenet quòd ſic.faciunt quæ dixi.infra,in §.*En eſchãge*,in titu. *Des cenſes*.& vide Phili.Decium in conſilio ſuo lxxxviij.

¶ Aduerte

¶Aduerte tamen ad doctrinam Bar.in l.cùm lex.ff.de fideiuſ.in fi.vide Guido.Pape.deciſ.ſua clxij.in fi.

IN TEXTV IBI, *Sans conſentement.*

1 An conſenſus domini debeat obtineri, an requiſitio ſolùm ſufficiat.

AN ſufficiat*requirere iſtũ cõſenſum,an verò ſit neceſſe ꝙ obtineatur, vide ex his quæ dicit Bar.in l.impuberibus.ff.de ſuſpe.tuto.Bar.& Alex.in l.j.§.ſi plures.ff.de exerci.actio. Ant.de But.& Abb.in c.cũ olim. de arbi.& Panor.in c.cùm in veteri.de elec.vbi videntur tenere ꝙ ex quo à ſtatuto debet fieri,ꝙ ſufficit ꝙ requiratur.¶Sed quoniam hoc caſu requiritur huiuſmodi cõſenſus à lege & à ſtatuto ſimul,videtur ꝙ cõſenſus expreſſus requiritur,nec ſufficit quòd petatur,aut tacitus cõſenſus,ex doctrina doc.in locis hîc antè allegatis.

ADDITIO. Et dicit Mat.de affli.in conſti.regni Sici.quæ inci.obſeruent.in fi.nõ ſufficere conſenſum eius vicarij,& maximè quia requiritur factũ dñi:ideo nõ eſt arguẽdũ à cõſuetudine j.huius tituli,vbi ſufficit adire officiariũ dñi,quia ibi requiritur ſolũ factũ feudatarij & patientia dñi,hîc verò requiritur factũ dñi.Et quãdo dominus teneatur cõſentire,& quãdo nõ,vide eũdẽ Mat.in conſti.regni Sici.quæ inci. ſi quis poſt litem.in vj.not.ibi,rurſus quærit hîc Andreas.& an poſſit probari iſte conſenſus per teſtes, ponit idem Mat.de affli.in deci.ſuis.deci.ccxliij.quãdo maximè ſufficit cõſenſus dñi,ſcilicet baronis, ſecùs ſi requiratur conſenſus, quia requiritur ſcriptura. & ibi dicit ꝙ in feudis à Rege deſcendentibus requiritur conſenſus vtriuſq;.ſ.Regis & baronis.* ¶Quãdo autẽ licẽtia debeat obtineri,vide p Phili.Frã.in c.q̃ ſit.de electio.in vj.

2 Conſenſus requiſitio ad qd inuenta.

QVæritur,*ad quid ſit inuenta hæc dñi cõſenſus neceſſitas:dic ꝙ hoc eſt,vt ſcilicet res feudalis nõ deueniat ad eum,qui dño nullo modo reperiretur eſſe obligatus,& ſic ne domin⁹ fraudetur in ſubtractione ſuorũ iurium,ſcilicet iuramenti fidelitatis,& obedientiæ,ſiue vinculorum rerum feudalium:quod eſſet abſurdum dicere,ne ergo hoc accidat, aut dño alius eo modo obligatus quo vaſallus erat detur inuito, exigunt iura conſenſum,& ſtatutum noſtrum in hoc mitius exigit ſolum conſenſum in poſſeſſionis adeptione,& ꝙ hæc ſit ratio,facit in ſimili,quòd in emphyteuſi eccleſiaſtica voluit Barto.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in pe.col.ff.de verbo.obliga.idem Bar.in l.j.C.de impo.lucra.deſcri.lib.xij.facit.l.voluntas.& ibi not.C.de fideicom.cùm ergo vaſallus & obligat⁹ dño actione perſonali,nõ eſt,nec debet eſſe in poteſtate ſua ſe priuare tali actione abſq; conſenſu domini.facit l.ſicut.C.de ac.& obli.& l.quis ergo caſus.ff.de pec.huic tamen rationi poſſet reſpondere qui vellet dicere ꝙ hæc nõ eſt bona ratio.per tex.in c.j.quali.olim feu.pote.alie.*vbi permittitur & valet 3
alienatio,ſi ille qui acquiſiuit ſe vellet dño obligare,& illũ recognoſcere,& ſic deberet eſſe hoc caſu,vt inuito domino illi ſe obligando valeat alienatio,& ſic nõ eſſet bona ratio:ſed reſponde, *ꝙ dñs nõ cogitur aliquem 4
acceptare in vaſallũ.c.j.de prohi.feu.alie.per Fede.vel poteſt dici ꝙ requiritur cõſenſus dñi, vt.ſ.eam pro precio retineat,pro quo facit talis ratio.Nam valet argumentũ de feudo ad emphyteuſim ſuperficiariũ contractũ. ſimilis gl.& quę dicit ꝙ habẽt omnimodã diſpoſitionẽ in l.j.ff.de vſufru.ex quo videtur dicẽdũ ꝙ ſicut emphyteuticarius dñs poteſt retinere rem emphyteuticã pro precio,ergo etiã poterit dominus rem feudalẽ. pro quo videtur eſſe caſus in c.j.§.titu.quali. olim feu.pote.alie. ¶Sed maius dubium eſt in caſu ſtatuti noſtri,in quo ſi alienatur, & poſſeſſio adipiſcatur, eſt feudi appertura, & non eſt dubium quin dominus poſſit rem retinere, vt illã habeat, quo cõſenſu nõ adhibito,ſi poſſeſio ſit adepta, erit apperta res,& ſic illã habebit domin⁹,& ſic nõ erit opus diſputare,an poſſit rẽ retinere.qđ eſt de mẽte Bal.in d.§.porrò.qui ſic dicit in alienatione prohibita,vt ſcilicet ſi alienatur,appiatur domino, & pręferatur iſto caſu agnatis.& ſatis ſoluit ibi tex.quãdo de bona aut mala conſuetudine facit mentionẽ. ¶*Sed ſi permittatur alienatio,aũt poſt cõſenſum habitũ, an dominus 5
poſſit retinere eſt dubiũ,quia in caſu ſtatuti noſtri in quo nõ prohibetur alienatio,ſed adeptio poſſeſſionis facta alienatione,ſi illis dominus non cõſentiat,nõ adipiſceretur poſſeſſionẽ,& vaſallus illã apud ſe retinebit. cogitabitis quid iuris,an dominus poſſit retinere adhibito conſenſu.Credo tamen quòd ſic,per d.§.porrò.

5 An poſt permiſſionem alienationis dominus poſſit rẽ retinere pro precio.

ADDITIO. Nõ credo ꝙ princeps habeat ius retentionis, quoniã etiã ſi retineret non poſſet eſſe niſi ad effectum concedendi alteri,quia feuda ad principem reuerſa non poſſunt per eum retineri, vt tenet Bald.in c.j.§.ſi verò.quali.olim feud.poterat alienari.ſed ius retentionis ſit tantùm ad commodum retinentis, nec poteſt cedi, vt dixi infrà in titu. *des cenſes*,§.j.in glo. *retenue*, igitur videtur quòd princeps non habet ius retentionis in fundo , nec etiã per huiuſmodi retentionẽ faciat præiudicium cæteris vaſallis qui ratione feudorum tenentur ad defenſionem patriæ, quoniam ſi plura feuda ad ſe retineret , cæteri qui remanerent onerati ſeruitiis perſonalibus,magis eſſent onerati. *

6 An ſufficiat cõſenſum domini ſequi alienationẽ.

AN autẽ*iſte cõſenſus domini debeat præcedere,an verò ſufficiat ꝙ ſequatur. Alua.& Car.in d.c.imperialẽ.in princ.in vj.col.de prohi.feu. alie. per Fede.& ibi alij tenẽt ꝙ ſufficit ꝙ talis cõſenſus interueniat poſt alienationẽ.mouẽtur,quia cũ ſolùm agatur de præiudicio ipſius domini,ſufficit conſenſum,(& poteſt) ex poſt facto interuenire.l.in concedendo.ff.de aqua pluuiali arcẽ. ¶Secundò,quia talis conſenſus tendit ad tollendum impedimẽtũ propter quod erat prohibita alienatio,vndè debet ceſſare effectus impedimenti,ſuperueniẽte cõſenſu.l.vbi lex.ff.de vſuca.¶Cõfirmari poteſt,*quia vbicũque actus eſt nullus fauore certę perſonæ,eius 7
ratificatio ſuperueniens validat actũ.ita dicit Bar.in l.j.§.ſi filius.ff.de leg.iij. per l.filio præterito.ff.de iniuſto rup.& irri.teſt.vbi eſt materia quando actus nullus poſſit ratificari. Ant.de but.in c.cum conſuetudinis,extrà, de conſuetud.qui alle.tex. cum in iure.in fi.de ele.in vj. & vide text.de iure ciuili in l.j.§. prodeſt.ij. reſponſo.ff.quo.le.bene facit tex.in l.filius.§,fin.ff.de proc. & quod ibi Bar.& vide Maria. Soci.in cõſi.xv.inci.viſis. ver.nec obſtat ſi replicatur.& ver. v. cum ſequentibus. & Roma.conſi.liiij.inci.viſis.& Fel.in c.cum cauſam. in iiij.col.extrà,de teſti.& in c.cauſam quæ.in antepe.col.extrà,de teſti.

ADDITIO. Videatur do.Fran.de cur.iunior in conſi.ſuo j.col.viij.circa prin.in conſiliis poſitis poſt feuda.* ¶Et quãdo in aliquo actu debet interuenire autoritas , an debeat interuenire in ipſo actu,per canoniſtas in c.cum conſuetudinis.extrà,de conſue.per Bart.in l.ſi quis mihi bona.§. iuſſum.ff.de acqui.hære.per Ang.& alios in §.tutor.inſti.de auto.tut.dicam infrà,in prima conſuetudine,tit.ſequen.

8 An ſufficiat tacitus cõſenſus domini.

SED quæro*an ſufficiat tacitus cõſenſus domini,puta quòd dñs ſit præſens & taceat,an verò requiratur ꝙ expreſſè dicat,ꝙ cõſentit. Alua.in c.j.§.pręterea.quibus modis feu.amit.ponit an & quãdo taciturnitas habeatur pro conſenſu.do.Iac.de S. Geo.ponit in ſpecie hanc q.in trac.ſuo feudorũ. in verſi.& cũ pacto de non

alienando.in v.col.& est glo. in c.j.in princ.in ver.ipsorum permissum.de prohi. feu.alie.per Fede.qui tenet,
ꝙ sufficit tacitus cõsensus.quem teneas,quia Aluaro.& cõmuniter doc.ibi eã sequuntur, & est vera cõclusio,
9 eo * ꝙ vbicũq; quis potest cõtradicẽdo impedire actũ,præsentia cũ taciturnitate operatur consensum. glo.est
communiter approbata in l.Caius.ff.de pig.ac.& Bar.in l.quæ dotis.ff.sol.mat. Sed sic est ꝙ dominus cõtradi
cendo potest impedire alienationem feudi,cùm sine consensu domini fieri non possit,c.imperialem.in prin.de
probi.feu.alie.per Fede.ergo stat firmè,quòd præsentia cùm taciturnitate operatur consensum.

SED an si dominus post realem possessionem adeptam per vasallum recipiat alia iura feudi, puta fidelitatis
& denombramenti à vasallo,videatur remisisse ius cõmissi , vide ex his quæ dicit domi.meus Iason in l.ij.
col.j.C.de iure emphy.& consului in casu emergenti,vt apparebit in consiliis meis.

10 *An vasallus ipso iure priuetur feudo, an requiratur sententia.*

SED iuxta*prædicta pro cõplemento huius materiæ quęro in casibus in quibus vasallus feudo priuatur re
quiratur sententia? dic quòd aut priuatur propter alienationem, & tunc non requiritur sententia,sed priua-
tur ipso iure.ita tenet Aluaro.post Bal.in c.imperialẽ.§. callidis.de prohi.feu.alie.per Federi . secus autẽ quã-
do priuatur propter delictum, quia tunc requiritur sententia.rationẽ diuersitatis ibi asignant Bald. & Aluaro.

ADuerte tamẽ,quia adhuc requiritur sentẽtia declaratoria,cũ vt dicit Bal.in l.eũ qui delatorẽ.ff. de iu.fisci.
11 * in casibus in quibus quis priuatur ipso iure requiratur tamen sentẽtia declaratoria. facit c. cú secũdũ.de
hęre.in vj.& ita hoc tenet & dicit se obtinuisse Barb.in c.ij.extrà,de feudis,quẽ videas. ¶ Et in additionib⁹ad
Bal.in c.j.in ti.hîc finitur lex,deinde cõsue.regni incipiũt.* ¶ Et facit ꝓ hoc qđ dicit Feli.in c.cũ nõ ab homi
12 ne.extrà,de iudiciis.& in c.Rodulphus.in ver.citatus.extrà,de rescri. ¶ Aduerte tamẽ*si vasallus priuetur feu
do ipso iure,& dominus mittat executioni ante sentẽtiam declaratoriã facti, ꝙ talis executio non est irritãda.
ita Bal.in c.j.de feudo sine culpa non amit.& ad supradicta vide Alua. in c.j.§.itẽ si fidelis.in iij.col.quibus mo.
feu.amit. vbi etiã quærit,an vasallus priuetur feudo ipso iure propter causas,de quibus ibi,commissas. ¶ Multi
tamen sunt casus ex quibus quis priuatur feudo. de quibus per tex.glo. Alua.Card.& alios in titu.quibus mo-
dis feudum amittatur.& in tit.quæ fuit prima causa beneficij amittendi.quas hîc nõ infero,cũ faciliter ibi pos-
sunt inueniri. Sed aduerte , quia plures sunt alij casus in quibus vasallus priuatur feudo ipso iure , quos ponit
Frãciscus de curte in tra.suo feudo.in quarta parte,fo.lj.& lij. ¶ Quomodocunq; sit,requiritur declaratio cõ
missi,aliàs si se intromittat propria autoritate perdit ius. ita tenet Guido pape quæstione sua cvij. ¶ Fallit ta
mẽ in casu notabili ꝑ tex.in c.ordinarij.§.ꝙ si for.de offi.ordi.in vj.per And.Barb.in additio.ad Bal.in c.j.qua-
liter dominus proprieta.priuetur.& per Guid. pape.q.clxiij.& per Præpositum in c.j.quibus modis feu.amit.*

13 *Venditor feudi an & quã do teneatur emptori de euictione.*

SED quæro*circa istũ §.an venditor teneatur emptori de euictione,dic ꝙ si vẽditor nõ denũtiauit empto-
ri rem esse feudalẽ,ꝙ tenetur.toto tit.ff.de euictio.& notatur per gl.& Bal.in tit. de cõtẽtio.inter dominũ
& emptorẽ feudi:si verò denũtiauit,nõ tenetur,vel si emptor sciuit rẽ esse feudalẽ,etiã si hoc casu ipse emptor
stipulatus esset de euictione.ita Bal.post glo.in c.imperialẽ.in tit.de ꝓhi.feu.alie.per Fede.& est ratio secũdũ
eũ,quia hęc stipulatio est accessoria,vnde sicut principalis.i.ipsa vẽditio est cõtra legẽ,& sic nõ tenet,ita & ipsa
14 stipulatio, l.nõ dubiũ.C. de legi.vbi notatur,maximè per do.meũ Ias.* ꝙ vbi nõ tenet principale,nec etiã ac-
cessoriũ.facit l.Seius & Augerius.ff.ad legẽ Fal.& l.quẽadmodũ. C. de agri.& censi.li.xj.licet glo.ibi & malè
velit ꝙ emptor sciens possit agere de euictione,si est stipulatus.per l.si fundum sciẽs.C. de euic.quia cõtractus,
de quo in d.l. si fundum.non erat cõtra legẽ. quia nõ erat super re prohibita alienari: licet esset super re aliena
quæ bene potest vendi.l.rem alienam.ff.de contra.emp.ideo tenet stipulatio de euictione facta.

15 *An dominus restituere teneatur preciũ emptori.*

SED etiam*quæro,vtrũ dominus sic habens rem feudalẽ per cõmissum debeat preciũ emptori restituere?
Pro cuius declaratione est primitùs summè notãdũ ꝙ statutũ nostrũ debet intelligi de vasallo alienãte &
sciente rem esse feudalẽ, & similiter de acquirente.Nã nõ potest ligare ignorantẽ, quia de hoc est tex.ad lite-
rã,& ibi Bal.not. in c.si vasallus.tit.si de feu.cõtro.vbi vasallus alicuius feudi ꝙ ignorat non amittit illud,sed
sibi est restituendum & nõ domino:& isto casu ille vasallus vendens tenebitur emptori ignoranti ad interes-
se. ¶ Ad quod & quomodo,& an possit agere precio non repetito,habetur per glo.quæ tenet quòd sic, in c.
j.de prohi.feu.alie.per Fede.licet ibi Bal.faciat vnã rationem,cui tamẽ respõdet & stat cũ glo.ibi,& sic ad re-
stitutionẽ precij sic requiritur illud c.si vasallus.Imò fortius dicit Bal.ibi,ꝙ ille emptor ignorans poterit feu
dum retinere,quousque sit sibi de suo interesse satisfactum.Adde l.si non sortẽ.§. si stichum.ff.de condi.inde.
16 & dicit ibi ꝙ dominus tenetur probare scientiã.tex.tamen in c.vnico.de cõtro.inter dominũ & emp.dicit*ꝙ
vasallus poterit iurare,& stabitur iuramẽto quòd ignorabat esse feudũ,sed credebat rem esse propriã. ¶ Et ꝙ
hoc statutum non debeat intelligi in ignorãte,facit qđ multũ no.dicit Bal.in d.c.vnico.per illum tex.quem di
17 cit esse singularem,*ꝙ in omnibus alienationibus,in quibus alienãs cadit à iure suo,debet intelligi in sciente,
secus ĩ ignorãte rei qualitatẽ. ꝓquo al.tex.ff.de leg.ij.in l.fi.§.fi. qui §.est sing.secũdũ Corse.in suis sing.in ver

18 *Ignorãtia iuris in feudo nocet.*

bo,alienatio,secũdo.vbi similis fit distinctio. *& dicit etiã hoc casu ignorãtiã iuris nocere,qđ tamẽ fallit ĩ mu
liere & milite,licet ipse dicat cõtrariũ,quia illi nõ liceat iguorare iura cõtract⁹, l.fi.C. de iur.& fac.igno.de hoc
habetur per Bar.in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.& notãter loquitur statutũ in omni alienatione:quia hæc vẽdi
cãt sibi locũ secũdũ Bal.in d.c.vnico.Erit ergo verũ ꝙ isto casu emptor recuperabit nedũ preciũ,sed interesse.

19 *Cui fieri debeat restitutio feudi alienati.*

* Cui autẽ fieret restitutio domino.s.an vasallo rei feudalis, habet emptor optionem restituẽdi cui voluerit.
De quo vide Bal.in d.c.vnico.qui multa bona circa hoc dicit,& quãdo agit dominus,ibi habetur,& infrà di-
cetur.& hæc ꝓcedũt quæ dicta sunt de ignorãtia in hoĩe vasalli q pręsumitur ignorare:de quo in d.l.q ĩ alteri⁹.
& ĩ aliis nouis tenemẽtariis,ĩ ipso verò prĩcipali nõ ꝓcedũt,qa ĩ facto suo nemo pręsumitur habere ignorãtiã.

ADuerte quia declaratio facta ꝑ vẽditionẽ empto.ꝙ vẽdit rẽ liberã reddit emptorẽ in bona fide. Guido pa
pe.q.xxiiij.& Guil.Benedicti in sua repe.c.Rayn.in verbo,& vxorẽ nomine Adelasiá,nu.1011.de test.tex.

20 *Respondet qõni.*

AD quæstionẽ * ergo dicendũ est ꝙ si emptor ignorabat rẽ esse inalienabilẽ: & sic nõ participauit de frau-
de,quòd preciũ debet sibi restitui,sed à quo,an ab eo qui vẽdidit,an verò à domino reuocãte?& pro nũc
dico ꝙ debet restitui ab eo qui ei vendidit, si emptor non participauit de fraude,secundum glo.& Cy.quem
nouissimi sequuntur in l.j.C.de pręscri.xxx.vel xl.anno. similiter ab ipso domino reuocãte,si res fuit alienabi-
lis,prout

lis,prout eſt in caſu noſtro,licet ſit poſſeſſionis apprehenſio prohibita, maximè ſi preciũ ſit in eius vtilitatem cõuerſum,ſecundũ quod vult Bar.in l.ex his.aliàs ſi debitor.ff.quæ in frau.credi.& in l.chyrographis. §.co.ff. de admi.tut.per eundem in l.emptor.ff.de rei ven.vbi tenet quòd ab ipſo reuocante debet emptori bonę fidei reſtitui precium rei,quando vendens habuit poteſtatẽ vendendi,& nõ participauit emptor de fraude.pro quo facit l.j.§.ſi quis in fraudem.ff.ſi quid in fraudem pa.ergo iſto caſu feudum ſit alienabile,ſaltem alienabile ſine effectu:niſi interueniat cõſenſus,ſequitur,ſi precium ſit cõuerſum in vtilitatẽ dñi reuocãtis,& fuit emptor bonæfidei,ꝙ debebit illud reſtituere.l.emptor.aliàs non,vt ibi:ſed non eundo per mendicata ſuffragia,ꝙ vendẽs cogatur preciũ reſtituere,eſt caſus in tit.de prohi.feu.alie.per Fede.& ibi Bal.igitur.Sequitur ergo concluſio,ꝙ ſi emptor ſit bonæfidei,quòd ſiue ſit à vaſallo vendente,ſiue à domino,precium ſibi debet reſtitui,per theoricam doc.in locis prealle.faciunt not.per Io.Fab.in §.item ſi quis in fraudem.in v.col.inſti.de actio.

21 Quæ actio competat domino cõtra vaſallum feudum alienantem.

SED videndũ *eſt qua actione aget dñs feudũ habere volẽs vt appertũ & cõmiſſum per diſpoſitionẽ huius ſtatuti,& pro vera huius articuli deciſione ſunt mente tenenda & reducenda ea quæ ſunt dicta ſuprà in quęſtione,vtrum appertura feudi hoc caſu fiat ipſo iure,an per ſentẽtiã,& his præpoſitis cũ caſus ſtatuti nõ ſit vnus ſecundũ diſpoſitionẽ iuris:in quo feudũ eſt ipſo iure cõmiſſum,ſecundũ §.callidis.§.ſæpe alleg.Sequitur ꝙ cõtra vaſallũ vno modo agi debet,& cõtra emptorẽ,& aliũ detentorẽ alio modo.Vnde ſi contra vaſallũ agatur, dico,ꝙ primò poterit agi actione in rem,& plena rei vendicatione: & hoc quãdo eſt priuatus ipſo iure, vt hoc caſu.quod tenet expreſſè Bal.in c.porrò.tit.quæ fuit prima cauſa beneficij amitten. qui dicit, ſi venit priuãdus per ſententiã,ꝙ debet agi cõdictione ob cauſam,at in primo caſu quãdo ipſo iure eſt priuatus,dicit ipſe,quidã dicũt ꝙ dñs cõtra quẽlibet poſſeſſorẽ,etiã vaſallũ,habet vtilẽ rei vẽdicationẽ.alleg.l.j.C.de dona.quę ſub modo.Ia.de Belui.in d.§.porrò.dicit ꝙ habet directã:quia directũ dominiũ ſufficit ad vendicandũ.l.ſi hæres.ff.ad Treb.nec poſſet vaſallus excipere de directo dominio,quia replicabit dñs de culpa vaſalli,quæ culpa priuabit cũ iure ſuo.ar.l.ſi filius.§.Papinianus.ff.de inoffi.teſta.& l.necnon.§.exemplo.ff.ex qui.cau.maio.Bal.tamẽ ibi dicit ꝙ ſi agatur cõtra tertiũ poſſeſſorẽ,hoc eſt aliũ à vaſallo, ꝙ ille tertius nõ poterit excipere de vtili dominio vaſalli,quia illud per culpã eliſum eſt,& propterea illius tertij nõ intereſt. * & de iure tertij nemo auditur excipiens.l.fi.C.de ſerui.fugi.Bal.in c.vnico.de cõtro.feu.inter do.& empto.format iſtã quæſtionẽ,& dicit ꝙ dñs agit cõtra emptorẽ,qui emit à vaſallo vendẽte bona fide:ſed qua actione?dicit ꝙ agit rei vendicatione directa,nã ſemper eam ſibi retinet. Alleg.c.j.de inueſti.de re alie.facta.§.ſi verò.& habito hoc pro vero.ſ.ꝙ poſſit agi actione in rẽ cõtra vaſallũ,*erit forma libelli hęc,Corã vobis dño iudice,&c.agit,dicit,& proponit Titius cõtra Seiũ,ꝙ dict⁹ Seius tenet & poſſidet,& facultatẽ reſtituẽdi habet caſtrũ tale ſitũ,&c. quod retroactis temporibus tenebat in feudũ à dicto Titio:& ſic dictũ caſtrũ ad dictũ Seiũ ſpectabat iure vtilis dñij,vel quaſi: dictus verò Seius illud vẽdidit,& tradidit Sempronio:& ille Sempronius poſſeſſionẽ realẽ adeptus eſt abſque cõſenſu dicti Titij:vnde eſt ob hoc caſtrũ illud feudale Titio appertũ,quia illo cecidit dict⁹ Seius ipſo iure:agit dictus Titius actor cõtra dictũ Seiũ reũ,& petit à vobis dño iudice,vt dictũ caſtrũ iure vtilis dominij vel quaſi, per veſtrã ſententiam pertinere declaretur,& vt dictũ caſtrũ dicto actori reſtituat ſentẽtialiter cõdemnetis, & condemnatum ad reſtituendum compellatur iuris remediis opportunis. * Si verò agatur contra emptorẽ,erit forma libelli ſimilis primæ,niſi quòd cõcluſio erit,Vnde cùm dictus Sempronius poſſeſſionẽ dicti caſtri,quod emit aut aliàs acquiſiuit à dicto Seio,ſit realem poſſeſſionẽ adeptus abſque licentia dicti Titij:quia dictum caſtrum fuit dicto Titio appertũ & commiſſum,ipſo iure agit dictus Titius cõtra dictum Sempronium, & petit à vobis domino iudice, vt dictum caſtrum dicto actori iure dominij vel quaſi, pertinere declaretis, & dictum Sempronium, vt illud reſtituat dicto Titio ſententialiter condemnetis,& condemnatum compellatis. ¶ Sed aduertendũ eſt ad iſtos libellos,vt ſcilicet ſciatur ſi agens ſit directus dominus,an vtilis,vel publicianiſta:quia in formatione eſt aliqualis differentia,pro quo videatur Bal.in d.c.vnico.de cõtro.inter dominũ & emptorẽ. poterit & vltra actionẽ in rem agere actione perſonali,hoc eſt conditione ex lege,ſiue ex conſuetudine & ſtatuto,tam contra vaſallum quàm contra emptorem. pro quo facit §.callidis.ſuprà alle. & c.j. de contro.inter dominum & emptorẽ,tamen hac actione agi non poterit cõtra alium poſſeſſorem,quia eſt actio perſonalis quę non ſequitur fundum.l.fi.de actio.empt. ſed eſt affixa oſſibus obligati.l.quis ergo caſus.ff.de pecu.*erit ergo forma libelli,quando agetur conditione ex hoc ſtatuto,quæ ſuccedit loco conditionis ex lege,quando agetur contra vaſallũ,Corã vobis domino iudice,&c.dicit Titius cõtra Seiũ,ꝙ cùm dictus Seius teneret in feudũ tale caſtrum à dicto Titio,vendidit illud & tradidit Sempronio,qui Sempronius adeptus eſt poſſeſſionem abſque licentia & conſenſu dicti Titij:vnde cùm emptori hoc dictum caſtrum fuerit,& ſic dicto Titio ipſo iure commiſſum & appertum,agit contra ipſum,vt ipſum cecidiſſe à iure quod habebat in dicto caſtro declaretis, & dictũ caſtrũ dicto Titio reſtituat,veſtra ſententia cõdemnetis. & non miremini quòd actor petit declarationem fieri,ꝙ res ceciderit in commiſſum,quamuis actio ſit perſonalis: quia aliquando ita fieri poteſt. argu.l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff.de arbit.licet cõtrariũ teneat Bald. in l.j.§.ſi quis ita. de verbo. obliga. & malè,quod tenet Bartol.per illum text.in l.ſi prætor.ff.de iudi. & ſimilis erit forma contra emptorem paucis mutatis, vt dictum eſt ſuprà in forma libelli actionis in rem.

22 De iure tertij nemo auditur excipiens.

23 Forma libelli agẽdo contra vaſallum actione in rem.

24 Forma libelli agendo cõtra emptorem eadẽ actione.

25 Forma libelli agẽdo cõditione ex lege.

SED iterum quæro,an executio guardiæ facta per ſeruientẽ regiũ manutenẽtem impetrantẽ in vim guardiæ; habeat vim apprehẽſionis poſſeſſionis realis,etiã ſi nulla fieret alia apprehẽſio?Cùm caſus eueniſſet,dixi ꝙ nõ,qm̃ vt patet in textu noſtro ſuprà deſcripto,opus eſt apprehenſione reali,quæ requirit factũ: * ſed vbi opus eſt facto,non ſufficiunt verba,gloſ.ordi.in c.paſtoralis. de offi.ordinarij.text. in c.j.& ij.de ſequeſtra.poſſeſſio. & fructuum.facit optimè quòd dicit glo.notabi.in c.vt circa.in verbo,præſtito.de electio. Hinc per prædicta dicit Alex.in l.ſemel mora.in j.col.ff.ſoluto matrimo.*quòd quando requiritur oblatio realis, nõ ſufficit verbalis. 27 Cùm ergo hîc requiratur apprehenſio realis,vt expreſſè dicit tex.videtur quòd non ſufficiat manutentio per ſeruientem regium in vim guardiæ,imò etiam quòd requiritur ipſa realis apprehenſio,& talis debet à poſſeſſorio repelli tanquã nullam habens poſſeſſionem realem.ſ.quæ requiritur in hoc caſu.ſi tamen talis haberet poſſeſſionẽ per aliquã ex ſupradictis clauſulis,obtinere poſſet in poſſeſſorio,ſed ſua ſententia poſſeſſoria,imò

26 Vbi opus eſt facto,nõ ſufficiunt verba.

etiã prouiſionalis non executioni mittenda eſſet ſine conſenſu domini,aliàs incideret in cõmiſſum,& antè nõ.

IN TEXTV IBI. *Du ſeigneur.*

SED cuius domini:an ĩmediati à quo tenet vaſallus immediatus in feudũ, an mediati qui tenet in retrofeudo à primo domino?Bal.in c.imperialẽ.§.illud.in pe.col.per illũ tex.de prohibita feudi aliena. & Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in iij.queſt.ff.de dãno infecto, dicũt quòd quãdo feudũ debet reuerti ad dominum ex eo quòd alienauit irrequiſito domino, quòd tunc non reuertitur ad vaſallum qui infeudauit, ſed ad directũ dñm,& ſic ad dñm infeudãtis.ratio eſt,quia ſi ſecũd' vult alienare feudũ,debet requirere cõſenſum dñi maioris,& ſic directi infeudatoris,eò ꝙ ius prĩcipale & poteſtatiuũ reſidet penes dñm directũ & ſuperiorẽ, vt tenẽt Bal.& Salice.poſt Guilielmũ de Cugno,in l.ſi permittẽte.C. ad Macedo.Ludo.Roma.in l.filiꝰ.ff. de acquirẽ. hæredi.Io.de Imol.in c.potuit.xvj.col.de loca.Alex.in d.§.ſi de vectigal.in xxvij.col.facit glo.in l.fi.C.de iure emphyteu. vbi in re emphyteu. requiritur cõſenſus primi domini directi & nõ immediati,& ideo dicũt Io. And.& Specu.in titu.de locato.§. nũc aliqua.quòd laudemia debẽtur primo domino in quo remanet ius directum,ſicut etiã appellatur ad primũ delegãtẽ,tanq̃ habẽtẽ primũ ius.do.meus Iaſ.in l.poſſideri.in ix.& x.col. ff.de acquiren. poſſeſſio.& Ange.in l.more.ff.de iuriſd.om.iudi.Practica tamen noſtra in tota Burgundia,& ferè in tota Gallia,vſque ad hæc tempora obſeruauit contrarium, ſcilicet quòd ſemper requiſitus fuit conſenſus domini immediati,& nõ domini ſuperioris,à quo dominꝰ immediatꝰ tenet in feudũ.ex quo intereſſe principale ſpectat ad illũ dñm qui eſt immediatus, & intereſſe ſecũdariũ ad dominũ ſuperiorẽ & mediatũ, & ideo habetur reſpectus ad intereſſe tãtũ principale, & nõ ſecũdariũ, vt dicit gl.in c.q̃uis pactũ.de pactis.in vj.Sed à paucis annis,multi voluerunt practicare quòd requiratur conſenſus vtriuſque,quia intereſſe vtriuſque cõſyderatur,maximè quando principale feudum & primum eſt in Rege, & dicũt de hoc eſſe inſtructionem regalem: & hoc eſſet ſecurius,ſed tamen non credo quòd cadat in commiſſum,ſi nõ fuerit conſenſus primi domini.

ADDITIO. Vide quæ dicit Matt.de affli.in præludiis cõſtit. regni Siciliæ,in xxv.qõne,in fine,vbi ſe remittit ad dicta per And.de Yſernia. & ipſum in c.imperialẽ.in xij.notabili.de prohibita feudi aliena.per Federicum.Aduerte etiam quòd licet temporibus præteritis fuit quidã abuſus,quo plures vtebãtur:quãdo acquiſiuerant aliquam rem feudalem ibant ad perſonas officiariorum, & offerebant ſe præſtare fidelitatem,& homagiũ,& recipiebantur ab officiariis dominorũ hoc caſu,ſicut in petitione inueſtituræ,de qua in §.j.ſuprà hoc eo.titu.& dicebant ſe bene agere,tamẽ ego ſemper dixi,& dico quòd errabãt,& quòd in præſtatione huius conſenſus eſt adeundus dominus principalis,qui debet præſtare expreſſum cõſenſum,nec excuſaretur ſe intromittens in poſſeſſione reali rei feudalis emptæ aut acquiſitæ, faciẽdo inueſtiturã officiali domini in loco,& debet eũ perquirere vbicunque,ſi ſit in regno,cũ totum regnũ Franciæ dicatur vna prouincia,vt facit glo. in c. in Geneſi.extrà,de electio.& ſi ſit extrà regnũ, aut quòd ignoret à quo tenet in feudum,bonũ eſt quòd obtineat literas regias,vt poſſit per eum adipiſci poſſeſſio ſine periculo cõmiſſi,attenta abſentia domini,aut ignorãtia emptoris rei feudalis,cuiꝰ ſit feudalis,ſed infra annũ debet inueſtigare & facere diligẽtiã de prędictis,aliàs anno elapſo eſſet piculoſũ ꝙ ĩcideret in cõmiſ. & iſta eſt pract.noſtra, quę in talibꝰ obſeruatur.

Des droictz & appartenances à gens mariez, & de la communion d'iceulx. *RVBRICA IIII.*

MAtrimonij enim priuilegia multa ſunt.*Primò enim matrimoniũ dicitur dignius ſacramẽtũ omnibus aliis pluribus de cauſis.Primò enim propter inſtitutorẽ & autorẽ:quia Deus fuit autor & inſtitutor:& fuit inſtitutũ in ſtatu innocẽtiæ in paradiſo.Item & ſic excellit alia ſacramenta ratione loci etiam,quia inſtitutũ fuit in paradiſo.Alex.in cõſi.lvj.in iiij.vol.vbi ponit notabilẽ etymologiã huius dictionis,matrimonium,& ante peccatum,alia verò poſt peccatum. Item ratione cõmunitatis, quia omnes ferè gentes vtuntur eo. Abbas Panor.in c.fina.in ij.col.extrà,de fri.& malefi. Et vide quæ dicit Andr.Barba. in l.j.§.ſi ſtipulanti.in viij.col.ff.de verb.obli.Et ideo Barba.in conſi.xxvij.in j.volu.incipiente,ſcripſit doctiſſimus.dicit quòd matrimonio propter hoc magnus fauor adhibetur. Et laudes illius comprobari poſſunt ratione,conformari autoritate,corroborari figura,manifeſtari exemplo.¶Primò enim principaliter conſiderari poſſunt quatuor rationes.¶*Prima ratio finis,per quã vnaquæq; res dicitur bona & laudabilis,inquantum finis illius eſt bonus & laudabilis: multùm ergo eſt laudabile matrimonium habens tres fines & effectus pretioſiſſimos,& maximi fructus.

1 Matrimoniũ dignius aliis ſacramentis cauſa autoris. Loci. Communitatis.

2 Laus matrimonij ratione finis.

PRimus nanq; finis eſt,quia ex matrimonio naſcitur homo & generatur,qui animal excellentiſſimũ eſt vigore rationis intellectiuæ ſupereminentis. Ex quo dicitur Geneſis j.Creſcite & multiplicamini, & replete terrã.& ideo etiã dicit propheta Pſal.103. Impleta eſt terra poſſeſſione tua.ex quo apparet genus humanũ cõſeruari, prout dicit tex.in authẽ.de nuptiis, in prin.quẽ allegat Frãciſc.de curte in cõſi.xvj.in vij.col.& Soci.in conſi.ix.verſi.iiij.ibi,nec mirum.& in cõſi.xxxv.in iij.col.& dicit text.in c.nuptiæ.xxxij.q.j.quòd nuptiæ terram replent. ¶De laudibus matrimonij, & neceſſitate ad conſeruationem generis humani ponit amplè Lucas de Penna,in l.mulieres.colum.v.& vj.C.de incolis.libro x.

EX quo &c.cõſiderari poteſt ſecũdus finis,qui eſt ſupplementũ & ſubſidiũ humanæ naturæ indigentiæ,quæ ſine adiutorio non poſſet ſubleuari:ad quẽ finẽ ſunt verba ſaluatoris volentis creare primam vxorem,cùm dicit Geneſis ij.non eſt bonum hominem eſſe ſolum:faciamus adiutorium ſimile ſibi.& habetur Eccleſiaſtic. xxxvj. vbi non eſt ſpes, diripitur poſſeſſio:& vbi non eſt mulier,ingemiſcit egens.

TErtius finis eſt,quia per matrimoniũ euitãtur illicita deſideria, carnalis cõcupiſcentia, & omnis impudicitia.ad quẽ effectũ ſunt verba apoſtoli ad Corint.j.c.vij.propter fornicationem autẽ vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat,& vnaquæque virũ ſuũ.¶Vide Luc.de Penna in loco hìc antè alleg.vbi dicit,*ꝙ delicta carnalia ſunt minùs punibilia,cùm procedant à natura.gl.in verbo,cõiugatio.in l.j.§.ius naturale.ff.de iuſtitia & iure.& difficile eſt continere:ex quo dicit quòd pauci ſunt continentes.Debent tamen hæc matrimonia fieri & cõtrahi
4 de iure & de facto ſecundum bonos mores,vt dicit Bal.in l.ſi pater.C.de ſponſali.Hinc dicit ibi, *ꝙ nobilis
5 domina nubens indigno,puta ſuo ſeruitori,vel ſuo conſanguineo,vel affini,eſt exhæredanda:*& multùm cõſideratur honeſtas in matrimoniis,vt dicit Barba.in conſi.ſuo vj.in j.volumine.vbi pleniſſimè.

3 Delicta carnalia minùs punibilia.

Secunda

SEcunda * ratio dicitur permanentiæ, cũ omne animal, cuiuſcũq; ſpeciei ſit, per ſuã naturã mortale & corruptibile, mediante coniunctione maris & fœminæ ſucceſſiuè conſeruatur, & ſit immortale in ſpecie. Hinc Ariſtote. lib. ij. de anima in hæc verba prorũpit: actio enim quæ eſt magis conueniẽs naturæ oĩs viuentis ex his quæ ſunt perfecta, & nõ habẽt occaſionẽ, neq; generantur caſu per ſe, eſt vt agat aliud ſimile, animal enim facit animal, & planta plantã, ita quòd habebat cõmunicationẽ cũ ſempiterno diuino ſecundum ſuũ poſſe. Omnia enim deſiderant hoc, & propter hoc agit omne quod agit naturaliter. ſuper quibus verbis ſubiũgit cõmentator Auerrois, quòd ex quo ſolicitudine diuina nõ potuit fieri ꝙ animal viuens in mundo perduraret, data fuit virtus mediãte qua poteſt cõſeruari in ſpecie, quę eſt cõiugatio ſeu cõiunctio maris & fœminæ: quæ quidẽ cõmunis eſt oĩm animãtiũ. cũ quo cõcordat ſentẽtia Lactãtij Firmiani in lib. j. diuinarũ ĩſti. vbi dicit, Profectò in hoĩe cæteriſq; animãtibus diuerſitas ſexus, & coitio, & generatio nullã aliã habẽt rationem niſi vt oĩa genera viuentiũ, qm̃ ſunt cõditione mortalitatis obitura, mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. & facit tex. in l. lege xij. tabularũ. C. de legi. hæredi. vt dicit text. ꝙ per matrimoniũ videtur etiã introducta quædã ĩmortalitas in hoĩbus, qua ratione dicitur ꝙ nihil eſt hoĩbus vtilius matrimonio. §. nos. in aut. de reſtitutione fidecõmiſſi. colla. ix. 6 *Ratione permanẽtiæ.*

ALia & tertia * dicitur eſſe ratio cauſalitatis, cùm naſcatur homo omnibus aliis imperans. * Et ideo cauſa hominis cuncta animantia quæ ſub cęlo ſunt videtur eſſe creata & genita, vt fœlicitatem ex his conſequi poſſint: nã vt dicit tex. §. partꝰ. inſtit. de rerũ diuiſio. & in l. in pecudũ. ff. de vſuris hoĩm. eorum gratia oẽs fructꝰ rerum natura cõparauit. hinc dicit Plinius in j. lib. natura. hiſto. ꝙ cauſa hoĩs videtur cuncta alia genuiſſe natura, ex quibus ſic creatis & genitis cõſequitur hõ fœlicitatẽ dupliciter, cõtẽplatiuè. ſ. politicè & ciuiliter. Et ideo dicit Albertus magnus lib. j. de animalibus, ꝙ homo vtramq; operationem exercet: aliquãdo enim ſolus eſt propter fœlicitatẽ contẽplationis, aliquando verò in ciuitate cum multis, ſine quibus acquiri ciuilis fœlicitas non poteſt, quę quidem ciuilis fœlicitas principalis eſt, & ad quam non poteſt perueniri ſine ſuis principiis: vnde primò requiritur continuatio, & ſocietas maſculi & fœminæ, ex quibus producuntur filij & generantur, cauſantur familiæ, pagi, centuriæ, & ciuitates, quæ ſunt partes ex quibus componitur totalis congregatio, quæ eſſe nõ poteſt ſine ſuis partibus conſtituentibus: vnde dicit Tullius lib. j. de offi. cũ hoc ſit natura commune animantium, vt habeant libidinem procreandi, prima ſocietas eſt in ipſo coniugio, proxima in liberis, deinde domus &c. & ſubitò ſubiungit, id autem eſt principiũ vrbis & ſeminarium reipublicæ. 7 *Ratione cauſalitatis.* 8 *Ciuilis fœlicitas.*

QVarta * & vltima ratio dicitur perfectæ laudis, cũ ex ſententia philoſophi omne bonũ reducatur ad honeſtũ, vtile & delectabile, ſeu iucundũ, & ideo dicit ꝙ res in ſe continẽs prædicta dicitur perfecta. cũ ergo matrimoniũ faciliter poſſit demonſtrari tale, poteſt dici perfectũ: nihil enim melius propter euidentẽ honeſtatẽ, nihil vberius propter fructum prætioſum, nihil dulcius propter delectationẽ & cõtentũ. * Omniũ autem rerũ ex quibus aliquid percipitur voluptatis nihil eſt vxore melius, nihil iucundius, nihil amabilius: ea tibi liberos gignit, quibus bene inſtitutis poteſt fere nihil optabilius cogitari, procreatã ſobolẽ nutricatur, intus dominans, ſupellectilẽ totã ſtudio diligentiáq; tuetur, ſeruat domi qđ tibi foris paratũ eſt, victũ omnẽ ad reliquũ vitæ cultũ miniſtrat, ſiue mala valitudine laboras, ſiue vllis aduerſis rebus premeris ſola ſemꝑ eſt præſto fidiſſima cõiunx, ſeipſam negligit, vt te ſolũ expleat, id cogitat, id conatur, id ſpectat, vt quã maximè tuis cõmodis voluptatibúſq; inſeruiat. Quid enim bonæ vxori præter virũ aut charũ aut dulce eſt? Solẽt mulieres, ita diligere viros ſuos, vt etiã viuere nolint ſi illi mortui ſint. Nã & in India vaſtiſſima barbarorum regione mulieres ne mortuis viris ſuperſtites ſint pyra malũt ardere quàm viuere. Quid ad hunc amoris cumulum addi poteſt? ¶ Videmus enim etiã ꝙ principaliter tribus legibus regitur & gubernatur generatio humana, lege diuina, naturali. ſ. & poſitiua, ex quibus legibus tria bona reperiũtur ex matrimonio prouenitẽtia. * Primũ. ſ. bonũ fidei & caſtitatis, quod lege humana cõſtitutũ eſt: bonũ prolis & generationis, quod lege naturali prouenit: bonũ ſacramẽti, qđ lege diuina prouenit. Et ideo dicit Augu. li. de bono cõiugali, ꝙ tripartitũ eſt nupt. bonũ. ſ. fides, proles, & ſacramẽtũ, vt habetur. c. oẽ. trãſumptiuè. xxvij. q. ij. quæ ſunt bona. de quibus Vincẽtius in epiſtola de origine aĩæ, cõiunctionis fœdus, caſtitatis fides, propaginis germẽ. & Bal. plenè in l. vnica. in prin. C. de priuilegio dotis. ¶ Aduerte tamẽ ꝙ ſi ambo ſint ita ſenes ꝙ nõ ſit ampliùs ſpes prolis, nõ dicitur matrimoniũ, ſed cõnubiũ. c. ſolet. xxxj. q. ij. & illa dicitur cõcubina. c. is qui. c. Chriſtiano. xxiiij. diſtin. Feli. in c. cũ ſit. in viij. col. extrà, de foro cõpetenti. hinc Valerius titu. de teſtamentis quę reſciſſa ſunt. c. Septilia, dicit dotẽ nõ tenere à Septilia Publio ſeni, cũ ambo eſſent ita ſenes quòd nõ erat ſpes habẽdæ prolis, qđ in muliere dicitur poſt quinquageſimũ annũ, vt eſt tex. qui videtur ad hoc in l. ſi maior. C. de legitimis hæredibus. & in maſculo in ętate. lxxx. annorum, vt dicit Matthæus de afflictis ſe generaſſe in illa ætate. dixi infrà in titu. *Des enfans de pluſieurs lictz*, §. *entre gens nobles*, in glo. *en aage ſouffiſant*. vbi poſui in qua ætate quis præſumatur generare. * 9 *Ratione perfectæ laudis.* 10 *Commoda quæ ex vxore habentur.* 11 *Tria bona ex matrimonio procedẽtia*

COnfirmãtur * prædictæ laudes matrimonij autoritatibus doctiſſimorũ hominũ. Primò enim corroborãtur autoritate legis Moſaicæ, vbi non ſolũ cõtinetur obſeruantia matrimonij, quãdo dicitur, Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhęrebit vxori, & erũt duo in carne vna, imò etiã priuilegia & exẽptiones cõtinentur, cũ vt habetur Deu. 24. c. Cũ acceperit homo nuper vxorẽ, nõ procedet ad bellũ, neq; ei quippiam neceſſitatis iniũgetur publicè, ſed vacabit abſq; culpa domi ſuæ, vt vno anno lætetur cũ vxore ſua. * Et matrimoniũ videtur eſſe donũ dei, teſtãte Salomone Prouer. 19. vbi dicitur, Domus & diuitiæ dãtur à parẽtibus, à dño autẽ propriè vxor prudẽs. * Videmus etenim ꝙ cũ leges xij. tabularũ fuerũt ab antiquis legiſlatoribus cõditæ, vna fuit inter alias cõmendans matrimoniũ cenſoribus & magiſtratibus in ciuitate Romana prępoſitis, cũ in vna lege diceretur, cælibes eſſe nõ ſinito. ¶ Et qui ad ſenectutẽ cælibes peruenerint, multacti ſunt, vt refert Valerius libro ij. c. iiij. Et etiã Plato de legibus, vt refert Lucas de penna loco ſupra allegato, col. v. 12 *Matrimonij laudes Moſis autoritate cõfirmat.* 13 *Salomonis.* 14 *Duodecim tabularum.*

NOnne etiã Auicẽna rex & excellẽti doctrina fulgẽs in ſua Methaphyſica, & in ſua ſecta de ſumma religione multũ commendauit ſacrũ matrimo. magiſtratibus & præpoſitis regimini populi & gubernationi, oſtẽdendo nihil melius pro conſeruatione reipublicæ & ciuitatis quã matrimonium, ex quo generatio prouenit, & conſeruatur ſpecies illius cuius permanentia eſt ſignum diuinę largitatis? Et generaliter, vt videmus, omnes nationes mundi celebrant hanc feſtiuitatẽ coniugalem feſtiuanter cũ lætitia, & cũ aliquo ſplendido apparatu. *Auicẽna.*

Nonne etiã videmus quę ſcripſit apoſtol⁹ j.ad Timot.c.v.cũ dicit,Volo aũt iuniores nubere, filios ꝓcreare,
Pauli Apoſtoli. matreſfamilias eſſe.Et etiã habetur j.ad Corinth.c.vij.ꝗ præterea in matrimonio virginẽ ſuã iũgit, bene facit.
Et etiã ad Titũ c.ij.dicit adoleſcẽtulis,eáſq; hortatur apoſtol⁹,vt viros ſuos amẽt, filios ſuos diligãt,prudẽtes,
15 *Dilectio in matrimonio.* caſtas,ſobrias,domus curã habẽtes,benignas,ſubditas eſſe viris ſuis.¶ Dilectio ergo vt hîc dictũ eſt multũ cõ
ſideratur ĩ matrimonio,quia vt dicit Philo.viij.Ethico.Amicitia viri ad vxorẽ eſt ſecũdũ quãdã excellẽtiã. * &
16 *Ariſtotelis. Anuli forma.* hoc ſignificatur per anulũ,quo vxor à viro deſpõſatur,de quo habetur in c.noſtrates.& in c.fœminæ.xxx.quę-
ſtione.v. qui quidẽ debet eſſe aureus,rotũdus,ac in quarto digito poſitus. & ꝗdẽ tãtũ vn⁹ aureus,quia ſicut au
rũ excellit oĩa metalla,ita amor iſte oẽs amores.Rotũdus aũt,vt oſtẽdatur ꝙ iſte amor debet habere perpetui-
tatẽ,vt nũquã finiatur niſi per mortẽ.In quarto aũt digito ponitur ex inſtitutione eccleſiæ,vt oſtẽdatur ꝙ ille
amor debet habere præcordialitatẽ. * Dicũt enim philoſophi naturales quòd quædã vena à corde ꝓcedit, &
17 in quarto digito apparet,vt etiam dicitur in c.fœminę.xxx.q.v.ad finẽ. Vnus aũt anulus ponitur ad oſtenden-
dum iſtius amoris ſingularitatem,vir enim,& vxor per conſummationẽ matrimonij efficiuntur vna caro.no.
in l.aduerſus.C.de cri.expi.hære. Cũ ſint ſocij diuinæ & humanæ domus, vt ibidẽ, & vt dictum eſt,& legitur
18 *Mulier quare ex coſta facta.* Gene.ij.c.*Deus fecit mulierẽ de coſta Adę:& hoc vt vir magis mulierẽ diligeret,& ei inſeparabilius inhære-
ret,cũ cognoſceret eam ex ſe eſſe productã.& dicit Tho.in j.parte ſummæ.q.xcij.& glo.in c.mulierẽ.xxxiij.q.
v.quòd Deus non de pede hoĩs formauit mulierẽ, ne omnino videretur famula,nec de capite,ne videretur do
S.Thom. mina,ſed de coſta,vt videretur collateralis. Ideo vt dicitur Geneſis 2. c.poſtquã Adam vidit vxorem Euam,
dixit,hoc eſt os ex oſſibus meis,& caro de carne mea:hæc vocabitur virago,quia de viro ſumpta eſt. Quãobrẽ
relinquet homo patrem & matrẽ,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna, Matthæ.19.& ad Epheſ.
Ariſtoteles. 5.dicit enim Ariſtote.viij.Ethico.c.ij.viro & vxori videtur amicitia ſecundum naturam conſiſtere. Viri ergo
Paulus apoſtolus. diligite vxores veſtras,& nolite amari eſſe ad illas,prout dicit Paulus apoſtolus ad Coloſſ.3.& dicit ad Ephe-
ſios.5.c.viri diligite vxores veſtras,ſicut & Chriſtus eccleſiam.& ibidem dicit.viri debent vxores ſuas dilige-
re ſicut & corpora ſua.Qui vxorem ſuã diligit,ſeipſum diligit. vnuſquiſq; vxorẽ ſicut ſeipſum diligat.vxor aũt
timeat virũ ſuũ.Et habetur ad Roma.7.c.Quæ ſub viro eſt mulier,viuente viro alligata eſt legi,ſi autem mor-
tuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri.& ad Corinthi.7.dicitur,Vxori vir debitum reddat,ſimiliter autem &
vxor viro.Mulier corporis ſui poteſtatẽ nõ habet, ſed vir, ſimiliter aũt & vir corporis ſui poteſtatẽ non habet,
5 in l.ſi cum dotem.§.fi.ff.ſoluto matri.* vbi dicit dotem tamẽ reſtituendam eſſe,quia eſt fauorabile quòd dos detur mulieri,ſi matrimonium fuerit declaratum nullum,ſed quo ad lucra matrimonialia prouenientia,ex ſtatuto,vel pacto vltra dotem,dicit eſſe ſecus,quia talia non lucrantur.¶ Limita niſi alter coniugũ ignoraſſet impedimentum,quia tunc lucra matrimonalia etiam vltra dotem acquirit. ita eſt tex.in l. qui contra.§. exceptis. C.de inceſtis & inutilibus nupt.quod intellige dummodo ſtatim & incontinenti, & ſine vlla procraſtinatione errore comperto tale matrimonium dirimatur.ita eſt tex. in dicto §. exceptis. & ſatis facere videntur dicta per Ang.& Io.de platea in §.ſi aduerſus.inſti.de nuptiis.quia ſi ignorans vult ſe iuuare ex ſua ignorantia,debet illam articulare cum qualitate eidem iuncta.*nõ enim ſufficit adimplere vnum ex poſitis in l. ad commodũ le

Matrimonio declarato nullo,an mulier participet in lucro.

6 gis conſequẽdũ,quãdo plura ponũtur ad illum effectũ,ſed debẽt omnia adimpleri, vt videmus. *Sed quando

7 princeps mouetur ex duabus cauſis ſimul conſideratis,altera deficiente ceſſat diſpoſitio.probatur in c. quoniã frequenter in.§.porro.iuncto §.ſi nauẽ.vt lite non conteſt.notat do.Abbas Pa. in conſi.ſuo lxx. in ij.col.in ij. vol.probatur per multa allegata per do.meũ Iaſ.in l.ij.de conditio.ob cauſam.cùm ergo,tex. dicat quòd ignorans deceptus errore acerrimo,ſi errore comperto huiuſmodi conuentionem ſine procraſtinationem dirimeret,non ſufficit quòd ſit error, & quòd ſit repertus,ſed quòd ſtatim & incontinenti quòd fuerit repertus,de

8 bet huiuſmodi conuentionem ſine procraſtinatione dirimere, * cùm dictio ſi,faciat cõditionem, vt dicit Bar.

9 in l.j.in j.col.ff.de condi.& demõſtratio. * ſed cõditio debet adimpleri in forma ſpecifica.Bart.& poſt eũ do. meᵒ.Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tãtũ.ff.de liberis.imò ex quo eſt appoſita à lege nõ dicitur cõtinere leuẽ ſolẽnitatẽ,ſed formalẽ.do.meᵒIaſ.in l.moribᵒ.§.prius.in ſecũda lectura.ff.de vulga.& pupil.imò dicitur cõtinere cauſam finalẽ,vt dicit ibi do.meᵒ Iaſ.& ideo dicit Feli.in c.cũ dilecta.in vj.col.ibi,ſecundũ ſignũ.extrà, de reſcrip.

8 dictio,ſi

9 Cõditio adimplẽda in forma ſpecifica.

10 11 *vbi aliquid ponitur in l.cõditionaliter,dicitur eſſe de forma. * & etiam eſt dictio ita demũ,quę importat illud eſſe de forma,etiam cui renuntiari nõ poteſt.Feli.in dicto c.cũ dilecta.in x.col.ibi,ſeptimũ ſignũ.ex quo ſequiturꝙ ſi nõ fuerit obſeruatũ,actus eſt nullius effectus,vt in d.c.per Feli.quia forma debet adimpleri ſpecificè.

Dictio,ita demum.

12 *ideo etiã cũ ſit cauſa finalis,ſi ceſſet huiuſmodi cauſa finalis,ceſſare debet & effectus.c. cũ ceſſante. vbi doc.de appe.imò nõ ſufficit,ꝙ dirimatur tale matrimoniũ ad effectũ cõſequẽdi lucra matrimonialia,niſi ſtatim & incõtinẽti errore cõperto,& ſine procraſtinatione, quia lex requirit illũ actũ,ſcilicet quòd dirimatur matrimoniũ cũ illa qualitate ſine procraſtinatione errore cõperto:ergo nõ ſufficit actus ſine qualitate. Bar.in l. Fulcinius.§.cum hoc.ff.quibus ex cauſis in poſ.catur. Pa.in c.ij.in ij.col.& Feli.in xij.col.de reſcriptis.do.meᵒ Iaſon in l.nõ ſolũ.§.fundũ.ff.de noui operis nun.& in l.ſi per aliũ.§.in eũ.ff.ne quis eũ qui in ius voc. eſt vi eximat.qm̃ vt dicit ibi do.meus Iaſ.

Cauſa ceſſante ceſſat effectᵒ

13 * ſermo qualificatus cẽſetur vnũ, & quid indiuiduũ. & poteſt etiam dici,ꝙ ex quo dicitur in illo tex.ꝙ dirimatur tale matrimoniũ ſine procraſtinatione ad effectũ cõſequẽdi talia lucra:ergo ſumendo argumentũ à cõtrario ſenſu,propter dictionẽ ſine,ꝙ ſumitur ſecundũ notata in c.cum apoſtolica.§. nam & in Lateranen.de his quæ fiunt à prælato ſine cõſenſu capituli. ſi fiat talis ſeparatio, ſeu ſi dirimatur cum aliqua procraſtinatione(vt ſit argumentũ à cõtrario ſenſu)nõ cõſequetur effectũ illius legis. Item etiã cùm ſit negatiua vniuerſalis prępoſita verbo,importat neceſſitatem ad hoc vt conſequatur effectus illius legis,ſecundum quod notant doc.poſt gloſ.in c.j.de reg.iur.in vj. Panor.in c.ſi quis contra.in v.col.de fo.compe. & do. meus Iaſ.in l.j.in prin.in lectura quã audiui.ff.de verb.obli.¶ Et per prædicta & multa alia quæ alibi pœnam in meis cõſiliis,dixi ꝙ licet nobilis & potẽs domina,domina comitiſſa de Dammartin, quæ fuit copulata matrimonio cum nobili & potẽte domino,domino Iacobo de la Tremoille,domino de Maulleon,& de Boemier, ignoraſſet tẽpore contracti matrimonij impedimentũ cõſanguinitatis exiſtẽs inter eos, ꝙ tamẽ eo ꝙ proceſſu habito cõtra eã ſuper huiuſmodi matrimonio,ad illud dirimendũ,vſq; ad calculũ perferẽdæ ſententiæ perſeuerauit,contradicendo diſſolutioni huiuſmodi matrimonij, & ꝙ errore comperto, hoc eſt probationibus factis ſuper conſanguinitate illorum ſine vlla procraſtinatione,non dirimit huiuſmodi matrimoniũ:quòd nõ debuit nec debet lucrari omnia bona mobilia dicti quondã domini de Maulleon,eidẽ data in cõtractu matrimonij,in caſu ſoluti matrimonij per mortẽ.Eò etiam,ꝙ vt cõſtabat per proceſſum,ſolùm confeſſus fuit dictus dominus maritus ſe ſciuiſſe quandam affinitatem,ſed,vt dicit,non credebat eam efficacem ad dirimendũ matrimonium, & ſic errauit in iure,ex quo eidem eſt ignoſcendũ.l.regula.§.ſi filiuſfamilias miles. ff.de iuris & facti ignorantia.Item & hoc quo ad fiſcum,ſed quo ad dictam comitiſſam quòd lucretur,non eſt tex.qui dicat hoc.¶ Et ad gloſ.in d.l.qui contra.in verbo,fiſco vendicari.C.de inceſtu nupt.quæ voluit dicere,

Sermo qualificatus.

Caſus facti.

14 * ꝙ quando à ſciente datur ignoranti,remanet apud ignorantẽ.allegat duo iura quę ſunt contraria.Nam primò allegat tex.in l.fi.ff.de leg.j.qui loquitur in his quæ relinquuntur ex teſtamẽto:& text.in l.cùm hic ſtatus.§.fi.ff.de do.inter virum & vxorem.loquitur in his quæ relinquuntur per donationem, vbi dicitur totum contrarium eius quod dicit in d. l.fi.ff.de leg.j.& ſunt multùm diuerſa,vt vult glo.in d.verbo, fiſco vendicari. in ſecunda ſolutione & vlt.quæ eſt verior & melior.Et hoc etiam tenuit gloſ.in l.præfectus.ff.de rit.nupt.quæ hoc indiſtinctè tenet.

A ſciẽte ignoranti data remanent apud ignorantem.

ADDITIO. Aduerte etiam ad dictum Bald.in c.iurauit. in j.col. & Feli. ibi, extrà,de probatio. quòd nunquam habet locum pactũ de lucranda dote in matrimonio putatiuo,etiam ignorãter contracto,quando matrimonium eſt illicitum,eo quòd habet cauſam prohibitionis perpetuam . refert & ſequitur Hyppolytus de Marſiliis in ſing.ſuo cxxix.dum eſſem in partibus Ianuenſiũ.*¶ Item etiam hoc debet eſſe verũ,quando quis ſcit factũ & ius.ſ.quando ſciuit:& factum.ſ.matrimonium tenere,& donationẽ valere. ſecùs autẽ in eo qui ignorauit donationẽ valere,vt hìc: quia putauit matrimoniũ tenere, & ſic donationẽ valere,vt eſt gl.in d.l.cùm hic ſtatus.§.fi.ff.de dona.inter virũ & vxorẽ. Et hoc maximè habet locũ in hoc caſu,

15 cùm non fuerit ſeruata forma. dicta l.qui contra. propter ſupradicta * & propter dictionem, ita demum,quæ

importat

importat formã,& data eſt forma, cui etiã per partes renũtiari nõ poteſt. Bar.in l.fi.in fi.ibi,quæro an ciuitas. C.de ven.rebus ciuitatis.lib.xj.quem allegat Feli.in c.cũ dilecta.in ix.col.ibi,ſeptimũ ſignũ eſt.extrà,de reſcriptis.Et quod debeant ſeruari contenta in d.l.tenet gl.in verbo,cõperto.& plura dixi cõſulẽdo,quæ alibi dicã.

CEſſante tamen hac cõſuetudine diſpoſitio iuris dictat contrariũ,*quia ſoluto matrimonio dos tantũ reſtituitur vxori,quia omnia præſumũtur acquiſita ex bonis mariti,vt l.etiã.C.de do.inter vir.& vxo.in l.v.ff. eo.& an ſit verũ hoc,& quomodo,vide Bal.in l.cũ oportet.in prin.C.de bonis quę libe.Signo.de homodeis. in conſi.cxxiij.quod incipit,factũ ſic proponitur,quædã domina Creſſina.in ſecũda quęſtione.& in cõſ.cxxvij. quod incipit.A.humilis.Ang.conſi. cxxxvij.quod incipit,diſſoluto.vbi etiam quærit & ponit quando mulier acquirit ſoluto matrimonio . ex his pro certo neſcio quid voluerint domini primi inuentores harum conſuetudinum,qui contra iuris diſpoſitionem ita priuilegiauerunt mulieres, & propterea credo quòd non viderant Ioan.Fab.in rub.inſtitu.de nuptiis.qui dicit,quòd caueas ſcire quã partem ſoluto matrimonio habeat vxor,ne deſtruat filios primi mariti,quod pro certo ſæpe contingit. 16 *Soluto matrimonio dos tãtũ reſtituitur vxori.* *Notabile dictum.*

SEd an hæc noſtra conſuetudo habeat locũ in matrimonio per verba de præſenti contracto,nondum conſummato,hoc eſt in ſponſa de præſenti? Bar.in l.nihil.ff.rerũ amota.tenet quòd ſic,per d.l.nihil.& per l.cũ hic ſtatus.§.ſi mulier & maritus.ff.de do.inter vir.& vxo.& l.res.C.de do.inter vir.& vxo.de qua deci. Bar.in d.l.nihil.vide quæ dicit do.meus Iaſ. in l.non tantũ. C.de legatis.ſed vt ad propoſitum redeã,facit quod dicit Bar.in l.cũ pater.ff.de pactis dotalibus.vbi dicit * quòd appellatione vxoris venit ſponſa de præſenti,non ex interpretatione,ſed ex propria ſignificatione.facit glo.in c.ij.in verbo,ſic & electorũ.de tranſ.præla.facit multum bene tex.in l.cũ fuerit.ff.de condi.& demon. nam conditio debet impleri in forma ſpecifica. & tamẽ dicit tex.* quòd ſi debeat legatũ vxori ſi matrimoniũ contraxerit,quòd eoipſo quod cõtraxit per verba de præſenti,licet matrimonium nondũ ſit conſummatum per copulã,quòd conditio eſt impleta, ita quòd debetur legatum.facit l.nuptias.ff.de reg.iur.vbi dicit * nuptias non concubitus,ſed conſenſus facit.hinc videmus quòd multa iura canonica appellant matrimoniũ vinculũ quod eſt inter ſponſos de præſenti. p tet in c.fin.extrà,de ſpõſa duo.in c.ſufficiat.& c.cũ initiatur.xxvij.q.ij.Et facit glo.in c.diſcretionẽ.extrà, de eo qui cognouit cõſanguineã vxo.ſuæ.* vbi etiã adulteriũ cõmittitur cũ ſponſa.hinc eſt tex.in l.fi.ff.de do.inter vir.& vxo.* vbi ſicut prohibetur donatio inter virũ & vxorẽ,ita etiã inter ſponſum & ſpõſam de præſenti.& iſtã opinionẽ Bar. tenuit Pau.de ca.& Ale.per multa.in l.ſi ante nuptias.ff.ſol.ma.tenet Bal.in l.deo nobis.in iiij.col.ver.ſed iuxta hoc pone.C.de epiſ.& cle.& facit quod dicit Bal.in l.j.in ij.q.C.quando vir & vxor.vbi illa lex quę loquitur de vxore,habet locũ in ſponſa de præſenti.idẽ Pau.de ca.in d.l.nihil. & Ang. de Are.in §.fuerat.in xx.col. inſti.de actioni.vbi arguit pro vtraq; parte. Sed finaliter dicit iſtã eſſe tenendã. & ſecundũ eam anno domini M.cccccviij.fuit iudicatũ in balliuatu Diuionen. in fauorẽ dominę Antonię Charuot, nũc vxoris egregij ac ſapientiſſimi magiſtri Guidonis de Moreault vtriuſq; iuris doctoris,contra hæredes hon.& ſapien.viri magiſtri Ioannis Conroy in vtroq; iure licen.quẽ dicta domina Antonia deſpõſauerat per verba de præſenti,& fuit iudicatum pro ea,quòd virtute huius conſuetudinis haberet dimidiã partem bonorum mobilium ipſius quondam Conroy. Dicam latiùs in §.vj.huius tituli.Multi tamen tenent contrariũ,quos refert Felici.in rub.extrà, de ſponſa.Et ibi etiã tenet Fran.de Are.in l.ſi ante nuptias.ff.ſol.mat. ¶Adde etiam vnũ caſum in quo ſpõſa de præſenti non traducta ad domũ,non habetur pro vera vxore. Per do.meum Iaſ.in aut.cui relictum.in j.col. C.de indic.viduita.Et vide eundem do.in aut.præterea.in vij.col.C.vnde vir & vxor. *An conſuetudo noſtra locum habeat in ſponſa.* 17 18 *Legata vxori lo* 19 *cum habent in ſponſa.* 20 *Adul* 21 *terium cõmittitur cũ ſponſa.* *Caſus facti.*

IN TEXTV IBI, Mariée.

QVid * ſi mulier nullam habeat dotẽ licet ſit maritata an debeat habere iſtud ius?Bal.in aut.dos data.C.de do.ante nup.in lectura antiqua,dicit * quòd mulier quæ non dedit dotẽ, non poteſt petere donationẽ propter nuptias,quę propriè dicitur illud ius dotalitij.de quo infra,in pluribus locis,vt dicam infrà,eo.ti.§.vj. *Nã, vt dicit,ex quo mulier nõ ſuſtinet onera dotis,nõ debet ex matrimonio lucrari.l.vſuras.§. inſulã. ff.ſol. mat.l.fi.ff.de excep. & facit ſatis dicta aut.dos data. ſed quãtũ ad hæc iura deciſio Bal.nihil facere videtur,quia dotis conſtitutio ſiue ipſa cauſa dotis,nõ eſt ſola cauſa quare mulier habeat iſta iura ſiue lucra.Sed ratio huius eſt ratio cõmunionis,quæ cõmunio inter ipſos cõiuges exiſtentes, ex conſuetudine & lege noſtra municipali operatur,vt mulier habeat iſta bona mobilia & queſtus pro media parte,ſicut etiã maritus habet in bonis mulieris.Quæ cõmunio poteſt eſſe in muliere indotata,quæ poteſt habere mobilia & queſtus facere, in quibus erit particeps vir,& ſaltẽ dicetur ponere in cõmunione operas,ratione quarũ poterit habere iſta iura.Pro quo facit quod in ſimili voluit Bal.in l.pro oneribus.in fi.C. de iure dotiũ. vbi dicit quòd quãuis vxor nõ habeat dotem,ꝙ tamẽ vir tenetur ſuſtinere onera matrimonij,ſed non ratione dotis,quæ nulla eſt,ſed eo quòd vxor operatur viro.l.ſicut.ff.de operis liber.Sic iſto caſu licet mulier ſit indotata,tamẽ ex quo iſta lucra ſunt ratione matrimonij tantùm,cùm dicat tex.*Femme mariée*, ratione cuius cõmunio eſt inter eos, debebit iſta mulier habere iſta lucra:& ita iudicarem & conſulerem ſi eueniret caſus.dixi eodẽ titu.inf. §.xxij.glo.j.ver.prima eſt. ¶Pro certo iſtud quod hìc tenui videtur eſſe de directo contra tex.ad literam.in §.fi.inci.illud quoq;.in aut. de non eligendo ſecundò nubentes.collatio.j.per me allegatum.inf.in glo.fi.in ſecunda limitatione:propterea non credo eſſe recedendum ab opinione prima, quæ eſt fundata in vera iuris diſpoſitione: nam quandoq; bonus dormittat Homerus,& etiã quandoq; Papinianus variauit.vt in l.maniteſtiſſimi. C. de fur.& teſte Marone, non omnia poſſumus omnes.& vide quæ dixi.inf.in hoc eodem tit.§.xxiij.in glo. *Dez le terme qu'ilz ont promis de payer.* ¶Et etiã quæ dicit G.Benedicti in ſua repe.c.Rayn.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam. nu.lxij.de teſt.vbi tenet primã opinionẽ,per aut.ſed quæ nihil præſtitit. C.de pactis conuentis.etiam, vt dicit ſi fuerit fides habita de precio per maritum,contra Guid.pape quæſtio.cclxxiiij.& ccccclxv. 1 *An cõ-* 2 *ſuetudo locum ha-* 3 *beat in muliere nullã habente dotem.* *Cõſuetudinis huius ratio.* *Autoris opinio.* *Correctio eiuſdẽ opinionis.* *Doctiſſimi aliquando errant.*

ADDITIO. Ioã.Lupus in repe.rub.de donatio.inter vir.& vxo.in §.lxij.nu.xxiiij.ampliat hanc cõſuet. in huiuſmodi ſocietate & cõmunitate,vt etiã habeat locũ ĩ amaſio & amaſia,ſi poſtea cõtrahãt matrimoniũ. Et etiam ampliat,vt dicta ſocietas duret cũ ſuperſtite & filiis alterius mortui,de quo dixi hic antè in hoc §.in prin.huius §.& inf.in tit.*Des ſucceſsions*.§.v.& inf.hoc codẽ §.in gl. *eſt participant*. *

IN TEXTV IBI, *Ou duchie de Bourgongne.*

Casus positio.

POnamus ꝙ Burgundus accipiat vxorem in comitatu Matiscon.vbi non viget hæc consuetudo,& ibi contrahat matrimonium,siue per copulam carnalem,siue per verba de præsenti, non curo, & postmodum adducat ipsam in ducatũ Burgũdiæ,an debeat vxor sua gaudere priuilegio huius consuetudinis,scilicet habere dimidiam partem acquisitorum in dicta Burgundia,& mobiliũ ibi existentiũ?videtur ꝙ non ,* quia inspicienda est consuetudo loci contractus,maximè in matrimonio,prout dicit Io.And.in c.j.de sponsa.& matri.per tex. in l.si fundus.ff.de euic.facit tex.in l.j.§.in honorariis.ff.de var.& extraor.cognitio. idem tenet Bar.in l.cũctos populos.in v.col.ver.& primò quæro.C.de sum tri.*dicens se intelligere locũ cõtractus nõ in quẽ collata est solutio vel traditio, sed in quo celebratus est cõtractus: & loquitur in quolibet cõtractu.& idẽ tenet Ang.quẽ videas in d.l.si fundus.& Bal.in c.j.de inuesti.de re aliena.facta.& ad ista adduco singularem deci.Bal.in tit.de pace Constantiæ.ver.si qua contro. vbi dicit ꝙ si papa cõcedat Tusco feudũ cuiusdã castri Alemaniæ, videtur cõcessisse secundũ cõsuetudinẽ Alemaniæ nõ Tusciæ, & ideo videtur ꝙ consuetudo loci in quo contractũ est matrimonium, scilicet consuetudo vxoris seruanda,& non consuetudo mariti:& maritus videtur contrahere secundum illam consuetudinem quæ viget in loco vbi cõtrahit,per tex.exigere dotem.ff.de iudiciis.

1 Consuetudo loci cõtractus inspicienda.

2 Locus contractus quis dicatur.

COntrariũ teneas,& melius,*& dic ꝙ supradicta loquũtur & procedũt quo ad solẽnitatẽ adhibendã in cõtractu,quo casu attẽditur locus cõtractus.faciũt ad hoc not.per Imo.in c.cũ cõtingat.in xxiij.charta. ext. de iureiu.& per Pe.de anc.in c.ea quę.in xvij.q.de reg.iur.in vj.& Feli. plenè in c.j.in xij.col.ext.de spõ.vbi ponit tres cõclusiones.Sed adhuc intellige cõclusionẽ vno modo,videlicet,*si marit⁹ cõtrahat cũ aliqua in aliquo loco personaliter,secùs si nõ personaliter,quia tũc quo ad solẽnitatẽ inspicitur cõsuetudo viri,& seruãda est,cũ sit caput mulieris.c.hęc imago.xxxiij.q.v.secùs si cõtrahat per nũtiũ,vel per epistolã.iuxta c.fi.de procu.in vj.secũdum Ant.in c.j.de spõsa.& matri.❡In cõtrariũ tamẽ videtur facere quod dicit Bal.in l.multũ.in pe.col.si quis
5 alteri vel sibi.vbi dicit,*ꝙ si ego existẽs Ferrariæ,per nũciũ vel epistolã vẽdo tibi existẽti Bononiæ,cõtractus dicitur celebratus Bononiæ,per tex.& quod ibi Bar.in l.si vt ꝓponis.ff.de fideius.facit quod not. Bal.in l.nõ ideo min⁹.in x.col.C.de accu.& quòd cõsuetudo mariti in hoc casu sit seruãda,tenet in specie do.Ant de But.
6 in c.j.de spõsa.& matri.vbi dicit,*ꝙ si statutũ vel cõsuetudo mariti habeat,ꝙ maritus superueniens debeat lucrari dimidium dotis,seruabitur illa cõsuetudo,vel illud statutũ,licet in loco vbi fuerit contractũ matrimoniũ sit aliud statutũ vel alia cõsuetudo.ratio est,quia eo ꝙ est traducta vxor in domũ mariti,est effecta de domicilio mariti,& eius domiciliũ sequi debet.l.quædã.§.idẽ rescripserũt.l.j.& ibi Bar.ff.ad munici.& ideo cũ destinatione matrimonij videatur esse cõtractũ in domicilio mariti,seruãda est cõsuetudo mariti.Et hoc est per tex.in l.exigere dotẽ.ff.de iudiciis.sed per l.ea quæ.*la seconde*.ff.ad munici.dicit Bal.in l.cũ quædã puella.ff.de iurisd. om.iu.ꝙ in statuto quod facit mẽtionẽ de lucris inter spõsum & spõsam,attẽditur locus cõtract⁹:quia spõsa nõ est facta de domicilio spõsi,ꝑ ea quę dicit ibi,nisi sit spõsa de pręsenti,quia ex quo spõsa de pręsenti facta est de domicilio spõsi,in lucris seruabitur cõsuetudo sponsi,& nõ cõsuetudo loci cõtractus . Idẽ dic ꝙ quo ad solẽnitatẽ obseruãdã post cõsummatũ matrimoniũ attẽditur locus mariti,cũ vxor sequitur eius domiciliũ.vt l.quędã. §.idẽ rescripserũt.in j.not.& ibi Bar.ff.ad munici.Bal.in cõsi.cccxliij.col.iij.ver.modo quæritur.& cõs.ccccxij. col.iij.ver.terti⁹ art.li.iij.Io.de Imo.in cõs.lxiiij.in vlt.col.ver.sed circa prędict.Idẽ Bal.in cõs.cccxxij.in iiij.lib.

3 Prædicta quomodo intelligenda.

4 Quãdo cõsuetudo loci mariti seruetur.

7 Et quãdo vxoris.

QVid autem * si mulier duceret maritum ad locum contractus,qui locus est domus mulieris,vbi non viget consuetudo nostra ? dic ꝙ consuetudo vxoris est inspicienda.Bal.in l.fi.in ij.col.versi.modò quæro quare actor.C.si à non compe. iu.& hoc dummodò appareat ꝙ maritus intendit ibi perpetuò manere & habitare.Per not.per doctores in l.lex Cornelia.§.j.ff.de iniuriis.facit quod not.glo.in l.ij.C.de incolis.lib.x.Facit tex.in l.nihil.ff.de captiuis.& istud dicit Fran.de Crema.in singulari suo lxvj.

8 Quæstio.

SEd quæro,pone * ꝙ maritus habeat domiciliũ in loco domicilij vxoris vbi cõtraxit matrimoniũ,& aliquãdo vitã ducat cũ ipsa vxore,aliquãdo in patria vbi viget hęc cõsuetudo. Vide doctrinã Feli.in hac materia, qui procedit per tres cõclusiones,in c.j.extrà,de spon.& matri.Sed posset fieri distinctio,vbi plus moraretur, & vbi maiorem partem bonorum habet.cogita.❡De hac materia vide Boerium in consuetudine septenæ Bituricen.ti.de consue.matrimonij.§.iiij.in glo.j.vbi ponit tres conclusiones Feli.hîc antè.allegatas.

9 Quæstio.

ITem quæro, pone * quòd aliquis Florentinus in patria ducatus accepit vxorem, & cum ea hîc contraxit, & hîc continuò moratur faciendo mercantias hîc & Florentiæ per seruitores institores & famulos, an vxor sua debeat habere dimidiam partem bonorum mobilium & acquestorum existentium Florentię?Pet.de Anc. consuluit in specie de hac consuetudine existenti in ciuitate Parisiensi,& in Francia,&dicit quòd consuetudo ista respicit bona,& ideo comprehenduntur bona quæ sunt extra locum consuetudinis. allegat Io.And.in additio.ad Spec.in ti.de fide instru.§.compendiosè.imò plus dicit,quòd etiã si testator existens in loco istius consuetudinis disponat in suo testamẽto,quòd mulier habeat dimidiam partem acquisitorum & mobilium, quòd non extenditur ad bona existentia extra locum consuetudinis. Item consuluit in consi. suo clxiij. incipiente, Visis & diligẽter inspectis.quem omnino videas.Ita etiam cõsuluit Fran.de Curte in consi.xliij.suprà alle.Bal. in consi.ccviij.in iij.parte. dicit quòd in dotibus lucrandis attenditur consuetudo domicilij mariti, etiam vbicunque bona sint sita.Quæ autem consuetudo inspici debeat,vide Guido.Pape deci.sua cclxij.

IN TEXTV IBI, *Selon la generale coustume.*

QVæritur, quomodo debet fieri punctuatio in hoc verbo, an debeat fieri sic, *Femme mariee ou duchie de Bourgongne, selon la generale constume dudict duchie*,ita quòd debeat intelligi quòd fiat matrimonium secundum consuetudinem ducatus : an verò debeat sic punctuari , *Femme mariee ou duchie de Bourgongne*, ita quòd per hoc sit participans secundum consuetudinem ducatus Burgundiæ, etiam si non sit dictum quòd sit maritata secundum consuetudinem ducatus Burgundiæ.

IN hac materia dico,ꝙ mihi videtur ꝙ vtraq; litera potest esse & est vera, & vterq; sensus ex litera vtroque modo punctuata acceptus est de mente statuentiũ. Si enim mulier nubat & ducatur longiùs,aut vterq;.s.maritus & vxor,sunt subditi,aut forenses:aut maritus subditus & mulier forẽsis,aut ecõtrà. Si vterq; est subditus, tunc

tunc ista punctuatio nihil operatur. Nã nubendo in ducatu, non solũ videtur velle iuris præsumptione nubere secundũ leges & cõsuetudines ducatus, imò ipso facto secundũ illas nubũt, etiã si nihil esset expressum ab ipsis aut dictũ.* Nã cõsuetudo loci vbi contrahitur subintrat ipsum cõtractũ, vt secundũ illã cõsuetudinẽ intelligatur esse cõtractũ. Tex. est in l. circa locationes. C. locati. vbi cõsuetudo est declaratiua cõtractus. Faciũt not. in l. diuturna. in gl. j. ibi, in matrimoniali. & in l. de quibus. ff. de legi. Et facit qđ signanter in hoc notauit And. Barba. in repetitione Ioãnis in c. Ray. extrà, de test. vbi dicit ꝙ quilibet præsumitur esse talis qualis est sua patria, & dispositio statuti suę patrię. Alle. Pet. de anc. hoc tenere in reportatis suis ad l. tres fratres. ff. de pact. alle. qđ voluit Imo in c. potuit. ext. de loca. Dicit se cõsuluisse apud Lucã, ꝙ quis acceperat emphyteusim pro se & filiis suis, dubitatũ fuit vtrũ fœminæ cõprehẽderẽtur. dicit ꝙ nõ, & allegat dictũ Archi. in c. si quis suadẽte. xvij. q. iiij. qui dicit * ꝙ masculinũ isto casu non cõcipit fœmininũ, nisi cõsuetudo patriæ aliter se haberet: & sic cõsuetudo intrat cõtractũ. Et ipse Barb. allegat pro hoc vnã naturalẽ rationẽ, quæ est Bar. in trac. de guelphis & gibellinis, * ꝙ naturale est vt patrię pareamus. l. veluti. ff. de iusti. & iure. & per cõsequẽs ꝙ pareamus statutis & cõsuetudinibus patriæ: ergo sequitur ꝙ in dubio quis videtur velle id quod vult sua patria, & sic statutũ patrię suæ. * Et in dubio quis videtur velle id qđ vult sua patria. l. ꝙ si nolit. §. si mãcipiũ. ff. de edil. edic. Facit qđ not. Bal. in l. precib⁹. C. de impu. & aliis substi. vbi vult * ꝙ testator presumatur cogitare, & velle id qđ vult lex & statutũ loci in quo actũ facit. Ipse Barba. allegat tex. quẽ dicit esse meliorẽ de corpore iuris in l. si duo. ff. de acqui. hære. per quẽ tex. dicit ipse ꝙ Bal. dicit * ꝙ faciẽs aliquẽ actũ videtur subiicere statuto loquẽti de illo actu. facit l. fideicõmissa. §. si vero. ff. de lega. iij. Per quẽ tex. ibi colligit Bal. ꝙ quis nõ præsumitur velle illud qđ nõ est cõsuetũ fieri. l. fi. C. de fideic. facit. l. cõtraxisse. & ibi Dy. & Bar. ff. de ac. & obl. * vbi cõtractus debet interpretari secũdũ statuta loci vbi est celebratus. facit. l. si. fundus. ff. de euic. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iuris. & ibi Bar. & idẽ Bar. in l. ex ea parte. ff. de verb. obl. in l. si prius. §. j. ff. de aqua. plu. arc. Soleo allegare pro hoc talẽ rationẽ. * Nã bonũ est argumẽtũ de lege scripta ad legẽ nõ scriptã. §. ex nõ scripto. insti. de iure natu. vt sicut ius scriptũ & lex est seruãda, sic etiã & ius nõ scriptũ: sed in cõtrahẽdo, aut alias disponẽdo nemo regulariter potest facere quin leges in suis contractibus habeãt locũ. l. nemo potest. ff. de leg. j. Et ideo si legibus nõ potest renũtiari, sic nec cõsuetudinibus. l. ius publicũ. ff. de pac. l. si quis in cõscribẽdo. C. de pac. & de epis. & cle. & c. si diligẽti. de foro cõpetẽti. ergo sequitur ꝙ in dubio partes videntur disponere secũdũ leges, & sic secundum statuta. Per quę omnia & alia quæ in simili possent adduci copiosè, est dicendum quòd subditi contrahentes matrimonium in ducatu se subiiciunt statuto & consuetudini ducatus. Erit ergo prima conclusio in hoc, quòd punctuatio nihil operatur quantùm ad vtrosque subditos.

1 *Consuetudo loci subintrat contracti.* — 2 — 3 *Patriæ parere naturale.* — 4 — 5 — 6 — 7 — 8 *Arg. de lege scripta ad non scriptam.* — *Conclusio.*

Quantum verò ad nõ subditos illa punctuatio multũ videtur operari.* Nã si clausula secundũ, referatur ad prçcedẽtia, esset sensus ꝙ mulier forẽsis nupta forẽsi secundũ statutũ Burgundiæ, esset particeps pro medietate mobiliũ & questuũ, secundũ formã statuti. qđ quãdo procedit, est videndũ. Et pro nũc ego credo quòd etiã si nõ cõtrahãt in ducatu, sed alibi, & exprimãt ꝙ hoc faciũt secundũ cõsuetudinẽ ducatus Burgũdię, nã partes possũt in cõtractibus suis apponere legẽ q̃ voluerũt. l. j. §. si cõueniat. ff. depositi. & possunt facere pacta, & illa seruare tenẽtur quæ sunt licita & iuri nõ cõtraria, aut repugnãtia. l. j. ff. de pac. d. §. si cõueniat. ff. depositi. Si ergo hoc fecerãt per pactũ, etiã seclusa cõsuetudine vbicunque seruanda, est ergo verũ dicere ꝙ mulier nupta vbicunq; & multo fortiùs in ducatu Burgundiæ, secundũ statuta Burgundię erit particeps, & nõ solùm ex forma statuti, imò etiam ex expressa partium conuentione: & multo fortiùs si contraxerint in ipso ducatu, licet sint forenses: quia appositio illius pacti eos in vim pacti ligaret, vt suprà dictum est. Et punctuatio, quam facit vt per hoc iungatur illa clausula, *selon*, præcedenti, facit innuere pactum esse factum. Stat ergo conclusio, quæ erit secunda in hac materia, quòd forensis in ducatu, aut extra, poterit saltem in vim pacti contrahere matrimonium, sic vt hoc statutum inter ipsos habeat locum: & sic poterit dici quando alter contrahentium esset forensis, alter subditus, quòd hoc non operatur statutum, sed expressa conuentio.

9 *Alius consuetudinis nostr. intellectus quo ad forenses.* — *Secunda conclusio.*

Si verò clausula, *selon*, referatur ad sequẽtẽ clausulã, est participiũ, & est maius dubiũ & quãtũ ad ambos terminos, * vt. f. si forẽsis & vxor cõtrahant matrimoniũ in ducatu Burgũdiæ, absq; pacto cõformi statuto, aut absq; eo ꝙ dicãt ꝙ volũt cõtrahere secũdum statutũ Burgũdiæ est illa quæstio, vtrũ forẽsis ligetur statuto, de quo per Bar. in l. cunctos populos. ibi, nunc veniamus. C. de sum. tri. & fide catho. Quam etiam ibi examinauerunt Bal. & Sali. per multas quæstiones, & tãdẽ cõcludũt ꝙ quantũ ad solẽnitatẽ inspicitur locus cõtractus. l. si fundus. vbi paucis verbis hoc not. Bar. ff. de euic. Facit l. ij. C. quẽad. testa. aperi. * & secundũ hoc si forẽses contrahãt matrimoniũ in ducatu Burgũdię, ligãtur statuto isto, & fortiùs, quia si in loco originis lis oriatur de huiusmodi cõtractu, decidetur secũdũ statuta cõtractus loci: & sic si forẽses cõtrahãt matrimoniũ in ducatu, & in loco originis oriatur lis de obseruatione huius statuti. pro huiusmodi decisione inspicitur locus cõtractus. d. l. si fundus. in prin. Ita Bar. & d. l. cunctos. qui dicit debere intelligi locum contractus, locum vbi est celebratus contractus. & ita dicit sensisse Dy. Et ipse hoc ibi dicit in l. quęsiuisse. ff. de ac. & ob. Si ergo forenses cõtrahant in ducatu Burgũdiæ, ligantur statuto: si inter ipsos de effectu huius statuti lis oriatur, iudicabitur secundum statutum, & decidetur: sed bene verum est, quòd in huiusmodi litigio & examinatione seruabitur locus iudicij. l. iij. in fi. ff. de testi. vbi quantùm ad litis ordinationem inspicitur locus iudicij, secundum dictum Bar. in dicto loco. fallit tamen in casu l. exigere dotem. ff. de iudi. de quo alibi infrà dicam.

10 *Terti⁹ intellect⁹.* — 11 *Forẽses ligantur statuto.*

Erit ergo in hoc tertia conclusio, ꝙ nubẽtes in ducatu Burgundiæ etiã si sunt forenses, nubunt secundũ statuta Burgundiæ, & militabit hoc statutũ: & poterit impunè illa clausula, *selon*, iungi sequentibus. verificabitur statutũ, & erit conclusio, ꝙ forenses cõtrahentes in territorio, ligantur statuto illius. pro quo facit quod vult Bar. in d. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide cat. dũ dicit, * ꝙ statutũ loquẽs indefinite habet locũ in forẽsibus residẽtib⁹ in loco statuti. d. l. ij. quẽad. test. ape. & vt hoc statutũ nostrũ, quod loquitur indefinitè, ibi militet, nisi dicatur ꝙ obstet id quod statutũ dicit, *femme*, & sic limitat personam: & cũ dicit, *ou duchie*, limitat prouincias, quo casu non porrigentur ad forenses l. fi. ff. de testa. l. conficiuntur. § si miles. ff. de iure condicillo. Sed si alter sit subditus, & quidẽ si cõtrahatur matrimoniũ in ducatu, procedit quod suprà dictũ est, quia mili-

Tertia cõclusio. — 12

tabit ſtatutũ,& in hoc nullũ eſt dubiũ q̃tũ ad bona ſita in territorio ſtatuẽ. Sed q̃tũ ad bona exiſtẽtia extra du
catũ eſt maius dubiũ,& eſt illa quæſtio, vtrũ ſtatutũ ſeu effectus ſtatuti porrigitur extra territorium , & in hoc
B .r.in d.l.cũctos populos.in v.col.ibi ſæpe.& Bal.& Sali. ſatis prolixè ibi examinãt , tandẽ vidẽtur declinare
quod ſtatuta permiſſiua facta in loco cõtractus nõ habent effectum extra territorium, quoniam permittitur id
quod de iure communi non permittebatur,ſed tantùm quibuſdam ex ſtatuto, vt in caſu noſtro, ꝙ de iure cõ
muni non obſeruatur quod diſponitur hoc ſtatuto,ſed quaſi eſt irrationabile ſecundũ notata in c.j.de conſue.
& iſto caſu dicit Bar.quòd non extenditur extra territorium ſtatuentium. facit l.ij.ff. de offi.proc.c.Romana.
ver.nec clericos.de foro competen.lib.vj.ſecus ſi eſſet ciuis,quod eſt de iure.

ADuerte ꝙ ſi vir eſſet ſubditus,& mulier forenſis,& cõtrahatur matrimoniũ in loco mulieris,videtur ꝙ de-
beat obſeruari in dubio locus dñi,ſ.mariti,vt .ſ.militare debeat hoc ſtatutũ,quia pro hoc videtur caſus in
l.exigere dotẽ.ff.de iu.vbi dicit Bar.ſtãte ſtatuto ꝙ muliere mortua in matrimonio vir lucratur tertiã partẽ do-
tis.& in loco domicilij ſit aliud ſtatutũ,ſiue cõſuetudo ꝙ eſt inſpiciẽdũ illud ſtatutũ ſine cõſuetudo illius domi
Conclusio quarta. cilij,& nõ celebrati,cõtractus tãtũ:erit ergo vera cõcluſio,ꝙ celebrato cõtractu matrimonij in loco mulieris in
quo fortè nõ erit hoc ſtatutũ,& abſq; expreſſione huius ſtatuti, tamẽ in loco domicilij mariti habebit locum
hoc ſtatutũ,& poterit mulier etiã forenſis mortuo viro gaudere beneficio huius ſtatuti. per d.l.exigere , quod
eſt notabile,& ſimiliter licet celebraretur cõtractus in Burgũdia,& tamẽ vir ſit forẽſis,& nihil ſit dictũ de ſta
tuto,quicquid ſupra dixerim,inſpicietur locus ſui domicilij,& hoc ꝑpter ſpecialitatẽ illius legis,exigere dotẽ,
& erit aliquo modo cõtrarium cõcluſioni iuris,quam ſuprà feci, quę tamen in cæteris contractibus militabit.

Dubium. SED inſurgere poſſet aliud dubiũ,ſi Burgundus habens bona in ducatu contrahat matrimoniũ cum Niuer
nen.& in loco domicilij vxoris,& fuerit dictum ꝙ contractus matrimonij regularetur ſecundum cõſue-
tudinem Niuernen.an in bonis mariti exiſtentibus in ducatu Burgundię debeat ſeruari conſuetudo Niuernẽ.
dixi amplè.infrà hoc eodem tit.§.xx.in gl. *& auec ce*,quæ eſt finalis.

IN TEXTV IBI, *Et participant.*

SVnt ergo vir & vxor ſocij,& cõmunes in bonis mobilibus & acqueſtibus cõſtante matrimonio factis,vt
1 *Societas viri & vxoris.* dicit Io.Fa.in aut.de donatiõe.C.de ſecũ.nuptiis.Cy.in l.cũctos populos.in pe.col. C.de ſum.tri.* & talis
ſocietas quæ eſt inter virũ & vxorẽ nõ eſt minus priuilegiata,q̃ expreſſa ſocietas quæ fit inter alios.l.rei iudica
tę.§.ſocero quoq;.ff.ſol.mat.& ibi Bal.& idẽ Bal.in l.ſi vxore.C.de cõd.inſertis.& dicit Ale.cõſi.lxxxvj.inci.
2 ſuper dictis.in v.col.*ꝙ ſocietas omniũ bonorũ poteſt eſſe inter virũ & vxorẽ.intellige tamẽ prædictã cõſue-
tudinẽ nõ habere locũ in re donata marito, quãdo donans prohibuit ne vxor participaret , vt dicit Henricus
bohyc.in c.requiſiſti.§.ſecus.in prin.extrà,de teſt.& inf.dicetur gl.fi.ver.limita quinto. & de cõmunitate inter
cõiuges vide §.ix.iſtius tituli. ¶ Vide Boeriũ in cõſue.Bituricẽ.ti.de cõſue.matri.& doharij.§.ij.in gl.vbi am-
plè ponit de iſta cõmunione,& in quibus locis ſeruetur.Et etiã de iſta cõmuniõe ponũt nouiſſimi in l.marit⁹.
3 ff.ſol.mat.*Et aduerte ꝙ de iure poſſunt fieri affrayramẽta,hoc eſt ſocietates inter virũ & vxorẽ.l.alimẽta.§.
fi.ff.de ali.& ciba.le. ¶ Vide in hoc G.Benedicti in repe.c.Ray.in verbo, & vxorẽ nomine Adelaſiã. nu.789.
4 de teſt.iã ſuprà allegat. * ¶ *Et etiã quãdo cõiuges faciũt & cõueniũt in contractu matrimonij ꝙ poſſint ſibi
inuicẽ donare, intelligitur dũtamen reciprocè, & ſeruata æqualitate.vt dicit Bal.per illũ tex.in l.ſi pater.C.de
5 inof.teſta.Aut per modũ remunerationis,vt l.quid autẽ.§.ſi vir.ff.de do.inter vir.& vxorẽ.* Et an talia pacta
vel etiã ſtatuta tollãt diſpoſitionẽ.l.hac edictali.C.de ſecũ.nup.vide Lud.Ro.conſi.ſuo.xliiij.inci.ex ſuprà nar
rato.Et de prædictis omnibus vide do.Ant.de petrucia in ſuo tractatu & repetitione de effectibus iuramẽti,in
ſecundo effectu. ¶ Aduerte tamẽ,quia vt vides,hæc ſocietas non eſt vniuerſalis omnium bonorũ,& ideo non
cõmunicantur ſucceſſiones hæreditatis,legata & alia de quibus in l.nec adiecit.cũ tribus ſequẽ. ff. pro ſocio.

ADuerte quia hæc ſocietas durat etiam poſt mortem mariti,in tantum ꝙ ſi mulier poſt mortem mariti ac-
quirat,communicari debet cum hæredibus mariti,quia antequam nubat videtur eſſe ſemper in primo ma-
trimonio.vide per Io.lupum in repetitione rub.de do.inter virum & vxorem.§.lxij.nu.25.& 26.

6 *Quæſtio notabilis.* SED quæro*de notabili quæſtione,pone ꝙ maritus acquirat aliquid pro & nomine ſuo (non eſt dubiũ ꝙ
cõmunicari debet, ſed tamen traditio fuit ſibi facta & nomine ſuo) nunquid in iſta acquiſitione ſit tranſla
tũ dominiũ in vxorẽ ipſo iure pro media parte, quã participat cũ marito in acquiſitis pro dimidia parte. ¶ Vi-
detur ꝙ ſic, per tex.qui loquitur per verbũ præſentis tẽporis,*eſt participant*,indicatiui modi,qđ verbũ impor
tat ipſo iure.per gl.in l.in criminali.C.de iuriſ.om.iud.ita do.me⁹ Iaſ.in l.j.in ij.col.C.de iur.& facti igno.ideo
in tali conſuetudine quæ erat poſita per alia verba,puta per hæc verba,ꝙ acquiſita per virũ & vxorẽ ſint com
munia.cõſuluit Pet.de anc.ꝙ mulier in tali nõ habet dominiũ,nec in ipſa trãſfertur ipſo iure.& cõſuluit ꝙ præ
fertur donatarius cui maritus donauerat acquiſita per ſe cõſtãte matrimonio.fundat ſe ſuper verbo, ſint cõmu
nia,ꝙ nõ eſt pręſentis tẽporis indicatiui modi,ita cõſuluit cõſ.ſuo cij.inci.cõtra dictã donationẽ poteſt dici &
obiici.in j.col. quẽ vide.& facit tex.in l.ſi ſocietatẽ.ff.pro ſocio.vbi tex. dicit ꝙ in ſocios vniuerſorũ bonorũ
Opponit. dominiũ queſitorũ ab vno nõ trãſit pro parte in alterũ ipſo iure.De hac quæſtione vide per Io.lupũ in d.re-
pe.ru.de dona.inter vir.& vxorẽ.§.lxv.nu.11.ver.idẽ videtur. ¶ Sed mihi videtur, ꝙ hoc adhuc nõ poſſit ſtare
ꝙ dominiũ trãſferatur in vxorẽ,quia videretur ꝙ per hoc tolleretur effectus vnius cõſuetudinis ſequẽtis, inci.
le mary cõſtant le mariage peult diſpoſer & ordonner , nã ſi maritus de acquiſitis poſſit diſponere ad beneplaci-
tũ,ergo nõ videtur ꝙ dominiũ fuit trãſlatũ ipſo iure in vxorẽ,quia illa dimidia pars eſſet vxoris,nõ poſſet à ſe
Reſpõdet. abdicari ſine facto,& volũtate ſua,nec re ſua poſſet inuita priuari,qđ tamẽ poteſt maritus. ¶ Sed ad hoc dic ꝙ
licet etiã dominiũ ſit in vxorẽ trãſlatũ,adhuc poteſt maritus alienare & diſponere de acquiſitis cõſtãte matri-
monio,qđ expreſſiùs apparet per dictã cõſuetudinẽ ſeq.vbi dicitur ꝙ dicta cõſuetudo habet locũ etiã ſi mari-
tus & vxor acquiſiuerũt ſimul.quo caſu nõ eſt dubiũ ꝙ tũc pro dimidia parte trãſfertur dominiũ in vxorẽ, &
tamẽ maritus poteſt diſponere.quare hoc dicã in dicta cõſuetudine , & videtur eſſe multũ rigoroſa conſuetu-
do contra vxores,ſed poſſet dici ꝙ ex quo grauantur mariti , quòd de acquiſitis eorum vxores habeant dimi
diam partem cõtra diſpoſitionẽ iuris,releuantur in hoc , ꝙ ad minus in vita eorum poſſunt diſponere de eis.
¶ Videtur

¶ Videtur tamen quòd hoc casu dominiũ ipso iure sit translatum in vxorem.per gl. reputatam singularem in l.j.§.in societate.ff.pro socio.pro qua facit tex.in l.si societatem contraxerit.ff.eo.pro socio. & etiam sine traditione,vt tenet Azo in summa,in iiij.col. C.pro socio. Et ita videtur tenere Io.lupus in repetitione rubricę,de donatione inter virum & vxorem.§.lxvj.nu.24.ver.vel aliter,fortè melius. *

IN TEXTV IBI, *Tous meubles.*

ALia punctuatio quę hic fit aut fieri posset,potest facere dubiũ in hac cõsuetudine.s.quãdo dicitur *meubles*,& hìc fiat punctus,itaꝙ cõprehendãtur omnia mobilia quæ possidet maritus tẽpore cõsummati matrimonij.qđ credo veriùs,& hũc sensum esse verũ & statutũ nostrũ.& illa clausula quę sequitur,*faictz constant le mariage*,nõ refertur ad mobilia, prout nec debet referri, * quia licet clausula finalis in fine posita debeat referri ad omnia præcedentia,secũdũ notata.in l.j.C.de liber.præteri.& dicã inf.tamẽ quãdo repugnat naturæ,ratio- ni aut cõtradicui,ratio suadet,ꝙ debet tantũ referri ad proxima.ita tenet Alex.in cõs.suo cxxxviij.inci. opportunè cõsideratis.in j.vol.facit l.si.ff.de calũ.l.Papinianus exuli.ff.de mino.& l.qui in potestate.C. de in ius vocãdo.facit l.q̃ bis in mẽse purgatur.ff.de edi.edicto.q̃ sic induco.dicit enim in prin. quæ bis in mẽse purgatur, sana nõ est.in secunda clausula dicit,itẽ quæ nõ purgatur.& in fine dicit,nisi per ætatẽ accidat,nã illa vltima clausula,nisi per ætatẽ,nõ refertur ad primã,quæ habet,quòd mulier quæ bis in mẽse purgatur sana nõ est,quia ætas nunquã facit quòd mulier bis in mense purgari debeat,sed bene potest referri ad secundã, quia ætas iuuenilis,aut senescens facit purgationẽ mulierũ cessare.sic isto casu illa clausula,*faictz constant le mariage*,salua ratione recti sermonis,secũdũ communẽ vsum loquẽdi non posset ad primã clausulã referri,quia proprietas sermonis hoc nõ patitur, secũdũ cõmunẽ vsum loquẽdi,& magis cõgruũt illa verba *faictz*,illi dictioni *aquestz*, quæ quęstus dicũtur fieri,quã illi dictioni *meubles*,quę prę sumũtur iam facta esse à lege,& ideo quia repugnat proprietas sermonis,refertur tantũ ad proxima.l.quæ.data.§.j.ff.ex.quibus cau.maiores. secundum Old. in consi. cxxxij.alle.per do.meum Ias.in l.j.in xj.limitatione.C.de libe.præte.

ADDITIO. Faciũt quæ dicit Mat.de af.in cõsti.regni Sici.quæ incipit,aduocatos.in xiij.not.vbi ponit regulã cũ aliquibus restrictionibus,quæ sunt multũ notabiles.& vide eundẽ in cõsti. quæ incipit,prosequẽdis.in xij.no.in iij.lib.* ¶ Posset etiã dici quòd ista clausula vltima,*constant le mariage*,referetur ad omnia præcedentia,& illa æqualiter determinaret,per regulã vulgatã,* quãdo vna determinatio respicit duo determinabilia,debet illa æqualiter determinare.Bar.& do.meus Ias.in l.iã hoc iure.pe.col.ff.de vulg. & pupi.& ideo fieret pũctus *meubles*, & *acquestz faictz constant le mariage*,& facit illa cõiunctio &, quę prędicta facit simul copulata & cõiuncta fieri.l.reos.§.cũ in tabulis.ff.de duobus reis.l.j.& ij. C. si plures vna sent. dãna.fue.notatur in l.si mihi & Titio.ff.de verb.obl. & erit sensus ꝙ mulier & vir erũt cõmunes in bonis mobilibus & quęstibus factis cõstãte eorũ matrimonio.& hic sensus erit bonus,verus & bene applaudẽs. ¶ Sed oriretur vnũ dubiũ.s.vtrũ erit tantũ cõmunio inter ipsos mobiliũ factorũ cõstãte matrimonio,qđ videtur dicendũ habito hoc sensu, vt de duobus copulatis idẽ iudicetur, & ideo hæc difficultas fecit me cogitare hanc punctuationẽ.quid in hoc sit dicendũ? dico ꝙ erit inter ipsos cõmunio bonorũ mobiliũ ab ipsis possessorũ à tẽpore cõsummati matrimonij,& cõmunio quæstuũ factorũ cõstante eorũ matrimonio inter quos quęstus potuerũt cõprehendi mobilia:nã & de mobilibus potest quæstus fieri sicut de immobilibus,nec sub nomine mobilium antè possessorũ,aut pòst acquisitorũ sub nomine quæstuũ aut mobiliũ,mobilia erũt communia. ¶ Vel veriùs potest dici,ꝙ mobilia quæ cõstante matrimonio sunt acquisita,nõ erunt communia sub illo vocabulo, *acquestz*,sed sub illo,*meubles*, & hæc mobilia & quæstus ponuntur vt genus & species: vt mobilia sit species, quæstus sit genus.& succedit regula,*ꝙ vnũ verbũ speciale additũ alteri generali,restringit eius significatum.l. sed si adiiciatur.& ibi Bar.ff.pro so. ¶ Alex.in consi.viij.in j.col.in iij.vol.& in consi.lix.inci.attẽtis verbis test. in fi.in iij.vol.& meliùs in consi.lxxvij.in iiij.vol.& aduerte ad id quod dicit idẽ Alex.in consi.lj.in iij.vol.post Bar.in l.auia.ff.de condi.& demon.ꝙ maioris efficaciæ est clausula posita in præcedentibus,vt referatur ad sequẽtia,q̃ clausula posita in sequẽtibus,vt referatur ad præcedẽtia.refert & sequitur Mat.de af.in cõsti.regni Siciliæ,quæ incipit,pœnã.in xxj.& vlt.not.& idẽ Mat.in cõsti.quæ incipit,iurisgentiũ.in iiij.col. vbi etiã dicit,ꝙ verba specialia in fine posita restringũt generalia.Alex.in consi.lij.in iij.vol.dicit ꝙ qualitas in sequẽti oratione nõ refertur ad pręcedẽtẽ.& in cõsi.xcix.in vij.vol.nu.9.dicit ꝙ qualitas in pręcedẽti oratione posita,cẽsetur repetita in seq.l.qui vinũ.§.cui dulcia.ff.de vi.oleo.tri.q;.leg.vbi Bar.dicit,quãdo verba diuersa se habẽt vt genus & species,species restringit genus, maximè qm̃ cõmuniter sic fieri solet,vbi *meubles*, est species acquestus: & ideo statutũ de duobus faciẽs mentionẽ,videtur genus,scilicet quæstus restringi ad alia q̃ mobilia specificata.

¶ Aduerte * quòd quãdo vna determinatio respicit plura determinabilia,videtur ea æqualiter determinare. Bar.& do.meus Ias.in l.iam hoc iure.in pe.col.ff.de vul.& pup.subst.& do.meus Ias.in l.Centurio.col.xviij.ff. eo.dicit,*ꝙ qualitas posita in fi.determinat omnia præcedẽtia.& dicit Bar.in l.extat.col.ij.ff.ꝙ metus causa.& Ale.post Imo.in l.cũ filio.ff.de leg.j.ꝙ quãdo ponũtur antè duo substãtiua,& postea ponitur vnũ adiectiuũ,ꝙ illud dicitur venire ad determinationẽ vtriusq;,quãdo hoc potest fieri salua ratione recti sermonis. ¶ Vel etiã quãdo est habile vel possibile,vt dicit Bal.in c.j.in vij.col.de offi.dele.& in l.quicũq;.C.de seruis fugi.* Quod hìc videtur fieri posse,cùm sit plurale:& sic potest referri illud adiectiuũ,*faictz*,positũ in textu nostræ cõsuetudinis,ad illa duo.s.ad mobilia & acquestus,tanq̃ ad habile & possibile ad vltimũ:sed veriùs potest dici,ꝙ fit relatio ad proximũ,& istud colligi potest ex sequẽti §.cùm dicat,*des meubles cõmuns,& des heritages acquis*.Et sic fiet determinatio vnius statuti per aliud,quod debet fieri secundũ Bar.in l.sciendũ.ff.qui satis.cog.Et ita etiã se habet cõsuetudo & cõmunis obseruantia. ¶ Et quia hìc dictæ nostræ consuetudinis textus dicit,de *tous meubles*,*an etiã cõprehẽdi debeãt mobilia prouenientia ex hæreditate mariti? videtur ꝙ nõ:quia licet generaliter loquatur,& qui totũ dicit nihil excludat.l.Iulianus.ff.de leg.iij.tamẽ quia esset in duob⁹ correctoria iuris cõmunis,videtur ꝙ illa generalitas nõ extendatur ad illa,maximè cùm de illis sit specialis lex, quæ est.s.*ꝙ hæreditas nõ cõmunicatur,& alia magis generalis,* ꝙ acquisita ꝑ maritũ cõstãte matrimonio sibi cõpetũt,& nõ vxori.l.ex pecunia.C.de iure dotiũ.ideo videtur ꝙ ex quo ista lex est noua,licet generaliter loquatur,nõ tamẽ

[Right margin notes:]
1 Vnus intellectus huius consuetudinis.
2 Regula.
Dubium.
3 Regula.
4
5 Qualitatis in fine positæ effectus.
6 Determinatio vni⁹ statuti per aliud.
7 Hæreditas nõ cõ
8 municatur.

debet tollere legẽ specialẽ, quæ est de hæreditate, nisi expressè de ea faciat mentionẽ, per regulã l. sciendũ. ff. qui satis. cog. de qua dixi in §. ij. in glo. *quelque part.* infrà, in tit. *des mainsmortes.* ¶ Etiam facit, quia ex quo sunt duo obstãtia, sicut clausula generalis nõ obstãte ea nõ tolleret, nisi de vtroque fieret mẽtio, vt dicit Bal in l. & si nõ sex eli ascentia. ff. de hære. insti. sic lex generalis sequens nõ tollet duas leges, vnã videlicet generalem, & aliam specialẽ, cùm posset habere effectum in generali. ¶ Et faciũt ad prædicta quæ dicit do. meus Ias. in d. l. sciendũ. & in l. beneficiũ. in vj. col. ff. de cõsti. principũ. licet ista videãtur satis iuridica, & in iure fundata, maximè in hac nostra patria quo ad bona vxoris, quæ eidẽ obueniũt ex hæreditate. Cùm cõsuetudo tãtũ disponat in bonis mobilibus & acquęstibus factis per maritũ cõstãte matrimonio, vt dixi in prin. huius §. tamẽ quia, vt communiter videm⁹, hæc cõsuetudo nostra capit cõtrariã interpretationẽ ex cõmuni vsu vtendi. Cũ oĩa bona mobilia semp & vndecũq; ꝓueniãt, siue ex parte viri, siue ex parte vxoris, cõmunicãtur, & sunt cõia: crederẽ ꝙ ita iudicãdum esset, cũ minimè mutãda sint quæ certã interpretationẽ receperũt. l. minimè. ff. de legi. & dixi in plurib⁹ locis.

9 *Mobiliũ appellatione quid veniat.*

SED nunc pro cõplemento huius glossæ quęro, *quid veniat appellatione mobilium? Et primò videndum est, an veniant actiones. dic, *ꝙ licet actiones seu nomina debitorum sint species inter mobilia & immobilia. l. quam Tuberonis. §. pe. ff. de pecu. l. à diuo Pio. §. in vẽditione. ff. de re iu. tamẽ si actio continet quid mobile, iudicatur esse quid mobile: si verò cõprehendat quid immobile, iudicatur quid immobile. ita Ang. in §. j. in verbo, connumerãda. in aut. de non alie. colla. Ita refert & sequitur do. Alex. in cõsi. suo xxxj. inci. viso ti. quęstionis. in iij. col. in j. volu. quod est repetitũ in cõsi. cxj. in iiij. vol. in cõsi. ix. in pe. & vlt. col. inci. Visis verbis testamenti. in j. vol. & in consi. xxvij. inci. attentis narratis. in vlt. col. in iij. vol. & in consi. cxxv. inci. Visis & cõsideratis. in fi. in j. vol. & in consi. xlv. inci. Habita super his. de quibus in iiij. col. in j. vol. & in consi. suo xvj. inci. Viso ti. quæstionis. in fi. in j. vol. & in consi. xij. in iij. col. in ij. vol. Idẽ Alex. in d. §. in vẽditione. Car. Flo. in cõsi. suo lxxij. inci. Redẽptoris nostri, &c. in j. vol. Lud. Ro. in cõsi. ccccclx. in vij. col. & vide Guid. Pape. q. ccccxcix.

10 *Actiones.*

11 *Pœnæ applicãdæ.*

¶ Aduerte, * ꝙ actio quæ cõtinet genus, aut cõpetit ad genus, non cõputatur inter mobilia nec immobilia,
12 sed erit species de per se. Ita tenet Lapus alle. xcij. inci. In primis videndum est. in fi. vbi dicit, *ꝙ cõsuetudo irrationabilis, & contra ius faciẽs mentionem de bonis mobilibus & immobilibus, non extenditur ad nomina
13 continentia genus. Quod not. Adde etiam * quòd pœnæ applicandæ nondum exactæ non comprehenduntur inter mobilia & immobilia. Alex. in consi. suo cxxv. in v. colum. in j. volumi.

VIde per Old. in cõsi. ccxiiij. inci. factũ tale est. vbi dicit ꝙ in talibus multũ attendẽdus est cõmunis vsus loquẽdi & vtẽdi. Ex quo ergo per cõsuetudines nostras tantũ fit mentio & distinctio mobiliũ & immobiliũ in pluribus locis, & quòd cõmuniter vtamur quòd appellatiõe mobiliũ cõtinẽtur ea generaliter quæ nõ cũ effectu & realiter, licet sint actiones & nomina debitorum, standum est apud nos huic communi vsui vtendi.

14 *Iura incorporalia.*

QVid * autẽ de iuribus incorporalibus? dic ꝙ propriè dicuntur esse tertia species inter mobilia & immobilia, vt in terminis tenet do. Alex. in consi. suo. lij. in j. vol. ¶ Et aduerte * quòd seruus rusticus qui est
15 deputatus prædio, dicitur esse immobilis. Ita Panor. in c. nulli. in j. col. extrà, de rebus eccle. non alie.

16 *Pecunia destinata in emptionem prædiorũ.*

QVid * autẽ de pecunia destinata in emptionẽ prædiorũ, an sit res mobilis vel immobilis? Dic ꝙ est immobilis, & inter immobilia cõnumeratur. per tex. in l. iij. §. quid ergo. ff. de cõtra. iu. tute. qui tex. reputatur singularis ad hoc per Lud. Ro. in l. si ex legati causa. ff. de ver. obl. Pa. & Barb. in c. nulli. ext. de reb. eccl. nõ alie. Et ideo dicit in specie Albe. de Rosa. in ij. parte statutorũ. q. ccvij. quæ incipit, Itẽ habeo duas pulchras q̃stiones, ꝙ stãte statuto, ꝙ marito præmoriẽte vxor succedat in dimidia immobiliũ, certè mulier habebit dimidiã mille florenorũ dispositorũ pro cõparatiõe prędiorũ. alle. ad hoc l. & si nõ sunt. §. quid ergo. ff. de auro & arg. leg. & l. granaria. ff. de ac. emp. Et istud idẽ tenet Lud. Ro. cõsi. clxxxviij. inci. ĩ hac causa mihi cõcessa. in fi. * vbi dicit idẽ esse in pecunia quæ est destinata in emptionẽ annui reddit⁹, ꝑ cle. exiui. § cũq; annui redditus. de ver. sig. Dicũt Dy. Bal. Rapha. & Io. de Imo. ꝙ hoc nõ est verũ in cõsuetudine faciẽte differentiã inter mobilia & immobilia. ideo in specie dicit Bal. in suis statutis, in verbo, bona. ver. statutũ siue cõsuetudo. * ꝙ si aliter diuidãtur bona mobilia, & aliter immobilia inter virũ & vxorẽ, ꝙ appellatione mobiliũ nõ cõprehenderetur pecunia in emptionẽ prędiorũ destinata, quia illa cõsuetudo est cõtra ius cõmune, ideo nõ adaptatur ad fictionem. Et faciũt quæ dicit Lud Bolog. in cõsi. suo xxxix. inci. vt in præsenti cõsultatione. in pe. col. & istã deci. tenent Bal. Cy. Ang. & do. meus Ias. qui plenè examinat in l. cætera. §. sed si parauerit. ff. de lega. j. vbi respondet ad impugnationes Rapha. & Ro. & finaliter tenet istam vltimam, per rationem hìc antè dictam.

17 *Pecunia destinata in emptionẽ annui redditus.*

ADDITIO. Vide Claudiũ de aquis dictũ de seysello in l. explicito. §. fuit quæsitum. post alios, qui dicit ꝙ pecunia est res quę seruari nõ potest nisi sit destinata in emptionẽ prędiorũ, quia destinatũ habetur pro facto, vt etiã tenet Ale. consi. cxix. in antepe. col. in iij. vol. & cõsi. cvij. in iij. & iiij. col. eo vol.

18 *De animalibus ad soccidã datis.*

47 *Consuetudinis nostræ limitatiões.* LImita *prędictā consuetudinē,quando supradictum est ꝙ coniunctus pro cōiuncto admittitur ad comparendum in iudicio sine mandato,sexdecim limitationibus positis per do. meum Ias.& Alex.in l. exigendi. C.de procu.ex quibus notat vnum,videlicet ꝙ nō habet locū si maritus cōparcat in iudicio tanquam procurator,quia si non constat de mandato procuratorio,non potest sustineri iudicium tanquam factū à marito.ita per plura tenet do.meus in d.l.exigendi.& in l.maritus.C.de procu. & istud fuit consilium Lud.Ro.cōsi.ccccxlvj. quod incipit,primus propositæ consultationis articulus.quem alleg.do.meus Ias.in prædictis locis.

QVibus adde quatuor,primò quòd coniunctus pro coniuncto præsenti nō potest comparere sine speciali mandato.Imo.in c.cùm M.Ferrarien.extrà,de consti.& Alex.in l.non solùm.ff.soluto matrimonio.

SEcundò pro limitatione dic quòd coniunctus pro coniuncto non potest petere decretum iudicis interponi super contractu coniunctæ personæ.facit text.in l.minorum.C.de prædiis mi.

TErtiò adde quòd coniunctæ personæ protestari non potest.ita Feli.in c.cùm M.Ferrarien. in xvij.colum. extrà,de constitutio.

QVartò adde quòd coniuncta persona solutionem recipere non potest.Ias.in l.non solùm.j.col.ff.solut. matrimo.& quomodo intelligatur,vide eundem do.Ias.in l.filius.C.de pac. Panor. & Feli.in d.c.cum M.Ferrarien.extrà,de constitutio.Alexan.consi.iiij.in iij.col.in ij.volu.

E tideo

ET ideo dicit * quòd etiam maritus nõ poteſt exigere debitum vxoris ſine eius cõſenſu. & de hoc eſt tex. 48 *Maritus an debita vxori exigere poſsit ſine eius conſenſu.*
ad literã,& in ſpecie in l. cũ maritum tuũ.C. de ſolu.Nec in hoc cõſuetudo derogat huic legi,cũ vt vide-
mus,* conſuetudo debet interpretari ſecũdũ ius cõmune.li.j.C.de noxali.ſed ius cõmune dictat ꝙ maritus po 49
teſt agere pro vxore.l.maritus.C. de proc.tamẽ nõ intelligit ꝙ poſſit ſolutionẽ recipere, imò vetat cõtrarium,
ergo cõſuetudo dictãs ꝙ maritus poſſit agere pro vxore,& ſtare in iudicio,ſi nõ expreſſè loquatur quòd poſ-
ſit ſolutionẽ recipere,nõ poterit maritus ſolutionẽ recipere, & ſi hoc fieret,illa lex,cũ maritus.per ſubauditũ
intellectũ corrigeretur,quod fieri nõ debet,ſecundũ glo.in c.cupientes.§. ꝙ ſi per viginti.in verbo,petere.de
elec.in vj.& illam glo.allegat do.meus Iaſ.in l.frater à fratre.in xij.col.ff.de condi.inde. & in l.eman. in penul.
col.C.qui admitti.& in aut.nouiſſima.in xj.col.C.de pactis.& Barba. conſi.xij.in x.col.in j. volum.cùm enim
vt dicit glo.ibi, hoc expreſſè reuocatum non inueniatur,antiquo iuri ſtabitur. Alex.conſi.lxxxviij.in ij.colum.
in j.vol.Et pro certo fui de hoc interrogatus à quodam , qui cùm vidiſſet vxorem ſuam à ſe fugiſſe,volebat co *Caſus facti.*
gere quendam debitorem ſuæ vxoris , debitor autem opponebat & dicebat quòd erat paratus ſoluere, ſed ꝙ
petebat quittantiam ab vxore,quæ reperiri non poterat , dicebat maritus quòd per hanc conſuetudinem po
terat agere , & omnia alia facere quæ fienda erant in iudicio contra debitorem in hac actione perſonali , dixe-
rũt quidam quòd poterat ſtare in iudicio,& ipſum conuenire,ſed eo quòd non negabat debitum,& quòd erat
paratus ſoluere,quòd requirebatur in ſolutione & quittantia conſenſus vxoris ſuæ,eo maximè quòd debitor
requirebat per dictam l.cùm maritum.& per hoc remanſit proceſſus interruptus,& tacuit maritus. ❡Sed ta-
men quicquid ſit,veritas eſt in contrarium, quia maritus cùm poſſit per quemcunque contractuum de bonis
mobilibus diſponere , poteſt etiam quittantiam facere per conſuetudinem noſtram ſuprà poſitam.

ADDITIO. Sed quæro an iſta conſuetudo habeat locum etiam ſi maritus ſit clericus primæ tõſuræ,qui
habeat priuilegium fori?videtur quòd nõ,per ea quæ dicit Io.Fab.in §.ſi verò reus.in ij.col.
inſti.de ſatiſ.de quo per Mat.de affli.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit,edictorum.in glo.fi.Et aduerte in hoc
ad ea.quæ dicit idem Mat.in dicto loco.in xiij.not.in vij.quæſtione.*

SEd quæro,* quia in procuratione fienda per vxorẽ requiritur autoritas mariti, an maritus poſſit ipſam au- 50 *Quæſtio.*
torizare,quãdo cõſtituit ipſum maritũ procuratorẽ?vide per doc.maximè Ang.Imo.Ro.in l.j.§.fuit quæ-
ſitum.ff.ad Trebel.& vnum verbũ per Feli.in c.cauſam matrimonij.in v.col.extrà,de offi.deleg.vbi dicunt ꝙ
maritus nõ poteſt autorizare in facto proprio. facit glo.in cle.ij. de rebus eccleſiæ non alie.& quæ dicit Pa.in
c.fin.de inſti.& quod not.Bar.in l.fideiuſſores magiſtratuum.§.tutor datus.ff.de fideiuſ.tuto. dixi amplè in §.
j.ſuprà in hoc eodem titu.in glo.Ne *auſsy par teſtament.*

SEd iterum*quæro,an hæc conſuetudo habeat locum in bonis paraphernalibus , quę ſunt extra dotem?dic 51 *Quid in paraphernalibus.*
quòd vxore prohibente,maritus nõ habet aliquod exercitium.tex. eſt in l.hac lege.C.de pactis cõuentis tã
in dote quàm in donatione.❡Aduerte quòd ſi ſuper bonis paraphernalibus ſint factæ cautiones fœneratitiæ
quòd maritus habens penes ſe cautiones poteſt recipere vſuras ſiue arreragia,& in communem vtilitatem ex-
pendere.tex.eſt ad literam multum ſingularis,& quem Bald.dicit non eſſe alibi.l.fin.C.de pactis conuentis.

QVæ autem ſint bona paraphernalia dicam infrà,in hoc titulo,in conſuetudine quę incipit,*deniers de ma-
riage qui ne ſont ameubliz.*

SEd quæro de vna quæſtione,* maritus circa res vxoris facit contractũ,& promittit ꝙ vxor habebit ratum
contractum à ſe geſtum:ſi vxor cõtrauenit an teneatur?tu dic,aut mulier habet iuſtã cauſam cõtraueniendi, 52 *Quæſtio.*
& tunc maritus non tenetur:quia quãdo quis promittit de nõ cõtraueniendo,intelligitur niſi ex legitima & iu
ſta cauſa contraueniat,& lege permittente.text eſt.& ibi Dy.& Bar.in l.quidã cũ filium.ff.de verbo.obli. tex.
eſt in l.ſi libertus.ff.de oper.liber.& ibi notatur.c.quintauallis.ext.de iureiu.Et ideo Soci.in caſu emergenti.ſ.
quãdo vxor noluit ratificare donationem factã per eius maritũ,eo ꝙ poſt prædictã donationẽ habuit filiã quã
antea non habebat,& ſic ſi ratificaſſet,potuiſſet reuocare,ex quo noluit ratificare propter illã filiã, an maritus
in aliquo teneatur.& pluribus motiuis ibi Soci.in cõſi.ſuo ccxv.inci.viſa prædicta facti cõtingẽtia.in pe.& vlti.
col.tenet ꝙ nõ,& adducit in fine cõſ.Pe.de Anc.in cõſi.ſuo.cccxxvij.inci.viſa facti narratiõe. in ſimili de tertio
qui promittit obſeruãtiam cõtractus minoris,qui nõ tenetur,ſi cõtractus principalis minoris irritatur ex cauſa
promiſſa,quia poteſt vti eadẽ defenſione minoris.ad hoc l.ij.ff.de fideiuſ.itẽ quia eſt depẽdẽs à prima,ergo illa
annullata,annullatur & iſta regula,acceſſoriũ.de reg.iur.in vj.c.trãſlato.de cõſtitutio.itẽ quia irritata prima,ſe-
cũda remanet ſine cauſa,& ſic in effectu inefficax.l.ij.§.circa.ff.de exce.doli.nõ tamẽ inuenio illud cõſi.Ancha.

SED quia hic §.noſter loquitur in marito,dictum eſt ſuprà quid in ſponſo & ſponſa,* quæri poſſet,quid in 53 *Quid in concubinario.*
concubinario.in hoc * licet concubinatus de iure ciuili ſit permiſſus.l.in concubinatu.§.fi.ff.de cõcubinis.
tamẽ abſolutè reſpõdetur ꝙ nõ vẽdicat ſibi locũ,quanuis ſit par aut maior affectio,aut amicitia,ſed quia de iure
diuino eiicienda eſt ancilla.Geneſis 21.& iure canonico:quia fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale, cle.ad 54 *Concubinatus permiſſus.*
noſtrã.de hæreticis.c.meretrices.& ibi Io.de turre cremata.xxxij.q.iiij.*❡Ideo dicendum eſt prædicta nõ ha
bere locum in concubinario.& faciunt quæ dicit Bal.in aut.ſi quas.in ij.col.ibi,ſed quæro.C.de ſacroſan.eccle.
vbi dicit quòd in honeſto loco nõ licet collocare inhoneſtas perſonas,per l.ſi qua.C.de ſpectaculis.libr.xj.&
eſt text.ibi ſatis notabilis,*quòd in loco honeſto non decet eſſe inhoneſtas perſonas. *& quæ ſit pœna occu- 55
pantis locum maioris & honeſtioris?dic ꝙ debet poni in loco viliori,vt eſt caſus in c.præcipimus.xciij.diſtin. 56 *Pœna occupantis locũ honeſtioris.*
quem ad hoc dicit eſſe ſingularem Lud.Roma.in ſing.ſuo.ccclxxxix.inci.non debet minor.

ADDITIO. Dixi in Catalogo glorię mundi,in j.parte,conſideratione xxxix.*❡Et dicit Iacobus Re-
buffi in d.l.ſi qua nota pro conſuetudine quæ ſeruatur in villis. * ꝙ homines & mulieres 57 *Locantes domos meretricibus.*
viliter viuẽtes ab honeſtis carreriis expellãtur,& in carreriis remotis & ſeorſum manere permittãtur.ad quod
facit l.ædifi.C.de ope.pub.& vidi in hac ciuitate ꝙ quidã cõqueſti fuerũt de illis qui domos ſuas locabant me-
retricibus, quia per curiam compellabantur exire inde , & collocabantur in carreria remota iuxta hortalia, & *Bordellũ.*
in ſuburbiis.& talis carreria in tota Gallia vocatur bordellum,& tamen aliquando ex tollerantia poſſunt tales
domus eſſe.l.ancillarũ.§.fi.ff.de pet.hære.*quicquid tamẽ ſit,poſſunt tales viles mulieres etiã de eorũ propriis

domibus expel.facit l.non aliter.cum ibi no.ff.de vsu & habi.ex quo nõ est dicendũ ꝙ debeant gaudere priuilegiis quibus gaudẽt honestæ mulieres,ideo in hoc casu nõ est dicẽdũ ꝙ cõcubinarius admittatur pro cõcubina.

ADDITIO. Et quòd possint meretrices expelli à vicinia ad requestam honestarum mulierũ,vide Mat. de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,quæ passim.in iij.libro.*

Quæstio. QVæro de quæstione, pone ꝙ in cõtractu matrimonij fuit contractatũ ꝙ maritus nõ poterit esse in iudicio pro iuribus & actionibus mulieri cõpetentibus,sed ꝙ ipsa mulier tenebitur cõparere & agere,seu defendere de autoritate mariti,nõ obstante cõsuetudine de qua hîc,cui derogant & renuntiant quo ad hoc: an si maritus postmodum velit agere cõtra aliquẽ pro iuribus vxoris,& comparere secundum hanc cõsuetudinem, possit ei opponi per partem ꝙ non est legitima persona standi in iudicio,eo modo quo vult cõparere? An verò etiã mulier hoc casu possit cõtradicere de muliere ꝙ nõ possit cõtradicere nõ existente cõuentione? dixi suprà. sed existente cõuentione est maius dubiũ,eo maximè,quia hoc casu cũ sit tantũ ius introductum in fauore viri, potest illi renuntiare.l.si quis in cõscribendo.C.de pac. vbi do.meus Ias. * & cõuentio inter virũ & mulierem facta in contractu matrimonij est seruanda.l.inter socerũ.§.cõuenit.ff.de pactis dota.quem text.multũ extollit do.meus Ias.in l.lecta.in vij.col.ff.si cer.peta.& Odofre.ante eum in l.legem.C.de pac.& est multùm sing.& bonus pro dominabus nostris,quę volunt frequenter ire ad visitandũ amicos,& faciunt vota visitare ecclesias, puta sanctum Claudium,nostram dominam de puteo,sanctam hostiam de Diuione,& alia loca sancta,quia debent hoc facere ponere in contractu matrimonij, ꝙ mariti eorum eas cõducent propriis eorum expensis. Quæ quidem conuentio valebit, & tenebitur maritus,non actione directa sed actione vtili in factum. Sed pro certo multi sunt apud nos qui etiam de facto tenentur hoc facere,licet non sit conuentum,imò etiam multo maiora.

59 De mulieribus facientibus vota visitandi sanctorum reliquias.

¶ Et redeundo ad propositum,credo quòd non obstante dicta conuentione maritus possit agere, ita quòd nõ possit ei opponi per partem aduersam prædicta conuentio,quia legem habemus in hoc,vt in hoc §.in d.l.maritus.cui legi partes non possunt derogare, nec possunt dicere, non obstante tali l. vt dicit dominus meus Ias.in l.nemo potest.in ij.col.ff.de lega.j.Alex.in consi.cj.in iiij.col.in j.vol.dicam alibi latiùs.

IN TEXTV IBI, *Sans procuration.*

1 ADde * an maritus sit procurator vel curator vxoris? vide Ioan.Fab.in l.maritus.C.qui da.tut.vel cura.pos.
2 *Et quid si expensas fecerit litigando pro re mulieris, an recuperare possit? Io. Fab.in l. quòd in vxorem. C.de neg.gestis.tenet quòd non. ¶ Lud.Roma.in consi.suo ccccxlvj.incipiente, primus præpositæ consultationis articulus. dicit quòd si maritus egit nomine procuratorio cùm non haberet,non potest sustineri processus tanquam factus cum marito.sed arguit ad vtramque partem,tãdem distinguit. ¶ Idem Lud.Roma.in cõsi. cxcix.in ix.& x.col.quęrit an procurator constitutus per inhabilem ad constituendum procuratorem ad actum validetur,& accipiat potestatem per habilitationẽ in constituente superuenientem . puta aliqua nomine Berte quã dicit suã esse vxorẽ,quę tamen verè nõ est,an si postmodum anteq̃ causa decidatur efficiatur vxor,valeat actus factus per eũ t nq̃ maritũ cũ nõ esset:& cõcludit ex multis ꝙ nõ. Et ex fundamẽtis Lud.Ro. aliàs dixi in cõtingẽtia facti, ꝙ si laicus cõstituat aliquẽ procuratorẽ ad adipiscendã possessionẽ alicuius beneficij antequam sit clericus,& sic capax ad obtinendũ beneficiũ,si postmodum efficiatur clericus, talis procurator constitutus ante clericatũ nõ habet potestatẽ adipiscendi possessionem de beneficio sibi collato,etiam post clericatũ,quia illa habilitas quæ superuenit,venit ex facto nouo & superioris,ideo non prodest:vt dicit ibi Lud.Ro. maximè etiã quia in procuratorio inspicitur tẽpus quo quis constituitur procurator,vt facit text.in c.fi.ext.de procuratoribus. ¶ Aduerte tamen ad dictũ Geminia.in c.j.§.in j.col.de resti.spolia.in vj.vbi dicit ꝙ vitiũ concernens personam actoris quod repellit actorem non repellit procuratorem ab eo missum, de quo dixi in consi.meo j. in iij.præsupposito.nu.xxxj. ¶ Et in casu de laico constituente procuratorem ad acceptandũ beneficium, aut ad adipiscẽdam possessionem,cogita ex his quæ dicit Ioannes de Selua,in tractatu de beneficio. tertia parte,quæstione vj.in prin.in j.& ij.motiuo.maximè quando allegat consilium Pauli de castro.& l.j.§.fi.ff. de bono.pos. ex testamento militis.& dicta Pauli videntur facere cõtra dicta Lud.Romani, sed veritas est in tali casu, quòd potestas laici non trahit effectum suum ad beneficium collatum post clericatum.*

3 Falsus procurator quis. ADuerte ad multa in practica in materia procuratorij. * Primò quòd qui generale mandatum haberet,& gereret actum requirentem speciale mandatum,diceretur falsus procurator.Bal.in c.nonnulli.in j.col.ext. de rescrip.Feli.in c.ex parte decani.in iij.col.extrà,de rescrip. ¶ Et dicit idem Felinus in d.c. nonnulli.§.sunt
4 & alij.col.x.ver.scias tamen.extrà,de rescri.*ꝙ requiritur procuratorium speciale ad acceptandũ beneficium: ex quo si quis acceptat sine speciali mandato,dicitur falsus procurator,vt dixi in casu emergenti. do. meus Ias. in l.iij.§.si procurator.col.ij.ff.quòd quisque iuris.licet videatur dicere Bal.in l.falsus.C.de fur.quòd si tãtùm insufficiens. ¶ Vide in decisione Tholos. ccccxxxvj.* ¶ Sed an possit validari acceptio per ratificationem, dixi quòd sic antequàm sit alteri ius quæsitum,& consului in casu emergenti.

ADDITIO. Quia hîc antè dicitur quòd habens mandatũ generale,si generat actum represẽtãs speciale mandatum, dicitur falsus procurator,quid de eo qui habet mandatum cum libera,an possit ea facere quæ requirunt speciale mandatum? vide Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,si quis in posterum.in xiij.not. & in constitutione,circa violentiarum.in x.not.vbi ponit, an possit iniustum vel illicitum. ¶ Adde quòd non intelligitur habere potestatem aut facultatem gerendi actum quem verisimiliter non gessisset principalis,puta exhæredare filios descendentes pro collateralibus.cùm,vt dicit Paulus de castro,& do. meus Ias.in l.tale.§.fi.in ij.not.ff.de pac. quòd si statutum debet extendi ad id quod verisimiliter statuentes ordinassent si de eo cogitassent:ideo etiam à simili mãdatũ procuratorium cum libera debet extendi ad id quod principalis verisimiliter gessisset si de eo cogitasset.facit quod dicit Ang.in l.generali obligatione.ff.de pignoribus.quẽ refert Hyppo.de Marsi.in consi.suo xxj.numero 51.& 52.vbi satis amplè.Et facit,quoniã quod non est verisimile,est potius falsitatis imago q̃ quod habeatur in cõsideratione. ¶ Aduerte ꝙ potestas substituẽdi quem procuratorem requirit speciale mandatũ,nec sufficit ꝙ in verbis narratiuis fiat mẽtio de substituto,nisi fuerit facta mẽtio in dispositione,vt tenet Hypp.de Marsi.in singulari suo,inci. Titius cõstituit procuratorẽ.*

Secundò

SEcundò * ſi procurator gerit aliquẽ actũ & nõ cõſtet in actu de inſtrumento procurationis, nõ valet actus. 5
Barto.in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſi.& in l.quidã.ff.ſi cer.pet. * & in actu & in promptu debet exhibere 6 *Procuratoriũ irrequiſitũ exhibendum.*
procuratorium, etiam ſi non interrogetur an habuit mandatum, aliàs actus eſt nullus. Bald.in rub.C. depoſi.in iiij.quæſt.maximè in actu extraiudiciali, ſed in iudicio debet excipi quòd non eſt procurator. ¶ Et an inſtrumentum in quo dicitur, talis procurator tale probet procuratoriũ, etiam ſi notarius dicat ſe vidiſſe & legiſſe, vide Iaco.de S.Geor.in auten.ſi quis in aliquo in ij.colum.de eden.C. poſt alios. vbi dicit quòd in tali caſu, etiam per mille annos non præſumitur ſolennitas mandati.

ITem * non ſufficit docere de ꝓcuratorio in protocollo, ſed debet eſſe procuratoriũ in publicã formã redactũ. 7
Alex.in apoſtil.ad Bar.ind.l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti. ¶ Nec exemptio niſi poſtea exhibeatur originale, ſecũdũ Hippolytum de Marſiliis ſingulari ſuo cxlij. * ¶ Quando autẽ protocollum ſeu imbreuiatura nõ poſitũ in mundum faciat fidẽ, vel nõ, vide Anto.de cauaro.in trac.de inſinuationibus.q.xxiiij. vbi ſatis amplè.

ADDITIO. Vide Mat.de affli.in cõſti. regni Siciliȩ quæ incipit, baiulos omnes.in xiij.not. * ¶ Per hȩc pluries dixi, * quòd procurationes quæ fiunt in albo, vbi dimittitur album ad ponendum & 8
deſcribendum plura nomina procuratorum, etiam fortè incognitorum conſtituenti, erant reprobandæ & non recipiendæ, quia ex hoc poſſunt committi plures falſitates. dicam alibi pleniùs.

ITem * notarius qui recepit inſtrumentum procurationis non poteſt ſibi aſſumere autoritatem ex illo inſtrumento. 9
Bal.in l.iudices.C.de fide inſtr.in fi.vide Bar.in l.ſeruus cõmunis ipſe. & ibi Alexã.in apo.ff. de ſtipula.ſeruorum. ¶ Et aduerte ad plura de legitimanda perſona procuratoris. de quibus per Hippolytum de Marſiliis in l.ſi quis ne quæſtio.col.xj.cum ſequen.ff.de quæſtionibus.

SEd aduerte, quia conſuetudo noſtra habet hoc vltra ius, ſcilicet quòd maritus non tenetur ſatiſdare, quoniam licet ſit verum * quòd maritus vt cõiuncta perſona agit abſque mãdato pro vxore, tamẽ debet mari- 10 *Maritus agens pro vxore*
tus præſtare cautionem de rato. vt in l.maritus.C. de procu. * Item de defendendo in cauſa reconuentionis. 11 *cautionem præſtabit de rato & de defẽdẽdo.*
vt in l.ſed & hæ.in prin.ff.de procu.& ibi Bar.in l.ſeruum.§ ait prȩtor.ff.de procu.gl.eſt in d.l.marit⁹. Quod tamen ego credo non eſſe neceſſe per hoc ſtatutum, per quod poterit maritus agere pro vxore abſque his cautionibus, cùm enim hoc nõ ſit expreſſum, ſed omiſſum, videtur non eſſe diſpoſitum.l. cùm prætor.ff. de iu.cũ ſtatuẽtes ſi voluiſſent hoc expreſſiſſent. Et hoc differt ſtatutũ à lege ſcripta. ¶ Non audeo tamẽ pro nunc aſſerere, quòd maritus per hoc ſtatutum nõ teneatur agendo præſtare has ſatiſdationes, imò quòd ipſas debeat præſtare. moueor his motiuis. Primò quia caſus omiſſus à ſtatuto reducitur diſpoſitioni iuris cõmunis.l.ſi extraneus.ff.de condi.cauſa data. Ergo cùm ſtatuentes omiſerunt loqui de iſtis cautionibus, ſequitur quòd illas non remiſerunt, ſed diſpoſitioni iuris communis reliquerunt, quod præſumendum eſt eos voluiſſe, quia ſtatuendo conati ſunt nõ voluiſſe lædere ius commune minus quã fuit poſſibile, & ſuam diſpoſitionem reſtringere & non ampliare.l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.l.ſi ſerui veſtri.C.de noxa.

SEcundò moueor, Nã, vt ſuprà dixi, ſtatutum iſtud cõforme iuri cõmuni in hoc quòd maritus agere poteſt abſque mandato pro vxore, fuit iuris cõmunis hoc diſponentis quȩdã nouatio, ſi enim ſtatuatur id quod iã de iure diſpoſitũ eſt, cenſetur fieri illius diſpoſitionis quædam nouatio. ita Bar.in l.j.in prin.ff.ad l.Falci. Ang. in d.l.ſi ita ſtipulatus.& Io.And.in c.j.de cõſti.in vj.Sed ſic eſt quòd id notatur cũ omnibus ſuis antiquis qualitatibus. not.l.aliam cauſam.cum ibi not.ff.de noua.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur.l.v.§.conuentionales.ff.de verbo. obli.Bar.in l.ſi quis cùm aliter.ff.eo.de verb.obli. ¶ Sequitur ergo quòd hoc ſtatutum nouãs ius commune, in hoc nouat, quòd ius cõmune habet quòd maritus agit ſine mãdato pro vxore, cum iſtis cautionibus nouat hanc diſpoſitionem cum iſtis qualitatibus, eo maximè quòd illas expreſſè non tollit, quod ſi fieret eſſet ſecus ſecundũ Bar.in d.l.ſi quis cùm aliter. vnde niſi alia ratio hoc impediat, de qua fortè infrà dicetur, nõ eſſet abſurdum concludere quòd ſit neceſſaria illa ſatiſdatio, eo maximè quia ratio propter quam à iure fuit introducta hæc ſatiſdatio, militat etiã in caſu huius ſtatuti, quæ eſt, quòd licet lex det iſtã facultatem agendi abſque mãdato, tamen in nihilo prȩiudicat vxori, quia pro hoc non dicetur vir ab vxore habere mandatum, ſed à lege.l. tertia.§.ſed & ſi forte.ff.iudi.ſolui. vnde quia non præiudicat maritus, ſuccurrit reo cum quo litigat maritus in iſta ſatiſdatione, per quam recuperabit damna intereſſe, & reconueniet &c. Quas ſatiſdationes ſi ſtatutum remitteret, diceretur eſſe iniquum, contra ius & naturalem rationem factum, & merito damnãdum: vnde oporteret neceſſario concludere, aut ſtatutum illas ſatiſdationes non remittere, aut maritum agendo vxori præiudicare poſſe, quare &c. Quia quicquid ſit in expreſſa determinatione, in hoc differunt lex & ſtatutum, habet enim minus ſcriptum ſtatutum quàm lex, ſed fortè plus intellectum.

IN TEXTV IBI, Es droictz poſſeſſoires.

QVæro nunquid diſpoſitio huius ſtatuti habeat locum in actionibus realibus quãtũ eſt de iure? Videtur dicendũ quòd ſic, quia l.exigendi. quæ loquitur de defendendo, & l.maritus. quæ loquitur de agendo, loquuntur vniuerſaliter & indefinitè, quæ indefinita æquipollet vniuerſali. l.iij.C. de inſtitut. & ſubſtitutio. *De actionibus realibus.*
* & lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.l. de precio.ff. de publ. vnde imperator in d.l.mari- 1
tus. * vtitur verbo multũ generali, interuenire, quod cõprehẽdit omnẽ actionis ſpeciẽ, quod tamẽ intelligitur 2 *Interuenire verbũ*
ſi ſolũ vtitur verbo, actio, quia * actionis verbo quãtũ ad hoc cõprehenditur omnis ſpecies actionis in perſonã, 3 *Actio dictio quæ cõprehendat.*
in rẽ, mixta, prætoria ſiue in rẽ, ſiue in perſonã. Similiter interdicta quæ ſunt in rẽ ſcripta, & etiã quȩlibet alia anomala proſecutio: imò & officiũ iudicis, prout iſta omnia poſſunt ſumi ex not. per glo. & doc.inſti.de obli. in prin.in l.actio in perſonã.in l.actionis verbo.ff.de ac.inſti. de interdi.in prin.in §.quædã.inſti.de ac.in quibus omnibus erit regulare. Sed fallit in certis actionibus & caſibus, de quibus infrà dicetur * Statutũ verò, licet vtatur verbo multũ generali, **demandant**, qđ latiorẽ videtur habere ſignificationẽ q̃ verbũ agere, & propterea 4 *Demandando verbum.*
intelligitur cõprehẽdere etiã omnino officiũ iudicis, tamẽ videtur habere aliquã vim reſtrictiuam, eo quòd dicit in iuribus poſſeſſoriis, & actionibus realibus. * quæ iura poſſeſſoria cõmuni vſu loquendi cõſiderato, viden- 5 *Iura poſſeſſoria.*
tur tãtũ adaptari ad iura dicta poſſeſſoria, & poſtea id qđ ſequitur de actionibus perſonalibus, in ſuo ſignificato præpoſitio, in, comprehẽdat actiones perſonales. Vnde cũ nullã faciat ſtatutũ mentionẽ de actionibus rea-

libus videtur quòd perſecutioně illarũ reliquerit ſub diſpoſitione iuris cõmunis,aut ꝙ illarũ perſecutioně ma
rito interdixerit,aut minimè permiſerit.Ego cogitaui quòd ſub illis verbis,*droictz poſſeſſoires*, poſſit dici ſta
tuentes intellexiſſe velle cõprehendere actiones reales,quæ dicuntur rei vendicationes.§.appellamus.inſti.de
6 Actiones reales cui dãtur. ac.* quia illę actiones dantur propriè contra non obligatã aliqua actione perſonali.§.omnium.inſti.de ac.ſed
ratione rerum & poſſeſſionũ apud cõuetos exiſtětiũ,& ratione dominij illarũ poſſeſſionũ & rerum per acto-
res prætenſi,*quæ propriè dicũtur poſſeſſiones,ſecũdũ not.per Bar.Bal.& alios, ex illo tex.in l.fi.C.de ſacro-
7 Poſſeſſio quid. ſan.eccle.ſicut vulgariter dicimus de vna terra, iſta eſt pulchra poſſeſſio : iſto modo accipitur pro re poſſeſſa,
ſecundum Bar.in l.ſi rem aliquã.ff.de acqui.poſ.& Bal.in l.j.C.ſi pig.da.ſit. Vnde quia iſtę rei vendicationes,
ſiue actiones perſonales,vt plurimùm dãtur pro iſtis poſſeſſionibus,videtur poſſe ſuſtineri quòd ſtatuentes lo
quantur de iſtis iuribus poſſeſſoriis, & ſic erit verũ dicere , ꝙ diſponat tã de realibus quàm de perſonalibus,
ſub quibus verbis nullum dubium erit ꝙ cõprehendãtur omnes aliæ ſpecies quæ ſub iſtarũ diffinitione com-
prehendũtur in d.§.j.inſti.de ac.cuiuſcũq; naturę aut cõditionis exiſtãt, etiã interdicta & actiones mixtę, nam
8 *& aliàs regulariter ſimplici appellatione continětur mixtæ,ſecũdũ amplè not.per Bart.& alios doctores in
l.ij.in prin.ff.de verb.obl.Sed maximè in iſtis actionibus mixtis,quæ diuerſis reſpectibus aliquando dicũtur in
rem,aliquando in perſonam,& propterea mixtæ.¶Et ſi reperiretur verũ ꝙ ſtatuětes non intellexerunt diſpo
9 nere de actionibus realibus,& pro illis poſſet agere abſq; mandato &c.Huius poteſt eſſe ratio,quia * duo ſunt
principia in rei vendicatione,dominiũ ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte cõuenti.l. in rem ac.l.ex diuerſo.
& glo.in rub.ff. de rei vendi. ſed ſic eſt quòd ſi maritus agat pro illis bonis mulieris , quòd debet eſſe pro vna
ſpecie bonorũ quæ poteſt habere mulier.¶Nã mulier poteſt * habere bona triplici ſpecie,ſecũdũ qđ no.Bar.
10 Mulier habet bona triplici. quě ſequũtur omnes doctores in l.maritus.C.de proc.idem Bar.in l.j.ff.ad legě Falcidiã.¶*Habet enim pri-
mò bona dotalia, & iſtorũ bonorũ maritus cõſtante matrimonio eſt dominus,& pro illis ſuo nomine actioně
11 Dotalia poteſt intětare.l.doce ancillã.C.de rei ven.vnde ſequitur,quòd de his nihil fuit neceſſe diſponi per ſtatutũ, vt
maritus poſſit vxorě defendere,quia ipſemet ſuo nomine agit,& ideo iſto caſu etiã nulla requiritur ſatiſdatio.
12 Paraphernalia. hæc Bar.quě ſequitur do.me⁹ Iaſ.in dicta l.maritus.¶*Habet & ſecũdo mulier bona paraphernalia,quæ ſunt
extra dotě, & quę tradit vir,& de iure iſta aliquando trãſeũt in dominiũ viri,aliquãdo ſolùm in ſuã cuſtodiã,
l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dotiũ.& in iſtis admittitur ad agendũ abſque alia ſatiſdatione.Caſus eſt in l.fin.C. de
13 Prorſus à rebus viri ſeparata. pac.conuen.¶*Habet tertiò vxor alia bona prorſus ſeparata à rebus viri & pro iſtis admittitur maritus ad a-
gendum ſicut quælibet alia perſona,cũ ſatiſdatione iuris,d.l.maritus.ad propoſitum noſtrum & applicando ad
conſuetudině patrię,vxor poteſt habere bona omniũ iſtarũ ſpecierũ.* Item ſi ipſa habeat bona immobilia, &
14 Nota bene hæc. nubat pro ſuis iuribus,& etiã ſi multa mobilia poſſideat,& ſic nubat,intelligatur oĩa illa dare in dotě,ſecundũ
theoricã Bar.& doc.in l.mulier bona.ff.de iu.dotium.& Bar.in quæſt.per eũ diſputata. mulier habens ampliũ.
imò quod fortius eſt ſi,ſint mobilia,in dubio ſunt in diſpoſitiõe viri vita comite,ſecũdũ ſtatutũ,ſuprà proximè
&c.Et ſi ſint mobilia ęſtimata æſtimatione quæ facit emptioně,aut ſi pecunia numerata, quæ ſit promiſſa aſſi-
gnari,efficitur mariti,& aſſignalia ſunt ſua dos:ſequitur ꝙ cõſtãte matrimonio, maritus,vt illorũ dñs,ſuo noĩe
habebit actioně in rě, vnde nõ fuit quãtũ ad illã neceſſe ſtatuere ꝙ maritus poſſit agere pro vxore, & ſi mulier
certũ quid dederit ĩ dotě, & alia bona habeat extra dotě ſiquidě ſint mobilia,adhuc iděː quia illorũ per ſtatutũ
pręcedẽs habet liberã,vt dñs,adminiſtrationě,vita comite:ſic ſuo nomine poterit vẽdicare.ſi verò ſint immo-
bilia,habebit illorũ vt legitimus adminiſtrator liberã facultatě perſecutionis , & hoc ratione illius poteſtatis
quã in ipſam habet, de qua ſuprà ſtatuto primo in hac rubrica. & ſatis hoc ſonãt verba ſtatuti dũ diſponit circa
actiones poſſeſſorias & pſonales:quia vtitur hac dictione,*ſes droictz &c.*id eſt ſuas actiones,quæ dictio,ſuas,
denotat plenũ dominiũ in muliere.l.quintus.cũ ibi not.per Bar.& alios.ff.de auro & arg.leg.ſed cũ mulier illa
bona nõ poſſit dicere ſua,ſed ſunt, inſpecto iure ciuili,mariti,d.l.doce ancillã.& rationib⁹ ſuprà allegatis,ſequi-
tur ꝙ nulla poteſt cõpetere vxori actio realis:ideo nõ fuit neceſſe de ea diſponere.nõ ſic eſt de actionib⁹ perſo
nalibus:quia actiones quę ſemel ſibi cõpetierũt ſunt affixę ſuis oſſib⁹,& ab ipſa ſeparari nõ poſſunt.l.quis ergo
caſus.ff.de pecu.vnde non mirũ ſi aliud in illis ſit diſpoſitũ,quia iděeſt de interdictis,quia etiã ſunt perſonalia,
licet ſint in rem ſcripta.l.j.§.pe.ff.de inter.¶Sed nõne etiã mulieri poſſunt cõpetere actiones reales in aliis bo
nis q̃ dotalib⁹ ſicut actiones perſonales poſſeſſoriæ, quare etiã in illis debuit diſponi realiter?oporter fateri ꝙ
aut ſtatutũ eſt defectiuũ in eo ꝙ circa hũc caſum nõ diſpoſuit:aut quòd intelligitur ſub illis verbis,*droictz poſ-
ſeſſoires*,aut ꝙ relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis.ſic ſto.pro nũc ſufficit dediſſe cauſam poſteris ſubtilizãdi.
cõmuniter tamě obſeruatur ꝙ in actionib⁹ realib⁹ nõ admittatur marit⁹ ſine procuratorio,cũ incluſio vnius ſit
excluſio alterius.c.nõne bene dicimus.ibi per Feli.& alios.ext.de præſumpt.per quod etiã poſſet dici,ꝙ actio-
15 Simplex cõtinet mixtũ. nes mixtę nõ cõprehědãtur ĩ cõſuetudine noſtra,ſed tamě cogita an ſit verũ, *cũ ſub ſimplici cõtineatur mixtũ,
gl.in §.omniũ.vbi doct.& maximè do.meus Iaſ.in v.& vj.col.inſti.de ac.& in l.ij.in prin.ff.de verb.obli.& vi-
di aliàs dubiũ,ſed cùm talia eueniũt maritus ſe offert liti pro ſua vxore,manucapiendo pro ea, & valet,vt ſatis
not.in l.ſi ſe non obtulit.ff.de re iud.& in l.Paulus.ff.de proc.vbi declaratur quòd ſic poteſt ſe offerre liti.

SEd ſtante hac conſuetudine, an ſi maritus ſuper poſſeſſorio agens aut defendens nomine vxoris, & pro ea
illi poſſeſſorio renuntiet,poſſit vxori præiudicare,ita ꝙ per talě renuntiationě mariti vxor ſit excluſa à poſ-
ſeſſorio?videtur ꝙ nõ,eo ꝙ videtur eſſe quædã alienatio,quæ nõ poteſt fieri per maritũ de rebus realibus,ſed
de bonis immobilibus vxoris,vt dictũ eſt in §.iij.huius tit.in gl.Ne *außi ſemblablament*.& quia poſſeſſorium eſt
quid rei immobilis adiacěs,cũ rei immobilis vilis ſit & abiecta poſſeſſio.Ideo videtur ꝙ ſicut de petitorio rei
immobilis nõ poteſt tranſigere,ita nec de poſſeſſorio.Ego ſemper dixi & adhuc dico, ꝙ ex quo poſſeſſio re-
rũ immobiliũ vxoris ſolũ habet effectũ ratione perceptionis fructuũ qui ſunt in diſpoſitione mariti per cõſue
tudině tertiã ſuprà eoděm tit.cũ ſint mobilia de quibus maritus diſponere poteſt,ꝙ ipſe marit⁹ renũtiare poteſt
poſſeſſorio tali,& ſuper eo tranſigere.argu.etiã eorũ quę dicũtur de vaſallo qui prohibetur alienare, & tamen
poteſt trãſigere ſuper feudo,dimittědo feudũ apud poſſeſſorě,& nõ aliàs,vt plenè dixi ſuprà, in §.fi.in glo. *en
alienation*.ver.nũquid autě vaſallus ſuper feudis.tit.*des fiedz*.Ad minus poteſt cõpromittere quo ad poſſeſſio-
nem, &

nem,& valet tranſmiſſio ſolutionis per compromiſſum, arg.eorum quæ ibi dicta ſunt. Iuncto ꝙ poſſeſſorium eſt ſolùm præiudiciabile quo ad perceptionem fructuum,quę eſt in plena diſpoſitione mariti,quia de fructibus tanquam de mobilibus plenè diſponere poſſet,etiam inuita vxore.Et ideo ſuper dicto poſſeſſorio etiam diſponere inquantum tangit eius intereſſe,ſcilicet tempore quo viuit adhuc maritus.nec in hoc viuente marito mulier contradicere poteſt,eo quòd habet petitorium ſibi ſaluum,quod poteſt recuperare actione & iure ſibi cõpetente.Et etiam quia datur ſibi poteſtas agendi,videtur quòd & tranſigendi,cùm cui conceditur antecedẽs, datur & conſequens.Cogitate,quia ita obtinui,maximè viuente marito.

QVid*de cauſis ſpiritualibus,vtrũ diſpoſitio hui⁹ ſtatuti in his ꝓcedit?dñi de Rota cõcluſione cccxxxvj. 16
& ipſi in nouis deciſionibus,conclu. Dclxxxij. quæ incipit, in cauſis.tenẽt ꝙ nõ,& ꝙ maritus in iſtis nõ admittitur ad agendũ pro vxore,etiã cũ ſatiſdatione.c.fi.de iudi.in vj. Spec.in tit.de coniuncta perſona.verſi. quid ſi ſit ſpiritualis.Et eſt ratio, *quia in cauſis ſpiritualibus requiritur ſpeciale mandatum , ſecundum quod 17
videtur ſentire glo.in c.qui ad agendum.de iudiciis.in vj.l. patri pro filio.& l.illud.ff.de mi.do.meus Iaſ.in d.l. exigendi.in iiij.fallentia.C.de procu.& in l.maritus.in ij.col.C.eo.licet cõtrarium teneat gl.in c.cũ pridem.de pactis.& do.meus Iaſ.in l.iuraſſe.§.ſi pater.per illã.l.patri.ff.de iureiu.tamen tenet ex c.accedens.& c.auditis. extrà,de procu.ꝙ in cauſa matrimoniali,quæ eſt cauſa ſpiritualis,fuit cõiũcta perſona,vt eſt pater admiſſus pro coniuncta,ſcilicet pro filio, ſed fortè eſt ſpeciale in patre,cui multo plus permittitur q̃ coniunctæ perſonæ.d.l. patri.ff.de mino.quod etiã debet procedere in marito,cuius eſt tanta proximitas erga vxorẽ. arg.illius.l.patri. ff.de mi.& hoc credo verũ eſſe,vt ſcilicet in illis poſſit interuenire agendo & defendendo.quod tenet Io.Fab. in §.penul.inſti.de ſatiſ.licet in cõtrarium videatur facere glo.in c.cum M.Ferrarienſis.extrà,de conſti.& vide quæ dicit do.meus Iaſ.in l.exigendi.in iij. col.in v.fallentia. C.de procu. & aduerte ꝙ domini de Rota deci. xxvij.in ti.de procu.& Miles in ſuo reperto.in ver.procurator poteſt eſſe laicus.tenet cõtrarium:& fortius*ꝙ 18
laicus poteſt eſſe procurator in cauſa beneficiali ſine ſpeciali mandato.

ADDITIO. Quia ſubditus magis obligatur principi q̃ filius patri,nec pater filio,nec frater fratri, nec libertus patrono,vt dicit do.meus Iaſ.in l.veluti.quã legit cũ §.huius ſtudij.ff.de iuſtitia & iure.quia libertus aſtringitur ad defendẽdum dominũ ad violẽtiam extraiudicialẽ.l.ſi quis in graui.§.ſi cũ omnes. ff.ad Silleianum.& ibi glo.dicit ꝙ idem de vaſallo,& ſic de ſubdito.dixi ſuprà,in ti.*Des fiedz*.§.iiij.in gl.*le vaſſal eſt tenu*.in ver.item tenetur vaſallus.ideo etiam videtur ꝙ aduerſus violẽtiam iudicialem tenetur dominum defendere,cùm cui datur quod eſt plus,datur etiam quod eſt minus.facit text.in c.ex parte.de decimis.in l.relegatorũ.ff.de interdictis & relega.arg.aut.multo magis.C.de ſacroſan.eccle.glo.in c.j.xvj.q.ij.& facit,quoniã quando conceditur exceſſus,conceditur id quod eſt medium.per l.ſi quis dixerit.ff.de verbo.& rerum ſignifi.l. quicquid.in fine.ff.de verb.oblig.l.j.§.quod dicimus.ff.de ſuc.edicto.bene facit.l.Paulus.ff.de in litem iurãdo. & quæ dicit Mat.de af.in cõſti.quę incipit,in cauſa depoſiti.in ij.not.in j.quæſtione.in ij.lib.Et ita etiam arguit in hac defenſione iudiciali ad extraiudicialem idem Matthæus de affli.in conſti.regni Siciliæ, quæ incipit,cauſas alias.in quarto not.& in conſtitutione quæ incipit,ſi quẽ noſtrorum.in ſeptimo not.ideo in caſu in quo fuerat citatus rex Angliæ Romæ,vt compareret corã delegato ſummi pontificis in cauſa matrimoniali inter Catharinam eius vxorem,cuius repudiationem proſequebatur ipſe Rex, eo quòd fuerat olim deſponſata cum fratre dicti Regis,quia prętendebat dictus Rex citationem nullam,nec Romæ tenebatur,aut poterat comparere, quòd quidem eius ſubditus tanquam illius ſubditus cõparuit coram dicto delegato,& allegauit cauſas quare dictus Rex nec comparere poterat,nec tenebatur.Fuit dubitatum,an talis ſubditus eſſet habilis perſona ad talia proponendum pro eius principe,& fui conſultus,& cõſului quòd talis ſubditus admitti debebat hoc caſu,tam ex prædictis,quàm etiam eo quòd erat cauſa matrimonialis in qua etiam admittitur quandoq; coniuncta perſona,vt faciunt tex.in c.accedens.& in c.auditis.extrà,de procu.& dixi hìc antè,ideo debet multo magis ſubditus admitti,qui magis tenetur,& eſt magis obligatus principi quàm coniunctæ perſonæ, & ideo cùm maior ſit affectio ex pręſumptione iuris,magis eſt admittendus quàm coniuncta perſona,& non ſolùm ad allegandum cauſas abſentiæ dicti ſui principis,ſed etiã cauſas nullitatis citationis,quæ nulla hoc caſu dici poteſt propter impoſſibilitatem comparendi in loco tam longinquo à ſuo regno , ex multis cauſis in conſilio meo deductis, & quæ ſunt ſatis notoriæ,eo quòd præceptum impoſſibile non ligat.tex.in l.fi.ff.quæ ſen.ſine appellatio.non reſcinduntur. ſaltem eſt ita difficile,quod impoſſibili æquiparatur, ſecundum l. cùm hæres. §. j. ff. de ſtatu libe. de quo per Mat.de affli.in conſti.regni Siciliæ,quę incipit,generalia iura.in iiij.not.Ita quòd citatio impoſſibilis non arctat citatum.Speculator in tit.de citatione.§.j.verſi.item quòd eſt facta infra minus anguſta tempora.quem citat idem Matth.in dictis conſtitutionibus,cauſas alias.in iiij.not.& ſi quem noſtrorum.in vij.nota. ita quòd, vt dicit Bal.in l.properandum.§.& ſiquidẽ.in iij.col.C.de iudiciis.citatio minùs legitimè facta habetur pro nulla,& dicitur minùs legitimè facta,quãdo nõ habet facultatẽ defendendi, prout dicit Oldra.in cõſi. xliij.incip.quæritur vtrũ.per Matth.in dictis conſtitutionibus allegatis.Ex quo ad minus ſubditus principis eſt admittendus ad prædicta allegandum,cùm ſit non ſolùm ſui principis defenſor,ſed etiam adiutor,quoniam tenetur dominum adiuuare in quacunq; violentia,vt facit text.in c.omnes.in tit.hic finitur lex,deinde conſuetudines regni incipiunt.etiã cõtra patrẽ,filiũ,& fratrẽ,vt dicit tex.& dixi antè.facit l.minimè.ff.de reli.& ſumptibus funerũ.etiam vltrò ſe offerendo,vt dicit Bal.poſt Iac.de Beluiſio. in c.licet.ſi de feudo fuerit cõtrouer.Et licet ille tex.in d.c.omnes.loquatur tantũ in vaſallo,idẽ tamen in omni ſubdito erga principem,vt patet ex ibi deductis,cũ etiã omnis fidelitas debeatur principi tãquam marito reipub.vt dicit Luc.de Pen.in l.quicunq;.in iij.& iiij.col.C.de omni agro deſerto.lib.xj.vbi dicit ꝙ princeps eſt in repub.& reſpu.in principe.vt etiam dicit idem Matth.in conſtitu.regni Siciliæ,quæ incipit,pœnã corũ.in ij.not.in vlti.quæſt. Cui reipub.omnes tenentur plus quàm libertus patrono,vaſallus domino,pater filio,filius patri, cõiunctus coniuncto,& ſic de ſingulis.Ex quo clarum eſt quòd cũ ſit defenſor,tanquam defenſor poteſt vltra quàm accuſator,vt tenet Spe.in tit.de his qui alieno nomine in iudicio veniunt.§.j.verſi.defenſor. & Bart.in l.ſeruum quoque.§.publicè.ff.de procu.notatur in c.veniens.de accuſatio. Qui quidem defenſor eſt admittẽdus & recipiendus,ſi intendat quis

Principi plus obligatur ſubdit°, quàm patri fili°.

Princeps eſt in republica, & reſpublica in principe.

y j.

procedere ad diffinitiuã absente parte,etiam ad proponendum id quod facit ad innocentiã citati,quoniã vt dicit Bar.in l.j.C. vt quæ desunt aduo.vbicũque potest procedi ad diffinitiuã absente parte , debet suppleri de innocentia partis,etiam si nõ sit interesse reipublicæ,vt dicit idem Bart.in l.ampliorem.in prin. C.de appel.& in l.iiij.§.hoc autẽ.ff.de damno infecto.& in l.si nõ defendãtur.ff.de pœnis.& in l.j.§.si quis vltro.ff.de quæstionibus.imò dicit Bar.in aut.qui semel.C.quomodo & quãdo iudex.quòd tenetur iudex hoc ex officio suo facere.& isto modo arguit do.meꝰ Ias.in l.ij.in iij.col.C.qui testamẽta facere possunt. vbi dicit quòd iudex ex mero officio,nõ obstãte quòd quis sit habitus pro cõfesso,nõ obstãte etiã quòd sit cõclusum in causa,nõ solũ potest,imò debet assumere informationes & probationes de innocẽtia absentis.dixi suprà in titulo,*des iustices*.§.v.in gl. *s'il n'a grace*, vbi posui multa singularia in materia innocẽtiæ . Quanto ergo magis debet iudex admittere,audire & recipere allegata & deducta pro absente per tertium comparentẽ,pro eo qui potest,aut tãquam excusator,aut tanq̃ defensor admitti,maximè quia allegabãtur causæ ad demõstrãdũ ꝙ princeps citatus

Princeps citatus an teneatur comparere.

non tenetur comparere ex impossibilitate comparendi ex multis,maximè ex eo ꝙ locus nõ erat sibi tutus,nec in persona,nec in causa,vt deduxi in iam dicto cõsilio.ex quibus tenui quòd citatio erat nulla,& sic ꝙ nec tenebatur cõparere,nec mittere procuratorẽ,vt satis faciũt quæ etiã suprà dixi in ti.*des iustices*, §.vj.in glo.j.versic.& adde.Car.in c.fi.de rescriptis.& quæ dicit do. meus Ias.in l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautionibus.Et sic quòd talis subditus debuit admitti tanquam defensor iuris ad prædicta allegandum , & sic ad impediendum ne fieret processus contra principem suum absentem, & si fiat,saltem quòd sit frustratorius & nullus,cùm fiat super citatione quæ habet vitiũ.& est legitimè facta, vt dictũ est,quoniã vt dicit Bal.in aut.si omnes.C.si vt ab hęre.se absti.si vitiũ est in citatione,nunq̃ tenet ꝓcessus in cõtumacia factus.quẽ citat Mat. in dicta cõstit.causas.in iiij.not. in fi. multa alia dixi in dicto cõsilio quod feci Parisiis sine libris meis,ex quo aliter nõ insisto circa alia quæ ibi dixi,quæ nõ tangunt hunc articulum,scilicet an subditus pro principe debeat admitti ad cõparẽdum etiam sine cautione de rato,vt infrà dicam, & dixi in dicto consilio.Et ponã dictũ consiliũ alibi,fortè in Catalogo gloriæ mundi,in additionibus,in quinta parte,in consideratione quæ loquitur de rege Angliæ.

ADuerte tamen,quia hìc est quæstio de comparendo in causa matrimoniali per procuratorem,& cũ sit talis quæstio ardua & grauis,non tenetur constituere procuratorem, vt notatur in c.querelam.extrà,de procu.& per do.meum Iason.in d.l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio. *

19 *De criminalibus causis.*

20 *Coniũcta persona admittitur sine mandato.*

SEd quid erit * de actionibus criminalibus?Bart.in l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iu.dicit quòd ista materia est multùm profunda,& habet multas opiniones,& paucas leges.est autem ille articulus,vtrũ in causis criminalibus possit interuenire procurator.qui facit ad casum nostrum , * quia coniuncta persona sic admittitur sine mandato cum cautionibus opportunis , sicut procurator admittitur cum mandato.d.l. maritus.& d.l. exigẽdi. vnde dispositum in procuratore,& in quibus causis potest interuenire, in illis causis potest coniuncta persona interuenire absque mandato,quia ea quæ in illo articulo dicuntur,huic applicabuntur.dicamus ergo sic.

21 REgulare est quòd * nemo absq; mãdato admittitur ad agendũ pro alio.d.l.exigẽdi. quæ fallit in multis casibus,de quibus ibi per doc.quorũ casuum vnus est in cõiuncta persona, quæ admittitur ad agendũ cũ cautionibꝰ necessariis absq; mãdato.l.sed & hę.in prin.ff.de procu.sub quo casu potest cõprehẽdi dispositio huius statuti.nã vir & vxor sunt cõiũctæ personæ,vt suprà dixi &c.Alius casus est specialis in marito qui potest absq; mãdato interuenire ꝓ vxore.d.l.maritꝰ.q̃ casus speciales tãtũ operãtur & talẽ habẽt effectũ,qualẽ habet agere per ꝓcuratorẽ.quare videtur dicẽdũ,ꝙ in quibꝰ casibꝰ nõ potest interuenire ꝓcurator,in illis nõ possit cõiũcta persona, aut maritꝰ etiã ĩteruenire,cũ à pari procedãt,& sint similia,& de similibꝰ simile debet esse iudiciũ,*cũ itaq; regulariter in causa criminali nõ possit interuenire ꝓcurator,secũdũ no.in l.seruũ quoq;.§.publicè.& ibi gl.magistra.ff.de procu.sequitur ꝙ & maritus non poterit esse in iudicio pro vxore in istis causis criminalibus.

22 Procurator in causis criminalibus interuenire non potest.

ADDITIO. Aduerte ꝙ in regno Sici.etiã in causa criminali,maritꝰ cõparet pro vxore secundũ cõstitutiones regni,vt videri potest in cõstitutionibꝰ regni,in cõstitutione quæ inci.generalia iura.& ibi per Mat.de af.in vj.not.& Andreã de Yser.Et ibi quid de iure.& etiã videri potest per sequentẽ articulum.*Qui articulus quia pulcher est & frequẽs ex dictis doc. hìc accumulabitur,& scindetur in duas partes.

Quo ad actorẽ non. Ratio.

PRima erit vtrũ accusator poterit cõstituere procuratorẽ.Secũda erit,vtrũ reus. ¶ Quantũ ad primũ,regula est ꝙ nõ.d.§.ad crimen.& huius dat Bar.ibi plures rationes.prima,quia quãdo crimẽ est publicũ,accusatio cõpetit cuilibet de populo:& cũ causa sic spectet ad procuratorẽ,sicut ad constituentẽ,sequitur ꝙ non poterit cõstitui.l.licet.& ibi Bar.ff.de procu.& dicit Bar.ꝙ licet hæc ratio sit bona,tamẽ nõ est generalis:quia tantũ cõcludit quãdo accusaret tanq̃ quilibet de populo,sed si accusaret ꝓsequẽdo suã vel suorũ iniuriã,ista ratio cessaret,& tunc posset cõstitui procurator.d.l.licet.§.ad crimẽ.vnde dãtur aliæ rationes:vna videlicet, quia si accusator reperiretur in calumnia, deberet cõdemnari in similitudine supplicij propter pœnam talionis, & etiã accusator debet detineri sicut accusatus in criminali.l.fi. C. de accu.l.j.ff.ad Turpil.sed vrgentior ratio est, quia quis magis diligenter aget causam suam per se,quàm per procuratorem,& causam suam quàm alienam.l.j.ff.de adulteriis. quibus rationibus concludere videntur doctres, quòd non possit accusator in causa criminali constituere procuratorem,vel accusatio proponi nomine alterius per procuratorem. sed tamen hoc fallit in priuatis iudiciis.l.fi.ff.de iureiu.& l.fi.§.ea.& d.§.ad crimen.Item fallit in publicis iudiciis,quando accusator prosequitur suam vel suorum iniuriam.dicta l.licet.in prin.& ibi Bart.

Aliæ rationes.

Quid quo ad reum.

QVantũ verò ad reũ diffusior est iste articulus. quẽ Bar post glo.plenè examinat in d.§.pub.& in §.ad crimen.& recitat diuersas doc.opi.tam in publicis criminibus q̃ priuatis,quas hìc recitare nõ esset nisi tædium legentibus,& in dictis locis poterunt recurrere:sufficit solùm dicere cõclusiones in materia.

23. *Quòd non. Ratio.*

VNde cõclusio est cõmunis,*ꝙ in crimine publici iudicij,nõ potest interuenire ꝓcurator ad allegãdas causas causæ,sed ad allegãdas causas absentię admittitur.casus est in d.§.ad crimẽ.& ibi Bar. cuiꝰ est summariũ suprà relatũ.Et huius ratio est,quia ꝓcurator debet cõdẽnari. l.j.C.de sen.& interlocuto.& nõ esset cõgruum quòd procurator dãnaretur ad mortẽ,vel aliã pœnã.& licet Bar. dicat istã rationem nõ esse bonam,quia quod dicitur ꝙ procurator condemnatur vel soluitur,est verũ quando in procuratorẽ potest cadere sententia, aliàs non

non.l.vlt.C.de iureiu.& notatur in l.nihil.C.de procu.tamen videtur eſſe bona,quia ſententia iſta poteſt ca-
dere in procuratorē,quia eadē ratione poteſt ſe obligare ad illā pœnam , qua accuſator ſe obligat ad pœnā ta-
lionis,dicta l.j.ad Turpil.& cōmentarien.punitur eadē pœna qua reus qui aufugit.l.ad cōmentarieńſem. C.de
cuſt.reo.l.ſi quis.& ita not.ff.eo. tit. ¶ Et ſi dicatur ꝙ non debebit puniri eadem pœna, ſaltē hoc erit verū di-
cere,*ꝙ tanto ac tali priuilegio debet gaudere procurator ſicut fideiuſſor . vnde ſi fideiuſſor in cauſa crimina 24
li non exhibens reum non puniatur ſimilitudine ſupplicij.d.l.ſi quis.ſequitur ꝙ nec etiam debebit puniri pro-
curator.& nihilominus potuerit interuenire ſicut fideiuſſor.ſed aliam dat Bar.rationem, quia hoc eſt ne iudi- *Alia ra-*
cium reddatur illuſorium.l.ſi prætor.in prin.ff.de iu.quod tamen eſſet ſi procurator interueniret ex parte rei, *tio.*
quia ſi videret ſe damnari ad mortem nunquam compareret,& abſens nō poteſt damnari.l.abſentē.ff. de pœ.

HAnc rationē ego tali impugno motiuo,& dico magis præſumendū ꝙ reus damnatus ad mortē, vel aliam
pœnā corporalē,compareret illā pœnā ſubiturus,q̃ procuratorē dimitteret in periculo.ſ. vitæ ſuæ & cor-
poris diſcrimine,tū quia procuratori fidē falleret,quod graue eſt.l.ij.ff.de cōſti. pec. cū vulg. nec præſumendū
eſt,*quia quilibet præſumitur bonus & legalis,niſi appareat de cōtrario,* tū quia dānatus ad mortē aufugiēs 25 26
peccat & tenetur redire,& ſubire ſuppliciū, aut miſericordiā petere,ſecundū theologos, ꝑut refert Bar.in l.re *Quilibet*
legati.ff.de pœ.no.Io.And in c.paſtoralis.§.notoriū.de iu.in vj.plenè ꝑ Hen.bohic.in c.accedēs.l.ij.ext. vt lit. *præſumi-*
nō cōte.qđ cum ita ſit,melius eſt ei ſubire ſuppliciū,quā mortale peccatū cōmittere.c.literas & ibi notatur,ex *tur bonus.*
trà,de de reſtitutiōe ſpoliatorū. qđ nec quidē dici,ſed nec cogitari debet,vnde illa ratio vt nō cogitanda mini
mè eſt dāda ad iſtū articulū.Si enim gentiles qui ſola notabili ratiōe vitā agebāt in terris,etiā ipſi in cauſis vitę
fideiuſſoribus aut procuratoribus fidē,redeūdo ad ſuppliciū ſeruauerūt, meritò illud Dametę Vergiliani po- *Vergil. in*
teſt dici,Quid faciēt dñi audent cū talia fures,ꝙ.ſ.fortiùs hoc facere deberēt Chriſtiani,quibus contrariū fa- *Buc.*
cientibus opponitur ſalutis detrimētū. *Sic enim legūtur feciſſe Damō & Pithias,cū à Dyoniſio Syracuſano-
rū tyrāno detinerentur ſuppliciū paſſuri , obſes ꝓcurator & fideiuſſor pro ipſo ſupplicio remāſit ipſe Damon 27 *Damō Pithias.*
niſi ad diem ipſe Pithias ſiſteretur,qui fideliter rediens, admirans ipſe Dyoniſius fidem & amorem ſociorum
petiit ſe tertiū in amorē aſcribi.hęc Cic.officio.iij.ſic legitur etiā feciſſe M. Attilius Regulus à Carthaginen- *M. Atti-*
ſibus captus,Romā rediens pro captiuis reddēdis,diſſuadēs rationibus hoc facere.ad Carthaginēſes rediit ſup *lius Regu-*
plicio deſtinādus.hæc Liuius,hæc Plutarchus in Apophtheg.eſſet ergo hæc præſumptio, & per cōſequēs hæc *lus.*
ratio. ¶ Vnde aliā dat ipſe Bar.rationē,hoc.ſ.ita eſſe,ne maleficia manerēt impunita.l.ita vulneratus.ff.ad l.A- *Tertia ra*
quil.q̃ licet ſit vera in ſe, quia & ſi procurator puniatur, aliqualiter tamē,ex quo nō eſt ille qui deliquit,ſed dñs *tio.*
qui euitat pœnā,q̃ debet tenere ſuū actorē.l.ſancim⁹.C.de pœnis.erit verū dicere eſſe īpunitū. Sed poteſt reſ-
pōderi,quòd ſatis punitur in eo quòd peccat mortaliter,pro quo ſuppliciū ſubibit,vt dictū eſt,vel punietur vt
cōtumax.ſ. in ſuis bonis.Vnde non videtur hæc ratio facilis huius ratione. ¶ Aliā dat ipſe Bar.& dicit ꝙ hoc *Quarta*
quia meliùs defendit ipſe principalis ſuā cauſam q̃ ꝓcurator.l.j.ff. ad carb.quare &c . Sed ego credo ꝙ melior *ratio.*
eſt ratio,quia reus bebet perſonaliter cōparere,vt iudex videat ꝑ eius aſpectū qua trepidatiōe,quo vultu & cō *Quinta ra*
ſtantia reſpondebit. quibus omnibus faciliùs veritas indagatur, & eſt vera iſta concluſio, vt ſcilicet in crimine *tio.*
publici iudicij non interueniat procurator,quando pro crimine imponitur pœna ſupra relegationem: ſecùs ſi
infra relegationē. Albe.pro hoc in d.§.publi.& ibi glo.facit l.j.& ibi glo.ff.an per alium cauſæ appel.& etiam
gl.in d.§.ad crimen.Et hanc opinionem tenet Iaco.de Rauen.Odofre.Iac.But.Guil.de cug.& Ray.& quaſi o-
mnes ſecundū Bar.in d.§.ad crimen.licet contrariam opinionem teneat Ia.de Rauen.quem ſequitur Petrus,&
citramontani,& ipſe Bar.cum ipſis.in d.l.ad crimen.mouentur pluribus motiuis,de quibus ibi per Bar.& te-
nebit quòd ſiue ſit crimen publicum,vel priuatum,nunquam poteſt interuenire procurator,quandocunq; pœ
na corporalis à relegatione ſuprà vel infrà imponatur,niſi pæna pecuniaria imponatur.

SEd quia ſit vis in dictione,vſque,poſita in d.l.j.an per aliū cauſæ appel.an ponatur incluſiuè, an verò exclu-
ſiuè:dicūt poni incluſiuè.videte ibi per eos,& ad d.§.publicè.reſpōdent ꝙ loquitur in eo,qui tantùm venit
ad allegādū cauſas abſentiæ,& nō cauſas cauſę & innocētiæ.Quia quicquid ſit,omiſſa iſta diſputatione,cōmu
niter tenetur opinio gl.& ſequaciū,quæ eſt ꝙ in cauſis criminibus,ſiue priuatis, ſiue publicis,in quibus ponitur
pœna ſupra relegationē,nō poteſt interuenire procurator. ¶ Erit ergo concluſio in hoc ſtatuto noſtro, quòd *Concludit.*
maritus procuratorio nomine nō defendet in his criminibus mulierem,in his verò in quibus imponetur pœ-
na à relegatione infrà,& pœna pecuniaria poterit interuenire regulariter.d.§.publicè.cū ibi notatis. *indiſtin- 28 *Excu-*
ctè tamen in omnibus criminibus publicis & priuatis admittitur excuſator.de cuius materia videatur ampliſ- *ſator in o-*
ſimè per Bar.in d.§.ad crimen.quis,quando,& quomodo,quare,&c.debeat ille eſſe excuſator.Et hæc,vt ſuprà *mnib⁹ cri-*
dixi,procedunt in marito,etiam vel coniuncta perſona,ſed tamen ſecundum opi.Bar.in d.§.publicè.& in d.§. *minib⁹ ad-*
ad crimen.quæ eſt vera cōcluſio & cōmunis,quæ facit ad verba ſtatuti noſtri,& eſt tertia lectura data per Bar. *mittitur.*
ad d.§.publicè.*ꝙ in omni genere cauſarum de mundo, ſiue pecuniario, ſiue capitali, quod cōtineat pœnam
ſupra relegationem vel infra,vbicunque abſens poteſt damnari,admittitur defenſor abſque mandato. per d.§. 29 *Defen*
public.quē Bar.dicit ita debere intelligi loqui in tali defenſore,& nō in procuratore.& ideo ſic ſummat illum *ſor ſemper*
§.*vbicunq; poteſt ferri ſententia in abſentem,quæcunque ſit cauſa,quilibet admittetur,etiā ſine mandato,ad *admittitur*
oſtendendū de eius innocentia,& hoc probat ex verbis tex.d.§.publicè.ibi, à quibuſcunque defendi &c. *etiā abſq;* 30 *man-*

ADDITIO. Etiam admittitur ſine cautione de rato, vt tenet Matthæus de affli.in conſti.regni Siciliæ, *dato.*
quæ incipit,pœnam eorū.in ij.not.in ij.quæſtione.in ix.requiſito.Ant.de canario in tract.
de excuſatore,vbi amplè ponit materiam excuſatoris & defenſoris, & poſui in dicto conſilio meo ſuprà alle.*
¶ Sed tamen contra Bar. (qui loquitur & in procu.) facit titulus ſub quo ſituatur & cōtinetur materia de qua
loquimur,probat poſtea ratione:quia etiam hoc debet facere iudex nemine petente,ſiue hoc faciente ex offi-
cio ſuo.aut.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex.&.l.ampliorem.§.pe.ff.de appel. facit vltra Bar.text.in l.
properandum.in §.ſinautem.ibi eius abſentia.&c.C.de iu.& hoc erit ad allegandum & probandum innocen-
tiam rei,ſed tamen non poterit per hoc aliquid facere reo quod noceat aut præiudicet,& ideo non audietur vt
procurator qui nocet & prodeſt.l.nō ſolū.ff.de procu.ſed admittetur tanquā quilibet ad iudicē informandum.

ADDITIO. De huiusmodi defensore siue excusatore quomodo admittatur ad allegādū legitimas causas absentiæ,vide Mat.de af.in cōsti.regni Sici.quæ inci.edictorum.in xiij.not. vbi per xij.quæstiones ponit materiā excusatoris.Et in hoc aduerte ꝙ excusator debet petere terminū ad probādum impedimentum,vt tenet idem Matth.in dicta consti.quæ incipit,pœnam eorum.in ij.not.in ij.q.in ix.requisito.*

VNum tamen est notandum,quomodo si dictum sit,quòd in causis in quibus imponitur pœna pecuniaria,
potest interuenire procurator, tamen si iudices velint, poterunt cogere reum ad cōparandū,& procurato-
rem non admittere. ita Bar.in d.§.publicè. in l.fi. C.de procu. & dicit non sufficere procuratorem specialem,
* quia veritas colligitur ex aspectu. l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstioni. & dicit esse in arbitrio iudicis an
faciat comparere principalem,vel non.

ADDITIO. Aduerte an iudex in causa ciuili possit pręcipere litiganti ꝙ cōpareat personaliter. Matt.de af.in d.cōsti.pœnā eorū.in v.gl.videtur tenere ꝙ nō* ¶ *Et hęc oĩa sunt dicta cōmunia in

32 *Vbi pœna pecuniaria imponitur,* criminibus publicis & priuatis,vt in vtrisq;(si est imposita pœna pecuniaria ex statuto vel aliàs)posset interue-
nire procu.secundum Bar.in d.§.ad crimen.in v.col.ibi quæro.dicitur hîc, ꝙ ipse dicit se tenere cōsulendo,&
33 *procurator admittitur.* hoc seruare cōsuetudinē.& præterea est sciendum * ꝙ ex genere pœnæ crimen iudicatur capitale vel non,se-
cundum not.per Bar.in l.publicorum.ff.de publi.iu.in l.Agraria.ff.de ter.moto.in l.iij.ff.de sepul.vio.videatur
ibi.& subiungit Bar.vnum notabile verbum,quòd id quod dicitur,quādo est pœna pecuniaria potest interue-
nire procurator,hoc est verum ex parte rei:sed an possit interuenire ex parte accusatoris,oportet aspicere distin
ctionem l.licet.ff.de procu.scilicet si prosequatur suam vel suorum iniuriam,prout suprà tetigit.

34 *Dictū memoria dignū pro infamia euitanda.* VNum tamen quod semper à puerilibus meis annis habui memoria,nolo hîc omittere, *ꝙ in istis crimini-
bus nō parū est litigare per procuratorē:nā clarū est ꝙ ex istis dānati efficiūtur ignominiosi & infames.l.j.
§.j.ff.de his qui notan.infa.litigātes autē per procuratorē etiā cōdēnati euitāt infamiā.l.furti.§.qui alieno.ff.de
his qui not.infa.per quē tex.cōsuluit ibi Bar.& dicit esse mirabile cōsiliū.Facit §.ex quibusdam.insti.de pe.te.
liti.sed hoc cōsiliū esset salubre in illis causis in quibus admitteretur procurator,de quibus suprà dixi.Sed cau-
tiùs iudex poterit hoc cōsiliū diuertere,& per rationes,quas suprà retuli,cogere partē ad cōparendum.d.l.fi.de
procur.C. ¶ Aliud cōsiliū ad euitandū infamiam sumpsi ex addi.vica. Io.An.ad Spe.in tit.de contu.§.sequitur
35 videre.ver.si quis igitur.super verbo,cōfiteri.vbi dū Spe.dicit, * ꝙ cōtumax in causa criminali videtur cōfiteri
&c.addit ipse Io.An. & dicit ꝙ per hoc licet sentētia sequatur,ꝙ tamē nō erit infamis:erit ergo cōsiliū,ꝙ reus
36 nunq̃ cōpareat. ¶ *An si aliquis cōmiserit delictū ex quo irrogatur infamia,possit iudex illū cōdēnare de dicto
delicto in sua præsentia,reseruādo ei famā,vide Bar.in cōs.suo cxj.inci.quæritur.& in dubiū reuocatur.in fi.vbi
dicit quòd iudex non potest sine causa.videmus tamen singulis diebus quòd curia parlamenti hoc facit.

37 *An marit⁹ inuita vxore poterit pro ea in iudicio stare.* VTrùm * autem mulier poterit nolle maritum in iudicio pro ipsa stare , & vtrùm maritus hoc poterit ipsa
nolente & inuita?tex est quòd non.in l.Pomponius.§.fi.ff.de procu.Sed tamen ego credo quòd hoc non
procedit ex statuto.vnde ego dico quòd hoc habet istud statutum vltra ius, quòd etiam inuita muliere agit,&
defendit in negotiis mulieris. ¶ Et moueor,quia mulier si vellet agere non possit impedita primo statuto su-
prà in hac rubrica,quod habet quòd mulier non potest stare in iudicio,cùm sit in potestate viri. nisi responde-
retur quòd simile est de filio,& tamen patre nolente consentire filius potest agere, secundum not.in l.cū non
solum.C.de bonis quæ libe. Item mulier nō potest nolle quòd maritus habeat suarum actionum exercitium,
per hoc statutum.facit.l.fi.C.de pactis conuen.ergo nec potest dissentire marito illas exercenti.

38 *An mulierē in ius vocatā,maritus autorizare cogatur.* SEd econtrà,*quid esset si mulier vocaretur ad iudicium,quæ ex cōsuetudine nō est legitima persona,pro-
pter potestatem maritalem,vtrū maritus cogeretur mulierē autorizare,& illi cōsentire:an verò cogeretur
iudiciū suscipere,quia statutū nostrū loquitur per verbū,potest,quod non importat necessitatem.l.sæpe audiui
Cæsarem.ff.de of.præsi.not.in l.iij.C.de pig.nisi diceretur prout ibi exponitur,quod potest.i.debet.poterit ta-
men cogi consentire,& autoritatem pręstare omnibus illis modis quibus pater cogitur filio cōsentire,& auto-
ritatem præstare.de quibus per glo.Bar.Bal.& omnium.in l.cum non solum.in prin.C.de bonis quæ libe.

Quæstio. SEd quando quis emit hęreditagia vendita per decretū post proclamata facta,& decreto iudicis interposito,
secundū quod dictāt ordinationes regiæ,inpetrat postmodū guardiam ad se faciendū manu teneri in hære-
ditagiis sibi deliberatis per decretū iudicis,quæ quidem guardia habet vim executionis sentētiæ decreti inter-
positi:an isto casu in hac materia possessoria maritus possit esse in iudicio pro vxore?videtur ꝙ sic, per text. hu-
ius consuetudinis.vidi tamen iudicare contrarium,eo quòd hęc materia possessoria est in totum realis,cùm sit
executio sententiæ realis super actione hypothecaria,& ideo requiritur procuratorium vxoris.cogita.

IN TEXTV IBI, *En actions personelles.*

1 *Quatuor genera actionum.* DIC quòd * sunt quattuor genera actionum: quædam sunt merè reales,quędam merè personales,quędam
personales,in rem tamen scriptæ,& quædam mixtę,quas plenè examinat do.meus Ias.in rub.ff.si cer.pe-
ta. Et ex quo permittit in istis casibus, videtur esse prohibitum in aliis. per text.in l.maritus. C.de procu. qui
multùm facit in proposito.faciunt quæ notantur in c.nonne bene dicimus.per Feli.& alios.extrà, de præsum-
ptio.dixi suprà plenè.non hîc repeto.

§. SEXTO.

*FEmme mariee selon la generale coustume du duchié de Bourgongne, est douhee apres
le trespas de son mary sur la moytié des heritages anciens de sondict mary, dont il est
mort vestu & saisy,pour en iouyr sa vie durāt,& supporter la moytié de toutes char-
ges reales a cause de sondict douhaire.& sera tenue de maintenir en bon & cōuenable estat les
biens de sondict douhaire.*

IDem in comitatu Niuernen.in tit.Des *douhaires.*Idem in comitatu Borbonij,in tit. *des mariages &
douhaires.* idem in patria de Lorry. Idem in comitatu Burgundiæ & pluribus aliis partibus Galliæ.
Idem in septena Bituricen.vt habetur in consue.dicti loci.tit.de consuetudine matrimonij.§.iiij.

Nam

NAm valet*cõſuetudo ſeu ſtatutũ, ꝙ maritus vel vxor poſt mortem alterius certũ quid lucretur, vt eſt Mediolani, *ꝙ vir lucratur vxore præcedente in matrimonio ſine liberis tertiã partem dotis, vt notãt Bar. & do. meus Iaſ. poſt alios in l. cunctos populos. in j. lectura, in xiiij. col. C. de ſum. tri. & fide cat. & Papiæ, ꝙ lucratur totam dotẽ, & in ciuitate Placentiæ, prout dicit ibi do. meus Iaſ. & valẽt talia ſtatuta propter onera matrimonij, quæ ſuſtinet maritus. c. Ray. de teſt. & Fran. de crema in ſingularib⁹ ſuis, ſingulari cliiij. in prin. Et pro certo licet multi dicãt*ꝙ Galli ſunt domini ſuarũ vxorũ, & Itali penè famuli, tamẽ ex hoc conſtat de cõtrario cũ ſint Galli effœminati. c. alius. xv. q. vj. nihil ex conſuetudine lucrantur de dote vxorũ ſuarũ, & tamẽ Itali lucrantur, vt dictum eſt. & dicit Henricus bohyc in c. fi. extrà, de dona. inter virũ & vxorem. * ꝙ valet conſue. tudo quæ habet ꝙ mulier lucretur fructus donationis propter nuptias. Et videtur iſta cõſuetudo (de qua hîc) eſſe fundata in aut. de nuptiis. in §. ſi autẽ in dote. & poſſet etiam in vita relinqui per contractum inter viuos. §. ſi verò ſolum. in aut de nuptiis. colla. iiij. ¶ An hæc conſuetudo valeat, vide Boerium in conſuetudini. ſeptenæ Bituricen. titu. de conſuetudine matrimonij. §. iiij. in prin. primæ glo. 2 *Conſuetudo Mediolanen.* *Papięſis.* *Placentina.* 3 *Galli domini vxorum.* *Itali ſerui.*

IN TEXTV IBI, Femme.

VIderetur eſſe dicendũ idẽ in viro, per notata per Fran. de Arc. cõſi. cxxx. & Fran. de curte iuniorẽ, præceptorẽ meũ, cõſi. vj. poſt feuda. & dicã infrà in fi. in concluſione harũ conſuetudinũ. Sed tamen dic hoc nõ eſſe verũ, quia vir non habet dohariũ in bonis antiquis ſuæ vxoris, quia nõ eſt eadẽ ratio in viro ſicut in vxore, dic vt infrà in concluſione harum cõſuetudinum, in glo. *interpretez*. in ſeptima concluſione. ¶ Vide eundem Boerium in ſæpedictis conſue. Bituricen. titu. de conſuetudine matrimonij. §. iiij. in fin. primæ glo. Et ibi vide quid de matrimonio declarato nullo quo ad thorũ ex alia cauſa q̃ adulterij. & dixi ſuprà ĩ §. ij. gl. j. in hoc co. ti.

IN TEXTV IBI, Mariée.

QVæro nunquid ſponſa de præſenti debeat vti & gaudere iure huius conſuetudinis? Caſus euenit in hac patria de domina Antonia Charuot, quę fuerat deſpõſata quodã magiſtro Ioãni Cõroy in vtroq; iure licẽtiato, ciui Heduẽ. & anteq̃ fuiſſet matrimoniũ conſummatũ per copulã carnalẽ deceſſit dictus Conroy ab humanis, relicta dicta domina Antonia ſuperſtite, quæ fuerat deſponſata cum dicto Conroy per verba de præſenti. Quæ quidem poſt mortem dicti Conroy habuit in maritum egregium iuris vtriuſque doctorem, dominum Guidonem de moreaul, qui poſtmodum fuit aduocatus regius in balliuatu Heduen. & quia nõ poterat reſidere in dicta ciuitate Heduen. officium ſuum aduocatiæ mihi purè & ſimpliciter reſignauit. Qui quidem habuit proceſſum contra hæredes dicti quõdam Conroy, de dicto dohario ſeu vſufructu. Et agitatus fuit proceſſus coram balliuo Diuionen. ſeu eius locum tenen. in loco Diuionen. coram quo habuit prouiſionẽ, & plures ſcripſerũt in hac materia. Sed inter alia cõſilia ipſe do. Guido, qui eſt peritiſſimus in iure, ſcripſit duo, quæ hîc poſtmodum inſerere volui, ſed vltimum fuit ſignatum à quamplurimis. *Caſus facti.*

SEQVITVR CONSILIVM PRIMVM.

QVia caſus eſt pulcher pro amicis & in terminis nullibi deciſus, quòd viderim, aut recorder me legiſſe, vt vtar verbis glo. ij. in l. j. ff. de leg. ij. longiùs extendam neruorum vires. Inuocato itaque Chriſti & virginis nomine, in themate vno quæritur, ſtante conſuetudine quòd mulier maritata habeat in bonis & patrimonio antiquo viri prædefuncti vſumfructum quoad ipſa vixerit: quęritur quid iuris de ea quæ eſt maritata per verba de præſenti, quæ tamen non fuit traducta ad domum, nec carnaliter cognita.

AD negatiuã adduco: *cũ lucrũ eſt annexũ oneri, & in eius cõſequẽtiam venit, infertur ꝙ delatio oneris eſt cauſa finalis dilationis lucri. tex. ſunt in argumentũ. in l. vſuſfru. §. quicunque. in l. ſi pendẽte. §. ſi quid. ff. de vſufru. & l. quæro. cum ibi not. in glo. fi. ff. de vſufru. leg. l. vnica. §. pro ſecũdo. C. de cad. tol. Sed lucrũ quod defertur virtute prædictæ conſuetudinis, eſt ratione oneris matrimonij: ſequitur igitur ꝙ cũ in caſu noſtro ceſſet cauſa finalis. ſ. quia onus ſupportatũ nõ ſit cauſati effectus, impeditur, l. iij. §. fi. cum l. ſequen. ff. de adimen. lega. l. Pamphilo. §. fi. ff. de lega. iij. l. cum tale. §. falſam. ff. de condi. & demon. l. j. ff. de condi. ſine cauſa. 1 *Lucrum annexum, oneri.*

SED vt tuear dominarũ iura, prout meę partes ſunt, nego mediũ (ſiue mauis) minorẽ, ratio enim prędictę cõſuetudinis nõ eſt ratio oneris, quia nullũ venit ſupportandum ex parte vxoris viro exiſtente locuplete. dico propter legẽ, vbi. C. de iure dotiũ. ꝙ ſi hæc inficientur aſſerẽtes honorẽ & onus vniuerſæ donus ab earũ pẽdere prouidẽtia, ſicq; humilius nimis neq; cũ honore multo tractari, in quorũ cõpenſam ſe credũt à prædicta cõſuetudine præmiatas. Sed audiant maritũ & eas aluiſſe, & veſtiiſſe indumẽtis precioſis: quódq; ſe habere oportet & iocalia, & ornamenta. teſtãtur quæ ſunt ſcripta in l. veſtis. §. muliebria. & l. argu. §. ornamẽta. ff. de aur. & ar. leg. eorũ gemitibus & falſa eorũ lachrymula, quã vix vi extorſerit (vt dicit Comicus) grauibus expen. (teſte experientia) vexare viros ſolitæ ſunt. ita ſcribit Imo. in c. ex parte. col. fi. de cõſue. quãta alia onera ſupportant mariti, teſtatur in l. ſi cũ dotẽ. §. ſi autẽ in ſæuiſſimo. ff. ſol. mat. & ponit Pa. in cõſi. lxxix. in ij. vol. ne quid plura ne inhęrẽtes prędictę rationi cõtra ꝓpria cõmoda pro earũ more laborẽt. iuxta l. ſi pater. C. de ſpõſa. videant quod legitur in aut. vt mulie. debi. & cre. ſi verò, quod difficillimum eſt, ſupportare earũ defectus & mores, ita communiter ſolẽt eſſe intollerabiles, vt illud rectè in ore viri eſſe poſſit quod ſcribit Ouidius, Non honor eſt, ſed onus. ſed vt quo duceretur reuertar. cùm extet Calphurni diuina ſententia, Hoc omnes vno fonte neceſſe bibant. Dico ergo quòd dicta ratio non eſt concludens, ergo non bona. d. §. falſam. & l. non eſt. ff. de leg. j. *Lachrymæ mulierum.*

SIt ergo ratio in ſolatiũ viri deperditi. Acerbũ eſſet etenim nimis & virũ perdere & ſubſtãtiã, vt de patre legimus, cui loco ſolatij filiæ præmortuæ dos reſtituitur. l. mater. ff. de iure dotiũ. Facit quod dicit Abbas in c. j. de ſepult. vbi ſacerdoti in ſolatiũ ex cõſuetudine cõceditur pro ſepultura ſui parochiani aliquid tẽporale. & iſtã eſſe rationẽ apud me cogitauerã, poſtea repperi ꝙ eam in terminis aſſignat Bal. in ſuo tra. dotis. in xxxv. ſpeciali. quã rationẽ militare probatur, nã videmus iure ciuili caueri viro præmortuo, ꝙ per annũ vxor ſuſtinet in vidua triſtia ſigna domo, vt dicit Ouidius. tex. in l. liberorũ. §. j. ff. de his quæ not. infa. *ita ꝙ metu pœnæ intra illud tẽpus arcetur à matrimonio, propter ſanguinẽ illo tẽpore turbatũ, aut qui turbatus iuſtè creditur. Sed hæc diſpoſitio trahitur, vt nec illo pẽdẽte tẽpore liceat cõtrahere ſponſalia de præſenti. Glo. in l. ſolet. illo co. tit. *Solatium viri deperditi.* 2 *Cur mulier infra annũ luctus prohibeatur nubere.*

3 *Spōsa lugere debet sponsum præmortuum.* ITem habet * locum in sponsa de præsenti, vt debeat lugere spōsum præmortuum, quia vir erat. Ista sunt verba Bar. post glo. in l. vxores. illo eodem tit. Quare in themate quæsito videtur superstitis vxoris potior intentio, etiam si præmortuus vir Attalo rege Pergamorum ditior existeret.

AD prædictam consuetudinem alia non spernenda ratio esset, vt vir & vxor sint adinuicem socij simul diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de cri. expi. hære. & l. j. ff. de ritu nuptiarum. & infortunia vnius dicantur esse communia alteri. d. §. sin autem. quæ prædicta militant in maritata de pręsenti. His enim rationibus pretor solitæ æquitati inhæret. l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod certo. produxit titulum, vnde vir & vxor. qui in taliter coniunctis non secuta aliter copula carnali habet locum, vt tenuit originaliter Bald. cum quo adhæret communis. in l. j. ibi, confirmant scilicet. & do. Ias. C. vnde vir & vxor. in j. col.

ALia esset ratio, quia sic placuit legislatori in honorem trāsacti matrimonij, & meritorū vxoris. arg. l. vnum ex familia. §. fi. de leg. ij. Non autem dicas propter sobolem, quia hæc esset specialis contra c. erit autem. iiij. dist. Tum & quia non negamus scribi prædictum lucrum, per ea quæ Bar. in l. j. col. pe. ff. sol. mat. Et compo. in tra. dotis. q. xxxvj. primę partis. quicquid sit ex tacito consensu populi extat inducta prędicta cōsuetudo, non abs re varia ratio assignatur, & si aliæ coloratæ prodirent in medium, militarēt in casu nostro. ad quem accedat quòd in taliter coniunctis procedit titulus rerum amotarum, iuxta l. si concubina. ff. rerum amotarum. vxor est.

4 MOueor secundò ad negatiuam, * quando verba legis possunt pati plura significatiua, illud sumimus, per quod apparet natura subiectę materię. l. si seruus plurium. ff. de leg. j. l. si vno. in prin. ff. loca. & intelligimus

5 *Verba naturaliter intelligenda.* magis propriè. l. non aliter. ff. de leg. iij. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instru. * verba enim habentia intellectum naturalem, debent naturaliter intelligi. l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. Feli. in rub. de maio. & obe. etiam in statutis. Pet. de Anc. in commento. c. canonum. de consti. consi. lxxvij. ad finem.

ADDITIO. Et dicit Bal. in c. signi. in medio. extrà, de appellat. quòd verbis inhærere debemus, etiam si dubia sint. & G. Benedicti in repet. c. Raynut. in verbo, eidem impuberi. in prin. extrà, de test. ponit amplè quomodo verbis inhærendum est. * ¶ Sed nemini venit in dubium appellatione mariti eum magis venire, qui cùm intelligeret facto esse opus verbis, non extitit contentus, quàm eum qui stetit in puris finibus voluntatis, nec id compleuit propter quod nubimus, iuxta id quod dicit text. in c. j. de fri. & ma. & l. fi. C. de sponsa. & certè reali seu totali perfectione hoc modo non posset dici maritata, vt scribit Sali. in l. Deo nobis. C. de epis. & cle. vide si tuta sit in casu nostro. ¶ Responde quòd ex quo in casu nostro gratia mariti dilatio consummationis fuit, non autem stetit per ipsam, non debebit ex ipsius bonitate cōcessa dilatio in ipsius odium redūdare, imò habeatur pro completo quod faciendum erat, iuxta dicta per Bar. & Alex. in l. j. & fi. ff. de priua. delictis, & ex quo erant de proximo copulandi, nec aliquid impediret, per quod eam non caperet.

6 ret. asseramus * quòd dispositio, quæ habet locum in existēte in termino, procedat, & si sit in via tantùm, vt posuit

7 suit Ias. in repe. l. quo minus. ff. de flu. ix. col. & probat decisio Sali. l. cum veterū. C. de dona. ante nuptias * quod habetur pro carnaliter cognita quæ de proximo cognoscenda est. facit tex. cum Bar. in l. pe. ff. de testa. mili. tex. in l. qui pœnæ. §. diuus. ff. de manu. test. vbi Bar. & in l. j. §. si in eo. ff. ad Silleia.

ACcedat vlteriùs in hanc sinistram partem, quòd vbi actus est præparatorius secundum naturam actus præparati per actum finalē, ita sit cōclusio, ꝙ solum ex illo nascitur actio. l. illud. in fi. ff. ad l. Aquiliam. Ang. in l. ij. ad fi. ff. de priua. deli. sic se habēt verba de pręsenti, & subsecutio copulę carnalis: ergo interueniente sola copula, resultat actio ad lucrum. ¶ Tu dices in verbis de præsenti actum pręparatorium & pręparatum ita residere, ita quòd vi illorum competat dictum lucrum. vel secundò crede copulam nō esse de necessitate, secundum naturam actus finalis præparati, sed secundum accidens: vnde ex quolibet actu particulari resultat actio, vt per Ang. suprà, & sunt illa verba ipse actus præparatus. l. consensu. C. de repudiis. l. nup. de reg. iuris. Actus autem

8 *Clandestinitas nō vitiat matrimonium.* præparatorius sunt verba de futuro. l. oratio. ff. de sponsa. facit quod habetur c. j. de clande. desponsa. * vbi clandestinitas non vitiat matrimonium, ex quo de consensu apparet, qui solus (licet clàm præstitus) sufficit ad matrimonium. vel responde * quòd vbi finis habet necessariam consequentiam ad principium, illud nō inspicimus.

9 l. iij. §. scio. ff. de mino. l. damni infecti stipulatio. §. Sabi. ff. de damno infecto.

PRopterea hanc primam partem indicat verbum consuetudinis, cuius forma seu conceptio attendenda. l. quicquid. ff. de verb. obli. d. l. nō aliter. l. j. §. qui nauē. ff. de exercito. l. certa forma. C. de insti. modò in proposito in cōceptione verborū dicitur mulier quę est maritata & c. Quæ rē pfectā expostulat, l. j. §. pe. ff. ꝙ quisq; iu. Item denotāt quādā tacitā cōditionē, cuius implementū statuentes voluerint. l. si quis locuples. ff. de annu. leg. l. cum pater. C. de condi. inser. ergo ante nuptias perfectas nihil peti potest, absurdū enim esset tribui quæ l. non voluit. l. aut facta. §. sub condi. ff. ad Trebel. cùm ergo in talibus nō habet locum natura consuetudinis: ergo nec ipsa. l. quod constitutum. ff. de liberis & posthumis. arg. l. hos accusare. §. quibus. ff. de accusationibus.

10 *Dispositio omnis cum iuris idoneitate intelligenda.* VEniat in medium * ꝙ vnaquæq; dispositio debet intelligi in eo casu in quo cadere potest cū iuris idoneitate & habilitate. vt l. gradatim. §. j. ff. de muneri. & honori. l. j. in prin. ff. ad l. Fal. l. j. C. de sacrosan. eccle. l. & qui vxores. ff. de adop. intantùm ꝙ quantùm fieri potest iuri communi adaptetur. Areti. c. qualiter. §. ad corrigendos. de accu. vt ergo nō lædatur ius commune, intelligemus de maritata cognita carnaliter. Cogita ꝙ hoc statutū nostrū videtur fauorabile. Vnde est extendibile ad casum impropriū, vt etiā veniat sponsi appellatione cuius velles maritum improprium tantùm venire. ita do. Ias. in l. venia. col. ij. C. de in ius vocan.

11 *Nomina statutorum ad vnguem seruanda.* PRocedat in medium quod not. Io. And. in c. quanquam. de vsur. li. vj. in nouel. & eo. li. in c. j. de homicidio. c. j. de statu regula. * ꝙ nomina statuti ad vnguem seruanda sunt: vt si statutum exigat factum cōsummatum, non sufficiat inchoatum, vt no. in l. is qui cum telo. C. de sica. & l. si quis non dicā. C. de epis. & cle. verba enim statuti non debent intelligi in sensu verbi abuso, sed in proprio & efficaci, non trahendo ad iniquum intellectum. l. ex facto. ff. de vul. quod vt ita fiat, vocemus etiam solùm maritum, qui solùm matrimonium compleuit.

12 ¶ Sed sit pro responsione, * ꝙ verba statuti debent intelligi prout vulgò exponūtur. l. Labeo. ff. de supellecti. leg. & quod not. in l. si de compensationibus. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verb. obli. Feli. in proœmio Greg. Ias. l. ij. C. de succes. edi. sed vulgo dicimus quando aliqua est desponsata, talis est dotata, bene maritata.

Additio.

ADDITIO. Ad prædicta facit quòd verba sunt accipienda cum effectu, vt per plura demonstrat Hippo.de Marsi.in l.is qui cum telo.nu.xliij.per plures col.C.ad l.Corneliam,de sicaris.*

CLaudatur hæc pars seq.motiuo,vbi aliquid apponitur propter aliud,debet sumere esse vel non esse.l. qui res.§.mihi.& quod ibi notatur.ff.de solutio.l.cum seruus.ff.de cōdi.& demō.l.cum testi.C.de test.manu. sed lucrū de quo discutimus est propter matrimonium,quod robur ac fomētum ab eo accipit,sed ab eo quod principalius in dispositis actus debet pręcedere.l.quod per manus.ff.de iure codicillo.§.ante instituta.de legiti.agna. tutel. pedissequa enim seu * accessoriū semper vestitur à domino principaliori.l. si quis pro vxore.§. fin.de dona.inter virum & vxorem. & probatur in suo esse perfecto intelligenda quælibet verborū sig.l. iiij. §.condemnatum.ff.de re iudi.l.filius.§.fi.ff.de dona.l.j.ff.si ager vectig.intelligemus ergo de coniugibus omni perfectione rationibus prædictis.& docet in statutis interpretatio nō amplianda.vt not.Dy.in l.j.ff.de verbo.signi.& l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi arma. ex quo ergo est in casu nostro defectus in perfectione matrimonij,inserens in his quæ secundum fidem assumunt effectum,vt in auten.de testi.§.sancimus.& eidem.l.ob carmen.ff.de testi.l.j.ff.de vent.inspi.l.eos.C.de testibus.sequitur &c. 13 *Accessoriū vestitur à domino principaliori.*

COntrariā partem præcedentibus credo veriorem, * nā taliter cōiuncti etiā ante carnalem copulā dicūtur vir & vxor, solus enim cōsensus animorū facit & sufficit ad matrimoniū,vt latiùs cumulat Abbas in rub. de sponsa.inserens * quòd si legatur certum quid alicui si matrimonium contraxerit cum Berta, consequitur legatum sibi factum sub illa conditione, si cum Berta contraxerit per verba de præsenti matrimonium, etiam si Berta ante cōsummatā copulā decedat,ergo pariformiter in casu nostro maritata vocabitur ad lucrum cōsequendū,esto quòd nō fuerit copula carnalis,ex quo dicūtur maritati.& sic in eis cadūt verba consuetudinis. 14 *Cōsensus solus* 15 *perficit matrimonium.*

ET ꝙ dicātur maritati patet taliter.*ad esse matrimonij requirūtur duo substātialia,quib⁹ interuenientibus verum est matrimonium,materia quæ denotat cōsensum:& forma,hoc est verba seu signa illis æquiparata.g'o. est ibi pulchra,quam ibi sequitur Abb.in c.tua nos.de spon.quorum vtrumque hìc interuenit. igitur. 16 *Substātialia matrimonij.*

PRæterea vbi duo requirūtur ad cōsummationē vni⁹ actus,puta ad matrimoniū cōsensus & copula,ille esse debet prior in cuius persona hęc duo prius reperiuntur.l.quoties.C.de rei vendi.l.potior.in prin.& §.si totus.& l.idemque.§.si tibi.& l.si prior.§.fi.ff.qui po.in pig. hab. sed sic est quòd si cū vno interuenerint verba de præsenti,cū alio postea cū talibus verbis addita fuerit copula,adhærendū tamē est cū primo, ꝙ cū eo fuerit matrimoniū.c.j.de spōsa.vbi appellatione maritorū veniunt illi copulati per verba de pręsenti in matrimonio, ergo denotatur quòd ad consummationem actus matrimonij vtrumque non requiritur,sed sufficit alterum,vt consensus in matrimonium.nec ideo militat dictum c.pen.quod semel placuit &c. Nam taliter coniuncti etiā tunc possent ingrediendo religionem resilire à matrimonio,sicque contrahendo spiritualiter matrimonium. c.ex publi.de conuersio. coniuga .nec hoc est quòd spirituale sit carnali fauorabilius,quia primò carnali magis fauemus,vt probant nota.per Ioan.de ana.in c.cum causa.de rapto.colum.iij.

ACcedat quòd iuris dispositio cui assentit cōsuetudo de nō fiendis inter virū & vxorē donationib⁹seu aliis contractibus procedit in aliter cōiunctis.tex.est in l.pe.ff.de dona.inter virum & vxorē.scribit Imo. in l. Męuia.ff.sol.mat.& sequitur Alex.in l.si socer.§.Luci⁹.ad fi.ff.illo eo.tit.qua ergo diuersitate rationis nō procedat in eis talis prædicta nostra cōsuetudo,cū in eis verū fuerit matrimoniū?*probat Ioseph, & virginis laudandū matrimoniū,quod matrimoniū nō fuit carnaliter cōsummatū,& tamē verū fuit matrimoniū,secūdū Pe. & in iiij.dist.iij.& tamen si opus factū fuisset,nō suffecissent verba.l.promissor.ff.de cōsti.pecu.l.j.§.hęc verba. vbi notatur.ff.ꝙ.quisq; iuris.l.prętor.§.si paratus.ff.de noui ope.nun.gaudebimus ergo in casu nostro iure maritorū,& maximè qa cū hoc lucrū deferatur sub cōditione,si culpa volētis lucrū cōseq matrimoniū nō sit solutū.d.l.cōsensu.l.locus.ff.solu.mat.& Ang.l.si ab hostibus.illo eo.ti.hæc nostra maritata caret culpa:igitur.accedat glos.in l.cum in te. C.de dona.ante nup.quæ arguit fatuos credentes ductionē ad domum esse necessariam. 17 *Ioseph & Mariæ matrimonium.*

FAciat.l.pe.C.de incest nupt.*vbi nō licet mihi vxorē fratris ducere in cōiugē, dato ꝙ cū ea nō interuenerit carnalis cōiūctio:quia satis fuit inter eos interuenisse verba de præsenti, vt vir & vxor sint.accedat l.generaliter.C.de secund.nup.ꝙ ea quæ disposita sunt circa lucra dotalia in viro,sunt & in vxore disposita,& simul. tex.in l.si quis incesti.C.de sec.nup.*sed statutū quod præmortua vxore vir lucretur dotē,habet locū in marito de præsenti,vxore de præsenti præmoriēte.Bar.l.nihil.ff.rerū amo.Bar.l.Deo nobis.C.de epi.& cle.l.non sine. C.de bonis quæ libe.Pau.in l.marito.§.j.ff.solu.mat.infinitas remissiones per Alexan.post Pau.de ca.l.si donaturus.§.j.ff.de cōdi.causa data.Feli.latè in c.iij.loco de præsum.gl.pragmaticæ sanctionis in ver.vxorē.de cōcubinariis.Signorolus cōsi.clv.Bal.in suo trac.dotis.in v.parte.in iij. speciali dotis. & ita in practica seruari ponit Cāp.trac.suo dotis.in v.parte,quare igitur.Signoro.cōs.xlj.& cōsi.xxxvij.& ita est cōmunis.ergo habebit locū statutū ecōuersò,vt viro præmoriente,spōsa de præsenti lucretur.*cū vir & vxor sint correlatiua.dicit Roma. singulari suo lj.potiùs debet in eo q̃ in muliere habere locū. ❡Prætereà quādo verba statuti loquūtur in personā,etiā casus fictus cōtinetur cōiunctè.Bar.in l.si quis id quod.ff.de iuris.om.iu.*quod enim est ex mente legis,est ipsa lex,& ad illud trahi debet.no.in l.j.& iij.ff.de lega.hinc est ꝙ cui cōtingit mēs legis, interdum datur actio directa.not.l.j.ff.vti possit.l.j.§.hoc interdictum eandem.ff.de fonte. doct.in l.curatores. C.de neg.gest. 18 19 20 *Vir & vxor correlatiua.* 21

❡Quare sequitur,ꝙ si dicerem⁹ ꝙ talis spōsa diceretur fictè vxor,ex mēte tamē cōprehēderetur,ex quo verba cōsuetudinis sunt in personā.l.nominis.§.verbū.ff.de verb.sig.no.Dy.c.fi.de reg.iur.in vj. & ꝑ hoc fundamēta dicētiū verba statuti debere strictè intelligi tollūtur.Nā verba pretoris etiā extendūtur ad casum fictū.l.j.§.deiecisse.ff.de vi & vi ar.l.j.§.lex Falcidia.ff.ad l.Falcidiā.ita & statuta,cū vtrinque sint stricti iuris.l.constitu.ff.ad municipa.*statuta enim tunc possunt interpretari cū nō habēt casum legis ī cōtrariū. Abb.in c.trāslato.de cōsti. in c.in nostra.de iniuriis.maximè si sint facta ratione personarū.d.l.vt gradatim.§.j. vbi ea esse reducēda ad ius cōmune dicitur.& Abb.d.c.in nostra.&.c.causam.de rescrip.in c.cū dilectus.de cōsuet.in c.ad audientiam.de cle.nō resi.Pau.de ca.in l.iij.de seruis fugiti.facit tex.in l.serui.C.de noxa.& in l.fi.§.in cōputatione.C.de iure delibe.*æquiparo statutū & cōsuetudinē,cū nihil inter se differāt,nisi vt tacitum & expressum,vt dicit Pet.de Ancha.in commento.c.canonū statuta.de constitutio.colum.xxxv.in prin.interpretemur ergo &c. 22 *Statuta quando interpretari possunt.* 23 *Statutū & cōsuetudo æquiparantur*

FAcit ꝙ vbi matrimoniũ nõ eſt,ibi nec nomẽ dotis reperiri poteſt.l.iij.ff.de iure dotiũ.l.cũ te. C. de dona. ante nup.ſed datũ quod ſpõſus cõſequitur habet nomẽ dotis ante aliã conſummationẽ . caſus ſingularis in l.ij.§ fi.cũ l.ſequen.ff.de priuile.credi. vbi habet priuilegiũ prælationis in perſonalibus , & cũ prælatiõe tacitã hypothecam.vt eſt ibi glo.in l.fi. C.qui potio. in pig.ha.Itẽ & priuilegiũ legis Iuliæ de fundo dotali. l.lex Iulia.ff.de fundo dota.Campezius in tractatu dotis,in prima parte,quæſtione.ciij.

24 PRęterea optimè facit deciſio originalis Cy.quem ſequũtur ſcribentes in dicta l.non ſine.C.de bonis quæ libe.*quòd vbi agitur de fauore mulieris deſponſatæ habetur pro vxore , vt vocetur ad lucrum ſtatutariũ: ſecus ſi de earum odio tractetur.& ita pro hac parte ſe conſuluiſſe ſcribit Petrus de ancha.in dicto commento,c.canonum ſtatuta.colum.lxxxvj.de conſtitu.

25 FAcit quod decidit Spec. in ti.de tuto.§.nunc videndum.verſi.quid ſi nõdum.* vbi vult matrem priuari tutela filij contrahendo ſponſalia ſicut integrè contrahendo ſecundas nuptias.

26 *Cum ſponſa cõmittitur adulterium.* AD prædicta adduco tex.in l.ſi vxor.§.duces.ff.de adulte. * vbi cũ ſponſa de præſenti cõmittitur adulteriũ. Et eſt glo.c.quemadmodum.extrà,de iureiuran. Imo.& Abbas.c.diſcretionem.de eo qui cogno.conſan. vxo.& Bald.in ſua Margarita.Ange. in maleficiis.in verbo,che adulterato la mia dona.col.iiij.licet enim vir prępſumitur,per hoc tamen nõ obſtat quominus adulteriũ committatur.c.nemo.xxxij.quæſt.iiij. ſi committitur adulterium ad effectum lucri dotis ex parte viri,iuxta ea quæ Cyn.& alij in l.j.C.de adult.ergo erat matrimonium,ergo erit etiam ad effectum lucri conſuetudinarij.nec dicat aliquis hîc videri agi de earum odio,quia ex quo delicta puniuntur,diſpoſitio cenſetur fauorabilis.vt per Iaſon.in l.j.C.de in ius vocan. Iaſ. in l.ſi filius. ff.ſi cer.peta.intereſt enim reipublicæ ne delicta remaneãt impunita.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquili. Item & pudicitiam coli,vt dicit Signoro.conſi.xxxix.

27 ACcedat doctrina Bal.cõmunis,*ꝙ l.cũ quædam puella.ff.de iuriſ.om.iud. quæ vult vxorem ſortiri forum viri,habet locum in deſponſata per verba de præſenti.Per tex.in l.ea quæ.ff.ad municipa.

PRobat hanc partem delatio lucri , quæ ſe habet per modũ cauſæ finalis ad delationẽ in perſonis habilib⁹ ad vtrũq; ſubeundũ.Dy.in c.qui ſentit.de reg.iur.in vj.Sed ita eſt in propoſito de ſpõſa , attenta ſui perſona & inris diſpoſitione,quæ eſt maritata,ergo in cõſequẽtiã eſt habilis ad lucrũ ſuſcipiendũ,ex quo enim cõditio ſtatuti in ipſa reperitur exiſtere ꝙ ſit maritata,in ea remanebit effectus diſpoſitionis purificatæ.

28 *Matrimoniũ qd.* NEC valet in contrariũ quod dicit Sali.in l.cũ te.C.de dona.ante nup.* matrimoniũ eſt maris & fœminæ cõiũctio.i.cõiugũ actio,id eſt copula carnalis.Nã ſunt expoſitiones volũtariæ,imò debet dici animorum cõiunctio,ſicq; in potentiori ſignificato q̃ corporũ.Secũdũ eñ ſuã interpretationẽ matrimoniũ cõueniret cęteris brutis animantibus,quod eſſet abſurdũ dicere.Etenim nihil Deus in ſua matre eſſe imperfectũ voluerit, fateamúrq; in ea fuiſſe verũ matrimoniũ cũ Ioſeph, vt per plura cõprobat Pan.in cõſi.ſuo lxxix.in j.col.in ij.

29 *Matrimoniũ vbi inſtitutũ.* vol.tamẽ in copula dicendũ eſt naturã ſtatuti verificari.¶ Addo*ꝙ matrimoniũ fuit à primordio in terreſtri paradiſo inſtitutum.c.j.de ſpon.li.vj.& Gene.x.& tamen nunquam interuenit actualis copula, ſecũdum theologorum opinionem.& quòd coniunctio non intelligatur implicitè in carnali copula, tenet Tho. in iiij ſenten.diſtinct.xx.dicens,quòd non intelligitur de conſenſu in carnalem copulam.

ADDITIO. Poſſet hîc conſiderari quòd matrimonium per verba de præſenti tantùm dicitur matrimonium habitu,& non actu.in quo eſt lata differentia,vt per plura videri poteſt in ſimili, in his quæ dicit Matthæus de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ,quæ incipit,officiorum. in iiij.notabili.& meliùs in conſtitutione quæ incipit,inconſutilem. in gloſ.j. vbi diſputatur de habente nomen habitu, ſed non actu,an carere debeat effectu.quæ faciunt ad multa. *

NOn obſtant eiuſdẽ alia motiua, quibus nititur oſtendere ꝙ quæ in viro ſunt,hîc ceſſare. quia licet deciſio ſit cõmuniter improbata,ſed tamẽ ꝙ ratio ſtatuentium non fuit vnica,vt probaui,vnde ſequitur ꝙ vbi ſunt plures rationes idẽ inducẽtes,licet vna ceſſet,alia tamẽ remanet,quæ habet obſtare.l.cũ hi.§.prætor.ff.de trãſactio. Aluaro.c.j.col.fi.in prin. qui feudũ dare poſſunt. & ſufficit vbi plures rationes poſſunt allegari pro vna diſpoſitione,ꝙ vna inferat ad ipſam,licet aliæ ceſſent.§.affinitatis.inſti.de nuptiis.Imol.c.cùm omnes.col.iiij. in prin.de conſtitu. vnde cũ in caſu noſtro militẽt prædictæ rationes,ſatis eſt aſſerere inſtantias Salice.quibus nititur tollere cõſequẽtias,iuxta c.ſicut.j.q.j.per do.Iaſ.in l.qui ſe patris.col.fi.C.vnde libe.& per glo.in l.manumiſſiones.ff.de iuſti.& iure.eſſet arenæ ſemina mandare, militãt enim in viro ſolũ propter onus ceſſans,quæ ratio & aliæ non procedũt in caſu noſtro.teneo autẽ igitur rationibus & iuribus prædictis,& aliis quæ adduci poterant,ſi res negotiúmque expoſtulent,ſuperſtitem gaudere debere prædicta conſuetudine.

ALIVD ET SECVNDVM CONSILIVM.

1 *An deſponſata de præſenti ſit vxor.* STAT quæſtio,an deſpõſata per verba de præſenti,quę carnaliter nõ dicitur cognita,dicatur vxor ſeu maritata ad effectũ doharij conſuetudinarij.& in terminis ꝙ verè vxor ſit ſcribit Panor.in c.j. de clericis cõiugatis,vbi decidit clericũ qui taliter cõtraxit matrimoniũ ipſo iure priuari ſuis beneficiis:ſed ſecùs ſi eſſent ſponſalia de futuro.& allegat Rotã deciſio.xxj.in eiſdem terminis, ꝙ verè vxor ſit.loquitur Corneus in l.nõ ſine.C.de bo.quæ lib.col.ij.vbi ita eſſe cõmunẽ atteſtatur.itidẽ facit Lãcelotus in l.ſi ante.ff.ſol.mat.& pulchrè Ang.in §.fuerat.col.xix.cũ duabus ſeq.inſti.de actio.facit quod Præpoſit⁹ c.j.an mari.ſucce.vxo.in vſibus feudorũ.iuncta cõmuni doctrina doc.in aut.prætereà.C.vnde vir & vxor.Nam

2 *Sponſus nõ ſuccedit vxori in feudo.* ponit ibidẽ Prępoſitus pro veritate in materia feudali nõ procedere tex.in d.aut.ſed ſolũ in allodialib⁹,* & ſic vult ſpõſum de præſenti non ſuccedere in feudo vxori,nec ecõtrà:ſed bene in allodialib⁹.& ex eo ſolo tenẽda eſſet cõcluſio,ꝙ Ang.ſcripſit in loco pręallegato,& in terminis noſtris in lucro ſtatuti,ꝙ verè vxor ſit.& decidit Aret.in ſuo cõſ.cvij.col.fi.vbi intelligit doctrinã Bal.quã quidã allegãt ĩ cõtrariũ.in d.l.nõ ſine.loq in ſpõſa de futuro,innuẽs eſſe cõtrariũ in ſpõſa de præſenti,in qua verificẽtur verba cõſuetudinis ad effectũ lucri.vt eſt ad literã textus in d.l.nõ ſine.intelligẽdo eã ſanè ſecũdũ doc.Cy.& Bar.ibidẽ.& inducit Ang.in loco prælleg. accedat his deciſio Lapi allega.ſua cxxix.ſub ti.de cõuer.cõiuga.vbi.l.municipali.vir pręceden.vxore tertiã bonorũ lucratur:cõtigit de aſſenſu viri eam ſolitariã vitã eligere,vel demus ingredi monaſteriũ,an dicem⁹ prędictum

ctum lucrũ obuenisse viro,& eleganter inclinat in partem affirmatiuã,asserens sufficere ad effectum legis municipalis,quòd quo tit.vxor sit,nõ cõsiderãdo aliqualiter actũ carna.inducit.l.Deo nobis.§.nam & maritis.C.de episco.& cle.vbi si vxor solitariã vitam elegerit, nõ dicit,postq̃ cognita fuit,sed stat in termi.verbo.de præsenti lucretur maritus quod debuit legitimè ex pacto vel ex casu mortis,nam sufficit ad verba statuti, vt sortiatur effectum,quòd quo tit.vxor sit.Ista sunt sua verba,& legitur.xxvij.q.j.c.nec aliqua.si superueniens maritus sponsam suam de præsenti iacẽtẽ cũ altero videat, indignatur & fremit,ecce quod tex.vocat sponsum de præsenti maritum,ergo nõ negabimus verificari ipsius consuetudinis verba in quæstione quæsita.Idẽ legitur Gene.29.Da mihi vxorem meã,cũ tẽpus pubertatis aduenerit,vt liceat mihi congredi ad eam. Vocat ergo vxorẽ nondum cognitam,& cũ verba prędictæ cõsuetudinis sint simplicia & prolata in genere,generaliter intelligenda sunt,& ad personas generi suppositas extẽdẽda. argumen.l.extra territoriũ.ff.de iurisd.om.iud. eo maximè quia cũ lex non limitet nec distingat,nec nos.l.iij.in fi.de euic.l.si rem quã mihi.§.fin.ff.de euictio. Cum ergo de iure cõmuni verba certa sint, ꝙ sufficiũt verba de præsenti ad lucri effectũ,ex quo sumus certi de mẽte cõtraria,inducẽtes prædictã cõsuetudinẽ nõ debemus verba restringere,sed in sua figura seruare, licet lex dura videatur.l.prospexit.ff.qui & à qui.l.ille aut ille.§.cum verbis.ff.de leg.j.& l.quicquid astringendę. ff. de verb. obli.& ipsa verba secũdũ ius cõmune intelligere.& satis mirum esset quòd diceretur taliter per sola verba cõiũcta vxor ad effectũ,vt ea præcedẽte exportaret lucrũ legis municipalis vir suus.& est cõmunis opi.doc.& nõ diceretur vxor viro prędecedẽ.& nulla æquitas in ipsis correlatiuis hoc suadet.Accedat tex.in c. cõiũx & in c. cõiuges.xxvij.q.ij.vbi cõiunx vocatur à prima despõsatiõis fide,quã cõcubitu nõ agnouerat,nec fuerat cognitus,nec mendax est mariti cõiugis appel.vbi nec fuerat nec futura erat vlla carnalis commixtio.Ista sunt verba tex.in præalle.c.coniunx.Et est tex.eadem causa & quæstione c.omne.ibi, si quis sponsam de pręsenti alterius in agro oppresserit,morte moriatur,quia vxorẽ alterius violauit.Et tex.ead. quæstione in c. si quis despõsauerit.vel vbi,si quis despõsauerit aliquã,& præueniẽte mortis articulo eã cognoscere nõ potuerit,tamẽ ipsiꝰ frater eã in vxorẽ nõ accipiat,cũ fratris sui vxor extiterit.Et idẽ tex.c.si quis despõsauerit vxorẽ.eadẽ q̃õne & causa.& in c.despõsatã.c.genuit.cũ duobꝰ sequẽ.& dicit Archidia.c.qui priusquã.eadẽ quęstione,ista verba, secꝰ in sponsa de præsenti,quia solus effectus facit eam vxorẽ.& in c.lex diuina.in fi.vbi dicit.Dic quòd spõsa de præsenti est cõiunx. & Card.c.cum societas.eadẽ quæstione & causa. exponendo verba illius tex. ministeriũ nuptiale, id est maritalis effectus claudatur.hæc Decisio per textum.l.cum fuerit.ff. de condi.& demon.vbi si relictum sit Titiæ si in familia tali nupserit, sufficit vt relictum consequatur, quòd per verba de præsenti cum aliquo illius familiæ contrahat,quia nupsisse dicitur,& illius effecta vxor. & hanc partem puto tenendam in iudicando & consulendo tanquam iuridicam & æquitati congruam.

ADde ad hanc materiam Feli.in rub.de sponsa.col.j.Bar.consi.lxxxiij.incipien. statuto cominus sartiã.Bal. consi.cxxxiij.lib.ij.Feli.in procœ.decreta.col.iiij.post prin.Abb.Siculus.in consi.lxxix.in ij.volu.& quę antè eodem tit.§.ij.glo.j.versi. fina. ¶Hippolytus de Marsiliis in singulari suo cvj.incipiente,qui de proximo.* ¶Licet fuerit iudicatum pro parte affirmatiua in balliuatu Diuionen. fuit tamen iudicatum pro parte negatiua in parlamento Parisien.contra quendam nobilem sponsum de præsenti, qui habere volebat ratione consuetud.Cãpaniæ bona mobilia quæ lucrãtur mariti nobiles.ꝓpterea cogitãdũ est,cũ hæc duo iudicia fuerint in diuersis opinionibꝰ,ex quo dico,ꝙ bonũ est aliquãdo habere iudicẽ fauorabilẽ propter diuersitates opinionũ.

IN TEXTV. IBI, *Selon la generale coustume du duchie de Bourgongne.*

QVæro,pone quòd Matisconen.vbi non viget hæc consuetudo,accipiat in vxorem Burgundam,vel Burgundus accipiat Matiscon.& contrahant matrimoniũ in patria Matiscõ.& domiciliũ teneãt in Burgundia,quę cõsuetudo sit attẽdẽda?satis suprà dixi in hoc tit.§.*femme mariee ou duchie de Bourgõgne.* in glo. in verbo,*ou duchie de Bourgõgne.*& ibi remitto ad Feli.c.j.de sponsa.in xij.colum.qui facit tres conclusiones.

ITẽ quęro de vna quæstione multũ notabili,videmus hîc tex.nostrũ in his verbis, *selon la generale coustume,* an ista clausula,secũdum generalem cõsuetudinẽ referatur,ad hæc verba præcedentia,*femme mariee*, hoc est quòd sit necesse quòd sit maritata secundũ generalẽ cõsuetudinẽ ducatus Burgũdiæ,& dicatur in contractu ꝙ maritatur secũdũ illã consuetudinẽ? an verò tantũ intelligitur ꝙ *femme mariee est doubee apres le trespas de son mary selon la generale coustume du duchie de Bourgongne,*tantũ est quęrere,an sit necesse apponere hanc clausulam, *& sera ledict tractie reigle au demourant, ou en tout, & par tout selon la generale coustume de ce duchie de Bourgongne*, ad hoc vt mulier maritata in hac patria habeat priuilegia, de quibus in hoc §. & in pluribus aliis huius titu.scilicet in §.ij.suprà.& in §.xiiij.& xv.an verò sufficiat quòd sit maritata in patria? *Quæstio.*

PRimò,* aduertendum est ꝙ hæc dictio secũdũ,capitur multis modis.aliquãdo capitur pro iuxta.l.duo ff.de præscriptis verbis.Aliquando causaliter,& tũc denotat causam impulsiuã & nõ finalẽ.Bal.l.j.C.de episco.& cleri.Nũquid autẽ stet conditionaliter?hîc iacet punctus,& tunc dic quòd nõ regulariter.tex.c.abbate sancti Siluani.extrà.de verb.signi.& facit tex.in l.si testamentũ.C.de institu. & substi.& ibi not.per doc.Hinc dicit Bar.l.eũ qui.§.Iulia.ff.de cõstituta pecu.ꝑ illũ tex.* ꝙ si iudex cõdẽnauerit aliquẽ ad soluẽdũ omni anno decẽ saccos frumenti,secũdũ quod antecessores sui faciebãt, dato ꝙ antecessores sui nihil soluerẽt, tamẽ tenebitur soluere,quia hæc dictio nõ,importat cõditionẽ.Ita etiam tenent Ang.Frãci.de aretio.Pau.& alij in d.l.si testamentum.C.de insti.& substi.& Alex.consi.cxlv.in ij.volu.incipien. Quoniam abunde.Et in simili ponit Old. consi.cxxj.incipien.Ad primam quæstionem.in secundò dubio.& dicit Bar.in l.admonendi.in ij.col.ff.de iureiu.quòd si quid debeat solui infrà quindecim dies,sub pœna quarti pluris,secundum quod cõtinetur in aliquo statuto,licet statutum non reperiatur,tamen vendicat sibi locum pœna.Plura alia adducit ad hoc propositum dominus meus Iason in l.admonẽdi.in lectura.in vj.vij.& viij.col.& in repetitione.in xj. & xij.col. & idem Iason in §.pręiudiciales.insti.de actio.& in auten.si quis in aliquo.C.de edendo. ¶Et de materia,vide etiã Decium,in consilio suo lxiij.in j.volumi.vbi amplè ponit,quãdo relatiuum non reperitur,aut est falsum,quid dicendum.& dixi in consiliis meis,in consilio lxix.quod est vltimum,quod incipit,quo ad primum dubium.in vltima colũ.* ¶Ex quibus apparet, * quòd hæc dictio secũdum,nõ facit cõditionẽ,ergo si etiam mulier sit sim-

1 *Secũdũ dictio capitur multipliciter.*

2

3 *Secundũ dictio non facit conditionem.*

pliciter maritata in hac patria, & nõ dicatur ꝙ contractus matrimonij reguletur secundũ consuetudinẽ ducatus Burgundiæ, adhuc habebit priuilegia, de quibus in §. suprà dicitur. & hoc est tenendo etiam ꝙ hæc clausula, *selon la generalle coustume de ce duchie*, referatur ad præcedentia, & nõ ad sequẽtia, quod tunc facit dubium, quia aliàs nõ esset dubiũ. ¶ Sed pro certo cũ fui interrogatus, dixi cõtrariũ per quædã fundamenta. Mouebat me primò consiliũ Old. cõsi. ccxxxv. incipiẽ. Factę. vbi consuluit ꝙ quis impetrauit primũ officiũ vel beneficiũ vacãs, ad collationẽ abbatis vel talis conuẽtus, cuius redditus vel prouentus annui summã centũ librarũ secundum taxationẽ decimæ antiquæ nõ excedũt, ꝙ licet vacet beneficiũ vel officiũ, cuius corpus habet in redditu annuo centũ libras, pro quibus nihil soluit in decima, quod tale beneficiũ nõ cõprehenditur in impetratione, quia nõ est verificata illa clausula, secũdũ taxationẽ decimæ antiquæ. Sic ergo videtur dicendũ, ꝙ si dicta clausula, *selon la generalle coustume*, nõ sit verificata, ꝙ dispositio nostrarũ consuetudinũ nullũ potest sortiri effectũ. Quia etiã videtur ꝙ sit quædã qualitas quæ adiicitur huic verbo, *Femme mariée*, & ideo non sufficit simpliciter eã esse maritatã, sed opus est ꝙ habeat qualitatẽ sibi adiũctã. f. *selõ la generalle coustume*, per ea quę dicit
4 Bar. in l. Fulcinius. §. cũ hoc. ff. quib⁹ ex causis in possess. eatur. vbi dicit * ꝙ qñ lex requirit actũ cũ limitatiõe, vel aliqua qualitate, nõ sufficit actus sine limitatiõe aut qualitate. Et idẽ tenet do. meus Ias. in l. solũ. §. sciẽdũ. in j. col. ff. de no. ope. nũtia. & hoc etiã, quia sequeretur ꝙ hęc clausula de nihilo operaretur & esset superflua, quod
5 est cõtra l. si qñ. ij. de lega. j. Hinc dicit Bar. & alij in l. iiij. §. prętor ait. ff. de dãno infect. & ĩ l. ij. de vsucapio. * ꝙ verba statuti debẽt ita interpretari ne sint frustatoria, & clausula, nõ solũ nõ debet esse sine effectu aliquid operãdi, imò nec etiã syllaba. Ita dicit gl. in l. j. ff. qđ metus cau. & in c. solitę. de maio. & obed. Bal. in rub. de cõtrahẽ. empt. in ix. q. Et Feli. pulchrè in c. j. in iiij. & v. col. extrà, de rescrip. quid nunc dicendum? Dixi plenè suprà hoc eodem ti. §. ij. in glo. *selon la generalle coustume*. ideo hìc non repeto quæ ibi dixi.

SED ad istam regulam quæ sæpius allegatur, vide pulchram restrictionem quam ponit Alexã. consi. suo xxj. in ij. colum. in v. volu. vbi dicit quòd verba non debent operari nisi secundum naturam rei actus, super quo interponuntur, per l. si stipulatus. ff. de vsuris. & in l. damni infecti stipulatio quidam. in prin. ff. de damno infecto. Bal. in rubri. C. de contrahen. emp. in ix. quæstio.

IN TEXTV IBI, *Est doubée.*

1 *Dohariũ quid,* QVęro * qđ sit dotalitiũ siue dohariũ, de quo hìc, & apud nos dicitur est qđã vsusfruct⁹ quẽ mulier habet mortuo viro in media parte bonorũ antiquorũ mariti, vt dixi suprà in §. iiij. hoc eo. ti. sed de iure ꝓpriè nõ video bonã significationẽ, magis tñ accedere videtur huic verbo dotalitiũ. de quo verbo facit mẽtionẽ tex. ĩ c. plerũq;. ext. de dona. inter virũ & vxorẽ. vbi facit differẽtiã inter dotẽ & dotalitiũ. in ca. ex parte. ext. de foro
2 *Dotalitium quid.* cõpe. Et gl. ibi exponit hoc verbũ dotalitiũ tripliciter. Primò. f. * ꝙ dotalitiũ dicitur donatio ꝓpter nup. & gl. ibi illã reprobat, credo tñ ꝙ sit verũ, & hoc satis approbat ibi Pa. vel vt dicit gl. & magis hęc expositio cõuenit huic nostrę cõsuetudini, dicitur id qđ mulier lucratur de bonis viri soluto matri. ꝑ mortẽ viri ex pacto vel sta
3 tuto, seu cõsuetudine. De alia tertia expositiõe nõ facio mẽtionẽ, quia nihil ad ꝓpositũ. ¶ Sed quęro, * an istud dotalitium sit titulus lucratiuus, an vero onerosus? Dic quòd est lucratiuus, vt ex notatis ibi colligi potest.

POne ꝙ vxor se absentauit à marito, & tempore mortis non erat cũ eo, sed erat absens culpa sua, an istud ius habere debeat Bal. in l. quod in vxorẽ. C. de nego. gestis. per gl. in l. ab hostibus. §. si vir. ff. sol. mat. & in d. §. si vir. & ibi Pau. de cast. dicit ꝙ si maritus se absentauit, nec prouidit vxori de alimentis, non debet consequi lucrum ex forma statuti. Idem ergo erit dicendum in vxore, vt eadem sit ratio correlatiuorum, imò hoc casu maior est in vxore quàm in marito, vt videri potest ex dictis Franci. de Aretio in consilio cxxx. & Francisci de curte iunioris in consilio vj. post feuda. cogita si casus eueniat.

IN TEXTV IBI, *Apres le trespas.*

tractus est perfectus ante matrimoniũ, & non est destinata solutio ad aliud tempus quod euenit constante ma-
trimonio. & ideo hoc casu non cõprehenduntur in dicta nostra cõsuetudine, de qua suprà hoc tit. d. §. ij. quia li-
cet sit actus, scilicet quòd sint acquisita per maritum, non est tamẽ qualitas seu limitatio requisita in consuetu-
dine, scilicet quòd constante matrimonio. Ex quo sequitur decisio. Bar. in l. Fulcinius. §. cum autem. ff. quibus
ex causis in possessionem eatur. dixi hìc antè hoc eodem §. in glo. *Selon la coustume.* in fin. Sed hoc casu nõ est
hæc qualitas seu limitatio, ergo non sumus in terminis illius consuetudinis. Et ideo, vt videmus, in vtroque ca
su sumus extra terminos cõsuetudinum, ex quo recurrendum est ad ius commune, vt patet infrà in conclusio-
ne harum consuetudinum, in dicta glo. *Que ne feussent comprins.* vt dixi * quòd casus omissus remanet in dispo 11 *Omissa in statuto remanent in dispositione iuris communis.*
sitione iuris communis. & crederem melius esse ita dicendum in quocunque casu eo quòd prædictæ cõsuetudi
nes sunt exorbitantes, & contra dispositionem iuris communis, vt dixi in suis locis. ergo extra suos terminos
non sunt extendendæ. Et audiui de multis quòd ita fuit in pluribus & diuersis actibus decisum & iudicatum.
¶ Dixi aliquid suprà eodem §. ij. in glo. *& acquestz.* versi. vlteriùs quæro.

PRæpositus verò qui fuit Cardi. Alexan. in procemio feudorũ, in xiiij. col. dicit * quòd si quis dicat aliquid es 12 *Dicens quid esse antiquum*
se antiquum, incumbit ei probatio. allegat Pau. de ca. in cõsi. cl. incipien. circa præsentem causam. in anti-
quis. & dicit Signorolus de homodeis in consi. x. quod incipit. in quęstione vertente inter Huguetum. * quòd 13 *probare tenetur.*
an quid sit antiquũ, est qualitas extrinseca, ideo nõ à iure præsumitur, sed est ꝓbãda, & ibi ponit quomodo ver 14 *Esse antiquum est qualitas extrinseca.*
ba enuntiatiua prolata simpliciter inter partes asserentes quid esse antiquũ, nõ probãt. * secus si à regibus vel
principibꝰ qui habẽt potestatẽ faciẽdi de nouo antiquũ. & ibi plenissimè ponit quãdo dicatur feudũ antiquũ, &
quando nouũ. vbi dicit ꝙ si fuerit quid antiquũ quod fuerit acquisitũ à patre vel ab alio ascẽdẽte vsq; ad quar *Principes possunt facere de nouo ãtiquũ.*
tum gradum, & fuerit priuatus propter delictũ tali iure antiquo, si postmodum remittatur ei, nõ dicitur nouũ,
imò semper remanet antiquum. ¶ Ex quo dixi, quòd cũ semel quidam fuerat propter homicidiũ cõdẽnatus
ad mortẽ, & bona eius cõfiscata, ex quo postmodũ fuit restitutus in integrum, & impetrauit gratiã à principè, *Casus facti.*
quòd bona sua antiqua semper remanserunt antiqua, ita quòd mulier tantũ debuit habere vsumfructũ, & non
medietatẽ in proprietate, tanquã sit acquisitum de nouo. quod tamen prætendebat quædam mulier. Faciũt ad
prędicta quæ dicit Pau. de c. in cõsi. ccccxxxvj. incip. ad euidentiam, in consiliis nouis. in impressione noua.

VLteriùs quæritur, nũquid quod peruenit ad maritum ex successione collateraliũ, dicatur antiquũ hæredi- *Quæstio.*
tagium, an verò acquæstus? Nam vt dicit tex. in l. nec adiecit. ff. pro socio. * hæreditas proueniens cõstan- 15
te societate nõ dicitur quęstus, & ideo nõ debet cõmunicari inter virũ & vxorẽ, inter quos nõ est societas vni-
uersorũ bonorũ, sed solũ acquisitorũ constãte matrimonio, & mobiliũ. * Et si fuerit acquisitum per fratrem, 16 *Antiquũ*
non dicitur antiquũ, * cũ illud antiquum dicatur strictè quod à patre, vel ab aliquo alio ascẽdẽte vsq; ad quar 17 *strictè qd dicatur.*
tum gradũ acquisitum fuit, vt tenet Bal. in l. fi. C. de suis & legi. hære. & in autẽ. defuncto. C. ad Tertu. Pau. de
ca. in cõsi. cxxxvj. in antiquis. & Old. in cõsi. cxxxviij. ¶ * Et propriè antiquum dicitur quod à quarto gradu su 18
prà acquisitũ fuit. * Et quod acquiritur à fratre dicitur nouũ, qđ est cõtrariũ antiquo, vt facit tex. in c. j. de suc- 19
cessio. feudi. vt etiã tenet Pau. de c. in cõs. ccclix. incip. visis & diligẽter examinatis. in cõsiliis antiquis, in impres
sione noua. ¶ Ex quo videtur dicẽdũ, * ꝙ acqsitũ p fratrẽ, si in eo succedat frater, nõ dicitur acquisitũ p maritũ 20
cõstãte matrimonio, si in eo succedat, & sic mulier nõ ꝑticipabit ꝑ medietate. Nec etiã antiquũ dicitur quo ad

21 fratrē,& ſic mulier nō habebit dohariũ ſuper eo. ¶ *Credo tamē quòd ſi maritus ſuccederet fratri in bonis
antiquis & paternis,ꝙ illa dicerētur antiqua.& idē dicēdũ videtur de omnibus collateralibus, licet quidã vo
luerint dicere,vt ſuprà dixi,quòd omnia hęreditagia ad maritũ pertinētia,de quib⁹ moritur veſtitus & ſaiſitus,
vndecũq; prouenerint,dũmodo non ſint acquiſita cõſtãte matrimonio,debeãt reputari antiqua, quo ad vxo
rē, ꝓpter verba poſita in cõſuetudīe noſtra.ſ.*dõt il eſt mort ueſtu & ſaiſy*,q̃ verba vidētur declarare præcedētia
22 ſ.*anciēs heritages*,qđ nō credo verũ,& cõmuniter cõſuetudinarij tenēt.ꝙ acquiſita ante matrimoniũ nō dicũ-
tur antiqua,niſi proueniãt ab anteceſſorib⁹, & quo ad illa verba,*dõt il eſt mort ueſtu & ſaiſy*,ponũtur ad tollē-
dũ dubiũ qđ fieri poſſet,an.ſ.mulier deberet habere dohariũ ſuper omnib⁹ bonis antiquis q̃ maritus habebat
tēpore cõtracti matrimonij,ita ꝙ nō poſſet alienare in præiudiciũ doharij vxoris, ꝓut eſt in cõſue. Niuer.tit.
23 *des dohaires*.arti.j.& in cõſue.Borbon.ti.*des gens mariez,dotz & dohaires*.arti.250.in quibus declaratur,quòd
antiqua dicũtur quæ proueniũt ex prędeceſſoribus per lineã directã.quod nō eſt apud nos, cũ tantũmodo mu
lier habere debet dohariũ ſuper bonis antiquis q̃ maritus poſſidet tēpore mortis. Ex quib⁹ ſemꝑ remaneo in
24 *Conclusio.* illa opinione, * ꝙ mulier nō habebit dohariũ ſuper prædictis bonis acquiſitis per maritũ ante contractũ ma-
trimonium,aut eo prouentis & ſucceſſione collateralium, dummodo fuerint acquiſita per illos collaterales.

ADDITIO. Aduerte quòd in regno Siciliæ,& Neapolitano dohariũ nō cõſtituitur ſuper baronia & co
mitatu,& ſuper principali membro illorum,vt eſt cõſtitutio regni Sici. quæ inci.ſi aliquis
baro.& ibi Mat.de affli.in vj.nota.& ibi quis dicatur locus principalis aut capitalis.*

Quæſtio notabilis.

IN TEXTV IBI, *Dont il eſt mort,veſtu & ſaiſy.*

QVæro de quæſtione,ſunt duo fratres habētes duo caſtra quę ſunt eorũ antiqua hæreditagia,vnus illorũ accepit in vxorē quandã mulierē in ducatu,quæ debet dohari ſcđm cõſuetudinē noſtrã,& expreſſè dicitur in cõtractu matrimonij,ꝙ habebit dohariũ adueniente morte mariti ſecundũ cõſuetudinē noſtrã, poſtmodũ iſti duo fratres faciunt ſibi adinuicē donatiões mutuas & reciprocas in euentũ mortis, ita ꝙ vnus donat ſuperſtiti & ſuperuiuenti duas tertias omniũ bonorũ,ita quòd de illis duabus tertiis partibus ſuperſtes & ſuperueniens ſit in poſſeſſione & ſaiſina per tres dies ante mortē morientis, euenit ꝙ ille qui habebat vxorē ab humanis deceſſit,nullis relictis filiis ſuperſtitibus,ſed ſolũ relicta vxore, licet habuerit filiũ poſt dictã donationē,qui tamen mortuus eſt,& ante ipſum,nũc vxor vult habere dohariũ ſuper media parte omniũ bonorũ, frater ſuperſtes dicit,ꝙ illa mulier debet tantum habere dohariũ ſuper tertia parte bonorũ ſui quondã mariti, & non ſuper dictis duabus partibus eidem donatis:quæritur quid iuris?caſus eſt in facto inter potentes & nobiles viros.ponderãdo iſta verba,videtur ꝙ maritus potuit alienare antiqua hæreditagia in præiudiciũ dotalitij,& inter dotalitium tantum ſuper bonis exiſtentibus tēpore mortis mariti, & non ſuper bonis quæ habuit in vita.idem in comitatu Niuer.ſed aliud in patria de Lorry,quia eſt dotata ſuper bonis quę habebat tempore matrimonij conſummati.cogita,cùm ſit caſus in facto,& ſatis deducunt hoc conſuetudines præcedentes.

IN TEXTV IBI, *Pour en iouyr ſa vie durant.*

1 *An mulier ſit domina doharij,an tantũ vſufructuaria.* SED iuxta hæc quæro,vidimus ꝙ vxor mortuo marito habet dohariũ in dimidia parte bonorũ, & hære-
ditagiorũ antiquorũ mariti,ad vtēdũ & fruendũ pro illa dimidia parte durãte eius vita,* an ſit domina hu-
ius doharij,aut ſit tãtũ vſufructuaria?in hoc noſtro caſu nō eſt dubiũ ꝙ eſt tãtũ vſufructuaria, propter hæc ver
2 ba,*Pour en iouyr ſa uie durãt*.faciũt quæ dicit Bar.in l.Titia.§.Titia.ibi,ij. aduerte. & ibi,eo modo.ff. de leg.
ij. * & ibi diſputat quãdo vxor relinquitur domina & vſufru.quid important hæc verba.vide tamen deciſionē
capellæ Tholoſanæ quęſtione ccccl xij.vbi dicit quòd filiis exiſtentibus,vxor ratione vſuſfructus debet tantũ
habere alimenta, extraneis autem hæredibus exiſtentibus,habet plenum vſumfructum,iuxta.l. fina.ff.de vſu-
fruct.& quod ibi not.Bar.cum pluribus aliis per eundem ibi allega.quæ nota.

ADde doct.maximè Bal.& alios in auten.hoc locũ.C.ſi mulier ſecundò nupſerit.eundē Bal.in l.fi.col.j.C.de indicta viduitate tollēda. per rationes ibidē allega. Idē tenet Bar.in l.Titia cum teſtamento.§.Caium Seium.in ij.col.verſi.ſed quęro.ff.de leg.ij.idē Bar.in cõſi.clxxj.quod incipit,Nicolaus ſarmati.Ange.& Imo. in l.filius à patre.ff.de liber.& poſth.imò fortius dicunt doctores in d.aut.hoc locum. quòd mulier relicta domina & vſufructuaria omnium bonorum à teſtatore extantibus liberis ſuis tenetur reddere rationem de bonis quæ habuit ex tali relicto vltra ſua alimēta.Et idem tenet do.Iaſ.in l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi paterfamilias.ff.de le.j.in lectura nouiſſima.Et dicit hoc habere locum non ſolùm in hærede ſuo inſtituto,verùm etiam in ſubſtituto,& ita tenet Ludo.Roma.in conſilio ſuo.cccccxvj.

3 *Inuentarium fiendũ de dohario.* ET aduerte * ꝙ qñ mulier capit iſta bona ꝑ modũ doharij,ſeu vſufruct⁹, debet fieri deſcriptio ſeu inuētariũ de prędictis,vt dicit & tenet Alex.in conſi.ſuo lvij.in iij. vol. vbi amplè ponit,maximè quãdo quis habet vſumfructũ in rebus mobilibus,& immobilibus.quam cautionem præſtare debeat dicitur infrà in glo.ſequen.

4 ADuerte etiam * quòd vſuſfructus nō perceptus in vita vſufructuarij nō trãſit ad hæredes, ſed ad proprietarium.§.his verò ad quem.inſti.de rerum diuiſio.Guido pape conſi.clxx.in iij.parte. in iiij.col. ¶ Aduerte de vſufructuario & beneficiato qui moriunrur fructibus penden. ad quos debēt peruenire tales fructus.vide Henricum bohic in c.j.& c.ſi quis ſanè.de peculio clericorum.vbi plenè per Barba.& per Archidia.in c.ſtatutũ.& in c.j.de offic.ordi.libro ſexto. ¶ An clericus ſit vſufructuarius,an vſuarius,& quomodo poſſit diſponere de bonis,& quomodo vſufructuarius facit fructus ſuos,& à quo tempore,vide Alexan.dominum Iaſon. & Soci.in l.diuortio.in princ.ff.ſolu.matrimonio.

5 *Vſusfructus doharij finitur morte.* IVxta prędicta quęro,pone * quòd iſte vſuſfructus finitur morte,vt hîc,quid ſi mulier vſufructuaria ingrediatur monaſterium?iam ſuprà in glo.præcedē.in verbo,*apres le treſpas*, ſatis dixi quòd appellatione mortis ſimpliciter intelligitur etiam de ciuili, & quando. ſed ad hanc quæſtionem, vide dominum Guidonem pape. q. ccccl xxvij.in fine.& quæſtione.cccccxcv.vbi meliùs.Franci.de crema.in ſingulari ſuo cxlij.videtur tenere contrarium.conſidera quid dicendum ex his quæ dicta ſunt in præcedenti glo.

ITem quæro,quia certũ eſt ꝙ iſte vſuſfructus pluribus modis finitur. inſtit.de vſufructu.§.finitur.& .ff.quib⁹ modis vſuſfruct⁹ amittatur.Spe.ĩ tit.de pignore.§.ſequitur videre.&.§.porrò.& in ti.quib⁹mo.vſuſfru.amitta.* &

ta.*& quia finitur morte vſufructuarij,& ad hæredes nõ trãſit. Quæro,pone ꝙ habẽs ius proprietatis vendat *6 Nec ad hæredes tranſit.*
illud ius cũ iure,quòd aduenĩẽte cõſolidatione vſufructuarij cũ ꝓprietate ꝙ ille vſuſfructus cõſolidetur cũ illa
proprietate vẽdita,an talis vſuſfruct⁹ adueniente morte vſuſructarij debeat cõſolidari cũ illa proprietate ven *Quæſtio.*
dita?an verò debeat trãſire ad hæredes primi venditoris ? dic quòd poteſt transferri talis vſuſfructus,per textũ
ad litterã.in l.quod noſtrũ nõ eſt.ff.de vſufructu & quẽadmodũ quis vtatur. ¶ Vlteriùs quæro,quid operẽtur *Quæſtio.*
hæc verba, *dont il eſt mort, ueſtu & ſaiſy*, fortè dici poteſt,quòd vidẽtur appoſita ad expoſitionem clariorẽ, vt
ſcilicet apertiùs dici poſſit quòd habeat iſtud ius in media parte bonorũ viri,id eſt in quib⁹ habet plenũ & in-
tegrũ dominiũ,ſiue plenã proprietatẽ,vt ſuorũ bonorũ dicatur deceſſiſſe veſtitus & plenè ſaiſit⁹. & iſta expoſi
tione habita pro vera reſultabit ſenſus,ꝙ mulier nõ habebit iſtud ius ſuper bonis mariti,in quib⁹ tantũ actio-
nẽ habebat ad rẽ,quia illorum nõ eſt mortuus ſaiſitus & veſtitus,in quibus licet per regulam iuris, qui actionẽ
habet.ff.de reg.iur.videatur ipſam rem habere,ac propterea mulier in illis debeat habere ius iſtud,tamẽ cũ ſta-
tutũ noſtrum requirat virum fuiſſe ſaiſitum & nõ ſit, dici poterit quòd nõ habebit in illis. pro quo facit,quia
ſtatutum recipit tantùm verba propria,& non impropria.l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.geſtis. & tamen impro-
priè maritus dicitur habere illa bona in quibus habet realem actionem, * propter verbum,videtur,de quo ibi,
quod verbum denotat improprietatem,ſecundum notata in l.ſciendum.ff.de verb.obli. *7 Videtur verbum.*

SVper hoc occurrit vnũ notabile dubiũ,pone quòd mater mariti ſuper bonis ſui mariti iam mortui patris *Dubium.*
iſtius mariti haberet iſtud ius,& iſte maritus idémque filius decedat relicta vxore ſua , quomodo percipiet
iſta vxor ſua iſtud ius,nã mater ſui mariti iã iſtud percipit,quia fuerunt bona ſui mariti patris iſtius & mariti,&
ſic eſt verũ dicere,quòd licet iſta bona ſint antiquum patrimonium iſtius mariti filij iſtius patris & matris , ta-
men ſolũ habeat proprietatẽ,& nõ vſumfructũ,cũ mater ſua iſtud haberet,ſed eiuſdem rei duo inſolidum nec
dominiũ,nec vſumfructũ poſſunt habere.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculũ.ff.cõmoda.igitur. ¶ Pro nũc dico
quòd iſta mulier vxor iſtius mariti eiuſdémq; filij habebit vſumfructũ in bonis ſui mariti defuncti ſtatim mor-
tua matre ipſius mariti,cũ per eius mortem conſolidatus eſt cum ipſa proprietate. & cogi debebunt hæredes
ipſius mariti dictã mulierẽ pati vti frui ſecũdũ formã iſti⁹ ſtatuti,ꝓ quo ego do bonũ caſum ĩ l.ſi dñs.ff.de vſu *Caſus.*
fru.vbi ſi dñs nudæ ꝓprietatis vſumfructũ legauerit,quãdocũq; prim⁹ vſuſfr.ad ꝓprietatẽ acceſſerit,ſiue in vi
ta teſtatoris,ſiue poſt mortem,ante aditã hæreditatẽ,ſiue poſt, ſtatim ad legatariũ pertinet.ſic ergo iſto caſu in
quo debet eſſe eadẽ ratio diſpoſitionis legis & volũtatis teſtatoris.§.diſponat. in autẽ.de nuptiis. colla.iiij.

SEd quid de tali quæſtione quæ ſæpe cõtingit, quidã filiuſfamilias nupſit, & moritur nulla bona poſſidens *Quæſtio.*
viuo patre ſuo in cuius erat poteſtate,vtrũ vxor ſua debeat habere iſtum vſumfructũ ſuper medietate eius
partis quæ marito ſuo in bonis ſui patris erat aduentura? ¶ Poſſet dici quòd ſic,quia illorum bonorum quæ in
ſucceſſione patris erant ſibi debita dum moritur ſaiſitus & veſtitus,* quia filius etiam viuo patre dicitur quo- 8
dammodo dominus bonorũ patris.l. in ſuis cũ materia.ff. de liberis & poſthu. in qua l. dicitur filius creditor,
pater autẽ debitor.l.Papinianus.§.quoniam autẽ.ff.de in offic.teſt.ſed creditor dicitur poſſidere pignus.Bart.
in l.ſi de eo.ff.de acqui.poſ.Bal.in l.cũ notiſſimi.& ibi gl.in iij.col.C.de præſcri.xxx.vel xl.annorũ.ergo dicitur
iſtorũ bonorũ mortuus ſaiſitus & veſtitus vſufructu. circa hãc difficultatẽ pro nũc dico quòd nõ debebit ha-
bere iſtũ vſumfructũ. ¶ Quid autem mortuo patre iſtius mariti ſi iſta vxor habuerit liberos à marito ſuo,qui *Quæſtio.*
ſunt in poteſtate aui,an iſta mulier mater iſtorũ liberorũ accipiet iſtud ius ſuper bonis ſuorũ liberorum? Et vi-
detur quòd ſic,quia ratione de qua ſuprà poteſt dici,bona patris iſtorum liberorũ & mariti iſtius mulieris erãt
in dominio iſtius mariti ſeu quaſi,& illa dicebatur quaſi poſſidere,vt dicendũ eſt,igitur. Cõtrariũ tamen credo
verius,quia nõ habuit iſta bona vt ex patre ſuo eodémq; mariti, ſcilicet ex eorũ auo cuius hæredes fiunt,& in
cuius poteſtate erant,quia iſti filij non dicuntur hæredes patris,ſed aui,ſecundũ notata in l.Gallus.ff.de libe.&
poſthu.& in l.verbis.ff.de vulga.& pupilla.per Bar.in d.l.Gallus.§.nunc.de lege.ff.de libe.& poſthu.

SED quæro,pone ꝙ iſta vſufructuaria habeat vſumfructum in aliquibus cenſibus annui qui important lau- *Quæſtio.*
demia, aut in aliqua re emphyteutica,ex qua ratione alienationis debeãtur laudemia,nunquid ſi res cenſua-
lis aut emphyteutica alienetur,debeantur laudemia huic mulieri,an verò hæredibus? ¶ Videtur quòd hæredes
qui ſunt proprietarij debeant habere laudemia: quia ſunt domini, & non ipſa mulier,quæ tantùm poteſt dici
vſufructuaria.l.j. §. domini. ff. ad Silleia.Item quia debentur laudemia ex inductione in poſſeſſionem quæ fit
dominium.l.j.§.vti.C.de iure emphyteu.ex quo ergo hæredes ſunt domini,vt dictũ eſt,debent ponere empto-
rem inpoſſeſſionem,ergo & laudemia percipere debent.His tamen non obſtantibus, dico talẽ mulierem de-
bere laudemia,quia eſt vſufructuaria,vt dictum eſt antè,ſed ad vſufructuarium laudemia debentur, vt tenuit in
terminis Alberi.de Roſate.in l.vſufructu legato.ff.de vſufru.& in rub.C.de vſufru.do.meus Iaſon in l.iij.in xj.
& xij.col.C.de iure emph.Oldr.conſi.ccxl.& Guido Pape.q.cccclxxvj.& dicetur in glo.ſeq. ¶ Vide Boerium
in ſæpe nominatis conſue.Bituricen.tit.de conſue.feudi & cenſus.§.ix.in glo.hæc conſuetudo.Ioan.Sanxon in
conſue.Turonen.tit.*des rachatz & uentes*.§.quinto.

IN TEXTV IBI, Et ſupporter la moytié des charges.

IStud eſt regulare, * ꝙ qui percipit fructus, ſubit onus collectarum.l.ſi pendente.§.ſi quid.l.vſufructu legato. *1 Percipiẽs fruct⁹ ſub-*
ibi.ff.de vſufru.lega.hinc dicit do.Guido Pape.q.cccclxxvij.* ꝙ vſufructuarius habet laudemia & vẽdas,ſecùs *2 ire debet onus.*
tamen videtur dicere de commiſſo.vide ibi per eum.& * ꝙ vſufructuarius teneatur ad collectas,eſt text.in d.
§.ſi quem.in l.hactenus ff.de vſufru.l.quæro.ff.de vſufru.leg.l.cloacarij Iulianum.§.idem Iulianus.ff.de leg.j.& *3 Vſufru-*
tenet do.Soci.conſ.ccxvij.quod incipit,circa hanc quæſtionem.vbi generaliter ponit,* quòd poſſeſſor habens *4 ctuari⁹ tenetur ad collectas.*
ius in re percipiens fructus,tenetur ad collectas,& exemplificat in multis,maximè etiam in feudatario,vt tenet
Bal.in c.j.per quos fiat inueſtitura. in vſibus feudo. & And.de Yſer.in tit.quæ ſunt regaliæ,ſuper verbo,anga-
riæ. Et dicit ꝙ eſt notãdum,ꝙ poſſeſſor alicuius rei,ratione cuius debetur redditus aut collecta,tenetur nõ ſo-
lũ pro tempore futuro,ſed etiam pro tempore præterito,quo non ſoluerit dictas collectas.per tex.& glo.l.im-
peratores.ff.de publicanis. & per gloſ.in c.tua nobis. & in c.paſtoralis. extrà,de decimis. ſed tamen dic iſtud
non eſſe verum in vſufructuario,quia tenetur tantùm pro tempore futuro,dicto §. hæres.& ibi gloſ.in verbo,

salarium.ff.de leg.j.& ꝙ vsufructuarius teneatur ad onera & collectas,tenet Bald.consilio ccxxvij. quod inci-
5 pit,Pastucius.in quinta parte. ¶ Dic idem in decimis,* quia tenementarius tenetur ad decimas præteritas.ita
tenet Petrus de Ancha.in c. statuto.de decimis. in vj.per c. pastoralis.extrà, de decimis. allegat Federicum de
Senis consilio suo lxxiij.Contrarium tamen videtur tenere idem de Anchara.in c.cum homines.extrà, de de-
cimis.& etiam contrarium tenet Alberi.de rosa.in l.Seiæ.§. Tyranne.ff.de fun.instr.& in l.inter antiquam.C.
de vsufru.& Bartholomæus Cepola in cautelis suis,cautela.clxxv.per glo.in c.tua de decimis.& vide Cardi.in
cle.ij.de iudiciis.vbi ponit formam monitionis & excommunicationis,quæ potest fieri contra non soluentes
decimas,tam pro præteritis, quàm pro futuris decimis.Intellige tamen dummodo fuerint petitæ,vt tenet Ar
chi.c.discretioni.de decimis in vj.Notat Antonius Florentinus in sua summa,in ij.parte,c.iij.§.vj. & idem te-
nent domini de Rota.decisio.xxv.in antiquis decisionibus.

☞ ADDITIO. Sed an in decimis soluendis debeat haberi respectus ad fructus integrales , an ad fructus
qui colligi possunt deductis impensis,vide amplè in c.pastoralis.de decimis.& per Mat.de
af.in constit.regni Sicilię, quæ incipit,quanto cæteris.& quòd si debeantur,debētur tamē deductis impēsis.te-
nent Lutherani,& est vnus ex erroribus eorū contra dispositionem iuris,vt in dictis locis videri potest.*

LImita tamen singulariter in vno casu,scilicet quādo tāta esset solutio collectarū, ꝙ equiualent perceptio-
ni fructuū,tūc enim tenetur proprietarius ad collectas,& nō vsufructuarius.Bart.& Dynus in l.his verbis.
§.idem testator.ff.de legatis tertio.per glo.in l.quæ concubinam.§.qui hortos.ff.eo.de legatis iij.quem Ro.sin
gulari suo clvj.incip.tu scis quòd vsumfructum.dicit esse vnicam in mundo.

ET intellige prędicta ꝙ vsufructuarius tenetur ad collectas,esto ꝙ dn̄s fuisset exēptus ratione priuilegij,vel
6 alia causa,vt tenet Ang. in cōsi. suo ccvj.pro decisione.vbi vult * ꝙ licet ecclesia nō teneatur ad collectas
pro suis possessionibus,tamē laicus possidens dictas possessiones,etiam ab ecclesia,nō gaudet dicto priuilegio
ecclesiæ. ¶ Cōtrariū tamē vult Bal.in l.j.in j.col.C.de iure emphyteu.vbi dicit quòd emphyteuta tenetur sol-
uere collectas & tributa nisi sit colonus priuilegiati.facit quod voluit Bar.in l.priuatæ.C.de excusa.munerum.
7 lib.x.ibi concludit,* quod emphyteuta ecclesiæ nō tenetur subire munera collectarum.

☞ ADDITIO. Dubitatum fuit pluries, nunquid pēsionarij beneficiorū ad certam summā teneantur subire
onera decimarum papalium,donorū principis, & charitatiuorū subsidiorum.& faciebat du-
bium,ꝙ nō,eo quòd cū certū quid habeāt,& nō quotā beneficij, vidētur esse ad modū hęredis instituti in re
certa quę nō tenetur ad onera hæreditaria.l.quoties.& ibi notatur.C.de hære.insti. Et etiā,quia omne lucrum
& augmētū qđ superuenit aut supuenire potest in beneficio nō spectat ad pēsionariū, sed ad titulatū,ideo etiā
omne dānū & incōmodū.arg.l.si id qđ post.ff.de periculo & cōmodo rei vēditę.& facit ratio tex.ex opposito
in l.si negotia absentis.ff. de neg. gest. & in l.& si contra. in fi.ff.de vulg.& pupilla.substi.vbi tex.clarus ꝙ cui
cōpetit augmentū,cōpetit & diminutio,cū ergo cōpetat solùm titulato augmentū, videtur ꝙ eidē solo cōpe-
tat & diminutio,ita quòd ad quęlibet onera quę diminutionē fructuū importāt tenetur titulatus & nō pēsio-
narius. ¶ In contrariū facit,quia qui sentit onus sentire debet & cōmodū, & ecōtrà,vt dicit tex.in regula,qui
sentit.de regulis iur.in vj.& facit tex.in l.secūdū naturā incōmoda cuiusq; rei eū sequi quē sequūtur & cōmo-
da.ff.e.& facit tex.in regula,rationi cōgruit.vt succedat in onere qui substituitur in honore.Et dicit tex.in l.v-
nica.§.ꝓ secūdo.in fi.C.de cad.tol.ꝙ nō est ferēdus ꝗ lucrū amplectitur,onus autē subire recusat.& dicit tex.
in l.is qui in potestate.§.fi.ff.de leg.præstādis. absurdū esse aliū habere cōmoda,& aliū onera sustinere.faciunt
& plura alia quæ possent ad hoc adduci, quæ ponit Dynus in regula iuris,secūdū naturā.ff.de reg.iur.& ista vi-
deretur in se habere maximā æquitatē,quæ etiā multùm ponderatur à Decio in cōsilio infra allegādo. pro qua
etiā facit, eo quòd huiusmodi pēsiones sunt odiosæ,cū vnꝰ sine seruitio habeat lucrū, & ex seruitio,ita ꝙ vnus
pro debito alterius grauatur contra ius,vt videmus in ecclesia,quæ nō debet grauari pro debito alicuius, vt est
tex. in c.ij.de solutio.Eo etiā maximè quia quādo fit impositio pro huiusmodi oneribus habetur respectus ad
valorē totius beneficij seu omniū fructuum,nō solum illorū qui remanent penes titulatum,sed etiam illorum
qui debentur pensionario,& ista pensio habetur per modum redditus annui, qui debet sustineri ꝓ rata, vt est
tex.in c.cōsti.extrà,de religiosis domibus & ideo etiā cū cōcernat vtrumq;,videtur ꝙ ab vtroq; supportari de-
beat.arg.l.primę.ff.ad l.Rhodiā de iactu.vbi qđ ꝓ multis fit,omniū cōtributione fieri debet, & ꝓ cōtributio
ne facta ꝓ socio agere potest,vt dicit ibi gl.in argu.de fideiussore soluēte creditori,qui pro parte sibi cōtingen
te nō agit,sed de parte cōtingēte debitorē si soluat pro eo,agit cōtra eum. Et facit in hoc vltra æquitatem su
pradictā, quòd prædictæ decimæ & dona principū exiguntur, leuantur,& percipiuntur super fructibus totius
beneficij.Cū ergo pēsio debeatur de fructibus beneficij,videtur ꝙ fructus apud quoscūq; sint,siue apud titu-
latū,siue pēsionariū sunt illi oneri affictati, ita ꝙ quilibet ex fructibus percipiēs tenetur ad dictū onus. & facit
gl.& post eā Zabarella in cle. si beneficiorū.de decimis. vbi etiā pēsio, cū sit de fructibꝰ beneficij,tenetur sup-
portare partē decimæ papalis.& ita in terminis consuluit Decius ex multis aliis motiuis,quę nō transporto,in
cōsi.suo clvj.qđ est vj.in ordine quinquaginta cōsiliorū. qđ intellige etiā si titulatꝰ teneretur supportare ōnia
onera,etiā solita & insolita,quoniā intelligi debet de ordinariis & nō extraordinariis,vt facit gl.in l.fistulas.§.
frumēta.& ibi Bal.ff.de cōtrahēda emp.dixi alibi.ex quo fuit dictū in parlamēto Parisiēsi anno Domini millesi
mo quingētesimo xxxij.in arrestis natalis domini ꝙ Ioānes greffier pēsionarius super beneficio iurato de Fer
rieres teneatur deducere super sua pēsione magistri Ioan.rograui id qđ soluerat ꝓ decimis leuatis à rege Frācię
pro rata pēsionis.& in hoc multū fuit pōderatus cōmunis vsus & cōsuetudo vtēdi in talibus,quā etiā multū pō
derauit Decius in consi.hîc antè allegato, cū æquitate de qua hîc antè dictum est, ex quo ita cōmuniter fit &
vtitur in talibus,quòd pensionarij tenentur ad cōtribuendum pro rata pensionis,& potest pro illa rata agere ti
tulatus contra eum,aut retentionis iure vti,aut ante impositionem requirere quòd imponitur pro rata. *

8 Colonus an teneatur ad collectas. QVæro * quid iuris in colono,an teneatur soluere collectas? Bald. in d.l.j.tenet quòd non , imò si soluit,
repetit ab ipso domino , nisi faciat fructus suos præstando omni anno certum quid domino. Barto. in
l.j.C.de anno. & tribu.libro x. & ideo si pro parte faciat fructus suos, pro parte soluet.argu.l.quæ de tota. ff.
de peti.

de peti.hæred.& hoc videtur velle Bal.in l.acceptam.in iiij.col.C.de vsuris. ¶ *Creditor autem pignoris debet præstare,licet contrarium conuenerit.tex.in l.debitorem.ff.de pac.& in l.in summa.C.de pign.Bene verũ est quòd isto casu quantum expensum necessariò erit à debitore recuperabit,vt ibi dicitur,& facit tex.in l.creditor.C.de pig.actio.vide Bal.in l.cum notissimi.in iiij.colum.C.de præscriptio.triginta vel quadraginta annorum. ¶ Quid iuris in contractu emptionis?* dic quod emptor soluit gabellam quando non fit redhibitio, vt est text.in l.debet.§.fina.ff.de ædil.edicto. eo quòd dominium est in eum translatum,& percipit fructus.argu. d.l.primæ.C.de anno.& tribu.libro decimo. ¶ Sed quæro,hoc anno fuerunt cõmissarij qui petierunt ius finãtiarum,quod debetur de quadraginta annis in quadraginta annis christianissimo regi,ab omnibus non nobilibus qui emerunt feuda nobilia, vel ab ecclesiis quæ emerunt aliquas terras, an si ecclesia emerit aliquas terras feudales,vel etiam non nobilis,& dederit rachatum, & soluerit finantiam, si postmodum tales terræ & talia feuda redimantur in vim rachatus,vel alio modo, teneantur redimentes ad soluendum huiusmodi ius finantiarum solutum per emptores,à quibus talia redimuntur? Dixi in casu emergenti hoc anno, quòd redimentes tenentur soluere.per tex.in d.l.debet.§.fi.Dicam fortè alibi,quia tale ius videtur non deberi ratione rei,sed ratione personæ ementis quæ non est habilis. ¶ Item aduerte, quia vsufructuarius tenetur ad sumptus viæ & ad sumptus cloacę vel aquæductus.dicto.§.si quid.suprà allegato.

9 Creditor pignoris soluit collectas. — *10 Emptor soluit gabellam. Casus facti.* — 11

ADDITIO. Bertrandi in cõsi.suo xcvij.in tertio dubio,in iij.parte, dicit quòd vsufructuarius certarũ rerum particulariũ nõ tenetur ad tallias, subsidia & debita hæreditatis, secus in vsufructuario totius vel quotæ hæreditatis.& in ij.dubio illius consilij dicit quomodo pensiones & reditus præteriti temporis sint diuidendi inter hæredes,& vsufructuarium.de quo etiam vide Pet.de anc.in consi.cxiiij.& Sali.in l.fructus.C.de rei ven.Alex.in consi.lxxxj.inci.perspectis his.in ij.vol.alle. per Bertran.in dicto loco. *

Item *an vsufructuari⁹ possit colligere fructus immaturos, vide Bal.in l.si pater.ver.sed hic ponamus.C.de vsufru.Et vide Florianum in l.si absente.§. fina.ff.de vsufruct. & tex.in l.ex sylua.& ibi Flo.ff.de vsufru.l. si cuius rei.cum l.sequen.ff.eod.titu.de vsufru. * 12

IN TEXTV IBI, *Et sera tenue.*

Mulier *habẽs vsumfructũ in bonis mariti,quod dohariũ dicimus, tenetur cauere de vtẽdo & fruẽdo arbitrio boni viri,videlicet quòd nullã læsionem ex vsu afferet proprietati.per.l.vsufructu cõstituto.C. de vsufr.Ita tenet expressè Guido pape.q.cclviij. in vxore quæ pro dohario cauere debet. Ad ꝓpositũ facit qđ dicit Bal.cõsi.cccclxxxiiij.in iiij.parte,vbi dicit, *ꝙ vsufructuarius debet cauere de reddenda æstimatione rerum quarũ vsumfructum habet. ¶ Item etiã cauere debet vxor fructuaria in bonis quondam mariti se facturam in talibus rebus seu bonis quæ faceret in re sua,vt l.j.§.cauere.ff.vsufru.quẽadmodum cauea. necnon etiã de restituẽdo res ipsas hæredibus testatoris adueniente tẽpore restitutionis.l.illud. & ibi casus not.C.de legi.

1 Vxor de dohario tenetur cauere de vtendo & fruendo. 2

Sed nũquid * dicta vsufructuaria facit fructus suos ante satisdationem prędictam? ista materia tractatur in l. vxori.ff.de vsufru.leg.& Cy.tractat in l.j.C.de vsufruc.doc.tamen in d.l.vxori.dicũt quòd si vsufructuarius non percipiat fructus,sed proprietarius vel alius,tunc vsufructuario nõ debẽtur, si sint percepti ante præstitam cautionẽ.d.l.vxori.Si verò percepti fuerint ab ipso vsufructuario:& tunc aut hærede seu proprietario sciẽte & patiente,& tũc sunt vsufructuarij.l.hac edictali.§.finaute.C.de vsufr.aut percepit hærede vel proprietario ignorante,& tunc non facit suos. Bart.d.l.vxori.ita concludit Bal.no.in consi.suo xxj.& seq.in ij.parte.vide Feli.c. finautem.in iiij.col.extrà,de rescri.Soci.consi.suo cxxxj.inci.in præsenti consultatione.versi.secundo iure.

3 An faciat fruct⁹ suos ante satisdationem.

Hanc materiã examinat Pyrrhus in quodã paruulo tract.de seruitutib⁹,posito post titulũ de reg.iur. ff.vbi ponit regulã cũ quinque limitationibus.& ibi ponit,an vsufructuarius omniũ bonorũ teneatur ad debita & onera hæreditaria.de quo inferiùs scripsi,titu.*des enfans de plusieurs lictz*.in arti.iiij.in gl.*parmy ce*.

Item quia dictũ est *ꝙ vxor vsufructuaria debet satisdare,quæro vtrũ intelligitur cũ fideiussoribus? Guido Pape in specie decidit ꝙ sic,ita decidit in quęsti.ccxlix.nã si ita nõ intelligitur satisdatio,scilicet cũ fideiussoribus,esset aliàs frustratoria,cũ solũ haberet obligatũ quẽ per prius habebat.per tex.l.si creditores.ff.de priuilegiis creditorũ.& l.vniuersi.C.de precibus impe.offerendis.& ibi not.per Bar.& doc.licet glo.aliter dicat in l.sancimus.C.de verb.sign.vbi ponit de hoc verbo,cautio,simpliciter prolato,quomodo intelligitur.

4 An cũ fideiussoribus.

Sed quæro, * nunquid si vxor possit dare satisdationẽ cum fideiussoribus,an sufficiat iuratoria? gl.est in l.iiij. & ibi doc.C.de vsufr.quæ dicit*ꝙ vsufructuarius non audietur præstãdo iuratoriam cautionẽ, prout dicit do.meus Ias.in l.j.in j.col.ff.qui satisdare cog.& in specie Guido Pape.q.ccl.dicit ꝙ si non possit vsufructuarius inuenire fideiussores,debet committi alicui bono viro,qui de commoditate fructuum respondebit vsufructuario.l.postquam.§.imperator.ff.vt in possessio. legato. & est opinio Guid.de Cug.in d.l.iiij. quam sequitur ibi Bart.secũdum quam dicit Guido Pape quòd vidit determinari:& crederem ita dicẽdum. ¶ *Quando autem iuratoria cautio admittatur,& quando non, & qui sunt casus in quibus non admittitur iuratoria satisdatio seu cautio, vide Marcum Antonium Baueriam in trac.suo.de effectibus iuramenti.arti.lxvij.& do.meum Ias.in l.j. ff.qui satisda.cog.vbi ponit xxiiij.casus,in quibus non admittitur iuratoria cautio.

5 An sufficiat satisdatio iuratoria. 6 — 7

Sed quæro * iuxta prædicta,nunquid testator possit remittere vxori quòd non teneatur præstare cautionẽ? Bal.in l.j.C.de vsufru.& l.si pro ea.C. man.& l.tribus.ff.de vsufru.earum rerum.dicit quòd non,sed potest grauare hæredem de recipiendo fideiussorem inopẽ ab vsufructuaria.& vide quæ dicit idẽ Bal.in consi.lxxxvij. quod incipit,omnes communiter dicunt.in tertia parte.& vide etiam Io.Pet.de Ferrariis in forma libelli quo vxor agit ad dotem & vsum.& glo.in verbo, dedit & legauit. vbi ponit de omnibus supradictis in hac glo.ad saturitatem.Et vide etiam Barba.consi.lxiiij.in j.& ij.col.in ij.vol.

8 An testator possit vxori remittere cautionis præstationem.

Sed quęro.*an ista vxor vsufructuaria debeat stare colono viri? Bal.in l.j.in pe.col.versi.pone maritus.C.de fru.& litiũ expen.Alex.in l.si filio.§.fi.ff.sol.mat.& vide l.arbores §.quicquid.ff.de vsufru.Et vide quę dicit Soci.in consi.suo cxxv.& Ang.cõsi.ccxliiij.vbi dicũt*ꝙ mulier vsufructuaria tenetur stare locationi factæ per maritũ. ¶ Ratio,quia mulier debet vti arbitrio boni viri,ideo debet stare colono.l.si pendentes.§.si quid.ff. de vsufructu. sed vbi vsufructuarius non debet vti arbitrio boni viri, non debet stare colono.d. l. arbores.§.

9 An debeat stare colono viri. 10

quicquid.ff.de vsufru.quod est quando est loco emptoris,vt dicit tex. vel etiam quando quis possidet autoritate iudicis:vel debet stare colono.l.in venditione.§.primo.ff.de bonis autoritate iudic.possiden.vel etiã pro iure fisci tenetur stare colono.tex.in l.fi.in princ.ff.de iure fisci.*

11 Consuetudinis limitationes

LImita hanc nostram consuetudinem, nisi maritus nubendo paciscatur cum muliere, quòd non habeat istud ius vsustructus.quod potest fieri,*cùm licet contrahentibus pacta legibus non improbata in suis contractibus apponere.l.prima.§.si conueniatur.ff. depositi.& facit,quia istud ius potest per pactum non existente consuetudine inter viuos per maritum vxori relinqui.Textus.in §. si verò solum.in autẽ.de nuptiis. collatio.iiij.ergo vt idem operetur oppositũ in opposito,quod propositum in proposito,secundum Aristote.v.Ethico.poterit illud per pactum tolli & remitti.
12 ¶Sed contrarium facit, * quia pactis priuatorum iuri publico renuntiari non potest.l.si quis in conscribendo. C.de pact. & videtur istud esse ius publicum propter consuetudinem nostram.¶Quicquid sit, ergo credo quòd potest renuntiari per mulierem, quia ius est in sui fauorem introductum,cui renuntiare potest,cùm etiam illud diminuere possit per consuetudinem,vt in consuetudine sequẽti,incipiente,*se constitution de doubaire*,in fi.Faciunt quæ dixi suprà in §.ij.huius titu.in glo.in verbo, *acquestz*,
13 ibi,limita tertiò,vbi dicitur * quòd mulier potest renuntiare iuri sibi prouenienti ex statuto.

14 Mulier trãsiẽs ad secũda vota an perdat dobarium.

LImita secundò nõ habere locũ si mulier transeat ad secũda vota,* quia hoc casu perdit vsumfructũ, secundum tex.in l.vnica.C.si mulier secũdo nupse.& licet tex.loquatur ibi in vsufructu relicto in testamẽto,tamen Bal.singulariter in d.l.vnica.in verbo,ex priore.dicit,quòd idẽ in eo qui est relictus ex statuto, quia si deferatur istud ius vsustructus mulieri ex statuto,intelligitur nisi trãsierit ad secunda vota. ¶Ego tamẽ credo cõtrariũ,quia aliàs de iure si haberet totam proprietatem,illam solam perdit,retento vsufructu.l.fœminę.vbi casus.& l.hac edictali.§.his illud.C.de secũ.nup.& hoc est quod dicit tex.in d.l.vnica.in fi.& in autẽ. hoc locum.
15 ibi posita.* Nubentes ergo secundo illum vsumfructum retinent, & eis remanet saluus & inuiolatus, secundum quod in simili decidit Bal.in d.l.fœminæ.ibi, sed quid si vir.& facit, quia etiã per cõsuetudinẽ nostrã per transitum ad secunda vota non perdit tutelam.Dicam infrà titu.*des enfans de plusieurs lictz*,§.fina.

16 Mulier adulte 17 ra perdit dobarium.

LImita tertiò supradictã nostrã cõsuetudinẽ,* nisi vxor cõstãte matrimonio cõmittat adulteriũ.tex.est ad literam in c.plerũque.extrà,de dona.inter vi.& vxo.vbi dicit tex.* quòd dotẽ & dotalitiũ repetere nõ valebit quæ cõmisit adulteriũ,aut à marito recesserit ob causam fornicationis.& est tex.in l.consensu.C. de repudiis.doc.in autẽ.vt liceat matri & auiæ.§.quia vero.colla.viij.& in autẽ.sed nouo iure.C.de adul.Bal.in c.tuę.extrà,de proc.Io.Pet.de Ferrariis in forma libelli quo vxor agit.in verbo,vxor.& dicit glo.in d.c.plerũque.ꝙ etiã perdit bona paraphernalia.quã allegat do.meus Ias.in rub.C.de iudi.& de illa gl.exclamat Alex.Car.consi.
18 cxj.in ij.col.Ro.singulari cccxj.inci.propter adulteriũ.* intellige prædicta dummodo vir eam accuset de adulterio,quia hæres nõ potest retinere dotem opponendo ei exceptionem adulterij. Spe.in titu. de dote post diuortium restituenda.§.fin.ver.quid si mulier.& in titu.de exce.& replica.§.dicto.de dilatoriis.Alex.in l.mora.in fi.ff.sol.ma.Bal.in l.j.§.illud.C. de rei vxo.ac.& l.rei iudicatæ.ff.sol. mat.& vide plenè Lud.cons. xxiij.in ij.
19 col.* quòd sicut vxor perdit dotem propter adulteriũ, ita lucrũ sibi proueniẽs ex l.munici. ¶Et aduerte ad id quod hæres nõ potest imputare vxori adulteriũ si nõ fuerit accusata vxor per maritũ ipso viuẽte,quia hæredes,aut filij,etiã propter fœloniã patris,nõ possunt priuari feudo. glo.in c.fi.de dona. & ibi Io.de Imol.glo.in l.adeptũ.ff.de in ius voc.Bar.in l.eum qui .ff.de interdi. & relegatis.Spe.& ibi Io.Andr.in additio.in ti.de feudis.§.fi.per Paul.de cast.in l.j.C.de his quibus vt indignis.Et etiam hęredes vasalli non possunt priuari feudo, si dominus fœloniã cõmissam in vita nõ accusauerit,aut intentauerit,vt facit gl.in l.omnimodo.in verbo,non licebit.C.de inoffi.test.arg.l.primę.§.fi.C.de reuo.do.l.Procula.ff.de ꝓbati.l.j.§.fi.ff.ad Silleia.* ¶Vide Boerium in consue .Bituricen . titu.de consuetu. matrimonij.§.iiij.quasi in fi.j.glo. & Io.Sanxon in consue. Turonen.titu.*de doubaire de femme noble*,arti.j.fo.cxcv.vbi tenet quòd hæres potest eam per exceptionem repellere,si maritus in vita ignorauerit.

ADDITIO. An & quãdo debeat fieri diuortiũ propter adulterium de iure ciuili & canonico, vide Mat.de af.in consti. regni Siciliæ quæ incipit repudium, in iij.lib.vbi ponit duos casus in sponsis per verba de præsenti,inter quos potest fieri repudiũ ex parte vnius. Vnus est,si alter cõiugũ intrauerit religionẽ. Alius est,si alter eorũ fornicatus fuerit,quẽ secũdũ casum nota,quia aliàs seruiuit quibusdã in ꝓcessib⁹ existentibus inter despõsatos per verba de præsenti,quia ex parte spõsæ semel fuit oppositũ ꝙ à tẽpore promissionum per eũ prætensarũ erat fornicatus , & ideo quòd in facultate sponsæ erat repudiare prædictum sponsum, ex qua oppositione concordatum fuit inter eos,ita quòd repudium fuit factum de consensu vtriusque.*

20 An pater propter adulteriũ filiæ perdat dotem ei datam.

20 NVnquid* autẽ pater priuetur dote filiæ suæ quãdo cõmisit adulteriũ, dos enim à patre ꝓfecta adueniente morte filiæ ad patrẽ redire debet.Calderi.in suis cõsi.tit.de do.inter virũ & vxorẽ.cõsi.j.in iij.col.tenet ꝙ sic.per tex.in l.si dotẽ.ibi, etiã glo.C.de iure dot.sed Bal.post Cy.& etiã Io.Fabr.in d.l.si dotẽ.tenuerũt cõtrariũ.s.ꝙ donec viuit pater maritus nõ lucratur dotẽ. ita etiã tenent Dy. Bal.Ale.& cõmuniter omnes in l.ij.§.ꝙ si in patris.ff.sol.mat.Bar.in d.l.ij.§.voluntatẽ.& in l.si fi.§.si de vectigalib⁹.ff.de dam.infec.Sal.in l.iij.C.de bonis dãna.Ant.de but.c.plerũque.extrà,de do.inter vir. & vxo.Canonistæ in c.super literis. in glo.iiij.extrà, de pigno. & ista est cõmunis,quam tenent cõmuniter omnes . do. Raphael Cõmẽsis in d. §.ꝙ si in patris.tenet cũ gl.in d.l.si dotem.& cõtra cõmunẽ.adhuc mouetur per tex.in l.iij.§.fi.ff.rerũ amotarũ.*vbi delictũ filiæ nocet patri.sed potest respõderi ad illũ tex.ꝙ nihil facit,quia loquitur quãdo pater agebat ad dotẽ nomine patris & filię,qa tũc tenetur eã defẽdere in actiõe rerũ amotarũ.& dicit ibidẽ dñs Raphael ꝙ allegata ꝓ cõmuni nõ militãt,qa quãdo dicitur ꝙ filia nõ potest ꝑ pactũ nocere patri in dote,ergo nec ꝑ delictũ,vt dicitur.d.§.ꝙ si in patris.ex quo dos videtur esse data secũdũ ei⁹ naturã.arg.l.si stipulatus. ff.de vsuris. dicit ꝙ istud nõ est de natura doris,sed est accidens.l.sancimus.C.de pœnis.c.quæsiuit.extrà,de his quæ fiunt à maiori parte capituli.

21 Delictũ filiæ nocet patri.

ITem etiã illa cõsequẽtia nõ valet,quia vt dicitur j.q.j.c. vrgeri ad tollendũ cõsequẽtiã sufficit dare instãtiã,
22 sed datur sic,*quia pręiudiciũ ecclesię fieri potest per delictũ prę lati, & tamẽ non ꝑ cõtractũ seu per pactum, vt est glo.in materia fauorabili,in l.iubemus nullam,in glo.fi. C.de sacrosan.eccle. de quo per Bar.& alios,per Canonistas

Canonistas in c.j.de dolo & cõtumacia.& in regula delictũ personæ.licet opinio gl.in d.l.si dotē.non sit com munis,sed contraria,tamen in puncto iuris videtur mihi sustētabilior per supradicta.& adhuc moueor duobus fundamētis cõtra cõmunē.¶*Et primò, quia in dote delictũ filię,hoc est adulteriũ,nocet patri.pro hoc alle go tex.in §.quia verò quædã mulieres.in aut.vt liceat patri & auiæ.vbi videtur esse tex.ꝙ quãdo mulier committit adulteriũ,lucrũ dotis defertur marito,& pater eius habebit duas partes suæ substantiæ,& tertiam partē habebit monasteriũ in quo mittetur, ergo vult ꝙ quo ad dotē propter adulteriũ patri præiudicat, & iste est fortis textus.¶Secundò allego alium textum fortem in l.cum pater dotem.ff.de pac.dota. in fi.in verbo, aut sine culpa sua diuerterit,omnino dos peti non possit.ponderanda sunt illa verba,sine culpa sua diuerterit, ergo si culpa sua,scilicet propter adulterium, non potest repeti dos,& sic præiudicat patri. & istos textus didici à præceptore meo Iasone,ipso legente viua voce.cogita quid dicendum. 23.

SED quæro,*pone ꝙ vidua post mortē mariti quæ habet vsumfructũ in dimidia parte bonorũ mariti adulterauit post mortē ipsius mariti,nũquid debeat priuari ipso vsufructu,& sic eius dohario? Pau.de cast. cõsi. suo cxlviij. qđ incipit,reuocatur in dubium.& in cõsi.cxxviij.consuluit quòd sic. & ita etiam tenuit in l.sororem.C.de his quibus vt indignis.& in l.fideicõmissum. post gl.ibi.C. fideic.Alexan.tamen in d.l. sororem.tenuit contrarium,per vnum motiuum,ad quod respondet Pau.de cast.in d.cõsi. cxlviij.& vide de prædictis do. meum Ias.in d.l.ij.in ij. col. ff.sol.mat.& Feli.c.pastoralis.in iij. col. extrà,de iudiciis. vbi etiam quærit de illa quæ est adulterata per vim. de quo alle.ad hoc Panor.cõsi.iiij.in j.vol.& ibi etiam quid in sponsa quæ aliquid dedisset sponso,an illud admittat secuta fornicatione. & ad omnia prædicta cum aliis allegatis per Feli. in dicto cap.pastoralis.Cogita si casus eueniret,quia esset pro amico. 24 *An post mortē mariti adulterans perdat dotarium.*

ADDITIO. Cogitando in casu emergenti tenui opinionem Alexan. quam vidi seruare in iudicando, quia text. qui loquuntur de priuatione, loquuntur in vxore quæ adulterata est constante mat.& pœna priuationis non extenditur,nisi expressè dicatur,vt dixi infrà,in §.xvj.in hoc titulo, in glo. *pour le pris.*nume.vj.nec post mortem est ampliùs quæstio de matrimonio, quia mors omnia soluit,igitur &c.Opinionem tamen Pauli de castro tenet etiam Petrus Geraudi in singulari suo xlviij. *¶Aduerte etiam*quòd mulier committens adulterium,si habeat filios primi matrimonij,dos non applicatur secundo viro.glo. est in c.j.in glo.j.vt lite non contestata.Francis.de Crema singulari suo lxxxvj.inci.statuto cauetur. dicam infrà,in titu.*des enfans de plusieurs lictz*.in §.j.in fine. 25

SED quomodo*probetur adulterium?gl.c.nõ oportet.lxxxvj.dist. dicit ꝙ probatur si in balneo reperiantur.¶Item etiã dicit Bal.in c.tuæ.extrà,de procu.*ꝙ per osculum luxuriosum probatur adulteriũ. & dicit tex.in l.& si amicis.in gl.in l.quid ait.ff.de adul. ꝙ ex præparatoriis probatur adulteriũ. & dicit Bar. in l. ij.in prin.ff.de furtis.* ꝙ adulter manifestus dicitur, si deprehendatur in domo alicuius, vbi pulchra mulier est. & Pa.in c.cũ nõ ab homine.in vj.col.in prin.ver.imò plus dicit Bar.de iudiciis. ꝙ non probatur per vicinos dicentes, quia sum vicinus.Bal.in l.j.C.de cad.tol.sed per testes dicentes,quia Berta iacuit cum Titio. Bal.in c. j.in vij.col.ver.quæro nunquid.quibus modis feu.amitta.Et vide Alex.post Bar.in l.ij.§. fi.ff. de adul. & in l. capite.v.versi.circa hanc legem.ff. eodem titu. vbi habetur * quòd inuentus in camera osculans, vel tangens mulierem præsumitur adulterium commisisse.& vide in l.quod ait lex.ff.de adul.in fine prin.& Panor.c.præterea.in j.col.extrà,de testi.& in ca.ex literis.& ibi Pa.extrà,de præsumptio. 26 *Adul* 27 *terium quomodo probetur.* 28 29

ADde quod dicit do.Ia.de S.Georg.doctor subtilis & summè practicus in l.j.ff.si quis ius dicenti nõ obtēperauerit.col.ij.quòd probatur adulterium manifestum, ex quo quis est deprehensus in domo seu camera vbi est mulier formosa. quod intellige, probatis circunstantiis, puta solus cum sola, & ianuis clausis,aut aliàs de nocte,sine lumine,aut interuenit concubitus, complexus,ipsa confabulatio, & osculatio,de quibus in c.nec aliqua.xxvij.q.j.Et dicit quòd scholaris loquens cum puella non præsumitur dicere pater noster,vt dicit Bal.in l.neque natales.in j.q.C.de probatio.

ADDITIO. De indiciis in adulterio,raptu & violentia, vide per Matthæum de afflictis,in constitutio. regni Siciliæ quæ incipit,in omnibus.in viiij.not. *

ADuerte * tamen, ꝙ adulterij probatio requirit probationē matrimonij,ad cuius probationē requiruntur testes omni exceptione maiores.Bald.in l.ita demum.C.de procu.& in auten.si dicatur.in fin.C. de testi. Bart.in l.sed hoc.ff.ad l.Iuliam maiesta.Alex.in l.capite quinto.ff.de adulteriis. 30 *Quõ matrimonium probetur.*

SEd nunquid * possit probari per testes videntes per foramen vnus post aliũ.glo.in c.nihilominus.in glo.fi. in verbo,simul.iij.q.ix.dicit ꝙ sic.Bar.in l.quærebatur.ff.de test.mili.Ang.l.hac cõsultissima. in fi.princ.C. de test.Bal.in l.testiũ.in vlt.col.C. de testib⁹. in c.cũ dilectus.extrà,de causa possessio.& proprieta.& intellige hoc verũ generaliter in omnib⁹actibus inter viuos,*quia cortina vel paries medius nõ vitiant dictũ testiũ,dũmodo testes possint videre ꝑ foramē,vel fissurã,vel audire voces cõtrahētiũ,quas habēt notas.ita Bar. ĩ l.ij.§. idē Labeo.ff.de aqua pluuia.arcē.Canonistę cõmuniter in c.ex literis.ext. de cõsuet.q̄cquid dicat ibi Pa. Alex. cõsi.xxiiij.in ij.vol.in iij.col.hinc dicit Spe.in specie.in ti.de teste.§.j.ver.quid ergo si viro.quòd si vir & mulier erant in certa camera, & testes qui erãt extra camerã deponũt qualiter vir dicit sponsę, te accipio in vxorē meã,& vxor dicit,sum cõtenta,ꝓbãt,licet mur⁹ sit inter eos,& nõ viderũt,ĩtellige tamē prędicta nõ habere locũ qñ testes deponũt sup matrimonio ad ei⁹separationē,q̃a paries facit ꝙ nõ ꝓbãt.gl.fin.c.pręterea.de teste. 31 32

LImita etiam non habere locum in vltima voluntate.text.& communiter doc.in l.si non speciali.C.de test. vbi plenè per Alex.& dominum meum Iason.

ADDITIO. Alia limitatio potest sumi ex his quæ dicit Hippolytus de Marsiliis in consilio suo xciij.vbi dicit quòd talis dispositio statutaria debet intelligi in muliere quæ bene meruit apud maritum,& non sit indigna,ex causis ibi positis per eum. *

IN TEXTV IBI, De maintenir en bon & conuenable estat.

HOc nõ videbatur habere dubiũ,q̃a est decisum in iure ꝙ vsufructuarius tenetur ista facere,& aliàs impēsas necessarias.tex.est ĩ l.vsufr.le.§.quoniã l.hactenus.& l.ęquissimũ.§.fructuari⁹.ff. de vsufr.qđ tenet Spec.in

1 *Impensæ necessariæ quæ.* tit.de locato.§.postq̃.ver.sed quęritur.& sequitur Io.And.in additio.ibi,in verbo,habitat &c.¶Et quæ dicã-
tur impẽsę necessarię,vtiles,& volũtarię seu voluptuariæ,& de tota materia habetur ĩ l.j.& ꝑ totũ.ff.de impẽ.
2 *Dictum præclarũ.* ĩ reb⁹dot.fac.habetur ꝑ Bar.in l.ĩ fundo.ff.de rei vẽ.¶Vnũ tamẽ,quia videtur egregiũ,dictũ nõ omitto,*ꝙ
mulier quæ secũdũ istud statutũ haberet in suo dotalitio domũ vnã fortẽ, siue castellũ,aut oppidũ,tenetur ad
custodiã ipsius.l.ij.ff.vsufr.queãd.caueat.nec repetit à ꝓprietario ꝙ expẽdit ꝑ custodia facta tẽpore hostilita-
tis cõtra inimicos,exẽplo eius qđ dicitur de castro dotali, cui⁹ expẽsæ ꝑ custodia à marito factę nõ minuũt do
tẽ,sed cõpẽsantur cũ fructib⁹.hoc est dictũ no.Bar. ꝑ illũ tex.in d.l.ꝙ dicitur & d.l.fi.ff.de ĩpen.in reb⁹ dotali
bus factis.¶Et venit notãdus ille terminus,*Bon & conuenable estat*,in statuto positus,ꝙ ex quo dicit, *Bon &
conuenable estat*,videtur velle innuere ꝙ sufficit ꝙ faciat impẽsas necessarias ꝑ bono statu,& nõ facere ꝑ opti
mo statu,quia ãpliare nõ potest, vel in melius mutare,& reponere si sit in bono statu.l.hactenus.§.fi.cũ l.seq.
ff.de vsufr.¶Et ideo dicit,*maintenir*,qđ idẽ est qđ tueri,quia vsufr.debet tueri reficiẽdo & manutenẽdo, non
autẽ de nouo faciẽdo.l.vsufru.nouũ.ff.de vsufr.ꝑ quẽ tex.ex verbo,tueri,ibi,rectè videtur & aptissimè statuẽ-
3 *Manutenere.* tes verbo,*maintenir*,vsos fuisse. ¶*Et de hoc verbo, manutenere,est tex.in cle. Romani.§.porrò.de iureiu.
4 *Reparare.* & manutenendo debet facere reparationes necessarias pro manutẽtione domus.* Cũ reparare sit idem quod
reficere, vt hìc ante dixi. * differunt autem reparare & meliorare, vt per Pau.de castro in consilio suo clxxvij.
5 *Reparare & meliorare* inci.quantum ad illa,in consiliis antiquis,in impressione noua.& satis probat text.in d.§.fructuarius.
SEd quia dicitur suprà in gl.*& sera tenue*,ꝙ vsufructuaria tenetur cauere de vtẽdo & fruẽdo arbitrio boni vi
6 *differunt.* ri,pone * ꝙ re de qua habet dotalitiũ male vtatur,nũquid priuatur dotalitio?videtur ꝙ sic.Et hoc ꝓbabo,
7 primò per illud qđ dicit Bal.in l.diuortio.§.si fundũ.ff.sol.mat.vbi dicit se cõsuluisse in cõtingẽtia facti*quòd
si emphyteuta incideret arbores,& ꝓpter illã decisionẽ fundus sit factus deterior,quòd cadit à iure suo,& pri
uatur re emphyteutica.allegat ad hoc autẽ.qui rẽ.C.de sacrosan.eccle. quę multũ bene facit.in c.j.§.quicũque.
in tit.de pace tenenda. *Meliùs in c.j.qualiter dominus proprieta.feudi priuetur. * vbi vasallus male vtens re
8 *Abutẽs feudo priuatur eo.* feudali,& tractans malè feudum,priuatur feudo.& est tex.in l.æquissimũ.§.& is cui.ff.de vsufr. vbi vsufructua
rius nõ potest incidere arbores fructiferas.& faciũt, * quia malè se gerens circa res in quib⁹ nõ habet dominiũ
directũ, sed tantũ vtile,debet priuari, & etiã circa personas. de rebus est aut.qui rẽ.suprà alle.de personis facit
9 *Officio malè administrãtes priuandi.* tex.& ibi Bal.in l.eũ qui.C.de procu. vbi dicit * quòd iudex ex suo officio remouet procuratorẽ negligentem
dicta regula,ſed ſic eſt in caſu noſtro qui cõtinet turpitudinẽ ex parte iurãtis:quia vnꝰ fit pauper,& alter locu-
pletior,quod eſt cõtra ius naturale.d.l.nã hoc natura.ergo inducit peccatũ,vt vult Pa.in c.quẽadmodũ. ext.de
iureiur.

iureiur. Turpitudinē enim negare nō possumus, cùm si efficiatur pauper, nemo negabit quòd nō succedat illud Boetij dictū suprà relatū: vel etiā meliùs, quia bene cōsiderādo ex parte vtriusq; cōsideratur turpitudo, cū mutuo amore se spolient: istud est ex parte iurātis, & sic est turpitudo ex parte illius. Itē matrimonia dissoluūtur, quod est turpe ex parte vtriusq;. Ecce ergo quomodo in hoc casu, cùm sit turpitudo ex parte vtriusque, ad minus ex parte iurantis, non potest validari iuramento. in casu capituli, debitores. non versatur turpitudo nisi ex parte recipientis. & istam solutionem multum notabilem dedit do. Abbas Panor. in c. fi. in fi. ext. de pac. Quam quidem solutionem refert & sequitur do. Feli. in c. debitores. in ij. col. extrà, de iureiur.

Respondet tertio fundamento.

AD illud fundamentū quo dicitur ꝙ iuri publico nō potest renūtiari simpliciter, & tamē cū iuramēto sic. & pro hoc fuit allegatū per vos. c. si diligēti. ext. de foro cōp. cū Ias. in l. si quis in cōscribēdo. C. de pac. in fi. dicat Ias. quicquid voluerit & vos post eū, quia ille tex. mihi probat cōtrariū, & si Ias. cū suis cassialupis diceret adhuc decies, dicerē ꝙ decies falsum diceret. Et si volueritis tenere cū Iasone, respondeatis ad c. si diligenti. & ego ero contentus, aliàs nō, cū habeā tex. ita clarū, imò dicit totum cōtrarium Bar. in l. Seius Augerius. ff. ad l. Falci. ¶ Ad illud fundamētū quod sit donatione facta filio per patrē, quę licet de iure nō valeat, tamē validatur iuramēto. quod nō est admirādum: quia talis donatio neq; vergit in detrimētum alterius, scilicet principaliter, neque tendit in dispendium salutis æternæ, neq; est contra bonos mores, non mirum si validetur iuramento.

ITem ꝙ dicta donatio etiam iuramēto non firmetur, facit ratio Ang. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. scilicet ꝙ eo quòd lex resistit potentiæ donandi, & dirigit verba sua prohibitiua in personas cōiugum, eo quòd ipsi donantes videantur peccare non obediendo præcepto superioris: & sic cum ipsa præstatione iuramēti peccetur, talis donatio non firmatur iuramento, per rationem Bar. in d. l. si quis pro eo. ff. de fideius.

Conclusio.

EX quo cōcludo intrepidè cum Bart. in l. j. ff. de dona. inter virum & vxo. cum quo tenēt multi prælle. per do. meum Ias. in l. pacta quæ contra. C. de pac. Et istam opi. tenent longè plures & excellentiores doctores, & longè maioris autoritatis, quàm doctores tenentes aliam opi. quos alle. cum pluribus rationibus do. Soci. cōsi. suo lxv. in vj. & vij. col. & etiam dicit Fran. de Curte in consi. suo lxvj. ꝙ ista opi. est cōmunis & verior, eo quòd verificatur subtilioribus modis & rationibus, & tenetur per illustriores doctores & præstantiores, pondere, numero, & mēsura. tenet etiam hanc opi. quidam Io. Papi. in quodam suo cōsi. quod incipit, quidam barbatuli qui nesciunt se nimias fabas comedisse, nisi cùm ventrem dolent. loquendo illis qui tenent contrariam opinionem. Quod quidem contrarium allegatur per Bartho. Veronen. in cautela sua vj. alleg. cum quodam Raynerio de monte. Et quia Bart. voluit tenere contrariam partem in l. Seius Augerius. ff. ad l. Fal. quia donatio inter virum & vxorem non reprobatur, neque ratione publicæ vtilitatis, quia salua pace & ratione turpitudinis, cùm inuitentur ad delinquendum, & sic est contra bonos mores.

ITem ratione publicæ vtilitatis, cùm si esset permissa, multi abstinerēt ab educatione liberorum, & matrimonia multa dissoluerentur, vt est tex. in l. j. ij. & iij. ff. de dona. inter virum & vxorem. sed interest reipublicę vt matrimonia maneant & liberi procreentur, vt ciuitas hominibus repleatur. ita dicit tex l. j. ff. sol. mat. salua ergo pace domini Bar. in hoc errauit. ¶ Item idem Bar. voluit tenere illam opinionē in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. sed si bene aduertatur ad ea quæ supra dixi fundamenta Bar. in illis duobus locis, confundunt illum: quia licet bene considerauerit, non tamen ea bene adaptauit, vt clarè colligitur ex supradictis per me.

Consuetudo nostra valet.

REtenta ergo ista opinione pro vera, clarum est quòd consuetudo nostra ducatus Burgundiæ valet, cū sit conseruatiua iuris, & si talis contractus ratione consuetudinis non veniat annullandus, saltem ratione iuris communis. nec poterit nocere in hoc statutum neque consuetudo, cùm ea quæ exprimi non debent, si exprimuntur, etiam ineptè, nō vitiant. tex. est in l. j. C. de rei vxo. actio. cum infinitis per Iason. alle. in l. vinum. in pe. col. ff. si certum petatur. & per eundē in l. edita. in ij. col. C. de eden. & per Panor. in c. examinata. in vj. col. extrà, de iudi. & per eundem Ias. in d. l. ij. in iiij. col. ff. de iurisf. om. iudi.

SEd ne videar cooperiri sacco inundato, tenēdo hāc nostram cōsuetudinē hac sola ratione, posita opi. cōmuni pro vera, videlicet quòd donatio inter virū & vxorē validatur iuramento, nō tamen fatendo illam in totum, adhuc dico consuetudinem nostram dictantem maritum vxori donare non posse, nec econtrà, cum iuramento valere. Et in hac materia inuenio plures opiniones, antequam tamen recitem eas volo respondere ad obiectum factum contra communem in articulo precedenti, & pro opi. quā ego tenui. Quod quidem fundamentum dicit dominus Ludouicus de soubterram esse suum, sed parcat mihi dominatio sua, quia (vt infrà dicam, quando ad illud respondebo) non creuit originaliter in horto suo, sed Io. de Imol. in c. debitores. de iureiur. vt infrà dicam. sed credo, bene quòd non viderat adhuc Io. de Imo. & ideo potuit dicere suum.

Respondet obiectis.

FVndamentum enim tale est. Ratio quare prohibeatur donatio inter virum & vxorem ponitur in l. j. ij. & iij. ff. de dona. inter virum & vxorem. Sed sic est quòd illa ratio habet locum siue apponatur iuramentum, siue non, ergo idem ius statuendum est. Ad illud dico primò ꝙ mihi videtur ꝙ tale fundamētū nō potest militare. ¶ Et probo sic. Illa quæ sunt penitus diuersa & separata, separatā rationē habere debent, cùm separatorū separata debeat esse ratio. tex. in l. qui fundum. §. si fundum. ff. pro emp. sed sic est quòd donatio inter virum & vxorem simplex est penitus diuersa & separata à donatione iurata, ergo. ¶ Quòd autem donatio inter virum & vxorem simplex sit penitus diuersa & separata, & sit alia donatio quàm donatio iurata, probatur. Nam vbicunque alicui rei aliquid additur vel detrahitur dicitur noua & diuersa res à prima. tex. est not. in l. j. §. si quis simpliciter. & ibi Iason. ff. de verbo. obliga. text. & ibi Iason in l. ius autem ciuile. ff. de iustitia. & iure. text. & ibi Iason in l. j. §. & post operis. ff. de noui operis nuntia.

ADDITIO. De hac regula vide Matt. de af. in cōsti. regni Siciliæ quæ incipit, cū circa iustitiæ. in viij. not. quod tamē intelligit verū, nisi p nouā additionē derogaretur antiquis iuribus, quod est notādum, vt ibi inducit ad casus singulares, qui cū sint extrà propositum, non insisto. * ¶ Sed sic est quòd donationi inter virū & vxorē additur iuramētū, ergo dicitur diuersa & separata, si diuersa & separata, ergo nō militat prædictū fundamētū, * imò, qđ plus est, iuramētū habet hoc præcipuū quòd alterat actū sup quo interponitur vltra naturam suam, vt l. j. ver. cōfirmasti. C. si aduer. ven. l. si quis maior. verbo, solidauerit. C. de transa. Faciunt

infinita quæ hîc adduci possunt, quòd actus simpliciter de per se non valent, & tamen cum iuramento valent.
29 *Dicta corroborat.* CORroboratur, *nã vbicũq; in aliquo actu simplici additur noua qualitas, illa qualitas facit illũ penitus esse
diuersum & separatũ à primo.tex.est ad hoc notabilis in c.statutũ. de electione, maximè iunctis ibi nota.
30 per Ioan.And.vbi dicit * ꝙ appellatione ecclesiarũ parochialiũ nõ veniunt ecclesiæ nõ parochiales & colle-
31 giatæ.Hinc infert Pa.in rub.extrà,de vita & honestate clericorũ, *quòd appellatione clericorũ nõ veniũt exi-
stentes in dignitate.de qua regula multùm solenni non fuit oblitus Feli. qui eam summoperè commẽdauit in
c.licet in corrigendis.in vlti.col.extrà,de officio ordinarij.& c.tua nos.*le premier*. prima col.extrà,de iureiur.
vbi pleniùs.& dominus Abbas in c.j.extrà,de institutioni.& in c.j.extrà,de iuramento calum.cum infinitis al-
legatis per dominum Felinum in dictis locis suprà allegatis. ¶Item actus iuratus est potentior quàm non iu-
ratus,vt in terminis dicit Boerius,in consuetudine septenæ Bituricen.titu.de donatio.§.secundo.

ITem quòd sit diuersũ,patet alia ratione:nam vt dicit Io.de Imol.in c.debitores.ext. de iureiur. & post eum
Feli.si vna & eadẽ ratio sit in accessorio, quæ est in principali, quare nõ ita vitiatur accessoriũ sicut princi-
pale?cũ vbi sit eadẽ ratio,idẽ ius statuendũ sit, ergo in casu nostro si vna est & eadẽ ratio in accessorio,scilicet
in iuramento,sicut in principali,cur nõ ita vitiatur accessoriũ sicut principale?& sic patet ꝙ istud fuit originale
fundamentũ do.Io.de Imo.ad quod quidẽ dicit ꝙ non est eadem ratio in accessorio.s.in iuramento,quæ est in
principali:voluit enim ipse Io.de Imo.& Feli.inferre,ꝙ cõtractus simplices qui sunt inter partes absq; iuramẽ-
to,obligant solũ vnam partem ad aliam,& nõ obligatur promittẽs nisi soli parti cui promittit:secùs in cõtra-
ctibus qui fiunt cum iuramẽto:quia parti cui promittitur,& Deo obligatur promittẽs,& licet dicãtur cõtinere
turpitudinẽ respectu partis,nõ tamẽ possunt cõtinere turpitudinẽ ex parte Dei: & sic cũ euidẽter pateat aliam
esse rationem in donatione simplici inter virum & vxorẽ & donatione iurata, nõ potest idẽ ius statui: & per
consequens non obstabit fundamentum domini Ludouici. quia tamen intentio mea est veritati adhærere, his
respõsionibus nõ obstãtibus,dico fundamentũ domini Ludouici in casu nostro militare:& pro opinione mea
contra cõmunẽ multũ mihi seruire,& ad prædictas respõsiones datas ad prædictum fundamentum respondeo.

AD primam enim dico quòd non obstat quod dicitur, vbicunq; aliquid additur alicui primo actu dicitur
nouus actus & diuersus,& per cõsequẽs diuersãm rationẽ habẽs: quia dico ꝙ illud est verũ quãdo additur
aliquid quod habet in se validitatẽ:secùs autẽ si addatur aliquid quod sit nullũ: quia certũ est ꝙ id quod nullũ
est,nullũ potest producere effectũ.glo.in l.si accusatoribus.in gl.fi.C.de accu. cũ infinitis adductis per Ias.in l.
licet.in ij col.C.de procu.in l.vbi pactũ.in vij.col.C.de pac.in l.ij.§.ꝙ si in patris.in vij.col.ff.sol.mat.multa per
Corsetũ in suo repertorio,in verbo,baptismus.sed nũc certũ est & clarũ,ꝙ iuramentũ in casu nostro appositũ
est nullũ & inualidũ,vt suprà satis sufficienter probaui,& adhuc dicã nũc in sequẽti membro:ergo nõ poterit
operari aliquẽ effectũ.& per consequens non faciet actum in quo apponitur diuersum à primo simplici, & per
cõsequẽs remanebit destructa illa regula, diuersorum diuersa & separata debet esse ratio, cũ isti actus non sint
diuersi,imò remanebit regula illa nostra, vbi est eadẽ ratio idẽ ius statui debet in suo esse & robore,imò.quod
32 plus est, *iuramentũ semper sapit naturã actus super quo interponitur.facit tex.in l.fi.& ibi Bar.& Bal.C.de nõ
numerata pec. ¶Faciunt & infinita allegata per do.Ant.Baueriam in suo singulari trac.de effectu iuramẽti,in
33 *Adiectio qualitatis nõ alterat substantiam.* lxxij.priuilegio iuramenti. ¶Item,quod plus est, *adiectio qualitatis nõ alterat substãtiam.l.ij.& an eadẽ.ff.de
excep.rei iudicatæ.l.cũ corpus.ff.de acqui.rerum do.l.senatoris filius.ff.de sena.l.j.C.de dig.lib.xij. gl.pragma-
ticæ sanctionis,titu.de colla.§.item placuit ipsi congregationi. in glo.in verbo,parochialibus.

AD secundã verò respõsionẽ datã per Imo.& Feli.cõdescendẽs, præsuppono illud quod voluit Bal.multũ
34 *Iuramentũ peccatũ generans nõ seruandum.* notabiliter in l.si ad excludendũ.C.de rebus credi. * ꝙ vbicunq; ex impletione iuramenti sequeretur iniu-
stitia,vt in casu nostro,vt suprà dixi,quãdo dixi ꝙ est cõtra charitatẽ,& sic cõtra iustitiã,& sic in hoc est dispen
diũ salutis æternæ,quod satis suprà probaui in casu nostro,cũ per donationẽ nostrã inducatur ad delinquendũ,
imò fortiùs si ex nostra donatione induceretur solũ ad delinquendũ venialiter, adhuc tale iuramentũ non est
seruandũ.ita tenet Archi.in c.ij.de pac.in vj.quẽ multũ apud legistas cõmendat Bal.in c.j.§.item sacramenta.in
vlti.col.de pace iura.firm.vel etiã ex ipsa impletione iuramenti sequeretur detrimẽtũ alterius,quod in casu no-
35 *Nõ seruans nõ fit periurus.* stro negari non potest,vt suprà dixi,tale iuramentũ nõ est seruandũ.imò nunc ad propositũ descendẽs *nõ ob-
seruans tale iuramentũ nõ efficitur periurus.ita tenet Lud.Roma.in singulari suo cccccx. & Bar.in l.si quis in
prin.testamenti.in vlti.col.prin. ff.de leg.iij.cum concordan. alle.per Ias. in §.item si quis postulante. in xiiij.
col.insti.de ac. qui non fuit recordatus de singulari Lud.de Ro.cum aliis etiã concordan.alle.per Feli.in c.tua
nos.in ij.& iij col.ext.de iureiur.Si ergo nõ efficitur periurus præstans iuramentum quod non est seruandum,
quia illicitum,cõsequenter patet quòd nõ obligatur Deo: & ideo clarè patet ꝙ responsio Io.de Imo.& Feli.
non habet locum in casu nostro,cùm tale sit iuramentum quòd non est seruandum,imò inualidum.

REcitato ergo isto fundamẽto,ad quatuor opiniones quas in materia nostra inuenio,iuxta superiùs promis-
sum cõdescendo. Et primò inuenio ꝙ Ias.in d.l.fi.ff.qui satis.cog. pro sua prima opinione recitat & in me-
36 *Papa potest remittere iuramẽtum.* diũ adducit opinionẽ gl.in l.adigere.§.fi.ff.de iure patro.qui tenet indistinctè * ꝙ sicut papa potest remittere iu
ramentũ,ita lex seu statutũ:quia habet vim apostolici. & illã glo.dicit esse singularẽ Bal.in c.ij.in pe.col.ext.de
probatio.sed salua eius pace nõ viderat gl.in d.l.fi.quę dicit * ꝙ lex ciuilis,& sic princeps secularis potest remit-
37 *Et lex.* tere iuramẽtũ.& in multis locis tenet Bal.istã opinionẽ.de quibus per dictũ Ias.in d.l.fi.in iij.col. ¶Et vide in
materia huius articuli Io.Sanxon in consue.Turonen.*Des successions de gens roturiers*.arti.viij.vbi amplè.
38 ET istam putarem posse defensari.primò per ea quæ dicunt docto. * ꝙ veniens contra præceptum principis
39 seu superioris peccat mortaliter,vt ponunt omnes in c. cùm contingat.extrà,de iureiuran. * quia in omni
iuramento intelligitur excepta autoritas superioris.& pro hoc possent adduci xiiij.decisiones,quas non trãscri
bo eo quòd sunt Ias.præceptoris mei,in d.l.fi.ff.qui satisda.cogan.in ij.& iij.col. ¶Et vide Feli.in c.cõstitutus.
in vj.col.ext.de rescriptis.& Alex.in consi.cxxiiij.in j.volu.

ITem vna alia ratione posset sustineri,quam adducit do.meus,quia pars in cuius fauorem est præstitum iura-
mentum habet vim apostolici.tex.in c.j.de iureiu.cum concordan. per eum alle. Sed si pars habeat vim apo-

stolici,ergo multo fortius statutum. per tex.in l.fi.in fi.& ibi per Bal.C.fideiuſ.& hoc maximè quando est cau
sa rationabilis,vt in casu nostro, quia tunc talia statuta valent, & vim apostolici habent. ita Bal.in l.ij.in fin.C.
de indicta vidui.tollenda.

NEC obstat,vt mihi videtur,somnium Pauli de castro dicentis ꝙ illa glo.est intelligenda de iure ciuili,nō
de iure canonico.quod quidem est attendendum, quia dico ꝙ non potest sic intelligi,imò nō est intelligē
da quo ad suos,etiam de iure canonico.Et probo per vnā aliam decisionē multū notabilem,nā vt dicit Alberi
cus de rosa.in l.cūctos populos.in vlti.col.C.de sum.trini.& fide catholica.* quòd si statutum disponat quòd 41 *Decisio notabilis.*
debitores vel fideiussores ad vsuras conuenti non possint opponere exceptionē quòd vsurę nō debeantur, &
fideiussor vigore huius statuti coactus est soluere, vsuras repetēdo à debitore principali,nō poterit debitor op
ponere quòd malè fecit soluere vsuras,quas de iure soluere nō tenebatur,quia postq̃ de facto seruatur statutū
per principes factū,qui ita volunt de facto seruari,est perinde quo ad subditos ac si de iure valeret. allegat illud
quod habetur in c.puenit.extrà,de fideiuſ. & qđ no.Inno.in c.j.& c.salubriter.extrà,de vsuris cū cōcordā.alle
gatis per Iaſ.in l.vbi pactū.in pe.col.C.de transa. & in l.dedi.j.§.si liber homo.ff.de cōditio.ob causam. & di-
cit Albe.vt refert Iaſ.in dictis locis,ita fuisse iudicatū, nā vt clarè patet ex ista decisione, quæ loquitur etiam
in vsura quæ est de iure canonico prohibita,& super qua non potest se interponere princeps,quia inducit pec
catum,& tamen vides quòd tale statutum est seruandum, sic ergo in casu nostro,licet esset prohibitum princi
pi disponere super iuramento , quia statutum factum super eo per principem & superiorem , seu approbatum
vel toleratum de facto obseruatur & perinde est habēdū & reputandum quo ad subditos ac si de iure valeret.

NEC obstat illud quod dicitur * ꝙ statutū & cōsuetudo pari passu ambulant, quia cōsuetudo idem est qđ 42 *Cōsuetudo idem quod statutum.*
statutum.Bal.in l.ij.circa fi.C.de bonis quæ liberis.cum aliis ad hoc allegatis per Iasonem in l. de quibus.
in vlti.col. ff.de legibus. & in l.omnes populi. in princ.in prima lectura.ff.de iusti.& iure.sed sic est quòd con
suetudo non excusat à pœna æterna,vt vult glo. not.in c.denique.iiij.distinctione. quam allegat Panor.in ca.
cum venerabilis,& reputat singularem de consuetudine. & refert & sequitur Iason.in l.qui iurasse.in ij.col.ff.
de legi.idem Iason.in l.qui iurasse.in ij.col.ff.de iureiur. & in l.ait pretor.j.§. iurari.in fine quartæ col.ff. de iu-
reiuran.& in l.singularia. in pe.col.ff.si cer. petatur.& in l.j.in j.col.ff.quod quisque iuris . ergo nec statutum,
& per consequens non seruabitur tale statutum.

AD istud respondeo pluribus modis.primò * quòd statutum excusat à periurio,& sic à pœna æterna,proba 43 *Statutum excusare à periurio probat.*
batur sic.nam iussus superioris excusat à mora.tex.est singularis in l.fi.ff.de lege cōmisso.quam reputat sin
gularem Bal.in c.fi.in fi.de sequestra.pos.& fructuum.sed ego habeo quòd quicquid excusat a mora , excusat à
periurio.tex.in c.breui.extrà,de iureiu.Bar.in l.quòd te.& Iason post eū.ff.si certum petatur.& in l.j.§.& post
operis.in iij.colum.ff.de noui ope.nun.& idem Iason in l.si quis maior.in v.colum.C.de transac.ergo patet ꝙ
cum statutum quod de facto seruatur, vt est istud apud nos, eo quòd habet in se iussum principis,qui illa man
dat & iubet seruare per totam suam patriam,quòd tale statutum excusat à periurio,& sic à pœna æterna,& ista
responsio seruit tantummodo quando nostra consuetudo esset facta per modum statuti.

SEd posito pro vero,prout est,quòd nō sit statutū,sed sit vera cōsuetudo,adhuc probo * ꝙ excusat à periu- 44 *Consuetudo excusat à periurio.*
rio,nam eo quod ista cōsuetudo est per superiorē tolerata,non solū excusat à pœna temporali,verumetiam
à periurio,& sic à pœna æterna.Probatur per ea quæ refert Feli.in c.concupiscentiā. in iiij.col.extrà,de cōsti-
tutio.* vbi religiosi comedentes carnes cōtra eorū regulas peccāt mortaliter,nisi consuetudo tollerata per su- 45
periorem sit in contrarium,quia tunc talis consuetudo eos excusat. de hoc infrà dicam in vltima opinione.

ITem quando dicitur quòd consuetudo excusat à pœna temporali,& non æterna , intelligitur de consuetu-
dine iniqua & irrationabili , secus autem de consuetudine rationabili, quia cùm consuetudo nostra sit iusta
& rationabilis,quia per eā euitantur absurda,de quibus in l.j.ij& iij.ff.de donatio.inter virū & vxorem.Itē etiā
satis supra probaui, quòd est iusta & rationabilis,& per consequens etiam debet excusare à pœna æterna. 46

SEcunda verò opinio in hac materia est,* quòd nō potest statutū laicorū disponere super iuramento , cū il-
lud spectet ad ecclesiā,vel ad Romanū pontificē.c.venerabilē.de elect.cū cōcordan. allegatis per Iasonem
in d.l.fi.ff.qui satisda.cogan.& istam sic intellectam non puto esse verā, sed illā cum grano salis puto defensari
posse,bene enim verum est,quòd si super dicto cōtractu donationis sit appositum iuramentum, postquam est
præstitum,quòd statutum non potest ipsum tollere,neque princeps secularis,sed quòd statutum nō possit fa-
cere quòd iuramētū appositū in contractu donationis habeatur pro nō apposito,& pro remisso,istud nō est ve
rum,imò veritas est in contrarium.facit pro hoc tex.notabilis in l.quæ sub cōditione.§ si quis sub iurisiurandi.
ff.de conditio.institu.& ita debet intelligi glo.in dicta l.adigere.§.fi.de iure patrona.¶ Probatur primò argu
mento eorum quæ dicit Panor.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in vlti.col.extrà,de constitutio.nam certum est *ꝙ 47 *Statuta laicorū nō possunt disponere de clericis.*
statutum laicorum non potest aliquid disponere super clericos.dicit tamen ibi Panor.quòd si statutum iniece-
rit vinculum suum in personam aliquam antequam sit clericus, quòd tale statutum ligat etiam posteà effectum
clericum,sic ergo licet statutum non valeat disponens super contractu iurato, quia iuramentum non est de his
quæ sunt in administratione laicorum,tamen si statutum iniecerit vinculum in illo actu in quo nondum est ap
positum iuramentum , potest facere vt tale iuramentum quantùm ad talem actum non habeat obstare si post-
modum apponatur,imò pro non apposito habeatur.d.§.hic antè allega.

PRobatur secundo hac ratione,quia princeps secularis vel statutum laicorum etiā super tali cōtractu iurato
potest disponere,nam ratione donationis inter virum & vxorem inuitetur ad delinquendum.faciunt tex.
alleg.in l.j.ij.& iij.ff.de dona.inter virū & vxorē.Sed sic est nūc quòd ad euitādū delicta nondum cōsummata 48
sed cōsummāda permittūtur multa quæ aliàs nō permitterentur. quod sic ꝓbatur , nā certū * quòd par in pa-
rē nō habet imperiū.tex. in l.ille a quo.§.tempestiuum.ff. ad Trebellia.tex.in c.innotuit.extrà,de electio.cum
vulg.& tamen in crimine cōmittendo,vt euitetur,vel vt illi obuietur inferior corrigit superiorem.glo.est no- *Homini omnia subiecta.*
tabilis.in c.ij.de hereticis.in vj.¶ Secundò probatur,certū enim est animalia irrationabilia subiecta esse homi-
ni,vt habetur Gene.j. Crescite & multiplicamini,& dominamini piscibus maris.& etiā apud psalmistā. Om-

Balaam ab aſina 49 correptus.

nia ſubieciſti ſub pedibus eius.& per conſequens videtis quòd nõ eſt licitum animali irrationali corrigere hominem.tamen habemus Numeri.22.de quo tranſumptiuè.in c. nos ſi incõpetenter.ij.q.vij.& in c.ſecuti ſunt.§.idem cum Balaam.ij.q.vij.& in c. cum ex iniuncto.extrà,de hæreticis.quòd ab aſina fuit reprehẽſus Balaam propheta,ſeruulus Dei ſupremi, vt delictum per eum conſummandum euitaretur. ¶ Tertiò probatur * quia ſacerdos poteſt reuelare delictum committendum ſibi dictum in confeſſione, ſecundum Inno. in c. omnis vtriuſque ſexus. extrà,de pœni.& remiſſio.etiam ſi iurauerit tenere ſecretum.glo.eſt no. & ſingularis in c.nerui.xiij.diſt.& hoc vt obuietur peccato conſummando. ¶ Itẽ alia ſimilitudine probatur, nam certũ eſt * ꝙ non eſt licitum laicis capere clericum delinquentem, ſi tamen delictum nondum ſit conſummatum, ſed eſt delictũ conſummandũ,vt tale delictum euitetur licitum eſt laico capere clericum.ita tenet dominus Frã. de Aretio in c.cum non ab homine.in iij.col.extrà de iudiciis.

50

51 Recedẽdũ à iure vt delicta euitentur.

Alias octo vel nouẽ deciſiones ad probationem iſtius aſſumpti adducere poſſem , quas cauſa breuitatis omitto,& eas alibi ponam.* Si ergo licitum ſit in multis recedere à regulis iuris communis vt delicta euitentur,licitum erit in caſu noſtro recedere, cùm ſi hoc fiat delicta quæ committentur per tales donationes euitabuntur. nec obſtat quòd dicitur,quòd iuramentum iſtud facit quòd ſtatutum concernit periculum animarũ, quia tunc ſequeretur quòd iuramentum eſſet vinculum iniquitatis.

Tertia opinio.

Aliam opinionẽ inuenio & tertiã ordine,quę eſt,videlicet ꝙ ſtatutũ factũ directo ſup tali contractu iurato nõ valet,puta in caſu noſtro,ſed ſi eſſet factũ per indirectũ,puta ſi dicatur,quia quomodocũq; fiat talis cõtractus præſumitur ſimulatus,tũc tenẽt omnes quòd tale ſtatutũ valeret,& quòd nõ poſſet talis cõtractus validari iuramẽto.probatur per glo.ſingularẽ.in l.ab emptione.C.plus valere quod agitur, q̃ quod ſimulatè cõcipitur.quã gl.dicit eſſe ſingularẽ Ang.ibi & vide Iaſ.de ea in d.aut.ſacramẽta puberũ.in vlt.col.C.ſi aduerſus vẽditionẽ.& idem Iaſ.in §.fuerat.in xxj.col.inſtit.de actio.& in l.nemo poteſt. poſt Ale.ibi.ff. de leg.j.& in l.iuſiurãdum quod.§.pcur.ff. de iureiur.cũ cõcordãtiis alleg.per eos ibi.& per Feli.in c.adminiſtrationis.in vij.col.extrà,de iureiu.vltra quos allego Ange.in l.j.C.de dote cauta nõ numerata. Iaſ.in l. nõ dubiũ.in ij.col. C. de legi.Ang.de aretio.inſti.de emp.in prin.in xxxix.col.Cepolã in tractatu de ſimulatione cõtra.in vij. preſumptione.Bal.in l.j.C.de oper.liberto.imò fortius tenet Bal.in l.rogaſti.§. ſi tibi.in vlti.col.ff. ſi certũ petatur.ꝙ quãdo iuramẽtũ apponitur ſuper tali cõtractu,nõ indiget reſciſſione. & idẽ Bal.in l.nec patronis. C. de oper. liberto.ad fi.& illud dictũ refert Feli.in d.c.adminiſtrationis.multa alia ad iſtã glo. adducere poſſem,ſed quia non multum ad propoſitum,ideo non inſiſto. ¶ Iſte eſt propriè caſus qui ponitur per Ioan. Sanxon in cõſue. Turonen.titu.*des ſucceßions de gens roturiers*.arti.viij.in glo.j.in ver.ibi,hic quæro.vſque ad finem.

Cõtra tertiam opinionẽ.

Sed mihi videtur quòd iſta tertia opinio non poteſt ſuſtineri.primò, nam vt dicit Bal.in l.fi.in vlti.colum.C. ſine cenſu vel reliquis.qui allegat Hoſti.& Ioã. Andreæ.in c.poſtulaſti.extrà,de foro cõpe.illud * quod
52 prohibitum eſt vna via,alia non debet concedi. ¶ Item etiam * quod non poteſt fieri directò,non poteſt fie-
53 ri per obliquum ſeu indirectum.probat tex.in l.verbis ciuilibus.de vulg.& pupillari.

54 Item paria ſunt vel quòd contractus non poſſit validari iuramento, vel quòd ſit ſimulatus,vt ſuprà dixi per glo.in d.l.ab emptione.imò,vt dixi,iſta æquipollent:*ſed non refert quid ex æquipollẽtibus fiat.l.iij.C.de inſti.& ſubſtitu. ¶ Item ſequeretur vnum aliud,quia ſi iſtud eſſet verum, ſequeretur ꝙ lex eſſet impoſita verbis,quod eſt contra l.ij.C.communia.de legatis. & per iſta mihi videtur quòd iſta opinio non poteſt ſuſtineri.

Opinio quarta.

Quarta opinio eſt,quæ mihi videtur vera in caſu noſtro , ſcilicet quòd ſtatutum noſtrum ſeu conſuetudo non tollit iuramentum,ſed ratione conſuetudinis poteſt cogi pars iurans,imò tenetur petere relaxationem à iuramento,& ſic iſto caſu conſuetudo talis excuſabit à pœna æterna ratione abſolutionis:per conſequẽs non obſtabit gloſ.in c.denique.iiij.diſtin. & ſic non tollit poteſtatem eccleſiæ quam habet circa iuramentum. & iſta videtur mihi vera,& de facto practicatur,& illam putabam inueniſſe,niſi poſtmodum legiſſem Iaſonem in dicta l.fi.ff.qui ſatiſdare cogantur.

Opinio quinta.

Aliam opinionem inuenio, quæ fuit Bart.in dicta aut.ſacramenta puberum. quòd aut verba ſtatuti prohibent perſonam,vt in caſu noſtro,& tunc valet:aut prohibent rem,& tunc non valet.ſed quia iſta communiter & ab omnibus reprobatur,ideo non nſiſto. ¶ Ne tamen ſic ſicco pede videar pertranſire circa iſtam noſtram conſuetudinem,illam defenſare volo duobus fundamentis,& hoc erit pro mea ſexta opinione & nona, quæ ſi bona vobis videatur,non mihi,ſed omnium bonorum largitori attribuatur.

Opinio ſexta.

Erit ergo opinio ꝙ talis noſtra conſuetudo eſt valida, & iuramentum in tali donatione contra conſuetudinem noſtram appoſitum nihil operabitur:imò de prædicto iuramento non eſt neceſſe ꝙ abſolutio aut relaxatio petatur:& hoc non ꝙ iſta conſuetudo iſtud operetur,ſed quòd noſtra conſuetudo fuit ab antiquo tempore tolerata per ſuperiores iudices eccleſiaſticos,qui ſuper iuramento habent poteſtatem diſpẽſandi,& propterea ratione iſtius tolerantiæ cenſetur eſſe diſpenſatum ſuper hac noſtra conſuetudine per eos,* cũ tolerantia ſuperioris inducat diſpenſationem.gl.not.in c.quia circa.ext.de cõſanguini.& affinita. facit illud quod dicit Abbas in c.cum olim.in ij.col.ext.de cleri.coniuga. * ꝙ ſi conſtitutio papæ à principio communiter non recipiatur,ipſo papa ſciente & tolerante,ꝙ talis tolerantia excuſat à peccato.de quo per Iaſ.in l.rem non nouam. in ij.col.C.de iudiciis.& per iſtud eſt data alia ſolutio ad gl.in d.c.denique.iiij.diſtinctione.

55 Tolerantia ſu- 56 perioris inducit diſpenſationem.

57 Et ꝙ in tali noſtra conſuetudine adhuc nõ requiratur abſolutio à iuramento per epiſcopũ, probo vno alio modo quaſi incidenter,nã dicit Ang.in conſi.ſuo clx.in prima parte,ꝙ * quando contractus eſt nullus,non eſt neceſſaria abſolutio à iuramento ſuper eo,imò dicit Bal.in l.j.C.de oper. libe.ꝙ ſufficit declaratio iudicis, qui declarabit contractum nullum:ſed ſic eſt ꝙ contractus donationis factus inter virum & vxorẽ contra noſtram conſuetudinem eſt nullus.arg.l.de quibus.ff.de lega.& argu.l.non dubium.C.de legi. imò dicit Bal.in d. l.j.ꝙ miratur de canoniſtis qui reuocant iſtam relaxationem ad ſuum imperium.

Adde ꝙ vbi eſt iuramentum nihil poteſt fieri contra contractum,nec probari etiam de dolo, niſi priùs habita fuerit diſpenſatio ſeu relaxatio ſuper illo,vt dicit Ioan.Milis in ſuo repertorio,in verbo, iuramentum relaxari.allegans Oldr.conſi.cxix.& Rotam deciſio.ccccl xxxiiij.

Ad illud

AD illud tamẽ quod dicit de tolerãtia obſtat vnũ forte cõtrariũ, quia cũ cõſuetudo ſit quid facti,per tex.in
c.j.de cõſtitut.in vj.ideo ſuperior præſumetur illã ignoraſſe,& ſic nõ poterit eſſe tolerantia. ¶ Sed dic ꝙ
eo ꝙ eſt conſuetudo vulgata & notoria,ideo ſuperior præſumitur eam ſcire. Iaſ.in l.imperiũ.in vij.col.ff.de iu
riſdi.om.iudi. ¶ Item etiã erit valida,eo ꝙ ſolùm diſponit ſuper iuramento præſtando,& non præſtito, prout
in terminis tenet Dominicus de ſancto Geminiano in c.quãuis.de pactis.in vj.vbi dicit, * ꝙ laici non poſſunt 58
diſponere ſuper iuramento præſtito,ſed bene ſuper iuramento præſtando.Et ita tenet Hippo.de Marſi.ſingu.
ſuo.cxciiij.vbi multa dicit,& ꝙ differẽtia eſt inter ius quæſitum & ius quærendum. ¶ Vide Feli.in c.ſuper his.
in ij.col.de accuſa. qui allegat Bald.in quodam conſi.quod eſt xj.inter conſilia Anchara. vbi tenet ꝙ laici non
poſſunt ſtatuere ſuper iure quæſito eccleſiæ,ſed bene ſuper iure quærendo.*

NVnc venio ad riuulũ noſtrę cõſuetudinis,& dico ꝙ nõ ſolũ eſt cõſuetudo laicorũ,ſed etiam eſt cõſuetudo
perſonarũ eccleſiaſticarũ,quæ nõ ſolũ eſt tolerata per epiſcopos & alios viros eccleſiaſticos,verũ expreſſè
approbata:nã ſcitis ꝙ cũ prædictæ noſtræ cõſuetudines primò à nũc recolẽdæ,& bonæ memoriæ,illuſtriſſimo
Philippo Burgundiæ duce in ſcriptis redactæ, * tres ſtatus patriæ,puta ſtatus eccleſiaſticus,ſtatus nobilium,& 59 *Tres ſtatus patriæ qui ſint.*
ſtatus plebis fuerunt conuocati, vt patet in prooemio noſtrarum conſuetudinum:qui quidẽ tres ſtatus dixerunt
& approbauerunt conſuetudines noſtras factas & redactas per quoſdam deputatos,qui quidẽ deputati fuerant
tam à viris eccleſiaſticis q̃ aliis hominibus illius patriæ,faciẽtes alios duos ſtatus:poſtea ſereniſſimus Rex Frã
ciæ & Chriſtianiſſimus,qui poſt ducẽ Carolum ſucceſſit in ducatu,licet cõfirmauerit,& licet adhuc confirmẽt
hodie ſinguli reges,non tamen ſine approbatione prædictorũ virorũ eccleſiaſticorum & aliorum, imò ſi con-
firmarent,non obſtaret:quia qui confirmat,nihil de nouo dat.l.& quia.ff.de iuriſdi.om.iu. Ecce ergo quomo-
do iſta noſtra conſuetudo non ſolùm eſt cõſuetudo laicorum, ſed laicorum & eccleſiaſticorum promiſcuè &
ſimul:quæ quidẽ valet,licet etiam ſit ſuper iuramento,maximè cùm iuſta cauſa & rationabilis ſit, vt ſuprà dixi.
¶ Sed nũc ego habeo * ꝙ cõſuetudo inducta in loco tam per laicos quàm clericos eſt valida & ſeruanda,etiam 60
ſi ſit inducta ſuper his quæ non ſunt in poteſtate laicorũ.ita eſt tex.in c.ad noſtram.extrà,de probationi.quem
ad hoc ponderat Ioan.de Imol.ibi,& poſt eum tenet do.Ant.de But.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in pe.col.ext.
de conſti.quem poſtea ſequitur Feli.ibi,in xxix.col. Iſtam tenet Alex.in conſi.xcj.in vlt.col.in j.vol. & Franci.
de Aretio in c.quòd clericus.in vlti.col.extrà, de foro compe. Et iſta ſunt quæ mihi videntur pro reſponſione
obiectorum per do.meum Ludouicum de Soubterram cõtra conſuetudinem ſuperiùs relatã,& ſi iſta non ſuf-
ficiant,ſubiicio me correctioni veſtræ. ¶ Sed poſito quòd iſta conſuetudo debeat etiam ſeruari quo ad laicos
in foro ſeculari,nunquid debeat etiam ſeruari in curia eccleſiaſtica,etiam quo ad clericos,etiam primæ tõſuræ,
qui poſſunt vxorari,& qui gaudere debent priuilegio fori? Cogita ex his quæ dicit Boerius in cõſue. Bituricen.
titu.de iuriſdi.om.iudi.§.xj.in j.glo. Et cogita vltra dicta per eum, quòd hæc conſuetudo eſt non ſolùm indu-
cta per laicos,imò etiam per viros eccleſiaſticos,vt dictum eſt antè.igitur.

ADuerte etiã ad vnũ,ꝙ iſta cõſuetudo nõ videtur habere locũ niſi in caſibus in quibus epiſcopus poteſt di-
ſpẽſare,& nõ in caſibus in quibus ſolus papa poteſt ſuper iuramẽto diſpẽſare,vt in iuramẽto quod eſt inter
clariſſimas perſonas,in quo ſolus papa diſpenſat,& nõ epiſcopus.c.venerabilẽ.de electio.& ibi Pa.& Barba.in
conſi.liiij.in x.& xj.col. quia huic conſuetudini non conſenſit ſummus pontifex,nec illam approbauit,cũ illam
ignoret.c.j.de conſti.ſed ſolũ epiſcopi patriæ,qui fuerũt cõgregati tanq̃ exiſtentes de vno ſtatu ex tribus, qui
potuerunt cõſentire quo ad ea quæ ſunt eorum poteſtatis,& non quo ad ea quæ ſolus ſummus pontifex poteſt.

ADuerte etiã quia iſtud eſt iuramẽtũ cõfirmatoriũ cõtractus, quod ſolet validare cõtract⁹ aliàs de iure inua *Iuramentum confirmatorium contract⁹.*
lidos.& iſtud iuramentũ habuit effectus ſecundũ diuerſa tẽpora:nã primò ſecundũ ius fforũ,& etiã ius an-
tiquũ.C.ſi cõtra.erat inualidus vel poterat inualidari,tale iuramentũ nõ reddebat ipſum validũ,nec etiã remo-
uebat remediũ inualidãdi,quia cũ ſit acceſſoriũ,nõ videbatur rationabile ꝙ per ipſum cõfirmaretur principa-
le:imò nõ valẽte principali,nec etiã acceſſoriũ valet.& ita eſt caſus in l.nõ dubiũ.C.de legi.& in l.iuriſgẽtium.
§.ſi.ff.de pac.& in l.ſi quis inquilinos.§.j.ff.de leg.j.& hoc ſi actus nõ valebat(vt dicebatur)nec alio modo va-
lere poterat:ſed ſi poterat quoquomodo valere,iuramentum operabatur, vt valeret eo modo quo valere po-
teſt.l.cum pater.§.filius matrẽ.ff.de leg.ij. Secundum fuit tempus de iure.C.modernioris.& hoc iure reperitur
auctus & augmentatus effectus iuramenti:quia ſi cõtractus erat validus,ſed poterat inualidari priuilegio mino
ris ætatis per reſtitutionẽ in integrũ, tale iuramentũ remouebat talẽ modũ impugnãdi.l.j.C.ſi aduerſus vendit.
Si autẽ erat nullus,vel alio modo poterat impugnari, nõ reperiebatur hoc cautũ, & ſic erat ſtandũ iuri veteri.l.
nõ dubiũ.C.de legi. ¶ Tertium fuit ius autenticorũ,de quo in aut.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduerſus ven.& hoc
erat tantùm quando contractus erat nullus ratione minoris ætatis, ſed alio caſu non reperiebatur iure cautum
quòd iuramẽtum validaret. ¶ Quartum ius * fuit ius canonicũ quod vult indiſtinctè iuramentum ſeruari qua- 61 *Iuramentũ iure canononũ quando ſeruandum.*
tuor concurren. Primò quòd poterit ſeruari ſine peccato ipſius iurantis.c.cùm contingat.extrà, de iureiur. Se-
cundò,quòd non ſit contra vtilitatem publicam principaliter.c.diligenti.de foro compe. Tertiò,quòd non ſit
contra bonos mores.c.non eſt obligatorium.de reg.iuris.in vj. Quartò,quòd non tendat in præiudicium tertij.
c.ij.de pac.lib.vj. Et de his vide Pau.de caſt. in l.ſi pro eo.ff.de fideiuſ. vbi ſatis ad plenum per eum, vbi addit
quintum caſum in quo de iure canonico non eſt ſeruandum, nec confirmat contractum, ſcilicet quando con-
tractus eſt ſimulatus.gl.in l.ab emptione.C.plus valere quod agitur.do.meus Iaſ.in l.ij.in pe.& vlt.col.ff.de iu-
reiur.in l.non dubium.in ij.col.C.de legi.in l.nemo poteſt.in viij.col.ff.de leg.j.in §.fuerat.in xxj. col.& in §.
item ſi quis in fraudem.in ij.col.inſti. de ac.in l.ea quæ. in ij.col.C.de tranſa.& idem dic etiam ſi non interue-
nit ſimulatio ſed falſitas.dominus meus Iaſon in l.ſi ex falſis.C.de tranſac.

IN TEXTV IBI, S'autrement par traicté de mariage il n'eſtoit entre eulx conuenu.

NVnquid iſta conuentio facta in contractu matrimonij de iure valeat, vide Boerium in ſæpe expreſſis con-
ſuetudi.Bituricen.tit.de conſue.matrimo.& doharij.§.j.in viij.& ix.col.ibi,ſed ſi fiat pactum inter coniu-
ges,& vide eundem eodem titu.§.v.vbi quærit,ſi quis maritauerit filiam ſuam, & promiſerit non auantagiare
alias filias,an valeat hæc promiſſio.vide ibi eundem.

1 Arg. à le ge ad statu tum. SEd quæro, qualiter istud procedat? & sic est vidēdū qualiter per partes possit prouideri, cū statutū istud sit prohibitiuū & in ratione sui, * & legis ad statutū, & iuris scripti ad nō scriptū, quòd est cōsuetudo, bonū est argumētū, cū à pari procedāt. §. ex non scripto. insti. de iure natura. gen. & ciui. Bal. in rub. hic finitur lex, deinde regni consuetudines incipiunt. in vsibus feudo. & dicit Bar. & doc. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. j. C. quæ sit longa cōsuetu. & est quoddā ius publicū vt lex. l. leges generales. C. de legib⁹. sed iure publico pacto priuati renuntiari nō potest. l. ius publicū. ff. de pac. l. si quis in conscribēdo. C. de episc. & cle. & C. de pac. l. iurisgētiū. §. si paciscar. & in §. quia vero. aut in §. si vnus. & §. pacta. ff. de pac. & l. fi. ff. de pac. in §. quia vero. in aut. vt sine prohi. matres &c. colla. vij. ¶ Aliquid per Bar. in quæstione per eū disputata, incipiente, Lucanæ ciuitatis. sed amplè per eum. Bal. & Sali. in d. l. si quis in cōscriben. sequitur, quia cū disponatur per statutum in hoc articulo, nō attingendo articulum, quia diffusus est, & satis habetur vbique per doc. tractatus: pro nunc quātū ad propositum nostrū respondeo huic obstaculo, quòd esto quòd secūdū distinctionem vbique factā de tali renuntiatione essemus in casibus in quibus debent valere iure impediente, talis renuntiatio est contraria iuris dispositioni, tamen ex quo lex prohibens restringit suam prohibitionē cōtrariū disponendo, & sic determinādo, cū licet ita sit de iure quòd introduxit quòd nō valeant tales actus, tamen ex quo restringendo per istā vltimā particulā disponit posse ex cōuentione partium valere, licet talia sint cōtra ipsius iuris sic disponētis ordinationem, quia hoc lex permittit, valebit talis permissio, allegando pro hoc textum, & quæ ibi voluit Bal. in l. nō dubiū. C. de legi. & isto casu erit verū dicere nō obstare cōtrariū, quia partibus aliter volentibus cessat prohibitio dispositionis, & est verū dicere hoc potuisse fieri ex partium conuentione, & legis dispositioue. & huic solutioni potest applicari illa quā habet dispositio huius statuti, de qua hic fit mētio, quę nō respicit principaliter, & in totū vtilitatē publicā, sed etiā & mulierum coniugatorū, & aliquādo in certis casibus eorum odium, & fauorē propinquorū, ex quo sequitur quòd modus in pręfata distinctione declarat⁹ potuit pacto priuatorū disponi. ¶ Sed an satis sit filię reseruatum, si fiat in contractu matrimonij pactum quòd matrimoniū reguletur secundū dispositionem iuris scripti aut cōmunis, siue fiat talis cōtractus in patria iuris scripti, siue fiat in hac patria ducatus Burgundiæ, quæ est cōsuetudinaria? quo ad hoc cōsului in casu emergenti & tenui quòd partes possunt recedere à statuto & redire ad ius cōmune, vt tenet do. me⁹ Ias. in l. properādū. in prin. C. de iudi. & maximè si fiat per extraneum qui non est de patria, qui nubat alicui de patria huius ducatus, non est dubium quòd quo ad eum valebit talis conuētio, quia non erat tempore contractus subiectus consuetudini, ideo potuit apponere in suo contractu talem conuentionem quā voluit, maximè se reducendo ad ius commune, ad quod erat astrictus, & nō ad consuetudinē localē, quā ignorabat: & etiā quia ex quo reducitur ad ius cōmune, in hoc est tacita reseruatio seu cōuentio, quòd aliter possent inter eos donare quā dictet cōsuetudo, capiēdo verba consuetudinis hic antè dicta in hac glo. quę dictāt, nisi aliter sit cōuentū, quę sunt generalia, ideo ex quo aliter cōuentū est quàm dictet consuetudo, scilicet quòd fiat secūdū quod iure scripto fieri potest, sumus in casu conuentionis aliter q̃ per cōsuetudinē, & ideo stāte tali clausula valebit donatio inter virū & vxorē secundū dispositionē iuris cōmunis, scilicet si fuerit iuramento vallata, aut fuerit reciproca, aut aliàs secundum quod de iure permittitur. *

2 Limitatio consuetudinis. ISta est ergo * vna limitatio ad cōsuetudinē quā ponit ipsa cōsuetudo. s. quādo cōuentū est inter cōiuges in cōtractu matrimonij ꝙ possint sibiipsis donare. ¶ Vel ꝙ possint aliter facere q̃ dictet cōsuetudo in donādo secundū ius cōmune. quod satis est. * ¶ * Sed posset dubitari an istud verbū, *entre eulx conuenu*, referatur tantùm

3 Nota. ad maritū & vxorē, an verò ad parētes qui debēt esse præsentes in cōtractu matrimonij, & si fiat ista cōuentio per maritū & vxorē tantū in cōtractu matrimonij absq; cōsensu parētū succedere debētiū virtute talis cōuētionis, maritus & vxor possint postea sibiipsis facere donationes. videretur ꝙ nō, quia ratio statuti nostri seu consuetudinis est, ꝙ cōsentire debeāt parētes propter spē successionis, cū dicat text. nostrę consuetudinis, *les prochains parēs qui doibuēt succeder*. per ea quæ dicit Bar. in l. transac. C. de transa. suprà alle. ergo hęc ratio semper militat in cōtractu matrimonij. & idē est dicēdū. s. ꝙ parētes in dicta conuētione fienda in cōtractu matrimonij debēt cōsentire, aliàs videtur ꝙ talis cōuētio non valeat. ¶ Et facit, quia verba vltimò posita debent æqualiter determinare ambo capitula pręcedētia, vt dicit Bar. in l. cēturio. ff. de vulg. & pupil. substitu. faciūt ea quę ibi ponit do. meus Ias. col. xviij. ꝙ qualitas posita in fine quę restringit, ad omnia superiùs mētionata refertur, vbi dicit etiā facere ꝙ relatiuū qualificans refertur ad omnia pręcedētia, etiā ꝙ hoc nō patiūtur per regulā grāmaticalē. ¶ Sed veritas est in cōtrariū, quia ex quo cōsuetudo nostra est stricti iuris, & nō requirit ꝙ cōsensus cōsanguineorū præstetur in cōtractu matrimonij quādo fit talis conuentio, ideo nec nos interpretari vltrà debemus, nā solū donatio prohibetur inter eos cōstāte matrimonio, quādo autē cōtrahitur matrimoniū non est dubiū ꝙ nō sunt adhuc cōiuges, & ideo nō potest dici ꝙ sit donatio inter virū & vxorē. Nec est dicendū ꝙ hæc verba in fine posita referātur ad omnia posita in prin. secundū doctrinā Bar. in l. j. C. de libe. præteri. & in l. iij. §. filius. ff. de libe. & posth. & Alex. in l. si idē. cū eodē. ff. de iurisd. om. iud. quia etiam vt dicit tex. in l. ex facto. & ibi gl. &

4 Eius dictio. doc. ff. ad Trebel. * clausula seu dictio, ei⁹, in fine posita nō refertur ad omnia præcedētia, cū si noluerit testator quòd domus sua remaneat ad vsum & habitationem dominę Agnētis vxoris ipsius testatoris toto tēpore vitę illius ipsa remanēte in viduitate, & post mortē ipsius ad hæredes eius & successores voluit peruenire: ꝙ dictio eius, refertur ad hæredes testatoris & non vxoris, & hoc est quia præsumitur ꝙ verbū eius referatur ad incommodum proferētis & nō alterius, vt vidētur tenere Bar. in l. cū in testamēto. ff. de auro & arg. leg. Alex. in consi. lvj. in j. vol. repeti. in consi. xxiij. in ij. vol. Hipp. de Marsi. in singulari suo xxj. Cū ergo in contractu matrimonij sint contrahentes de quorū præiudicio agitur, & sint ipsi contrahentes qui loquuntur intelligitur de cōuentione illorū, & nō alterius tertij. ¶ Posset adhuc sustentari prima opinio, & dici ꝙ hæc qualitas in fine posita debeat referri ad omnia præcedentia, vt dicit do. meus Ias. in l. centurio. col. xviij. ff. de vulg. & pupil. substitu.

5 vt dictum est, etiam * quia vna determinatio respiciens plura determinabilia determinat ea æqualiter, vt dicit idem do. meus Ias. in l. iam hoc iure. in pe. col. ff. de vulga. & pupil. substitu.

ADuerte etiam quia dictio, erga, apposita in contractu viri & vxoris pro se & filiis eorum, extenditur etiam ad filios vtriusq; matrimonij, eo ꝙ principalis contractus recipit singularitates. Ita & etiam accessorium, vt dicit

vt dicit Bal.in aut.qui rem.C.de epiſ.& cle.quia etiam commune votum parentũ concurrit, vt dicit idem Bal. in l.j.C.de priuile.dotis.in iij.col.idem etiam tenet Soci.in l.cũ vir.ff.de conditio.& demonſtratio.

SED quæro,*maritus & vxor in cõtractu matrimonij faciũt cõuentionẽ de qua hic,quomodo debet fieri, an videlicet debeāt dicere ꝙ poſſint ſibi inuicẽ talia & talia donare & taliter,an verò ſufficiat dicere ꝙ poſſint donare ſibi inuicem?Bal.in l.fi.ff.de neg.geſt.in fine dicit ꝙ ſufficit quòd mulier habeat cõſenſum à parẽtibus de teſtādo, aut donādo marito,& nõ eſt opus alia ſpecificatione. & hoc nota, ideo etiā ſufficit cõuẽtio in genere,ꝙ poſſint donare inuicẽ &c. ❡ Sed ſi maritus & vxor fecerũt donationẽ alicuius partis bonorum, puta tertiæ aut dimidiæ poſt eorũ mortẽ, videtur quòd non intelligatur hæc donatio etiā de futuris,ex dictis Bar.do.mei Iaſ.& Iac.de S.Geor.in l.fi.C. de pac.& iis q̃ dicit Bal.in l.nulla.in prin.C.de iure dotiũ. vbi etiā dicit Bal.vnũ ſingulare,quòd ſi mulier in contractu matrimonij det aliquid marito,videtur dediſſe in dotẽ,& nõ aliàs,niſi aliàs cõſtaret ꝙ aliquid eſſet datũ nomine dotis,quoniā datũ vltra dotẽ non præſumitur eſſe datũ nomine dotis.❡Et aduerte quoniā in iſtis eſt habēda cõſideratio an maritus ſit dignus tāta dote, vt dicit ibi Bal.quæ omnia intellige,niſi aliud cõſtet de mẽte & voluntate cõtrahentiũ, vt puta quia faciunt donationes inter eos in contractu matrimonij de aliqua parte bonorum, cùm donat pro ſe & hæredibus, quoniā ex quo eſt contra naturā dotis,quæ non eſt tranſitoria ad hæredes mariti,ſed ſoluto matrimonio repetitur, ideo hoc caſu non præſumitur data in dotem,ſed purè & ſimpliciter,& ita conſului in contingentia facti.* 6 Qualiter fienda ſit ea conuentio.

LImita ſecundò*hanc noſtram conſuetudinem,ſcilicet quando maritus remittit vxori fructus ſuę dotis.de quo eſt tex.in l.vir vſuras.ff.de dona.inter vir.& vxo.de cuius intellectu vide do.meum Iaſ.in l.de diuiſione.in v.vj.col.ff.ſolu.matri.& in §.fuerat.inſti.de ac.& tamen habemus*quòd remitere eſt donare, imò prohibitus donare prohibetur gratis remittere. Bal.& Sali.in l.j.C.de pac.Soci.conſilio cxiiij.quod incipit,viſo teſtamento dominæ Marianæ.in ij. colum. dixi ſuprà de hac limitatione in prin. huius §. & intellige quando eadem vxor tātum remittit marito vt fiat reciproca remiſſio.Lud Roma.conſi.ccccxvij.in antepenul.& vlt. colum.quæ nota,cùm ſint multùm ad propoſitum facientia. 7 Marit' remittere 8 poteſt vxori fructus dotis.

LImita tertiò iſtam conſuetudinẽ* non habere locũ in his quæ eis obueniunt ex forma ſtatuti,quia poſſunt donare, nā cũ aliquid ad eos peruenit ex forma ſtatuti, ſi illud donant cũ per hoc diminuitur patrimoniũ, quo caſu ſolùm eſt prohibita donatio inter eos,ſcilicet ne diminuant patrimoniũ.poteſt poni exẽplũ,ſi mulier donat marito dimidiam partẽ acquiſitorum quæ ſibi ex forma ſtatuti obueniunt, & non ſunt de ſuo patrimonio,cùm dos ſit patrimonium.ad prædicta faciunt quæ dicit do.Soci.in ſuo conſi.cxiiij.in iiij.col. in j. volu.ita in terminis tenent do.de Rota deciſione.Dcccxlij.in antiquis. 9 Et quæ obueniunt eis ſtatuto donare poſſunt.

LImita quartò*non habere locum,quando mulier renuntiat marito donationem.eidem factam nõdum per eam acceptatam: quia tunc ſolennitas quę requiritur in contractibus mulierum,ſcilicet conſenſus propinquorum,non requiritur in illa renuntiatione.ita in ſpecie decidit do.meus Iaſ.in l.non ſolum. §. morte. in xij. col.ff.de noui ope.nun.& Feli.in c.quæ in eccleſiarum in xvij.col.extrà,de conſtitu.principum. De aliis limitationibus dixi ſuprà in prin.huius conſuetudinis. 10

LImita quintò *ſcilicet quādo vxor donat marito vt filiā cõmunẽ maritet,vel ſimpliciter donat,& poſtmodum donatũ cõuertat in dotẽ filiæ cõmunis.tex.eſt ad literā in l.ſiue vxor marito.ff.de do.inter vir.& vxo. quā dicit eſſe ſingulariſſimā Frā.de Crema.in ſing.ſuo quarto.Et notāter dicitur de filia cõmuni, quia ſi eſſet filia mariti tātũ ex alia vxore,quia onꝰ dotādi ſpectat ad patrẽ hoc caſu,cũ tẽderet in vtilitatẽ mariti,nõ valeret. 11

SED adhuc * quæro,& pro vltima limitatione,certũ eſt ꝙ maritus nõ poteſt inſtituere vxorẽ,nũquid poſſit inſtituere filiũ hæredẽ,& ei ſubſtituere vxorẽ?videtur ꝙ nõ,quia per hoc videtur fieri fraus legi.cõtra.l.ſcire oportet.ff.de excuſa.tut.& l.fraus.& l.cõtra.ff.de legi.ſed in ſpecie decidit cõtrariũ. Albe.de Roſa.in ſecũda parte ſtatutorũ.q.cxij.inci.ſtatuto cauetur ꝙ nullus poſſit relinquere vxori.iſtud latè examinat do.meus Iaſ.in l.ſi is qui.la premiere.ff.de vul.& pupi.ſubſti.per regulā illius tex.vbi habetur * ꝙ prohibitus ſuccedere patri, nõ prohibetur fratri,etiā ex diſpoſitione patris:ſic vxor prohibita ſuccedere per ſtatutũ noſtrũ marito,nõ prohibetur ſuccedere filio,etiā ex diſpoſitione mariti, * cũ quādoq; quis cõſequitur per aliũ qđ per ſeipſum cõſequi nõ poteſt.l.ariſto.in fi.ff.quæ res pig.obli.poſſunt.l.ij.& ibi notatur.ff.de admi.rerũ ad ciuita. pertinẽtiũ. ❡Lucas de penna in l.mulieres.C.de incolis.lib.x.ponit xvj.caſus in quibus valet donatio inter virũ & vxorẽ, quæ ſunt limitationes ad regulā prædictā. Et licet iſtæ prædictæ limitationes habeant aliquā apparẽtiā,tamen mihi videtur ꝙ in hac patria virtute huius cõſuetudinis nõ habeant locũ:& ꝙ donatio in hac patria inter virũ & vxorẽ ſit tantũ permiſſa in hoc caſu.ſ.quādo cõuentũ eſt inter partes,quia exceptio firmat regulā in nõ exceptuatis.Et aduerte ꝙ iſta reſeruatio operatur tantũ ꝙ poſſint facere donationes reciprocas aut cauſa remunerationis,& quando fiunt reciprocè ſeruata æqualitate, aliàs nõ valent,vt tenet Ant.de Petrutia in ſuo tractatu de effectibus iuramẽti,in ſecundo effectu.❡Et iſta inæqualitas reſpicit tā bona q̃ tẽpus vitæ vtriuſq; præſumptiuè,ad minus ꝙ prȩſumatur vterq; tantũ viuere:qm̃ ſi vnus eſſet in infirmitate cõſtitutus,tali infirmitate de qua moriatur,& faciunt tunc donationem reciprocam,præſumitur fraudulenta,arg. eorũ quæ dicit Albericus de roſa.in l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraudẽ creditorũ.& dixi ſuprà in §.iij.huius tit.in gl.*des heritages acquis.* & iſtud eſt verũ de requiſitis in reciprocatione quòd non ſit fraus, neq; dolus:quia hoc caſu eſſet inæqualitas quæ vitiat,ſecundũ dictũ Antonij de Petrutia.Et aduerte ꝙ iſta reciprocatio non eſt bona nec vera reciprocatio quando ſibi inuicẽ faciunt donationes ſuperuiuenti,ita ꝙ tantũ ſuperuiuens lucratur,& non mortuus,quia requiritur ꝙ vterque participet de donatione,ſiue viuat,ſiue moriatur,aliàs nõ eſt vera reciprocatio, & tamen in Gallia abutimur huiuſmodi reciprocatione.* ❡Dicit tamẽ ꝙ ſi interueniat iuramentũ,ꝙ tales donationes etiam inæqualitatem continentes validabuntur,niſi verſetur præiudicium tertij,vtpote liberorum primi matrimonij.ſecundum l.hac edictali.C.de ſecundis nuptiis.quia non valet contra illam l.❡Facit quod dicit Lud. Roma.conſi.ſuo xliiij.incip.ex ſuprà narrato. ❡Faciunt quæ dicit Soci.in conſi.xxxv.in iiij.vol.& Fran.Curt. in conſi.lxxviij. & dominus meus Iaſ.in aut.præterea.C.vnde vir & vxor.vbi quærunt an per ſtatutum illa lex tolli poſſit,& tenent ꝙ non,niſi expreſſè dicatur,non obſtante tali lege.quod fit per hanc conſuetudinẽ:nam 12 Maritus an poſſit filio ſubſtituere vxorem. 13 14

illa lex eſt introducta propter iniuriã quæ fit filiis primi matrimonij,quę iniuria nõ tollitur per hãc conſuetudinem,ideo non caſſabitur ſeu annullabitur donatio facta cõtra illã legẽ defectu conuẽtionis nõ factæ,ſed ea ratione quia non eſt ſublata iniuria facta filiis primi matrimonij,ſicut in ſimili dicitur per gl.in l.nulla.C.de iure dotiũ.quæ bene ponderata multũ facit in hoc caſu:quoniam vt dicit d.l.nulla lege prohibitũ eſt vniuerſa bona dare in dotẽ,ꝙ tamẽ ſi dederit mulier trãſiens ad ſecũda vota vniuerſa bona in dotẽ,quòd reuocabitur ſecũdũ l.hac edictali.ſuprà alle.quia hoc caſu illa lex nõ tollit iniuriam factã filiis,ſed ſolũ tollit illud obſtaculũ de donatione vniuerſorũ,quæ alio iure videbatur prohibita.Et ex quo iſta cõſuetudo loquitur ſimpliciter nõ tollit dictã legẽ,hac edictali,vt tenet etiã Decius in cõſi.ſuo xix.in j.vol.quem vide.Et ita etiã tenet Alciatus in j.lib.de verb.& rerũ ſigni.in xij.folio.ſed in fo.xiij.dicit quòd eſt verũ niſi ſit terminus generalis,puta omni caſu.in quo nõ video magnã rationem ex ſupradictis.⁎ ❡Et facit,quia ex quo eſt eis permiſſum in vim huiuſmodi reſeruationis contra conſuetudinẽ,intelligitur tamẽ permiſſum ſecundũ quod ante cõſuetudinẽ ex diſpoſitione iuris erat permiſſum,& nõ plus,quoniã ex quo etiã cũ iuramẽto non valebat donatio inter virũ & vxorẽ.& ꝙ hoc ſit permiſſum hoc caſu ſi fuerit reſeruatũ. intelligitur ergo iſta reſeruatio in caſu in quo aliàs de iure valeret.ſ.quãdo eſt reciproca,aut cauſa remunerationis,arg.l.ſi quando.& ibi not.C.de inoffi.teſt.conſului in caſu emergenti. ❡Aduerte etiã,ꝙ ſi in talibus donationibus inæqualitatẽ continentibus interueniat ſimpliciter iuramentũ,adhuc poterunt per donantẽ reuocari: ſecùs ſi iuramentũ contineat expreſſè quòd promittit donans cũ iuramento non reuocare.ita dicit & declarat Bal.in l.ij.col.ij.ver.iuxta prædicta.ff.de iureiur.& Ant.de Petrutia in repe.l.j.ff.de iureiur.in ij.effectu iuramenti. ❡Intelligitur etiã quòd valebit per reſeruationẽ ſi fuerit iuramentũ appoſitum,aliàs nõ,cùm de iure ſine iuramento non valeat, vt dictum eſt antè,in glo. *ſuppoſé.* quia iſta conceſſio intelligitur ſecundum ius, & non aliàs, vt dixi,igitur. Ex quibus & pluribus aliis in facti contingentia dixi,ꝙ donatio facta per nobilẽ virũ Claudiũ du Boz dominũ dicti loci & de Communes, Guilliermæ de ſainct poin eius vxori in ſuo teſtamento,de vſufructu omnium ſuorum bonorum,& multa alia in vtilitatem dictæ eius vxoris facta in ipſo teſtamento dicti domini Claudij,ex quo non fuerunt iurata,nec reciproca, licet in eorum contractu matrimonij fuiſſet reſeruatum,non valebant,nec erant alicuius effectus.

ADuerte etiam,ꝙ in caſibus in quibus valet donatio inter virũ & vxorẽ,ſi fiat donatio per maritũ vxori,habet in ſe tacitã cõditionem ex natura donationis.ſ.ſi vxor ſuperuiuat poſt mortẽ mariti donantis,ex quo ſi vxor donataria præmoriatur eius marito viuente & ſuperſtite,talis donatio reſoluitur,vt eſt caſus in l.à marito.C.de dona.inter vi.& vxo.ad idẽ tex.in l.ſi inter virũ.ff.de rebus dubiis.not.plenè per Philippũ Deciũ in cõſ.ſuo ccxl.in ij.vol. ❡Aduerte etiã quia tex.in d.l.à marito.dicit ꝙ talis donatio infirmatur ſi reuocetur per maritũ donatorẽ.quã reuocationẽ credo poſſe fieri etiã nõ interuenientibus cauſis,vt in l.fi.C.de reuo.dona.

15 *Quæſtio.* FInaliter⁎& vltimò quæro de duobus quæſtionibus: primò videlicet,pone quòd ego & vxor ſumus continuò manentes & habitantes in ducatu Burgundiæ,& ibi ſunt omnia noſtra bona , nos tamen receſſimus à ducatu,& iuimus in patriam iuris ſcripti,vbi valet donatio inter virum & vxorem cum iuramento,& ibi tales donationes fecimus,an valeant?

16 *Alia quæſtio.* ITem ⁎ quòd ſumus in ducatu Burgundiæ , ſed habemus bona in patria iuris ſcripti , & in Burgundia facimus donationem adinuicem de bonis exiſtentibus extra territoriũ,an valeant tales donationes? ❡Breuiter quantùm ad primum dic tales donationes non valere,quia conſuetudo noſtra eſt fauorabilis, & in fauorem mariti & vxoris introducta,ſcilicet ne mutuo amore ſe ſpolient, & ideo ligat ſubditos exiſtentes etiam in alieno territorio.ita Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma trini.& fide catholi.& l.ex caſtrenſi.ff.de caſt.peculio.& ſequitur Pet.de Anc.in repe.c.canonum ſtatuta.in xix.charta.extrà,de conſtitutio.

QVantũ ad ſecundũ dic idẽ.ſ.ꝙ donatio facta per maritũ Burgun.vxori de bonis exiſtẽtibus in alieno territorio,nõ valet,eo ꝙ illa noſtra conſuetudo eſt fauorabilis, & loquitur in perſonã, ergo extendẽda eſt etiam ad bona extra territoriũ.facit.l.propter lites.§.licet.ff.de excu.tut. & l.ij.C.eo. titu.vbi tutor ſimpliciter datus à ſuo iudice pupillo habẽti bona in diuerſis territoriis cenſetur datus ad bona territorij iudicis non ſubiecti.per plures rationes multùm ſingulares & notabiles decidit in ſpecie iſtas duas quæſtiones.Lud.Roma.in conſi.ſuo xxxix.quod incipit,in propoſita quæſtione nobilis viri.quem omnino videas.

17 *Quæſtio.* SEd quæro,videmus ⁎ ꝙ donatio inter virũ & vxorẽ nõ valet:pone ꝙ maritus donet vxori,vel econtrà,an per traditionẽ rei,perdãt poſſeſſionẽ.text.eſt in l.j.§.ſi vir vxori.ff.de acqui.poſ.qui dicit ꝙ ſic,& poteſt decidi ex his quæ dicit do.meus Iaſ.in l.is cui bonis.ff.de verbo.oblig. & quæ antè dicta ſunt eodem §.in glo. *ne peuent.*Et quomodo iſta poſſeſſio reuocetur,vide do.meum Iaſ.in §.ſic itaque.inſtit.de actionibus.

§. OCTAVO.

SE cõſtitutiõ de douhaire diuis eſt faicte par traictié de mariage a la femme plus grãde & excedãte le douhaire couſtumier, ladicte cõſtitution dudict douhaire diuis ſera ramenee & reduicte audict douhaire couſtumier. Et ſe douhaire diuis eſt cõſtitué moindre du couſtumier,la femme ne peult auoir,prendre ne demander autre douhaire.

IDem in comitatu Niuernen.in tit.De *douhaire & droictz d'iceulx.*§.ij.in fine. ❡Et ita ex hac noſtra conſuetudine peruenitur ad æqualitatẽ.pro quo facit aut.æqualitas.C.de pac.cõuentis.tam ſuper dote q̃ ante nup.donatio facit.l.lege leonis.C.eo.tit.& Bald.in aut.dos data. C.de dona.ante nup.facit l.mulier bona.ff.de iure dotiũ. & optimè.l.ſi ſtipulatio iſta.ff.de verb.obli.& facit ꝓ hac cõſuetudine,ꝙ optima ratione ſit introducta.in ſimili tex.& quod ibi not.Bar.& doc.in l.j.& l.pater.& in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.vbi ſi pater⁎fecit in aliquẽ filiorum inofficioſam donationem,illa non reuocatur in totũ:ſed inquantum eſt inofficioſa:ita in ſimili ⁎ſi maritus conſtitueret dohãrium vltra legitimum modum vxori, illa conſtitutio reuocatur vſq; ad legitimum modum. Quicquid ſit,iſta ſecunda ratio nõ videtur aliquid facere ad materiã huius §.nec ſuper ea fuit fundata noſtra conſuetudo,ſed ſuper aut. æqualitas.cum l.lege leonis. hîc antè

1 2 Inofficioſa donatio patris in filios.

hic antè alle.tex.multum notabilis pro hac cõsuetudine.in l.ex annuo.in prin.ff.de dona.inter vir. & vxo. *ꝙ 3
si maritus promittit aliquid vxori vt se alat,non valet si excedat fructus dotis,& vsque ad fructus dotis reuocatus,imò etiam si iam percepisset mulier per aliquos annos doharium (*diuis*) adhuc potest reduci ad dohariũ cõsuetudinarium.arg.l.quòd de bonis.§.j.ad legem Falcidiam. quatenus illa qualitas excedat facultates dotis.

SED quæro*quid dicatur doharium *diuis*? dic ꝙ dicitur quãdo maritus pro dotalitio mulieris dat ei certum quid percipiẽdũ,qđ cõuenitur inter eos in cõtractu matrimonij,puta pro vsufructu mediæ partis antiquorũ hæreditagiorũ leuabit mulier & percipiet post mortem mariti singulis annis fructus prouenientes ex tali terra, vel tot reditus annuos,puta viginti,aut triginta francos.& tunc istud dicitur,*douhaire diuis*. 4 *Dohariũ diuis quid.*

DOuhaire coustumier,*verò dicitur quãdo maritus ab humanis decessit nõ cõstituto dohario,*diuis*.tunc relicta pro dohario consuetudinario habet vsumfructum in medietate bonorum antiquorũ mariti, vt dictum est suprà in consuetudine quæ incipit,*Femme mariée selon la generale coustume.* 5 *Douhaire coustumier quid.*

VNde orta*sunt hæc verba,dohariũ,*diuis*,aut dohariũ cõsuetudinariũ? videtur esse quædam impropria locutio,cũ secundũ iuris dispositionẽ propriè dici potuisset ꝙ vxor remaneret vsufructuaria in medietate antiquorũ hæreditagiorũ mariti, nisi eidẽ essent data quædã bona particularia,in quibus haberet dictũ vsumfructum durante eius vita,vnde ergo veniunt prædictæ interpretationes? Bal.in l.fi.in vj.col.C. de hære.insti. dicit ꝙ sunt octo quæ interprætantur vocabula.& credo quòd ex vno ex illis octo hæc verba habuerũt interpretationem prædictã,scilicet ex intellectu cõmuni istius patriæ & ducatus Burgundiæ,qui quidẽ intellectus & vsus cõmunis patriæ præfertur cuicunque,& omni regulæ & constitutioni,vt habetur in lege librorũ.§. quòd tamen Cassius.& ibi gl. ff.de lega.iij.& nota illa octo ex quibus interpretãtur vocabula.¶Aduerte tamẽ quia glo.in c.plerumque,extrà,de donatio.inter virum & vxorem,videtur dicere quòd hoc verbum,*douhaire*, quo vtimur,debeat dici dotalitium, in sua secunda expositione illius verbi,dotalitium. 6 *Et vnde dicta.*

IN TEXTV IBI, *Sera ramenée & reduicte.*

QVæro an hæc reductio reducatur in totũ ad naturã doharij cõsuetudinarij, an solũ ad valorẽ? dubiũ est, quia mulier est saisita in dohario cõsuetudinario,nõ aũt in diuiso,an hoc casu si fiat reductio,fiat etiã in omnibus qualitatibus cõcernentibus naturã dohariJ cõsuetudinarij. Videtur ꝙ sic,*cũ istud verbũ reductio,videatur hoc importare,cũ in hoc in quo grauamen est appositũ fiat reductio,& ideo reductio dicitur ad pristinã naturã formę statim ductio,& sic cũ de cõsuetudinario fuit factum diuisum, si excedat & fiat reductio, erit ad consuetudinarium,& sic non erit ampliùs diuisum,sed cõsuetudinariũ, ideo erit cũ qualitatibus consuetudinarij & nõ diuisi,cũ etiã,vt dicit tex.in l.iij.§.pe.ff.de iti.actúq; priua.reducere est ad pristinã formã ducere. Et ideo etiam in hoc reductio erit saisita, quemadmodũ fuisset in cõsuetudinario simpliciter . ¶In contrariũ videtur facere,quia inspiciendo verba nostræ consuetudinis non consideratur reductio nisi in eo in quo est excessum,& excessus in nostra consuetudine tantum consideratur in maioritate valoris,ergo ne in plus adhibeatur medicina,aut cura quã sit dolor,nõ est dicendũ ꝙ illa reductio extendat effectũ suũ vltra dolorẽ & excessum. ¶Facit,*quia pluralitas priuatorũ requirit pluralitatẽ habituũ & sequitur.& notatur per do.meũ in l. de pupillo.§.si ex pluribus.ff.de noui ope.nun.cogitẽt posteri.¶Facit * quia similis morbus similẽ exigit medicinã.Tex.est not.in gl.in §.si quis verò non habẽs filios.in aut.quibus mod.nat.effi.leg.colla.vj.& in §.illud tamẽ à nobis.in aut.quib.mod.nat.effi.sui.colla.vij.& dicũt medici *ꝙ medicina debet esse proportionabilis dolori.¶Et pro quãtitate peccati debet esse plagarũ modus.Deutero.25.facit tex.in c.fœlicis.§.certũ.de pœnis.in vj.vide Mat.de af.in cõsti.regni Sici.quæ inci.vt delicti finis.in iij.lib.* ¶*Et pœna nõ debet excedere qualitatem delicti.l.rescriptum.ff.de his quibus vt indi.Iac.de sancto Geor.in l.communis seruus. C.de in ius voc.Et facit vna regula Baldi in l.vnica.§. sed vt manifestetur.C.de cadu.tollen.vbi dicit,*Omne quod decisum est ab aliquo,si ad sua initia reuertatur,taliter reuertitur qualiter emanauit ab illo. *Quæstio.* 1 *Reductio verbum.* 2 3 4 5 6 *Regula.*

IN TEXTV IBI, *Et si le douhaire diuis est constitué moindre.*

QVare est ꝙ si maius dohariũ cõuentionale cõstituatur q̃ cõsuetudinariũ,fit reductio ad cõsuetudinariũ, & tamẽ si cõstituatur minus,nõ fit reductio ad cõsuenudinariũ? sic in hoc nõ seruatur æqualitas pro mulieribus quę grauãtur in hoc:nam qui in vno grauatur,in alio releuari debet:& econtrà,qui in vno releuatur in alio grauari debet.l.cum qui.in prin.ff.de iureiu.ex quo enim mulieres in hoc releuãtur,ꝙ mortuo marito habẽt dotalitium cõsuetudinarium,nisi habuerint conuentum,grauantur in hoc,ꝙ si habuerint doharium,*diuis*, minus q̃ consuetudinarium,& ꝙ non possint vlteriùs redire ad cõsuetudinarium.& hoc est quod dicit text.in d.aut.æqualitas.& in l.lege leonis.C.de pa.cõuentis. vbi dicit * ꝙ maior lucri pars ad minorem reduci debet, non autem minor ad maiorem.& ideo dicit ibi Bal. ꝙ pactũ inæquale reducitur ad æquale per modũ diminutionis,non per modum augmenti.¶Licet videatur quòd idẽ iuris sit de parte quo ad totũ.voluit gl.in c.meretrices.in verbo,prohibuit.xxij.q.iij. quòd si nõ sint antiqua hæreditagia ad quæ possit fieri reductio doharij, & quòd verba consuetudinis sint strictè intelligenda, quòd si fuit dohariũ cõuentũ seu diuisum in casu vbi nõ est consuetudinariũ, quòd in totũ debeat extingui conuentũ: tamẽ quia vbi nõ est antiquũ reductio fieri non potest,cũ nõ entis nullæ sint qualitates.l.eius qui.§.quòd si stipulatus.ff.si cer.peta.& si verba huius cõsuetudinis nõ cõueniunt,non cõueniet & dispositio.l.iij.§.prætor.ver.toties.ff.de dam.infec. Feli.in c.nonnulli.in iij. col.extrà,de rescriptis.Et sic aliud erit dicendum in dicto casu,qui non regulabitur secundum mentem huius cõsuetudinis,nisi à simili,quòd fiet reductio ad bona quæ erãt acquisita ante contractũ matrimoniũ,super quibus,aut parte illorũ fuit cõstitutũ dohariũ diuisum,ita quòd dimidiã partẽ illorũ nõ debeat excedere,aliàs fiat reductio.Et si non sint aliqua hæreditagia,nec antiqua acquisita,& si fiat super nouis acquirendis, fiet etiã reductio ad dimidiã partẽ.argu.dictæ aut.æqualitas.hìc antè alle.Nec in hoc obstabit gl.in d.c.meretrices. quia Bar.tenet contrarium in l.an pars.ff.pro derelicto.& in l.per fundum.ad finẽ.ff.de ser.rusti.prædio.& do.meus Ias.in l.qui sine.ff.de cõdi.sine causa.vbi limitat d.l.quæ de tota.ff.de rei ven.in sex casibus, & dicit illa nõ habere locum de parte quo ad totum,ideo cũ fiat mentio reductionis,& sic partis,non habebit locum in totum, & sic in extinctione totius, cũ maior sit ratio in vno q̃ in alio.* ¶*Fui pluries interrogatus nunquid vna mu 1 2 *An mulier possit habere plura doharia.*

lier possit habere plura doharia,pone casum, Bertha in maritum Titium habuit:iste Titius ab humanis decessit relicta dicta Bertha,quæ mortuo dicto Titio accepit dohariũ super hæreditagiis antiquis dicti Titij:postmodũ dicta Bertha iterũ copulata est matrimonio cum Petro, qui quidem Petrus iterum ab humanis decessit: dicta Bertha vult iterũ habere dohariũ super hereditagiis antiquis dicti Petri:& sic de singulis,an possit? ¶ Videtur quòd nõ.per tex.in l.dotis promissio.ff.de iure dotiũ.vbi dicit tex. qm̃ enim vulgatũ est dotis promissionẽ in
3 *Regula.* primis nuptiis dũtaxat destinari.ex quo facit regula, * ꝙ sermo simpliciter prolatus,intelligitur de prima vice.l. bonos.§.hoc sermone.ff.de verb.sig.hinc per hoc dicit in simili Bal.in l.fi.in iij.col.C.de indicta vidui.tol.ꝙ si testator sub nomine appellatiuo relinquat vxorẽ dominã massariã & vsufructuariã,& cõdito testamẽto anteq̃ moriatur vxor decesserit,& sic capit testator aliam,ꝙ nõ intelligitur de secũda vxore,sed solũ de prima.& istã decisionẽ cũ regula præcedẽti multũ latè examinauit do.meus Ias.in l.diuortio.§.ꝙ si in anno.in iij.& iiij. col.ff.sol.mat.& in l.duobus.§.si ei qui.ff.de iureiu.& Feli.in c.innouamus.in ij.col.de treuga & pace.hinc etiã facit qđ dicit idẽ do.me⁹ Ias.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pupi.& in l.j.in ij.& iij.col. C.de succes.
4 edicto.& in l.nõ solũ.in prin. ff. de noui ope.nun.s. * ꝙ sermo simpliciter prolatus intelligitur de illo actu qui fit per priùs,& non per posteriùs.hinc etiam dicit idẽ do.meus in l.si quis hæredẽ.in prin.C.de insti.& substit. ꝙ sufficit cõditionẽ semel adimpleuisse.& hæc dico ad colorandũ opinionẽ quorũdam practicorũ nostræ patrię qui ita tenẽt,& ita mihi plures responderũt,sed neminẽ inueni qui sciret mihi dare respõsionem vbi se fundabant,sed solũ dicebãt ꝙ istud est apud eos certũ,ꝙ mulier nõ potest habere duo doharia : tu dic ꝙ istud est verũ,ꝙ mulier nõ habet duo doharia,& nõ potest habere nisi vnũ ab vno marito,scilicet aut cõuentum,quod dicitur,*diuis*,aut consuetudinarium.& istud est quod volunt dicere isti practici. ¶ Sed veritas est,& non est du
5 *Plura à pluribus viris.* bium, * ꝙ si mulier habeat tres maritos successiuè,imò decem,à quolibet habebit doharium, aut cõuentum, aut consuetudinariũ:ex quo enim dicitur à quolibet maritata,& maritus eius,licet sit quintus maritus,semper est maritus,& ipsa semper est vxor,nõ est dubium ꝙ eidem conueniunt verba dispositionis nostrę consuetudinis,ergo & ipsa dispositio:quia cui cõueniũt verba dispositionis,cõuenit & ipsa.l.iij.§.quoties.ff.de dam.infec. Faciunt quæ dicit Feli.in c.nonnulli.in fi.prin.in vlti.char.ext.de rescrip. Et ideo etiam quòd cui non conueniunt verba,nec conuenire debet dispositio. Alex.consi.xvij.in j.col.in j.vol. & in consi.lv.in iij.col.in ij.vol.

ADuerte tamen,quòd si maritus & vxor essent ita senes, quòd non esset ampliùs spes prolis, quòd ex quo non dicitur matrimonium,sed cõnubium,vt tenet Feli.in c.cùm sit generale.in viij.col.ext. de foro cõpe. ideo quia non conueniunt eidẽ verba dispositionis, videretur quòd nec dispositio,& sic quòd non deberet habere doharium,quoniam ex quo non est matrimonium,non dicitur maritata.sed non credo hoc esse verũ:quia secũdũ cõmunẽ vsum loquẽdi dicitur maritata,qui in hoc præferretur propriæ significationi,ideo nõ insisto.*

§. NONO.

LA femme qui est participant pour la moytié des biens meubles & acquestz communs entre son mary & elle, est tenue apres le trespas du mary de payer la moytié de tous debtz deuz par sondict mary ou par elle, & ne sont point legatz & faictz funeraulx reputez debtz.

¶ IDEM in comitatu Niuernensi & Burgundiæ quo ad debita.

IN TEXTV IBI, Qui est.

Questio. QVare est ꝙ statuẽtes vtuntur hìc relatiuo,*qui*,dũ dicũt,ꝙ mulier quæ participat,&c.videtur enim ꝙ debuerũt sicut fecerũt in articulo,*Fẽme mariee*,qui est secũdus istius tituli,dicere,*La femme en Bourgongne est tenue de payer*.vt.s.habeatur pro cõstanti ꝙ mulier in Burgũdia ad istud onus teneatur,& propterea nõ fuit
Qui relatiuum. opus vti relatiuo,*qui*.Respõdeo dupliciter,aut enim ad euitãdũ istud cõtrariũ,& fatẽdo istud diceretur,ꝙ relatiuũ,*qui*,nõ stat hìc relatiuè sed declaratiuè,sicut est in l.j.C.de sacrosan.eccle.vbi amplè pro huiusmodi expositione in simili recitatur.quę hìc nolo referre quia ibi amplè poterũt videri per Bar.Bal. Sali. & Ang.Si dicimus ꝙ per istud relatiuũ nõ adiiceretur qualitas generi,hæc mulierũ est copula,tũc solũ stat declaratiuè, quasi dicat,mulier quæ est participãs,prout in veritate est,nihil aliud expresso in Burgũdia tenetur ad istud onus, respondeo & dico ꝙ ista dictio,*qui*,hìc posita,stat relatiuè,quia potest fieri in Burgundia ex pacto ꝙ mulier nõ sit istus communionis particeps,& sic ꝙ nõ sit cõmunio inter virũ & vxorẽ.vnde statuẽtes etiã voluerũt disponere argumento à contrario sensu,vt mulier quæ est particeps bonorũ,sit etiã particeps æris alieni,& nõ aliàs, quia si hoc remãsisset indecisum, & dictũ fuisset solũ, mulier tenetur in Burgundia ad solutionem æris alieni, istud incõueniẽs sępissimè accidisset,quia mulier quę ex pactis dotalib⁹ nõ fuisset particeps in cõmuniõe bonorũ,reperisset se oneratã in solutione debitorũ,qđ fuisset iniquũ secũdum qđ habetur in rubro & nigro.ne vxor pro marito.& ꝙ talis cõuẽtio cõtra statutũ possit inter vir.& vxo.in cõtrahẽdo fieri,dixi sup.d.ar.*femme mariee*.

ITem maximè,quia de iure communi est quòd vxor nõ teneatur ad debita mariti,vt in rubro & nigro. C.ne vxor pro marito.Sed partes possunt recedere à statuto,& redire ad ius commune, vt tenet do.meus Ias. in l. properandum.C.de iu.& in l.omnium.C.de test.

1 *Questio.* SEd iterũ iuxta prędicta quęro, *vtrũ possit fieri pactũ ꝙ mulier sit particeps secũdũ formã statuti supradicti,& tamẽ ꝙ nõ teneatur ad solutionẽ debitorũ secũdũ qđ tenetur ex forma huius art. ¶ Et videtur ꝙ sic: cuilibet enim iuri pro se introducto licet renũtiare.l.si quis in cõscribẽdo.cũ vul.C.de pac.sed istud ius est principaliter introductũ in fauorẽ alicui⁹ cõsocij,ergo illi poterit renũtiari: maximè cũ respub.ex hoc nullũ principaliter patietur incõmodũ:quo casu succedit illa vulgata distinctio,de qua in d.l.ius publicũ.ff.de pac. ¶ Item pacta cõtrahẽtiũ sunt seruãda.l.j.ff.de pac.cõtract⁹ ex cõuẽtione partiũ legẽ accipiũt.l.j.§.si cõueniat.ff.de po.

2 *Societas matrimonij.* QVod verò fieri nõ possit,facit*quia ista est quædam societas, quæ habet ex sui natura vt lucri & damni partes sint equales,l.si nõ fuerint.§.Aristo.ff.pro socio.aliàs leonina esset societas,vt dicit ibi tex.& cõtra æquitatẽ.de qua suprà locutus sum in d.ij.art.vt.s.qui sentit lucrũ,sentire debeat & onus. ¶ Item regula est
3 *Regula.* vera, * ꝙ qui acceptat emolumẽtũ,nõ potest repudiare onus annexũ.l.neminẽ.& ibi Bar.ff.de leg.ij.l.qm̃.& ibi Bal.C.de

Bal.C.de nat.lib.sed onus debitorũ soluendorũ est annexũ illi lucro de media parte quæstuũ & mobiliũ,ergo lucrum non potest acceptari ex pacto,& damnum refutari.¶ Nõ obstãt cõtraria,quia primò respõdetur ꝙ ius dicti articuli de cõmunione respicit fauorẽ publicũ,vt mulieres faciliùs nubãtur,secũdũ notata in l.j.ff.sol.ma. Sic etiã istud ne cõiuges depauperẽtur,cuius interesse respicit fauorẽ publicũ.§.j.insti.quibus alie.licet.& §.pe. insti.de his qui sui vel alieni iur.sunt.¶ Nõ obstat secũdò cõuẽtio partiũ, * quia pacta quæ sunt cõtra vtilitatẽ 4 publicã,& cõtra leges,sunt nullius momẽti.l.pacta quæ cõtra legẽ.C.de pa.cũ similib⁹. & ꝙ fiat cõtra leges maximè in hac societate,facit quia partes dãni & lucri debẽt correspõdere.d.§.arist.cũ l.seq. tex.in l.si cũ dotẽ.§.si maritus.ibi,quid enim tã humanũ.ff.sol.mat.& propterea illud pactũ habet aliquid fraudis & doli,ex eo ꝙ est cõtra æquitatẽ illã.l.nã hoc natura.ff.de cõditio.indebi.& natura.societatis.& sic nõ tenet.l.iij.§.fi.ff. ꝓ socio. Cũ enim isti duo articuli de cõmunione & solutione æris alieni sint ex bona fide sibi inuicẽ colligati,& correspondentes,& qui habet cõmodũ sentiat onus annexũ.d.l.nã hoc natura.sequitur ꝙ pactio contraria circa hoc habet in se fraudẽ & dolũ.d.§.fi.quia nõ est ex bona fide.* & inter bonã fidẽ & malã fidem nõ est dare mediũ, 5 *Bonæ & malæ fidei nullũ medium.* nisi dubitaretur,secũdũ glo.in l.iij.§.cõtrariam.ff.de acquir.pos.quæ dubitatio nõ facit ad hoc propositũ.ergo nullius est momẽti.d.§.fi. Hęc intelligo tam in viris,quàm in mulieribus:tamen faciet quantùm ad mulierẽ me dubitare.l.si mulier.ff.de pact.dota. quæ habet * quòd pactum aliàs illicitum circa iura dotalia, si prosit mulieri toleratur,siue interueniat in cõtrahẽdo,siue post contractũ matrimonium.Ex quo posset dici,quòd in contrahẽdo matrimonio possent talia pacta prodesse mulieribus,per d.l.sed nõ viro.& hoc facit fauore dotis.Sed quantùm est de tali pacto post cõtractũ matrimonij,nullo modo valeret obstãte articulo præcedẽ.quia saperet quãdã donationẽ inter virum & vxorem,nisi cum solennitate,de qua ibi.Sed qui vellet respondere ad l. si mulier.posset dicere ꝙ loquitur in pecunia dotali, cuius fauor est summus.d.l.j.ff. sol. mat. sed casus noster est in aliis rebus quàm dotalibus,scilicet communicatione,quæ non est sic fauorabilis vt dos,quare &c. 6

Quid autẽ*ecõtrà,vtrũ possit pacisci in cõtrahẽdo matrimoniũ ꝙ mulier nõ habeat mediã partẽ quæstuũ 7 & mobiliũ,& ꝙ teneatur ad mediã partẽ debitorũ?rationes in casu prædicto assignatæ faciũt etiam pro & cõtrà.¶ Sed duæ rationes faciunt me dicere ꝙ non valet talis pactio.Vna quę est cõtra dictã l.qm̃.C.de naturali.liberis.vbi Bal.dicit,quòd qui acceptat onus,necessariò tenetur acceptare emolumentum illi annexum, nec potest illud repudiare.cõstat autẽ ꝙ onus soluẽdi æs alienũ pro media parte est annexũ lucro mediæ partis quęstuũ.s.& mobiliũ: sed cũ onus soluẽdi sit acceptatũ,nõ poterit repudiari emolumentũ.si dicatur ꝙ cuilibet licet vti re sua pro arbitrio.l.in re.C.mãdati.etiã abutẽdo.l.sed & si quis.§.cõsuluit.ff.de peti.hæredi.¶ Dic ꝙ hoc nõ licet in præiudiciũ alterius,vt isto casu in quo creditores habẽt dãnũ,vt patet ex statuto sequẽti.¶ Item non licet impunè,quia abutenti fieret interdictio suorum bonorũ.l.is cui bonis.ff.de verb.obli.vel fieret alia prohibitio pro interesse reipublicæ,quia expedit ne quis re sua malè vtatur.d.§.penul. insti.de his qui sui vel alieni iuris sunt. Alia,quia est cõtra æquitatem & dispositionem illius edicti,ne vxor pro marito,& maritus pro vxore conueniatur.& quòd in contrario statuto disponit, vt à iure exorbitans est à iure restringenda.l.si serui vestri.C.de noxa.l.viro atque vxore.§.si vero.ff.sol.ma.cũ vul.&c. Et nisi esset illa cõmunio quæ est inter virũ & vxorẽ,nõ procederet huius statuti dispositio,vt contra ius,ex quo sequitur quòd pacto priuati nõ potest in cõtrariũ fieri,vt scilicet cessante cõmunione ꝓcederet dispositio huius statuti ex pacto, quia esset cõtra ius publicũ,cũ mulier etiã nõ potest ex pacto expressè renũtiare.tex.est ad literã in l.ob maritorũ.C.ne vxor pro marito.quod fortè secus esset in marito,sed ratione inęqualitatis seruãdæ inter ipsos idem dicimus.Nõ video quòd ratio huius cõsuetudinis possit esse ex l.pro hęredibus.C.de hęredi.actionibus.nec ex l.prędia.C.si cer. pet.cũ nõ sit verũ ꝙ mulier succedat in media parte,nec dicitur hæres,sed portionaria.¶ Sed pone *ꝙ mulier 8 *An mulier possit renuntiare acquæstibus.* ipsa viuẽte renũtiat acquæstibus & mobilibus,etiã post cõtractũ matrimoniũ, an possit:& an hoc casu si moriatur,hæredes eius sint liberati à debitis:& si mulier nõ renuntiauerit ipsa viuẽte,an ea mortua possint hoc facere eius hæredes,ad effectum quòd sint liberati à debitis? Quãtũ ad primũ dic ꝙ sic,vt suprà dixi in hoc titu. *Femme mariee selon la generale coustume.* in glo.ibi,limita tertiò. ¶ Quantũ ad secũdum dicã infrà hoc eo.titu. §.*Entre gens nobles,la femme &c.*¶ Et pro suprà dicta quæstione faciunt, * quia maritus & vxor sunt socij di 9 uinæ & humanæ domus.l.aduersus.C.de crimi.expil.hæredi.l.j.ff.de ritu nuptiarũ.Et ideo sicut partẽ in lucro capit vxor.s.in acquisitis,ita etiã particeps debet esse dãni,cũ vt dicit tex.in l.vna.§.pro secũdo.in fi.C.de cadu. tollen.qui capit lucrũ sentire debet & onus.nã ex quo sunt socij,& tẽpore societatis cõtractũ est debitũ,debet solui de communi.Ita est text.ad literã in l.omne æs alienũ.ff.pro socio.& sic nihil facit l.pro hæreditariis.C. de hæredi.actio.& l.j.C.si certũ peta.¶ Itẽ adducitur alia ratio,quia partẽ capit in debitis passiuè, quæ.s.marito debẽtur.l.per hanc.C.de roga.mili.anno.ergo idẽ erit in debitis actiuè,vt qui sentit cõmodũ,sentiat & onus.

Aduerte ad vnum quod communiter solet fieri in multis contractibus matrimonij. nam conuenitur inter coniuges ꝙ erũt cõmunes in mobilibus & acquæstis ,an intelligatur ratione conuẽtionis de acquirẽdis, an de acquisitis & acquirendis?¶ Tu dic quòd si ita simpliciter dicatur in contractu,quòd nõ est dubiũ quòd debeat intelligi de acquisitis & acquirendis,quia secundũ cõsuetudinem acquęstus qui fiunt constante matrimonio sunt cõmunes.Vt ergo cõuentio quæ fit postmodũ de aliquo operetur, acquestus facti antè matrimoniũ,& qui fiunt constante matrimonio erũt cõmunes,cũ ita videatur inter eos cõuentũ: & nihil tam naturale quàm ea quæ placuerunt custodire, & inter eos seruare.l.j. ff.de pac. Cogita, quia non pono pro constanti. & ideo vide quę dicã infrà,hoc eod.tit.§.xv.in fine.quãdo allegaui decisionẽ Bar.in l.nõ impossibile.ff.de pactis.

IN TEXTV IBI, *Et acquestz.*

Sed quęro,* mortuo marito,an bona relicta dicantur noua vel antiqua?Præsumptio est quòd sint antiqua, 1 & dicenti esse noua incumbit probatio.text.est ad literam in c.j.§.fin.qui est,si verò de gradibus succeden di in feudo.dicam infrà in §. *La femme doubee.*ibi,quęro de vna quæstione.

IN TEXTV IBI, *De tous debtz.*

Aduerte* quòd qui totũ dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ff.de leg.iij.ex quo tenetur soluere dimidiã partem 1 *Totum quid importet.* debitorum , non solum quæ contracta fuerunt constante matrimonio , sed etiam quæ contracta fuerant

per maritum ante matrimonium contractum inter eos, eo ꝙ dicit, *de tous debtz deux par fondict mary & elle.*

2 De quibus debitis intelligatur. INtellige *debita. s. quæ semel exacta nunquã debentur, quia talia sunt debita, & nõ illa pro quib⁹ cõpetit rei vendicatio, secũdũ gl. insti. de act. in prin. in verbo, debẽtur. Facit gl. in l. Aurelius. §. Meuia. ff. de lib. le. Bal. in l. cũ necessitatẽ. C. de fideicõ. ¶ Hinc est*ꝙ quittatio generalis de omnibus debitis nõ extenditur ad res reales, & quæ vendicari possunt. Iason in §. j. col. xvj. insti. de actio. & in l. sub prætextu. in ij. col. C. de transactio. Alexan. in consi. suo xlvj. in ij. & iij. col. in j. volu. Idem Alexan. consi. suo xij. in ij. col. in ij. volumi. & in consi. ij. in vj. colum. in iiij. volumine. vbi ponit quis propriè dicatur debitor.

SE D an hoc casu mulier teneatur ad luitionem pignoris pro parte rerum hypothecatarũ ante matrimoniũ contractum per eius maritum, aut partem eius mariti cum marito, in quibus habebat reachatum, & sic cum mobilibus reputarentur? dicam infrà in fin. gl. huius. §. & in gl. fin. §. sequenti.

ADDITIO. Pone quòd quidã emit aliquod hæreditagiũ ante contractum matrimoniũ, & tẽpus solutionis differt in tẽpus futurũ, quod euenit constãte matrimonio futuro, ita quòd debitum soluitur cõstãte illo matrimonio, vel post matrimoniũ etiã dissolutũ, an eo ꝙ fuit facta solutio cõstante matrimonio possit mulier dicere quòd sit acquæstus? videtur quòd ex quo collata est solutio seu destinata in aliud tẽpus, quòd debet haberi respectus ad tẽpus solutionis, & nõ ad initiũ cõtractus, quoniã bonũ est argumẽtũ de loco ad tẽpus. l. si quis. ff. de auro & argẽto legato. sed sic est quòd si fiat cõtractus certo loco, & destinetur solutio in aliũ, habetur respectus ad locũ destinatæ solutionis, & nõ ad locũ cõtractus. tex. est & ibi notatur per gl. & doc. in l. quæro. ff. de solutio. ergo idem erit in tempore, cũ si idem sit de loco ad tempus, idem etiam de tempore ad locum. Bar. in l. miles ita. ff. de milita. testa. allegat l. vinũ. ff. si certũ petatur. facit l. datio. §. quod si per venditorem. ff. de actio. empti. facit quod dicit glo. in cle. ij. de censibus, vbi arguit de loco prohibito ad ad tempus. Et sic si fiat cõtractus vno tempore, ꝙ habendus est respectus ad tempus destinatæ solutionis. Ex quo videtur quòd cùm solutio dicti acquæstus sit tempore constantis matrimonij destinata, quòd debet haberi pro acquisito. Et maximè hoc videretur habere locũ si fieret renouatio illius primæ obligationis ex aliqua causa, vt in alio secundo contractu, puta in fratre qui emit bona antiqua sororis certo precio eidem sorori soluendo tempore quo maritabitur, quòd si postmodũ maritetur soror tempore cõstantis matrimonij postea facti cũ aliqua vxore cum dicto fratre, si ipse frater iterũ & de nouo promittit summã iam cõuentã in primo cõtractu, venditionis factæ per sororem ex prima venditione, videtur esse noua venditio, & videtur prima renouata, ex quo habetur respectus ad secundũ, quia per secũdum actũ videtur recessum à primo, maximè si aliquid addatur aut detrahatur in secundo, vt facit tex. in l. pacta conuenta. versicu. Paulus. ff. de contrahen. emptio. Quod intelligendum est, nisi sit dictũ in secundo, absque derogatione primi contractus, qui remaneat in suo robore, & sic sit apposita illa clausula, rato manente pacto, quæ tantum importat, & hoc casu si non sit illi primo derogatum. Et quòd si sit dictum quòd maneat in suo esse ab illo principio, habendus est respectus, quoniam cuiuscũque rei potissima pars est principium. l. j. vbi per Iacobũ butrigari. ff. de origine iuris. & dicit Bar. per illum text. in l. Pomponius. *la seconde*. ff. de nego. gest. ꝙ initiũ vniuscuiusq; actus, seu gestionis actus est inspiciendũ, etiam si sint plures, dummodò tendant ad effectum primi. Et maximè etiã attendimus originem rei, quãdo nõ alteratur origo per accidẽs. l. Iulianus. §. nõ solũ. ff. ad Macedo. l. si filiusfami. *la premiere*. C. eodem. l. assumptio. ff. ad municipales. imò etiã idẽ si alteretur, dũmodo accidens se referat ad originẽ: & tunc etiã origo inspici debet quantalibet correcta. l. cũ filius. §. hæres meus. ff. de lega. ij. dixi in alio casu, in titulo *des censes*. §. iiij. in glos. j. in fine. vbi dixi an si antiquum hæreditagium detur ad reditum annuum, debeat semper reputari antiquum hæreditagiũ, an verò nouus acquæstus. Ex quo cùm in hoc casu ex tali primo tractatu sequatur secũdum accidens, scilicet quòd fiat secundus tractatus, quia tamen primus tractatus non alteratur per secundum, imò etiam si alteratur se retulit & refert ad primum, per clausulam suprà positam, clarum est quòd habendus est respectus ad originem, scilicet ad tempus contractus, & non ad illud tempus, quo fuit facta secunda obligatio de priori debito. Imò etiam ex quo finis, scilicet solutio debiti, habet necessariam consequentiam ad principium & tempus eius, maximè causatiuè habetur respectus ad initium, & non ad finem. l. iij. §. Seio. ff. de minoribus. l. j. ff. qui potio. in pigno. habeãtur. Ex quo non dicetur esse talis acquæstus qui communicari debeat, cùm non sit factus constante matrimonio, ex quo in hoc eodem non conueniunt verba dispositionis, ideo nec ipsa dispositio. l. iij. §. toties. ff. de damno infecto. Et aliud consuetudo huius patriæ disponit de tempore acquæstus quàm de debitis, quoniam acquæstus factus tantùm tempore constantis matrimonij, est communicandus, & omnia debita quocumque tempore sint facta, sunt communicanda. quod potest esse, quia licet debita sint communicanda ratione participationis mobilium & acquæstuum, & sic cùm ad omnia debita teneatur vxor, videtur quòd etiam participare deberet in omnibus acquæstibus, maximè in quibus est eadem ratio, scilicet quæ soluuntur tempore constantis matrimonij, cùm illa solutio debiti præcedentis sit causatiuè consequens ad primum debitum, ideo cùm sit causatiua illius, videretur de illo iudicandum sicut de alio. Sed hæc potuit esse ratio, eo quòd in hoc grauatur maritus quòd vxor participet in acquæstibus. quod est contra dispositionem iuris. l. ex pecunia. C. de iure dotium. & dixi antè eodem titulo. §. ij. in glos. j. versic. Panor. ideo videtur in alio releuari, quòd mulier teneatur ad omnia debita: & quia præsumptio est quòd ex quo statuentes grauauerunt in vno maritos huius patriæ in istis acquæstibus, quòd voluerunt eos in aliis releuare. Et etiam quia illud quod debetur est tantùm pecunia, & sic mobile, de quo maritus potest disponere, etiam constante matrimonio, vt scribitur suprà isto titu. §. iij. intantùm quòd vxor non potest aliquid querelare. Hinc videmus quòd consuetudines nostræ in similibus habuerunt respectum ad initium obligationis, vt in §. penultimo huius titu. vbi si mulier aut maritus retrahant hæreditagia priùs vendita sub spe reachatus contracti ante matrimonium, quòd vxor non potest aliquid querelare de pecuniis solutis, etiam constante matrimonio pro huiusmodi reachatu antè contracto, & tamen secùs est in retractu qui fit ratione consanguinitatis de hæreditagio vendito per vnum ex consanguineis mariti, quia mulier habebit partem pecuniæ solutæ. ratio est, quia initium contractus fit constante matrimonio, ideo inspicitur in hoc casu: secùs in alio, vbi initium debiti fit ante matrimonium

Rei cuiuscũque potissima pars principiũ.

trimonium,& est solùm quædam tuitio pignoris,aut redemptio rei suæ venditę ante matrimonium,& tempus liberationis illius eueniens constante matrimonio non est in cõsideratione,sic nec hoc casu esse debet solutio debiti facti ex acquisitione prius facta de aliqua re, quæ hoc casu per solutionem pòst factam exoneratur suo onere prius constituto. & ista pluries dixi in contingentia facti.& etiam iam suprà dixi in §.ij. in hoc titulo in glo.*acquestz*.versi.vlterius quæro de alia quæstione.

IN TEXTV IBI, Ou par elle.

INtellige nomine suo,& ad suã vtilitatem,aut incõmodũ,au quorũ cõmoda & incõmoda respiciunt factũ illius & nõ alterius,puta suorũ filiorum primi matrimonij,quoniã licet pro illis debitis quæ mulier facere potest etiam sine autoritate mariti.l.penul.C.in quibus causis pignus tacitè cõtraha.sit maritus obligatus, vt tenet Alex.in apostil.ad Bar.in l.ob maritorum.C.ne vxor pro marito,& econtrà,tamẽ in contingentia facti dixi quòd quidam reditus annui constituti per maritũ & vxorem pro mille libris Turonen. quæ fuerant positæ in redemptionem certorũ hæreditagiorũ ad vtilitatem filiorum vxoris ex primo matrimonio ad prosecutionem dictæ vxoris matris dictorũ filiorum primi matrimonij,quæ ita induxerat maritum, quòd se pro dictis mille libris obligauerat, debebant redimi per dictã vxorẽ & suos filios primi matrimonij,& quòd hæredes mariti poterant cogere dictã vxorem & eius liberos ad redimendũ prædictũ reditũ annuũ reachatabilẽ,eo quòd videbatur esse quędam tacita donatio,quã maritus facere videbatur suæ vxori per indirectũ,ad vtilitatẽ filiorũ dictę vxoris ex accõmodatione nominis.per l.multũ interest.C.si quis alteri vel sibi. quæ quidẽ donatio sicut est directò prohibita inter virũ & vxorem,aut quicunque alius contractus lucratiuus,vt in §.vij.huius titu.ita per indirectum videntur esse prohibiti.l.verbis ciuilibus.ff.de vulga.& pupil.substitutio.Et sicut commoda dictarum pecuniarum erant penes filios primi matrimonij dictæ vxoris , quorum maritus dictæ vxoris vtiliter gesserat negotia ,redimendo terras eorum venditas,quòd actione negotiorum gestorum tenebantur ad incommoda,& ad reddendum dictum maritum, & eius hæredes ab huiusmodi obligatione & reditus constitutione indẽnes.Et in alio casu dixi quòd mulier quæ renũtiauerat bonis mariti,secũdũ consuetudinem infrà positam, in §.xx.non erat quitta nec liberata ab huiusmodi debito,imò quòd creditores non obstante dicta renuntiatione poterant eam cogere ad soluendum debitum ex causa suorum filiorum primi matrimonij factum , licet maritus cum ea esset obligatus & insolidum,eo quòd illud debitum non erat effectualiter debitum mariti,sed erat quædam accommodatio nominis mariti pro securitate creditorum, quæ quidem nominis accomodatio videtur in se importare quãdam donationem,quæ prohibita est inter virum & vxorem, tam de iure quàm de consuetudine.imò magis in viro pro vxore prohibetur etiam accommodatio nominis,cum non inducat præsumptionem donationis,vt quod directò fieri non potest,fieret per indirectum.l.cum propria. C.si quis alteri vel sibi.quoniam esset facere fraudem legi prohibenti donationem inter virum & vxorẽ si esset permissa.quę fraus euitari debet & illi obuiãdũ est.l.in fundo.ff.de rei vendic.imò magis reprobãda,cũ cõtra legẽ & illiꝰinterpretationẽ.l.ita fieri.ff.de iure fisci,prout dicit Lucas de pẽna ĩ l.vnica.in fine.C.de his qui se defen. lib.x.*

ITem stante hac consuetudine * nunquid mulier teneatur ad restitutionem mediæ partis rerũ malè habitarum aut per concussionem,seu per furtũ subtractarum?Nã vt videmus hîc per tex. nostræ cõsuetudinis,tenetur vxor ad debita cõtracta cõstante matrimonio: & hoc ratione participationis in mobilibus & acquæstibus cum marito. Sed sic est quòd de rebus existentibus penes maritum ex delicto, puta quia furatus, aut quia per concussionem, aut aliàs indebito modo,non potest dici creditor,quia debitor dicitur ex quo habet creditorẽ, nemo enim in hac pecunia furto subtracta, aut per concussionem potest dici creditor, quia ex quo non sponte,sed ex necessitate sequitur fides aliena,non dicitur propriè creditor.l.si tibi pecuniã. ff. si certum peta.& ibi Bar.ergo non potest dici debitor in hoc maritus.¶Imò etiam,quod plus est, si esset adiudicatum contra maritum quòd teneretur ad restitutionem ante eius mortem, videretur adhuc quòd vxor non teneretur pro dimidia parte,quia in hoc quòd quis teneretur restituere ex delicto non dicitur debitor. Dic pleniùs vt suprà dixi in eod.titu.§.ij.in glo.in verbo,*acquestz*.post quintam limitationem. 4 *An mulier teneatur ad restitutionẽ malè acquisitorũ per maritum.*

ADDITIO. De materia quando mulier teneatur ex delicto viri & econtrà, & pater ex delicto filij & econtrà,vide amplè per Mat.de affli.in cõstit.regni Siciliæ,quæ incipit, patres pro filiis.& ibi ponit si pater soluat pœnã pecuniariam pro filio , an possit ab eo repetere.Et vide eundem Matthæũ in cõsti. quæ incipit,patarenorũ.in xj.xij.& xiij.col.vbi ponit regulam cũ limitationibus,quando pater punitur ex delicto filij,& ecõtrà.* ¶De hac materia vide Anto.de but.in cõsi.vij.in fin.& tex.in l. cum duobus.§.dãna.ff.ꝓ socio.& vide infrà,in §.sequẽti.in glo.j.in additione incipiente, aduerte quia vt suprà dictũ est. ¶Vide tamẽ quæ dicit in cõtrariũ Panor.in cõsi.lxv.inci.in facti contingentia.in j. volu.& vide.l.quod autem.cum materia quatuor legum sequentium.ff.pro socio.Et pro hac opinione vide arrestum parlamenti Burgundiæ.

SEd quid * erit de assignationibus quæ fierent per maritos & parentes suis liberis per modum diuisionis inter liberos,si fieret de quæstibus,vtrùm debeat in totum habere locum,vt sit per modũ diuisionis & partagij inter liberos traditum siue assignatũ, an debeat decretũ apud illos manere, vt mulier debeat mediã partem bonorũ assignatorum deperdere? vidi aliquando contingere,vt scilicet pater viuens filiis suum patrimonium diuidat & assignet.¶Videtur quòd huiusmodi diuisio seu assignatio debeat valere & tenere etiã in quæstibus in præiudicium mulieris , quia pater viuens habet horum quæstuum dispositionem per statutum,suprà, *le mary &c.* Et facit , quia talis assignatio quæ fit per patrem filio per modum diuisionis sapit magis naturam contractus quàm vltimę voluntatis solemnitate adhibita.l.ex parte.§.fi.vbi,tex.ibi & diuisit pater.ff.famil.herciscun. & facit natura * verbi,assignare,quod traditionem importat.l.qui officij.ff.de contrahen.emptio.facit §.fi.in l.j.ff.nau.caup.sta.l.assignare.ff.de assignandis lib.l.assignare.ff. de verb.signifi. & sic dispositionem inter viuos,secundum notata in l.Lucius.ff.de lega.ij.& in l.legatum.ff.eo.titu.per quam maritus potest de quęstibus disponere, & in his mulier non contrariare &c. Et pro hoc videtur esse casus , imò est in d.§. fin.d.l.ex parte.vbi habetur quæstio.Pater inter filios diuisit bona , quod debet intelligi inter viuos, ex eo quod sequitur, & illam testamento confirmauit, qua confirmatione non fuisset opus per vltimam voluntatem, si fuisset 5 *Assignatio per maritũ liberis facta de quæstibus, an præiudicet vxori.* 6 *Assignare verbum.*

aliàs vltima volũtas,quæ etiam minus ſolennis,valet ad huiuſmodi diuiſionem, ſecundũ notata in l.finali.C.
familiæ heriſcun.& in l.hac conſultiſſima.C.de teſta.¶Sed hoc inde fuit,quia multùm prodeſt quod volun-
tas & diſpoſitio inter viuos confirmẽtur morte,vt in actu & diſpoſitione vltimæ voluntatis , vt notatur in l.
hæredes palam.§.ſed ſi notan.ff.de teſtamen. Et colligitur etiam ex verbis in d. §. poſitis.ibi, aſſignauerat.per
quæ & ibi diſpoſita patet,quia pater poſt illam diuiſionem , & aſſignationem per modum traditionis factam,
paſſus fuerat filiũ illis bonis vti,& illa poſſidere.Ex quibus colligitur ꝙ erat diſpoſitio inter viuos,ex quo ſe-
quitur, & patet ꝙ expoſitio glo. ibi, ſuper verbo, diuiſit.dũ dicit in codicillis, non eſt bona, & eſt falſa diui-
natio, & ſubauditio ad textũ.Si ergo pręceſſerit talis diſpoſitio & aſſignatio inter viuos per rationes ſuprà al-
legatas,debebit valere in præiudicium mulieris.& certè illius ratio patet in d.l.ex parte. inquantũ non violan-
do literam debebit vt ſimpliciter loquitur ſimpliciter intelligi , in diſpoſitione inter viuos . Facit nunc circa
hunc paſſum cogitare,vt ſcilicet debeat valere talis aſſignatio , ſed pro cõtraria mouent plura iura & rationes.

PRima,ꝙ omnes legũ profeſſores teneant, ꝙ omnes leges de huiuſmodi diuiſionibus per patres factis lo-
quentes,& tractantes loquũtur,& intelliguntur illæ diuiſiones ſapere vltimã volũtatem patris ſic diuiden-
tis.l.filij.l.ſi cogitationes.l.fi.C.famil.herciſcun.Vbi dicunt omnes per illos tex. tales diſpoſitiones & diuiſio
nes eſſe vltimas voluntates,& ex illis quantumcunque minimè ſolennibus,& quibuſcunque verbis fiant, diui-
dentis arbitrio robur tales diuioſiones habere. Et vt aliæ vltimæ voluntates ſubiacere Falcidiæ & aliis de vl-
timis voluntatibus diſponentibus,quinimmo & aliquando legata ſapere , ſecundum notata ibi , quòd licet ſit
apparentia diſpoſitionis inter viuos,tamen lex ipſa expreſſè dicit,qualitercunque fiat non eſſe diſpoſitionem
inter viuos,aut donationem ,ſed ſit diſponẽtis vltimum arbitrium.tex.eſt ad literam.in l.ſi filia. §.ſi pater.ff.fa
miliæ herciſcun.¶Ex quibus videtur concludendum , ꝙ talis diuiſio & patris aſſignatio inter viuos de quæ-
ſtibus facta,& vltimum arbitrium patris, & diſpoſitio cauſa mortis in quæſtibus , non valebit in præiudicium
mulieris.¶Et non obſtat motiua pro contraria parte facta,quia talis diuiſio inter viuos facta quantùm ad ap-
parentiam actus qui præſentialiter geritur,habet reſpectum ad id quod poſt mortem euenit, ſcilicet portionis
filiarum quam ſunt habituræ,& ſic ad tempus mortis reſtringuntur.Ex quo ſequitur ꝙ paria ſunt,quòd aliqua
fient aliquo tempore vel alio,ſed ad illud referri.l.in his.ff.de hæredi.inſtituẽ.l.quod ſpõſę.C.de donatio.ante
nup.Tamen ego credo ꝙ poſſet ſic inter viuos fieri , quòd haberet omnes qualitates contractus inter viuos,
& valeret.quod nota ex antedictis.Et quantùm ad aſſignationem quæ ſapit traditionem, dico ꝙ hoc eſt fictè
& non verè,ſecundum Io.Fab.in l.ſi quis argentũ.C.de dona.& in §.fi.inſtit.de aſſigna.liber. quæ tamen eſſet
vera traditio,& facit ceſſare,& omnino excedit terminũ aſſignationis ſimplicis , & non habeatur reſpectus ad
7 *Quid valet talis aſſignatio.* petitionem ſucceſſionis quæ eſt poſt mortem,quæ ſaperet omnino traditionem inter viuos,*dubitãdo quòd
valere debeat,& quòd operetur talis aſſignatio ſi fiat in ſolenni voluntate,vel non.videat. Bar.Bal.& Sali.in
l.quoties.C.famil.herciſcũ.quia ſi fiat per modum quotæ in ſolenni voluntate,habet vim inſtitutionis,vt ibi,
ſi verò in minus ſolenni voluntate fiet aſſignatio non per modum quotę,ſed certarum rerum.Si quidem cer
tè ab inteſtato ſint hæredes, ex quo non refert quali titulo bona habeant,quæ qualiter habituri ſunt, talis aſſi
gnatio non impedit,quin æqualiter ab inteſtato ſuccedant,ſed operabitur vt quamlibet rem ſuam ſibi aſſigna
tam per modum prælegati accipiat ab inteſtato.& vt dicit Sali.in d.l.quoties.erit vltima volũtas ab inteſtato.
pro quo ego alle.tex.in d.§.ſi pater.¶Sed quæro, voluntas codicill . an in alia. videatur ibi per eos , quia ni-
hil ſeruit ad propoſitum noſtrum,videatur per eos in d. l.filij. C. fami.her. & vtrum talis diſpoſitio ſiue aſſi-
gnatio habeat locum in liberis naturalibus,dic vt per Bal.& Sali.in l.fi.C.fami.herciſcun.

IN TEXTV IBI, *Et ne ſont point legatz.*

1 *Maritus nõ poteſt legare de acquæſtis.* QVare eſt*ꝙ legata facta per maritum non capiuntur ſuper acquiſitis conſtante matrimonio , cũ etiam
ſint in bonis mariti?ratio eſt, quia vt ſuprà eo. tit. habemus in iiij.conſuetudine,quæ incipit, *le mary ne
peult greuer*.maritus in mobilibus & acquæſtis in quibus vxor habet dimidiã partem,nõ poteſt grauare vxorẽ
2 in vltima voluntate,ſed ſic eſt ꝙ legatum eſt vltima voluntas, *& appellatione vltimæ voluntatis comprehẽ
ditur legatum,vt per plura oſtẽdit do.meus Iaſ.in l.ſeniũ.in vij.col. C.qui teſt.fa.poſ. ergo faciendo legatum,
ſi legatum aſſumeretur ſuper parte mulieris,mulier eſſet grauata contra conſuetudinem ſupradictã,maximè e-
tiam quia vxor accipit mediam partem acquiſitorum & mobilium tanquam ſuam virtute legis municipalis.&
non in hoc dicitur hæres,ſed legatum dicitur onus hæreditarium , quod ſoli hæredi eſt iniunctum.no. in l. pro
hæreditariis.C.de hæredita.actio.per glo.& Bal.in l.j.& ij.C.ad Trebellia.

3 *Quid ſi legatũ viuens ſoluerit.* QVid autẽ*de legato facto de rebus mobilibus,aut acquæſtibus,& ſoluto per manus teſtatoris , eius vi-
ta comite,an mulier poterit vendicare mediã partem? nã hoc poteſt fieri quòd eius vita comite per ma
nus ſuas ſoluat legatũ.l.Lucius.*la premiere*.ff.de lega.ij.& ideo videtur quòd eſt diſpoſitio inter viuos,& p tra-
ditionẽ videtur trãſire in aliã ſpeciẽ,& mutare naturã,vt dicatur donatio inter viuos,ſcđm gl.Bar.ĩ d. l.Lucius.
& in l.legatũ.ff.de leg.ij.nã in vita ſoluens nõ dicitur obligationẽ cõtrahere, ſed ſpe futurę obligatiõis diſſol-
uere.ideo cũ marit⁹ poſſit in vita de talib⁹ diſponere p cõſuetudinẽ ſuprà poſitã in §. *le mary cõſtãt le mariage*
&c.ſequitur ergo ꝙ ſi fecerit vltimã voluntatẽ & legatũ,ſoluẽdo illud videtur mutare voluntatẽ,& de legato
facere donationẽ inter viuos.quòd poteſt facere,nec poteſt mulier cõtradicere,vt ſuprà dictũ eſt.credo quòd
ſi ſimpliciter tradat,nihil aliud dicendo,quòd præſumitur ex cauſa legati,& ideo nõ valet,& poterit vxor vẽ-
dicare mediam partẽ.faciunt quæ in terminis dicit Bal.in l.ij.ibi,ſed iuxta prædicta quæro.C.de iu.dot.& quę
dicunt doc.poſt Dy.& alios in d.l.legatum.& in d.l.Lucius.ff.de le.ij.nec præſumitur voluntas teſtatoris mu
tata.ideo ſi quis allegat teſtatorem mutaſſe voluntatem,debet probare,vt dicunt ibi docto.

4 *De donatiõe cauſa mortis* SED quæro,*quid in donatiõe cauſa mortis,nunquid ſit debitum ad quod teneatur vxor pro dimidia par
te?videtur ꝙ ſic,quia nihil conſuetudo noſtra dicit de dicta donatione cauſa mortis , ſed ſolùm de legato,
& ideo cùm nõ diſtinguat,nec nos diſtinguere debemus.l.de precio.ff.de publi. mihi tamẽ videtur quòd vxor
etiam non teneatur ad donationes cauſa mortis , quia vt ſuprà dictum eſt in conſuetudine quarta huius titu.
quæ incipit , *le mary ne peult greuer la femme* . maritus in vltima voluntate non poteſt grauare vxorem in ac-
quiſitis

quisitis & mobilibus,sed sic est*q̄ donatio causa mortis est vltima volũtas,igitur.& q̄ sit vltima voluntas probatur,nã videmus*q̄ qui potest capere ex testamẽto,potest etiã capere ex donatione causa mortis.l. omnibus. ff.de dona.cau.mor.& qui habet priuilegiũ ĩ testãdo,vt est miles,habet etiã priuilegiũ in donãdo causa mortis. l.Marcellus.in prin.ff.de dona.cau.mor.Itẽ sicut in legato dominiũ trãsit recta via in legatariũ.l.actio.ff.de fur. idẽ in dona.causa mortis.l.ij.ff.de publi. ¶Itẽ sicut in vltimis voluntatibus habet locũ ius accrescẽdi.l.re coniuncti.ff.de leg.iij.ita etiã in donatiõe causa mortis. text.in l.vnica.§.fi.ff.de cadu.tol.de quo Bar.nõ fuit recordatus in d.l.re cõiuncti.Itẽ queadmodũ in vltimis voluntatibus reuocatur iuramentũ continens quid turpe, ita in donatione causa mortis.l.qui sub conditione.§.hoc edictũ.ff.de condi.insti.Itẽ distinctio quæ fit,an per alienationem testatoris intelligatur reuocatũ legatũ,an sit alienatio voluntaria,vel necessaria.l. fideicõmissa. §.rẽ.ff.de leg.iij.habet etiã locũ in donatione causa mortis dictũ singulare Dyn.in l.Stichũ qui meus erit. ff.de lega.j.quod dictũ Bal.ibi reputat aureũ. & alij sequuntur. ¶Et istud etiam refert & sequitur Hippolytus de Marsiliis in singulari suo cxxxvj.incipiente, longa profectò. * ¶Ex quibus supradictis æquiparationibus apparet,quòd donatio causa mortis æquiparatur vltimæ voluntati.quas quidem æquiparationes posuit dominus meus Iason in l.senium.in vij.& octaua colum.C.qui testa.facere pos. 5 *Donatio* 6 *causa mortis est vltima voluntas.*

IN TEXTV IBI, Et faictz funeraulx.

BAL.in l.quod in vxorẽ.C.de nego.gest.dicit*q̄ marit⁹ postquã vxor est mortua, & sic finitũ est matrimoniũ,non tenetur eam sepelire de proprio,sed de patrimonio mulieris, & de dote tenetur eam sepelire.l.sic pro rata.ff.de relig.& sumpti.fune.nã eo quòd est mortua,non tenetur amplius subire onera,*ipsa tamen existente in infirmitate tenetur subuenire de alimẽtis & medicinis,& omnibus necessariis,nã cũ durat matrimoniũ tenetur subire onera,& si nõ subit,nõ potest nec ex pacto,nec ex statuto dotẽ lucrari.l.ab hostibus.§.si vir vxore.ff.sol.ma.ideo vt sit æqualitas inter vir.& vxo.*idẽ erit in vxore,quæ postquã maritus est mortuus non tenetur ad expensas funeris,quæ debẽt extrahi de hæreditate mortui,etiã priusquã soluatur creditoribus & legatariis.l.scimus.§.in cõputatiõe.C.de iure deli.Sed sic est,q̄ postq̃ maritus deuenit ad vltimã volũtatẽ,nõ potest amplius in media parte acquisitorũ & mobiliũ præiudicare vxori,ergo illa media pars iã est acquisita vxori,& sic nõ est de hæreditate,ergo super illa nõ est detrahenda expensa funeris, cũ etiã vxor illã capiat iure societatis & communitatis,& iure municipali ita dictante.*dic tamen quòd si vir habeat vxorem indotatam,& quæ nihil habeat,tenetur eam sepelire,ne iniuria eius videatur quondam eius vxorem insepultã relinquere.ita est tex.in l.quod si nulla.ff.de reli.& sumpti.fune.Ludo.Roma.in consi.517.in prin.& vide.l.in eum.cum multis seq.ff.de reli.& sumpti.fune.quòd deduci debet ex hæredi.prædicta impensa.funeris.l.impensa.ff.eo. & est priuilegiata actio funeraria,vt est text.& glo.in l.ij.ff.de priui.credi. 1 *Maritus sepelit vxorẽ expẽsis de dote.* 2 3 4

ET ista *expẽsa funeris ante omnia est deducenda de hæreditate,priusquã creditoribus & legatariis aliquid soluatur.d.§.in cõputatione.*& adde q̄ sicut expẽsa funeris est priuilegiata, vt ante omnia deducatur, idẽ in expẽsa facta in infirmitate defuncti. tex.est no.in l.in restituẽda.C.de peti.hæredi. quẽ ad hoc ibi no. Bal.& adde similem tex.in l.legatũ.C.de reli.& sump.fune.adde * quòd idẽ est in informatione testamẽti,quia expensa facta in hoc ante omnia est deducẽda.Bar.in l.nõ ignorat.C.de fru.& lit.expẽ.Anto.de but.in c.j.in ij.colũ. de proba.& dicit Bar.se pluries vidisse in facto,* quãdo hæres fecit expensas in recolligendo testamentũ à notario,quòd si hæreditas nõ sit soluendo,tenẽtur legatarij cõtribuere partẽ.per tex.in d.§.in cõputatione.& illud refert & sequitur Pano.in cõsi.cvij.inci.hæres qui recolligit testamẽtũ.in j.vol.¶Et quę sint funeralia,ponit gl.in cle.dudũ.* de sepul.in cle.de iure ciuili dicitur sumptus funeris quicquid corporis causa erogatum est. l.funeris.in prin.ff.de relig.& sumpti.fu.& vide tex.in l.at si quis.§.funeris causa.ff.de reli.& sumpti.fune.quis dicatur sumptus funeris,& quomodo debet arbitrari.& in l.si quis sepulchrũ.§.sumptus funeris.ff.eo.& vide prædictas leges ad sciẽdũ qui teneãtur ad sumptus funeris,& quę actio de iure.& dicit Bar.in l.qui erat.per illũ tex.ff.fami.herc.quòd iudex ex officio potest facere vendi de hæreditate pro sepultura defuncti. ita tenet & sequitur Paris de Puteo in tracta.de syndicatu.in ver.cõcordia.charta.xxxv.Et aduerte,*quia sepulturæ seu homini sepulto debetur gloria,prout ostẽdit Inno.in c.cũ liberũ.de sepul.vbi dicit quòd sacerdos spoliatus corpore iam sepulto,non est ante omnia restituendus,vt vexatio corporis humati euitetur.dicam ampliùs in tractã.meo de gloria,laude,& honore omnium statuum, in quinta consideratione secundæ partis. 5 *Expensæ* 6 *funeris ante om-* 7 *nia ab hæreditate detrahẽdæ* 8 9 *Sumptus funeris quid.* 10 *Sepulturæ debe. gloria.*

ADDITIO. Istud est in Catalogo gloriæ mundi,in ij.parte,in v.& vj.considerationibus.Et vide Hippolytum de Marsiliis in singula.suo cxcix.incipiente, in iure expressum,& clarum est. *

SEd quæro,* dicitur hîc in hoc §.quòd mulier quæ habet mediam partem in mobilibus & acquæstibus tenetur ad mediã partẽ omniũ debitorũ, an hoc casu teneatur ad dimidiã partem redituũ,& assignationum, pensionũ,seu redituũ venditorũ per maritũ super omnibus bonis in quibus maritus habebat reachatum, hoc est,an mulier teneatur ad luitionem pignoris pro dimidia parte?nã per cõsuetudinẽ nostrã infrà in tit.*des rentes uendues a reachat.* artic.j.reditus annui cũ pacto de retrouendẽdo sunt & inter mobilia cõputãtur, ita quòd si essent quos maritus acquisiuisset,vxor eius haberet dimidiã partẽ.ex quo ergo vxor quę participat in mobilibus ratione illius participationis ad debita cũ in talibus participat, æquum est vt in similibus subeat onera, & supportet in quibus lucrũ percipit.& audiui quòd ita fuit iudicatum in parlamẽto Burgũdiæ nõ sunt multi anni, sed nescio inter quos,sed si hoc sit verũ,quãdo possit cogi mulier ad luendũ,cogita ex his quæ dicit Bar.in l.si vt certo.§.nũc videndũ.l.ij.ff.cõmodati.¶Sed aduertẽdũ est quòd tex.nostræ cõsuetudinis dicit,quòd mulier tenetur ad debita,& nõ inuenio quod tales reditus assignati super re immobili sint debita , imò videtur q̄ dispositione iuris nõ sint debita quo ad mulierẽ,nã pro talibus annuis reditib⁹ aget ille cui debẽtur actione hypothecaria personali, & hoc tantũ contra illum qui promisit, & qui se obligauit: aut actione hypothecaria ad rem,& hoc prosequẽdo rem hypothecatã,nec agere poterit personali cõtra mulierem, cũ nõ sit obligata. sed sic est quòd si ille cui debẽtur tales reditus agat hypothecaria ad rem,dicitur actio realis. Bar.in l.pignoris.C. de pigno.& sic nõ dicitur in hoc casu creditor,cum in actione reali non sit dare neque creditorẽ,neq; debitorẽ.gl.est no.in §.j.in versi.debetur.insti.de actio.Alex.in l.j.in fine.ff.si certũ petatur.ergo nõ erit debitũ.Bal. 11 *An mulier teneatur ad luitionem pignoris pro dimidia.* *An reditus annui sint debita.*

in consilio ccccl xxxv.in j.parte.& per consequens non tenebitur mulier, cũ teneatur tantũ ad debita, quia ex quo in istis reditibus hoc casu non conueniant verba consuetudinis, ergo nec dispositio illius, cũ cui verba nõ conueniunt, nec etiam dispositio.l.iij.§.toties. ff.de dãno infecto. Alex.in consi.xvij. in j.colum. in j. volu.ista quæstio fuit decisa in parlamento Burgundiæ, vt dixi, ideo non plus insisto. sed dico quòd hoc casu aget creditor si velit contra mulierem condictione ex statuto, per §.xj.huius titu.vt ibi videbitur.

§. DECIMO.

ET *semblablement est tenu le mary de payer la moytié de tous les debtz deuz par sa femme.*

IDEM in comitatu Niuernen. ¶ Hic articulus incipit à copula præcedente aduerbium similitudinis, vt Latinè sonet. * quæ copula cõiungit sensus dispositionis præcedentis & sequentis. l. si simpuler.§.si in locando.ff.de verb.oblig.habetur in l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.reis.in l.j.ff.de condi.& demõ.per Bar.& * natura aduerbij similitudinis est æquiparare.l.ad similitudinem.C.de episco.& cleric.aut.similiter.C.ad le.Falci.est ergo sensus quòd sicut mulier ex statuto pręcedẽti tenetur ad dimidiam partem debitorũ viri, sic maritus tenetur ad dimidiam partem debitorum mulieris, & * est ista similitudo directa. ¶ Similitudinum alia est contraria, alia directa. Directa est quoties assimilata simul conueniunt, vt si diceretur, Sẽpronius est studiosus, sicut Titius est studiosus. Contrariã verò est quę fit à contrariis, vt si diceretur, Titius est studiosus, sicut Sempronius est vagus.ita docto. per glo.in ver.dominium.ibi, superiore casu, in l.si quis posthumos.§.si filium.ff.de libe.posthum.glo. est in l.si quis.§.si duobus.in verb.neutri.ff.de adimen.leg.text.in l.iij.cum glo.in prin.§.fi.ff.de acqui.re.domi.glo.in l.sicut.ff.de pignori. glos.in l.sicut datam.C.libe.cau.quæ glo.hîc explicata sibi conuenit, & est directa.quod enim in vxore disponitur per statutũ præcedens, istud recta similitudine disponitur hîc in marito. & dicuntur similia, cùm in eis est omnimoda ratio & eadem, imò in hoc casu maior.l. non solum.§.qui primipilum.ff.de excu.tuto. & licet regula sit iuris * quòd nullum simile sit idem.l.quod nerua.ff.deposi.tamen vbi est omnimoda similitudo, possint dici eadem.text. est & glo.no.in l.nemo potest.ff.de duo.reis.vnde cùm in istis casibus sit omnimoda dispositionis ratio & eadem, sequitur quod non merentur dici similia, sed eadem. Ex quo potest dici, quòd & si non fuisset per hoc statutum aliquid dispositum de viro, quòd ex virtute & ratione statuti præcedenti ille articulus ad istum fuisset ampliatus, nõ autem vt similia, sed vt eadem, & vt æqualitas inter socios seruetur, & vt vir ad patriã inducatur. ¶ Et quòd fauor mulieris quæ admittit extensionem de similibus ad similia, regula, hodie.cũ ibi notatis per Bal.in l.fi.C.de in ius vocan. Et quæ ad hunc articulum attinent suprà articulo præcedenti amplissimè dixi, qui licet disponat quomodo mulier tenetur ad debita viri, & cætera funeralia, & iste dicat quomodo vir teneatur ad debita mulieris, tamen ibi ego dixi magis quomodo teneatur vir ad funeralia vxoris. Applicentur hic quæ ibi dicta sunt, & vltrà quãtũ ad hoc dicatur, * quòd licet ratio similitudinis de qua in hoc articulo velit quòd maritus teneatur ad medietatẽ debitorũ mulieris, & isti casus parificati & eorũ similitudo debeat esse omnimoda.§.itẽ lapilli.& gl.in ver.inuẽtoris.insti.de re.diui. Et sit sensus, ꝙ licet in debitis viri nõ cõputentur impensæ funeris mariti, vt ad illas mulier nõ teneatur, sic erit in debitis mulieris, nõ debet ista impẽsa funeris cõputari, vt maritus ad illas teneatur. Quod debet intelligi, vt dixi suprà articu.proxi.nisi aliquid de dote mulieris habeat, vel ex pacto, vel alio modo, per iura quæ ibi allegaui. Ex quo ad practicam nostrã reducendo, dico ꝙ si de dote mulieris aliqua pars amobilizetur, hoc est efficiatur mobile, vt ea ratione marit⁹ virtute statuti illius aliquid vltrà mediã partẽ lucretur, quòd ꝓ rata illius quod lucratur tenetur ad funeris impẽsas, & cõputabitur inter debita.& erit tunc verũ dicere, quòd nõ erit omnimoda similitudo. quod nõ erit mirũ, * ꝙ licet aduerbiũ similitudinis referat sequẽtia ad præcedẽtia.per d.§.itẽ lapilli.tamẽ nõ semper refert cũ suis quasi clausulis litatib⁹, hoc est si clausula sequẽs habuerit aliquã clausulã limitatiuã, illa limitatio nõ refertur semper ad clausulam præcedentẽ.casus est ad literam in l.qui bis.ff.de ædil.edi.Et hoc quoniã clausula limitatiua in sequẽte apposita, non potest primò conueniri.facit glo.in c.secundò requiris.extrà, de appella.Bar.in l.si idem.§.fin.ff.de iureiuran. * Et si maritus noluerit istas impensas pro rata facere, in hoc punietur, quia perdet lucrum quod habet ex parte dotis amobilizata, per iura sequẽtia.alle.in gl.in l.nõ oportet.C.de his quibus vt indignis. & l.fi. cũ autẽ.hoc amplius. C.fideicõmis. Et nõ obstat quòd illa iura loquuntur in lucro relicto ab eo qui ordinauit, ut scilicet nulla alia pœna sit à iure imposita, nisi amissio illius lucri, & quòd isto casu est lucrũ legale, quia etiã in tali lucro procedit, vt non faciens quod lex vult puniatur in lucro legali, imò etiã dispositio casus est in l.sciant.C.de legi.hære.l.matres.& l.omnẽ.C.ad Tertulia.Et videtur esse optima ratio quare teneatur maritus soluere mediam partem debitorũ mulieris, & meliùs quã vt vxor viri, quia mulier non potest constante matrimonio facere debita absque voluntate mariti, per statutum primũ in hoc titu.& sic videtur accommodare voluntatem suam vt illa soluat, per hoc statutum, imò quodammodo ipsemet videtur illa facere, quæ renuntiauit solùm, ideo in primis factis ad debita tenetur, sed hoc facit ratio suprà dicta æquissima.

1 Copulæ natura.
2 Aduerbij similitudinis natura.
3 Similitudinis varie. Directa. Cõtraria.
4 Nullum simile idẽ.
5 Marit⁹ tenetur ad medietatẽ debitorum mulieris, sicut ecõtrà.
6
7 Pœna mariti supradicta non facientis.

IN TEXTV IBI, *De tous debtz.*

INtellige de debitis validis, * quia si mulier fideiussisset pro aliquo, licet etiam dicatur debitũ.Bar.Alexan.& alij in l.j.ff.si cer.peta.& Ang.& doct.in l.blanditus.C.de fideius. & in l.Stichum.§.quod vltimo.ff.de sol.tamen maritus non tenetur, cùm etiam mulier iuuaretur exceptione Velleiani.ff.&.C.per totum.ad Vellei.intelligitur ergo consuetudo de debito quod potest exigi ab inuito, quod verè dicitur debitum.Bart.& doc.in d. l.j.ff.si cer.peta.& nõ de illo quod per exceptionem tolli potest. & tamen videretur hîc dicendũ contrarium, cùm tex.nostræ consuetudinis loquatur generaliter, dicendo, *de tous debtz*, vnde qui totum dicit, nihil excludit.l.Iulianus.ff.de lega.iij.c.solitæ.de maio.& obe.c.si Romanorum.xix.distin.

SEd tu dic * quòd generalitas & vniuersitas est intelligenda & restringenda ad actum ciuilẽ debito modo factum seu habilem, prout est materia vulgata in l.j.§.nuntiatio.per do.meum Iason.ff. de no.ope.nun. & facit quod dicit Barto. in l.non putauit.§.nõ quæuis.ff. de cõtrabul. * quòd statutum puniẽs cedentem actionẽ nobili

1 De quibus debitis sit intelligenda consuetudo.
2 Generalitas quomodo restringenda.
3

nobili intelligitur de successione ritè facta, & quæ est valida. * & statutũ quod imponit gabellã super cõtractu 4
intelligitur de cõtractu valido. Bal. in l. nõ dubiũ. in iiij. col. C. de legib⁹. cũ infinitis ad hoc allegatis per do. Feli. in c. ex tenore. in iiij. & v. col. extrà, de rescrip. & in c. cæterum. in vij. & ix. colum. extrà, de iudici. & ponit latè dominus meus Iason in l. ij. §. prætor ait. in j. & ij. colum. ff. qui satisda. cogan.

Item * nunquid si mulier debeat aliquid ex delicto cõmisso per eã, vel econtrà maritus, an dicatur debitum, videlicet quod cõprehendatur sub hoc statuto seu consuetudine? vide Alex. & dominũ meũ Iaso. in l. j. ff. si cer. peta. ¶ Aduerte, quia vt suprà dictũ est, maritus & vxor sunt socij. * & socius nunquam tenetur ex delicto socij, etiã si essent socij omniũ bonorũ, & cõdẽnatio debet tãtũ solui de parte delinquentis, & nõ de parte alieri⁹. tex. est in l. si fratres. §. per cõtrariũ. ff. pro socio. Alex. consi. suo lxx. in v. vol. & vide Iacobinum de S. Georgio in l. si seruus. ff. de interroga. act. dixi suprà §. ix. eodem titulo. in gl. *de tous debtz*. versicu. item stante.

5 *Debita pro delictis an hic comprehendantur.*
6 *Socius nõ tenetur pro delicto socij.*

Et intelligenda sunt prædicta de cõsuetudine huius patriæ: secus de iure, * quia de iure maritus nõ tenetur pro vxore, nec econtrà. l. j. & per totũ. C. ne vxor pro ma. nisi in vno casu. s. si mulier tutrix nõ reddita ratione tutelæ nupsit tibi, tu obligaris pro ea, casu quo non esset soluendo. tex. est not. de quo exclamat Bal. in l. penul. C. in qui. cau. pig. taci. contraha. vbi subdit Bal. * caue tibi cũ contrahis matrimonium cum vidua, vt facias primò quòd reddat rationẽ, & fiat ei quittancia generalis. pro quo facit gl. singu. in aut. sacramẽta. C. quãdo mu. tute. offici. fun. potest. & vide quæ dixi in §. ij. gl. in versi. *acquestz*. post quintam limitationem suprà, hoc eo. titu. & in §. *la femme qui est participante*. in gl. in versi. *de tous debtz*. hoc eod. titu. vbi ex prædictis simul collectis potes videre quomodo mulier teneatur ex delicto mariti, & econtrà.

7 *De iure secus.*
8 *Pro contrahentib⁹ matrimoniũ cum vidua.*

Videmus hîc quòd per hanc consuetudinem maritus tenetur ad omnia debita cõtracta per vxorẽ, & ecõtrà, an hoc sit verũ, etiã si debita sint facta ante matrimoniũ contractũ? dixi in §. præcedenti, quòd mulier tenetur ad luitionẽ pignoris ratione rei hypotecatæ cõstante matrimonio, in quo habent reachatum, vt hîc antè in §. præcedenti. sed quid si maritus ante contractum matrimonium hypothecauerit partẽ suorum bonorum immobilium pro certo reditu annuo singulis annis soluendo, in quo habet reachatum, an mulier teneatur post eius mortem luere pignus pro dimidia parte, an verò hæredes in totum debeant luere: & si hæredes luant an luitione facta mulier debeat habere in illis bonis si sint antiqua hęreditagia doharium siue vsumfructum pro dimidia parte? Cogita, quia vidi casum in facto, & multum ponderaui istud verbum, *de tous debtz*. quod verbum comprehendit etiam facta ante matrimonium, & constante matrimonio.

Nota.

Aduerte, quia dixi in casu emergenti qui ita fuit decisus, quòd ad debitum contractũ per fratrem in sororibus suis maritandis ab eis acquiruntur bona paterna, ante contractum matrimonium cum aliqua vxore, quòd illa vxor non tenetur ad illa debita. Et ratio est, quia nec in illis participat, cùm sint acquisita ante matrimonium, nec sunt antiqua hæreditagia quo ad eam, & sic non capiet in eis doharium. Et ideo cùm non sentiat in illis aliquod cõmodũ, ideo videtur quòd nõ debet sentire aliquod onus. dixi tamen suprà eo. tit. arti. ij. versi. vlterius quæro. quòd si quis emat rem immobilem ante matrimonium, & soluat constante matrimonio, quòd mulier participabit in lucro, scilicet in acquisitione facta ante contractum matrimoniũ in vno casu, scilicet in patre qui acquisiuit bona materna filiæ mediante certa dote, quam soluit postea constante matrimonio secundæ vxoris.

ADDITIO. Ego postmodum mutaui opinionem, & mihi visum fuit quòd mulier non debet participare in illis acquæstibus factis ante matrimoniũ, licet solutio fuerit facta constante matrimonio, quoniam in talibus inspicitur tempus contractus. dixi in §. præcedenti in glo. *de tous debtz*. *

§. VNDECIMO.

Et peuuent les creanciers agir contre les heritiers du defunct debiteur, pour le tout, se iceluy defunct est obligé seullement, ou agir contre la femme pour la moytié de la debte, se bon leur semble.

IDEM in comitatu Burgundiæ quo ad secundũ articulũ, & idem in comitatu Niuernen. ¶ Ista consuetudo videtur esse contra omnẽ iuris dispositionem, scilicet quòd vxor teneatur pro marito. vt l. j. & ij. C. ne vxor pro marito. imò conueniens vnũ pro alio debere perdere causam. aut. sed omnino. C. eodem. sed vt iam dixi, istud est eo quòd qui sentit commodum &c.

IN TEXTV IBI, *Contre les heritiers*.

Aduerte * quòd non sufficit quem probare esse filium ad hoc vt probetur quòd sit hæres, sed requiritur probatio quòd se immiscuerit. ita tenet Ioan. Fabr. & docto. ibi in l. j. C. si minor ab hæredi. alleg. Dy. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrimonio. 1

IN TEXTV IBI, *Contre la femme*

Sed iuxta prędicta quęro, * nũquid valeat statutũ quòd vxor teneatur pro marito, & pater pro filio, & sic vn⁹ pro alio teneatur? tex. in l. hac diffinitione. C. de omni agro deser. lib. x. & in l. fi. C. de primipi. lib. xij. & in l. satis. C. in qui. cau. pignus taci. cõtrahatur. vidẽtur facere quòd sic, Hinc dicit Bar. in tract. repræsaliarũ. in iij. q. j. partis principalis, quòd valet statutũ expressè disponẽs quòd vxor teneatur pro viro. Hinc dicit Bal. in l. dotis. C. de iure do. quòd valet statutũ dispones quòd filij mercatorũ teneãtur ad debita patris, etiã si nõ probentur hæredes. Imò etiã si cõstet quòd repudiauerũt expressè hæreditatem, & licet statutũ in hoc secũdũ eũ esset durũ, tamẽ valet, quia pactũ valeret. Et cũ Bal. transit Pet. de Ancha. in repetitio. c. canonũ statuta. in xviij. charta, in versi. sed quæro vlteriùs, scriptum est in lege diuina. ¶ Et de quæstione quòd pater teneatur pro filio, etiã in delictis quo ad pœnam pecuniariam, ponit latè do. meus Ias. in §. actiones. in x. & xj. col. instit. de actio. & in l. si quis in suo. §. legis autem. C. de inoffic. testa. & in l. de quibus. in xiiij. colũ. ff. de leg. & Feli. plenè. in c. ij. in ij. col. extrà, de constitu. & in c. ius generale. in penul. & vlti. col. j. distin. do. Iason. in l. j. in penulti. col. ff. de in litẽ iuran. Et Soci. in consi. suo xxxj. in iiij. col. ibi, circa tertiam. in j. volum. vbi amplè.

1 *Statutũ quòd vnus pro alio teneatur, an valeat.*

ADDITIO. Et quia ista consuetudo videtur esse contra ius cõmune, an potuerit hoc inducere dux Burgundiæ qui non recognoscit imperatorem in ducatu, sed regem Franciæ recognoscit? vide

Matthęum de afflictis,in præfatione conſtitu.regni Siciliæ.in ij.& xij.quæſtionibus, vbi ponit decem concluſiones quomodo ſtatutum non valet contra ius commune. *

2 Creditores defuncti contra quē agere poßint. & nota bene totā hanc glo.

ET quia * iſte articulus in verbis, ſenſu, & ſubſtantia habet plurimùm obſcuritatis. Cum enim veniat continuando materiam ſtatutorũ præcedentium quæ diſponũt de debitis viri & mulieris per eoſdem ſoluendis, & ibi ſunt factæ illorũ ſimilitudines, ſequitur quòd iſte articulus debet diſponere in verbis & ſenſu quòd creditores non poſſent agere contra hæredes viri obligati pro toto. Et ſimiliter creditores mulieris obligatæ non poſſent agere cõtra hæredes ipſius etiã pro toto, quẽadmodũ diſpoſuit infrà, quòd ſi ſunt obligati ſimul poſſit agi ſecũdũ formã obligationis, quod tamẽ videtur eſſe ſic in hoc articulo diſpoſitũ, & colligitur ex verbis in vltima clauſula, ibi, *ou agir*, quæ diſponit aliquid de muliere, videtur declarare quòd tantũ loquitur in creditoribus viri, vt poſſint agere pro toto cõtra hæredes viri, & quòd aliter ſit in creditoribus mulieris, cùm de ea & de ſuis hæredibus nihil diſponat, imò aliquid poſtea diſponendo. §. ſequen. videtur illum caſum quãtũ ad hæredes mulieris in hoc non procedere. arg. l. cũ prętor. ff. de iudi.

Senſus cõſuetudinis.

¶ Tamẽ ego credo ꝙ talis fuerit mens ſtatuẽtiũ, vt poſſit etiã tota iſtius articuli diſpoſitio cõuerti, & in muliere intelligi, tã in prima particula quã ſecunda, vt ſit ſenſus, quòd creditores mulieris poſſint agere cõtra hęredes mulieris, ſi ipſa mulier eſſet obligata. Nihilominus etiã ex clauſula ſecunda, poſſent etiã agere cõtra virũ ſuperſtitẽ & ꝓ media parte, vt ſit iſtorũ parificatorũ omnimoda ſimilitudo, ſicut in primis duobus articulis. & facit ratio, quòd * quãdo lex antiqua parificat aliquos caſus, lex noua ſuperueniẽs loquẽs in vno etiã intelligitur loqui in alio. l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furtis. l. ij. §. perſuadere. ff. de ſer. fugi. cũ ergo duo prima ſtatuta, quæ poſſunt dici lex antiqua, parificãt virũ & mulierẽ, iſtud ſtatutũ, quod eſt nouũ, debebit etiã eos parificare.

Nota de [illegible]s pa[illegible]atis.

¶ Et quòd talis ſit mẽs ſtatuentiũ, facit ratio ſtatuti ſequẽtis, ibi, *& ſe leſdictz mariez*. etiã tamẽ ſtatutũ ſequẽs verbis expreſſis plus declarat hũc articulũ, qualiter tamẽ in creditoribꝰ mariti & eius hæredibus, vt habeãt recurſum cõtra mulierẽ ꝓ media parte, & nihil diſponit de caſu aſſimilato. ſ. de hęredibus mulieris, hi enim habẽt regreſſum cõtra maritũ, quia pręſupponere videtur quòd mulier ꝓ debito viri poſſit inſolidũ cõueniri. quòd ſi talis fuerit mẽs ſtatuẽtiũ, quę fortè pręſumẽda eſt, quęritur de ratione? nullã aliã reperire ſcirẽ, niſi quia nõ pręſumetur quòd mulier cõſtãte matrimonio ſe obliget ſola, ſed pręſumitur ꝙ maritus ſe obliget, & ſic cõtra eũ datur & naſcitur ex obligatione actio. Nimirũ ſi cõtra eũ ꝓ toto agatur, quia cõtra obligatũ agi debet. inſtit. de acti. in prĩ. l. licet. §. ea. obli. ff. de actio. & obli. l. ſi pupillus. ff. de nego. geſt. at actio quæ datur in mulierẽ nõ datur niſi ĩ ſubſidiũ, quare &c.

¶ Sed etiã iſta ratio nõ cõcludit, quia etiã mulier potuit habere debita ex ſua obligatione tã ante cõtractũ matrimoniũ q̃ poſt, ex volũtate & licẽtia ſiue cõſenſu mariti, cõtra quã debet attẽta ratione ſupradicta agi, & nõ cõtra virũ, qđ tamẽ hîc aliter dicẽdum eſt. vndè ſunt hîc quatuor caſus, vnus in litera. ſ. ꝙ cõueniãtur ꝓ toto hæredes mariti defuncti, aut mulier pro dimidia parte.

Caſus quatuor.

¶ Secũdus erit huic cõtractus, & erit ſimilitudo cõtraria, de qua ſuprà ſum locutus, de qua debebit eſſe idem iudiciũ, quia contrariorũ eſt eadẽ diſciplina. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. ff. de verb. oblig. eſt autẽ quòd muliere mortua obligata, creditores agant in totũ cõtra ſuos hæredes, ſimiliter aut ipſe maritus pro dimidia parte cõueniri poterit. & credo quòd ſic, & ſic eſſe debet in ratione huius ſtatuti. ¶ Tertiùs erit quòd creditores pro cota contra maritũ viuẽtẽ, àut pro dimidia cõtra hæredes mulieris mortuæ. ¶ Quartùs, quòd creditores agant cõtra mulierẽ obligatã pro toto, aut pro dimidia cõtra hæredes mariti mortui. & omnes iſtos caſus credo eſſe ꝑ rationẽ huius articuli deciſos, vt ſic ꝓcedere in omnibꝰ debeat quẽadmodũ hîc diſponitur. nõ audeo affirmare. qui iſta legitis cogitate. ſed inquãtũ iſte artic. habet ꝙ mulier poterit cõueniri, & cõtra eã poterũt agere viri creditores ꝓ media parte debiti, videtur eſſe quodãmodo iuri contrariũ.

4 Regula.
5 Actio
6 perſonalis quid.

Nã certiſſima iuris eſt regula, * ꝙ omnis actio præſupponit obliga. ſaltẽ actio perſonalis, * quæ eſt ius proſequẽdi in iudicio quod ſibi debetur. inſti. de actio. ĩ prin. quod ibi notatur. * & eſt mater actionis, licet §. ea oblig. ff. de procu. pro ſuo intereſſe & medietate debita. i. quod iudex eſt medietas. ſimilis expoſitio eſt in §. finitur. inſti. de vſufr. ibi, per modũ & tẽpus in medietate tẽporis. vel erit alius effectus, quia illa actio cõpetit ꝓ illa dimidia cõſequẽda & intereſſe perſecutionis, quod erit in ſumptibꝰ & expen. aliis. quę ſecũda expoſitio videtur verior, vt infrà patebit.

¶ Dico ergo quòd ꝓ intellectu materiæ eſt pręſupponẽdũ id quod in articulis pręcedẽtibꝰ eſt dictũ de ratione quare viri & vxoris debita ſint cõmunia & cõmuniter ſoluẽda, ſiue ſit illa ratio ſocietatis, correitatis, participationis in quęſitis & mobilibus, aut alia, hoc incõcuſſè verũ eſt, ꝙ mulier eſt debitrix pro dimidia parte, & quòd poteſt cõueniri & exigi pro dimidia parte, * ſed quia hæredes habere non poſſunt poſt diſpoſitionẽ ſtatuti, propterea cõgruũ fuit ꝙ illis daretur remediũ cõtra mulierẽ pro illa dimidia. quod remedium eſt recurſus cõtra hæredes ipſius mulieris, qui recurſus fundatur in his quæ habẽtur per text. gl. Bar. Bal. Sali. & nouiſſimos in l. j. C. de trãſac. per Bar. in l. j. §. nũc tractemus. ff. de tu. & ratio. diſtra. per eũdẽ Bar. l. Modeſtinꝰ. ff. de ſolu. aliquid ꝑ Bal. in l. j. C. cõmunia de le. quod tamẽ remediũ, & alia tria de iure cõmuni cõtra mulierẽ hæredibus viri totũ ſoluẽtibus dentur etiã cõprehẽſis ſecũdũ Matt. in locis ſuprà allegatis, & cõtradicitur. vnde dicitur dixiſſe his actibꝰ aut ſuperflua aut mãca, ſiue iuris diſpoſitioni diminutiua, iſtud remediũ cõcludẽdo. videtur alia velle. l. cũ prætor. ff. de iudi. cũ ſimilibus.

7 Remediũ creditoribus contra mulierem.

¶ Ad quorũ verã intelligẽtiã eſt ſciẽdũ, ꝙ ſeruo ſecundo obligato & ſolidũ ſoluẽte cõpetunt remedia quæ ponũtur in l. j. C. de trãſactio. ſunt autẽ diuiſionis ordinis, diuiſionis actionis vtilis, etiã vt cõtra tamẽ cęteros fideiuſſores & tutores diuerſimodè cõpetãt, ſecũdũ not. in d. l. Modeſtinus. in l. j. & aut. ibi poſita, vbi quãtũ ad correos videatur ꝓbare Cy. Bal. C. de duo. reis. ¶ Quãtũ ad alia remedia quæ ſunt ceſſionis & donationis, diuiſionis ceſſionis, nihil ad propoſitum, ideo me remitto ad notata in legibus ſuprà allegatis. ſufficit habere ꝓ firmo & cõſtãti, quòd arguitur de vtili actione quæ ſuccedit in ſubſidium & loco actionis, vt ſit verũ dicere, cũ mulier teneatur pro media parte ad ſolutionẽ debitorũ per maritũ, & nõ ſit obligata ſuo nomine, aut ſi ſit ꝑ cõuentionẽ expreſſam ſecũdũ formã articuli ſeq. quo caſu poſſunt cõueniri ſoli, aut ſecũdũ formã ſtatuti pręcedẽtis quõ ſemꝑ declaratũ eſt. ſ. cõditione ex l. & in hoc caſu ſunt vir & vxor, & ſocij & mariti hæredes cõueniãtur inſolidũ. & agitur inſolidũ cõtra ipſos hæredes, quia licet per creditores nulla facta fuit ceſſio, æquũ certè fuit illis ꝓuidere de remedio cõpetẽti, qđ eſt ex diſpoſitiõe iuris illa vtilis actio q̃ ſuccedit loco ceſſionis, q̃ vt de iure iſto caſu & ſimilibꝰ cõpetit, ſic etiã de

constitutione

constitutione cõpetere debuit per iura suprà alleg.maximè per Bar.in d.l.Modestinus.ff.de sol. & istud reme-
dium,ista actio recursoria,de qua suprà sum loquutus:cũ enim casu quo solués solidũ potest implorare benefi-
cium cessionis,eo casu si solués nõ petat sibi cedi,statim trãsient in ipsum vtiles actiões ipso iure.d.l. Modesti
nus. ¶Sed quid opus fuit cauere per statutũ,cũ procedat ex iuris dispositione? dico quod prodest scđm quod
nuper dixi,*quia dispositũ à iure potest in cõsuetudiné reduci,vt rectè per Bar.in l.j.ff.ad legẽ Fal.in l.de quib⁹. 8
ff.de legi.& habet istud statutũ fundamẽtũ in iure in reo, ꝙ vnus ex correis habet actioné cõtra aliũ licet solue
rit volũtariè.intelligẽs.l.primã.& ibi not.C.de duo.reis. vnde cũ vir & vxor sunt cõmunes & correi,secundũ
quod dixi,igitur &c. addo etiã si esset verũ dicere mulieré nõ esse primò obligatã (quòd tamen ostẽdi)neces-
se tñ meritò ex natura correorũ datur hæredib⁹ viri regressus cõtra mulierẽ,secũdũ notata in d.l.j.C.de trãsac.
Bar.in l.vt fideiussor.ff.de fideius.not.per Bar.in iiij.q.princi.in d.l.j.& aut.ibi posita.C.de duo.reis.possint tñ
vltra remediũ,licet possint hæredes petere à creditoribus quibus soluerint cedi sibi actiões cõtra mulieres,se-
cundũ no.per Bar.in l.cũ is.ff.de fideiusso.in l.Modestinus.ff.de solu.cũ similib⁹.cũ ipsa mulier pro media par
te sit obligata modis suprà declaratis:quia si nõ esset obligata,fortè esset secus,& esset in hoc casu remediũ hu
ius articuli singularissimũ,vnũ est tñ remediũ, ꝙ si cessio posset isto casu ꝓcedere,quòd debitor fieret ꝑ cre-
ditoré ante solutioné sibi factã,quia post solutioné nõ valeret,nisi pacto de cedẽdo præcedente.casus est in d.
l.Modestinus. ¶Hinc satis apparet hoc remediũ huius statuti vtilis actiõis esse summè necessariũ, cũ materia
cessionis sit difficilis & intricata.de qua vide singularẽ distinctioné in d.l.Modestinus.* & nõ est opus quære 9 *Si mulier totum soluerit, quid iuris.*
re quid de casu cõtrario,videlicet si mulier totũ soluerit an possit ab hæredibus viri per vtilẽ actioné medieta
tem petere per remediũ huius statuti,quia mulier nõ potest pro toto debito exigi,sed tantũ pro dimidia parte,
secundũ ꝙ est dictũ suprà. ꝓ qua dimidia parte statutũ eã obligat,vt suprà amplè declaraui. tñ si volũtariè sol
uit,quod potest accidere,quæritur quid iuris? & in hoc videtur esse difficultas, & omissa illa disputatiõe de vo
luntaria obligatione vel necessaria,dicemus post Bar.in d.l.Modestinus.in j.col.ibi, anteq̃ tertiũ . ꝙ cũ vir &
vxor sint socij & correi,& duo correi debẽdi,vt suprà declaraui articulo ꝓximo , & tractatur de primitiua o-
bligatiõe,ex quo cõmodũ fuit cõmune,negotiũ pertinet ad vtrũq;,quòd tũc per creditoré debetur cõtra cor-
reũ debitoré pro illa parte soluta fieri cessio soluẽdo,vt notatur per gl.in l.vir vxori.§.fi.ff.ad Velleia. per Bar.
in l.reos.in prin.ff.de duob⁹ reis.& a pari ꝓcedũt cessio & ista vtilis actio,scđm notata.in l.j.C.de trãsactioni
bus.sequitur ꝙ isto casu habebit ista mulier vtilé actioné,& remediũ huius statuti cõtra hæredes.& est minor
difficultas in hac actione vtili q̃ in cessione, quia dissoluitur obligatio,secundũ qđ declarat Bar. in d.l. Mode-
stinus.quæ per soluenté volũtariũ est dissoluta , ideo cessio videtur impossibilis,cũ per solutioné fuit sublata
omnis obligatio.institu.quibus modis tollitur oblig.l.Papinianus.ff.mãdati.& hoc si solués soluat nomine il-
lius cõtra queẽ petit cessioné.& in hoc casu nihil operetur pactũ pręcedés,nec dispositio d.l. Modestinus. ¶Sed
quid si fortius dico,qđ cessante distinctiõe huius statuti erat bona ratio,& iurisdispositio , ꝙ hæredes viri sol
uẽtes totũ,& cõpulsi soluere repeterẽt medietaté ab ipsa vxore tá per supradicta, q̃ ex natura correorũ,ex quo
iure & natura eorũ est verũ dicere in casu cõtrario,si mulier soluat poterit ab hæredib⁹ viri repetere. pro quo
facit quod voluit Bar.in d.l.j.& aut.ibi posita.C.de duo.reis.in 30.col.ibi,secundò quęro.*vbi quærit,quid si 10 *Vno ex correis soluente, an repetat.*
vnus ex eis correis soluit,an repetat. & dicit ꝙ aut duo rei obligãtur ex mera liberalitate , & tũc aut sunt socij,
ꝙ vnus solués repetit ab alio actiõe pro socio: aut nõ sunt socij,& nullo modo repetit. l. in lege Falcidia hoc
obseruandũ.ff.ad legẽ Falci.aut nõ obligãtur ex mera liberalitate, & tunc aut totũ negotiũ peruenit ad soluẽ-
dũ,vt quia tota pecunia peruenit ad eum:vel alio modo,& ille nihil repetit,nec negocium pertinet ad alium,
& interdum ab alio petit sciẽs ad eũ pertinere in totũ vel in partem.vt in l.j. C.de duo.reis.in l.nec quicquã.
ff.de exer.&in l.habebat. ff.de instituto.actio.& istis casibus contraria actione agit , secundum Bar.vbi suprà,
quòd aut omnes sunt obligati ex propria cõuẽtiõe,& vnus præsente alio , & tũc solués repetit partem actione
mandati.l.si remunerandi.§.si passus. & l.qui patitur. ff. mandati. l. Iulianus.§.j.ff.de verb. obl. iste articu.est
decisio articuli sequentis.aut vnus obligatur altero absente , vt fit communiter , ꝙ vir se obligat absque mu-
liere,quando tamen ex statuti dispositione tenetur ea obliga.quam suprà articulo proximo declaraui . & tunc
si sunt socij,aut sunt socij,vt sunt vir & vxor, & tamen alter ab altero repetet actione pro socio. d.l. nec quic-
quam.ff.de exerci.aut non sunt socij,& non habent beneficium diuisionis,& sic quia negotiũ nõ poterit expe
diri pro parte,& si debitũ fuerit cõtractũ ratione rei corporalis,ita quòd cadit in iudiciũ cõmuni diuidũdo,&
iterũ repetet per actioné cõmuni diuidundo.d.l.qui habebat.§.fi.ff.de instit.aut fuit contractũ debitum simpli
citer,vt quia pecuniã acceptã deferunt, & tunc quilibet conuertit in suos vsus , & iterũ habet locũ cõditio ex
l.j.C.de duobus reis.si verò habebat beneficiũ diuisionis,& sic negotiũ poterat expediri per partem.& tũc ha
bet locum actio negotiorũ gestorũ.l.si omnes.ff.de negotiis.gest.l.hæredes.§.itẽ si vnus.ff.fami.hercíscũ.hęc
est distin. Bart.quã sequuntur cõmuniter doc.Bal.d.l.& Sali.in d.aut.idẽ Bar.in iisdẽ verbis,in l.reos.in ij.col.
ibi,quæro qua actiõe.ff.de duobus reis. ex qua poterit colligi ratio huius statuti & quęstionis suprà formatæ.

IN TEXTV IBI, *Oblige seulement.*

ADuerte quia hoc casu si maritus & vxor essent obligati , creditores nõ possunt agere insolidum ad totum
debitum,quia limitata causa limitatum producit effectum,& etiam quia est tantùm permissum creditori-
bus agere insolidum contra hæredes mariti quando maritus est solus obligatus.& ideo consuetudo non vltrà *Dictiones taxatiuæ.*
extendatur quàm sit in ea statutum,& satis denotat consuetudo sequens. ¶De dictione autem solũ & solũ-
modo quid importent,& dictione solus & aliis dictionibus taxatiuis,vide Decium.in l.j. C.de bono. posses.
contra tabulas.vide suprà in §.j.huius titu.in gl.penul.

IN TEXTV IBI. *Pour la moytié de la debte.*

SED quæro,*quæ actio detur cõtra vxoré mortuo marito in media parte debitorũ mariti , nã nõ est dubiũ 1 *Cõditio ex lege quãdo habeat locũ.*
ꝙ nulla datur de iure.C.per totũ,ne vxor pro marito.dic ꝙ petãt creditores ab vxore dimidiã partẽ debiti
cõditione ex lege,quæ oritur ex hac cõsuetudine,que est lex municipalis,maximè cũ non exprimatur in hac cõ
suetudine causa quæ cadat in formã contractus vel quasi,prout voluit Bar. in l.si duo. §. si quis iurauerit. circa

mediũ,versi.vel pone,dicit statutũ.ff.de iureiu.& dicit Spe.ti.de feudis.§.v.& de instrumẽ.editio.§.xiij.versi.
2 Cõditio ex lege quã lo habeat locũ. sed quo iure.de obligatio.& solutio.§.cæterum.versi.vlterius nota. * ꝙ conditio ex lege habet locũ quotiescunque ex l.inducitur obligatio,nec dicitur in illa l.qua actiõe agatur,sed sic est ꝙ hic dicitur in cõsuetudine ꝙ mulier mortuo viro q̃ participat in acquisitis & mobilib⁹ potest cõueniri,& cõuenitur ꝓ dimidia parte debiti, & nõ dicit qua actiõe,ergo datur cõditio ex hac lege.& ista cõditio ex lege q̃ oritur ex statuto,oritur statim ꝙ est cõditũ statutũ,cũ semper loquatur.l.Arriani.& ibi Bar.C.de hære.sed quærũt multi an ista cõpetat ex legib⁹ nouis,& quæ etiã fuerũt introductæ post digestũ vetus,quare cõpositores iuris cõposuerũt eã in ff.veteri. Rofre.in libellis.tit.de cõditio.ex lege.dicit ne ideo videatur ille liber esse imperfectus,cõditores q; illũ imperfectum fecisse,licet enim nullum exemplũ possit haberi de hac cõsuetudine in ff.veteri, tamen cũ tractauerũt in illo libro de conditionibus, apposuerunt & de ista. ¶ Et exempla huius conditionis ponit idem Roffre.ibi, quæ habuit à domino Ioanne,& in quibus habeat locum hæc conditio.

3 Regula. CAnonistæ faciunt de hoc regulam dicentes,* ꝙ quando lex indicit aliquã oblationem , & nõ prouidet de nomine actionis,tunc datur conditio ex lege,vt no.gl.in c.cum liberum.de sepultu. & in c.si canonici.de offi.ordina.in sexto.& de hoc est tex.qui facit ad hanc regulam in l.vnica.ff.de conditio.ex lege.de qua regula vide Panormi.in c.sæpe.in iij.colum.extrà,de resti.spolia.

4 Cõditio ex lege an sit actio, 5 an officiũ iudicis. SED quærit* ibi Panor.nũquid cõditio ex lege sit actio,an officiũ iudicis.& facit distinctionem,an detur officiũ iudicis,vel actio ex obligatione quæ oritur ex lege. quã quidẽ distinctionem habuit à Bar. in d.l.j.ff.de cõditio.ex leg.& dicit* ꝙ aut verba legis referũtur ad partes,aut ad iudicẽ, aut impersonaliter. primo enim casu qñ verba legis referũtur ad partẽ,tũc oritur actio,& ita vt dicit, debet intelligi.l.ij.ff.ad legẽ Aquil.& l.item veniunt.§.pridie.ff.de petit.hæredita. & ideo in casu nostræ cõsuetudinis verba dirigantur & referantur ad partes,quando dicitur,*ou agir contre sa femme pour la moitié du debt.* ideo datur actio,quę dicitur conditio ex lege. idem etiam dicendum est in omnibus interdictis restitutoriis,prout dicit Bar.in d.l.j.

SEcundo verò casu qñ verba diriguntur ad iudicẽ, tu dic ꝙ gl.est in l.si soror.C.de collatio. ꝙ quãdo verba legis diriguntur ad iudicẽ,tũc datur officiũ iudicis.& idẽ dicit gl.in l.si res obligata.in gl.vlt.in fi.ff. de legatis.j.& illã gl.multũ cõmẽdat do.meus Ias.in d.l.si soror.quã legit cũ l.ea demũ.C.de coll.& in l.is apud quẽ.in prin.ij.col.C.de edẽdo.& l.sanci.in j.col.C.de iudiciis.Bar.tñ in d.l.j.ff.de cõdi.ex lege.& Pa.ĩ d.c.sæpe. in iij. col.dicũt illud esse verũ qñ lex procedit affirmatiuè,secùs si negatiuè,quia tũc nõ datur officiũ iudicis,sed magis datur actio ei ad cuius vtilitatẽ verba fuerũt ꝓlata,l.j.ff.qđ metus causa.vbi prętor dicit,qđ metus causa gestũ est ratũ nõ habebo.licet eñ verba referũtur ad iudicẽ,tñ qa referũtur priuatiuè,nõ pariẽt officiũ iudicis,sed actionẽ parti ad cuius cõmodũ priuatio inducitur. ¶ Et intelligit adhuc prędicta do.Pa.qñ verba legis disponunt circa factũ,puta vt aliquid restituatur: si autẽ directè disponerẽt circa ius agẽdi,tũc datur actio: si verò referuntur verba ad iudicẽ affirmatiuè,tũc semper cõpetit officiũ iudicis.l.j.iuncta.l.quod si minor.in fi.ff.de mino.
6 & ita intelligẽda est gl.in d.l.si soror.hinc dicit Bar.in l.solẽt.in ij.col.ff.de alimẽ.& cibariis lega. * ꝙ si statutũ disponat quòd iudex tale quid faciat,ex illo statuto oritur solum officium iudicis,& non cõditio ex statuto.per
7 quod limitatur doctrina Barto.in l.omnes populi.in vlti.quæstione.ff.de iustitia & iure. dicentis * quòd ex statutis oritur actio quæ dicitur conditio ex statuto. facit & adhuc regula glo. in l.cum satis.C. de agrico. & censi. lib.xj.quam Bar.ibi,in ij.col.multum notat pro statutis dicentibus quòd iudex prouideat ne damna dentur iuniori,aut inferantur.cum vigore illius statuti nulla nascatur actio , sed solum potest officiũ iudicis implorari.

SVbdit tamẽ ibi Bar.ꝙ si statutũ dicat ꝙ iudex debeat tueri tales iuniores patientes,tunc orietur actio ex tali statuto.& explifico ꝑ l.statuas.ff.de acqui.rerũ do.sed in hoc magna est differẽtia,quia in secũdo casu verba ꝓferũtur impsonaliter,in primo verò expressè dirigũtur ad iudicẽ affirmatiuè: ideo stat regula firma.do.meus Ias.qui semper scrutatur,cõtra hãc regulã ponderauit duos tex.s.primò tex.in l.si pascẽda pecora. C.de pactis. vbi verba legis expressè referũtur ad iudicem,& tamẽ datur actio.do.meus in d.l.si pascenda,dicit quòd illa regula debet intelligi quando verba referuntur in futurum,puta iudex tale quid faciat,sed quãdo proferuntur in pręsenti,prout in d.l.si pascenda.quãdo dicit,per iudicẽ cõpellitur,tunc oritur actio,sed pro certo do.meus,salua eius reuerentia,somniauit illam solutionẽ,& nõ credo quòd multũ in ea cogitauerit,quia expressè tex.quẽ ipse allegat cõtra dictã regulã facit de directo.allegat enim tex.in l.si tibi.C. locati.vbi tex. loquitur in futurũ, & verba referũtur ad iudicẽ,& quod plus est personaliter,& tamẽ datur actio,& nõ officiũ iudicis. Quid ergo dicẽdũ? video satis bonã respõsionẽ in d.l.si pascẽda.quia loquitur ad iudicẽ impersonaliter, nimirũ si datur actio,cũ quãdo verba referũtur ad iudicẽ impersonaliter datur actio. per l.ad statuas.ff.de acquir.rerũ domi.& aut.sacramẽta puberũ.C.si aduersus venditionem.& ita tenet Pan.in c.sæpe.& Bar.in d.l.vnica.ff.de conditio. ex lege.contra tamen hunc vltimũ articulũ distinctionis videtur facere decisio domini Cardina.Florentini in
8 cle.j.in xix.q.de re iudica.vbi dicit * quòd quotiescũque statutum vel lex dicunt, talis nõ admittatur per iudicem ad agendũ,isto casu iudex debet parte etiã non petente eum repellere.ergo est in officio iudicis repellere talem,& non per viam actionis & tamen loquitur impersonaliter,dirigendo verba in iudicem.

ADDITIO. De materia quãdo verba cõstit.statuti , aut legis diriguntur ad iudicem,& ita oritur officiũ iudicis, quod debet parti impartiri etiam si non petat , vide amplè Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit,exceptiones.in vj.quæstione primi notabilis,in ij.lib. vbi dicit quòd si non fiat per iudicem,& vltrà procedatur,actus est nullus. *

ADuerte etiã ad supradictã regulam, quòd si plura remedia imponãtur alternatiuè in iure in ciuilibus, etiã si verba dirigantur ad iudicem, officium iudicis cessat,quia datur electio rei. ita Pan.in c.prout.in iiij.col. versi.ex prædictis nota.extrà,de dolo & contuma.refert & sequitur Feli.in c. inter cęteras.in v.col.versi.vj.restrictio.extrà,de rescriptis. relinquo dubitandum de contrario facto. per l.si tibi.C.locati. quod videtur mihi multùm restringere,cùm verba dirigantur ad iudicem expressè,affirmatiuè,personaliter,& in fururum.

9 Actio natiua quæ. SEd quæritur * nũc, an ista actio quæ prouenit ex dispositione legis sit natiua vel datiua. nã aduertendũ est quòd natiua actio dicitur quæ habet materiã sufficientem præexistentẽ à qua oriatur: datiua verò quæ nõ habet

habet materiam ſufficientem à qua oriatur.ita dicit Bart.in l.iuriſgentium.verſicu. & ideo puto.ff.de pact. & dicit dominus meus Iaſon in §.j.in iij.col.inſtit.de actio. quòd talis actio datur ſine obligatione matre præambula.quod eſt contra id quod dicitur,* quòd obligatio eſt materia actionis,quia illud eſt verum in actione natiua,& non datiua. ſed aliter declarat Ang.in l.ſi furioſo.ff.ſi certum peta.& iſta actio quæ hîc datur contra mulierem,cùm non habeat obligationem præcedentem quæ ſit eius mater præambula,dicitur datiua,& nō natiua.vel poteſt dici aliter quòd alia erit actio quæ ex obligatione legali deſcendit.non inſiſto.

Quæ datiua. 10

§. DVODECIMO.

ET ſe les creāciers agiſſent pour le tout contre les heritiers du mary treſpaſſe, leſdictz heritiers auront leur recours pour leur intereſtz, & pour la moytie du debt a la ladicte femme.

IDEM in comitatu Niuernenſi. ¶ De hac actione recurſoria dixi plenè in glo.præcedenti,ibi, & quia iſte articulus.hîc non repeto.

SEd hîc poſſet quæri de quæſtione. creditores agēt mortua vxore cōtra maritū pro dimidia parte,& cōtra hæredes vxoris ꝓ alia dimidia,an poſſint,& an poſſint hæredes vxoris opponere & dicere ꝙ nō intēdūt habere cōmunitatē cū eorū patre ratione bonorū, & quòd ſi caſus accidat de morte patris,ꝙ intēdūt facere renūciationē quā potuiſſet eorū mater,ſecūdū §.xix.īcipiē. *Entre gēs nobles*,infrà hoc eo.tit.de hoc caſu,an poſſint hæredes vxoris cōueniri cū marito obligato,nihil diſponit cōſuetudo noſtra in aliquo caſu,ergo eſt ad ius cōmune recurrēdum.quid autem ſit dicendū de iure,an poſſit agi cōtra vnum ex correis debēdi,nō tamē principaliter,aut cōtra hæredes vnius ſocij qui nō erat obligatus, dixi ampl è in glo.j.præcedētis §.& videantur notata per Bar.in l.Modeſtinus.ff.de ſolutio. dixi etiā in d.§. *Entre gens nobles*.hîc non aliud dico,cum caſus ſit in facto.Vide etiā ſtatim poſt,in glo. ſequē. ¶ Et nunquid ſoluens pro alio habeat actionem contra eum ad recuperandum illud quod ſoluit? glo.in l.Stichum.§. ſi ab alio.ff.de nouatio.dicit quòd non.& gloſ.in l.ſoluendo.ff. de nego. geſt.dicit quòd ſic.tu concorda vt per Barto. in d.§.ſi ab alio.& vide Barto.in d.l.Modeſtinus.ff.de ſolutio.& in l.reos.ff.de duobus reis.

Quæſtio.

SEd pro hac cōſuetudine aduertēdū eſt multū ad l.vir vxori.§.fi.ff.ad ſenatuſcō. Velleia.vbi tex.& gl. dicūt * quòd duo rei debendi vidētur inuicem fideiubere,niſi ſint ſocij.Si ergo ſint ſocij vir & vxor,& ſint debitores,dicuntur duo rei debendi,& quod vnus pro alio ſoluit, ab alio repetit actione negotiorum geſtorū, quæ oritur ex ſolutione,quia fictione iuris vnus pro alio fideiuſſiſſe videtur. Cùm ergo hæredes mariti intrēt in locum vnius ex ſociis qui dicuntur adinuicem fideiuſſiſſe, ſi ſoluat totum debitum, repetit ab alio correo debendi,ſcilicet ab vxore,vt de hoc facit text.in l.Vrannius.ff.de fideiuſſo.

1 Duo rei debēdi inuicē fideiuſſiſſe præſumuntur.

ADuerte etiam quòd dicit Io.Andr.in c.fi. de foro competen. quem ſequuntur ibi alij, & refert & ſequitur Soci.in cōſi.xxvj.in v.col.quòd ſi quis ſoluat pœnam pecuniariam pro cōdemnato corporaliter, ſi nō ſoluat pecuniariam poteſt ab eo repeti.Et idē ponit Alex.in apoſtillis ad Bar.in l.non tātū.ff.de appel. ¶ Aduerte,*ꝙ ſicut creditores poſſunt agere cōtrà hæredes pro eorū debito, ita etiā cōtra donatarios omniū bonorū.Ita tenet Guido pape quæſtione ſua cv.& quæſtione cccclx.glo.& doct.in l.æris alieni.C.de dona.

2 Creditores agere poſſunt cōtra donatarios omniū bonorū

IN TEXTV IBI, *Agiſſent pour le tout.*

VT iam dictū eſt,maritus & vxor ratione ſocietatis quæ eſt inter eos ſunt rei debēdi ſimul,qui vidētur adinuicē fideiubere,vt facit tex.in d.l.vir vxori.§.fi.ff.ad Vellei. Ergo videretur quòd ab vno nō poteſt exigi totū debitū,niſi duobus cōcurrentibus.ſ. aut vxor ſit abſens,aut quòd deuenerit ad paupertatē,ita quòd ſit ita inops quòd ab ea nihil poſſit exigi.aut.hoc ita.C.de duobus reis.Et dicit ibi tex.quòd ſi ambo ſint pręſentes & ſoluēdo,& non ſit conuentum quòd ambo ſint cōueniendi,quòd debēt ambo cōueniri.Et tamē hîc dicitur & in cōſuetudine præcedēti,ꝙ poteſt inſolidū vnus cōueniri,& ab eo totū exigi. ¶ Tu dic ꝙ iſtud eſt eo quòd,vt dictū eſt,vnus pro alio fideiuſſiſſe videtur. Et ideo ne hæc cōſuetudo ſit cōtraria alteri conſuetudini noſtræ,quæ eſt infrà in tit.*Des rentes uendues a reachat*.§.ij.incipiente,*Le creancier*.vbi eſt dictū,quòd creditor poteſt cōuenire principalem debitorem & fideiuſſorem,æquū fuit ordinare quòd etiam in hoc caſu vnus poſſet cōueniri pro toto debito.Sed hoc caſu hæredes habebunt recurſum pro quota debiti cōtra mulierem, per quem recurſum cogent mulierem ad identitatem illius mediæ partis per eos ſolutæ. ¶ Sed quid ſapiat hęc vulgata actio recurſoria ſiue regreſſoria,quæ videtur eſſe multis incognita, & quia ſtatutū ſeu conſuetudo vtitur verbo intereſt, vt ſcilicet iſta actio competat hæredibus viri cōtra mulierem pro intereſſe quod haberent ratione ſolutionis iſtius mediæ partis,& materia intereſſe ſit difficilis,& diffuſè circa illam inſudant doctores,nō intendo nunc inſiſtere,ſed ſolū nunc dico quòd ſtatuentes accipiunt hîc,intereſſe, pro duplici effectu, vt ſcilicet intelligant etiam iſtā actionem ad intereſſe ratione illius mediæ partis quæ eſt totale intereſſe. & copula, &,ibi poſita ſtat ſolū declaratiuè,vt.ſ.intelligant iſtā eſſe actionē ad intereſſe,& ſic regreſſus contra mulirē ꝓ dicta media parte tātū,& non plus,dicerē quòd poteſt eſſe actio ad intereſſe,& etiā pro media parte ſoluta,cū ſcilicet intereſſe in pluribꝰ poteſt cōſiderari,quòd.ſ.ſi interueniat hæredibꝰin ſoluēdo plus ꝗ debeāt,puta quia cogātur vt accipiāt pecuniā ad vſurā,aut aliud intereſſe,quòd mulier tenetur ad tale intereſſe, & ad mediā parte debiti ſoluti,quia actio ad intereſſe & ſolutiōis medię partis ponūtur vt diuerſa ꝓpter dictionē, &.cogita.

Intereſſe quomodo hic accipiatur.

§. DECIMOTERTIO.

ET ſe leſdictz mariez ſont obligez enſemble, leſdictz creanciers pourront agir ſelon la forme de leur obligation.

IDEM in comitatu Niuernē. ¶ Iſto enim caſu nō eſt dubiū ꝙ ſi maritus & vxor ſint obligati, ꝙ vnuſquiſq; ꝓ parte ſua,ſcilicet pro dimidia parte debiti,poteſt cōueniri.nā tunc virtute obligationis adinuicē factæ ſunt duo rei debēdi,ita quòd iure antiquo poterat vnus cōueniri pro toto debito:hodie verò quilibet pro parte ſua,niſi in caſibus de quibus in aut.hoc ita. C.de duobus reis.

Quæstio SED quęro de vna quęstiõe de quá fui interrogat⁹,*maritus & vxor sunt simul obligati de cẽtũ ducatis cuidã tertio,cũ autem maritus ad mortẽ venit,vxor secundum formam consuetudinis nostræ hìc positæ renũtiat acquæstibus & immobilibus,obseruãdo solẽnitates de quibus in dicta consuetudine seq.quę incipit, *Entre toutes gens nobles*. nunquid ex tali renunciatione sit liberata etiam de debitis de quibus est obligata cum marito,an tantùm de his de quibus maritus est obligatus,ad quæ virtute cõmunionis & societatis tenebatur, licet ad ea non esset obligata? videretur dicendũ quòd non,nam ex quo est obligata ipsamet, videntur nunc cessare dispositiones consuetudinũ nostrarũ,dicentium ꝙ sit debitrix in media parte debitorũ mariti,ex quo participat in acquæstibus & mobilibus, quia etiam attenta obligatione sua si nõ esset communis cum marito & socia,esset tamen pro sua parte rea debẽdi.nam ex quo est obligata vxor cũ marito,est astricta ad soluendũ ex

2 Obligatio iuris vinculum. necessitate, & vinculo iuris , * cùm obligatio sit iuris vinculum , quo necessitate astringimur alicui rei soluendæ.si est iuris vinculum,quo necessitate astringitur ad soluendum,est obligatio,si ergo est obligatio,& sit obligata vxor, ergo necessitate & ex iuris vinculo tenetur ad soluendum, prout dicunt tex. & gl.in §.j. insti. de actio.& maximè cũ sit personaliter obligata, & sit obligatio descendens ex aliquo contractu,quę quidẽ obligatio personalis sequitur personam.Spec.in tit.de emptio.& vẽdi.§.j.versi. sed pone. & nõ solũ partem patrimonij,sed acquisita per eam & maritũ & mobilia,sed etiam totum patrimonium debitoris obligati personaliter est obligatũ & hypothecatum.l.si fideicõmissum.§.tractatũ.& ibi glo.& Bar.ff.de iudiciis. ex quo non solùm bona acquisita per eã & maritum eius sunt obligata pro tali obligatione facta per ipsam personaliter, sed etiam totum patrimonium eius . Sequitur ergo ꝙ dimittendo & renuntiando parti bonorum nõ est liberata adhuc à dicto debito,nisi totum eius patrimonium dimittat & derelinquat.

COnsuetudo tamen nostra sequens,quæ incipit,*Entre gens nobles*. suprà allegata, videtur facere in contrarium,nam dicit quòd est liberata à debitis per maritum eius & ipsam. Non enim facit diffirentiam an coniunctim vel diuisim,& ideo nec nos distinguere debemus.l.de precio.ff.de publicia.

QVicquid sit,teneo primã,hac ratione,nã mulier quæ nõ est obligata, quæ tamen tenetur pro dimidia parte debiti,est solũ ea ratione,quia habet dimidiã partẽ acquisitorũ quæ fecit maritus, & si hac ratione sola tenetur,tũ etiã si non sit obligata,tenetur mulier quę se obligat, nõ solùm illa ratione, sed quia se obligauit. Renuntiãdo ergo acquisitis & mobilibus nõ tollit omnẽ causam obligationis , quia remanet adhuc alia, scilicet quia est ipsamet obligata,& promisit,ergo si non ea ratiõe & causa,quia participat in acquisitis & mobilibus tenetur ad debitũ,saltem ea ratiõe,quia est obligata & promisit.*Nam cùm sint duæ causæ,aut plures,

3 ad minus sufficit ꝙ vna remaneat, quia quando reperiuntur plures rationes, licet vna tollatur , si alia remanet firma,remanet etiã firma dispositio.Ita notant doct.maximè do.meus Ias.in l.vt liberis.in vj.col.C.de colla. & in l.in testamẽto militis.in vj.col.C.de test.mili.& in l.ij.in j.col.ff.de cõdi.ob cau.per doctrinã Bar.in l.si vẽtri.§.in bonis.post gl.ibi.ff.de priuil.credi . Ex quo ergo vxor est obligata ad dimidiam partẽ debitorũ mariti in casu isto propter duas causas,scilicet quia est socia in acquęstibus & mobilibus cum marito,& etiam quia est cũ ipso obligata,& etiã promisit soluere,cessante vna causa,scilicet quia nõ participat in acquæstibus & mobi

4 libus per eius renunciationem , non tamen cessat alia, scilicet eo quòd ipsamet est obligata.* Vnum tamen est quod me facit vacillare, quòd si maritus & vxor vendant simul fundum vxoris,& nescitur ad quem peruenerunt pecuniæ, quòd in dubio est præsumptio quòd peruenerunt semper ad maritum.Bal. in aut.si cua mulier. C.ad Velleia.Ludo.Ro.in l.si cũ dotem.§.transgrediamur.ff. solu.matrimon. Pau. de cast. in consi.suo xlj.incipen.visis & consideratis.in consiliis antiquis,in impressione noua.Ang.areti.§. est & aliud.in iij.col.insti.de dona.licet Bar.videatur contrarium tenere in consi.suo cxxiiij.& Bal.in l.fi. ff. de iure dotium. ex quo videtur quòd licet mulier sit obligata cũ marito,tamen est præsumptio quòd pecuniæ peruenerunt ad maritum, ideo hæredes eius in totum teneri debent.dicam latiùs in dicta cõsuetudine infrà,isto titu.§.xx.

ITem hìc habetur quòd si maritus & vxor sint simul obligati , ꝙ vterque tenetur , quæro quid si simul acquirãt,an maritus renunciando possit præiudicare vxori? vide suprà in cõsuetudine seu in §.iij. incipien. *le mary constant le mariage*,in glo.*soit que lesdictz acquestz*.in hoc eo.titu.

5 POsset*hìc quęri de marito qui ædificauit domũ in fundo vxoris,an hæredes eius possint repetere, vel ecõtrà.vide per tex.in l.sed si vir.§.si vir vxori aream.ff.de dona. inter virum & vxo. & per Alex.& Roma.in l.j.§.nunc videamus.in iiij.& v.fallen. ff.de no. ope.nun.& dixi alibi.& ille text. est contra text. in §. ex diuerso. institut.de rerum diuisio.dixi suprà in §.vj.in glo.*ne aultrement au proffit lung de lautre*. & illa consuetudo multum vrget , quòd tale ædificium non cedit solo , eo quòd est inter eos prohibita donatio,per rationem Alex.in §.nunc videamus.in quinta fallẽtia.& Soci.in suis fallentiis,in litera E.in verbo ædificiũ.quando alle-

Limitatio cõsuetudinis nostræ. gant glo.in l.si vxor filio.ff.de dona.inter virum & vxorẽ. ¶ Sed quia maritus potest disponere de bonis mobilibus eius vita durãte,videmus cõmuniter obseruari ꝙ tales expẽsæ nõ repetũtur. & est magna limitatio ad illã cõsuetudinẽ.& hoc casu quod vna via prohibetur,permittitur & altera.quod fieri nõ debet.c.tuę.de procuratoribus.Nam maritus prohibetur aliquid dare vxori, aut aliquid facere quod vergat in eius vtilitatem, & tamen videmus quòd si ædificauerit domum in solo vxoris , quòd illud ædificium acquiritur vxori. & in hoc nõ est dubiũ,nec repetit expen.vt videmus cõmuniter obseruari.nescio tamẽ quid fieret,si casus eueniret in facto in magna impensa,& credo ꝙ magnæ impẽsę habeatur ratio & cõsideratio,ita ꝙ repetũtur.quia dispositio iuris est,& nihil est decisum per cõsuetudinem nostram,ideo recurrendũ esset ad ius comune,nec valeret dice

6 Nõ recedendũ à cõmuni obseruantia. re,quòd ex quo ita cõmuniter solet obseruari,nõ debet immunitari.& dicit Alex.ĩ cõsi.xxvij.in j.vol.* ꝙ nõ est recedendũ à cõmuni obseruãtia.& faciũt quæ dicit Pan.in c.cũ ad sedem.de restit.spolia.& dominus meus Iason in l.rem quæ nobis.in j.notabi.ff.de acquir. pos. quia ex quo istud non est scriptum in consuetudinibus nostris,recurrendum est ad ius commune, nec has nostras consuetudines possumus per aliquam aliã consuetudinẽ, nisi sit scripta in hoc nostro volumine,(vt habetur infrà in fine seu conclusione harum consuetudinum) interpretari. igitur &c.Cogita,quia si casus eueniret in ardua causa , esset fortè casus pro amico. ¶ Vide Boerium in consuetud.septenæ Bituricen.titu.de consuetudi.matrimonij.in gl.j.ibi,sed quæro,maritus.

Aduerte

ADuerte tamen ad id quod dicit Bal.in l.j.ff.de rerum diuisio.in vij.& viij.q.quòd si vasallus construxit ca-
strum in re feudali vel prędio,castrum dicitur feudale. ex quo dicto & quibusdam aliis Ioan. Lupus susti-
net quantum potest,legem regni Hispaniæ dictantẽ ædidificium factum in re vxoris non esse repetendum. ita
dicit in repetitione de donatio. inter virũ & vxorem.§.lxij. vbi etiam dicit vnum singulare, quòd expensæ fa-
ctæ in re subiecta restitutioni possunt repeti. *

PRO interpretatione huius articuli est sciendum,quomodo vir & vxor possint simul obligari in hac patria
consuetudinaria, in qua facit dubiam difficultatem quòd mulier nullo modo potest contrahere,vel quasi
esse in iudicio,testari, vel per viã vltimæ volũtatis aliquid facere sine licentia viri sui, prout amplè dictũ est su
prà arti.j.huius rubricæ siue tituli,quinimmo si in casu à statuto permisso, puta in casu mercãtiæ ab illo statu-
to excepto, ipse maritus in solidũ tenetur. dico,ꝙ imò potest mulier obligari ex omni casu,cum viro, & sine
viro,& potest procedere dispositio huius articuli,vt puta viro consentiente secũdũ dispositionem illius articu
li j.suprà,eod.tit.quo casu procedit hoc statutũ,& erit verũ dicere quòd erũt duo rei & socij, vt amplè decla-
ratum est suprà articulo proximo. ¶ Item poterit esse quòd ante cõtractũ eorũ matrimonij erũt obligati & si-
mul pro aliqua causa,& licet non sint vir & vxor, tamen erunt duo rei,vel aliàs secundũ formã suæ obligatio-
nis & negotiationis : vel fortè vnus erit proprio nomine obligatus, alius tãquam hæres obligati & correi cui
successit,& sic tanquam hęres obligati succedet in obligatione cum altero,& sic reperirent se vir & vxor obli
gati simul,quo casu succedit quod hîc habetur in hoc articulo,quòd scilicet creditores poterunt agere secun-
dum formam suę obligationis & cautionis.vtrùm velit dicere quòd si sint obligati insolidum,poterunt conue
niri insolidum:si pro parte,conuenientur & pro parte,& si sint correi & socij?secundum ea quæ habentur am-
plè de hac materia correorũ in l.j.& aut.ibi posita.C. de duobus reis. & secũdũ beneficia similiter obligatis
competentia,scilicet diuisionis tam in correis quã fideiussoribus, ordinationis cedendarũ actionum, epistolæ
diui Adriani,vtilis actionis,& similium iurium,& simul obligatis cõpetentium,cõuenienter tamẽ si aut ex na
tura obligationis aut priuilegij cõpetentis diuisionis ordinationis etiam vnus solus cõueniatur hoc habet na-
tura societatis.l.consensu cum actione.ff.de ac.& obli.quæ species actionũ sunt multiplices,ex quibus nascitur
actio,de quibus in l.iurisgentiũ.ff.de pac.& per discursum.ff.de ac.& obli.sed hîc datur in mulierem nullo mo
do obligatã,imò contra iuris obligationem & iuris dispositionem illius tituli,ne vxor pro marito, & ex parte
creditorum etiã videtur fundatum iudiciũ,quia nemo sine actione experitur.l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.
gest.& tamen agũt cõtra mulierẽ,cõtra quã nulla eis cõpetit actio. ¶ Pro declaratione istius difficultatis duo
sunt præmittenda,vnum quòd voluit Bar.& sequuntur nouissimi,in l.iurisgẽtium,ver.idem puto.ff.de pac.*ꝙ 7 *Duo actionũ genera.*
actionum duo sunt genera.vna est datiua,alia est natiua.natiua dicitur quæ habet materiam sufficientẽ coexistẽ
tem,à qua oriatur:datiua verò quæ nõ habet materiã sufficientẽ à qua oriatur,sicut dicim⁹ de hominlbus, nã *Natiua.*
Adã dicitur datiuus,alij verò homines sunt natiui.hæc Bar.ibi,sed Ang.in l.si à furioso.ff. si cer.peta.hoc am- *Datiua.*
pliùs declarat,& dat exẽplum quãdo habet præexistentẽ materiã,quãdo oriatur ex obligatione aliqua harum,
de quibus dicimus in l.j.per decursum illius.ff.de ac.& obli.s.re,verbis,cõsensu, & literis. & habetur sine illa
obligatione à lege,siue à cõuẽtione hominũ diriuetur.de datiua datur exẽplũ,quoniã nõ habet materiã pręexi-
stentẽ vnde nascatur,sed lex dat actionẽ, vt patet in cessionario cui datur actio cõtra eũ cõtra quẽ facta est ces-
sio,& tamẽ nõ est obligatus cessionario,qui nunq̃ secũ cõtraxit.l.ab Anastasio.& l.per diuersas.C.mã.nã actio
quæ est in persona cedẽtis,habetur in l.cum mota.C.de trans.erit ergo actio de qua hîc cõtra mulierẽ nõ obli-
gatã datiua modo supra declarato.vel aliter,alia erit actio quæ ex obligatione legali peruenit:nã certũ est ꝙ su
pra modos declaratos quibus cõtrahitur obligatio,cõtrahitur etiã lege.l.obligamur.ibi,lege.ff.de ac.& ob.*& 8 *Obligatio legalis.*
est legalis obligatio quæ procedit à lege vel statuto,vt ibi declaratur. erit ergo ila actio quæ cõtra mulierẽ non
obligatã cõpetit cõditio ex lege siue statuto, fundata in illa legali obligatione.ex quib⁹ statutis & cõstitutiõib⁹
principũ cõpetit cõditio ex lege,secundũ Bar.in l.vnica.ff.de cõdi.ex lege.ex illis enim inducitur obligatio sta-
tutaria vel cõstitutionalis,ex qua datur cõditio ex lege:quinimo secũdũ magistralẽ doctrinã Bar.ff.de cõdi.ex l.
quẽ refert & declarat Bal.in rub.C.eo.tit.oritur in casu huius statuti ꝓpter illa verba, *& peuuẽt*,etiã vera actio
cõtra mulierẽ pro media parte,licet nõ fuerit obligata,sed solus marit⁹:dicit enim ꝙ hoc nõ est ex dispositione
legis vel statuti,sed virtute statuti seu cõstitutionis oritur ius, * quia.s.quadruplex est legis virtus, vt in l.legis 9 *Quadruplex legis virtus.*
virtus.ff.de legi.ista sunt verba legis,virtus hæc est,imperare,permitttere,vetare,& punire. & quia solũ ad sta-
tutũ facit secunda virtus.s.permittere,quæ colligitur ex illis verbis ibi, Et *peuuent acquerir*,omissis aliis virtuti-
bus & effectibus earũ,istã secundã legis virtutem amplectamur.dicit enim Bar.quãdoq; lex permittit.aduerte *Distinctio*
aut permittit aliquid fiendum ab aliquo in se vel in suo,& tunc non oritur ius agendi, sed efficitur ille actus sic *Bart. de*
validus & impunitus.l.in re mandata.C.man.l.si constante. §.maritus.ff.sol.mat. aut permittit ꝙ fiat aliquid *permißione legis.*
in alieno,& oritur ius agendi.l.si venditor.§.si constat.ff.cõmunia prædiorum.l.j.in fi.l.ij & iij.in fi.ff.de aqua
pluuia.arcen.quandoq; lex permittit aliquid fieri quando nõ est in loco,hoc est vt loco adhæreat, & tũc aut
illud venit totum explicandum intra personam facientis,& non oritur ius agẽdi. ponit exemplum in omnibus
legibus quę deferunt hæreditatem ex testamento,vel ab intestato,quia hoc possum ex meipso expedire ex so-
la volũtate:si verò illud veniret explicandum cum alio, tunc aut venit explicandum propter se,& competit ius
agendi.l.si lenones.C.de epis.audi.l.quidam cum filium.ff.de verbo.obli.quandoq; venit explicãdum propter
aliud,& tunc ius agendi non competit.vt l.acceptã.C.de vsu.ista est distin.Bar.ex qua potest colligi quòd cùm
lex in casu statuti nostri permittit aliquid quod venit explicandum cum alio, permittit propter se quòd oritur
actio.quod clariùs declarat Bald. in dicta rubrica, dum dicit in secunda virtute legis, quæ est permissiua, quòd
interdũ permittitur actio,& tũc oritur actio,& patet vbicunq; lex dicit,iudicium dabo,id est actionem dabo.
cùm ergo in casu statuti nostri permittitur creditoribus actio,hoc est agitur contra mulierem pro media parte
verbis expressis,ibi, *& peuuent agir*,sequitur quòd oritur actio ex lege.sic esset si permitteretur officiũ iudicis,
quia oriretur effectus litis.l.ꝙ si minor.§.fi.ff.de minori.aliquãdo permittitur exceptio, tũc oritur exceptio l.j.
ff.ad Macedo.l.j.ff.ad Velleia.Sequitur ergo prout dicit Bar. in d.l.vnica.in ij.col.quòd ex dispositiõe legis vel

ſtatuti, quod dicitur lex noua quia ſuperuenit poſt legẽ duodecim tab. vel ea ratione quã poſuit Bar.ibi, quã
explicat lex noua in ſtatutis & cõſtitutionibus regũ & principũ, oritur ius agendi. Itẽ illud ius agẽdi eſt actio.
Itẽ ꝙ iſta actio vocatur actio ex lege, ex qua eſt ſolutũ iſtud cõtrariũ, & erit verũ dicere creditores nõ agere cõ
tra mulierẽ abſque iure, nec abſq; cõditione, quæ eſt cõditio ex lege. ¶ Quia tamẽ ſuprà dixi iſtã actionẽ eſſe
datiuã, nõ natiuã, nõ debet intelligi ſimpliciter, prout ſuprà dixi, ſcilicet applicãdo prout ego applico ad veri-
tatẽ legis permiſſiuã, & ad cõditionẽ ex lege, quæritur eo caſu quo lex dat actionẽ, vt in caſu ſtatuti noſtri, illa
actio quæ eſt, an ſcilicet ſit conditio ex l. an verò alia actio. & Bar.in d.l.vnica.col.iii.ibi, ſecũdo principaliter
eſt videndũ. & Bal.in d.rub. ibi, quæro quãdo eſt obligationis inductiua. dicit maximè Bar. qui dicit iſtã mate
riã intricatam nimiũ & minus perfectè, per gl.in l.quoties.ff.de præſcriptis verb.explicatã. & ꝑ Cy.in l.ex pla
cito.C.de re.permu. & quia iſta poteſt videri per Bar.qui multum bene explicat, hoc ſolũ hîc dico, quòd ori-
tur actio, & dicitur natiua, cuius dicitur natiuum principiũ. declaro, quia ſi vir erat conſenſu exẽpto, vẽdito lo-
cato obligatus, & cõtra eũ fuit nata actio ex illo cõtractu, cõtra mulierẽ erit etiã exercitio legis nata illa actio.
ſic de aliis re. verbis & literis, & in effectu tota illa ſubtilis materia & diſtinctio Bartoli tẽdit quo ad ſtatutũ
noſtrũ ad hoc tãtũ, quia vbi habemus ius natiuũ, nõ agemus datiuo, & licet regulariter in eo qui promittit, o-
bligatur, tamẽ idẽ eſt in caſu noſtro, in quo lex obligationẽ nõ inducit, ſed iã inductã in perſona mulieris decla-
rat cõpetere, ſcilicet quòd oritur actio ex illis cõtractibus, propter quod erat obligatus vir, ſecũdũ diſtinctionẽ
Bar. ¶ Et quãtũ ad ꝓpoſitũ noſtrũ, credo quòd omnia ſupradicta ꝓcedũt, vel ſit etiã ratio quare mulier poſ-
ſit cõueniri etiã nõ obligata, quia vir & vxor ſunt duo correlatiua debẽdi & credẽdi, & ſocij correi ex ſtatuto,
ex quo ſequitur quòd quilibet potuit cõueniri, ſecũdũ amplè notata ꝑ Bar. & ꝑ Bal.in aut.hoc ita. C. de duo-
bus reis. & maximè ſi ſint ſocij, prout ſunt vir & vxor ex ſtatuto, quę ratio ſocietatis & correitatis operatur vt
mulier pro parte dimidia poſſit cõueniri, ſecũdũ notata ibi: eo maximè quòd abſq; eo ꝙ ſint correi, ſi ſint ſocij
(vt videtur innuere ſtatutũ) tenẽtur & videntur fideiubere vnus pro alio, etiã omnibus clauſulis renuntiationis
diuiſionis & aliorũ iuriũ ceſſantib⁹. l.vir vxori.§.fi.ff.ad Velleia. habetur in l.l.Fal.ff.ad legẽ Falc. quare nõ mi
rũ ſi ſtatuẽtes hoc ſtatuerũt, quia mulier aliàs poterat his rationib⁹ cõueniri ꝓ dimidia pte, vt amplè ĩ dicta au
10 *Quæſtio notabilis.* tẽ. & ꝑ Bar.in l.Arrianus.ff.de fideicõ.liber. ¶ * Scio nõ eſſe inutile ſcire vtrũ ĩ caſu ſtatuti quo mulier ꝓ de-
bitis viri potuit pro dimidia parte cõueniri, poſſit iuuari beneficio Velleia. videtur ꝙ ſic, quia ſecũdũ naturam
illius ſtatuti pro obligatione aliena cõtradicẽtis prouenit ſi pro alio fideiubeat. l. antiqua. l.fi.C. ad Velleianũ.
l.ij.ff.de fideiuſ. cũ gl. vbi cẽſetur fideiuſſiſſe ꝓ marito, ſecũdũ ſupradicta, ergo. ſed ꝙ beneficio Velleiani quod
aduerſus inductũ potuit iuuari, & videtur eſſe caſus pro hoc in l.j.C. ne vxor ꝓ marito. vbi iuuatur Velleiano.
etiã ſi ꝓ marito expreſſe fideiuſſit, & hoc eſſet ope exceptionis Olim. l.fruſtra.C.ad Velleia. hodie ipſo iure ſer
uatur illeſa.§.illud quoq;. in aut.vt nulli iu.gl.no.in d.l.j.C.ne vxor ꝓ marito. & hæc eſt noua cõſtitutio ſum-
pta ex d.§.illud. de qua in aut.ſi qua mulier.C. ad Velleia. quæ tenet hodie mulierẽ ipſo iure. per q̃ gl.in d.l.j.
& Bal.ibi ſolẽt periti tabelliones in inſtrumẽtis ponere, ac nouę cõſtitutionis. quod notãdũ eſt ꝓpter nouã cõ
11 ſtitutionẽ quæ ipſo iure tuetur mulierẽ. * vnde licet renũtiauerit Velleiano cũ iuramẽto, tamẽ ſi non renũtiauit,
beneficio nouæ cõſtitutionis eſt etiã tuta ipſo iure, ꝑ q̃ glo. ſecũdũ Bal. forte cõtrariũ eſt verũ, ꝙ.ſ. mulier non
poſſit ſe iuuare Velleiano, tũ quòd nõ eſt abſolutũ quòd iſto caſu fideiubeat, quia nõ omnes correi intelligun-
tur inuicẽ fideiubere, ſecũdũ quod notatur in d.aut. hoc ampliùs. Et fideiuſſio iſta eſt expreſſa, ꝙ ſi eſſet forte
aliud inductiuũ, ſed quia difficile eſſet in hac patria illã inducere, ideo ꝓ nũc ceſſo, tũ quia & ſi ſit fideiuſſio ta
cita tãtũ in iſto caſu eſt mulier, ſic ipſa à lege. Et ſicut amplè dicetur, ꝙ ex quo cõſtitutũ Velleianũ nõ extende
tur. Caſus in l.fruſtra.C. ad Velleia. tũ quia & ſi ſit aliqua fideiuſſio, & ſit verũ dicere ꝙ ex aliena obligatione
tueatur, & iuuari debeat Velleiano, tamẽ illa obligatio habet in ſe quãdã legalẽ renũtiationẽ illius beneficij, q̃
idẽ operatur ꝙ expreſſa. renũtiat enim ex neceſſitate, nã cũ ſtatutũ velit virũ & vxorẽ eſſe ſocios & communes
in mobilibus & quęſitis, & hac ratione cõmunes in debitis paſſiuis ex quadã neceſſitate, per hoc ſtatutũ diſpo
nit mulierẽ teneri & videri huic beneficio renũtiaſſe, aut illo iuuari nõ poſſe, aliàs eſſet hui⁹ articuli diſpoſitio
12 *Lex & natura nihil fruſtra operãtur.* fruſtratoria, quod eſſe nõ poteſt: * quia lex & natura nihil operãtur fruſtra. l. Labeo.ff.de carbo.edi. ¶ Similiter
eſt videndũ in muliere, matre, & auia tutelã accipiẽtib⁹ quia etiã illã tacitè accipiẽdo ſe obligãt, & ſe obligãdo
inducitur legalis renuntiatio Velleiani ex neceſſitate legis, & ſuſcepti officij. l.fi.C. quando mulier tu.e.offic.
fun.poſſit. Et præterea clarũ eſt quòd etiã ĩ fideiuſſione expreſſa, in caſu quo poſſet fieri in hac patria, ſi mulier
fideiubeat ꝓ marito nõ poteſt renũtiare beneficio Velleiani. aut.ſi qua mulier.C.ad Velle. eſt verũ, niſi ad ip-
ſam pertineat aliqua vtilitas, quia ſi ꝑtineat poterit intercedere & renũtiare validè, vt ibi. Cũ ergo ad eã perti
neat aliqualis vtilitas in media parte mobiliũ & quęſtuũ, nõ peterit illo beneficio ſe iuuare. Pro his videãtur
Dubium. dicta Bal.in l.j.C.ad Velleia. ¶ Sed maius dubiũ eſt, vtrũ iuuetur beneficio vt nõ cõueniatur niſi in quãtũ face
re poteſt. Rationes prædictæ faciũt ꝙ nõ, quia eſt ſua obligatio, tamẽ ratio legis Verũ.ff. ꝓ ſocio. ſuadet cõtra
riũ. Cũ enim ſunt ſocij, debẽt ſocietatis beneficio gaudere. d.l. verũ. Præterea vir & vxor ad imparia nõ indu-
centur, ſecũdũ ſupradicta, ſed maritus, niſi in id quòd facere poteſt cõuenitur, ergo nec mulier. l. maritũ.ff.ſol.
mat. Quia hæc iura procedunt in actione mutua inter virũ & vxorẽ, ſed in extraneis creditoribus eſt ſecus, ni-
hil enim ad eos de cauſa ſocietatis viri & vxoris, contra quos non militat tale beneficiũ, & hoc credo verum.

§. DECIMO QVARTO.

LA femme mariee ſelon la generale couſtume du duchie de Bourgongne apres le treſpas de ſon mary eſt ueſtue & ſaiſie de la moytié des biens meubles & acqueſtz demeurez du deces de ſondict feu mary.

IDEM in comitatu Niuernen. & in comitatu Burgundiæ. Ad hoc vt iſta mulier ſit ſaiſita, & iſta poſſeſſione fruatur, tria requiruntur, quæ ex iſto textu colliguntur. ¶ Primũ quòd mulier ſit nupta ſecundũ conſuetudinẽ Burgundiæ, vt conſuetudo noſtra habeat effectũ, quia ſi eſſet nupta alio modo, expreſſa conuentione etiam in Burgunda, nõ vteretur priuilegio cõſuetudinis noſtræ, quia
illo pacto

illo pacto potuit renũtiare.l.ſi quis in cõſcribendo.C.de pac.Et debet punctuari,*La femme mariee ſelon la ge*
nerale couſtume .ita quòd hæc verba *ſelon la generale couſtume*,iungantur principalibus & primis verbis,vt ſit
ſenſus,quòd mulier nupta ſecũdum cõſuetudinẽ ducatus Burgundus &c.Et nõ quòd iũgatur ſeq.vt.ſ.dicatur, *Intellect⁹*
ſecũdũ cõſuetudinẽ ducatus Burgũdię eſt ſaiſita.dixi in ſimili ſuprà,ij.§.inci.*Femme mariee ſelon la generale cou-* *huius con-*
ſtume.& quæ ibi dicta ſunt in glo.ij.faciunt ad multos.§.huius tituli,vt ibi amplè dixi.¶ Secundũ requiſitũ eſt *ſuetudinis.*
quòd maritus ſit mortuus.colligitur in his verbis, *Apres le treſpas*.& iſta poſſeſſio cõtinuatur de marito in vxo
rem,& naſcitur abſque apprehenſione.¶ Tertiũ eſt quòd illa bona remãſerũt ex bonis mariti,hoc eſt,quòd il
lorũ maritus habuerit realẽ poſſeſſionẽ,quia aliàs non poſſet continuari.quod colligi poteſt ibi , *demeurez du*
deces & treſpas.& ex quo hæc poſſeſſio cõtinuatur de marito in vxore, quòd mulier non eſt ſaiſita de his bo-
nis quæ realiter erãt mariti,ſi illorum nõ habebat poſſeſſionem ,licet haberet dominiũ vel actionẽ ad rẽ,quia
illa ſaiſina pręſupponit poſſeſſionẽ in marito,ex quo ſtatutũ ſeu cõſuetudo inducit cõtinuationẽ illius.quæ cõ-
tinuatio eſſe nõ poteſt,niſi eã habeat marit⁹.nõ ſic eſſet de dominio,quia poſſet cõtinuari,ſecũdũ qđ habetur
in l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu.ſed poſſeſſio requirit actũ corporeũ & inſiſtẽtiã in re.quę nõ eſt in dicto caſu.&
ideo dic quòd eo modo quo eſt ſaiſitus maritus in his bonis,illo modo eſt ſaiſita vxor,vt ſi habet maritus ius
ad rem,etiã mulier habet ius ad rem, & illo iure eſt ſaiſita prout fuit maritus, * quia qui actionẽ habet ad rem, 1
ipſam rẽ habere videtur.l.qui actionẽ.ff.de reg.iur. Simile videm⁹ in alia poſſeſſione ciuili quę fit ꝑ cõſtitutũ,
nã ſi cõſtituẽs ſit poſſeſſor,trãsfertur poſſeſſio in illũ nomine cuius ſe cõſtituit poſſidere,& nõ aliàs. ita tenuit
Guido pa.ĩ c.ſi qs ꝑ literas.in gl.in verb.poſſeſſorio.& dicã infrà in §.j. ĩ gl.in verbo,*ſaiſit*,ĩ ti.*Des ſucceßiõs.*

EX ſupradictis videtur quòd ſatis fuiſſet dixiſſe in conſuetudine noſtra ꝙ mulier haberet ius , vel ꝙ mulieri
cõpetit media pars bonorũ,& ſatis videbatur diſpoſitũ in §.*Femme mariee*,qui eſt.§. ſecundus huius tituli.
¶ Eo etiã quòd vbi intentatur cõſuetudo ineſt poſſeſſorium & petitoriũ, vt dicit Bal.in c. cũ eccleſia. extrà,
de cauſa poſſeſſionis & proprietatis.* ¶ Tamẽ dic quòd ſi iſta conſuetudo nõ fuiſſet introducta,hæredes ma
riti fuiſſent in poſſeſſione & ſaiſina,ꝑ §.primũ. infrà, *Des ſucceßions*, & fuiſſet difficile mulieri & dãnoſum ꝙ
priuaretur poſſeſſione,& fuiſſet aliquãdo impedita ab hæredibus in ſui iuris perceptione,& priuata cõmodo
poſſidẽdi,quod eſt maximũ,ſecũdũ.§.cõmodũ.inſti.de interdi.c.j.in prin. de cõtrouerſia inueſtiturę,cũ cõcor
dãtiis quę ibi allegãtur.& notat Bal.in c.j.de cõtrouerſia inter dominũ & fidelẽ.iij.col.& vulgariter ſolet dici,
beatus qui tenebit, ſecũdũ gl.& Bal.in c.ſi tres vel plures. de pace tenẽda.* ¶ Et magis vtile q̃ ius petendi,
quia magis etiã eſt rei incũbere q̃ in perſonã agere.l.plus cautionis.& l.minus.ff.de reg.iur. & ideo ſtatuentes
obuiando huic incommodo ſtatuerunt & ordinauerunt quòd de dictis bonis in quibus habet ius eſſet ſaiſita.

IN TEXTV IBI, Meubles.

VIdetur ergo * ꝙ ſi mulier turbetur in poſſeſſione bonorũ mobiliũ,competit idem interdictũ vtrobi.ff.v- 2
trobi.l.vnica.& habet eãdem naturam & eandem vitam in ſuo caſu,ſicut interdictũ vti poſſidetis.ff. eo.l.
vnica.& §.ſed hodie.inſti.de interdi.Eſt tamẽ aliqua differẽtia,de qua ꝑ Bar.in d.l.vnica.& ꝑ Io.Fab.in §. reti
nente.inſti de interdi.Dicit tamẽ Bar. * ꝙ ſi quis ꝑdiderit poſſeſſionẽ rei mobilis,ꝙ nullũ ampliùs datur in- 3
terdictũ,ſed recurrẽdum eſt ad alias actiones ciuiles.notatur in l.rem quæ nobis.& ibi per glo.ff.de acqui.poſ.

ADDITIO. Aduerte ad hanc materiam,quando ſpoliatus ſua poſſeſſione ante omnia veniat reſtituen-
dus,per Matth.de affli.in conſti.regni Siciliæ,quæ inci.violentias.in x.quæſtione,vbi po-
nit ſeptem caſus,in quibus ſpoliatus non eſt reſtituendus.& de materia c.reintegranda.vide Soci.& do.meum
Iaſ.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poſ.& vide Bertrandi in conſi.ſuo cccliij.parte j.& conſi.lv.num.3.& conſi.
cccvij.nume.9.eadem parte , & conſi.cccl.nume.5.parte ij. Et quãdo quis eſt ſpoliatus per magiſtratum,an &
quando veniat reſtituendus,acſi per priuatum fuiſſet ſpoliatus,conſi.cccxxx.nume.30.parte tertia.*

IVxta iſtã cõſuetudinẽ*quęro de vna quęſtione.Pone ꝙ poſt mortẽ mariti & ſtatim vxor emat aliquẽ fundũ 4 *Quæſtio*
vel aliquas terras,nũquid hæredes mariti debeant habere dimidiã partẽ,an dicatur totũ vxoris, & an ſit præ-
ſumptio ꝙ pecunias habuerit vxor à marito mortuo?¶ In hoc caſu (qui poteſt ſingulis diebus euenire) inſe-
quendo Ang.in conſi.ſuo cxlj.inci.Super primo puncto.in j.vol.faciã quatuor caſus.Aut enim vxor emit fundũ
cõſtãte matrimonio,aut diſſoluto,& tũc diſſoluto per mortẽ mariti,aut per diuortiũ. Primo enim caſu quãdo
vxor conſtante matrimonio,videtur dicẽdũ ꝙ ſit vxoris, cũ ſuo nomine emit, & per traditionẽ recepit. Et vi-
detur eſſe caſus in l.& ſi de tua.C.de donatio.inter virũ & vxorẽ.& l.ſi filij.C.eodẽ.& l.quãuis.& l.cũ propria.
& l.multum.C.ſi quis alteri.& de ſuo ſoluiſſe præſumitur.*qui enim ſoluit pecuniam, de ſuo proprio ſoluere 5 *Soluens*
intelligitur,etiam ſi ſit ſocius omnium bonorum alicuius.tex.eſt in l.ij.C.pro ſocio.& ibi Bar.notat ſingulari- *pecuniam*
ter illum tex.vbi dicit eſſe notandũ, quia ſeruiret ad mille aureos . Et faciunt quæ in propoſito dicit do.meus *de ſuo ſol-*
Iaſ.in l.j.C.qui teſt.facere poſſunt.& Alex.in conſi.xlix.in pe.col.in j.vol.Idem ergo videtur dicẽdũ in vxore, *uiſſe præſu*
quia licet ſit ſocia diuinæ & humanæ vitæ.l.aduerſus.ff.de cri.expil. hære.præſumptio eſt ꝙ ſoluit de proprio. *mitur.*
¶ Sed tamen in hoc tene contrarium,quia non eſt dubiũ ſecundũ cõſuetudinẽ noſtrã ſuprà poſitã.§.ij.eo.tit.ꝙ
media pars eſt mariti,& pręſumitur de iure quæſiuiſſe ex bonis mariti ad euitandã ſuſpicionẽ turpis quæſtus.l.
quintus.ff.de do.inter virũ & vxo.glo.in c.ſicut alterius.& ibi text.q.j.& in hoc non eſt dubium.

QVo ad ſecundũ verò articulũ,quãdo mulier emit aliquẽ fundũ mortuo viro,& tunc ante cõtractũ ſecundũ
matrimoniũ cũ aliquo alio viro,aut poſt.Si ante,& tũc aut infra tẽpus luctus,& ſic infra annũ,quo tẽ-
pore in primo matrimonio dicitur eſſe,cũ nubere nõ poſſit,in aut.de nuptiis.§.ſolu.ff.de repu.l.fi.C.de rei vxo
riæ actio.collatio.iiij.§.exactio.in glo.in verbo,reſtituendũ.l.vnica.& tũc præſumitur de bonis viri quæſiuiſſe.
*cũ enim eadẽ caſtitas infra tẽpora luctus in muliere deſideretur per legẽ quę deſideratur cõſtãte matrimonio, 6
vt in aut.de reſtitutio.& ea parit in xj.menſe.in rubro & nigro,ſicut matrimonio cõſtante.ne talis caſtitas de-
nigretur,præſumitur omne quæſitum de bonis viri, ſi non appareat vnde quæri ex alio potuerit. ſic & quæſi-
tum infra tẽpora luctus.& iſto caſu tenenda eſt opinio Iacobi de Arena in d.l.quintus. & ſic iſta eſt bona am-
pliatio ad dictam l.quintus.Alex.tamẽ in conſi.ſuo xlij.inci.in caſa & lite vertente.in v.vol.& in cõſi.xl.in-
cip.proſpectis his.in pe.col.in iij.vol.quod eſt repetitũ in cõſi.lxxxij.in iij.vol.ponit ad dictam l.vnã limitatio-

nem.aliã ponit in conſi.xxiiij.inci.viſis dubiis.in j.vol.& de materia illius legis vide Bar.Veronen. in ſuis cau-
cautela clxiiij.incip.nota cautelã auream.Et ideo ex ſupradictis ad propoſitum redeundo, ſi mulier ſtatim mor
tuo marito,& poſt matrimonij diſſolutionem per mortẽ mariti,quæ vidua remanſit acquiſiuit, prçſumitur ac-
quiſiuiſſe de bonis mariti,maximè ſi infra tres aut ſex menſes,vel etiam ſi infra annum,quia tam breui tempo
re facta fuit emptio.Ex breuitate enim temporis inducitur præſumptio.Barto.in l.ſi ventri §.eorum.ff.de pri-
uileg.credi.& dicit do.meus Iaſon.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de noui opẽris nunciatione.

SI autem mulier emat elapſo tempore luctus, quo non ita ſeruari caſtitatẽ lex voluit,quod apparet quia nu-
bendi dedit licentiam,nec videtur in primo matrimonio eſſe , tunc non eſt prçſumendũ quòd ex bonis ma
riti acquieſirit nec quòd ille pecuniç ſint mariti,prout tenet Accurſius in d.l.quintus. & tunc hoc caſu de ſuo
acquiſiuiſſe præſumitur,aliàs nulla mulier poſſet quicquã quærere tutè,niſi oſtenderet vnde originem pecunia
habuit.quod non eſt dicendum.¶ Iſtud tamen adhuc intellige,niſi mortuo viro mulier remãſerit in admini-
ſtratione bonorum viri forſan cũ filiis ſuis pupillis per prçſumptionẽ huius lucri , nec mulier in delictis incur
rit,nec delicto excuſatur,ideo non eſt mirum ſi non potuit aliunde habere ex bonis quondam mariti vel fi-
liorum,quòd recurritur ad hanc coniecturam,ſcilicet quòd de ſuo præſumitur acquiſiuiſſe.

7 *Tẽpus* SEd tamen quia ſuprà dixi ꝙ tempore luctus,*quod dicitur vnius anni,eo ꝙ lex voluit ſeruare caſtitatẽ ꝓ-
8 *luctus* hibendo matrimoniũ contrahi cũ ſecũdo,& ſic præſumitur adhuc durare matrimoniũ,* quid dicẽdum ho-
eſt annus. die cũ ſtatim ſecũdũ Apoſtolũ mortuo viro mulier nubat in domino.Et ſic videtur ꝙ hodie ratio prçdicta ceſ
ſet per dictum Apoſtoli,& per conſequens ceſſare debeat illud dictum Iac.de arena.in d.l.quintus.Cogita.

Nota. AVt verò vxor emit poſt tẽpora luctus,& poſt ſecũdũ matrimoniũ cõtractũ,& tũc dicit Ang.de Are.quòd
nõ inuenit iſtũ articulũ examinatũ,neq; tactum,nũc autẽ non poſſum ita dicere,cũ reperiam tetigiſſe Bald.
in cõſi.ſuo cxxxvij.in v.parte.Et in iſto caſu cõſiderauit multũ bene Ang.qui dicit quòd ex cõiecturis iudicã-
dũ eſt in hoc caſu,videlicet ꝙ ſi poſſint aliqua indicia vel cõiecturç ſufficiẽtes apparere,ex cuiꝰ indiciis poſſint
iudicare ex cuius bonis citiꝰ & leuiùs potuerit mulier acquirere, vt quia vnus maritorũ ditior erat altero,vnus
mercabatur,alter nõ,vnus in domo pecuniã cõtinuò retinebat,alter nõ,vnus prçdiligebat eã, & eius guberna
tioni pecuniã & totũ patrimoniũ cõmittebat,& alter nõ.Ex bonis illiꝰ qui ditior erat, & qui pecuniã in domo
cõtinuò retinebat,& qui eam diligebat , & eius gubernationi pecuniã & totũ patrimoniũ cõmittebat,præſu-
mendũ eſt quæſitũ fuiſſe,ſed ſi omnia pariter in vtroq; cõcurrãt,ita quòd nulla præſumptio eſt vehemẽtior in
vno q̃ in altero,tũc dicit Ang.quòd eligẽda eſt media via,& ex bonis vtriuſq; præſumatur queſitũ.Ex quo cũ
prçſumptiones ſint pares,pariter iudicãdũ eſt de vno ſicut de alio.l.Titius rogatus.ff.ad Trebel.§.cũ ergo.in-
ſti.qui manumi.nõ poſ.l.ſed & ſi lege.§.adeo autẽ.ff.de peti.hçre.& l.Neſennius.§.fi.& no.per gl.ff.de nego.
geſt.¶ Mihi tamẽ videtur quòd ſi pares eſſent prçſumptiones ꝓ vno ſicut ꝓ alio, quòd potiꝰ iudicãdũ eſt ꝓ
ſecũdo marito.ſ. ꝓ illo cũ quo eſt de præſenti copulata, cũ cõſuetudo noſtra in d.§.ij. dicat ꝙ acquiſitio facta
ꝑ vnũ ex cõiugibꝰ ſit cõmunis inter eos.nã ex quo cõſtat matrimoniũ eſſe cũ ſcđo, & ſic cõſtat mulierẽ acqui
ſiuiſſe,nõ eſt dubiũ ꝙ iſte ſcđs maritꝰ debet habere dimidiã partẽ.Et ſic nõ ſtãt in firmo dicta Ang.ꝙ iudicãdũ
eſt ꝙ ex bonis vtriuſq; acquiſierit,quia tũc hæredes primi haberẽt dimidiã . ratio præſumptionis quæ eſt ſu-
prà dicta ꝑ Ang.& ſcđs maritꝰ haberet tãtũ dimidiã dimidiç partis,& ſic eſſet magna reſtrictio ad cõſuetudinẽ
q̃ dicit ꝙ acqſita ꝑ vnũ ex cõiugibꝰ cõſtãte matrimonio ſunt inter cõiuges cõnumerãda.ſecꝰ tamẽ eſt qñ eſſet
vna fortior alia,quia primus maritus habuiſſet pecunias,ſecũdus eſt pauꝑ,quia tũc fortior prçſumptio tollit a-
liã.l.diuus.ff.de ĩ inte.reſt.Iaſ.prçceptor meꝰ ĩ l.an hoc iure.in ij.col.ff.de vulg.& pupi.& Alex.cõſi.ciij.ĩ v.col.
in j.vol.& fortior tollit minorem.l.excipiuntur.ff.ad Silleia.& facit cõſi.Alex. conſi. lxxvij. in ij. col. in j.vol.

9 ADuerte * tamẽ ad vnũ,ſi vir & vxor habitauerint in vna domo,& domus ſit vxoris,maſſaritiæ ibi exiſten
tes præſumuntur eſſe vxoris:& ſi domus ſit viri,maſſaritiæ præſumũtur eſſe viri. Ita tenent Bal.& Sali.in
l.ob maritorũ.C.ne vxor ꝓ marito.& Soci.refert ĩ cõſ.ſuo cxxviij.qđ incipit,iuſtiſſimè iudex.ĩ ij.col.ĩ j.vol.

10 VLtimo * verò caſu quãdo matrimonium eſt ſolutum diuortio,tunc præſumũtur quæſita per vxorem ex bo
nis mariti,prout dicit glo.in l.quintus.ff.de dona.inter virum & vxorem.

VIdemus in hac noſtra cõſuetudine quòd mortuo marito mulier eſt ſaiſita & veſtita in dimidia parte bonõ
rũ acquiſitorũ & mobiliũ relictorũ per maritũ,quæro,pone * quòd mulier realiter nõ acceptauit, neq; a-
11 *An dominiũ nõ-* depta eſt poſſeſſionẽ dictorũ acquiſitorũ mobiliũ,ſed antequã acceptauerit moritur, nunquid tranſmittat ad
12 *dũ acceptatum* hæredes?videtur ꝙ non,per l.cũ antiquioribus.C.de iure deliber.* vbi hæreditas nondũ adita nõ transfertur
transſeat ad hæredes. ad hæredes. ¶ Tu tamen dic quòd veritas eſt quòd hoc caſu trãsfertur ad hçredes,quia iſta dimidia pars eue
nit vxori ex diſpoſitione legis & titulo ſingulari,ergo tranſmittit ad hæredes,prout in ſimili caſu ponunt Sali.
Pau.de caſt.Ale.& do.meus Iaſ.in d.l.cũ antiquioribus.& Bal.& do.meus Iaſ.in l. ſi arrogator.in vij.col.ff. de
13 adop.* vbi dicũt quòd iura ſingularia & quæ titulo ſingulari obueniunt tranſmittuntur ad hæredes,etiã ante
14 aditionẽ.¶ Hinc dicũt * quòd ſtãte ſtatuto,quòd vxore prçmoriẽte in matrimonio,maritus lucretur dotẽ vel
partẽ dotis,quòd mortua vxore ſi poſtea moriatur maritus, qui in vita aliter non acceptauit,trãſit ad hçredes,
& dicit Ale.in cõſi.cl.inci.viſo themate.in j.col.in j.vol.allegãdo Bar.in repe.ſua d.l.ſi arrogator.quòd ea quæ
nõ iure hçreditario ad aliquẽ perueniũt,trãſmittũtur ad hæredes ſine aditione.¶ Quòd & quomodo ea quæ
obueniũt ex ſtatuto vel cõſuetudine trãſmittãtur,vide Benedicti in repe.c.Ray.in verbo,mortuo itaq; teſtato
re,ſecũdo.nu.118.de teſt.& dicã inf.in tit.*Des ſucceßiõs*.§.j.in gl.fi.vbi poſui materiã trãſmiſſionis.* ¶ Ex quo
ergo dicta dimidia pars acquiſitorũ & mobiliũ trãſfertur ad vxorẽ iure ſingulari,& nõ iure hæreditario, quod
ſatis apparet ex his quæ dixi ſuprà in cõſuetudine noſtra,in §.ij.quæ incipit,*Femme mariee,ou duchie de Bourgõ
gne*,in glo.ſuper verbo,*eſt participant*,vbi ponderaui illud verbũ,*eſt participant*.tranſmittitur dicta pars ad hæ
redes,etiam ſine agnitione,imò ſufficiens agnitio videtur per ſtatutum ſeu cõſuetudinem noſtram,cũ dicat cõ-
ſuetudo,quòd ſtatim mortuo viro eſt ſaiſita & veſtita dicta vxor de dicta dimidia parte bonorũ . Quæ quidẽ
verba habent vim ciuilis poſſeſſionis.de cuius effectu nunc non dicam,ſed dicam infrà in titu.*Des ſucceßions*,
§.j.Et etiam aliquid tangam in §. ſequen. vbi etiã ponuntur prædicta verba,*ueſtue & ſaiſie*,Quæ quidem ha-
bent vim

bent vim & effectum ciuilis possessionis.

ADuertendum tamen * quòd si vendicat ius suum alteri antequam adipiscatur realem possessionem, talis 15
emptor non poterit se dicere vestitũ & saisitum, per ea quæ dicit Bal.in rub.de causa possessionis & pro-
prieta.& dicam infrà in §.j.in titu.*Des successions.*

§. DECIMOQVINTO.

LA femme doubee selon la generale coustume du duchie de Bourgõgne, est vestue & saisie de son coustumier doubaire.

IDEM in comitatu Niuernen. *soit en doubaire diuiz ou coustumier*. Idem in comitatu Burgun- 1 *Bona vi*
diæ, *soit diuiz ou coustumier*. ¶ * Bona viri sunt tacitè hypothecata pro dote, nec propter ma- *ri sunt hy-*
leficium viri sunt confiscanda. Textus est in capitu.ex literis.extrà, de pignoribus.* non autem 2 *potheca*
extenduntur hæc priuilegia ad bona paraphernalia.l.vltima.C.de pactis conuentis.tam super do *ta pro do-*
te.nec etiam ad donationem propter nuptias.l.vlti.in fine.C.qui potio. * ¶ Hodie tamen pro 3 *te.*
dotalitio, quod est doharium nostrum, quod glo.in c.plerumque. extrà, de dona.inter virum & vxorem.dicit
esse donationem propter nuptias, bona mariti sunt tacitè obligata, imò pro tali dotalitio est vestita & saisita
mulier de bonis mariti statim ipso mortuo, quod videtur esse contra l.vlti. C.de pac. conuen. hìc ante alle.&
l.vlti.in fi.C.qui potiores in pig.ha.capiendo dotalitium secundum glo.in d.c.plerumque.

ADuerte ergo,* quòd translatio dominij & possessionis doharij, licet sit suspensum sub conditione, potest 4 *Domi-*
fieri sine traditione. facit text.de dominio.in l.dotis fructus.§. fi.ff.de iure dotium. & de possessione.in l. *nium doha*
qui absenti.§.j.ff.de acquir.pos.vbi dicit tex.*quòd possessionis traditio fieri potest sub cõditione.tenet Gui *rij transf-*
do pape decisi.ccccxxiiij.& ibi ponit de dominio dotis assignatæ, quomodo trãsferatur, & quomodo in ta- 5 *fertur*
li assignamento est proprietaria & non vsufructuaria, vt dicam pleniùs in consuetudine, infrà, quæ incipit, *sine tradi-*
Femme mariee ne prent point de doubaire. *tione.*

IN TEXTV IBI, *Vestue & saisie.*

ADuerte, quia ex quo istud ius vsufructus inhæret seu adhæret rei immobili, ipsa mulier, si turbetur, potest
intentare interdictum vti possidetis vtile, secundum Ioan.Fab.§.retinendæ.insti.de interdictis. Et licet vi
deatur tenere idem Fabri in d.§.retinendę.ibi, sed nunquid. quòd de iure non possit intentare hoc interdictũ
hoc casu, nisi cũ hoc habuerit realem possessionem, tamen de consuetudine aliud est dicendum.

QVantùm ad istam possessionem & saisinam, de qua hìc, est eadem ratio quæ in articulo præcedenti. De
cuius saisinæ effectu dicam statim hìc & latiùs in §.j.in tit.*des successions.* Aduerte solũ ꝙ quantũ ad istũ
articulũ est vna differẽtia ad articulũ præcedentẽ, quia possessio de qua in articulo & §.pręcedẽti causat domi-
niũ & proprietatẽ in media parte bonorũ mobilium & acquęstuũ ipsi mulieri, & cõsolidatur proprietas & do
miniũ,*quia dominiũ est certa causa possessionis. Ita dicit gl.in verbo, per hãc.in §.itẽ per alienos.insti.per quas 1 *Domi-*
personas nobis acqui.tex.est & ibi gl.& Bal.in l.j.C.per quas perso.nobis acqui.per quẽ tex.apparet ꝙ ex illa *nium certa*
possessione, de qua ibi, si maritus erat dominus, quæritur vxori dominiũ illorũ bonorum pro media parte, etsi *causa pos-*
nõ erat vsucapiendi cõditio, vt ibi, sed in isto articulo ista possessio manet in suis finibus, & nõ procedit vltrà, *sessionis.*
vt ex illa quæratur mulieri dominiũ doharij, quia est tantũ quidã vsufructus qui finitur morte, sed tantũ quę-
ritur fructuũ & cõmoditatis dominiũ.* nunq̃ tamen præscriberet mulier id quod possidet pro dotalitio tan- 2
quã vsufructuaria, vt per not.per Io.Fab.in §.de his autẽ.instit.per quas perso.nobis acqui. ¶ Dixi infrà in §.
xviij.huius tit.in in gl.j.versi.super quo iure.* & ista possessio est ciuilis, ratiõe cuius possessiõis mulier mortuo 3 *Dohariũ*
marito in suo dohario consuetudinario, facit fructus suos.l.iij.§.ex contrario. iuncta gl.in versi. multum. ff. de *possessio ci-*
acqui.pos.Bar.in l.si Titio.in prin.ff.de vsufru.& Pet.& Cy.in l.certum.in ij.quæstio.C.de rei vendi. *uilis, eiusq;*

SEcundò *ratione istius possessionis ciuilis potest mulier naturalem possessionem apprehendere, etiam resi- 4 *possessio*
stente illo & contradicente, quia naturalem habet.l.creditores.& ibi Bar.in versi.& prædicta. C.de pigno. *nis effect.*

ET pro tertio effectu dicit Bar.in d.l.creditores.versi.distingue.* ꝙ habẽs ciuilem possessionem excusatur 5
à vitio clandestini.alle.tex.iuncta gl.in l.cum creditor.ff.de furtis. 6

QVartò aduerte*ꝙ mulier ratione possessionis istius quam habet in hoc dohario (& etiã idẽ dicas in præ
cedenti consuetudine) in dimidia parte acquisitorũ & mobiliũ, poterit ingredi possessionem per violẽ-
tiam, si etiam reperiat per alium occupatam.l.clam possidere. §.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.

QVintò,*quia ciuiliter possidẽti datur interdictũ vnde vi.l.j.§.dicitur.ff.de vi. & vi arma. & nota in hoc 7
hãc ciuilẽ possessionẽ, quia multũ operatur.dicã latiùs de ciuili & ciuilissima.inf.in tit.*des successiõs.* §.j. *Quæstio.*

QVæro de vna quæstione, mulier post mortẽ mariti petit ab hæredibus dohariũ & dimidiã partẽ acquisi-
torũ factorũ in vita eorũ: maritus & vxor steterũt & habitauerũt per multos annos in vna domo, dicũt
hæredes super hac modo mulier habebit tantũmodo dotalitiũ, quia est antiquũ hereditagiũ, dicit vxor ꝙ vult
habere dimidiã partẽ, quia est acquisitũ, quis illorũ obtinebit? dixi suprà in consue.§.ix. *la femme qui est partici-
pãte.* quòd bona relicta præsumũtur potiùs antiqua, & dicenti esse noua incũbit onus probãdi. tex. in c.j. §.si
verò.de gradibus succedẽdi in feudo. & ideo cũ talis domus præsumatur esse de bonis antiquis mariti, mulier
habebit tantũ dohariũ, & nõ dimidiã partẽ nisi probaret illã fuisse acquisitã per maritũ cõstãte matrimonio.
¶ Aduerte tamẽ ad vnũ quod dicit Ang.in l.qui iure familiaritatis.ff.de acqui.pos.quod refert & sequitur So
ci.cõsi.suo cxxviij.in vlt.col.quòd si vir & vxor simul inhabitauerũt in aliqua domo, ꝙ præsumitur possedisse
quilibet pro dimidia parte, transfertur onus probandi in hæredes, ꝙ
domus sit antiquum hæreditagium, cum possessionis sit commodum, & transferat onus probandi in aduersa- 1 *An vxor*
rium.§.retinendæ.ibi, commodum autem possidendi.insti.de interdictis. *mortuo*
marito sit
vestita de

IN TEXTV IBI. *De son douhaire coustumier.*

DIcitur hìc quòd vxor est vestita post mortẽ mariti de dohario suo cõsuetudinario, * quid autẽ de cõuẽto, *dohario cõ*
qđ in vulgari nostro dicitur, *diuiz*, nũquid etiã dicatur saisita & vestita? videtur mihi ꝙ nõ sit saisita, p text. *uento.*

in l.dotis.C.so.mat.vbi dicit lex,dotis actione successores mariti sup eo quod in dotis nomine fuerat datũ cõ
uenire debes.dicit enim tex.pòst,quòd vxor nullã habet facultatẽ ingrediẽdi possessionẽ rerũ dotaliũ hæredi-
bus mariti nõ assentiẽtibus sine autoritate iudicis.& vide Alexã.in cõsi.suo iiij.inci.videretur inspectis.in ij.&
iij.col.in j.vol.& Bar.in l.Põponius.§.in dote.ff.de acqui.possessione.& Cy.in l.assiduis.C. qui potiores in pi
gnore habeãtur.& Bal.in l.j.C.de seruo pignori dato manumisso. ¶ Itẽ videtur quòd ex quo cõsuetudo no-
stra istud specialiter inducit in dotalitio cõsuetudinario,quòd cũ sit exorbitãs trãsferẽdo possessionẽ sine tra-
ditione & reali apprehẽsione solũ facta, quòd nõ debet extẽdi extra suos terminos, nec videatur quòd maior
esset ratio in dotalitio cõsuetudinario,quòd mortuo marito in vxorẽ trãsferatur possessio,& de eo vxor esset
saisita & vestita,q̃ de dotalitio conuẽto.facilior est adeptio seu apprehẽsio possessionis ꝓpria autoritate q̃ in
dotalitio cõsuetudinario,vbi hæredes sunt vocãdi ad diuisionẽ faciẽdã de antiquis hereditagiis,& ideo ex quo
à maioritate rationis potest etiã lex exorbitãs & correctoria extẽdi, cũ vt dicit Fulgosius in l.cũ de nouo.C.
de legi.& in l.nõ sine.C.de bonis quę liberis.& in l.de quib⁹.ff.de legi. quòd ex idẽtitate rationis licita est ex
tensio,etiã in correctoriis,per tex.expressum,cui dicit nõ posse respondere,qui est in d.l.nõ sine.vbi fuit dubi
tatũ,nunquid l.Iulia.differẽs lucrũ inter maritũ & vxorẽ ad correctionẽ iuris,extendatur ex identitate rationis
in spõso & spõsa,& dicit quòd sic.ergo fiat extensio de dohario cõsuetudinario ad cõuẽtũ nõ solũ ex idẽtita-
te,sed etiam ex maioritate rationis,per supradicta. ¶ Et facit pro hac sentẽtia, quò dotalitiũ cõuẽtũ seu diui-
2 Dotalitiorum distinctio.
sum,dicitur etiã cõsuetudinariũ.* Nã dotalitiorũ,aliud est cõsuetudinariũ simpliciter,aliud cõsuetudinariũ cõ
uẽtum seu diuisum, vt dicã in §.seq.in glo.*doubaire coustumier*. cũ ergo sit cõsuetudinariũ, dicendũ est quòd in
eo habet locũ istud statutum . ¶ Sed etiã dici potest quòd ex quo vtiũque debetur ex consuetudine, quòd in
vtroque inest possessoriũ & petitorium,ex dictis Bal.in c. cũ ecclesia.extrà, de causa possessio. & ꝓprieta. vbi
dicit quòd vbi intentatur consuetudo inest possessoriũ & petitorium. * ¶ Posset tamen dici hãc cõsuetudi-
nẽ nostrã nõ extendendã, quia quod de vno dicitur,de alio negare videtur,ex eo quod prohibet l. cũ prętor.
& l.j.ff.de iudi.& vnius inclusio alteriùs est exclusio.c.nõne bene dicim⁹.extrà,de pręscriptionib⁹.l. maritus.
C.de procu. Fran.de Aretio cõsi.lxix.in ij.col.& Soci.in cõsi.xxv.ĩ viij.col. ¶ Et ad illud quod dicitur de ma
ioritate rationis,dic quòd opinio Fulgosij nõ est vera,& cõmunis est in cõtrariũ. de qua vide amplissimè do.
meum Iason.in auten.quas actiones.in vj.& vij.col.C.de sacrosan.eccle. cogita. ¶ Tamen dici potest insequẽ
do primam opinionem quòd maior videbatur ratio dubitãdi in cõsuetudinario quàm in cõuento,quia de cõ
uento non potest fieri tale dubium quod fit de consuetudinario,cùm ex quo de iure portio incerta ratione lo
ci & quotę non possit possideri.l.iij.§.j.& l.locus.ff. de acquir.possessione.& ibi notatur per doctores.faciũt
quæ dicit Alex.consi.suo cv.& cviij.in princ.in vj.vol. vbi ponit,quomodo incertitudo impedit translationẽ
possessionis.Videbatur quòd tale doharium non possit possideri, & sic quòd mulier non esset vestita & saisi-
ta.quòd sit incerta ratione loci apparet,quia portio indiuisa nõ potest demonstrari.l.Męuius.§. duobus.ff.de
lega.ij.& de stipulatione seruorum.l.seruus communis sit omnium.ff.de stipulatione seruorum.& quod incer-
ta ratione quotæ patet:quia vsus est incertus.l.vsus pars.ff.de vsu & habitatio. ergo videbatur quòd pro me-
dietate indiuisa non poterat possideri.de quo videatur in d.l.iij. & in l. si quis fundum.ff.de acqui.possessione.
& in l.in summa.ff.vti possidetis.& ideo expressè ordinatum est de consuetudinario.

ADuerte tamen ad id quod dicit Decius in consi.clxxix.inci.viso eleganti.post Ang.& Paul.de cast.in l.ij.
ff.de periculo & commodo rei venditæ.quod constitutũ operatur in re indiuisa inter aliquos.& vide do.
meum Ias.& Claudium de aquis in l.iij.§.incertam.& in l.locus.ff.de acqui.posses.*

Quæstio.
SEd quæritur,pone quòd in contractu matrimonij dicatur ꝙ mulier habebit doharium super medietate an-
tiquorum hæreditagiorum mariti,an istud doharium erit cõsuetudinarium,an verò diuisum?& vtilitas est,
quia si sit diuisum,mulier non est saisita:si verò consuetudinarium,mulier erit saisita.quòd autem sit diuisum,&
nihil operetur conuentio facit,quia debemus esse contenti dispositionibus legalibus circa aliquos actus.l.fi.ff.
de pręto.stipula.& ibi Bar.vnde etiam dicimus quòd debemus esse contenti pœnis legalibus.l.si ita stipulatio.
3 ff.de verb.obli.notatur in l.fi. C.de sponsa.*& expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur.l.iij.ff.de leg.j.
4 & ibi doc.Hinc dicit Bar.in l.de quibus.in repeti.ibi,denuo oppo.ff.de legibus. *quòd si consuetudo sit con-
formis legi scriptæ, & nihil addat vel detrahat, quòd non agitur ex ea,sed ex lege:quasi dicat, quòd fortior est
dispositio legis.sic fit isto casu,vt cùm nihil aliud quæritur à cõtrahente nisi id solùm quòd disponit consuetu-
do,quòd nihil operatur talis conuentio, sed agitur ex consuetudine,& nõ ex cõuentione,& sic dicetur dotali-
tium seu doharium consuetudinarium,& nõ diuisum,quia etiam est fortior punitio legis quàm hominis,vt hìc
satis constat.& facit l.leges sacratissimæ.cum vulg.C.de legi.& maximè,quia dispositio legis subintrat contra-
ctum partium,circa id quod disponit.l.contractus.l.circa.& l.legem.C.locati.contrarium videntur aliqui tene-
re.& mouentur:quia quod aliqua lege cauetur & disponitur, potest in pactũ deduci.l.qui mutuã.ff.man. item
fortius est nobis ius in promisso facto nostro,quàm facto legis.l.si filius.§.erit.ff.de fideicom.lib.& potius est
ius quod ex conuentione nobis datur quàm quod ex lege.l.si quis legatum.§.fi. & ibi glos.ff.ad l.Corneliam.
5 de fal.& glos.in l.si quid bello.ff.de cap. & postli. vnde dicitur * quòd lex suum tibi, non tuum denegat auxi-
lium.l.j. & ibi glos.C. si aduersus vendi. glos. in l.j.C.si per vim vel alio modo.not.in l.fi. C. qui potio.in pig.
habe.not.in l.insulam.ff.de verb.obliga.& faciunt not.per Bar.& do.meum Ias.in l.non impossibile.ff.de pac.
vbi dicunt quòd illud quod datur à lege potest in pactum deduci.& ista deductio aliquid operabitur,quia age-
tur ex pacto.quod dictũ Bar.allegat Barb.in cõsi.j.in j.vol.col.xv. dicit tamẽ Bal.in l.j.C.de serui.pig.da.quòd
specialis promissio continens id quod tacitè inest non plus operatur. ¶ Esset in hoc videndum an de necessi-
tate istud doharium debeatur,quia hoc casu expressio eorũ quæ tacitè insunt de necessitate nihil operatur, vt
dicit Soci.in d.l.iij.ff.de lega.iij.secùs si nõ de necessitate,vt ibi per eum. posset etiam facere pro hac opinione
illud quod dicit Bal.in l.j.ff.ad l.Falci.de statuto continente id quod ius cõmune,quod dat modũ agendi:& sic
non est ampliùs ius commune.& quando ex additione vel detractione fiat noua res,vide dominum meum Ias.
in l.ius autem ciuile.ff.de iusti.& iure.& in l.j.§.& post operis.ff.de noui operis nunciatione.

§. DECIMOSEXTO.

LA femme ne peult mettre hors de ses mains, ne bailler a autruy son douhaire coustumier sans le consentement des heritiers de son mary, ausquelz elle est tenue de le presenter & bailler, se auoir le veullent, pour le pris qu'elle en treuue d'un autre, & en leur refuz de le prendre, elle en peult faire son proffit des fruictz sa vie durant seullement.

IN comitatu Niuer. mulier non potest alienare sine consensu filiorũ. Per hanc consuetudinem datur modus ad priuãdum vxorem iure vsusfructus qđ habet in bonis mariti. Alios modos priuandi quem vsufructu ponunt doctores in §. item finitur. hic statim allegando, sed vnũ aliũ modum dat Ang. in §. fi. insti. de vsufructu, scilicet si etiã parua domuncula faciat domũ amplã, aut si ædificium inchoatũ per defunctum perficiat. quẽ non credo verũ, quia inducta ad augmentũ non operantur diminutionem, ideo aliter non insisto.* ¶ *Ratio huius consuetudinis est, quia mulier non habet nisi vsumfructum in 1
bonis mariti, & reputatur vsufructuaria in bonis quondã mariti, ideo nõ mirũ si nõ possit alienare sine consen
su hæredũ apud quos est proprietas, cũ qua postmodũ cõsolidari debet vsusfructus, ideo si alienat sine illorum
consensu, amittit vsumfructũ. insti. de vsufru. §. itẽ finitur. vbi Io. Fab. plenè, maximè quãdo alienatur ipsum ius
vsusfructus. per l. si vsusfructus. ff. de iure do. secus autẽ quãdo alienatur solũ perceptio fructuũ ex vsufructu, seu
emolumentũ in re vtendi penes vsufructuariũ remanẽte, quia nõ amittitur vsusfructus. l. cũ in fundo. §. ꝙ si mu
lier. ff. eo. & l. arboribus. §. vsufructuarius. & ibi not. de vsusu. de qua materia plenè dixi in consilio quod feci
in casu emergenti, quãdo cõsului an per ingressum monasterij mulier perdiderit istud ius, & ibi dixi an potue-
rit locare cõmoditatem sine cõsensu proprietarij. & ideo non est mirandũ si istud inducit cõsuetudo nostra, cũ
sit iure cautũ. etiã facit in simili qđ dicitur de emphiteuta qui nõ potest rem emphyteuticã alienare nisi facta
oblatione domino. c. potuit. de loca. l. fi. C. de iure emphy. ¶ Et facit quia in iudicio familiæ herciscundæ post
motam controuersiã alienationes voluntariæ extraneis sunt interdictæ. l. j. in fi. C. cõmuni diui. ff. fami. hercis. l.
alienationes. & est gl. fi. in l. dudum. C. de cõtrahẽ. emp. & in cõmuni diuidũdo iudicio post litẽ contestatã. d. l. j.

IN TEXTV IBI, *Ne peult mettre hors de ses mains.*

QVæro *quid operãtur hæc verba tex. in c. j. de immu. eccle. li. vj. vtitur istis verbis, & dicit ibi Gemi. quia 1 *Ponere*
istud verbũ est valde latũ, & plusq̃ alia verba ibi posita, & dicit ꝙ emptor domus prohibitus illã extra *extra ma-*
manũ suã ponere nõ potest illã cõmodare, vel alij seorsum concedere, licet aliũ ibi posset secũ recipere. alle. l. *nus.*
iiij. ff. de vsu & habi. & dicit istud esse dictũ Petri de bella pertica. Aduerte, quia etiã idẽ tenet Bal. post Cy. &
Alb. de rosa. ĩ l. fi. C. de reb⁹ alienis nõ alienã. vbi dicit Alb. *ꝙ deponere est extra manũ ponere. per l. j. in prin. 2 *Depone*
ff. de pos. & istud etiam dicit Gemi. in dicto loco. ex quo videntur doc. inferre in d. l. fi. ꝙ hoc casu prohibetur *re.*
locatio, sed do. meus Ias. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. videtur tenere cõtrariũ post Bar. ibi, per l. nõ so
let. ff. locati. ideo videtur ꝙ tm̃ prohibetur alienatio iuris vsusfruct⁹, & cõmoditas illius. quod quo modo intel
ligatur dicã inf. in gl. fi. & de hac clausula etiã ponit Spe. in tit. de loca. §. vj. ver. cxvj. Per hæc verba si fiat hæc
alienatio contra legẽ, erit ipso iure nulla, propter hæc verba prohibitiua, *ne peult.* dixi suprà amplè in §. *le mary*
& la femme ne peuuẽt. vide do. meũ Ias. in l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de verb. obl. ¶ Tu dic ꝙ alio casu etiã
alienatio est nulla, scilicet quãdo fit cõtra iuramentũ. Pone *mulier iurauit non alienare dotẽ nisi solẽniter & 3 *Nota.*
cũ decreto, postmodũ alienat eã cũ iuramẽto ꝙ ista nõ seruabit. gl. multũ not. & sing. in c. licet mulieres. de iu
reiu. in vj. tenet pede firmo ꝙ valet primũ iuramentũ, & per cõsequens secunda alienatio nõ valet. & ita tenet
Spe. per illam gl. in tit. de emp. & vẽ. §. iij. loco. ver. quid ergo. & ver. nota generale cõsiliũ. cũ illa gl. tenet Bar.
in l. si quis pro eo. in iij. mẽbro principali. ff. de fideiuss. cano. in c. cũ contingat. in iij. col. extrà, de iureiu. & dicit
do. Ale. in l. duob⁹. §. idẽ Põpo. ff. de iureiu. ꝙ pro illa gl. est bonus tex. in c. intellecto. & in c. veniẽs. ext. de iu
reiur. & in c. dilecto. versi. nisi forte. de præben. in vj. de qua gl. facit mẽtionẽ Feli. in c. cũ M. Ferrariẽ. in pe. col.
extrà, de cõsti. Contra tamẽ prædictã regulã videtur facere tex. in l. duobus. §. idẽ Pomponius. ff. de iureiu. vbi
*vltimo iuramento standum est, & vltimum derogat primo. & idem facit ad tex. in c. tua nos. extrà, de iureiu. 4 *Vltimo*
Lud. Roma. ponderat adhuc contra dictam gl. tex. in c. sicut ex literis. extrà, de sponsa. Et pro solutione Imo. di *iuramento*
stinguit in c. cum dilecto. de præben. in vj. & in l. cum vir. ff. de vsur. & in l. si æstimatis. ff. sol. matrimo. ¶ Quã- *standum.*
do valeat actus factus contra iuramentum, vide Boerium in consuetudi. septenæ Bituricen. titu. de donatio.
§. ij. ¶ Et Bertrandi in consi. ccxxvij. nume. xxvij. in iij. parte.

TV vlteriùs dic, ꝙ cõtra hanc gl. multũ facit* ꝙ si aliquis iurauit in futurũ nõ facere talẽ actũ vel contractũ, 5 *De actis*
si postea facit etiã sine iuramẽto, valet secundus actus, licet faciẽs sit periurus, quãto magis valeret secũdus *contra iu-*
actus si interueniret iuramentũ? probatur istud multis. Primò ex eo qđ vult gl. sing. in c. fi. in ver. reuocatus. de *ramentum*
procu. in vj. tenet, *ꝙ si iuraui reuocare talẽ procuratorẽ, & postea reuoco, valet reuocatio, licet sim periurus. 6 *factis.*
de veritate cuius ponit latè Feli. in c. ex parte decani. in v. col. in ver. d. c. extrà, de rescrip. & aliquid in c. edoce-
ri. in v. col. ext. de rescrip. & in c. si diligenti. in ix. fallen. extrà, de foro cõpe. vbi ponit an actus factus cõtra iura-
mentũ sit validus, & an faciens incurrat periuriũ. ¶ Secundò facit quod decidit Bar. in l. omnes populi. in iiij.
q. iij. quæstionis principalis. ver. circa tertiũ. quãdo *primũ statutũ est iuramẽto firmatũ. ff. de iusti. & iure. vbi 7
tenet ꝙ valet secundum statutũ, per quod renocatur primũ qđ erat iuratũ, licet statuentes sint periuri. & latè
disputat Albe. in aut. hoc inter liberos. C. de test. & Bal. in l. clari. C. de fideic. & Pa. in c. dilecto. in pe. col. ex-
trà, de pręben. ¶ Tertiò facit qđ dicit Io. And. in reg. ꝙ semel. in Mercu. & Bar. in l. si quis. in prin. testamẽti. in 8
vlt. col. ff. de leg. j. * iurans non venire cõtra testamentũ, tamẽ si veniat, valet secũdũ testamentũ, licet incurrat
periuriũ. gl. & Archi. in c. vlt. volũtas. xij. q. ij. ¶ Quartò facit qđ dicit Spe. & Io. An. in ti. de leg. §. nũc tractem⁹. 9
ver. qđ si legat⁹ reseruauit. vbi voluit *ꝙ valet receptio in canonicũ vltra numerũ taxatũ à statuto iurato, licet
canonici sciẽter recipiẽtes sint periuri. & ista sunt quæ dicit do. meus Ias. in d. §. idẽ Põponius. cõtra dictam gl.
Quæ omnia habui à domino Ale. ĩ cõs. xvj. inci põderatis narratis in testõ. in iij. vol. qđ cõsiliũ est multũ nota
bile in hac materia. Et ex dictis ibi dominus meus adherẽdo prædictæ gl. illam tribus limitationibus limitauit.

Limitationes prædictorum.

PRimò videlicet, vt illa gloſ. procedat in caſu illo, ſcilicet quando mulier iurauit negatiuè non alienare rem dotalem, quòd iuramentum conueniat in diſpoſitione iuris communis, cùm diſpoſitione iuris communis ſit prohibita alienatio rei dotalis ſine decreto: & ideo tale iuramentum primum quod conuenit cum diſpoſitione iuris communis facit quòd actus factus in contrarium etiam cum iuramẽto non ſit validus. ita etiam pro hoc facit text. in c. intellecto. qui ita eſt intelligendus, extrà, de iureiur.

SEcundò limitat dictam gloſ. vt procedat quando ille cum quo celebratur ſecundus actus ſciebat talem ſecundum actum fieri contra iuramentum prius præſtitum: ſecùs ſi ignorauit, prout in dubio præſumitur, per regulam. l. veriùs. ff. de proba. quia tunc ſecundus actus valebit, non obſtante primo iuramẽto. ita etiam limitat do. Alex. in d. conſi. xvj. in iij. vol. ſup. alleg. cũ aliis concordãtiis alleg. per do. meũ Iaſ. in d. §. idem Pomponius.

TErtiò limitat non habere locum quando iuramentum fuiſſet præſtitum in manibus alterius non habentis, nec ſentientis aliquod intereſſe: ſecùs ſi fuit præſtitum in manibus patris vel alterius habentis aut prætendentis aliquod intereſſe, quia tunc ſecundus actus factus contra dictum iuramentũ eſt nullus. Bal. in c. veniens. de iureiur. & Alex. & do. meus Iaſ. in locis hîc antè allegatis.

QVartò limita dictam glo. non habere locum quando iuramẽtum eſt prȩſtitum à diuerſis perſonis, & ideo intelligenda eſt dicta glo. quando tale eſt præſtitum ab illamet perſona quæ ſecundò facit ſecundum iuramentum contrarium primo iuramento. & ita intelligendus eſt tex. in d. §. idem Pomponius.

QVintò limita & intellige dictã gl. quãdo primũ iuramentũ eſt licitũ: ſecùs ſi illicitũ, & ſecundũ licitum, quia tunc ſecundũ valeret & tolleret primum. ita eſt intelligendus text. in c. tua nos. extrà, de iureiur. & hæc ſunt quæ dicuntur de dicta glo. per ſupradictos docto. tu adde eũdem do. meum in aut. ſacramenta puberũ. in xiiij. col. C. ſi aduer. & in §. item ſi quis poſtulãte. in ij. col. inſti. de actio. & in d. §. morte. ſuprà all. quæ omnia nota, quia ſunt notanda. Et fui interrogatus hoc anno quomodo poſſet impediri alienatio rei dotalis cuiuſdã domicellæ quam cogebat ad hoc maritus, & licet dixerim quòd erat fiendum ſecundum prædictam glo. tamen reſolutiuè dixi ꝙ illud non erat tutum, nec conſulebam quòd ita fieret, neſcio tamen quid poſtea factum fuerit.

IN TEXTV IBI, *Douhaire couſtumier.*

Dohariĩ diſtinctio.
1 Conſuetudinariũ ſimplex.
2 Conſuetudinariũ conuentũ.

QVæro quid de conuento, nunquid idẽ ſit quod in conſuetudinario? Aduertendũ eſt ꝙ iſtud ius dotalitij, de quo ſuprà dixi in §. vj. in ci. *femme mariee.* in gl. *eſt douhee.* dicitur conſuetudinariũ & conuentum, ſed cõſuetudinariũ dicitur genus ad duas ſpecies. ſ. * cõſuetudinariũ ſimpliciter, quod eſt ſine cõuentione ex cõſuetudine, media pars bonorũ, de quo eſt tex. ſuprà in d. §. *femme mariee.* * cõſuetudinariũ nõ ſimpliciter, quod dicit conuentũ, quod tamen dicitur conſuetudinariũ, quia citra cõſuetudinẽ nõ deberetur, ſed ideo tranſit in aliã ſpeciẽ ſub ipſo genere, quia licet nõ poſſit excedere cõſuetudinariũ ſimpliciter, tamen poteſt fieri ex pacto minus, & cũ cõſuetudinariũ ſit in media parte bonorũ pro indiuiſo, iſtud poterit fieri etiã ex conuentione incerta & ſpecificata re, propterea non deſinit eſſe conſuetudinariũ, hoc eſt ex conſuetudine deberi, quia nõ eſt inconueniens ꝙ id quod lege debetur poſſit in pactũ deduci, & ex illo deberi. l. nõ impoſſibile. & l. in emptionibus. ff. de pac. facit l. qui mutuã. ff. man. l. ſecundũ reſponſum. C. de cõtrahen. & commit. ſtip. & dicit Bar. in d. l. nõ impoſſibile. ꝙ licet cõuẽtio quæ ex lege oritur, dicitur legitima, ſi tamẽ etiã in pactũ deducatur, nõ deſinit eſſe legitima, ſed dicitur legitima prout ſi nõ fuiſſet pactũ appoſitũ, per l. legitima. ff. de pac. ſi ergo licet ex cõſuetudine dotalitiũ debeatur matrimonio cõtracto, tamen poteſt expreſſè ſuper illo paciſci, & nihilominus remanet cõſuetudinariũ, hoc eſt conſuetudine introductũ, ex quo ſequitur ꝙ iſta cõſuetudo intelligitur & loquitur de illo dotalitio diuiſo & cõuẽto, quia vtrũq; dicitur cõſuetudinariũ, imò etiã ex idẽtitate rationis, quia in vtroq; vxor dicitur vſufructuaria, ex quo in vno tenetur præſentare domino proprietatis, ad ſimilitudinẽ idẽ erit dicendum in alio, cũ nulla maior ſit ratio in vno q̃ in alio, imò eadẽ ratio militat in vno ſicut in alio, ergo idẽ ius erit ſtatuendũ. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. & iſtã partẽ credo veriorẽ, licet poſſet argui in cõtrariũ, eo ꝙ ſtatutũ eſt ſtricti iuris. l. ſi ſerui vnde. C. de noxa. c. dilecti. de dona. & eſt reſtringendũ, ita ꝙ quicquid omiſſum eſt, eſt omnino omiſſum. l. quicquid aſtringẽdȩ. ff. de verb. obli. Et expreſſio vnius, alterius eſt excluſio. c. nõne bene dicim⁹. ext. de præſumptio. l. cũ prætor. ff. de iu. & in hoc videtur eſſe ratio vrgẽtiſſima, ex quo cõſuetudinarium ſimpliciter debetur ex lege municipali, neceſſe fuit ꝙ lex daret prouiſionem circa illius alienationẽ, cũ nulla in illo caſu ſit partiũ cõuẽtio, ſed ſecùs eſt in alio, cũ procedat ex cõuẽtione partiũ, lex cõfidit de ipſis partibus cõtrahẽtibus ꝙ circa hoc prouideat, vnde ſi nõ fecerint imputetur illis. arg. l. veteribus. ff. de pac. & præſumit lex ꝙ partes circa hoc prouideant, vnde nimirũ ſi nõ prouideat. ex quo dicendũ videtur ꝙ circa illud remanet in diſpoſitione iuris cõmunis, & erit verũ dicere ꝙ lex nõ tibi tuũ, ſed tibi ſuũ denegat auxiliũ. l. Celſus. ff. de arbi. & tenẽdo hãc partẽ poſſit dici ꝙ ex quo ad cõſuetudinariũ additur cõuentũ, nõ ampliùs dicitur cõſuetudinariũ ſimpliciter, & dicitur aliud à dotalitio cõſuetudinario, cũ quando additur qualitas dicitur nouus & alius actus. facit l. ius autẽ. ff. de iuſti. & iure. & ibi do. meus Iaſ. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obli. & in l. j. §. & poſt operis. ff. de noui ope. nuncia. c. ſtatutum. de elec. in vj. & Panor. in rub. dȩ vita & hone. cleri. & in c. quia. de inſti. & in c. j. de iura. calum. Feli. in c. licet in corrigendis. de offi. ordi. & in c. tua nos. de iureiur.

IN TEXTV IBI, *Sans le conſentement.*

1 QVæro, * quid ſi hæredes ſint abſentes, quid fieri debeat? Bar. in l. fi. C. de iu. emphy. videtur tenere quòd poſſit alienare. ſed Bal. in c. j. in titu. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. videtur tenere contrariũ. & vide quòd dicit Specu. in titu. de feudis. §. xxx. ſeruari. de conſue. ❡ Videtur tamen quòd iſta conſuetudo in hoc ſit contra text. in l. cum vſuſfructus. ff. de vſufru.

IN TEXTV IBI, *Des heritiers.*

1 Hæres duplex.
2 Sermo ſimplex de prima vice tantũ intelligitur.

ADuerte * ꝙ hæres ſumitur dupliciter. quidam eſt hæres ſanguinis, alius eſt hæres hæreditatis, vt dicit Bal. in c. j. in tit. de eo qui ſibi & hære. ſuis maſcu. & fœmi. inue. acce. dicã infrà latiùs, in §. ij. in ti. *des ſucceßions.* ❡ An iſtud intelligatur tãtũ de hȩredibus ſanguinis, cogita ex his quæ dicit Soci. in cõſi. ſuo ccxlix. inci. materia præſentis cõſultationis. & in cõſi. cclvij. inci. viſis inueſtituris Romanorũ. & intellige ſolũ de primis hȩredibus, * quoniã ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice tantũ. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi.

do. meus

do.meus Iaſ.in l.diuortio.§.ꝙ in anno.ff.ſol.mat.& in l.duobus.§.ſi ei qui.ff.de iureiu. ¶ Et facit ꝙ quelibet oratio intelligitur de primo actu.Feli.in c.innouamus.extrà,de treuga & pace. vbi ponit regulam cum ſeptem fallentiis.* ¶ Dic ꝙ videtur quòd intelligi debeat etiam de vlterioribus hæredibus,per tex.in l.hæredis.& in l.ſciendum.ff.de verb.& rerum ſigni.dixi inf.in tit.*des ſucceßions*.§.v.in gl.*meilleur de l'autre*.verſi.reaſſumẽdo. dico plus quòd facultas data Titio & hæredibus perpetuò extenditur vſque ad quartã generationem,per tex. & ibi Iacobum de bello viſo,& Ang.in §.j.in aut.de reſti.fideicom.collatio.ix.do.meus Iaſ.in l.fi.in iij.colum. C.de hære.inſtitu.& in l voluntas.C.de fideicom.faciunt quæ dicit Alex.in conſi.lvj.in j.vol.& xxiiij.in ij.vol. & in conſi.ix.in ij.col.in ij.volu.& conſului in caſu arduo.

IN TEXTV IBI, *Eſt tenue de la preſenter.*

NVnquid*iſta præſentatio debeat fieri ante contractũ perfectũ? habẽdo reſpectũ ad ordinem ſcripturæ, vi- *1 Præſentatio ante vel poſt cõtractum fieri debeat.*
detur ꝙ hæc præſentatio debeat fieri ante cõtractũ perfectũ. Nã ſtatutũ ſeu cõſuetudo vult ꝙ non poſſit ponere extra manus ſuas donec preſentauerint hæredibus mariti,ergo videtur ꝙ præſentatio debet præcedere contractum.arg.l.ij.§.prius.ff.de vulg.& pupi.ſubſti.Sed ex ſecunda parte videtur quòd cõtractus debet eſſe factus,cũ dicat,*pour le pris qu'elle en treuue*.ex quo videtur iã fuiſſe prælocutũ de precio.& ſic videtur tractatꝰ perfectus,'& credo ꝙ ſiue poſt ſiue ante,dũmodo mulier quoquo modò eis denuntiauerit ꝙ eſt parata ponere extra manus ſuas,quòd ſufficit.Ale.tamẽ in addi.ad Bar.in l.vnica.C.de ven.re.fiſca.cũ priua.lib.xj.videtur innuere ꝙ debeat denũtiare ante contractũ perfectum. ¶ Quando autẽ aliquid cõfertur in voluntate alterius quomodo intelligitur plenè per Bal.in l.in vendentis.C.de contrahen.emp.ideo nõ inſiſto nunc. Et de verbis importãtibus liberã voluntatẽ, vide Bar.in extrauaganti,ad reprimendum.in verbo,videbitur.

SED an*hæc præſentatio debeat fieri in iudicio,vel ſufficiat ꝙ fiat extra iudiciũ? Dic ꝙ ſufficit extraiudi- *2 An in*
cialis præſentatio.l.ſi decẽ cũ petierit.ff.de verb.obli. *cũ (vt dicitur) petitio extraiudicialis conſtituit de- *3 iudicio, an extra.*
bitorẽ in mora.Facit l.amplius nõ peti.ff.de ſol.& quę dicũt doctores in dictis locis,& qđ voluit Bal.in l.ſi ex
legati.ff.de verb.obl. ¶ Aduerte tamẽ*ꝙ vbi requiritur petitio ſeu interpellatio iudicialis,tamẽ cõgruũ eſt ꝙ 4.
fiat antè extraiudicialis.l.quidã Iberus.ff.de ſer.ruſti.prædio.dicam infrà in §.xxiij. ¶ Item*quæritur an ſuf- 5
ficiat ſemel præſentare,vide Bar.in l.qui Romæ.§.cohęredes.ff.de verb.obli.& do.meũ Iaſ.in his quæſtioni-
bus.in l.quod te.in viij.col.ff.ſi certũ peta.& dicit Bar.in d.§.cohęredes.*ꝙ debet expectari per duos menſes 6
poſt denunciationem.Ro.conſi.clxxxij.& doctores in d.§.cohæredes.

IN TEXTV IBI, *Se auoir le veullent.*

EX hoc patet ꝙ iſta eſt facultas,ſed an tranſeat ad hæredes iſtorum hæredum, vide Boerium in conſue.Bituricen.tit.de conſue.retractus.§.iij.vbi quærit an facultas retrahendi tranſeat ad hæredes.ſed in hoc caſu adhuc aliud dici poteſt,ſcilicet ꝙ ex quo hęres hęredis mei meus eſt hęres.de qua materia plenè per doc.in l.fi. C.de hære.inſti.& vide Barth.cõſi.cxiiij.inci.Andreas Martini condidit teſtamentum.& Ang.in conſi.ccxlvj. Old.conſilio ſuo xxj.quòd tamen hæc facultas non tranſit ad hæredem hæredis facit quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo.per ea quæ dixi in additione gl.præcedentis.

IN TEXTV IBI, *Pour le pris qu'elle en treuue d'un autre.*

ADuerte in ſimili ad id quod dicit Bal.in l.ij.in fi.in lectura.C.de reſcin.ven. *ꝙ ſtãte ſtatuto quòd in vẽdi- 1
tione pręferãtur cõſortes,ſi quis velit rẽ vendere pro qua inueniat xv.aut xx.conſors velit tantùm dare x.
quia dicat hunc verũ valorẽ rei,& nõ tenetur ei vẽdere pro x.& caſu quo noluerit plus dare,poterit aliis vẽde-
re.ita etiam notãt doc.per tex.in l.fi.C.de iure emphy.& ibi do.meus Iaſ.in vij.col. ¶ Hinc per hoc dico,*ꝙ ſi 2
hæredes mariti nolẽt dare pro cõſuetudinario dohario vxoris niſi x.dicẽtes illũ eſſe valorẽ,& mulier inueniret xv.quòd poſſet alteri vendere,nec cogetur dare hæredibus mariti,maximè etiã propter hæc verba noſtræ cõſuetudinis,*pour le pris qu'elle en treuue d'un autre*. ¶ Et aduerte,quia per iſtud,*pour le pris*,videtur ꝙ textus noſter tantũ loquatur de vẽditione,quod verbũ cõuenit tãtũ emptioni & vẽditioni,& nõ locationi,& aliis cõtractibꝰ. & ſimili argumẽto & ratione vſus eſt Pa.in c.j.de reſti.in integ.in gl.j.in fi.ad oſtẽdẽdũ ꝙ diſpoſitio illiꝰ c.nõ loquitur in vẽditione,ſed in locatione ad longũ tẽpus,ex quo vtitur verbo, cẽſus, quod cõuenit illi contractui,& nõ verbo precij,quod cõuenit vẽditioni,& ſic generalitas illorũ verborũ,extra manũ ponere,reſtringitur,& reſtrictionẽ ſeu declarationẽ accipiet per illa verba,*pour le pris*,quæ tantũ verificabuntur & habebũt effectũ in vẽditione. ¶ Et quãdo preciũ arguit vẽditionẽ,vide Alex.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de ac.emp.Bal.in l.cum dotẽ.ver.nota hic argumentũ.C.de iure dotiũ.Idẽ Alex.in l.ſi quis autẽ.ff.de acqui.poſ.& iſtud precium per hæredes debet incontinenti ſolui,per ea quæ dicũt glo.& Bal.in l.j.C.de cõmuni ſeruo manumiſſo.modò quærit glo.eo ꝙ mulier coacta eſt vẽdere dictis hæredibus. ¶ Credo tamẽ quicquid hìc antè ſit dictũ,ꝙ intel
ligitur in omnibꝰ cõtractibꝰ ſiue locationibus,ex quo dicit in fi.*pour en faire ſon proffit des fruictz*. ¶ *Sed po 3
ne ꝙ mulier dixerit maius preciũ,puta quia tãtũ inuenit xx.& vẽdere volebat pro illis xx.dicit tamẽ ꝙ inuenit xxv.& nõ vult dare pro minori hęredibꝰ eius mariti, an per hoc debeat priuari ſuo dotalitio? ¶ Videtur primò dicẽdũ ꝙ ſic,per tex.in l.eum qui.§.cũ igitur.ff.de in diẽ adie.& facit tex.in l.ſicut nõ videtur.in fi.ff.quib.mo. pig.vel hypotheca tacitè contrahatur.& facit deciſio Spec.in titu.de locato.§.nunc aliqua.verſi.xcij.& doc.in
c.potuit.extrà,de locato.& quod dicit do.meus Iaſ.in l.fi.C.de iure emphy.in vj.col. *quòd denũciatio facta 4
per emphyteutã domino,quæ non eſt vera,quãdo eſt de pluri quàm inueniatur,eſt perinde ac ſi nõ eſſet facta; & ideo ſi mulier dixerit hæredibus ſe inueniſſe maius precium quàm fecerit, videtur quòd denunciatio facta per ipſam ſit nulla,& per conſequens priuari debet ſuo dotalitio,ſi reperiatur poſtmodum plus dixiſſe.

ET ex quo negauit verum valorem & verum precium inuentum priuari debet iure ſuo, * cùm propter ne- *5 Propter negationẽ quis iure priuatur.*
gationem quis priuatur iure ſuo.ita facit tex.in l.ſi dubitetur.§. ita demum. ff.de fideiuſ.cum infinitis alleg. per dominum Iaſ.in l.quod te.in xij.col.ff.ſi certum peta.vbi amplè ponit pœnam mendacis. & ibi ſcripſi latè ad Iaſ.meum.& etiam Feli.in c.cæterum.in vj.& vij.col.extrà,de iudiciis.

ADDITIO. Inter alias pœnas quas patitur mẽdax eſt,quia ampliùs ſi nõ creditur,vt tenet Mat.de affl. in conſti.regni Sici.quæ inci.ſpõte volẽtibus.in v.not.& ibi quomodo puniatur. Et quòd

ex eo resultant multa mala vide eũdem in constitutione,pessimã.in iij.not.Et quòd occidit animã, in constitu-
tione,inter cætera.in iij.not.Et quòd propter mendaciũ patronus perdit ius patronatus,in cõstitutione,patare
norũ.in ix.not.Et de negante depositũ,mutuũ vel cõmodatũ,vide in constitutione quæ incipit, regiæ maiesta
tis.Et qnãdo negatio faciat rẽ dubiam vide in constitutione inter multos.in ix.not.* Sed tamẽ teneo contra-
riũ,quia non est expressum in iure,nec per consuetudinẽ dictũ quòd isto casu mulier priuetur suo dotalitio,er-
6 go non debet priuari,*cũ nunquã habeat locũ pœna priuationis iuris,nisi tex.expressè dicat.tex.est in §.cũ igi
tur.in aut.de nõ eligendo secundo nubentes.per quẽ tex.ita no.Bar.in aut.de testamẽto.in ij.col.C.de sec.nup.
do.meus dicit in l.diuortio.§.si sciendũ.ff.sol.mat.ꝙ solet pro hoc allegare tex.in l.& si quis.§.diuus. ff.de reli.
& sumpti.fune.sed ante eum Bal.allegauit in d.aut.ex testõ.& Ale.in l.etiã.§.j.ff.sol.mat.de qua regula latè per
do.meũ in l.ꝙ te.in xij.col.ff.si cer.peta.in l.si quis maior.in ij.col.C.de trãsac.& in l.j.C.de transac. Feli.in c.
translato.in pe.col.extrà,de cõsti.& in c.ex parte.in j.& ij.col.extrà.de rescriptis. ¶ Adde de mentiẽte in pre-
cio in casu retractus.de quo Boerius in consue.Bituricen.tit.de consue.retentionis rerum feuda.§.ij.

IN TEXTV IBI, *Et en leur refux.*

1 Semel licentiãs an poßit reuocare.

PОne ꝙ parentes *semel licentiauerunt mulierẽ vt vendat, an postmodũ possint morã purgare re integra?
dic ꝙ sic,per tex.in l.sicut.§.si voluntate.ff.quibus.mod.pig.vel hypothe.soluitur.& faciũt ad propositum
quæ dicit in simili do.meus Ias.in l.fi.in vij.col.de iure emphy.& ex dictis do.mei Ias.ibi,in vj.& vij.col.colli-
2 ge*quòd si mulier fuerit semel licentiata ab hæredibus vendere vsumfructum cui velit,potest quandocunque
& cuicunque vendere,& si steterit per multos dies & annos post licẽtiam quòd non vendiderit,non tenetur
iterum interpellare hæredes nisi moram purgauerint, vt dictum est.quæ nota. ¶ Et aduerte, quòd videtur
3 *quòd si semel declarauerint se nolle emere, quòd non possunt ampliùs variare,cùm talis variatio reprobetur.
l.serui electione.ff.de leg.j.sic etiam si declarauerint se velle emere, possunt cogi ad emendum, quia variatio
in talibus,vt dixi,reprobatur.d.l.serui electione.& l.statu libero. ff.de leg.ij.l. apud Aufidiũ.ff.de optio.legata.
& quæ nota.Barto.& alij ibi & Are.& Lancelotus Decius in d.l.serui electione. in quibus locis satis colligitur
quomodo & quãdo admittatur variatio. ¶ Et facit qđ dicit Bar.in l.eum qui.§.quæ iniuriariũ.& ibi do.meus
Ias.ff.si quis cautio.*ꝙ si tu promisisti mihi,non vendere domum tuam nisi mihi,si semel exposueris eam vena

4 Variatio quando permissa.

lem,tu teneris mihi eam vendere,nec poteris variare .vt ergo cõtrariorũ sit eadẽ disciplina,& dispositũ in vno
correlatiuorũ sit in alio dispositũ.l.fi.C.de cupressis.lib.xij.si ego teneor tibi vendere rem meã,& illa exposita
venali dixeris te velle emere,sicut in primo casu,nõ possum variare,ita videtur ꝙ in hoc secũdo casu tu nõ po-
teris etiã variare,imò ꝙ cogi poteris ad emendũ. ¶ * Quãdo aũt verba volo vendere, & hæc volo emere,in-

5 Volo vẽdere Volo emere.

ducant contractum perfectum vide per Bart.Areti.& Lancelotum Decium in l.serui electione.ff. de leg.j. vbi
plenè ponitur quando talia verba inducant dispositionem.

ET ibi etiam an qui semel elegit vnam viam possit aliam eligere & dimittere primam electam, & ibi plura
quę hìc non transporto.dicam alibi.

¶ Aduerte tñ ꝙ quãdo electio datur à iure,licita est variatio.l. eũ qui certarũ. & ibi docto. ff.de verb.obl.*

IN TEXTV IBI, *Sa vie durant seullement.*

¶ Vide Franciscum de Crema singulari suo cxxxiij.incipiente,tu scis.

ADuerte tamẽ ꝙ videretur,quòd si alienet,debeat perdere,vt est tex.in §.finitur.insti. de vsu.sicut in simili
dicit Bal.in l.cum oportet.§.cum autem.in fi.C.de bonis quæ liberis.de parte alienante vsumfructum quẽ
habet in bonis filij qui perdit illum.per d.§.finitur.

§. DECIMOSEPTIMO.

LA femme apres le trespas de son mary est saisie des aßignaulx a elle faictz en particulier par son mary,pour les deniers de son dot & mariage, & semblablemẽt en sont vestuz & saisiz ses heritiers,& faict ladicte fẽme apres le trespas de sõ mary les fruictz desdictz aßignaulx siens, sans compter au sort, & au regard des heritiers de ladicte femme ilz comptent les fruictz en sort, s'aultrement n'est conuenu par traictie de mariage ou d'aßignal.

1 Aßignatio transfert solum dominiũ.

IN comitatu Niuernensi & in comitatu Burgundiæ idẽ statuitur & ordinatur. ¶ * Per assignamẽ-
tum seu assignationẽ transfertur tantũmodo de iure dominiũ, & non possessio, prout voluit Pet.
de bella pertica in l.j.ff.de assigna.liberorũ. ¶ Contrariũ tamen adhuc videretur, scilicet quòd nõ
deberet transferri dominiũ,cũ verbũ assigno , non importat dominij translationẽ, nisi tradita.ita
tenet.Io.Fab.in §.itẽ seruiana.in pe.& vlt.col.insti.de actionibus.& in l.si quis argentum.C.de dona.sed hoc ca
su cũ fiat ista traditio in euẽtum conditionis, & sub cõditione per obligationẽ, quæ statim facta assignatione
tunc adueniente cõditione potest trãsferri & dominiũ.l.dotis fructus.§.fi.de iure dotiũ.ff.de posses.l.qui abſen

Ratio consuetudinis.

ti.§.j.ff.de acqui.pos. ¶ Et hæc cõsuetudo est ex eo quòd mulier in bonis mariti habet tacitã hypothecã, & om
nia bona hypothecata pro dote, etiã nulla facta assignatione particulari.l.vnica.§. & vt plenius.C. de rei vxo.
ac.l.assiduis.C.qui potiores in pig.habeantur.plura per do.meũ Ias.in §.fuerat.insti.de actio. ¶ Cũ ergo sit par
ticularis assignatio vt aliquid operetur, voluerũt statuentes & ordinauerũt ꝙ in dicto assignamento in quo
habet dominiũ,quòd possessio trãsferatur adueniente tẽpore,scilicet in casu restitutionis dotis.qđ quidẽ pri-
uilegiũ.s.ꝙ mulier in hoc sit saisita absq; reali taditiõe est priuilegiũ inuentũ per consuetudinẽ nostrã. ¶ Quo
autẽ mulier post mortẽ mariti sit in possessiõe bonorũ sibi donatorũ per maritũ,vel pro dotalibus bonis mari
ti,amplè Philipp.Decius in cõsi.suo ccxxxij.in ij.vol.& Bal.in l.cũ tibi.C.qui po. in pig. habeantur. ¶ Quod
nõ credo verũ,quia possessio rei dotalis est penes maritũ ipso viuente.Ale.in consi.iiij.in iij.col.in ij.vol.

2 Aßignatio verbũ variè capitur

SED tamen*aduerte,quia verbũ assignare,variis modis,& secundũ subiectam materiam potest capi, in hoc
enim casu,scilicet in assignatione dotis,importat dominij translationem & possessionis. dominij enim trans
lationẽ importat etiam sine traditione,adueniente tamẽ conditione,vt vult gl. in aut.donationem. circa finẽ.
C.de iure

C.de iure dotiũ.quæ gl.ibi ab omnibus approbatur, & ideo dicit ibi Cy.quòd speciale est,* quòd res data mulieri in assignationem dotis adueniente conditione potest ab ea vendicari.ita refert & sequitur Gui.pape decisio.cccccxxiiij.& sic ex quo habet dominium in dicto assignamento. 3

ADuerte etiam,an per hanc consuetudinem sit sublata l.vbi adhuc.& aut.donationem. C. de iure dotium. cum notatis in aut.ꝙ locũ.C.de colla.quæ disponunt ꝙ mulier potest repetere dotẽ,etiam constante matrimonio.si verò maritus vergat ad inopiam?dic ꝙ non,eo ꝙ cũ hîc nihil dicatur,ideo de his recurrendum est ad dispositionem iuris cõmunis,quia tantùm hîc loquitur in casu mortis mariti. ¶ Et quomodo debeat cõstare de hac vergentia ad inopiam?tex.in l.si cõstante.ff.sol.mat.videtur innuere quòd debeat euidentissimè constare.Sali.tamen in dicta l.vbi adhuc.dicit quòd sufficit probare opinionem vulgi esse talem.Et intellige quia mulier hoc casu repetet dotem,nisi maritus vellet dare fideiussorem.c.per vestras.extrà,de donatio. inter virũ & vxorem.contra opinionem aliquorum.

SED pone,pro sua dote quam debet habere mortuo marito pro statu suo tenendo, maritus assignat vxori aliquid,nunquid in hoc sit proprietaria vel vsufructuaria durante eius vita?idem Gui.pape qui plura ad hoc allegat,dicit quòd est proprietaria.istud dicit in decisio.cccccxxv.quæ no. ¶ Et dicitur etiã in possessione ipsa viuente,vt dicit Bal.in d.l.cum tibi.C.qui potiores in pig.habeantur. Sed quicquid sit, habet tantùm ius in assignali per modum hypothecæ,eo quòd nunquam præscribit: nec eius hæredes ius recuperandi, vt dixi infrà in §.proximè sequen. ¶ Hæredes tamen sunt tantùm vsufructuarij quo ad nos, vt in hac consuetudine,cũ computent fructus in sortem.

IN TEXTV IBI, *Par son mary.*

INtellige verum etiam si maritus sit minor,cùm minor possit obligare bona pro dote.l.ij.§.fi.cum l. sequen. ff.de rebus eorum.Ioan.Fab.in suo breuiario in l.minor.C.de legi.tutela.

QVid si mortuo marito mulier pro sua dote seu pro denariis sui matrimonij sibi aut eius marito promissis & nõdũ solutis capiat aliquã terrã in solutũ,& in assignale , an si hoc casu post eius mortẽ eius hæredes percipiẽt fructus,an debeant cõputare in sortẽ?Ista quęstio est in facto,& vltra id,quia post mortẽ eius mariti multa arreragia debebantur, pro quibus hæredes eiusdem vxoris habuerunt certam terram in vim constitutionis reditus pro summa per eos conuenta ad causam prædictorum hæreditagiorum, an si perceperint fructus debeant computare in sortem? Quo ad primum dubium dixi infra in glo. *& faire les fruictz siens.* ibi, sed quæro de vna quæstione.Secundo verò an de arreragiis potuerit facere arreragia? Videtur quòd non,eo quòd vsura non facit vsuram.clarior tex.in l.fi.C.de vsuris. *Quæstio.*

DE hoc*verbo assigno,ponit Bar.in l.si cõstante.in antepe.col.& Alex.in xiij.col.ff.sol.mat.Ias.præceptor meus in l.si rẽ tradi.in prin.ff.de verb.obl.Alex.in consi.xl.in ij.col.in iij.vol.& dicit Bal.in c.j.in ij.col. versi.& adde quid sit inuesti.*ꝙ verbũ assigno prolatũ à papa tranffert possessionẽ.vide quæ dicit Bar.in l.cũ pater.§.pater pluribus.ff.de legatis.ij.Et ideo ex prædictis nota,*ꝙ ex quo per assignationẽ factã vxori per maritũ de dote transfertur dominium in vxorẽ,ꝙ si res assignata pereat,ꝙ erit periculo mulieris. Ange.in l.si noxali.§.est autem.ff.de peculio.* ex quo ergo in casu nostræ cõsuetudinis non transfert dominiũ nisi adueniente cõditione.s.morte mariti,si pereat antè,nõ perit periculo vxoris,sed mariti:& ideo bonis assignatis peremptis consultum est vxori in aliis bonis.Arch.in c.si canonici.de offi.ordi.in vj.& faciunt dicta per Alex.in consi.xl. in iiij.parte,vbi dicit quòd verbum intelligitur secundum subiectam materiam.nota dictum consi. *4 Assigno verbum.* 5 *6 Res assignata pe- 7 rit periculo vxoris.*

ADDITIO. De hoc verbo,assigno, quomodo operetur traditionem, vide eundem do.meum Ias. in l.si mora.col.iij.in fine.ff.sol.mat.& vltra eum facit tex.in l.subsignatũ.ff.de verb.signifi.Idem text.in l.j.§.assignare.ff.de lib.agnos.notat Ang.in l.si non mortis.ff.de inof.testa.vbi dicit se consuluisse.& est eius consi.xcij.idem notat Paulus de cast in l.cum quo.ff.ad l.Falci.quem refert & sequitur Calcaneus in cõsi. lxxxj.inci.ad primum.col.iij.ver.sexto.& Soci.in consi.cvij.inci.in causa.in iij.vol. Barba.in consi.xxv.col.iij. in iiij.vol.idem do.meus Ias.in l.si fundum per fideicommissum.ff.de leg.j.Guido Pape quæstione cccccxiiii. Philippus Francus in c.si beneficia.iij.not.de præben.in vj.Philippus Corneus in consi.xxvj.in j.vol.& in cõsi. ccxxviij.in litera B.in iiij.vol.& dicit idem do.meus Ias.in d.l.si fundum per fideicommissum.quòd idem verbum aliquando significat concedo.de quo etiam per Feli.in c.cùm venerabilis. in prin. de exceptio.vbi etiam de verbo,transfero.& etiam vide Soci consi.xciij.col.xj.in j.vol.

SEd pone * ꝙ mulieri fuerunt assignata bona mariti pro dote,an dicta assignatio valeat si fuerit facta nõ vocatis creditoribus:pone exemplũ in casu qui euenire potest,mulier marito dat mille in dotẽ quæ sortiuntur naturam hęreditagij,& debent per maritũ assignari:maritus ante assignationẽ habet multos creditores,recepit mille,petit mulier vt assignetur,aut parẽtes mulieris:maritus de facto assignat non vocatis creditoribus,an valeat dicta assignatio? Tu dic,aut re vera apparet ꝙ dicta mille fuerunt data marito,& tunc adhuc quo ad præiudicium creditorum non valet dicta assignatio.Bar.in l.si constante.in vlti.parte repetitionis.ver.liiij.quæro.ff. sol.mat.Cy.in l.vbi.in xiij.q.C.de iure dotiũ.& in aut.sed iam necesse.C.de dona.ante nup.arg.etiam l.prima C.res inter alios acta. & ita etiã tenet Io.Pet.de Ferrariis in forma libelli quãdo mulier agit ad dotẽ & vsumfructũ.in glo.& vxor quondã.ver.sed tamen valet quo ad præiudicium mariti, vt doctores vbi suprà. *8 Quæstio. Casus positio.*

SEd quæro, * mulier dedit mille pro dote quæ non fuerunt assignata:creditores faciunt executionem in bonis mariti,an mulier possit se opponere,dicendo ꝙ maritus vergit ad inopiam,& ideo petit dotem sibi restitui,aut in bonis mariti assignari,& ita executione creditorem impedire? Tu dic ꝙ sic. & ita seruatur & tenet Bal.nouellus de dote,in trac.dotiũ.charta lxxxviij.in xxiiij.priui.& Ioan.Pet.de Ferrariis in glo.hîc antè alleg. ¶ Decisio Tholo.cccxxxviij.quæ incipit,item fuit quæsitũ.* ¶ Et idem Bal.nouellus in xviij.priuilegio,charta lxxxvij.vbi dicit ꝙ aut bona mariti sunt iam cõsignata seu assignata pro dote, & tunc mulier insurgendo cõtra creditores facientes executionẽ in bonis mariti impediet executionẽ, etiã nõ proposita vergentia ad inopiam, ideo cauti aduocati cũ vidẽt ꝙ creditores volũt inquietare maritũ,debẽt facere vt maritus assignet bona vxori pro dote.Si verò non sint adhuc assignata tempore executionis,tunc vxor habebit proponere vergentiam ad *9 Alia quæstio.*

inopiam: & hoc ideo ne per creditores opponatur quòd nondum est orta hypotheca vxori in bonis mariti, nisi soluto matrimonio, quia ex quo maritus vergit ad inopiā, quòd debet proponere, & offerre incontinenti probare, orta est hypotheca, ex quo impedietur executio, imò qđ plus est, non audientur creditores offerētes mulieri debitū suæ dotis, vt sic habeat eis relaxare dicta pignora, vt voluit singulariter Cy. in l. cū tibi. C. qui potiores in pig. habeantur. & dicit Bal. nouellus in dicto xviij. & xxiiij. speciali, imò etiam, qđ plus est, non poterit adhuc in talibus bonis fieri missio in possessionē bonorum ex primo decreto, vt. s. maritus tædio affectus procuret soluere creditores, ex quo per talem missionem constituitur pignus prætorium. per Azo. in summa. C. de fundo dotali. ante finem. per tex. in l. fi. C. de rebus alienis non alienan. insti. quibus alie. licet vel non. in princi. & iudex corā quo vertitur talis controuersia habebit ante omnia cognoscere de tali vergentia, & super ea ferre interlocutoriam, prout tenet Bar. in d. l. si constan. & plenè Bal. in d. xxiiij. speciali. quem vide.

SI autem non appareat quòd realiter maritus receperit, sed solùm apparet per confessionem mariti, qui constante matrimonio confitetur se recepisse mille in dotē, postmodū non vocatis creditoribus mulier dicēs dictum virum vergere ad [illegible], vel aliàs male vti sua substantia, facit sibi assignari bona mariti, an talis confessio teneat? dixi suprà in consuetudine quæ incipit. *le mary & la femme.* & ad ibi dicta me remitto, cum dictis & allegatis in decisione Tholo. cccxl. quæ incipit, item maritus constante matrimonio.

Assignatio magni effect°

10 ADuerte tamen ad prædicta, ꝙ ista assignatio quæ fit per maritū vxori de dote recepta debet esse magni effectus, quia vt dicit do. meus Ias. in §. itē Seruiana. in vj. col. insti. de actio. * si vir & vxor contrahant inter se matrimoniū, bona viri & vxoris sunt tacitè hinc inde obligata absq; eo ꝙ interueniat factū aliquod ipsorū circa ipsam hypothecam. l. vnica. ij. & vt pleniùs. C. de rei vxo. actio. & in tantū sunt hinc inde hypothecata, quòd
11 dicit multū singulariter Bal. in l. pe. C. de pig. actio. * ꝙ mortuo marito potest vxor propria autoritate absque aliqua licentia iudicis remanere in detētatione domus, q̃ cū marito viuente inhabitat, iure familiaritatis tanquam vxor. idē etiā dicit Bar. in l. pe. in j. not. C. de nō nume. pecunia. & idē Bal. in l. cū tibi. C. qui potiores in pig. habeātur. qđ facit pro quęstione quā suprà dixi, nunquid mulier post mortē mariti sit vestita & saisita in dohario conuento. quod dicitur *diuiz*, sicut in consuetudinario. & tenui ꝙ non, per l. dotis. C. sol. mat. per quē do. meus Ias. videtur idem tenere in l. ij. in iiij. col. C. de iure emphy. quod videtur esse contra superiùs dicta. Cogita.

IN TEXTV IBI, *Pour les deniers.*

Quæstio.

1 Nūmus dictio.

2 Pecunia.

3 Denari°.

QVid si mulier nullos dederit denarios in dotē, sed omnia bona sua mobilia æstimata ad summam mille librarū, pro quibus maritus dedit certa assignalia pro dicta summa, an mulier post mortē mariti sit saisita in dictis assignalibus? videtur quòd non, quia statuta sunt strictè intelligēda. * Sed dictio, nūmus, strictè accipiendo capitur pro pecunia numerata, vt tenet do. meus Ias. in l. nūmis. in iij. col. ff. de in litē iuran. Iunctis his quæ dicit in l. singularia. in j. col. ff. si certū peta. In quibus locis dicit * ꝙ pecunia & nūmus capiuntur tripliciter, strictè, largè, & largissimè. * Et licet denarius & pecunia sint diuersa, tamen vnū pro alio accipitur, & promiscuè capiuntur, clemen. exiui. §. porro. & ibi Cardi. de verb. sig. * Cū ergo pecunia seu denarius strictè accipiendo sit tantū pecunia numerata, videtur ꝙ prædicta æstimatio nō faciat ꝙ illa bona sic strictè donata sint pecunia, seu denarius. ¶ Tamen quia æstimatio facit emptionē, maximè in re dotali. l. si æstimatis. & l. æstimatæ. ff. sol. mat. maximè quando est certa, ita quòd facit trāsire periculū in maritū. doct. ibi. Bar. in l. si ex certo. §. nūc vidēdum. ff. commodati. do. meus Ias. in §. actionum. xiiij. col. insti. de actio. Areti. consi. suo clxx. col. xj. Roma. in consi. cccxiiij. ad finem. Bar. & Alexan. in l. quæro. §. fi. ff. locati. & in l. j. ff. de æstimato. actio. Bal. in l. j. C. commodati. l. j. & ibi gl. & doct. C. de iure dotium. Ex quo tamen non ampliùs bona data in dotem sint dotalia, sed ipsa æstimatione sic facta, mulier remanebit saisita pro illa summa quæ censentur esse data pro dote secundum æstimationem factam. intellige tamen dum tamen talis summa sit data loco dotis pro parte sortiente naturam hæreditagiorum: secus si simpliciter sortiatur naturam bonorum mobilium, quia hoc casu erit confusa cum bonis mariti, secundum naturam bonorum mobilium.

4

IN TEXTV IBI, *De son dot & mariage.*

QVæro si mulier dederit aliquā rem in dotem, seu quandam hæreditatē, pro qua oportuit longo tempore cū aliquo litigare, nunquid istę expensę minuant dotem? gl. ordinaria dicit ꝙ nō, quoniā videtur tacitè actū cū viro ꝙ omnes sumptus faciat de propria bursa. ita dicit glo. sing. in l. j. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. Et ita arguit Bald. in l. j. C. de bonis maternis, sed tandem concludit quòd si maritus percipiat aliquos fructus ex re dotali, quòd debent compensari in expensis factis pro ipsa re dotali, aliàs minuitur dos pro illis. quod posset esse verum de iure, sed ex consuetudine nostra, quæ facit eos participes in acquæstibus seu communes, facit quòd nihil possit petere de talibus impensis.

QVando dicitur, *de son dot & mariage*, intellige hoc esse verum in dote realiter data, secus in confessata tantùm, quia illa non habet priuilegia dotis. gl. in l. assiduis. in verbo, data. C. qui potiores in pig. habeantur. & illam reputat singu. Bald. in c. contingit.. colum. v. extrà, de dolo & contumacia. dominus meus Ias. in aut. res quæ. C. communia. de lega. in penul. colum. versicu. ix. limita plenè per Ioan Lupum in repeti. rub. de donatio. inter virum & vxorem. §. xv. in princi. vbi plura ad hoc allegat.

IN TEXTV IBI, *Et semblablement en sont vestuz & saisiz ses heritiers.*

1 An priuilegia mulieri pro dote competētia competant eius hæredib°.

AN autem * priuilegia quæ competunt mulieri pro dote competant hæredibus, Bar. no. distinguit. in l. j. ff. sol. matrimo. in j. & ij. col. & ibi dominus meus Ias. idem dominus meus Ias. in l. diuortio. in vij. col. ff. sol. mat. vbi ponit vnum priuilegium quod competit mulieri quod non competit hæredibus. idem do. meus Ias. in §. fuerat. in xiiij. & xv. col. insti. de actionibus. & vidimus hîc in hac nostra consuetudine ꝙ vnum priuilegium quod datur mulieri circa dotem transit ad hæredes, in hoc scilicet quòd sit priuilegiata, etiam non tantum in petitorio, vt possit dos vendicari per mulierē, sed etiā in possessorio. qđ est notandū. ¶ In secundo verò casu quidē est priuilegiū qđ mulier habet in dote ratione personæ suæ. s. vt alimētetur, & in fauorē alimentorū, quæ quidē alimenta solùm ipsi mulieri debentur ea ratione quia maritus illi dare deberet, & non deberent esse melioris conditionis hæredes mariti, imò deterioris, & sic fructus debent percipere, vt tenēt doct. in l. diuor. & post Bar. &

Bar.& alios. do.meus Iaſ.in iiij.col.ff.ſol.mat. Si ergo hæredes mariti qui tenentur alere vxorem non alant, ſi
vxor recipiat fructus dotis, illi fructus non computabuntur in ſortem, ſed compenſantur pro alimentis eidem
debitis,ſed in hæredibus vxoris ex quo eis nõ debentur alimenta,nõ mirum ſi percipiant fructus dotis ꝙ cõpu
tare debeant in ſortem,cùm in aliud non ſit eis licitum cõuertere,niſi cum vſura,quæ omni iure eſt prohibita.
dicã infrà latiùs cùm veniet ad propoſitum.Et quando dictum fuit quòd alimenta deberentur vxori,intellige
vt per dominum meum latè in d.l.diuortio.in princi.in v.vj.& vij.col.vbi plenè per eum.ff.ſolu.matri.

ET aduerte * an iſtud priuilegium tranſeat ad ceſſionarium,pone ꝙ mulier vẽdat aut donet alicui extraneo, 2 *Et an ceſſionario.*
& cedat ius quod habet in ſuo aſſignali pro dote,etiã de cõſenſu viri & mariti,ipſo viuẽte, aut etiam poſt
mortẽ mariti,an iſte ceſſionarius computet fructus in ſortẽ,an verò habeat priuilegiũ mulieris?credo in hoc ꝙ
mulier ſit veſtita & ſaiſita ſuo aſſignali,& ꝙ ſit domina illius,ꝙ hoc priuilegiũ nõ ſit perſonale,cũ tranſeat ad
hæredes per cõſuetudinẽ noſtrã,ideo etiã trãſmittitur in ceſſionariũ.ſed in hoc ꝙ non computet fructus in ſor
tem eſt priuilegium perſonale,cũ nõ trãſeat ad hæredes,vt hìc antè dicitur:& ideo videtur ꝙ ipſa mortua non
habeat iſtud ius ceſſionarius,imò fructus per eum recepti cõputari debebũt in ſortem.per not.per Bar.& Bal.
in l.j.C.de priuilegio dotis.& ibi Bal.qui dicit ꝙ iſtud eſt verum,niſi ceſſionarius vellet agere viuente muliere
actione directa quæ remanſit penes mulierẽ cedentẽ.& ibi dicit Bal.ꝙ directa ab vtili in hoc differt.idem Bar.
& Alex.in l.poſt dotem.in fine principij.ff.ſol.matri. diſputant hanc materiam.dicit tamen ibi Bar.ꝙ quando
priuilegium datum doti meretur executionem à lege vel homine viua muliere, ꝙ ſi tranſiret dos ad diabolum
infernalem,tranſiret etiam cum ſuo priuilegio.& idem do.meus Iaſ.in §.fuerat.in ix.col.inſti.de actionibus.

IN TEXTV IBI, Et faire les fruictz ſiens.

PRimò quæro quid veniat appellatione fructuũ,penſionis,reditus,prouentus,& obuentionis?*& pro intel- 1 *Fructus qui dicantur.*
lectu huius materiæ,fructus propriè dicũtur qui ex re percipiuntur.l.qui ſe.& l.cũ quis.ff.de conditione ob
cauſam.*& appellatione fructuũ cõtinẽtur pẽſiones quę dicũtur fructus ciuiles,ſecũdũ glo.& Bar.in l.fructus. 2
ff.de rei vendica. & ille tex.in fine videtur probare ꝙ propriè ſunt fructus,ſed in l.ancillarũ.in fi.in l.mercedes.
ff.de petitio.hęre.pẽſiones viderẽtur ſeparari à fructibus,quia dicit tex.in d.l.mercedes.ꝙ ſunt loco fructuũ.cõ
muniter tamẽ ſit mẽtio de fructibus.*dicũtur autẽ fruct⁹ qui nõ capiũtur mediatè ex re,ſed propter rẽ cõprehẽ- 3
duntur.vt in l.diuortio.§.nõ ſolũ.ff.ſol.matri.& in l.fructus.ff.eodem.notatur & in l.Iulianus.§.ſi fructibus.ff.
de actio.empti.& Franci.de . . . o in conſilio ſuo clx.in j.col.quod incipit,longa eſt iſta conſultatio.

ADDITIO. Aduerte etiam quia penſio beneficij eſt in fructu, & dicitur fructus ex quo penſionarij te-
nentur ad illa onera ad quæ tenentur viri domini,vt titulati in beneficio,imò etiã tenẽtur
pro rata ad dona principum,& ad decimas papales,& ita fit & obſeruatur apud nos.dixi ſuprà hoc eo.ti.§.vj.Et
quoniã hìc ſit mẽtio de pẽſionibus beneficiorũ,licet ſit extrauagãs,vide Lud.Rom.in cõſi.ccclxxix.inci.circa
primũ.vbi ponit quãdo papa poſſit imponere penſionem ſuper vno beneficio,& quãdo eſt iniuſta,quomodo
poſſit & debeat reformari.& quomodo & in quibus cauſis conſtituatur,vide Benedicti in ſua repet.c Raynut.
in verbo,ſi abſq; liberis.ij.de fideicõmiſ.ſubſtitutione.nume.32.52.53.54.& 55.de teſta.* ¶Et etiã dic ꝙ quę
nõ renaſcuntur nõ ſunt in fructu.d.l.diuortio.§.ſi vir in fundo.ff.ſolu.mat. ¶Et dicit ibi tex.ꝙ lapides in Gal-
lia & in Aſia ſunt in fructu,quia renaſcuntur.* ¶Et ibi Bar. & do.meus Iaſ.in l.quædam.§.j.ff.de edendo. vbi
dicũt,*ꝙ nõ dicitur eſſe in fructu quod nõ percipitur niſi ſemel,& nõ renaſcitur,ex quo aliàs dixi in caſu emer 4 *Nõ ſunt in fructu quæ nõ renaſcuntur.*
genti,ꝙ in ſimplici admodiatione fructuũ ex quadã ſignoria prouenientium nõ veniunt manuſmortuæ,cũ non
percipiantur niſi ſemel,& non renaſcitur manuſmortua quæ eſt eſcheuta.cogita. & dicit Bar.in l.fundi Treba-
tiani.ff.de vſufru.lega. * ꝙ penſiones comprehenduntur appellatione fructuum in voluntate teſtatoris,& ſunt 5
ciuiles penſiones quæ ex cõmerciis percipiuntur occaſione rei.l.ſi nauis.ff.de rei vendi.Bald.in l.pro oneribus.
C.de iure dotium.& ibi Bal.ponit qui ſint fructus induſtriales,& naturales.

ET ſimiter * ſi aliquis petit fructus in libello,iſtæ penſiones comprehenduntur,ſecundũ Bal.qui hoc decla- 6
rat in l.ſi traditio.in vlt.col.C.de actio.empti. ¶*Et ſimiliter appellatione fructuũ in ſtatutis cõprehendũ- 7
tur tales penſiones,vt tenet Alex.per plura in conſi.181.quod inci.in cauſa & lite.in pe.& vlti.col.in ij.volu. &
dicit Bal.in additio.ad Specu.in tit.de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruãdæ.verſi.item no.in d.§.ij. 8
*ꝙ fructus veniunt appella.intereſſe,dicẽdo ſaluari poſſe libellũ quo petitur res & intereſſe,vt comprehendat 9 *Quæ veniant appellatione fructuum.*
etiam fructus.& vide Bal.in addi.ad Spec.in tit.de locato.verſi.an colonus.vbi dicit *ꝙ appellatione fructuum
veniunt arbores cæduæ.& idẽ tenet Barba.in c.ſalubriter.in fi.de vſuris.¶Et dicit Alex.in l.diuortio.§.ſi fun
dum.in fi.ff.ſol.mat.ꝙ arbor exſiccata,& vi ventorũ euulſa nõ eſt in fructu,& vltra ibi dicit ꝙ habens ſiluã cę- *Arbores cæduæ*
duam in fructu,non poteſt eã extirpare,& in vineã cõuertere,nec arbores poteſt incidere ſimplex cõductor.Et
dicit Bar.in l.cũ in plures.ff.locati.*ꝙ fructuũ appell.veniunt aues & feræ ſolidæ capi, quãdo nullus alius fru- 10 *Aues & feræ.*
ctus ex eo percipi poteſt. & eſt tex.in l.item ſi fundi.§.aucupiorũ.ff.de vſufru.l.vſufructua. venari.ff.de vſufru.
& dicit Spe.in ti.de decimis.§.j.verſi.fi.& Bal.in l.fi.in iij.col.C.de cõdi.inſer.*ꝙ fructuũ appella.venit palea, 11 *Palea.*
per l.ſi vſufructuarius meſſem.ver.ſtipulã quæ in meſſe.ff.qui.mo.vſuſfr.amit.& * etiã venit pratũ.l.pratũ.ff.de 12 *Pratũ.*
verb.ſig.etiã fœnũ immaturũ cæſum.l.ſi abſente.§.fi.ff.de vſufru.Et dicit Io.Pet.de Ferrariis,in forma libelli,
in actione reali.in gl.in verbo,ſimul cum fructibus.in fi. * ꝙ omne id quod ad vſum hominis inductũ eſt,venit 13 *In hominis vſum inducta.*
apppellatione fructuũ,ſiue ſint fructus naturales,vt poma,ſiue induſtriales,vt frumentũ,& ſimilia.l.fructus.ff.
de vſufru.& ibi dicit ꝙ vua eſt fructus induſtrialis,& fructuum appella.venit.glo.in c.cõtra ius.extrà,de reſtitu.
ſpolia.& no.Cy.in l.certũ.C.de rei vendi. * & quis habitãdo domũ dicitur fructũ percipere.l.ſi is qui bona.§. 14 *Habitatio domus.*
ſi antiphana.ff.de pignori.l.apud Iulianũ.§.j.ff.de legatio.l.prædiorũ.ff.de vſur.& dicit Spe.in tit.de locato.§.j.
verſi.ſed pone. * ꝙ appellatione fructus nõ veniũt fructus hominũ,puta partus ancillæ.l.in pecudũ.ff.de vſur. 15 *An partus ancillæ.*
l.vetus.ff.de vſufru.ſed appellatione reditus ſic.l.Paulus reſpondit.§.hæres.ff.de vſur. & ſic generalior eſt ap-
pellatio reditus q̃ fructus.& dicit etiã Alex.& alij in l.diuortio.§.ſi vir.ff.ſolu.matri. Et Bar.in l.fi.ff.ſol.matri. 16 *Pœnæ iuriſdictionales.*
& Roma.conſi.lxx.in pe.col. * ꝙ appellatione fructuum veniunt pœnæ iuriſdictionales.ſed Alex.in d.§.ſi vir.
quærit de vna quæſtione multũ notãda,quã hoc anno habui in facto.ſ. nunquid qui emit fructus iuriſdictionis

Quæstio. de anno domini M.ccccclix.habebit condẽnationes factas suo anno,quæ tamen iã erant inceptæ anno domini
M.cccccviij.& processus erant iam inchoati.Dixi solũ remissiuè suprà tit.*des confiscatiõs*.§.i.in gl. *& appartiẽt*
17 *la confiscation*.& ad ibi dicta me remitto. ¶Aduerte etiã,* ꝙ si fuerit facta reseruatio fructuũ, debet reseruari
pars laborũ,vt tenet Rapha.in l.in venditione.ff.cõmunia prædiorũ.quẽ allegat Io.Sanxon in consue. Turo.
tit.*des droictz de baronnie*.articu.xj.Et facit pro decisiõe Rapha.text.in l.si à domino.§.fructus.cum l.sequen.ff.
de peti.hæredi.l.vt fundus.ff.cõmuni diuidun.notatur in l.si quis seruum hæredis.ff.de leg.ij.Dixi suprà in titu.
18 19 *des fiedz*.§.j.in glo.*& faire les fruictz siens*.in additio.ibi posita.

20 *Redit⁹ appellatione quæ veniant.* QVid autem*veniat appellatione reditus,Bar.in l.fundi Trebatiani.ff.de vsufru.legato.dicit*ꝙ fructus
& reditus idem sunt,sed Spe.in tit.de locato.§.j.in fi.suprà alle.dicit* ꝙ appellatio reditus est genera-
lior q̃ fructus,& idẽ tenet gl.in c.generali.in verbo,reditus.de elec.in vj.& in clemen.j.in gl. in verbo, fructũ.
21 *Omnes* de rebus eccle.non alie.& dicit Cardi.in clemen.j.in prin.de exces.prælato.* ꝙ propriè reditus includunt om-
22 *ꝓuẽtus* nes prouentus promiscuè.Et aduerte ad id quod dicit glo.in §.adeò instit. de locato. * ꝙ quando reditus di-
stinguitur à pensione,significat reditum vel fructũ qui debetur in specie,non in quantitate. ¶Et aduerte ad id
23 *Redit⁹. tenues qui.* quod dicit gl.in c.dudum.ij.de electiõ.per c.postulasti.cum glos.de rescrip.* quòd reditus dicuntur tenues vel
exiles,qui non sufficiunt ad commodam sustentationem.quod vidimus contra glos.in l.j.§. exercitorem.ff. de
24 exercito.*quæ dicit parui aut magni reditus comprehenduntur sub nomine obuentionum.& vide in hoc Pau.
de cast.consi.suo.353.in consiliis antiquis,in impressione noua.

25 *Obuẽtionũ appel.quid.* QVid autẽ * venit appellatione obuentionũ?dic ꝙ gl.est in l.j.§.exercitorẽ.ff.de exercitoria. quæ dicit ꝙ
obuentionũ appellatiõe cõprehendũtur parui & magni reditus.& dicit gl.notabilis in l. si vrbana. circa
26 *Obuẽtiones & fructus quõ differant.* mediũ glo.quę est gl.pen.ff.de conditio.indebi.*ꝙ omne lucrũ quod nõ venit appellatione fructuũ,venit ap-
pellatione obuentionũ.& ibi Bar. & do.meus Ias.ponunt differentiã inter fructus & obuentiones. Panor.ta-
men in c.ad audientiam.de eccle.ædifican. dicit ꝙ obuentiones dicuntur omnes reditus,cuiuscunque qualita-
tis sint.argu.c.ex transmissa.extrà, de renunciatio.*& comprehenduntur etiam decimæ appellatione obuen-
27 *decimæ* tionum.Pa.in d.c.ad audientiam.Aduerte ad ea quæ dicit Bal.consi.cxviij.in fine.in j.parte.

28 *Prouẽtuũ appella.quid.* QVid *de verbo prouentus?dic quòd est nomen generalissimum comprehendens omnes alios quoscũ-
que fructus,siue reditus,siue obuentiones.Innocen.in c.pastoralis.extrà, de donatio. Pau. de cast in di-
cto consilio cccliij.hìc ante allegato.

ADDITIO. Vide Bertran.in consi.suo cclxxv.incipiente,visis Apostolicis literis, in j. col. in ij.parte.
vbi dicit quòd est verbum generale, & pro eodem accipiuntur prouentus & obuentio-
nes.& in j.& ij.colum.quid de verbo reditus.*

Ratio nostræ consuetudinis. SEcundò quæro,quia hìc dicitur ꝙ mulier leuat & percipit fructus bonorum sibi assignatorum pro dote,&
non computat in sortem,quæ est ratio?dic quòd ratio est quòd ex quo sunt sibi assignata talia bona,effici-
tur proprietaria de iure.tex.est in l.Titia.*la premiere*.§.fi.ff.de legatis.ij.& in l.donationes.§.species.ff.de do-
natio.& l.fi.ff.de vsufru.earũ rerũ quæ vsu consumuntur.& in l.liberis.& ibi Bar.ff.de alimen.& cibariis lega.
& facit glo.posita in l.si mulier.C.de iure dotiũ. facit quod in simili dicunt doctores in c.salubriter. extrà, de
vsuris.ꝙ si datus sit fundus vxori insolutũ pro dote mortuo marito, quia transit dominiũ in eam per dationem
insolutum, fructus quos percipit ex tali fundo non computat in sortẽ:secùs si tantũ datus sit fundus in pignus,
donec restituta fuerit dos,quia tunc fructus computat in sortem,aliàs esset vsura.ita tenent omnes in dicto c.
salubriter.extrà,de vsuris.

Quæstio multum notabilis. SED quæro de vna quæstione quæ euenit in facto.mulier quædam post mortem mariti petiit ab hæredibus
vt vellent eidem restituere dotẽ,aut aliqua hæreditagia dare insolutũ pro dote, eo ꝙ nullũ factũ fuerat assi-
gnale,vna pars hæredũ,puta ex quinque aut sex duo aut tres,dederũt insolutũ dictæ mulieri aliquã terram quę
habebat in se plures reditus,cũ promissione ꝙ facerẽt ratificari cæteris hæredibus,& quia erant minores,quòd
facerent interponi decretũ iudicis. dicta mulier per xiiij.aut xv. annos leuauit fructus dictæ terræ ascenden. ad
talem summam,quam dos poterat valere.Superuenerunt isti minores, qui ratificauerunt istam donationẽ in-
solutum,& post ratificationem petierunt à dicta vxore vt vellet restituere dictam terrã,quia fructus ex ea per-
cepti erant sufficientes ad æstimandum dotem per eam prætensam.Dicebat mulier ꝙ fuerat data insolutum,
ideo fructus non debebant computari in sortem.Dicebant dicti minores ꝙ illa datio insolutũ non erat valida,
quia nõ fuerat facta nisi per duos aut tres ex cohæredibus, qui non poterant eis præiudicare: & quod plus est,
quando ipsimet dedissent,nõ valebat talis datio insolutum,quia nõ fuerat interpositum decretũ iudicis,quod
requirebatur,cùm esset alienatio rei immobilis.Replicabat mulier,& dicebat,ꝙ isti minores ratificauerant da-
tionem factam per alios hæredes.& istud euenit in patria iuris scripti.Finaliter in hoc casu inueni consiliũ Bal.
in consi.cccxxij.quod incipit,Vidua petiit restitutionem. in secunda parte. Et secundum istud consilium cõsu-
lui,pauca addendo, nisi videlicet,an in tali datione insolutum requireretur decretum iudicis. quod tangã infrà
ad aliud propositum.Et quia iste casus potest sæpe occurrere,recurrendum est ad Bal.in dicto loco.

ET aduerte,nunquid fructus dotis computentur in sortem,vide Bal.in cõsi.cxxvij.quod incipit,Quoniam
quicquid.in ij.parte.& in consi.ccclxix.quod incipit,in primo puncto.in quarta parte.

29 *Quæstio.* SED quæro,pone * ꝙ vxor dedit marito fundum dotalem,quẽ maritus alienauit de consensu mulieris,quæ
confessa est cum marito se recepisse precium , nunc mortuo marito dicta mulier vult petere ab hæredibus
precium fundi,an possit?Specu.in titu.de obliga.& solu.§.j.versi. sed pone,vir & vxor. dicit quòd non solũ ad
partem precij, sed ad totum precium agere potest contra hæredes. ¶Nec videtur sibi obstare confessio facta,
quia mulier non potest licitè resistere voluntati viri,& præsumitur ꝙ tota pecunia peruenerat ad maritũ,ideo
dicit quòd aut tota pecunia peruenit ad maritum:aut pro parte,& istud constat. Si tota,tũc istud quod dictum
est hìc antè,est verum.Si constat quòd pro parte pecunia peruenit ad vxorem,tunc partem precij tantùm pete-
re potest. Si verò dubitetur, tunc hæredes debent probare pecuniam fuisse versam in vtilitatem vxoris, aliàs
30 tenentur. ita facit text.in aut.si qua mulier.C.ad Velleia.& ideo ex prædictis dic * quòd si fuerit venditus fun-
dus,

dus, qui fuerat assignatus vxori pro dote, & mulier renũciauerit iuri hypothecæ, quòd idẽ erit dicendum. No. bene dicta Spe. qui plura allegat. & ibi etiã Io. And. in apostil. & vide Gemi. in c. ij. de pac. in vj. plenè per Bar. in consilio suo cxxiiij. quod incipit, Punctus quæstionis. vbi amplè tractat hanc quæstionẽ. Non est dubium in supradictis, etiam si non constet quòd pecuniæ fuerint versæ in vtilitatem mulieris, ex hoc quod videmus ꝙ communiter renunciatur omnibus exceptionibus, etiam specialem renunciationem requirentibus, quia per hoc videtur renunciatum d. aut. si qua. & huic legi nostræ municipali, maximè cùm clausula generalis renũciationis sub his verbis est tantæ virtutis & efficaciæ quantùm si expressè & specialiter esset renunciatum, prout tenet Ange. in l. diuus. §. licet. ff. de iure codicillorum. per tex. multùm singularem in l. omnes. C. de præscriptio. xxx. annorum. quem ibi ad hoc notant Bal. & Ang. multùm singulariter.

SED quæritur iuxta prędicta, maritus mortua eius vxore dedit filiis quẽdã reditũ annuũ pro assignali per eũdem maritũ debito matri dictorũ filiorũ, puta dedit eis decẽ libras reditus annui eidẽ debiti per quẽdã tertiũ pro ducẽtis libris debitis matri, isti filij ex prędicto annuo reditu tot habuerũt & leuauerunt ꝙ perceperũt & habuerũt prædictas ducentas libras, an nũc possit petere redire ad reditũ annuũ principalẽ, & dicere filiis, vos tantum percepistis, quantũ vobis erat debitũ, cũ fructus in sortẽ per vos sint cõputandi eo quòd hęredes? videretur, quòd sic, per tex. nostræ consuetudinis. casus est in facto in hac ciuitate nostra Heduen.

IN TEXTV IBI. *Et au regard.*

Istud est regulare de iure ꝙ vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficiũ quoq; deficit. in l. omnibus. ff. de reg. iur. vbi glo. exemplificat de priuilegio quod habet mulier, vt præferatur aliis creditoribus. illud tamen non datur hæredi. l. fine. C. de priuilegiis credito. nisi filiis prioris matrimonij. l. fi. C. qui potiores in pigno. habeãtur. ¶ Et facit, quia mutatione personæ, quæ est causa priuilegij, mutatur priuilegiũ. l. j. C. de impo. lucra. descriptio. li. x. l. licitatio. §. fi. ff. de publicanis. & quod voluit Bar. in l. Paulus. in fi. ff. de acqui. hæredi. Bal. super rubrica de vsuris. in iiij. quæst. Io. de ana. in c. salubriter. col. viij. de vsu. ¶ Et iuxta præmissa quæritur de quæstione, Titius habuit pro vxore siue in assignale suæ vxoris decem libras Turonen. de reditu annuo sibi debitas super tali domo, moritur vxor relictis aliquibus hæredibus, qui tenent illos reditus annuos tanquam assignale vxoris per decem annos & plus, & postmodum illos decem francos de reditu annuo cuidam tertio vendiderunt, qui post duos aut tres annos, quia non est solutus ille tertius, facit vendere per decretum, & subhastari prædictam domum pro arreragiis duorum aut trium annorum escheutis post dictos decem annos, & producit ad iustificandum literas assignationis seu dicti assignalis, & cõstat iudici quòd sunt decem anni ꝙ hæredes tenuerunt dictũ assignale, & post dictum tempus vendiderunt, an iudex possit talem repellere, etiam si non opponatur, cùm experiatur sine actione, nam ꝙ sine actione experiatur est clarum, quia hæredes per consuetudinẽ computant fructus in sortem, si ergo perceperint istos fructus per decẽ annos clarũ est ꝙ extinctum & finitum est ius eorum, ergo post tale tempus non habẽt actionẽ, si nõ habẽt actionẽ, ergo nec etiã qui habet ius ab eis. Credo ꝙ hoc casu possit opponi hæredi per exceptionẽ, excipiendo cõpensationẽ receptionis fructuũ cũ assignali, ex quo per verba consuetudinis potest dari casus replicæ in cõtrariũ, scilicet quia potuit aliter cõueniri per contractũ matrimonij. ideo cũ ipso iure non tollatur illud ius, nec competat, non experitur sine actione, imò habet semper actionem in vim primi tractatus & consuetudinis, quę tamen exceptione elidi potest. faciunt quæ dicuntur & notantur in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. 1

ET aduerte, quoniam quandoque priuilegium datur hæredibus quod defuncto non competebat, & econtrà, quandoque hæredi non datur quod defuncto dabatur. Sed regulariter hæres etiam priuilegio defuncti vti debet. de quibus per gl. in aut. de ecclesiasticis titu. circa principium. colla. ix. 2

Nota hãc quæstionẽ.

§. DECIMOOCTAVO.

LE mary ou ses heritiers peuuent auoir & recouurer toutes & quantesfoys que bon leur semble, non obstant quelque laps de temps, l'aßignal des deniers de mariage de la femme, en rendant les deniers aßignez.

IDem in comitatu Niuernensi. ¶ Quid econtrà, pater vxoris dedit marito in dotem mille, & pro quinque centum libris dedit vnum pratum, & vnum stagnum, an poterit illud retrahere dando precium marito? cogita.

VIdetur dicendum quòd si ex conuentione partium dicatur, quòd datur tale quid in assignale perpetuò redimibile, seu reachatabile, quod idẽ est, eo quòd ex quo dicitur quòd est assignale, dando ei tale nomen, vt tot operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, secundum Aristo. v. Ethico. & l. si vt proponis. C. de nuptiis. Et si ita sit quòd sublato nomine sit sublatus effectus. gl. in l. j. C. de nudo iure Quiritum tollendo. l. à nullo. vbi tex. Bald. Salice. & Alberi. C. de feriis. vbi ad hoc allegat. c. Cor episcopi. lxviij. di. & c. admonere. xxxiiij. quæstio. ij. & dicit Angel. in d. l. à nullo. quòd qui non meretur habere nomen, non meretur habere priuilegia nomini competentia. Ita ergo vt contrariorum eadem sit disciplina, dato & concesso nomine, datur & conceditur effectus nominis, maximè adhuc quando dato nomine ponitur effectus illius nominis, etiam quem aliàs de significatione illius haberet, vt quando dicitur, dantur in assignale perpetuò redimibile, vt de aliquo prædicta verba operentur, & ne sint frustratoria & sine effectu. ¶ Facit, quia quod potest fieri per statutum seu consuetudinẽ, potest fieri per pactum. glo. in rubri. C. de decretis decurio. libro decimo. quod argumentum affirmatiuè maximè valet. dixi infrà hoc eodem titulo, articulo xxiij. in glo. j. Cùm ergo hic fiat per consuetudinem quòd assignale sit impræscriptibile, ergo etiam fieri potest per pactum seu conuentionem partium, maximè quoniam assignale non plus importat quàm hypotheca, vel pignus, eo quòd assignale est hypotheca particularis, seu pignus particulare quod habet mulier pro sua dote, seu quod pater dat filiæ pro suis pecuniis dotalibus, & in hoc mulier habet tantùm hypothecam, sed in vxore est priuilegium tale, quòd fructus non computantur in sortem contra naturam pignoris, sed in alio retinet naturam pignoris & hypothecæ, quia semper potest recuperari, per modum luitionis, ita

Aßignale quid importat.

quòd hoc caſu etiã de iure nulla currit præſcriptio.l.nec creditores.C.de pignorat.actio.Io.Franciſcus Baldus in ſuo tractatu præſcriptionũ.in vltima parte,in prima parte illius vltimę partis,ibi,viceſimusſextus. & in quarta parte quartæ partis principalis,ibi, tertiò principaliter quæro. & Philippus Corneus in conſi.xx.in j. volu. per tex.in l.cum notiſſimi.§.imò.C.de præſcriptio.xxx. vel xl.annorum. ❡Super quo iure eſt fundata noſtra conſuetudo,ita quòd videtur per hanc noſtram conſuetudinem, quòd hoc aſſignale habeat ſolũ vim & effectum vſuſfructus,cùm dicat conſuetudo,*peuuent auoir & recouurer*,quæ verba videntur importare,quòd non eſt tranſlatũ dominiũ in accipientem, cùm verbũ,recuperet,etiam capiatur pro retinere,vt facit tex.in c.quoniam frequenter.§.in aliis.extrà,vt lite non conteſtata.iuncto verbo,habere, quod videtur importare dominium.Bar.in l.j.§.poteſtatis.ff.de peculio. quæ verba ſatis important quòd mulier hoc caſu eſt tantùm vſufructuaria,& nõ proprietaria,ex quo cũ tantũ ſit vſufructuaria, ideo nunquã præſcribere poteſt, quin maritus & hæredes recuperẽt,dando preciũ & ſummam conuentam. Quoniã vſufructuarius nunquã præſcribit.l.neque fructuariũ.C.de vſufructu.Io.Fab.in §.de his.inſtitu.per quas perſonas nobis acquiritur. Io.Franciſcus Baldus in dicta vltima parte,in loco hîc antè allega.dixi ſuprà in hoc tit.§.xv.in gloſ.*ueſtue & ſaiſie*. ❡Ex quo in facti contingentia conſului,& obtinui per arreſtũ curiæ parlamenti Burgundię pro domina Anna de Chaſtelvillain comitiſſa de Mõtreuel,& domina dicti loci de Chaſtelvillain & de Thil in Alſeto,cõtra Ioã.de Maulain dominũ de Miſſery,quòd cõtra eã nulla potuit currere pręſcriptio ĩ reachato de terris de Priſſy,& Vyſſoubz-Thil,traditis Theobaldo de Neufchaſtel & Bonæ de Chaſtelvillain eius vxori, per Io.de Chaſtelvillain,pro quater cẽtũ quinquaginta libris Turonẽ. in aſſignale pro quater mille quingentis libris Turonen.quę eidem Bonæ reſtabant ad ſoluendum de denariis ſui matrimonij, ſeu ſuæ dotis,per Bernardum de Caſtelvillain promiſſæ,patrem dictorũ Ioannis & Bonæ.Ex quo dictæ terræ fuerant traditæ in aſſignale ad vtendum,fruendũ & faciendum fructus ſuos,ſicut de re ſua propria,donec & quouſque dictæ quater mille quingentę libræ Turonen. eiſdem Theobaldo & Bonæ eius vxori fuiſſent datæ & traditæ, redimibiles tamen erant dictæ terræ perpetuò,pro ſe & ſuis.quas pecunias recipiẽdo promiſerũt, & tunc promittebãt dicti de Neufchaſtel & Bona eius vxor pro ſe & ſuis reſtituere prædictas terras franchas & exoneratas ex dictis aſſignali & hypotheca. ❡In quo contractu etiam ponderaui quòd dicti de Neufchaſtel nunquam fuerunt domini,ſed tantùm vſufructuarij,& tenementarij dictarum terrarũ,tanquã creditores,per modum aſſignalis & hypothecæ: & ſic quòd licet eſſent elapſi ſexaginta ſex anni,quòd nulla cucurrerat præſcriptio cõtrà dictos de Caſtelvillain,& pluribus aliis motiuis & rationibus deſcriptis in conſilio meo ſuper hoc facto incipiẽte, *le cas eſt tel,en lan mil cccc-xxxviij*.&c.Et ibi etiam amplè diſputatur,an iuri facultatis & offerendi præſcribatur apud nos.

☞ ADDITIO. Conſiliũ meum eſt xj.in ordine conſiliorũ.⁎❡Et in hoc articulo,quicquid de iure diſputetur, & qualitercunque fuerit dubitatio de iure, videtur conſuetudo noſtra ſatis diſponere, quòd vbicunque hæc verba,*toutes & quantesfoys*.ſ.toties quoties,apponũtur ex pacto,etiã cõtrahentiũ,quòd tollunt pręſcriptionẽ triginta annorũ, & quãcunq; aliã,ſeu quemcunque lapſum tẽporis, cũ ex quo per cõſuetudinem noſtram ius recuperabile toties quoties tollat quemcũq; lapſum tẽporis, & ſic præſcriptionem xxx. annorũ,vt infrà dixi in glo. *Nonobſtant quelque laps de temps*.ideo idem videtur eſſe in iure recuperabili toties quoties per conuentionem partium,cùm quod poteſt conſuetudo ſeu ſtatutum,poteſt & pactum affirmatiuè, vt dicit dicta gloſ. rubricaria.C.de decretis decurionum.lib.x. de qua per Philippum Decium in regula,nec ex prætorio.ff.de regulis iuris.& dixi in pluribus locis. ❡Et nunquid poſſit dari cautela, vt qui obligatus eſt ad rem vendendam,ad id perpetuò teneatur?puto quòd ſic,dummodò interpelletur ille cui venditio fieri debet, quòd emat & ſit in mora per duos mẽſes,liberam poteſtatem vendendi cui vult habebit. iſta eſt doctrina Dy. & Bar.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb.obli. & iſtam cautelam poſuit Lud.Roma.in conſi.ſuo clxxxij. quod incipit,in caſu propoſito.in fine illius conſilij.

☞ ADDITIO. Aduerte ad vnum notabile dictum domini Iacobini de S.Geor.in l.ſi quis nec cauſam.§.res pignori.ff.ſi cer.pet.quod fortè faciet honorẽ alicui in practica, ꝙ illud quod datur in pignus eſt tale ꝙ fructus ex eo percepti & qui percipi potuerunt,in ſortẽ computari debẽt.l.j.& ij.C.de pigno. actio. Nec valet pactum in contrarium,quia eſſet pactũ vſurarium.ita dicit Panor.in c.j.extrà,de vſuris.& dicit idem Iacobinus ꝙ Bal.in conſi.ccccxx.in iij.vol.ponit caſum de caſtro Calciam,quod tenebatur in pignus per quendam nobilem, & habebat pactum cum principe de non computando fructus in ſortẽ. & ibi determinat ꝙ non valet huiuſmodi pactum.Et,vt dicit,licet gloſ.in l.j.C.de diſtractio.pigno.teneat contrarium,tamen reprehenditur per doctores,& nota illã deciſionem,quia eſt multũ notabilis,& iudices debent illã ſemper habere ante oculos. Quæ autem faciant præſumere contractum vſurarium, dicetur inferiùs, titu.ſeq.§.j. Et ſic aduerte hîc quòd ex quo iſtud ius eſt ad hęredes tranſmiſſibile,ergo eſt ceſſibile.ex notatis per dominum meum Iaſonem in l.j.§.vſufructuarius.ff.de noui operis nuncia.& ex his quæ dicit Barba.in ſimili,de iure redimendi,quod eſt ceſſibile,vt dicit in conſi.lj.in xxiiij.col.in j.volumi.dixi infrà,in titu.*des retraictz*.§.vj.& iſtud eſt ſatis clarum, cùm tale aſſignale habeat tantùm vim hypothecæ pro dote,vt dicam infrà,in gloſ.ſequen.& ſic quia luitio pignoris iure communi competit,ideo eſt ceſſibilis.

IN TEXTV IBI, *Ou ſes heritiers.*

QVæro an fuerit neceſſaria iſta expreſſio hæredũ?videtur ꝙ iſta facultas eſt meri facti perſonalis,quæ nõ trãſit ad hęredẽ.l.cũ quis.vbi Bar.& Alex.ff.de verb.obli.dixi infrà,in §.ſeq.in glo.*La rennunciation*. ſed tamen,vt ibi dixi,videtur ꝙ iſta expreſſio fuerit ſuperflua,per ea quę dicit do.meus Iaſ.in l.ij.§.item ſi in facto. in ij.col.ff.de verb.obli.& dixi in d.gl.& in §.*Le ſeigneur cenſier*.in glo.fi.infrà,in tit.*des cenſes*.

IN TEXTV IBI, *Toutes & quantesfois.*

SED quæro an maritus qui dedit vxori aſſignale pro dote, poſſit ipſum recuperare ab vxore ipſa viuente, dando ei vxori pecunias ſuæ dotis, & eidem reſtituendo? videretur quòd non, quoniam ex quo dicitur in textu conſuetudinis,habere,videtur quòd iſtud importet dominiũ,vt antè dixi,quod iam penes ſe habet,quia maritus eſt dominus rei dotalis.l.doce ancillã.C.de rei vẽdica. Et facit,quòd ſi maritus cõſtante matrimonio

recuperet

recuperet assignale suũ.i.retineat,vt suprà dictũ est,videretur in se facere cõtractũ ad vtilitatẽ mariti,qui de pecuniis cõmunibus soluit debitũ suũ.quod non possunt facere vir & vxor per consuetudinem suprà isto titu.§.vij.descriptã. Etiã quia & ex hoc sequerẽtur multa incõuenientia.s.quòd mariti in hoc possent defraudare suas vxores,ex confessione fienda per vxores, quæ cõfiterentur assignale fuisse liberatũ & recuperatũ à marito. & fraudibus obuiandũ est,vt est tex in c.j.de renũcia.in vj.nec fraudi locus relinquẽdus est. c.cũ in multis. de rescriptis.in vj.dixi suprà hoc eo.tit.§.iij.in glo.*des heritages.* & si ista consuetudo ita intelligeretur, videretur in hoc correcta consuetudo suprà allegata,in §.vij.& euitanda est legũ correctio, & in hac opinione fuerũt aliquã do aliqui aduocati Diuionen.ego tamen semper fui opinionis cõtrariæ,quæ est fundata expressè & in propriis terminis textus nostræ consuetudinis, qui est clarus in hoc:& hoc optima ratione, quia assignale non est dos, sed solùm hypotheca specialis & expressa pro pecuniis dotalibus,quę non potest plus importare quàm hypotheca tacita de iure,de qua in l.assiduis.C. qui potiores in pigno. habean. & vt videmus,consuetudo non distinguit ex quibus pecuniis,ideo nec nos distinguere debemus.l.de precio. ff. de publicia. & à verbis claris legis nõ est recedendũ.l.non aliter.ff.de lega.iij. Nec obstant illa friuola obiecta quæ adducuntur in contrariũ, ad tollendam consuetudinem,& maximè non obstat illud quòd maritus non potest habere illud quod iam habet,cũ,habere,importet dominiũ,& maritus est dominus rei dotalis,quoniam assignale non est dos,sed est hypotheca pro dote,pro qua bona mariti sunt tacitè hypothecata,quæ potest liberare ab huiusmodi hypotheca per consuetudinem nostram,quæ eidem hoc permittit,& sufficit quòd pecuniæ dotales remaneant saluæ vxori,aliàs semper remaneret hypotheca tacita de iure.Et ideo hæc consuetudo non corrigit aliam de qua suprà, sed limitat eam hoc casu.Et ratio limitationis est,quoniam ex quo bona sua sunt hypothecata,potest luere pignus restituendo pecunias pro quibus sunt hypothecata bona sua. Non obstat etiam quòd maritus soluit debitum suum ex pecuniis communibus,& sic est factus tractatus inter maritum & vxorem ad vtilitatem mariti,quoniam hoc non obstat ex quo facit lege seu consuetudine permittente, tum ex hac consuetudine, tum ex consuetu.suprà posita hoc eo.titu.§.iij.quę dictat quòd maritus potest disponere ipso viuẽte,etiã per donationem,de bonis mobilibus,sed pecunia est quid mobile , vt ibi dixi. Et ad inconuenientia allegata,non video quòd aliquod inconueniens euenire possit,dũmodo pecuniæ dotales sint saluæ.quod si non fiat,semper re manet hypotheca tacita.ex quo semper starem cum consuetudine,quam nollem corrigere,bene tamen consulerẽ, quòd hoc fieret vocatis parentibus vxoris, & quòd in præsentia illorum poneret pecunias in tuto , in manibus tertij,aut quòd per parentes ex suis pecuniis dotalibus de eius consensu,& cum autoritate mariti acquiratur aliud hæreditagium in vtilitatem vxoris,quod erit loco dotis.*

IN TEXTV IBI, *Non obstant quelque laps de temps.*

QVæro nunquid ista facultas quam habent hæredes de retinendo assignale datum vxori pro dote sit sublata spatio triginta annorum?videtur quòd non,quia consuetudo nostra dicit,non obstante quocunque lapsu temporis , nam licet dispositione iuris nostri municipalis ista facultas redimendi istud assignale sit data hæredibus, videtur quòd sit impræscriptibilis, * cum in his quæ sunt facultatis nulla currat præscriptio. glo.in c.vt priuilegia . in glo.penulti.de priuilegiis.Felinus in c.cum accessissent.in xj.colum.extrà,de constitutio.& dominus meus Ias.l.fi.in x.colum.ff.de constitutio. principum.maximè etiam quia tollitur præscriptio per dictam clausulam positam in consuetudine nostra , quæ quidem præscriptio tolli non potest per statutum seu consuetudinem, vt dicit Ange.in auten. vt decætero non fiant commu. versicu.& not. colla.v. & Bald.in l.ij.C.de constitutione principum. 1 *Præscriptio in his quæ sunt facultatis nõ currit.*

ADDITIO. Vide ad hoc Matthæum de afflictis in constitu. regni Siciliæ, quæ incipit, si dubitatio.in v. col.versi.iiij.pondero.in iij.lib.& in constitutione,quadragenalem.in glo.iiij.in iij.libro.*

SEd tamen videtur quòd per hanc clausulam non tollatur præscriptio centum annorum,cùm vt dicit Bald. in l.j.C.ne rei dominicæ vel templorum.& in l.j.C.de annali exceptio.in ij.colum.& in l.j.C. de præscriptio.xxx.annorum.Alexan.in l.j.C.de vsucapio.Bald.in c.j. §. præterea. de capitulis corradi. Imò Ioan. Andr. in additio.ad Speculum,in rubrica de feudis. in fine primæ colum. dicit * quòd præscriptione summota non tollitur præscriptio longissima.& istud sequitur Dy.in suo consilio xliiij.Barto. in l. cum satis. C. de Agricol. & censi.lib.xj. Alexã.in apostil.ad Bald.in d.l.j.ne rei dominicæ vel templorum.Et ita tenet Alex.in consilio suo xvj.in vij.& viij.col.quod incipit,in causa & lite verten.in v.volumi.per glo.singularem.in c.j.§.præterea. de capitulis corradi.quæ dicit quòd intelligitur de præscriptione x.vel xx.annorum.dominus meus Iason in l.j.in viij.colum.C.de seruis fugitiuis.& ista est communis. 2

COntra communem tamen faciunt quæ dicit Alexan.in cõsilio suo lx.in vltima colum. in j. volumi. & quæ dicit Francisc.de Aretio.in consilio suo xvj.in penulti.colum.vbi dicunt , * quòd clausula,præscriptione summota,vel non obstante præscriptione,tollit solùm præscriptionem centum annorum, quæ est præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium . vide Felinum in rubrica, extrà , de præscriptionibus.& ad ibi dicta recurre. 3

IN TEXTV IBI, *Et en rendant les deniers.*

NOta istud, quia aliàs non possunt hæredes auferre mulieri assignale eidem datum pro dote,prout tenuit Bald.in consilio suo cxxxvij.in v. parte per tex.in l.ita.ff.de iure dotium.& isti denarij debent incontinenti solui.per ea quæ dicit glo.& Bald.in l.j.C.de communi seruo manumisso. vbi dicit quòd quando quis cõpellitur vendere statim,& non ex interuallo,debet solui precium,nec potest haberi fides de precio. ¶ Dubiũ potest esse,quia quandoque sunt hęredes in mobilibus,quandoque etiã in immobilibus,an si hæredes immobilium velint redimere assignale datum vxori , possint cogere hæredes mobilium ad luendum pro parte , & ad soluendum partem pecuniæ pro illa parte pro qua sunt hæredes? videtur quòd sic,quia de iure datum nomine dotis soluto matrimonio est repetendum via actionis . & istud assignale habet tantùm vim hypothecæ pro dote. ¶ Istud non est verum,quia etiam istud assignale habet vim antiqui hæreditagij, ergo si vult hæres hæreditagiorum redimere,redimat,cùm ad hæredem mobilium non tangat.

§. DECIMONONO.

ENtre gẽs nobles, la femme qui vouldra demeurer quitte de payer la moytié des debtz par sõ mary & elle deuz au iour du trespas de sondict mary, & qui ne se vouldra entremettre es biens de sondict mary, apres le trespas d'iceluy son mary, sera tenue si elle est ou lieu ou sera trespassé, de faire la renũciatiõ ausdictz biens de sondict mary en la presence du iuge, ou de notaire & de tesmoings, ou en presence du curé, ou du vicaire, du lieu & de tesmoings, en default dudict iuge & de notaire, auant que l'on tire le corps du trespassé hors de l'hostel, & s'elle n'est audict lieu elle sera tenue de le faire dedans xxiiij. heures apres ce que le trespas de sondict mary sera venu a sa congnoissance. Et en ce faisant elle sera quitte des debtz par sondict mary & elle deuz, & auec ce ne prendra aucun douhaire coustumier ou diuiz sur les biens de sondict mary.

IDem in comitatu Niuernen. sed per consuetudinem nostram requiritur adhuc alia solennitas, vt videre potes in illis cõsuetudinibus. idem in patria de Lorry, vbi debet vxor dimittere clauem. & tamen secundum consuetudinem patriæ de Lorry, dicitur quò d non perdit aliquod dohariũ. & in consuetudine Niuernen. non dicitur quòd perdat aliquid. dicam latiùs infrà. vide idem in ducatu Borbonij, vbi potest facere similem renunciationem, sed non requiritur tanta solennitas, & non facit differentiam inter nobiles & ignobiles. idem etiam in comitatu Burgundiæ, vbi nullam facit differentiam.

IN TEXTV IBI, *Entre gens nobles.*

1 *Doctor an dicatur nobilis.* QVæro qui dicantur nobiles ad hoc vt sub hac nostra consuetudine comprehendantur? * Et primò an cõprehendãtur doctores? videtur ꝙ sic, quia sunt nobiles, vt dicit tex. & ibi Bar. in l. iudices. C. de digni
2 tatibus. lib. xij. imò plus dicit Cy. in l. prouidendũ. C. de postulan. *ꝙ doctor dicitur magis nobilis, quã ille qui est nobilis genere. Et istud refert & sequitur Alexan. in consi. xciiij. quod incipit, consideratis his. in ij. col. in j. vol. & facit tex. in l. ij. ff. de excusa. tuto. & hoc est ratione dignita. quam habet, vt notatur in c. quanto. de magistris. & notant doctores in prima constitutione. C. & in l. ex eo. ff. de testa. militari. & tenet Alexan. in consi. & in consilio xv. incipien. viso processu. in vlt. col. in j. volu. & in consi. xviij. incipien. viso processu causæ. in vltimis verbis, eo. j. vol. & in consi. 24. incipien. animaduersis his quæ in themate. in j. volu. Alex. in l. centurio. in ij. col. ff. de vulga. vbi ponit priuile. doctoratus. & do. Car. Florenti. in clemen. ij. in iiij. q. extrà, de magistris.
3 *Doctoratus est dignitas.* ponit vndecim priuilegia docto. *& quòd sit dignitas. idem tenet do. meus Ias. in l. si quis in conscribendo. in ij. col. C. de pac. ego autem quia sum doctor nihil aliud contra prædicta insistendo dico.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, constitutione præsenti. in iij. notabili, vbi dicit quòd spurius tanquam infamis & vilis persona non potest doctorari, & si doctoretur, postponitur cæteris doctoribus.*

4 *Requisita ad hoc vt quis sit nobilis.* ADuerte tamen* ad tex. multum notabilẽ in l. nobiliores. C. de cõmer. & mercatoribus. vbi allegat tria quæ requiruntur ad hoc vt quis dicatur nobilis: ꝙ sit nobilis natalibus, honorum luce cõspicuus, & diues in patrimonio. & istud est quod Andreas Barba. ex illo tex. quẽ dicit in hoc literis aureis scribendũ, notauit in consi. suo lvij. quod incip. præclarè scribitur apud. in v. col. in ij. vol. Si enim ista tria semper requirerentur, ꝑ certo
5 *Nobilis quis.* pauci inuenirẽtur nobiles. dicit tñ Bar. in l. j. C. de digni. lib. xij. qui nõ recordatus fuit de illo tex. *ꝙ nobilis dicitur qui ex eo qđ habet qualitatẽ ꝓpter quã per principatũ tenẽtẽ vel populũ q̃s vltra honestos plebeios acceptus est. & facit tex. & qđ not. Pau. de cast. in l. quoties. C. vbi senato. vel clarissimi. & tradit Io. de Imo. in c. de multa. in fi. ext. de prębẽdis. & refert & sequitur Soci. in cõs. suo cxlvj. quod inci. elegãter & subtiliter. & positũ
6 est in cõsiliis Frãcis. de curte, in cons. xviij. *& doctores & alij officiarij principis, amici principis appellãtur. facit tex. in l. scđm respõsum. C. de cõtrahẽ. & cõmit. stipula. & etiã parẽtes principis dicũtur. facit tex. in l. ex diui.
7 C. de locato & cõducto. ex quo posset per hoc dici *ꝙ doctores iudices & officiarij regni sunt nobiles, & in-
8 *Aduocatus fisci clarissimus dicitur.* ter nobiles cõputari debẽt, *vt est positus in officio aduocationis regię, qui ratione officij dicitur clarissimus, & multa priuilegia tenet. & ꝓpter dictũ officiũ aduocatiõis fisci quis liberatur à cõditiõe curiali vel coartali,
9 l. aduocatos. C. de offi. diuerso. iudicũ. & dicit Bar. in l. suggestionẽ. C. eodẽ. *ꝙ aduocato fisci iuramentũ debet mitti ad domũ tanquã ad personam egregiã. ita tenet Io. de platea. in l. fi. C. de decurio. lib. x. do. meus in
10 l. ad egregias. ff. de iureiu. dicit, *ꝙ etiam debet mitti doctori. ex quo infertur ꝙ doctor & aduocatus fisci inter egregias personas cõnumerãtur. de doctore an inter nobiles cõnumeretur, ponit amplè Guido pape. q. 88. vbi ponit an doctores teneantur contribuere in subsidiis dalphinatus. & in quæst. ccclxxxviij. ¶ Et quo ad nos in subsidiis nostris, quę dicuntur feuagia, officiarij regij & consules non contribuunt. dixi alibi, & vide Iaco. Rebuffi. in l. actores. C. de exacto. tributorum. lib. x. vbi apostil. ponit quid de doctore aduocato.

11 *An militia nobilitet.* QVid aũt* de militia, nũquid nobilitat hominẽ? vide Bar. in l. ex eo. ff. de testa. militis. in j. & xij. col. versi. iiij. infertur. C. de dignita. lib. xij. & latè, & amplè ponit do. meus Ias. in l. si quis in cõscribendo. in j. col. de pactis. quòd militia non est dignitas. & Alex. in l. diem functo. in viij. col. ff. de offi. assessoris. & Albe. in l. milites. C. locati. ¶ Vide Io. Sanxon in consuetu. Turonen. tit. *des loyaulx aydes*. articu. v. ¶ Vide etiã Matthæum de afflictis in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, constitutione præsenti. in primo notabili.*

12 VEL secundò *ille dicitur nobilis, qui secũdũ cõsuetudinẽ loci nobilis reputatur, secundũ Bar. in d. l. j. C.
13 *Nobiles Venetorum.* de dignita. li. xij. bene facit tex. in l. j. §. j. ff. de muneribus. & sentit Bar. in l. vnica. C. de mulieri. & in quo loco. lib. x. & Pau. de cast. in consi. 126. quod incipit, dubitatur. j. vol. consiliorum nouorum, in impressione noua Papiẽ. vbi dicit, *ꝙ aliqui possũt esse nobiles in vno loco qui nõ essent in alio, vt est Venetiis, oẽs qui sunt
14 *Nobiles militia.* de officiis publicis seu de consilio sunt nobiles, & tamẽ hoc nõ reperitur in aliis ciuitatibus. ¶ *Itẽ in multis ciuitatibus

ciuitatib⁹ milites sunt nobiles,qđ nō est de iure cōi,nisi sint milites vrbis Romæ.C.de equestri.dignita. l.j.& ibi not.lib.xij. Nam nō omnis militia facit quē nobilē &c.Et ibi dicit Bar.in d.l.j.in j.col.C.de digni.& de tali nobilitate quæ habetur ex cōsuetudine loci, ponit Soci.in consi.suo cxlvj. suprà allegato. ¶Et de nobilitate quæ habetur ex cōsuetudine seu ex cōmuni opiniōe,vide Lucā de penna in l.mulieres.col.iij.versi. nonò ex cōmuni opiniōe. C.de digni.lib.xij. vbi etiā ponit de his q̃ sunt nobiles ex loco,quia ex vrbe splendida oriundi.

VEL tertiò*dicitur nobilis,qui ex genere nobili descēdit,quia à parētibus nobilibus descēdit, eo ꝙ ex genere est nobiliū,vt dicit do.And.Sicu.cōsi.lvij.in j.& ij.col.in ij.vol.* vbi plenè dicit quis veniat appellatione generis,& cōcludit ꝙ illi dicūtur de genere alicuius, qui sunt de eius cognatiōe in masculina linea,vt ibi per multa.& notatur in clemē.ij.in prin.de sentē.excō.*ꝙ nobilis est qui ex sanguine claro descēdit,& ideo dicit Aristo.iiij.politicorū,*quòd nobilitas est virtus,& diuitiæ antiquę,secundū Boe.lib.iij.prosa vj. de cōsolatione philosophiæ.Et dicit Arist.lib.ij.Rhetori.ꝙ nobilitas est maiorū claritas, & honorabilitas progenierū, quæ attenditur secūdū virtutē generis.¶Sed tamē aduerte* ꝙ vera nobilitas est quæ ex virtute alicuius prouenit.& illa sola est q̃ animū moribus ornat.de qua in c.venerabilis.de pręben.& ibi Hostiē.dicit*ꝙ disputare de nobilitate generis est disputare de nobilitate stercoris.cōtra quē gl. in extrauaganti execrabilis . in verbo, ac generis claritatē.de præben.& dignitatibus allegatis . ¶*Sed quæro iuxta prædicta quæ sint prærogatiuæ nobiliū?do.And.Siculus dictus Barba.in consi.suo.35.in prin.in ij.vol. ponit ibi quasdā prærogatiuas inter alias dicit*ꝙ feuda debēt dari & conferri nobilibus, & ideo cū virtus sola sit quæ aliū nobilitet, moribus & ex scientia nobilitas causetur.l.ij.§.amplius.& ibi Bar.ff.de excusa.tuto.& in l.prouidendū. C.de postulā. ideo vt habetur per And.Sicu.cōsilio suprà allega.in viij.col.*nobiles & literati æquiparantur. vbi etiam ponit aliud, *quis inter æqualiter literatos præferatur,an qui ex genere claro & nobili descēdit,an qui ex ignobili. Et alle. gl.singularē in c.nunquam.lvj.distin. quæ dicit ꝙ præferri debet qui a parentibus prorsus alienis à virtutibus, dū tamen ipse sit virtuosus,illi qui natus est ex bonis parētibus,licet etiam sit virtuosus, cuius tamē videmus contrariū obseruari.Et plenissimè hoc examinat Rodericus Zamoren.in suo speculo humanæ vitæ. li.j.c. vj. ideo cū(vt suprà diximus)nobilitas sola sit vnica virtus,vt ait Iuuena.Et dicit Seneca in lib.de minoribus,Nobilitas est hominis generosus animus.nā nobilitas vel bonitas cognatorū non valet,nisi fuerimus nosipsi boni,vt dicit Cassiodorus in libro epistolarū,lib.ix.epistola viij. ꝙ doctrina facilè exornat generosum, quæ etiā ex obscuro nobilē facit.¶Si vis videre amplissimè materiā nobilitatis,vide Bonū de curtili Brixien.in tractatu nobilitatis,vbi tractat per septē quæstiones.Primò ponit deriuationē nobilitatis, & quomodo sumatur.Secundò ponit diffinitionē. Tertiò ponit introductionem,& in quo nobilitas consistat. Quartò,qualiter consecutiuè,& in quos seu ad quos transeat. Quintò ponit nobilitatis priuilegia. Sextò, qualiter in actu practico deducatur,& quomodo probanda sit cùm de ea contentio insurgit. Septimò, quibus ex causis quomodo & qualiter perdatur.& latè in meo catalogo honorum,parte viij.per totum.

15 Nobiles genere.
16 Generis appel. q veniant.
17 Nobilis sanguine
18 Nobilitas.
19 Vera nobilitas.
20
21 Prærogatiuæ
22 nobilium.
23 Nobilis
24 & literatus æquiparātur.
Seneca.

VEL quarto*dicit nobilis qui ex priuilegio,vel aliàs habet iurisditionē meri & mixti imperij, ita Bal.consi.cxxix.in ij.col.in ij.vol.sed nihil pro hoc allegat.Sed facit pro hoc quod amplissimè notat Lucas de péna in l.mulieres.in ij.colum.versicu.iiij.ex comitatu.C.de dignitatibus.lib.xij. & ibi notat , *quòd nobilitas causatur ex nouem,videlicet ex sapientia,ex alia virtute,ex dignitate,ex comitatu,baronia, vel dominio huiusmodi quod homo in homines & fideles censetur habere,etiā si castrū habeat vnicum,ex militia,ex nobilitate progenitorū,ex diuitiis,maximè vetustis quæ ab antiquis ꝓgenitoribus venerūt,ex loco,cū ex vrbe splēdida oriundi,ex cōmuni opinione.& istorū numerus est infinitus.& de qualibet nobilitatis causa vide amplè ibi.& ibi etiam ponitur nobiliū proprietas,& in quo cōsistat. cogita de nobilitate generis & sciētiæ ac morū, & quomodo ortū habuit.& an à regum & principū sola volūtate & cōcessione rectè acquiratur sola nobilitas,ponit Rodericus Zamoren. in suo Speculo humanæ vitæ,lib.j.c.v.& in c.vj. de multiplici nobilitate,& in c.vij.de laudibus,præconiis & cōmendatione nobilitatis,& de illius virtutibus & vtilitate,& in c.viij. de vanitate nobilitatis humanæ,& de vitiis quæ eam comitantur,& de pluribus excessibus nobilium, & de falsa nominatione,& de illius incōmodis,laboribus,& periculis.quæ hìc nolo ponere,quia ibi possunt videri . ¶Aduerte tamen * quòd feudum nobile non nobilitat rusticum. Lucas de penna in l.cum neque.C. de incolis.lib. x.& de huiusmodi nobilitatione per feudum vide quæ dixi in quodam meo cōsilio incipiente, his diebus.

25 Nobilis propter iurisditionēm.
26 Nobilitas ex nouē causatur.
27 Feudū nō nobilitat rusticū

ADDITIO. Istud cōsilium fuit mihi subtractū,cū pluribus aliis quæ non reperio, sed videatur aliud in hoc quod est lxiiij. quod incipit, viso processu,moto & agitato. in prima instantia,& videatur etiam Guido pape quæstione ccclxxxv.quem ibi allegaui,in ij.colum.& de materia nobilitatis posui in Catalogo gloriæ mūdi,in viij.parte,& in xv. consideratione posui quomodo feudum nobile nobilitat hominem,sed ista est infima nobilitas,vt statim dicam.Aduerte tamen quòd Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit,vt vniuersis,dicit quòd præstatio honoris nobilibus personis est ex debito,non tamē datur aliquod possessorium . dixi alibi. *

SEd pone quòd quidam nobilis accepit quādam in vxorem quæ erat ignobilis,an cōprehendatur in hac nostra consuetudine?dic quod sic, * quia nobilitas viri afficit vxorem.Bar.in l.fi.C.de verb.signi.& tanto tēpore quo est vidua debet gaudere hoc priuile.l.filij.§.vidua.ff.ad municipales.

ITem * nunquid nobilis seu qui descēdit ex genere nobiliū,& peruenit ad paupertatē cōprehendatur in hac nostra consuetudine?Soci.in consilio suo cxlvj.suprà alleg.dicit quòd talis non est amplius nobilis,quia nobilis dicitur esse quibus assistunt progenitorum virtutes & diuitiæ.& facit text.in l.nobiliores.C.de commerciis & mercato.vbi Bald.dicit etiam * quòd qui est genere nobilium,si exercet artes mechanicas perdit nobilitatem,ideo non comprehendetur etiam in hoc statuto. quæ omnia notanda, cū possint singulis diebus euenire,ideo dicit Guido pape *quòd procuratores practicātes in curiis qui sunt de genere nobili perdunt nobilitatē.ita dicit quęst.sua lxxxix.vide etiā quæ dicit idē Guido pape quæst. sua cxcvj. ¶Sed quia quis * exercēdo artē mechanicā, vt dictum est,perdit nobilitatē , an perdat ita quòd etiā relinquēdo exercitiū artis mechanicæ dicatur & sit ignobilis?an verò tātū perdat nobilitatē pro illo tēpore quo exercet artē mechanicā? Crederē

28 Nobilitas viri afficit vxorē.
29 Nobilis pauper effectus perdit nobilitatem
30 Qui
31 perdat
32 nobilitatem.

in hoc esse aduertendũ,an quis esset nobilis genere, & tũc si exerceat artẽ mechanicã,tanto tẽpore quo illam
exercet ꝙ sua nobilitas sit offuscata,sed si dimittat exercitiũ, crederẽ prædictã nobilitatẽ nõ esse amplius offus-
33 *Iura sanguinis nõ possunt tolli in totum.* catã.*Nã iura sanguinis tolli non possunt in totũ.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.ideo si quandoq; offuscãtur per
aliquod obstaculũ,remoto illo obstaculo,iterũ sunt in suo esse generis. ¶Si verò quis esset nobilis per priui-
legiũ principis,tũc crederẽ ꝙ exercẽdo artẽ mechanicã perdit priuilegiũ in totũ.& sub hac cõsideratione aliàs
consului in casu emergenti.& vide Ioan.Raymundy in suo comprehenso feudali,in tractatu de nobilitate, fo
lio centesimo,in vj.quæstione principali.vbi ponit quomodo perdatur nobilitas.

ITem an si quis se nobilitare fecerit etiã pendente eius vita,& postmodũ acceperit quandã vxorẽ, quæ tamẽ
semper vsa est vestibus burgensiũ,& portauit caputiũ mulierũ burgensiũ , & non caputiũ nobiliũ, licet eius
marit⁹ semp ꝑ nobili se dixerit & nominauerit,nec vllã artẽ mechanicã exercuerit,sed fuerit iudex & locũte.
vnius balliuatus,aut etiam fuerit aduocatus,an'debeat talis post eius mariti mortẽ vti hoc priuilegio, tãquã sit
vxor nobilis,vel etiam priuilegio §.iiij.in titu.seq. videtur ꝙ sic,quia ex quo lex non distinguit,nec nos distin
guere debemus.l.de precio.ff.de publicia. & ex quo accepit hominẽ nobilem est nobilis, vt dictũ est hic antè.

COntrariũ tamẽ dixi in casu emergẽti, eo ꝙ ex quo se gerebat pro burgensi,portãdo habitũ burgẽsem nũc
in vsu existentẽ,noluit acceptare illã nobilitatẽ , quo ad ea quæ sunt in vtilitatẽ illius, & præsumitur esse
34 *Ex habitu qualitas personæ præsumitur.* burgẽsis ex habitu, *cũ præsumatur esse talis qualis per habitũ demõstratur,c.si iudex. de senten.excõmuni.in
vj.& ibi Geminia.in tex.& ibi Bar.in l.moueor.C.si seruus exportandus væneat.& facit singulariter tex. in d.
c.si iudex.ꝙ licet sit priuilegiũ introductũ in fauorẽ clerici,tamen intelligitur dũmodo incedat in habitu, & si
35 negligat portare habitum, videtur suo priuilegio renunciare, imò quod plus est , * plus nocet illa renunciatio
præsumptiua per non sumptionem habitus,quàm expressa.arg. not. in d.c.si iudex. & in c. si diligenti. de foro
competenti.iuncta glos.in l.si ignorans.ff.locati.

ADDITIO.Dixi etiam in catalogo gloriæ mundi,in viij.parte in xvij.consideratione.

36 *Diuitiæ nobilitant.* ADde etiã*ꝙ diuitiæ nobilitãt hominẽ,& per diuitias vilitas ꝑsonę tegitur.plenè ꝑ Lucã de pẽna in l.mu-
lieres.C.de digni.li.xij.& ibi ponit.36.priuilegia in quibus vltra plebeios priuilegiãtur, & septẽ in quibus
est eorum deterior conditio.Et quæ dixi de nobilitate,vide infrà ti.*des enfans de plusieurs lictz*.§.iiij.in j.glo.

ADDITIO. Credo tamẽ ꝙ iure inquãtũ dicitur quod diuitiæ nobilitent, quòd ista nobilitas sit infima,
nec est multum honestũ quòd nobilitas acquiratur per rẽ, & nõ per virtutem. ex quo dicit
Matthæus de afflictis in constitu.regni Sicilię quæ incipit,post mortem. in j.notabili. quòd illa nobilitas quæ
procedit ratione feudi est infima,quia homo non debet nobilitari per rem,sed res per hominem.*

IN TETXV IBI, *Et qui ne se vouldra entremettre.*

Quæstio notabilis. QVæro,mulier aliqua nobilis post mortẽ mariti renũciauit bonis mobilib⁹ & acquęstibus mariti,vt hic,
sub cõditione tamẽ quòd nõ intẽdebat per hoc præiudicare aliis suis iuribus, sibi cõcessis,tã per cõsue-
tudinẽ q̃ aliàs sibi acquisitis & donatis per eius maritũ cõstãte matrimonio , postmodũ reperitur subtraxisse
plura bona mobilia,an hoc casu valeat renũciatio per eã facta, ita ꝙ dicatur renũciasse scd̃m hãc cõsuetudinẽ,
& maneat renũciatio valida sublata cõditione, an verò conditio impediat renũciationẽ, ita ꝙ renunciatio sit
nulla? ¶Itẽ si renunciatio sit valida,cũ per eã priuetur dotalitio,an si postmodũ reperiatur subtraxisse bona,ex
quo certum est quòd tenetur ad debita ac si non renunciasset,per consuetudinem secundò sequentem,an ite-
rum recuperet doharium,& an hoc casu habere debeat doharium,an verò eo sit priuata?

AD primum videtur ꝙ ex quo iste actus renunciationis,est actus.i.effectus potentiæ lege municipali cõfir-
matus,seu cõprobatus,ex quo dicitur legitimus.l.obuenire.ff.de verb. sig.Io. An.in regula actus legitimi.
1 *Actus legitimi nõ recipiunt cõditionẽ.* in Mercuria.in princ.* & ideo cùm actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem . dicta regula actus
legitimi.& regula legitimi.ff.de regu.iur.quòd ex quo hæc renunciatio facta est sub conditione,quòd est nulla
& nullius valoris , & ideo si nulla est hæc renunciatio , sequitur quòd ex ea priuari non debeat dohario , cùm
quod nullum est,nullum potest producere effectum.l.non dubium.C.de legi.Hinc dicit Bald. in l.ea quidem.
C . si mancipium ita fuc. aliena. ne prostitua. quòd frustratorium factum pœnam efficaciter non committit.
Plenè per do.meum Iaso.in l.ij.§.quod si in patris.in vij.colum.ff.solu. matrimo. Feli.in c. ex tenore. in v.col.
extrà,de rescriptis.vbi de prædicta regula ad saturitatem.

POsset dici pro contraria parte,ꝙ ex quo renũciatio per dictã mulierẽ est facta,ꝙ suũ debet sortiri effectũ,
maximè quo ad pręiudiciũ mulieris.arg.c.quod in dubiis.ext.de renũcia.vbi renũciatio etiã inualida pro-
ducit effectũ cõtra renũciantẽ,& si postmodũ fuit apposita cõditio,hęc fuit cõtraria substantiæ renũciationis,
quæ nihil debuit operari , cũ videatur esse quædã protestatio facta cõtraria,ex quo tolli debet.Pan.in c. cum
M.Ferrarien.ext.de cõsti.Bar.in l.nõ solũ.§.morte.ff.de noui ope.nun. maximè cũ hæc quæ sunt per eã appo-
sita,videntur esse facta per modũ protestationis , circa ea quæ nõ dependẽt nisi ex potestate iuris.s. municipa-
lis,& sic nostrę consuetudinis,quia de consuetudine nostra renuncians priuatur dotalitio.Si ergo renunciet cũ
protestatione ꝙ nõ intendit renũciare dotalitio,hæc protestatio nihil operatur,imò nõ obstante ista protesta
tione,renũciatio habebit effectũ iuris.Ita Bar.in d.§.morte.in vij.col.ibi, circa quintũ nota.s. circa ea quæ.Itẽ
ad minus ex quo in hoc casu sumus ad tollendũ obligationẽ iam contractã , nõ valet protestatio , nisi interfit
consensus partis in odium cuius fit hæc renunciatio,vt tenet idẽ Bar.in d.§.morte.in v.colum. ibi , sed quæro
an etiã partis consensus.& sic in hoc casu valebit effectus.s.renunciationis, nec aliquid operabitur hæc prote-
statio. ¶Nec obstat quod dicitur ꝙ hæc renũciatio est actus legitimus,& ideo nõ recipit conditionẽ,quia ad
hæc dico quòd plures sunt actus legitimi qui recipiunt diẽ & conditionem,vt dicit Dy.in d.regula,actus legi-
timi.de reg.iur.in vj.& ad illam regulam actus legitimi dicitur,scilicet quidã,vt sint ibi nominati , de aliis au-
tem nihil dicitur,imò sunt plures ibi nominati per Dy.& gl.qui recipiunt conditionem,& qui non sunt ibi no
minati.Et ideo dicit ibi Dyn.quòd illa regula intelligitur tantùm de ibi nominatis.

ET ex his sequitur decisio secundi dubij.s.ex quo renũciauit,& sic per dictã renũciationẽ priuata est suo iu-
re dotalitij,sed ex quo postmodũ subtraxit bona, ex quo tenetur ad debita nõ obstãte dicta renũciatione,

an ad minus hoc caſu conſequi poterit iterũ ius ſuum dotalitij. ¶ Videretur ꝙ ſic,quia per ſubtractionẽ perinde eſt ac ſi nõ renũciaſſet,cũ ad debita teneatur, quo caſu habere debet ius dotalitij,ideo videtur ꝙ iterũ redit ad ius ſuũ antiquũ,ita ꝙ illa renũciatio debet haberi ac ſi facta nõ fuiſſet. ¶ Sed tñ mihi videtur cõtrariũ, cũ ex quo nõ eſt dubiũ ꝙ renũciatio facta,infecta fieri nõ poteſt.l. in bello.§.factæ. de capti. & poſtli. & ſuũ effectũ operata eſt,cùm per eam ſit priuata ſuo iure dotalitij, vt per tex. noſtræ conſuetudinis, & licet nunc priuetur dicta mulier iure ſibi conceſſo,ne teneretur ad debita per ſubtractionem per eam factam , & ſic per ſuum delictum,non tamen ius dotalitij recuperat, ne ex delicto ſuo conſequatur commodũ, & delictũ eius eidem patrocinetur,quod eſſe non debet.l.de rebus.ff.de arbitris. facit quod in ſimili dicit Bar. in l.iij. §. ſed & ſi quis. C. cõmunia de legatis.* & etiam nemo poteſt allegare dolũ ſuum ad ſuum cõmodũ.Bar.in l.tranſactione. C. de tranſactio.ne ex delicto conſequatur cõmodum,quia tunc hoc caſu per ſuum delictum de quo debet puniri, cũ non obſtante dicta renunciatione tenetur ad mediam partem debitorum , iterum haberet ius dotalitij quod amiſit per dictam renunciationem.quod eſſet abſurdum & inconueniens,ideo fieri non debet. 2 *Nemo ex delicto ſuo cõmodũ cõſequi debet.*

IN TEXTV IBI, *Faire la renunciation.*

QVæro an mulier*poſſit facere hanc renunciationẽ etiam viuente marito?dic ꝙ ſic , vt dixi ſuprà in hoc eodẽ tit.§.ij.in glo.fi.ibi,limita tertiò.& hoc corroboratur , quia quòd mulier ſit particeps acquæſtuũ & mobiliũ,eſt tantũ de conſuetudine,& cõtra ius.l.ſi pecunia. C.de iure dotiũ. & ꝙ etiam teneatur ad debita mariti eſt contra ius.C.ne vxor pro marito, & econtrà. & tantũ per conſuetudinẽ,poteſt ergo reduci ad ius cõmune renunciando conſuetudini.ita tenet per plura do.meus Iaſ.in l.properandum.in prin.in penul.col. C.de iudiciis.& in l.omnium.in iiij.col. C.de teſta. itẽ ſi bene videantur cõſuetudines noſtræ ſuprà hoc eo.tit.d. §.ij. & in §. ix incipien. *la femme qui eſt participante.* iſta participatio eſt ius introductum in fauorem mulieris, ergo illi poteſt renunciari.l. ſi quis in conſcribendo . & ibi dominus meus Iaſ.in vij. notabili. C.de pac.ſi ergo illi renunciauerit,cùm tantùm teneatur ad debita ratione communionis.d.§.*la femme qui eſt participante.* ponderando relatiuum,qui,vt ibi ponderaui dicendum eſt quòd etiam viuente marito poteſt huic iuri communionis renunciare,& renunciando erit quitta & libera à debitis mariti.cogita. 1 *An mulier poßit renũciare bonis viuo marito.*

SED vlteriùs quæritur.Pone*ꝙ mulier ipſa viuente nõ renũciauit,ſed reliquit filios qui poſt mortẽ eorum matris volunt huic iuri cõmunionis & participationis renũciare,an ſint admittẽdi ad huiuſmodi renũciationẽ,ita ꝙ liberẽtur à debitis pro media parte?Videtur primò ꝙ nò, quia quòd hoc caſu mulier ſit particeps vel nõ,eſt in facultate ipſius,cũ habeat ius ſeu facultatẽ renũciandi huic cõmunioni,vt in hoc §.in morte mariti. ergo multo fortius in vita.argu.eorũ quæ dicta ſunt ſuprà in hoc eo.tit.§.iiij.inci.*le mary conſtant le mariage.* &c. *ſed facultas facti non tranſit ad hæredes.l.cũ quis.vbi Bar.& Alexan.qui legit illã.l.cũ l.in ſtipulationibus. ff. de verb.obl.& per Bar.in l.ſi ſtipulatus fuerim.in prin.ff.de verb.obl.& in l.ſi quis ſtipulatus.in prin. ver.vlti. poſt gl.ff.de ſolu.ergo hoc caſu iſta facultas renũciãdi nõ trãſibit ad hæredes. ¶ Itẽ facit quia quòd mulier poſſit huic iuri renũciare videtur eſſe priuilegiũ perſonale,cũ per cõſuetudinẽ noſtram ſolũ fiat mẽtio de muliere. Quę quidẽ cõſuetudo eſt ſtrictè intelligẽda,& nõ extendẽda.l.quicquid aſtringẽdæ.& ibi Bar.ff.de verb.obli. ergo nõ trãſit ad hæredes,*cũ priuilegiũ perſonale nõ egrediatur perſonã.c.priuilegiũ de reg.iur.in vj. ¶ Item facit tex.noſter hìc, cũ dicat ꝙ iſtud eſt de voluntate mulieris, an velit eſſe quitta & libera, qui eſt ſatis clarus & apertus,ſed ſic eſt * ꝙ volũtas morte finitur.l.locatio quæ eſt quarta.ff.loca.ex quo no.Bar. & do.meus Iaſ. in l.centeſimis.& in l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de ver.obli.*ꝙ declaratio voluntatis non tranſit ad hæredes,quia nõ egreditur perſonã.& ita etiã eſt apoſtilla ad Ferrarien.in ſua practica libellorũ,in forma reſpõſionis rei conuenti.in gloſ.in verbo,iuriſiurandi.in apoſtil.in verb.iuramento.igitur in hoc caſu non tranſibit ius declarandi ad hæredes. ¶ In contrarium poſſet dici ꝙ etiam mortua mnliere iſtud ius cõpetere poſſit eius hæredibus ſeu filiis. ¶ *Et primò ſic,nam de pacto ad conſuetudinem bonum eſt argumentũ,cùm quod poteſt per pactũ,poteſt per conſuetudinẽ ſeu ſtatutum. Gloſ.in rubri.de decre.decuri.lib.x. C. do.meus Iaſ.in l.præſcriptione. in iij.col.C.ſi cõtra ius vel vti.publi.& in l.iubemus.in j.col.C.de iudi.ſed ſi per pactũ mulier haberet iſtud ius.ſ.ꝙ poſſet renunciare huic iuri,tranſiret ad eius hæredes.l.ſi pactũ. & ibi Alberi.ff.de probatio. ergo etiam idem quando ſibi competit ex conſuetudine. ¶ Secundo ſic,ius quod competit mulieri circa huiuſmodi renunciationem,ſibi competit ex ſtatuto noſtro,ſeu noſtra conſuetudine,ergo eſt conditio ex lege. Bar.& do.meus in l.j.ff.de condi.ex lege.dicam infrà,in hoc eo.tit.§.*& peuuẽt les creanciers.* ſed conditio ex lege eſt actio perſonalis.Bar.in dicto loco.& dicã infrà,in ti.*des cenſes* §.*le ſeigneur cenſier.* *& omnes actiones tranſeunt in hæredes actiuè & paſſiuè.l.pro hæreditariis.C.de hæredita.actio.igitur. ¶ Tertiò(vt hìc videmus)mulier in vita poteſt huic iuri participationis & communionis renunciare,ergo faciliùs debet ad hæredes tranſmitti,cùm quod in vita cedi poteſt,faciliùs eſt ad hæredes trãſmiſſibile.quod probat do.meus Iaſ.de actionibus directis,de iure fideicommiſſi vniuerſalis,& de reſcriptis ad lites.quæ licet non ſint ceſſibilia,tamen ad hæredes tranſmittũtur,vt probat do.meus Iaſ.ſigillatim in l.j.§.fi.in iij.& iiij.col.ff.de noui operis nuncia.facit tex.in l.ſi ſtipulatus fuerim.& ibi do.meus Iaſ.in ij.not.ff.de verbo.obli.vbi dicit * ꝙ facultas eligendi tranſit ad hæredes,licet nõ ſit ceſſibilis.quod eſt verum,maximè cùm hæc facultas eligẽdi competat mulieri iure ſuo & pro ſe,ideo trãſit ad hæredes.Bar.in d.l.ſi ſtipulatus.Quia nunc ſic eſt quòd hęc facultas quæ datur huic mulieri,eſt facultas eligendi an velit vti iure communi,& ſic eſſe quitta & libera,an verò iure noſtro ſtatutario,& ſic quòd tanquam particeps teneatur ad mediam partem debitorum,igitur tranſibit ad eius hæredes.

2

3 *Facultas facti non tranſit ad hæredes.*

4 *Priuilegiũ perſonale non e-* 5 *greditur per-* 6 *ſonam.*

7 *Arg. de pacto ad conſuetudinem.*

8 *Omnes actiones, tranſeunt ad hæredes.*

9

ADDITIO. Quando verò facultas tranſeat ad hæredes,vide do.meum Iaſ.in l.poſt dotem.nume.50. & 51.ff.ſolu.matrimo.* ¶ Et ſi dicatur quòd quando ſtatuentes voluerũt quòd facultas tranſiret ad hęredes,iſtud expreſſerũt,vt habetur in §.præcedẽti,vbi illa facultas quæ datur marito,datur etiam hęredibus,quia hoc expreſſit ſtatutum,volens inferre quòd ſi ſtatutum non expreſſiſſet,quòd non fuiſſet data illa facultas hæredibus,vt ibi dixi.Cùm ergo hìc nõ fuerit facta mẽtio de hæredibus,non videtur ꝙ hæc facultas tranſeat ad hæredes. ¶ Ad hoc eſt clara reſponſio,quòd imò non fuit neceſſe facere mẽtionem de hæredibus, cùm expreſſio hæredum ſit ſuperflua,quia ſine expreſſione hæredum tranſit obligatio actiua, & paſſiua in

hæredes.l.veteris.C.de contrahen.& com.ſtipula.dominus meus Iaſon plenè in l.ij.§.item ſi in facto.in ij.col.
10 ff.de verbo.obl.imò dicit idẽ dominus meus in l.diuortio.§.interdum.in j.col.ff.ſolu.matri.*ꝙ ſtatutũ pœnale loquens in perſona extenditur ad hęredes.dicam infrà in titu.*des cenſes*.§.*le ſeigneur cenſier*.in glo.fi. Nihil aliud nunc dico,cùm nondum viderim hanc quæſtionem in facto.Et ſupradicta poſui, vt dem poſteris materiam cogitandi.Credo tamen quòd ſi hæredes vellent facere prædictam renunciationem, & quòd prædictum ius renunciandi haberent,quòd deberent obſeruare ſolennitates , de quibus in hoc §. ¶ Aduerte etiam pro ſolutione prędicta ad dicta in §. xvij . iſtius titu. qui incipit, *la femme apres le treſpas de ſon mary*.in glo.*& ſemblablement en ſont ueſtuz*.

IN TEXTV IBI, *En la preſence du iuge.*

1 *Ad multa prodeſt iudicis præſentia.*

PRæſentia*enim iudicis multum cõfert,& maioris roboris & firmitatis ſunt quę fiunt in iudicio,q̃ quę extra iudicium.per plura probat dominus meus Iaſon in l.pacta nouiſſima.in iij.colum.C.de pac.& in l.ſi cõuenerit.in iij.& iiij. colum. ff. de iuriſdi. omniũ iudicum.faciunt quæ dicit idem dominus meus in l.j.in j. colum.C.de pac.& in l.ſiue apud acta.in j.colum.C.de tranſactio.

IN TEXTV IBI, *Ou de notaire & de teſmoings.*

1 *Notario ſine teſtibus nõ creditur.*

NOtanter dicit, *& de teſmoings*,*quia notario non creditur ſine teſtibus,vt in aut. de tabellioni.in prin.colla.iiij.& in aut.de inſtru.caute.& fide.§.ſed ſi inſtrumenta.colla.ix.gl.& docto.in l.iuriſgentiũ.§. quod ferè.ff.de pac.Alexan.in conſi.xiij.quod incipit,ex his quæ in themate narrata ſunt.in iiij. colum. in j. volu. quod eſt repetitum in conſi.xviij.in iiij.volu.& in conſi.xcvj.in j.volu.intellige tamen niſi ſint acta iudicij, vt ibi per eum.& dominus meus Iaſon.in l.omnium.in penul.col.C.de teſta.

☞ ADDITIO. Hìc ergo vides, quòd notarius nõ poteſt recipere inſtrumentũ validũ ſine teſtibus . ſed ad validitatẽ inſtrumenti per notariũ recepti duodecim requiruntur,quæ ponit Matt.de affli. in conſtitutione quæ incipit,baiulos omnes.in primo libro in x.notabili,in octauo requiſito.*

IN TEXTV IBI, *Et auec ce ne prendra.*

1 QVæro*nunquid mulier quæ fecit prædictas renunciationes capiat mediam partem acquæſtuũ factorũ nomine mariti tantũ,aut ad minus nomine mariti & vxoris ? videndum eſt quod dicit conſuetudo ſuprà eodẽ tit.ix.incip.*la femme qui eſt participante*.Et cùm fui interrogatus, neſciui quid reſpondere, ſed ſolũ dixi,vt mihi videbatur,ex quo non ſoluebat debita,ꝙ etiam non debebat habere dimidiam partẽ acquæſtuum, quia,vt videtur per dictam conſuetudinem noſtram ſuprà poſitã, quæ incipit , *la femme qui eſt participante par la moytié*.&c.Mulier hac ratione tenetur ad dimidiam partem debitorum , quia habet mediam partem acquiſitorum,& ſic cùm nunc nõ ſoluat debita,quia grauantur in hoc hæredes, qui tenentur ad omnia debita, & ſic etiam quia releuatur in hoc,cùm nõ teneatur ad debita,debet in alio grauari,ſcilicet, quia nõ debet capere mediam partem acquiſitorũ & mobilium.¶ Videretur tamen ponderando plures conſuetudines ſuprà poſitas,ꝙ per dictam renunciationem non priuatur acquæſtibus & bonis mobilibus,& ſic non obſtante dicta renunciatione debet habere mediã partẽ acquæſtuũ & mobiliũ,quia cõſuetudo noſtra habet reſpectũ ad hoc ꝙ priuetur bonis mariti,cũ dicat,*& qui ne ſe uouldra entremettre des biens de ſondict mary*. ſed ſic eſt quòd media pars acquæſtuũ & bonorũ mobiliũ nõ eſt de bonis mariti,ſed vxoris.Sed cũ cõſuetudo ſuprà poſita,ĩ §.ij. quæ facit vxorẽ participare cũ viro in acquæſtibus & mobilibus,dicat ꝙ vxor, *eſt participante*,& ſic loquitur per verbũ præſentis tẽporis,vt dixi ſuprà in d.§.ij.in glo. *eſt participant*,ex quo tranſlatũ eſt dominiũ in vxorẽ ſtatim acquiſitione facta,& ſic ipſo iure,ergo cũ ſint iã bona vxoris,de quibus eſt ſaiſita,vt habetur ſuprà in §.xiiij.prędicta verba accipiẽdo, nõ ſe intromittit in bonis mariti.Itẽ.§. noſter,& ſic cõſuetudo noſtra tantũ videtur priuare vxorẽ renũciatione,de qua in hac cõſuetudine,facientẽ iure dotalitij,nec facit mẽtionẽ quòd priuetur acquæſtibus & mobilibus,ideo etiã nec nos illã prædicto iure priuare debemus,cũ vbi lex nõ diſtinguit,nec nos
2 diſtinguere debemus.l.de precio.ff. de publiciana.vbi Bart.dicit quòd per hoc dicendum eſt, * quòd ſtatutũ & conſuetudo nõ recipiunt extenſionem ex identitate rationis.do.meus Iaſ.in l.non dubium.in viij.col.C.de legi. De qua materia plenè per eũdẽ in l.quãuis.ff.de in ius vocãd.vbi amplè ponit quãdo licitũ eſt diſtinguere legẽ ſeu ſtatutũ per rationẽ,aut per aliud ſtatutũ,ſeu aliã legẽ,maximè in pœnalibꝰ , ſed in priuatione bonorũ,

3 *Pœna priuationis bonorum.*

* cũ nunq̃ pœna priuationis imponi debeat,niſi expreſſè dicatur in lege.text.eſt in §.cũ igitur.in ver.nec quęlibet eſt lex aliquid tale dicens.in aut.de nõ eli.ſecũ.nub.colla.j.Bal.in aut.ex teſtamẽto.C.de ſecũ.in c.fi.de iure patro.& ibi Pan.Alex.in cõſi.ciij.in viij.col.in j.vol.do.meus Iaſ.in l.diuortio.§.ſi fundum.in iij.col.ff. ſol. matri.in l.ſi quis maior.in ij.colum.C.de tranſact.in l.quod te.in xij.colum.ff.ſi cert. peta.vbi alle.conſi.Alex. hìc antè alle.idem dominus meus.in l.j.in fin.C.de tranſac.& in auten.non licet.in ij.& iij.col.C.de lib.præt. Corſe.in ſing.ſuis in ver.arbiter,in quadam addi.Feli.in c.ex parte.in j.& ij.colum.extrà,de reſcrip.& in c.trãſlato.in penul.colum.extrà, de conſtitu.Cùm ergo, vt antè dixi,mulier in dictis bonis habeat ipſo iure dominium & poſſeſſionem mortuo marito , non debet illis priuari per quamcunque renunciationem quã faciat in bonis mariti,cùm non ſit lex quæ dicat.ponderarẽ libenter hæc verba in fine noſtræ conſuetudinis poſita,cùm dicat,*& auec ce ne prendra aucun douhaire couſtumier ou diuiz*,quæ verba videntur importare quòd iam alia bona quæ poterat capere,non tamen capiet. cogita ſi caſus eueniat.Latiùs dicam, ſed tamen credo, quicquid dictum ſit,quòd priuatur acquæſtibus & mobilibus,quæ debebat habere ratione participationis.

Concludit.

IN TEXTV IBI, *Ou en preſence du curé,ou du vicaire du lieu,& de teſmoings en deffault dudict iuge.*

1 *Deficientibus perſonis neceſſariis, recurritur ad alias.*

IStud eſt eo* quòd defectu perſonæ neceſſariæ ad actũ, ad aliã recurritur.quod ꝓbatur per tex.in l.ij.C. quẽadmo.teſta.ape.vbi * teſtamentũ quod debet aperiri corã teſtibus, ſi ſint abſentes poteſt aperiri corã honeſtis perſonis.etiam eſt text.in l.ſed ſi quis ex ſtigmate.ff. quẽadmodũ teſt.ape.& ad hoc faciunt xij.deciſiones, ex quibus ponit ſex Ang.in l.ſi vacantia.in repeti.C.de bo.vaca.lib.x.& ſex ponit dominus meus Iaſon in l.fi. in ij.colum.C.de iudi.& facit glo.in c.quoniam frequenter.in §.in aliis.in verbo,neglexerat.extrà,vt lib.non conte.& quod dicit dominus meus Iaſon in l. cum filiuſfamilias. in j.col.ff. ſi cer. pet.& in l.in prouinciali.§.ſi ego.in iij.colum.ff.de no.ope.nun.& Feli.in c.ex parte.in iij.colum.extrà,de conſtitu.

§. VICESIMO.

ENtre toutes autres gens ſe la femme veult demeurer quitte & deſchargee de payer la moytié deſdictz debtz de ſon mary & d'elle, & qu'elle ne ſe vueille entremettre es biens de ſondict mary, elle ſera tenue de ſoy deſceindre, & laiſſer ſa ceincture ſur la foſſe de ſon mary, incontinent apres lenterrement de ſondict mary, ſ'elle eſt au lieu ou il ſera treſpaſſé, & ſ'elle ny eſt, ou qu'elle ait empeſchement legitime & notoire, tellement qu'elle ne puiſſe venir au lieu ou ſon mary eſt inhumé, dedans xxiiij. heures, elle ſera tenue de ſoy deſceindre, & faire renunciation auſdictz biens de ſon mary, au lieu auquel elle ſera, en la preſence du iuge du lieu, ou du notaire & de teſmoings, du curé, ou du vicaire dudict lieu, & de teſmoings dedãs xxiiij. heures apres ce que le treſpas de ſondict mary ſera venu à ſa cognoiſſance, & en ce faiſant elle ſera quitte des debtz deuz par ſondict mary & elle: auec ce, ne prendra aucun douhaire couſtumier ou diuiz ſur les biens de ſondict mary.

IN hac conſuetudine & conſuetudine præcedenti. Idem in comitatu Niuernen. & ſunt quædã ſolẽnitates in comitatu Niuernen. quæ non hîc: quædam etiam hîc ponuntur quæ non ſunt in conſuetudine comitatus Niuernenſis, & aliis locis. dicam in glo. fi. huius §.

IN TEXTV IBI, *Entre toutes autres gens.*

BAl. in l. non ignorat. C. qui acc. non poſ. in j. col. dicit * ꝙ in dubio quis potius præſumitur popularis, quàm *1 Poti⁹ qs*
nobilis. & ratio, * quia in qualitatibus quæ nobis non inſunt à natura, qualitas non præſumitur, niſi pro- *2 præſumitur*
betur. vt per glo. in c. ſi fortè. de elec. lib. vj. doc. in c. fi. extrà, de præſum. & in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. *plebeius, q̃ no*
qui ſatiſda. cogan. Soci. in conſi. cxlvj. quod eſt poſitum de verbo ad verbum per Fran. Curtium antiquiorem in *bilis.*
conſilio xviij. quod incipit, eleganter & ſubtiliter.

IN TEXTV IBI, *Deſceindre.*

HIc eſt vnus modus renunciationis iuris per hanc noſtram conſuetudinem introductus, qui fit ad inſtar illius, de quo habetur Ruth iiij. nam antiquitùs erat mos in Iſrael inter propinquos, vt ſi quãdo alter alteri ſuo iuri cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calciamẽtum ſuum, & dabat propinquo ſuo. hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael, vt habetur Ruth iiij.

PEr hoc videmus, * ꝙ defertur nobili potiùs q̃ alij: quia in hac renũciatione minor ſolẽnitas adhibetur per *1 Nobili*
nobilẽ q̃ per plebeiũ & popularẽ, vt patet ex hac cõſuetudine & præcedenti. ¶ In multis enim alijs defer- *potius defertur q̃*
tur nobili. primò * quia ei potiùs creditur q̃ alteri. Spec. in tit. de citatione. §. ſequitur videre. verſi. vtrum au- *2 plebeio.*
tem. * Itẽ nobilis in liga præferri debet. Inno. in c. j. de maiori. & obe. Bal. in rub. C. pro ſocio. & in pace Cõſtã- 3
tiæ. verſi. in nomine domini. & Alex. in apoſt. ad Bart. in l. j. ff. de albo ſcriben. ¶ * Item nobilis mitiùs quo ad 4
pœnã corporalẽ punitur q̃ ignobilis. Bal. in l. nemo. C. de ſumma trini. & fide catho. & Alex. in apoſtil. ad Bar.
in l. pedius. ff. de incen. rui. naufra. intellige tamen vt per Feli. in c. paſtoralis. in prin. de offi. dele. * vbi ponit ſex *5 In quibus nobilis*
aut ſeptem caſus in quibus nobilis ita punitur ſicuti ignobilis: ſcilicet in proditore, in hæretico, in papa, in im- *puniatur*
peratore, in exceſſiua contumacia, in illo qui deliquit in officio ſuo. vide ibi Feli. *vt plebei⁹.*

ADDITIO. De proditore, vide Hyppo. de Marſi. in ſuis ſingularib. xvj. vbi dicit ꝙ proditores ſunt odio Deo, hominibus, & iuri: ita ꝙ nobilis pro proditione debet furca ſuſpẽdi. allegat Bal. in c. cũ quidã. ext. de iureiu. & etiã de proditore vide eũdẽ Hyppo. in conſi. ſuo j. in princi. * ¶ Vide Lucã de Penna in
l. j. C. de dignita. c. xij. vbi ponit * ꝙ priuilegia nobilitatis perduntur periurio, falſo teſtimonio, vel delicto. & 6
ibi ponit multa priuilegia nobilitatis, de quibus dixi antè, §. præceden. in glo. *entre gens nobles.*

ITem nobilis * ſuccedit homini ſuo moriẽti ſine legitimo hærede. Bal. in l. j. C. de hæredibus. quod intelligit 7
ibi Bal. niſi aliter teſtãdo diſpoſuerit. ¶ Neſcio vnde proceſſit hæc ſolẽnitas, quæ videtur eſſe vituperioſa &
vilis, & eſt fictio quæ habetur pro vno actu, nã iſta renũciatio facta & tacita tantũ operatur quantum expreſſa.
¶ Et aduerte ꝙ ſicut poteſt induci per ſtatutũ, quòd qui renunciat hæreditati, vadat cum precone per ciuitatem, ita etiam poteſt induci per hoc ſtatutum hæc ſolennitas, ſed an hoc ſit contra bonos, in conſuetudinibus
meis antiquis, quas magiſter Ioannes Thierry ſibi vſurpauit, allegatur conſilium Alex. in conſilio ſuo xxij. ſed
parcat mihi, quia Alexan. ibi, nec in ſuis conſiliis (quod viderim, licet omnia ſua conſilia viderim, & ea apoſtillaui.) dixit quòd faciat ad propoſitum. ex quo enim non allegabam niſi vidiſſem prædicta allegata per dictum
Thyerry, qui ad minus debebat corrigere, volui videre conſuetudines magiſtri Ioannis Ioffriot, qui eas ſcri- *Ioannem*
pſit Dolæ, ſunt xviij. anni, & in illis eſt allegatum conſi. ccxj. ſed etiam ibi nihil dicit. ſed contra hanc conſuetu- *Thierry*
dinem quo ad hanc ſolennitatẽ videntur facere ea quę dicit Bal. & Sali. in l. in omni. C. qui bo. cede. poſ. * quòd *reprehendit.*
non valent ſtatuta terrarum per quæ quis cedendo bonis percutiat lapidem cum natibus. & iſta dicit do. meus 8
Iaſ. in §. fi. inſtitutio. de actioni. vbi plura allegat. & ideo cùm hæc renunciatio videtur effectualiter eſſe quædam ceſſio bonorum particularis, videbatur quòd hæc ſolennitas inducens quandam turpitudinem, non debuit introduci: ſed cùm ratio doctorum hîc ceſſat, quia non nuda, ſed cum aliqua honeſtate dimittendo ſolùm zonam, ideo non ſumus in illo caſu, igitur.

ET ratio huius conſuetudinis eſt, ex quo enim mulier ratione communionis & ſocietatis quam habet cum marito in media parte acquiſitorum & bonorum mobilium tenetur ad debita mariti pro dimidia parte, & ſic ſi non habeat dictam mediam partẽ acquiſitorũ & mobilium, non tenebitur ad debita. per rubricã & textũ. C. ne vxor pro marito. renunciando ergo bonis non eſt incõueniens nec inciuile quòd non teneatur ad debita mariti. Ex quo enim poſt mortem ſeparata ſunt corpora, non eſt opus niſi ſeparatione bonorum, quæ fit per has renunciationes, ideo ampliùs non ſunt ſocij. *Conſuetudinis noſtræ ratio.*

Quæstio. SEd quęro de quæstione quã iam suprà tetigi isto titulo,§.xiij.vir & vxor cõfessi sunt publico instrumento se accepisse centũ ducatos à Sempronio, & quilibet se insolidũ obligauit, & facti sunt duo rei debendi,& quilibet omnia bona sua obligauit creditori,insuper vxor renũciauit Velleia.& legi antiquę,& iuri hypothecarũ,& nouę cõstitutioni,& omnibus exceptionibus etiã specialẽ renũciationẽ requirẽtib⁹,& si de eis specialis mẽtio esset faciẽda.mortuus est nũc vir,vxor renũciat bonis seruãdo formã harũ duarũ cõsuetudinũ: nunc dictus Sẽpronius agit cõtra vxorẽ nõ solũ de media parte debiti, sed etiã de toto, & quod plus est, vult adhuc petere actione hypothecaria bona mariti quę à muliere possidẽtur,& fuerunt eidẽ in dotẽ assignata,quid iuris in hoc casu?Spec.in tit.de oblig.& solutio.in §.j.versic.sed pone,vir & vxor.ponit hãc quæstionem,& distinguit soluẽdo,aut tota pecunia peruenit ad maritũ,licet se obligauerit,& tũc actione personali nõ potest fideiu bere pro alio,quod in hoc casu præsumitur fecisse.ff.ad Macedonianũ.l.item si fili⁹.§.j.si verò ꝑ parte ad maritũ peruenit,tũc vxor pro parte tenetur.l.vir vxori.§.fi.ff.ad Vellcianũ.& hoc quãdo cõstat de prædictis,sed in dubio nõ tenetur mulier nisi creditor probet illã pecuniã versam in vtilitatem mulieris,quia præsumitur tota pecunia ad maritũ peruenisse.auten.si qua mulier.C.ad Velleianũ.& faciunt quæ dicit Imo. in c.cũ contingat.extrà,de iureiurando.& Pau.de cast.in dicta auten.si qua.C.ad Velleianũ.& in reliquis, vide ibi Speculato.& Bartolum in consilio cxxiiij.incipiente,punctus quæstionis. vbi ponit quæstionem iam suprà tactam,& Paul.de castro in consilio ccclx.incip.Bar.in quodam consilio j.in ij.vol. consiliorum antiquorum.

IN TEXTV IBI, *Ou qu'elle ait empeschement.*

1 *Protestãdum de impedimẽto.* DE hoc tamẽ impedimento debet protestari corã testibus, * & nõ potest quis se excusare propter impedimẽtũ,nisi de impedimẽto protestetur expressè,prout tenet Pan.in c.sciscitatus.in vltimo notabili,extrà,de rescrip.facit glo.notabilis in c.cupientes.§.quod si per viginti.in verbo, ꝓpositũ.de electio.in vj. quæ
2 vult * quòd vbi quis est impeditus expedire actũ in termino,nõ excusatur nisi ꝓtestetur ꝙ ꝑ ipsum non stetit, sed ꝓpter tale impedimentũ.de qua gl.facit festũ do.meus Ias.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prætori.in ij.& iij. col.ff.de noui operis nunciatio.vbi amplè tractat hanc materiam.& in l.properãdũ.§.sin autẽ vterque.in j.col. C.de iudiciis.& Alex.in consilio xix.incipiente,viso processu causæ vertentis.in ij.col.in j.volumine.Barba.cõsilio xlj.in xix.colum.in j.volumine. Et faciunt de materia impedimenti dicta per Feli. in c.ex transmissa. extrà , de præscript.& pleniùs per Philippum Francum in c.ex ratione. in xiiij.colum.vbi multa ponit.extrà,de appellatio.per Francis.de Aretio in consilio clxiij.vbi quædam notabilia dicit.

ADDITIO. Et aduerte quòd non sufficit protestari de impedimento , sed etiam debet intimari parti, vt est text.& ibi notatur in cle.causam.de electio.Et etiam de huiusmodi protestatione impedimenti & eius effectu , vide Cosmam Guymier in suo commento quod fecerat super pragmatica sanctione,in titulo de pacificis possessionibus.*

3 *Impedimẽtum affectatum nõ prodest.* TV tamẽ * caueas ne sit impedimentũ affectatum aut procuratũ,quia affectatum nõ prodest.l.ij.§.simili modo.& ibi Barto.& alij.ff.si quis cautionibus.clementi.ij.in §.illis. & ibi glo.& Card. de pœnis. & faciunt quæ dicit Feli.in c.fi.extrà,de testibus.& Ange.areti.in tractatu maleficiorum . in glos.j.in iij.colum.in iij.fo. vbi plenè probant quòd affectata non prosunt.

4 5 *Impedimẽtũ probandũ, & quomodo probetur.* ET allegãti * impedimẽtũ incumbit onus probãdi.Feli.in c.iij.in iij.col.extrà, de offic. delega. * Sed quomodo probabitur tale impedimẽtũ?Bar.in l.ij.§.quod diximus.ff.si quis cautionibus. dicit ꝙ probatur per iuramẽtũ,concurrente tamẽ qualitate personæ,arbitrio iudicis.Idẽ tenet Antonius de butrio, & alij in c.querelam.extrà,de procu.Idem Bar.in l.quæsitum.ad finem.& ibi Imol.ff. de re iudica.do.Alexã. & Ias.in §.quod diximus. ¶ Sed do.meus Ias.cõtra illã doctrinam opponit ibi de duabus legibus. Primò videlicet de l.illud. circa finẽ.C.de tempor. appellatio.vbi vult quòd impedimentum debeat edoceri euidentissimis probationibus,ergo non potest probari per iuramentum,vt ibi dicit.igitur. ¶ Aduerte tamen,quòd si iudex dicat se aliis negotiis impeditum vel occupatum,etiam in terminis generalibus,licet causæ impedimenti in specie non exprimantur,illi creditur,& sufficit.ita dicit Iacob.Rebuffi in l.vnica.C.de Metropoli berito.libro xj.

SEcundò opponit de tex.in l.fi.circa mediũ.C.de ordi.cognitio.& facit tex.in c.cupientes.§.quod si per viginti.iuncta glo.in verbo,plena fides.de elec.in vj. sed dicunt quidam quòd ibi probatio plena non requiritur circa impedimentum ,sed circa aliud.

ET ideo ex prædictis dicit ibi idem dominus meus Ias.quòd est dicendum,ꝙ aut impedimentum verisimiliter potest probari per testes. tunc non sufficit iuramentum, sed requiruntur probationes euidentes,per tex.hîc antè allegatum.& est de mente Bar.in l.si quis ex argentariis.§.fi.ff.de edendo. Aut verò tale impedimentum verisimiliter non potest probari per testes.& tunc si non tractatur de magno præiudicio, & concurrat qualitas personę,tunc bene potest probari per iuramentum,per l.thesaurus.ff.ad exhiben.& l.fi.C.de fide instrumen.Et Pau.de castr. in d.§. quod diximus. sic ergo est vna limitatio ad illud quod dicitur, quòd potest probari per iuramentum,scilicet quando verisimiliter non potest probari per testes.

SEcundò limita secundum eundem dominum meum, scilicet, quòd non habeat locum quando ex tali impedimento oritur probãti illud actio, quia tunc debet probare per testes.l. penul.§.docere.ff.ne quis eum. & ita tenet Bal.& Roma.in d.§.quod diximus.quos allegat dominus meus ibi,sed bene verum est quòd concurrentibus supradictis quo ad consequendam exceptionem sufficit probare per iuramentum . Ita tenent doctores hîc antè allegati in dicto loco.

6 *Notoriũ debet probari per testes.* TErtiò limita quando requiritur probatio alicuius impedimenti notorij,quia tunc non sufficeret iuramẽtum , * eo quòd notorium debet probari per testes , vt dicit Specu.in titu.de notorio crimine.§.iam. versicu.obstat & hoc notorium.& versicu.sequen.Et Bald.ibi in addi.versi.testis. & in Spec.eod.titu.§.j.imò ad minus per duos,vt per Abba.in c.tertio loco.de præscrip.& per glo.ij.q.j.c.Deus omnipotens .§.fina. Ex quo ergo cùm in casu nostræ consuetudinis dicatur quòd nisi habeat impedimentum legitimum & notorium , ꝙ ex quo requiritur quòd tale impedimẽtum sit notorium, quòd non sufficit quòd probetur in casu nostro per iuramentum,sed requiritur quòd sint testes.quod nota,si casus eueniat.

Quartò

QVartò,pro limitatione dic quòd licet impedimentũ poſſit probari per iuramẽtũ, tamẽ hæc probatio poteſt annullari per contrariam probationem. Ita tenet dominus meus Iaſon in ſua ſolenni repeti.l. admonendi.in ciiij.col.ff.de iureiu.allegans pro hoc Inn.in c.quia propter in pe.col.extrà,de electio.

QVintò,pro limitatione ſeu reſcriptione aduerte quòd licet poſſit impedimẽtũ probari per iuramentũ,intelligitur pro vna vice tantũ,& ſic ſemel, & non bis.tex.eſt not.in l.fi.ff.de bonis auto.iu.poſ.ſecũdũ Bal.ibi,in lectura antiqua.& Ang.in l.veluti.§.hæc vox.& ibi Bal.in lectura antiqua.ff.de eden.& illũ tex.dicit ad hoc ſingularem Lud.Ro.in rub.ff.de arbi. ¶ Quæ autem ſint quæ poſſint probari per iuramentũ , vide quę dixi in titu.*des iuſtices*,§.v.in glo.*ſ il na grace*,in fine.ver.item per hoc ſtaretur dicto vnius.in additione ibi poſita,quæ incipit,hîc vides vnum caſum.

SExtò,pro limitatione dic,quòd quãdo quis fuit ſemel periurus,quòd nõ admittitur ad probãdũ impedimẽ
tum per iuramentũ,*quia periurus perdit omnem facultatẽ probandi per iuramentum. tex.eſt in c.paruuli. 7
xxij.q.v.& facit quod dicit Bald.in aut.ei qui iurat in primis verbis.C.de bo.auto.iudi.poſſi.* ꝙ qui eſt per- 8
iurus ſi non poteſt ſatiſdare,perdit beneficium.nec ſtatur iuratoriæ cautioni.de qua materia quando ſtetur iuratorię cautioni,& in quibus caſibus non admittitur iuratoria cautio, ponit amplè dominus meus Iaſon in l.j. in v.col.ff.qui ſatiſda.cog. vbi ponit xiiij.caſus vbi non ſtatur iuratoriæ cautioni.& iſtam limitationem ponit dominus meus Iaſon cum aliis tribus in d.l.ij.§.quòd dicimus.ff.ſi quis cautio.quem vide poſt Alaxan.

IN TEXTV IBI, *Dedans xxiiij.heures.*

SEd an aduerſus lapſum huius temporis poſſit princeps reſtituere?cũ iſta ſint poſitiui iuris videtur quòd ſic, per ea quæ dicit amplè Frãciſcus de curte iunior in ſuis conſiliis feudalibus,conſi.j.col.ix.& x.vbi per plures rationes comprobat quòd in his quæ ſunt poſitiui iuris ſupremus princeps habet liberam poteſtatem diſponẽdi & immutãdi.c.propoſuit.de cõceſ.prebẽ.notat Feli.in c.j.de conſtitutio. & in his quæ facit princeps non oportet vlteriùs diſputare.l.diſputandum.C.de crimi.ſacrilegij.Nec princeps alicui formę aſtringitur,nec eſt ab eo exquirenda ratio,cur ita facit.Eccle.viij.do. meus Iaſon in l.reſcripta.C. de precibus impe. offe.& in eo ſufficit pro ratione voluntas Bal.in l.impetrata.C.ſententiam reſcindi non poſſe.Feli.in c.ſi quando.in ix. col.extrà,de reſcriptis.Imò venienti contra factum principis quod facit ex certa ſcientia,debet imponi perpetuum ſilentiũ,vt dicit Bal.in §.ſi quis autẽ.in verbo,nõ admittimus.aliàs in verbo,imperialis clemẽtia.col.vlti. de pace Cõſtantiæ.imò poteſt tollere ius quęſitum alteri,dummodo nõ ſit cõtra ius diuinum vel naturale,ſed tantũ poſitiuũ.notatur in l.fin.C.ſi cõtra ius vel vtilitatem publi.l.quoties.C. de precibus impe.offe. notatur per omnes in c. quæ in eccleſiarũ.extrà, de cõſtitutio.maximè quãdo eſt aliquid quod ab eo prouenit,quoniã etiam priuilegium ab eo conceſſum reuocare poteſt, vt not.glo.fi.in c.decet.de reg.iur.in vj.& Ang.in l.controuerſiam.ff.de priuilegiis credi.maximè quãdo per reuocationẽ talis priuilegij fit reductio ad cõmune, quoniam non eſt dubium quòd hoc caſu princeps poteſt tollere ius quæſitum per priuilegium,quod eſt contra ius cõmune,ita ꝙ etiam ſentiens lucrũ ex tali priuilegio non poteſt cõqueri ꝙ ex hoc reſcripto ius ſuum lædatur, ita tenet Fran.de curte in dicto conſi.j.col.xj.verſi.quarta cõcluſio.quẽ ſequuntur multi,quos ibi allegat.Sed ſic eſt ꝙ hoc caſu illi qui poſſunt prætẽdere damnũ ſunt creditores mariti,qui habẽt vxorẽ in vim huius cõſuetudinis obligatã pro debitis ſui mariti,& ſic in vim priuilegij,cũ talis conſuetudo in hoc ſit contra ius cõmune, per quod vxor non tenetur ad debita viri,nec ediuerſo.toto tit.C.ne vxor pro marito.Tollẽdo ergo per principẽ mulieri obſtaculũ,quod erat in ea in vim cõſuetudinis,& reducẽdo eam ad ius cõmune,quod fieri poteſt, vt dictum eſt,nec hęredes,nec creditores poſſunt talia reſcripta impugnare,imò talia reſcripta ſunt magis fauorabilia ſi ex aliqua cauſa releuet mulierem ab omiſſione ſolennitatis fiendæ per noſtrã conſuetudinẽ,quoniam reſtitutio generalis ex clauſula,ſi qua mihi iuſta cauſa videtur,nunquam tollitur,maximè quãdo inſeritur in reſcripto, ſi de tali cauſa vobis conſtiterit.l.j.in fi.& l.necnõ.§.quod ars.ff.quibus ex cauſis maiores. imò quoties æquitas ſuggerit.l.ſed & ſi per prætorẽ.§.quoties.ff.quib.ex cauſis maio. Et quælibet cauſa dicitur iuſta quę à principe approbatur , niſi à iure ſit prohibita. notatur in iuribus ſup.alleg. imò ſemper in principe præſumitur cauſa,imò ſua ſola volũtas habetur ꝓ cauſa.Feli.in c.quæ in eccleſiarũ.in ij.col. & in.c.poſtulaſti.in xv.col.& in c.ad audientiã.ſecũdo.ext.de reſcriptis.do.meus Iaſ.in l.ſi teſtamentum.C.de teſt.Alex.in conſi.xliiij.in fi.in j. vol.& in conſi.xciiij.in pe.col.in eo.j.vol. maximè quando datur reſtitutio ad terminũ elapſum,vt not.in cle.j. & ibi per Car.de in integ.reſtitu.Cũ ergo in talibus elapſus ſit terminus ad faciendũ prædictã renunciationem cum ſolennitate hîc deſcripta, poteſt princeps illam reſtituere ad illud tempus,ita quòd poſt tempus elapſum poſſit ita facere prædictam renũciationẽ ſicut potuiſſet in tempore præfixo & requiſito,ſeu introducto à conſuetudine. Quod intellige verũ,dummodo nõ ſe intromiſerit pẽdẽte dicto termino,qm ſi hoc permitteretur, aperiretur via delinquendi & fraudãdi, quæ ſemper eſt tollenda.l.in fundo.ff.de rei vendi.l.quoties.ff. de reg. iur.do.meus Iaſ.in l.ij.C.de indicta vidui.tollen. faciunt quæ infrà dicentur in concluſione harũ cõſuetudinũ, in glo.interpretees.ver.xxxij.cõclu.ideo videmus ꝙ cõmuniter tales literæ regiæ cõtinẽt clauſulã, dũmodo nõ ſe intromiſerit in bonis.& debẽt cõtinere,quia ſe intromittendo videtur quaſi cõtrahere cũ hęredibus & creditoribus mariti,ratione cuius cõtractus vel quaſi cõtractus magis obligatur,& adhuc multomagis ſi ſubtraxerit,celauerit,aut occultauerit bona mariti,quoniã hoc caſu priuatur iure renũciandi,vt habetur amplè in cõſuetudine ſequenti,in glo. *ayent ſoubſtrait & recelé.*& in vtroq; eſt triplex vinculum legis.ſ.municipalis, & quaſi cõtractus & ſubſtractio.& ideo difficilior eſt diſpẽſatio principis propter duo obſtacula.arg.l.ſi nõ lex eliaſcẽtia.& quæ ibi not.Bal.ff.de hære.inſti.de quo per do.meũ Iaſ.in l.fi.in vj.col.ff.de conſti.principũ.vbi dicit,ꝙ vbi ſunt plura obſtantia,princeps debet de omnibus facere mentionẽ:quia plura ſpecialia facilè tolerantur, & non eſt ita leuis diſpenſatio cũ vno defectu q̃ cũ pluribus, vt notãt plenè doc. in l.j.in prin.vbi do.meus Iaſ. ff.de verb.obli.Et ad tollendum obſtacula & obiecta quæ feci infrà,in tit.*des retraictz*.arti.j.in glo.j.de reſtitutione fienda contra conſuetudines noſtras.bonum eſſet quòd huiuſmodi impetrationes reſtitutionum contra conſuetudines noſtras impetrarentur ab ipſo principe,& nõ à cuſtodibus ſigillorum,apponendo clauſulam, non obſtante tali cõſuetudine,cui in caſu prædicto derogamus.quod poteſt facere princeps, vt antè dictũ eſt.*

IN TEXTV IBI, *Apres que le trespas de son mary sera venu à sa congnoissance.*

1 *Tempus non currit ignoranti.*

EX quo enim hoc in casu requiritur factum hominis,istud tempus meritò currere non debet,nisi à tempore
scientiæ,cùm,vt dicit Bal.in l.quãdiu.C.qui admit. * quòd tempus statutum à lege vel statuto in quo re-
quiritur factum hominis,non currit ignoranti. Plura ibi & infinita allegãtur per do.Ale.in d.l.quãdiu.& vide
eundẽ do.meũ Ias.in d.l.quãdiu.licet tamen in hoc nostro casu videatur esse cõtra doctrinam Bar.in l.genero.
ff.de his qui not.infa.vbi tempus à statuto introductũ currit etiam ignoranti.vide alle.per Alex.in dicto loco.

IN TEXTV IBI, *Par son mary & elle.*

ECce ergo ꝙ per istum textũ clarè constat ꝙ etiã si mulier fuerit obligata cum marito,etiam si renunciauerit
beneficio diuisionis,ꝙ faciendo huiusmodi renũciationem est liberata ab huiusmodi debitis. & est ratio,
quia quando maritus & vxor simul vendunt,præsumitur precium ad maritum peruenisse.dixi suprà,in §.iiij.hu
ius tituli,in gl.*ne außi semblablement*.ibi,additio,& si maritus & vxor. Sed videretur ꝙ ex quo in consuetudine
præcedenti & in hac etiã semper dicit de debitis per maritũ & vxorẽ factis, & copulatiuè loquitur,ꝙ si mulier
fecerit debita de per se in casu in quo potest obligari, ꝙ non comprehenduntur in hac consuetudine, & in hac
renunciatione, scilicet quando contrahit tanquam tutrix pro debitis , aut pro negotiis suorum filiorum primi
matrimonij.quod potest,vt dixi suprà §.j.in gl. *cõtraulx entre les uifz*.in secũda limitatiõe.imò adhuc hoc casu
maritus est obligatus, vt ibi dixi, & in omni alio casu si non interuenit autoritas mariti, aut sit tacita obligatio
mariti,puta quando mulier mercatur de consensu mariti, aut sciente marito , non videtur huiusmodi debitum
comprehendi sub hac consuetudine.sed cogita,quia etiam mulier aliàs non teneretur.*

IN TEXTV IBI, *Et auec ce.*

Questio.

LIcet ista consuetudo in præcedentibus verbis vsq; ad hæc verba sit in comitatu Niuernen. tamẽ hæc verba
nõ sunt in dicta cõsuetudine.Sed iuxta prædicta quæro,quidã Burgundus accepit in vxorẽ quandã Niuer-
nen.quæ post eius mariti mortẽ fecit prædictas renunciationes,& tamẽ licet bona eius mariti sint in Burgun-
dia,fuit dictũ in contractu matrimonij celebrati in patria Niuernen. ꝙ dictus cõtractus regularetur secundum
consuetudinẽ Niuernen.an hoc casu debeat habere dohariũ super bonis existentibus in ducatu,attẽta dicta re-
nunciatione:hoc est quærere,an potuerint facere partes ꝙ nõ obstãte hac cõsuetudine, consuetudo Niuernen.
possit & debeat obseruari in bonis existentibus in Burgũdia?Ista questio est in facto inter nobiles,& nõdũ est
decisa.Si inspiciamus quę cõsuetudo in talibus sit seruãda de iure nõ existẽte cõuentione,an cõsuetudo mariti,
an loci contractus.s.vxoris,dico ꝙ inspicienda est consuetudo mariti.l.exigere dotem.ff.de iu.vbi doctores.&
Rapha.cõmen.cõs.xxvj.& consi clxxij.cum aliis alleg.per do.Lancelotum in d.l.exigere.& do.meũ Ias.in l.j.in
j.lec.in xiij.col.cum seq.C.de sum.tri.& maximè seruatur consuetudo domicilij mariti in bonis mariti,vbi sunt

Cõsuetudo domicilij mariti seruanda.

sita bona,quãdo cõsuetudo respicit bona,vt est in casu isto.Et de simili casu vide Pet.de Anc.in cõsi.suo clxiij.
& ampliat Bal.prædictã legẽ,etiam si in instrumẽto cõtractus matrimonij sit dictũ ꝙ maritus promisit dotem
restituere tã in loco cõtractus, q̃ in loco domicilij, & alibi in quacunq; parte terrarũ.Quã ampliationẽ refert
do.meus Ias.in d.l.j. & dicit se nõ alibi legisse,sed videtur ꝙ Pet.de Anc.in fortiorib⁹ terminis istud dixerit in
d.cõsi.clxiij.in ij.col.ibi, Secũdo ad quęstionẽ descendẽs,cũ dicit ꝙ testator præsupponit obligationẽ cõtractã
inter eos in matrimonio cõtrahẽdo,cũ conuentũ fuisset cum vxore ꝙ vti posset cõsuetudinibus & vsibus,sty-
lis,& iuribus villę Parisien.ibi conseruatis,& tamen ibi dicit ꝙ est verũ ꝙ potest vti illa vxor dictis cõsuetudi-
nibus quo ad bona sita iuxta territoriũ vbi est consuetudo,& non extra territoriũ:imò etiam ꝙ cũ illa cõuen-
tione nihil operata fuit dispositio mariti testantis vltra bona sita in territorio dictarũ cõsuetudinũ. Et ista am-
pliatio cũ hic antè dictis videretur facere,ꝙ etiã in hoc casu.s.in dohario,inspicienda esset cõsuetudo loci do-
micilij mariti,maxime quia bona super quibus vxor petit dohariũ sunt in domicilio mariti, & ideo hoc casu in
renunciando nõ retinebit dohariũ,sed perdet. Et faciunt multa pro hac opinione quę dicit Anc.in dicto cõsi.
¶ Item facit in hoc casu. Sunt duæ consuetudines contrariæ,vna naturalis,quæ est consuetudo ducatus Burgũ-
diæ,quæ est realis,& respicit rem,seu disponit circa rem,& illa cõsuetudo tanq̃ realis,quæ disponit circa bona,
inspicienda est in bonis existentibus intra territorium illius consuetudinis . Alia est accidentalis quæ venit ex
1 voluntate contrahentium.s.consuetudo Niuernen.sed sic est * ꝙ vbi sunt duæ causæ,vna naturalis,alia accidẽ-

2 *Causa naturalis præfertur accidẽtali.*

talis,pręfertur naturalis.l.qui habebat.ff.de test.tute.do.meus Ias.in l.iij.in fi.ff.de of.asse.igitur.¶ *Item vbi-
cunque sunt duæ causæ,vna permissiua, alia prohibitiua, semper attendi debet prohibitiua & non permissiua.
Ita notat Bar.in l.iij.in prin.ff.de suspe.tu.per illum tex.do.meus Ias.in l.j.§.veteres.in ij.col.ff.de acqui. pos.&
in l.si Ruffinus.in prin.C.de test. mili.sed sic est ꝙ in hoc casu sunt duę causæ seu duæ consuetudines:vna pro-
hibitiua, & est illa quæ est in domicilio mariti vbi bona sunt sita,& quæ respicit bona, vt hic videmus in fine
huius nostræ consuetudinis:alia est permissiua,quæ est consuetudo Niuernen.quæ est in hoc casu ratione obli
gationis initæ inter virum & vxorem in contractu matrimonij,quæ est permissiua , & ideo cùm sint duæ con-
trariæ,tenenda est prohibitiua.s.consuetudo nostra,in bonis existentibus in ducatu,cùm consuetudo sit realis,
per iura suprà alleg.¶ Et hoc est,quia licet sit conuentum inter dictas partes ꝙ dictus tractatus in reliquis regu
letur secundum consuetudinem Niuernen.tamen per hoc non est in totum renunciatum huic consuetudini du
catus Burgundiæ,nec per hoc fuit dictus quondam maritus exemptus à consuetudine ducatus Burgundiæ,quæ
est consuetudo originis & domicilij vbi sunt bona super quibus petitur doharium.arg.l.assump.ff.ad muni.glo.
in l.j.C.de muni.& ori.lib.x.& in l.ciues. C. de incol.lib.x.& ideo cum dicta bona ligãtur duabus consuetudi-
nibus cõtrariis,tenenda est per prædictã doctrinã prohibitiua.¶ Licet multa pro hac parte dici possent,ego ta
men teneo ꝙ veritas sit in cõtrariũ,& ita in terminis tenet And.Sicu.dictus Barb.in cõsi.suo iiij.in iiij.col.ibi,
præterea cũ aduertendũ ꝙ in dicto cõtractu dotali.in ij.vol.per tex.qui videtur in terminis facere.in c.j.de spõ
salibus.posset dici ꝙ iste tex.loquitur de lege seu cõsuetudine respiciẽte personã,seu ipsum matrimoniũ,nõ re-
3 spiciẽte bona.Sed ad hoc posset dici ꝙ idẽ est *quia à pari ꝓcedũt,sortiri forũ etiã quo ad res,& statutis liga-
4 ri.gl.in c.quæ cõtra morẽ.viij.di.& in c.illũ.xij.di.Ale.cõ.xlj.in v.vol.*sed partes de cõsensu eorũ possunt sorti-
ri forũ extra territoriũ de quo agitur.Bar.& do.me⁹ Ias.in l.fi.ff.de iur.om.iu.ergo & statutis alicui⁹ ligari.cogi.
Additio

ADDITIO. Aduerte etiam quòd vbi ſunt duæ cauſæ, vna videlicet quæ prodeſt,& alia quæ nocet,ſemper attenditur illa quæ nocet.l.iij.§.fin.& ibi glo.& Bar.ff. ad Silleia.l.ij.§.ſi à pupillo.ff.de vſuca.pro emp.l.cum pater.§.Męuio.in fin.ff.de leg.ij. quod tamē limitat Petrus Giraudi in ſuis ſingularibus, ſingulari ſuo xlij.incipiente,nam quando duæ cauſę.duabus limitationibus,vna ſcilicet quando cauſa quæ prodeſt reducit nos ad ius commune,vel quando cum cauſa quæ prodeſt concurrit fauor validitatis actus,quoniā hoc caſu ſumenda eſt cauſa quæ prodeſt.Et quando ſunt plures qualitates contrariæ quæ attendātur,vide Alciatum in ij. lib.de verbo.& rerum ſignifi.col.lxxj.& lxxij. *

§. VICESIMOPRIMO.

ET ſ'il eſt trouue que leſdictes femmes, ſoient nobles ou autres, aient ſoubſtrait, ou recele aucuns des biens cōmuns entre leurs maris treſpaſſez & elles, en ce cas elles ſeront tenues de payer la moytié deſdictz debtes non obſtant ladicte renunciation. Et n'entend lon point que par ce laſdicte femme demeure quitte des debtes par elles deues auant le mariage de ſon mary treſpaſſe & d'elle.

IDEM in conſuetudine comitatus Niuernen. quæ iſtud idem diſponit quo ad ſolutionem debitorum,& in cōſuetudine præcedenti nihil dicit quòd perdat doharium. ſed in hac patria ſicut perdet doharium renunciando, vt dictum eſt in conſuetudine præcedenti, * an etiam ſi renunciauerit, & tamen reperiatur aliquid occultaſſe, ita quòd teneatur ad debita per hanc noſtram conſuetudinē, an ad minus recuperet doharium quod perdiderat per renūciationem? videtur quòd ſic,cū ex quo renunciatio per eā facta habeatur pro non facta,nec eidē prodeſt,vt hîc dicitur,quòd etiā debet eſſe in loco illo in quo erat ante renūciationem, ne ex ſua occultatione plus puniatur quàm ſtatutū ſit. ¶Sed quicquid ſit,teneo contrarium,& quia hoc non eſt dubium quòd iam per renunciationem per eā factā perdit dohariū,& ſi nūc recuperaret eius delictū & fraus reportarēt ei cōmodū, qđ nō eſt dicēdū * cū fraus & dolus nemini patrocinari debeant.dixi iam ſuprà in conſuetu.xix.huius titu.in glo. *& qui ne ſe uouldra.*

1 Quæſtio.

2 Dolus nemini patrocinari debet.

IN TEXTV IBI, *Ayent ſoubſtrait & recele.*

ECce hîc quomodo mulier ſeipſam ſuo iure priuauit,ſicut in ſimili dicitur in c.propoſuiſti.lxxxij.diſti. & vide multos caſus per Luc.de pen.in l.ij.in vlti.col.C. de dilatoribus.lib. x. in quibus quis ſe ſuo iure priuat, & damnum & iniuriam ex ſeipſo conſequitur.ponit nu.xlv.caſus, vel plus,in quibus quis ſeipſum grauat.

LVdouicus Romanus in ſingulari ſuo clxvj.inci.ſed nunquid condictio.dicit * quòd licet condictio non detur domino niſi contra furem.l.fin. ff.quemadmodum vſufruct.caueat. in §.ſic itaque.inſtitu. de ac. tamen ſi vxor amoueat res mariti vel econtrà,datur cōdictio. per text.ſingularem & vnicum, quem dicit malè notatum,in l.ſi concubina.§.non ſolum.ff.rerum amotarum. 3

ET non eſt mirandum ſi iſta mulier quæ cælauit bona mariti priuetur priuilegio ſibi conceſſo per legem noſtram municipalem, ꝙ renunciando bonis ſit liberata à debitis mariti, * ſicut in ſimili videmus in hærede qui conficit inuentarium, quia ſi bona defuncti occultauerit,punitur in duplum.l.ſcimus.§.licentia.C.de iure deliberandi. * Et etiam hæres occultans bona defuncti perdit Falcidiam & Trebellianicā,prout dicit Bar.in d.§.licētia.vbi dicit ꝙ negās aliquas res eſſe de hæreditate defuncti,priuatur beneficio detrahēdi Falcidiam,vel Trebellianicā.per tex.in d.§.licentia.& per tex.in l.beneficio.ff.ad l.Falci.vbi etiam Bar.in l.reſcriptū.ff.de his quibus vt indi. & facit in ſimili text.multū not.in l.ſi ſeruum.§.prætor.ff.de acqui.hære. * vbi filius occultans vnam rem de hæreditate,perdit beneficium abſtinendi.& voluit Bal.l.Paulus.ff.ad l.Falcidiam.

4 Hæres occultās bona defun- 5 cti quomodo puniendus.

6

ET in hoc caſu nō ſolū priuātur rebus occultatis mulieres,ſed in totū priuātur beneficio abſtinēdi ſe à bonis acquiſitis & mobilibus,& à ſolutione debitorū pro parte occultata,ſed in totū tenētur pro earū parte. pro quo facit quod not.Bar.& Imo.in d.l.Paulus.& faciunt quæ dicit Bar.in d.l.ſcimus.§.j.in iiij.col.& quæ dicit Alex.in d.§.licētia. * vbi diſputat an occultās res hęreditarias priuatur pro parte occultata,an in totū.& dicit ꝙ cōmunis eſt opinio ꝙ priuatur in totū,quæ eſt propter §.ſancimus.in aut.de hære.& fal. & ibi gloſ.in verbo, forte.& expreſſe firmat glo.in eadē authētica,in §.ſi verò non faciat.in verbo,lucrari.do.meus Iaſ.in hoc multa in ſimili adducit,inquantū dicit in l.quod te.in xij.col.ff.ſi cer.peta. * ꝙ hæres qui negat rem legatā eſſe hæreditariā, ſi cōuincatur perdit beneficiū detrahēdi Falci.per l.hęreditatē.§ j.ff.ad l.Fal.& ibi ponit multos caſus, in quibus negās ſiue celans,ſiue occultans aliquid,priuatur beneficio,ſi quod habeat,aut habere poterat aliàs in dicta re negata,celata,vel occultata.& vide in ſimili Panor.in cōſi. lxxiij.in ſecundo dubio, in v.col.in ij.vol. ¶Adde * ꝙ mulier tenetur cū iuramēto patefacere bona mariti defuncti hęredibus.glo.in verbo,iuncta.in l. ij.C.quādo & quibus quarta pars debetur.lib.x. * & cōcubina poteſt poni ad torturā.Bal.in l.j.C.de natu.lib. Iac.de ſancto Georg.in trac.feudorum,in glo.dictíque vaſalli promiſerunt recognoſcere.in vj.col.

7

8 Negans rē legatam hæreditariā quomodo puniendus.

9 Mulier 10 tenetur patefacere bona mariti defuncti.

IN TEXTV IBI, *Des biens communs.*

QVæro,pone * ꝙ mulier portauit in domū mariti quædā bona mobilia,quę ei data fuerāt in dotē,nūquid poterit mortuo marito,& renūciatione per eam facta,accipere dicta bona,& ſi accipiat,an ſit excluſa beneficio renūciationis per eam factæ? ¶Videtur ꝙ nō poſſit accipere,quia ex quo ſunt bona mobilia, ſtatim matrimonio conſummato ſunt cōmunia,cū mobilia inter virū & vxorē ſint communia,vt ſuprà eo.tit.§.ij.& licet poſſet dici ꝙ talia bona licet ſint mobilia,ꝙ tamē ſunt data in dotē,& ſic deberēt dici dotalia,quæ reſtitui debent vxori,tamen ex quo ſunt bona de quibus maritus poterat vti & abuti pro libito voluntatis, & de quibus nō tenetur ad periculū,nō ſunt dotalia,prout dicit & not.Bal.in l.in rebus.in iij.col.in prin.C.de iure dotium.

1 Quæſtio.

IN TETXV IBI, *Et n'entend lon point.*

RAtio eſt in promptu,quia ſeparatorū ſeparata debet eſſe ratio:nā ſolū tenetur mulier ad debita mariti eo ꝙ participat de acquiſitis quæ fiunt cōſtante matrimonio:de quibus debitis factis cōſtante matrimonio tenetur pro media parte.ſi ergo habeat remedium, & priuilegium quo poſſit ſe tueri, ne teneatur ad debita ma-

Separatorum ſeparata ratio.

riti, scilicet renunciando bonis mobilibus & acquæstibus, illud priuilegium tantùm extendi debet ad illa debita quæ debentur occasione bonorum, quibus per priuilegium renunciando liberatur mulier à debitis, ex quo debita per maritum debentur vna ratione, & debita ante matrimonium consummatum debentur alia ratione, sic illorum debet esse separata ratio, ita quòd ratio priuatorum debitorum non se extendit ad secunda debita mariti, si per prædictam renunciationem, licet sit liberata à debitis factis constante matrimonio, remaneat adhuc obligata primis creditoribus, quibus tenebatur ante matrimonium contractum cum marito.

ET aduerte, quia ista clausula quæ hîc ponitur potiùs debuit poni in §.præcedēti q̃ in hoc §. quia hæc verba, *par ce*, intelliguntur & referuntur ad renunciationem præcedentem, scilicet hoc dicēdo, *par ce*, scilicet per dictam renunciationem, de qua superiùs dictum est, & non, *par ce*, scilicet per celationē & occultationem, quia de hoc nullum esset dubium, & ideo essent in hoc casu frustratoria verba, & illa clausula de nihilo operaretur, ideo vt non sit frustratoria dicendum est quòd refertur ad superiùs dicta, & non ad proxima, secundum notata per dominum meum in l.j.C.de liberis prçteritis.in j.limitatione.quoniam, vt hîc videmus, non potest referri ad proxima, ergo ad compossibilia. & vide notata ibi.dixi alibi de effectu clausulæ in fine positæ.

§. *VICESIMOSECVNDO.*

L*A femme ne prent point de douhaire la ou elle prent aßignal.*

Intellectus huius consuetudinis.

ISta cõsuetudo ita intelligi debet: maritus aliquis habuit mille ducatos à sua vxore in dotē sortientes naturā hæreditagij, nō est dubiū ꝙ debēt assignari secūdū cõsuetudinē nostrā positā inf.eo.ti. §.xxiiij. pone ꝙ habet duas aut tres possessiones, seu hæreditagia. super duabus assignauit istos mille ducatos. moritur maritus relicta vxore vidua, quæ petit restitutionē dotis. dicunt hçredes, vos habetis talia hçreditagia super quibus fuit vobis assignata dos, capiatis eā pro dote. dicit mulier, sunt antiqua hçreditagia, super quibus ego debeo habere dohariū, hoc est vsumfructū pro dimidia parte, & reliqua dimidia parte: & reliqua dimidia pars non sufficit pro dote, nec est assignale, ideo tenemini pro reliqua dimidia parte dotis. nā cõsuetudo nostra in præsenti articulo disponit ꝙ si mulier super aliquibus hæreditagiis habuerit assignale dotis, nō potest super illis habere dohariū, hoc est vsumfructū medię partis illorū hæreditagiorū, ideo infero vnū, etiā si hçredes statim & incontinenti mortuo marito restituerint pecunias dotis vxori, quæ fuerunt assignatæ super aliquibus hçreditagiis antiquis, quòd possunt facere quotiescunq; voluerint, vt dictum fuit suprà in §.xviij. quòd super illis hæreditagiis mulier non habebit vsumfructum, ex quo iam fuerat factum assignale, cogita tamen.

1 ET aduerte ꝙ virtute istius assignationis mulier efficitur proprietaria istorū hæreditagiorū super quibus fuit assignata dos, & censentur esse loco dotis, & sic patrimoniū mulieris: imò etiam, quod plus est, * si maritus assignat vxori aliquā rem ad alimenta, aut pro statu suo tenendo sibi donat vel legat, censebitur proprietaria. tex. est no. in l. Titia. *la premiere*. §.fi.ff.de leg.ij. & in l.donationes. §.species.ff.de dona. & in l.fi.ff.de vsufr.earū rerū quę vsu cõsumūtur. & l.libertis. & ibi tractat hanc materiā Bar.ff.de ali. & cibariis leg. facit gl. in l.si mulier. C.de iure dotiū. ita tenet in specie Guid. Pape. deci.cccccxxv. & in quæst. præcedenti dicit * ꝙ ex sola assignatione vel promissione casu cõditionis adueniēte, fit trāslatio rei assignatæ in vxorē, etiā sine tra. dixi sup.§.xvij.

2 Sola assignatione trāssertur res.

Quæstio.

SEd quęro de quęstione, maritus habet antiqua hæreditagia, accepit quādā mulierē in vxorē, quę dat ei mille frācos sortientes naturā hæreditagij, tamē nō assignātur, nec ei fit promissio de assignādo, sed maritus dictas pecunias recipiendo emit fundū. mortuo nūc marito dixit vxor ꝙ dimidiā partē dicti acquæstus facti per maritū debet habere, & ꝙ dos eius ei debet assignari super aliis antiquis hæreditagiis. dicūt hçredes ꝙ tantū debet habere vsumfructum antiquorū hæreditagiorū, & ꝙ accipiat acquęstus factos de pecunia dotali, quia sunt loco dotis, quid fiendū? dubiū versatur in hoc, nunquid res empta ex pecunia dotali sit dotalis. istā quæstionē examinat Soci. in consi. suo ccxxiiij. col.j. versi.j. & videtur ꝙ sic, per text. l. res quæ ex dotali. & l.si ex lapidicinis. & l. Proculus. in fi. cū ibi not. & l.fi.ff.de iure dotiū. & hoc est quādo est empta nomine mulieris, & sic ad sui vtilitatem, aliàs nō. l.ex pecunia. C.de iure dotiū. & ita intelligit Lud. Roma. in consi.ccj. quod inci. pro decisione præsentis dubitationis. ideo cùm in casu nostro dictus fundus non fuisset emptus nomine mulieris, nec esset in eius vtilitatem, dixi ꝙ mulier debebat habere dimidiam partem dicti acquæstus, & ꝙ super aliis hæreditagiis debebat habere dotem & doharium. ¶ Idem dicendum est si maritus assignauit dotem super antiquis hçreditagiis, aut etiam non assignauit, quę quidē hæreditagia postmodū vendidit, & alia acquisiuit. nā ne præsumatur fraus inter virū & vxorē, siue videatur esse facta donatio fraudulenta, non debet habere dicta mulier mediam partem dictorum acquæstorum, sed debēt dicta bona sic acquisita ex pecuniis antiquorum hæreditagiorum, reputari antiqua hæreditagia, aliàs si contrarium diceremus, esset in potestate viri (qui consuetudine nostra prohibente, nihil potest donare vxori, vt cautum est antè eodem titu.§.vij.) vēdere suum patrimonium antiquum, & acquirere noua, vt ex illo vxor lucretur mediam partem in acquæstibus ex illa pecunia quæ prouenit ex antiquis hæreditagiis. dixi suprà eo.tit. in §.ij. qui incipit, *femme mariee*. in glo. quæ incipit ibi, *& acquestz*.

Quæstio.

SEd quæro, pone quòd mulier dedit fundum aliquem in dotem marito, & maritus vendidit ipsum de consensu mulieris pro mille ducatis, moritur nunc maritus, nunquid si inueniantur isti mille ducati penes bona mariti, & appareat quòd sint ex re dotali, debeant esse mulieris, prout fuisset res dotalis? dubium stat in hoc, an pecunia redacta ex re dotali sit dotalis. in hoc iura sunt contraria, quia in glo. in l.si ex lapidicinis.ff.de iure dotiū. dicit quòd intelligit. d.l.ex lapidicinis. quando hoc agitur, scilicet quòd sit dotalis, & quòd sit vtile mulieri. ¶ Tu dic absque aliquali superflua relatione, quòd veritas est, quòd si est vtile mulieri, licet non agatur, præsumitur esse actum, eo quòd est vtile mulieri, quia illa pecunia succedit in locum dotis, vt l.fi.ff.de iure dotium. & istud est necessariò dicendū, maximè in casu nostræ cõsuetudinis supra positæ, quæ prohibet donationem, quia si ista præsumptio non esset, sequeretur quòd esset præsumptio quòd ista pecunia esset penes maritum ex causa donationis, quæ prohibetur inter virum & vxorem. & istud tenet Ang. in l.interdum.ff.qui potiores in pigno. habeātur. vide vnum verbum in singulari Lud. Rom. cccccvj. vbi ponit, an res empta ex pecunia dotali sit dotalis, & de re empta ex pecunia alterius, an possit per illum vendicari, per Bar. & alios in l. si vt proponis. C.de rei vendica. non insisto, quia non est præsentis speculationis.

§.vicesimotertio

§. VICESIMOTERTIO.

Deniers de mariage aßignez ou promis d'aßigner, & qui ne sont pas payez emportent arreraiges, cestassauoir dix pour cent, des le terme paßé, quilz sont promis de payer, & s'il n'y a terme declairé, deslors que le debteur desdictz deniers sera souffisamment interpellé.

IDEM in comitatu Niuernẽ. Idẽ in comitatu Burgundiæ quo ad nobiles, & quo ad alios, ad quinque pro centum. ¶ * Ista est quæstio iuris, nunquid sublata hac cõsuetudine dispositione iuris maritus ratione dotis promissę non solutæ emolumentum aliquod petere possit. & videtur quòd nõ quia qui promittit dotem nomine vxoris, tenetur ad dandum illam. l. dotale prædium. j. §. dotale. ff. de fundo dotali. * sed in obligationibus dandi non succedit obligatio ad interesse. l. vbi autem non apparet. cum vul. & l. si seruum. in fi. ff. de verbo. obli. Bar. tamen in l. insulã. §. vsuras. ff. sol. mat. tenet ꝙ sic. * ideo in hac materia puto de iure dicendũ, quòd præsupposita mora in dotis solutione cõmissa, aut maritus est talis qui solitus est negotiari, & tunc vltra dotẽ promissam sibi non solutã petere potest lucrũ seu interesse cessantis lucri, eo quòd soluta dos nõ est, & sic nõ potuit cũ illa negotiando lucrari. probatur illud primò per text. apertũ in l. fi. §. præterea. C. de iure dotiũ. vbi patet quòd mora cõmissa in soluẽdo dotẽ, quæ cõsistebat in reditibus qui percipiũtur ex publico, maritus potest vltra dotem ciuilis annonæ quæstũ petere, hoc est, illud quod lucrari potuisset ex dote, si sine mora sibi soluta fuisset. & facit pro hoc tex. in l. ij. §. fi. ff. de eo quod certo loco. & l. socius qui in eo. ff. pro socio. & quod dicit Bart. in l. vnica. C. de senten. vbi habetur * quòd debet haberi consideratio lucri cessantis in consueto negotiari, qui passus est moram in repetitione debiti.

1 *Quæstio iuris.* 2 3 4

AVt verò * maritus nõ est solitus negotiari, & tũc potest petere vltra dotẽ interesse ꝙ prętẽdit ratione dãni quod sentit eo ꝙ pręstat alimẽta ex ꝓprio, vbi soluta dote præstitisset ex eadẽ, & tũc possunt peti vsuræ, quia petũtur vt interesse, & loco interesse succedũt. & ita tenẽt multi, maximè Bart. in d. §. vsuras. & in l. at qui natura. §. nõ tãtũ. ff. de neg. gest. & facit gl. in c. cõquęstus. extrà, de vsuris. & est tex. ad hoc in c. salubriter. extrà, de vsuris. & ibi omnes. Bal. in aut. ei qui iurat. C. de bo. auto. iudi. possi. & in l. fin. §. pręterea. C. de iure dotiũ. Ang. in l. diuortio. in prin. & in l. Titia. ff. sol. mat. Pa. in cõsi. xxxix. incipiẽte, illud de iure quęritur. in ij. vol. Alex. in cõsi. xvij. quod incipit, cõsideratis verbis. in ij. col. in iiij. vol. & Soci. in cõsi. clxxvij. in ij. col. Alex. in cõsilio lxiij. in ij. col. in iiij. vol. Ang. de Areti. plenè in §. fuerat. insti. de actioni. Pet. de Anc. in consilio cxliij. incipiente. in quæstione quæ vertitur. Ange. in consi. cxlij. Alexã. consi. lxxiij. cxlj. & clxvij. in v. volu. & cõsilio lxj. in iiij. volu. ¶ Et in isto consi. lvj. tractat materiam, an hæredes & causam habentes possint per pactum facere quòd ex pecunia dotali debita mortuis vxore & marito, soluatur quid annuũ per hæredes debentes pecunias dotales, & si fuerit deductum in pactum & solutum tanquam in vim arreragiorum pro dictis pecuniis dotalibus, debeat in sortem computari. Ego tenui & teneo, quòd ille contractus est vsurarius, & quòd debent in sortem computari, & consului in facto contingenti.

5

SEd iuxta prædicta quæritur *, nũquid valeat nostra cõsuetudo disponẽs ꝙ certũ quid detur ꝓ cẽtenario, & videtur primò dicẽdum quod nõ quia quod nõ potest pactum, nõ potest cõsuetudo, sed sic est ꝙ licet maritus ratione interesse dotis promissæ nõ solutæ possit petere lucrũ cessans, tamẽ quãdo quis dotẽ promittit, nõ potest se obligare ad certã pecuniã pro cẽtenario singulis annis, quia est vsura, prout tenet Ioan. And. & Car. in d. c. salubriter. extrà, de vsuris. & ita consuluerũt Pet. de anc. in cõsi. suo cxlix. incipiẽte, in quæstione quæ vertitur. & sequitur Lau. de Rodulphis in tractatu vsurarũ. in c. consuluit. de vsuris. prout refert & sequitur Socinus in consilio suo clxxvj. in ij. colum. ergo si non potest fieri per pactum, ergo nec per cõsuetudinem, cũ quod non potest pactum, non potest & statutum seu consuetudo, prout dicit glos. in rub. C. de decre. decu. lib. x. & ibi Ioan. de platea. & in specie tenet Ioan. de Imo. in d. §. vsuras. & Ang. de Aretio. in d. §. fuerat. * vbi dicit ꝙ consuetudo quæ est in ciuitate Bononiæ, quòd pro dote soluuntur septem pro centenario, non est bona, imò iudicantes secundum illam consuetudinem sunt excommunicati, prout dicit dominus meus Iason in d. §. fuerat. in iiij. & v. col. insti. de actio. per illud qđ dicit Bal. in aut. ad hoc. in ij. col. C. de vsuris. vbi dicit * quòd leges, statuta vel cõsuetudines quæ permittunt vsuras etiã in vno nummo non sunt licitę. per text. in cle. ex grandi. de vsuris. imò vt dicit Bal. in rub. de vsuris. & in rub. de iudiciis. in antiquis, tenere cõtrarium sapit hæresim.

6 *Quæstio* 7 8 *Consuetudo permittens vsurã non valet.*

COntrarium tamen & verius teneo, videlicet quod valeat nostra consuetudo, quia vt iam dictum, istud verum quod petitur, non petitur vt vsura, sed vt interesse, eo quòd maritus supportat onera matrimonij.

ET ad illud quod dicitur, quod nõ potest pactũ, nõ potest statutũ & cõsuetudo, respõdeo * quod illud argumentũ non habet locum negatiuè. Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. & in aut. sed omnino. C. ne vxor ꝓ marito. prout refert & sequitur do. me⁹. Ias. in aut. iubemus. in j. & ij. col. C. de iudi. in l. prescriptione. in iij. col. C. si contra ius vel vtilitatẽ publ. & in l. properãdum. §. sinautem alterutra. in ij. col. C. de iudi. & in l. si quãdo. §. & generaliter. in fin. C. de inoffic. testa. & in auten. præterea. in vj. col. C. vnde vir & vxor. per do. meũ Ias. in §. quædam. in vij. col. instit. de actio. & Feli. in c. j. in ij. col. extrà, de probatio. Alex. consi. xcvij. in iiij. col. in primo volu. ergo cùm istud argumentum de pacto ad statutum seu consuetudinem sit negatiuũ, non tenet, vt ex prædictis. imò, quod plus est, dicit Panor. in c. si diligenti. in j. col. extrà, de foro comp. quòd ista regula non est semper vera. ¶ Fallit in casu in quo sit aliquid turpe & contra bonos mores. not. plenè per Decium in regula, nec ex prætorio. ff. de reg. iur. Et ibi ponit quòd etiam quandoque affirmatiuè non valet.

9 *Argu. de pacto ad statutũ negatiuè non valet.*

ADDITIO. De materia huius regulę, vide amplè per Mat. de af. in prefatione cõsti. regni Sicilię, in ix. quæstione, vbi ponit quinque casus, in quibus potest pactũ, quod non potest statutum. *

ITem, & quod fortius est, adhuc tale argumẽtũ affirmatiuè sumptũ facit ꝓ hac opinione, quia valet argumẽtum, potest fieri per pactũ, ergo per statutum seu consuetudinem, d. gol. sed sic est quòd potest fieri per pactũ quòd maritus ratione dotis promissæ non solutæ habeat decem pro centenario, aut annuum lucrũ, ratione

interesse lucri cessantis,ergo potest fieri per statutum seu consuetudinem. & quòd possit fieri per pactum,ita quòd tale pactum valeat,probatur.primò,nam video quòd cū maritus dotis fructus non percipit,in effectu mulieris valida est conuentio,vt vxor se suósque alat.l.iiij.in fi.ff.de pac.dota.l.si quis pro vxore.§.fi.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.fin.in prin.ff.de excep.doli.igitur dicendum est,vt idē sit in hoc casu,cū ratio diuersitatis reddi non possit,scilicet vt mulieris conuentio valeat,per quā maritus dote nō recepta vxorem obligat ad quid sibi dandum,quòd in ipsa alimenta conuertat,tunc etiam & valida sit conuentio, per quā pater vxoris morosus in dote soluenda se astringat ad aliquid vsurarum nomine dādum marito,qui matrimonij supportauit onera , dum tamen vsuræ conuersæ non excedant interesse quod prætendit maritus. & istæ vsuræ non petūtur vt lucrum, sed vt interesse, & vtroque iure peti potuerunt.glo.in dicto c. conquæstus.& in obligationem deduci possunt.l.si.ff.de præto.stipula.§.non solum.institu.de verbo obli.

ITem probatur pex textum multùm notabilem in l.si quis pro vxore.§.si vxor.ff.de dona.inter virū & vxo.

10 *Vsuræ* vbi formaliter dicit tex.si * vxor viro dotē promiserit, & dotis vsuras,dicēdū est sine dubio peti vsuras pos-

dotis. 11 se,quia nō est ista donatio,cū ꝓ onerib⁹ matrimonij petātur.& in hoc tex.notādū est, ꝙ * ꝓmissio vsurarum ex dote nō est titulus lucratiuus,sed titulus onerosus, ꝓpter onera matrimonij q̄ supportat maritus dote nō soluta,& in hoc causatur interesse mariti,qa supportat onera matrimonij,vbi facta solutiōe supportaret ex dote.

12 13 *Correlatiuorū eadem dispositio.* ITem alia ratione ꝓbatur,*qa correlatiuorū eadē est dispositio.C.de interdicta vidui.tollē.l.legē Iuliā.* sed pactū ꝓpter qđ se obligat marit⁹ dotē recipiēs ad aliquid annuū vel mēstruū dādū vxori,vt inde se alat,est validū.l.si ex annuo.& l.si id qđ.§.fi.& l.si stipulata.ff.de dona.inter virū & vxor.ergo cōtrà validū esse debet pactum vxori promissam dotē nō soluēs & ad aliquid eandem astringēs, vt ex ea maritus eā possit alimētare, nō enim ad alimētationē tenetur maritus,ex quo penes eū dos ꝓmissa nō est.l.si.C.ad Vellei.¶ De qua quæstione,an & quādo maritus tenetur alere vxorē, vide Cy.& alios in l.ꝙ in vxorē.C.de neg.gest.p gl.& doct.in l.si cū dotē.§.si autē in sæuissimo.ff.sol.mat.per Inno.in c.per nostras.extrà,de dona.inter virū & vxorē.Spe.in tit.qui filij sint legitimi.§.nūc dicamus de vxoris alimentis.p Bal.in l.de diuisione.ff.sol. mat.& in l.pro oneribus.C.de iure dotium.¶ Tu autem in hac materia,quæ est quodammodo extrauagans,fac nouem cōclusiones.

14 *Cōclusiones pro materia, quādo maritus alimētare cogatur vxorē, & quādo non.* PRima est,*si maritus acceperit mulierem,absq; dote,ita ꝙ nulla dos fuit promissa,& tunc maritus eā apud se statim nō repellere potest,sed alimentare cogitur,ac maritali affectione tractare,vt in §.quoniam.in aut.quibus modis naturales effi.legitimi.& in aut.de nuptiis.§.si quis enim.nō enim dotibus,sed affectu matrimoniali cōtrahūtur.l.fi.C.de repudiis.Ad prædicta est tex.optimus in l.pe.ff.vt in pos.leg.dicēs ꝙ hoc casu, etiam post mortē mariti,hāc vxorē q̄diu remāserit in viduitate ali debere ex bonis quondā mariti ad instar filię.Hinc per hoc posset inferri,quòd etiā hæc vxor stāte cōsuetudine nostra habebit vsumfructū in medietate antiquorum hæreditagiorū mariti post eius mortem,quod dicimus doharium. quod nō est sine dubio,vt dixi suprà,in §.ij.glo.*mariée*.Et facit etiam quod dicitur in l.si nulla.ff.de religi.vbi dicit tex.quòd si nulla dos sit, maritus tamen tenetur sumptus funeris vxori contribuere, ne iniuria eius videatur quondam vxor insepulta relinqui. Dixi in §.ix.glossa,*& faictz*.

SEcunda est,si maritus habens vxorem dotatā promissione,scilicet quia dos est promissa, sed nondum soluta,tunc maritus potest eam expellere,& non aliter.l.fi.C.ad Velleia.non enim cogitur vxorem indotatam habere.Dicit tex.in l.si donaturus.§.j.ff.de condi.causa data.¶ Aduerte tamen ad id quod dicit Bal.in l.fi.in fi.C.de iure dotium,arg.l.quòd si nulla.ff.de reli. & sump.fune.quem refert & sequitur Fran.de curte.consi. suo lxix.in ij.col.ꝙ vxor nō alimentatur propter dotem,sed quia sic est à marito alimentanda.

TErtia conclusio est.maritus habens vxorem dotatam,quæ nondum tradidit dotem, licet sit promissa, est in seruitio mariti, & ei cooperando vt debet.l.sicut.ff. de operis liberto. tunc debet ei alimenta præstare, etiam vltra dotis quantitatem.arg.l.quod si nulla.suprà alleg.ratio est in promptu,quia ex quo maritus percipit commodum seruitij ab vxore, æquum est vt eidem alimenta impendat. l.in rebus.§.possunt.ff.commo.l.item si serui.§.quas impensas.ff.de ædil.edic.l.sed & si quid.j.§.sufficienter.ff.de vsufru.

QVarta cōclusio est,si marit⁹ sit ita seuer⁹ ꝙ supportare nō possit vxorē,ita ꝙ nō sit in eius seruitio,quod quidē seruitiū cōpensaretur cū dote promissa,vt hîc,tūc tenetur eā alere,licet nullā ab ea habuerit dotē, quia ex quo nō stetit per eam quominus seruiat ad hoc vt alimēta percipiat,sufficit,prout in argumēto tex.in l. Labeo scribit si mihi bibliothecā.ff.de cōtrahē.emp.& est expressum in l.Caio.§.imperator.ff.de ali.& ciba.leg.

QVinta conclusio.mulier quæ non est in seruitio viri culpa sua,puta quia dotē promissam non soluit, ex quo maritus eam nō vult habere secū, & tunc maritus nō potest cōpelli ad alimenta præstāda, quia frustrà sibi debitū fieri petit,qui quod alteri debet nō impendit.l.ædiles.ad finem.ff.de ædil.edic.l.Iulianus.§.offerri.& l.qui pendentē.ff.de ac.emp.plenè per Socinū in cōsi.suo cclxxxvj.quod incip. visa protestatione facta.¶ Sed quæro quomodo probabitur ꝙ mulier nō est in seruitio mariti culpa sua vel mariti? Pet.de Anc.in cōsi.

15 ccxlvj.incip.super primo quæsito.dicit in simili, * ꝙ si mulier dicat se nō posse morari in domo hæredū culpa hæredum,& propter iustam causam non potest viuere in domo hæredum, ꝙ debet probare iustam causam.&

16 istud refert & sequitur do.meus Ias.in l.diuortio.in viij.col.ff.solu.matri.sic in conclusione præcedenti. *si mulier dicat se non posse stare in seruitio mariti propter eius seueritatem,debet probare illam causam.

SExta cōclusio,si mulier seorsum habitauerit à marito,non culpa ipsius,sed mariti, & nō seruit marito,puta quia propter aliquod iustum impedimentum non potest morari cum marito,& ei seruire,vt quia sit furiosa, aut aliàs mente capta,tunc maritus tenetur eam alimentare secundum reditus dotis.& est tex.in l.si cum dotē.§.si autem in sæuissimo.ff.sol.mat.si dotis reditus sufficiant,sinautem non sufficiant,& quòd mulier non possit se aliunde alere,tunc maritus de suo etiam tenetur eam alimentare,secundum glo.in d.§.si autem. arg.l.quòd si nulla.ff.de reli.& sump.funerum.& l.penul.ff.vt in pos.legatorum.

ADDITIO. An maritus pendente lite cum vxore teneatur eam alimentare, vide Matth.de afflictis in decisi.Neapolitanis,decisione decima,vbi dicit quòd quando est causa recessus & absentiæ vxoris,tenetur ad alimenta lite pendente,aliàs non.*

Ex prædictis

EX prędictis elicitur septima cõclusio.marit⁹ pręstitit vxori nõ infirmę alimẽta,cui⁹ opera & seruitio vsus fue
rat,si nõ potest agere ad repetitionẽ impẽsarũ,eo ꝙ tenetur ad expen.causa ipsius seruitij,vt suprà dictũ est.
OCtaua cõclusio.si maritus fecerit impensas vxori infirmæ,etiam vltra fructus dotis,tunc non potest repe-
tere,cùm censeatur fecisse ex pietate quadam & affectione mariti.d.l.quòd in vxorẽ.C.de neg.gest.quod
intellige nisi mulier haberet patrem qui videtur teneri ad alimentationem filiæ in illo quod est vltra fructus
dotis,secundum quod videtur inuenire Soci.in dicto consi.cclxxxvj.
NOna.quòd si socer alimentauerit in domo sua filiam infirmam post protestationem factam per maritum,
quòd volebat eam alimentare in domo,non potest repetere à marito dictas expensas,etiam vsq; ad fructus
dotis. Soci.in consi.cclxxxvj.& vide ad prædicta Ro.in consi.suo cccccxvij.in princi.quod incipit,in casu pro-
positæ cõsultationis. Vnde digressum feceram redeundo,hanc consuetudinem nostram dico esse validam ex su
pradictis,sed eam limito quatuor modis.
PRimò videlicet in vno casu,quãdo maritus egebat pecunia,& accepit ab aliquo quẽ posuit in locũ suũ,nõ *Consuetudinis limitationes.*
potest petere vsurã.ita Bal.in ru.C.de vsu.& ideo intellige istud per rationes supradictas tãdiu quãdiu vxor
est in domo mariti,& maritus supportat onera matrimonij,quia ea mortua eius hæredes nõ possunt petere ar-
reragia:nã vsuræ non debentur ex dote nisi propter onera matrimonij,vt dixi suprà,& dicã infrà.Ex quo ergo
cessat causa,cessare debet & effectus.c.cũ cessante.extrà,de appel.Item istud est exorbitãs à iure & ꝙ vsuræ de-
beantur,ex quo ergo in vno casu promittitur tanq̃ exorbitans,nõ debet extẽdi.Fui interrogatus his diebus,&
ita dixi,sed quia nullæ erãt pecuniæ,nihil scripsi, volui tamẽ videre postmodũ Bar.in l.j.in j.& ij.col.ff.sol.mat.
Ias.in l.diuortio.in vij.col.ff.sol.mat.& in §.fuerat.in xiij.& xiiij.col.insti.de ac.vbi tractat materiã,quando pri
uilegia quæ competunt mulieri circa dotem,competant eius hæredibus,& ad illos est recurrendum.& multum
pro hoc facit decisio Bal.& eius rationes in d.rub.de vsuris.in vlt.col.Dicam alibi,& dixi iam in §.xvij.
LImita secundò quãdo mulier aliquid operatur in domo,quod posset sufficere ad onera matrimonij suppor
tanda.probo in simili ex dictis Alex.in l.post dotem.ff.sol.mat. & per eundẽ & alios in l.si cum dotem.§.si
autem in sæuissimo.ff.solu.mat.& per doc.in l.quòd in vxorem.C.de neg.gest. & dixi suprà * quòd mulier po 17
test eiici à marito extra domum si non fuerit soluta dos promissa,quia dos datur ad onera matrimonij suppor-
tanda:fallit tamen,vt dicit Alex.& alij in locis.sup.alleg.quãdo mulier aliquid operatur in domo mariti quod
esset æquipollens fructibus dotis,ita quòd ita bene supportãtur onera matrimonij ex operatione mulieris, si-
cut supportarentur ex fructibus dotis.& hoc probatur : nam ex quo cessat ratio quare debentur vsuræ,scilicet
vt supportentur onera matrimonij ex fructibus dotis,cessare debet & effectus.c.cum cessante. extrà,de appel.
cum vul.sed pro certo credo quòd ista limitatio non sit vera.
LImita tertiò nisi dictę vsurę deducerẽtur in pactũ,puta ꝙ sit pactũ ꝙ de centũ frãcis debẽtur decẽ frãci,tunc
ratione deductionis in pactũ istę vsurę nõ possunt peti,& sapiũt vsurã.ita tenet Io.And.in c.salubriter.ext.
de vsuris.& Soci.in cons.suo clxxvj.incip.Pręsens consultatio.in ij.col.tamen prædicta limitatio non est vera,
ex eis quæ suprà dixi hîc:quando dixi quòd sicut istud potest deduci in pactum ita valet consuetudo.
LImita quartò hanc consuetudinem non habere locum quando maritus per totum tempus matrimonij du-
rantis tacet,quòd non petit vsuras seu interesse dotis sibi non solutæ,quia tunc ipsum silentium cõtinuum
inducit tacitam remissionem vsurarum seu interesse. Ita est tex.singularis iuncta glo.in l.vir vsuras.ff.de dona.
inter virũ & vxo.Ita tenet Ro.in consi.suo cccccxvij.in iiij.col.& dicit Bal.in consi.suo ccccclxxiiij.quod incip.
post biennium à die ductionis.in iij.parte.quòd si non fuerunt petitæ per longum tempus,quod dicitur decem
annorum,quòd præsumitur remissa petitio vsurarum.alleg.l.cùm quidam.§.diuus.ff.de vsuris. sed Lud.Romæ.
dicit quòd miratur quòd Bal.ignorauerit illum tex.in l.vir vsuras.sed hæc limitatio non est vera,prout per plu
ra tenent Ro.in dicto consi.& do.meus Ias.in §.fuerat.in v.& vj.col.insti.de actio.
SEd an valeat cõsuetudo seu statutũ * ꝙ si hæredes mariti post solutũ matrimoniũ nõ restituerint dotẽ vxori, 18
quòd post mortẽ teneãtur ad decẽ pro centenario pro vsuris?istã quæstionẽ examinauit Pa.in c.salubriter.
extrà,de vsuris.Pau.de cast.& alij in l. diuortio.in prin.in v.col.ff.solu.mat.etiã Bal.in l.fi.§.pręterea.C.de iure
dotiũ.vbi tenet ꝙ valet tale statutũ seu cõsuetudo. ¶Sed cõtrarium tenẽt doc.maximè Pau.& Pa.in locis hîc
antè alleg.cõcludendo * ꝙ si mulier habet vnde se alere possit,ꝙ nõ potest petere vsuras. de qua materia vide 19 *Quãdo mulier petere possit vsuras dotis.*
per Bar.in l.insulã.§.vsuras.ff.sol.mat.per do.meũ Ias.in l.de quibus.in xvij.col.ff.de legi.per eundẽ in l.j.in xj.
col.in j.lectura,& in ij.lectura,in ix.col.C.de sum.tri.& fide catho.qui ibi plura allegat quæ sunt notanda.
VIdimus ergo hîc vnũ casum in quo est permissa vsura,nũquid sunt alij?gl.in c.cõquestus.ext.de vsuris.ponit
quosdã: * tu autẽ dic pro regula ꝙ vsuræ omni iure sunt prohibitæ, & vtroq; testamẽto sunt prohibitæ. 20 *Vsuræ*
*vnde etiam pro redimenda anima captiui non possunt exerceri.c.quia.c.quoniam.c.super.eo.extrà,de vsuris. 21 *omni iure prohibitæ.*
ADDITIO. Quomodo sint prohibitæ vsuræ, & quibus iuribus, & quomodo sint puniendi vsurarij,
vide amplè Matt.de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipiunt,multæ leges,& vsurariorũ.
& ibi an testes singulares probent quem vsurarium.Et quomodo vsurarij sunt infames notatur in l.improbam
funeris.C.de his qui not.infamia.& Bal.in singularibus,in verbo,alienare.in v.arti.*
SEd tamen aduerte quòd hæc regula non habet locum in pluribus casibus , in quibus vsuræ sunt permissæ,
ideo in illis recipit limitationes.
PRima limitatio *est in casu nostræ cõsuetudinis,scilicet quando maritus nõ recipit dotem sibi promissam, 22 *Vsuræ quãdo permissæ.*
tunc eo quòd sustinet onera matrimonij, potest licitè petere vsuras.c.salubriter.extrà, de vsuris.dixi suprà,
& vltra prædicta aduerte ad quatuor not. quæ ponit Bernar. de bustis in prima parte rosarij,sermone xxvij.in
ij.parte illius sermonis,in literis L.M.N.O.
SEcunda limitatio est quã ponit Arc.xiiij.q.iij.c.vsura. Pet.de Anc.& Car.in c.nauiganti.extrà. de vsur.do.
meus Ias.in l.j.in lectura Paduana.in xij.col.C.de sum.tri.& fide cath.s. *quãdo scholaris habeat libros suos 23
pignoratos sub vsuris,& dum recepisset à patre pecuniam,& vellet luere libros,socium rogauit quòd talem pe
cuniam sibi mutuaret quòd pro eo vsuras solueret:certè scholaris tales vsuras à socio licitè petit.

ET videtur pro alia,& tertia limitatione facere ad corroborationem præcedẽtis quod dicit Inno.in c.j.de
24 vsuris,& refert do.meus Ias.in d.l.j.& in l.nũmis.in ij.col.ff.de in litẽ iurando . scilicet * ꝙ si teneris mihi
soluere pecuniã ad certũ diẽ, & quia nõ soluis capio ab alio tantũdem pecuniæ sub vsuris, tales vsuras licitè à
te peto: & idem si fideiussor occasione debiti soluit vsuras creditori, potest repetere à principali debitore.c.
peruenit.extrà,de fideius.&.c.conquæstus cũ seq. & ponit idem Bernardinus in dicto sermone, in litera O.
25 QVartò limita in casu l.curabit.C. de ac.emp.scilicet * quando venditor tradidit rem quam vendidit, ex
qua emptor percipit fructus,si precium non soluatur in tempore, licitè petuntur vsurę propter fructus.
d.l.curabit.& l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de ac.emp. facit c.conquestus, & ibi doctores.extrà,de vsuris.& secundum hanc consuluit pluries Soci.vt dicit,in cõsi.suo ij.in fine,in j.vol.Et ponit idem Bernardi.in dicto sermone,in litera P.quem vide.

ADDITIO. Et istud interesse quod habet hoc casu venditor potest alteri cedi, vt tenet Petrus Belluga in suo speculo principum, in titu.de propositionibus grauaminum.§. de vsurariis. nu. xl.sed interesse quod habet maritus ratione dotis nõ solutę nõ potest alteri cedi, vt ibi dicit,& dicam infrà. Et quia hîc ante fecit mentionem de quodam consilio quod feceram in materia d.l. curabit. reperio illud mihi fuisse subtractum,sed etiam vide ad materiam dictæ l. curabit.quomodo illa lex habet locum etiã de iure canonico, Stephanum Bertrandi in consilio cix.in tertia parte.vbi satis amplè.*

Casus de facto. ET in hac lege euenit mihi casus, super quo multum latè scripsi in hac ciuitate Heduen.decessit ab humanis quidam mercator Heduen.qui reliquit suis hæredibus plures mercantias vsque ad valorẽ duorũ mille frãcorũ,quæ quidem mercantiæ fuerũt venditę per tutores & curatores hæredum, & fuerunt delibratę pro precio duorum mille francorum.lxxv. librarum Turonen. duobus mercatoribus huius nostræ ciuitatis Heduen. tãquam vltimis appreciatoribus,quibus datus fuit terminus decẽ annorum ad soluendũ dictos duos mille frãcos.postmodũ tutor illorum hæredum statim accessit ad dictos mercatores, & fecit eos obligare sibiipsi, non hæredibus, quòd pro singulo anno darẽt dicti mercatores ipsi tutori vsque ad terminũ decẽ annorũ pro lucro quod poterat facere ex mercãtia eis vendita & delibrata per ipsummet tutorem certũ quid annuum.euenit ꝙ dictus tutor post biennium ab humanis decessit, petierunt alij tutores in locum eius subrogati dictũ quid annuum, quod singulis annis debebatur pro dictis hæredibus ratione dilationis solutionis de prædicta summa. petierũt à me quid mihi videbatur.dixi ꝙ ex quo per traditionem & delibrationẽ dictarũ mercantiarũ data dilatione ad soluendũ,& habita fide de precio vsque ad terminũ decẽ annorũ,quæ fuerat facta dictis mercatoribus,translatũ fuerat dominium in dictos mercatores,ꝙ nõ poterant postmodum obligari ad dandũ certũ quid annuũ,ea ratione qua differebatur solutio,quia ex quo eis fuerat datus terminus ad soluẽdũ,nõ poterãt esse in mora,donec termino elapso,ergo ratione morę nõ poterãt teneri ad interesse.¶ Item etiã quia per traditionẽ & delibrationẽ factam de dictis mercantiis,& habita fide de precio per eos,eo ꝙ dilatio data fuerat ad soluendum,& sic erãt effecti domini dictarũ mercantiarũ,ampliùs ex re,neq; ex precio quod debetur ratione rei,quid vltra sortem exigi nõ poterat, aliàs cõtractus est vsurarius.probantur prædicta ex dictis per Panor. in cõsi.lxvj. incip.duo ad clarã decisionẽ. & facit istud quod dicitur in c.in ciuitate.per Pet.de Anc.& Io.de Ana.de vsuris.
26 & per Sali.in aut.ad hæc.C.de vsu. * quòd dilatione data ad soluendũ,nõ possunt peti vsuræ,siue per viam pacti,siue aliàs.per plura tenuit Philippus Decius in consi. suo cxix.secundũ quã opinionẽ consului,licet Soci.in consi.suo clxxvj.teneat cõtrarium,quẽ vide in hoc proposito,& plura in prædicto casu scripsi,quæ alibi ponã.

27 *Veneti quo tẽpore à Gallorũ Rege victi.* QVintò limita * quãdo princeps vel cõmunitas cogit subditos ad mutuandũ pro necessitatibus reipub. puta belli,prout faciebãt Veneti,qui hoc anno domini M.D.ix.in mense Iunij,à Christianissimo Rege Francorũ Lud.xij.in bello superati & deuicti fuerunt. Nam isto casu vsuræ licitè peti possunt. Ad rationẽ xvj. pro cẽtenario.ita tenet Albe.de Ros.in rub.C.de vsu.in j.col.referẽs ita audiuisse determinari in publica disputatione,& ꝙ ita postea de facto obtinuit in collegio iudicũ Bergomi, quibus cõmissa erat ista quæstio fortè à
28 dominis Venetis,qui solebãt istud practicare.& ratio est,*quia intẽtio & volũtas faciũt quẽ vsurariũ.c.consuluit.de vsuris.cũ ergo coactè mutuant, ipsi nõ paciscuntur de vsuris, sed princeps vel ciuitas ordinat,ergo tales vsuras licitè capiunt,nec per hoc sunt vsurarij.& hæc dicit do.meus Ias.in l.j.C.de sum.tri.in j.lectura,in xij.col. vbi dicit esse notandum,quia quotidie euenit.quod intellige in partibus vltramontanis.refert & sequitur Bernardinus de bustis in prima parte rosarij,in sermone xxvij,in secunda parte illius sermonis,in litera Z.
29 SExtò limita * quãdo promittitur pecunia mercatori qui solitus est mercari & lucrari ad mercãtias,tũc lucrũ quod verisimiliter potuit lucrari ex pecunia si fuisset penes ipsum,potest licitè petere,nec dicitur vsura,quia vt interesse petitur,etiam de iure canonico. ita Pau.de cast.in l.j.C.de sum.tri.& fide cat.Panor.in c.cõquestus. & in c.nauiganti.de vsuris. Pet.de Anc. in regula, peccati venia.in vij.q.ad fi.de reg.iur.in vj.& in clẽ.j.§.sanæ. de vsuris.Cy.in aut.ad hæc.pe.q.& ibi Bal.C.de vsu. quod intellige quãdo mercator qui solitus est lucrari habuit præ manibus mercantiam,in qua potuisset lucrari pecuniã si fuisset ei restituta pecunia. ita notabiliter intelligit Pau.de cast.in l.iij.§.fi.ff.de eo quod certo loco.& est bonus text.in l.quemadmodum.§.item Labeo. ff.ad l.Aquil.& istud tenet idẽ do.meus Ias.in l.j.in j.lectura,in xj.col.C.de sum.tri.& fide catho.
30 SEptimò limita * non procedere quãdo vsuræ non simpliciter promittuntur:sed quando earũ gratia se onerat per pactũ ad aliquid æquale faciendum,hæc mutua non erat vsura nisi nomine, & ista est licita, quia vicem habet permutationis.ita dicit Sali.in l.petẽs. in xij.col. in iiij.q. C.de pac.subdit vnũ valde singulare & notatu dignissimũ post dominũ suũ,sufficere paritatẽ vsq; ad dimidiã valoris dictarũ vsurarũ.per l.ij.C.de rescin. vẽ.& sic dũmodò pactũ ex parte creditoris æquiualeat dimidio vsurarũ,sufficit.ista refert & sequitur do.meus
31 Ias.in d.l.petens.in vj.col.C.de pac.hîc facit tex.in c.ad nostram.extrà,de rebus eccle.non alie.* qui occasione mutui laborem subiit,in cuius compensationem fructus percipit,non committit vsuras.
32 OCtauò*pro limitatione aduerte ad casum in quo est permissa vsura.s.ꝙ quãdo das pecuniã alicui,facias ꝙ promittat recipiens pecuniã dare illas pecunias tertio infrà certũ tẽpus:quod si nõ fecerit, promittit dare nomine pœnæ dãti pecunias viginti,possunt licitè peti, & nõ videtur illa pœna adiecta in fraudẽ vsurarũ. probatur

batur per tex.in l.qui res.§.qui ſtipulatur.& ibi Bar.ff.de ſol.xij.q.ij.c.fraternitas.& c.in legibus. & extrà,de ar
bitris.c.dilecti.in fi.& iſtud etiã ſequũtur Io.de Imo.& Cuma.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de verb. obl.cũ a-
liis allegatis per do.meũ Iaſ.in §.omnes.in vij.col.inſti.de ac. ¶ Quando pœna videatur eſſe appoſita in fraudẽ
vſurarũ,vide Ioã. Sanxon in conſue.Turonen.tit.*des retraictz*.arti.ij.vbi ponit quatuor caſus in quibus vſura
eſt permiſſa. ¶ Vide etiam Guil.Benedicti in repe.c.Raynu.in verbo,ſi abſque liberis.ij.de legatis & fideicõ
miſſis.nu.229.de teſt.vbi per plura tenet ꝙ pœnæ adiectio dationi quantitatis inducit vſuram.*

NOnò * pro limitatione quęro nũquid quãdo pecunia datur pro aliquo annuo reditu ſit contractus vſura- 33
rius? videmus quotidie fieri in partibus Burgundiæ,nã quãdo quis indiget pecunia, vadit ad virum pecu-
nioſum,aut ad eccleſias noſtras,ſeu collegia,& cõſtituit reditus annuos ad rationẽ vnius franci pro xv.francis,
vel pro xx.poſtmodũ dant reachatũ ſeu tẽpus redimendi,pro dicto reditu annuo hypothecant aliquas terras
particulariter,aut generaliter aſſignant ſuper omnibus bonis,vel ſuper aliqua re particulari. ¶ Quęro nũquid
tales contractus ſint vſurarij? do.Odoffre.in l.emptione.C. plus valere ꝙ agitur. dicit ꝙ domini francigenæ
nũq̃ cõmittũt vſurã,& gloriantur in hoc,ſed tamẽ bene emũt aliquid,& percipiũt fructus & dãt tẽpus ad redi
mendũ,ſicut etiã in reditibus annuis,qui cõſtituuntur eo ꝙ multi differũt realiter vendere, ſed pro certo vt di
cit,eſt vſura,ſed dicit Bal.in c.j.in vlt.col.in tit.ſi de fæudo vaſallus fuerit interpellatus.ꝙ talis contractus eſt
licitus,licet multi teneant ꝙ eſt vſura ex quo lucrũ ex pecunia proueniens eſt certũ & infallibile, ideo cõſiliũ
eſt ſecundũ eũ ꝙ agatur inter partes quòd ex tali pecunia prædiũ ematur. tñ ſubdit,caueas ne per tales caute-
las animã tuam illaquees.idem Bal.in l.vnica.in viij.col.in iij.q.C.de his quæ pęnę nomine.dicit ꝙ iſte cõtra-
ctus multũ frequentatur in ciuitate Aſten. & eũ multi dubitãt eſſe licitũ,& propter lucrũ certũ & infallibile,
tandẽ cõcludit putare ſe ꝙ cõtractus ſit licitus in ciuitate & regiõe in qua frequẽtatur & exercetur per bonos
graues viros,& legales mercatores.facit glo.in l.iij.§.fi.ff. de eo ꝙ certo loco. & iſtud tenet Feli. in procœmio
Gregoriano,in ij.col.vbi allegat vnũ cõſiliũ Pau.de caſt.qđ nõ inuenio.idẽ dicit & ſequitur do. meus Iaſ.in d.
l.j.in ij.lect.in viij.& ix.col.C.de ſum.tri. ¶ Ex quo infero ꝙ debet dici iſte contractus licitus in ducatu Burgũ-
diæ,eo ꝙ omnes exercent, & maximè eccleſiæ & collegia eccleſiarũ,quæ quotidie dant pecunias indigẽtib⁹,
dũmodo cõſtituãt reditũ annuũ.quicquid dicãt Bal.& alij,nõ video * ꝙ cõſuetudo excuſet à pœna æterna: li- 34 *Cõſuetudo non excuſat à pœna æterna.*
cet enim cõſuetudo & obſeruãtia excuſet a pœna tẽporali,nõ tamẽ à pœna æterna.c.denique.iiij.diſt.do.meus
Iaſ.in l.qui iuraſſe.ff.de iureiu.in l.ait pretor.*la premiere*.§.iurari.in fi.iiij.col.ff. de iureiu.in l. ſingularia. in pe.
col.ff.ſi cer.pe.& in l.j.in j.col.ff.ꝙ quiſq; iuris.in l.de quibus.in ij.col.ff.de legi.& dixi ſuprà in §.vij.huius tit.
in gl.quæ incipit,*ſuppoſé*.imò videretur ꝙ iſta frequentatio deberet magis aggrauare delictũ,* cũ nullũ ſit ve 35
niale peccatũ quod nõ fiat mortale ſi deducatur in conſuetudinẽ.ita Pan. in c.nã concupiſcentiã.quaſi in fine.
extrà,de conſtitutio.& in c.relatũ.in ij.col.extrà, ne clerici vel monachi.non enim eſt dubiũ ꝙ lucrũ ex pecu-
nia proueniens eſt certũ & infallibile: igitur etiã cogitandũ eſt, quia agitur de anima. & in hoc caſu dicit Io.de
anania in c.in ciuitate.extrà,de vſuris ſequẽdo Florentinũ,Petrũ de anc. ꝙ à talibus contractibus eſt abſtinen-
dum propter dubium.& iſtud dicit & refert Bernardinus de buſtis in prima parte Roſarij,ſermone xxvij.in ij.
parte illius ſermonis,in litera Y.in medio vſq; ad finem.tu dic ꝙ hodie iſte cõtractus eſt permiſſus, per text.in
extrauaganti Clementis quinti,& Calixti tertij,quæ incipiunt,regimini.in tit.de emp.& venditio.

ADDITIO. Quod intellige quando aſſignatur ſuper aliqua re particulari expreſſè ad hoc obligata,ſecũ-
dũ mentẽ Martini & Calixti in dictis extrauagãtibus.dixi inf.ti.*des cenſes*.§.fi.in gl. *d'aucune*.
in Catalogo gloriæ mundi,in xij.parte.in cxix.conſideratione,ver.pro xxv.limitatione aduerte.*

SEd his temporibus noſtris ab anno domini M.D.xxj.& ij. inoleuit practica per quam omnes intendunt fa-
cere declarari omnes reditus annuos emptos ad decem pro vno eſſe vſurarios contractus,& petuntur arre-
ragia computari in ſortem,& tamen, vt communiter videmus, omnes reditus annui à xxv.annis citrà illo pre-
cio emebantur, & non maior meliori, vnde tanta diuerſitas hoc tempore quæ non fuit viſa alio? Et vtrùm de
iure tales contractus ſint vſurarij,ex quo tali precio emuntur? Guido Pape conſi.ſuo clxxx.inci.circa proceſſum.
in ij.col.ibi,ex ſic præſuppoſitis.in iij.parte,dicit quòd ex quo in quodam contractu aſſertæ vẽditionis,de quo
ibi non interuenit iuſtum precium,ſcilicet centum francorum pro quinque francis reditualibus,quòd ille con
tractus eſt vſurarius.Et ideo percipiens fructus non facit ſuos. vide eundem ibi,vbi ponit quid ſit iuſtum pre-
cium.& idem Guido Pape.ſingulari ſuo D.cccc.xxxviij.dixi amplè in meo monologio,in verbo,vſura.

DEcimò aduerte * nunquid in alio caſu qui quotidie frequentatur,poſſit eſſe vſura. aliquis habet fundum, 36
aut domum,aut alia bona.dat illa alicui priuato,vel etiam eccleſiæ,vt quoad vixerit teneatur eum alere,&
poſt eius mortem talia bona ſint illius qui illum aluit: vel emit fructus alicuius fundi ab eccleſia ad vitam ſuam
pro mille ducatis,& ſuperuixit tanto tempore quòd fructus percepit,qui aſcendunt ad duos mille ducatos, an
talis contractus ſit licitus vel vſurarius? ¶ Dic ꝙ licet multos perceperit vltra ſortem,tamen nõ eſt vſura,quia
lucrum non erat certum.c.nauiganti.extrà,de vſuris.Innoc.& alij in c.in ciuitate. extrà,de vſuris. Lud.Ro.in
conſi.ccxxiij.quod incipit,pro pleniori diſcuſſione.in tertio dubio,ad finem.do.meus Iaſ.in l.de fideicõ.C.de
tranſac.& in l.ſi pater puellæ.in fi.C.de inoffi.teſt.& in d.l.j.in ij.lectura,in xiiij.col.C.de ſum.trini.Et aduerte
quòd ſi vendo fructus ad tempus,* licet enim plus percipiat emptor de fructibus, nõ tamen tenetur mihi aliud 37
ſarcire ratione incertitudinis,vt C.de vſu.l.ſi ea lege.& l.quòd ſi in venditione.ff.de hære.vel actio.ven.

VNdecimò * dic pro limitatione vſuram eſſe licitam & permiſſam in monte pietatis Florentiæ, Ianuæ, & 38 *Mons pietatis Florentiæ.*
Papiæ,& aliis locis,& in preſtitis Venetiarum.De hoc vltimo ſatis ſuprà dixi in v.limitatione. ſed de aliis
iſtud tenet idem dominus meus in d.l.j.in j.& ij.lec.in xiiij.col.C.de ſum.trini. vbi plura alleg.idem Bernardi-
nus de buſtis in dicto ſermone xxvij.in litera Y.

DVodecimo * dic ꝙ quãdo eccleſia accepit in pignus à vaſallo ſuo feudũ quod ab eadẽ tenet,tũc licitè per- 39
cipit fructus.c.j.de feudis.& c.conqueſtus.extrà,de vſuris.vbi notatur.& hoc tẽpore vaſallus nõ remanet
obligatus ad ſeruiendum feudum.& dicunt quidã ſpeciale in feudo eccleſiaſtico,ſed nõ credo,licet nõ reperia
tur ſcriptũ in alio.& hoc ſic probatur,aut iſtud eſt licitum,aut illicitũ.Si licitum,ergo idem erit dicẽdũ in laico,

quia est eadē ratio,ergo idē ius est statuēdū.c. trāslato.de cōstitutio.c.tua.extrà,de cōsanguinitate.l.j.C.de libe.
præteritis.Si est illicitū,si nō cōceditur laico,multo minus debet concedi clerico,cū licet vsura respectu laico-
40 rū sit execrāda,tamē respectu clericorū est execrabilior,vt in c.j.& ij.extrà,de vsuris. * nā & quod fortius est,
multa licent laicis,quę clericis sunt illicita.lxxxviij.dist.c.fornicari.c.filius.extrà,de test.c.j.ne clerici vel mona.
Si ergo istud quod dictū est de feudo ecclesiastico sit licitū,multo magis debet esse in feudo seculari.arg.c.per
tuas.extrà,de dona.& istud dicit & tenet Pa.in d.c.j.extrà,de vsuris.dicēs ꝙ est opinio Host.in summa.de vsu-
ris.ver.in aliquo casu.vbi ponit multos casus ex supradictis,in quibus est permissa vsura, & alios etiā,quos non
posui.sed ista ratio & decisio Host.facit cōtra quosdā,qui pluries mihi dixerūt volētes insequi lecturā Philip.
41 *Vsura an permissa sit ecclesiæ.* quē refert.Pa.in d.c.j. * ꝙ vsura erat permissa ecclesiæ,pro alimentatione & sustentatione ecclesiæ,sed hoc nō
est verū:imò etiam nō est permissa pro redemptione captiui.c quia.& c.quoniam.extrà,de vsuris.& dixi suprà.
Imò plus dicit Albe.de Rosa.in l.in tantum.§.vniuersitati.ff.de rerum diuisio. * quòd si vniuersitas dat pecu-
42 niam ad vsuram,quòd singuli sunt vsurarij.Allegat Arch.in c.ij.xlvij.dist.quod intellige verum in his qui con-
sentiunt.Cogita,quia sunt plures canonici in Burgundia,qui in prædictis non cogitant.

43 SED nunquid * idem sit in emphiteuticario, puta emphiteuticarius accepit pecunias mutuò à domino suo,
& dat ei rem emphyteuticā in pignus,an dans mutuū percipiēs fruct⁹ ex re sibi pignorata committat vsurā?
Hosti.in dicto loco dicit quòd non est idem,vel fortè dicit quòd papa esset consulendus. tu dic quòd nō est in
hoc consulendus papa,quia istud satis potest decidi,etiam vt dicit Alex.in consi.cvj.in pe.col.inci.viso thema-
44 *Arg. de feudo ad emphyteusim.* te.in iiij.vol.vbi dicit * ꝙ quādo in feudis aliquid disponitur vltra ius cōmune,& contra regulas iuris cōmunis,
nō est bonū argumentum de feudo ad emphyteusim,nec de vno ad aliud est fienda extensio.& dicit ita tenere
Moder.in c.j.extrà,de feud.& idē dicit in cōsi.seq.in ij.col.sed ista decisio huius text.est contra regulas iuris cō-
munis,diuini & humani,quæ inhibent vsuras,ergo non debet extendi de feudo ad emphyteusim.

ITem potest dici pro cōtraria parte ꝙ de feudo ad emphyteusim bonū est argumētū.Host.in summa de feud.
And.de Yser.in præludiis feudorū.iij.charta.Franci.Cur.in j.parte feu.in iij.q.principali,in iij.col. vbi ponit
in quo cōueniunt,tamē etiā ponit in quo differūt.& do.meus Ias.in l.j.in xj.xij.col.C.de iure emp.sed tu dic ꝙ
istud nō potest esse in hoc casu,cū ista decisio in feudo sit exorbitās à iure cōmuni,& correctoria iuris cōmunis
in hoc casu,in his maximè quæ cōcernūt animā,ergo nō fiet extēsio de feudo ad emphyteusim,put voluit do.
Ant.de But.in cōsi.xxvj.inci.viso præd.faciūt quæ dicit do.meus Ias.in aut.quas actiones.C.de sac.san.eccl.hūc
passum etiā examinat Bernar. de bustis in prima parte Rosarij,in sermone xxvij.in ij.parte illius sermonis,in lit
tera V.in ij.col.vbi satis amplè.idē.Host in dicto loco sup.alleg.dicit ꝙ quidā dicūt esse idē in colonia; sed di-
cit ꝙ nō est verū.tu ergo dic ꝙ nec in emphyteusi & vsufructuario,quia,vt dicit,vnū est priuilegiū quod excu
sat ab vsura,quod nō loquitur in prædictis,sed tantū in feudo:ergo nō erit extendēdū,cū si bene aduertatur ad
rationes.Pa.in d.c.j.de feudis.propter quas hoc est inductū in feudo,illę rationes nō possunt extēdi in prędictis.

45 DEcimotertiò * nō est vsura id quod percipitur vltra sortē,quādo nullo pacto ad initio interueniēte,nec ex
actione ex post habita debitor gratis aliquid offerret,quia tūc istud recipi potest sine aliqua vsura,dūmodò
ab initio mala intentione caruisset:nullā enim maculā oblatio suscipiendi ingerit,quæ nō ambientis petitione
processit.j.q.ij.c.sicut episcopū.sed si hac intentione ductus sum vt aliquid mihi dares tibi mutuasse pecuniam
aliàs nō mutuaturus,licet in foro iudiciali nō possim censeri vsurarius,vt in c.in ciuitate extrà de vsuris,tamen
in foro pœnitētiæ inducēdus sum vt pecuniā sic receptā restituā, quia per beatū Lucā euangelistā in initio per
dominū dictū est,mutuū date,nihil inde sperantes,vt in c.j.de vsuris.& in c.cōsuluit.& in c.si fœneraueris.xiiij.
quęst.iij.propter quod nescio quid dicere de nostris Heduensibus,qui cùm veniunt pulli,aut capreoli,ante fe-
stum paschatis mittunt ad suos debitores,ea sola ratione,vt veniant manibus pendentibus,& cū donis & mu-
neribus ad iterū dilationes petendas,an committāt vsuram? ¶ Posset dici illud quod dictū est suprà,quòd ex
quo frequentatur per bonos & graues viros & legales mercatores in patria,ꝙ nō est vsura, sicut dictum est de
Intentio omnes iudicat. emptione reditus annui,sed tamē in foro cōscientiæ intētio iudicat omnes,cū quicquid agāt homines,intētio
iudicat omnes.Bene verū est ꝙ si aliàs essem mutuaturus secundario sperans ꝙ debitor mihi subueniet vel me
remunerabit in modico,incido in vsuram.arg.c.quid proderit.lxj.dist & c.si officia.lix.dist.c.cū in officiis.extrà,
de test.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæredi.c.tua.de simo.& isto casu quando est tantùm spes remune-
rationis,si mihi detur,ad minus non est opus restitutione,sed sufficit pœnitentia.hoc dicit Host.in summa de
vsur.§.j.ver.pactione.Vide quæ in hoc dicunt theologi per Bernardinum de Bustis, in sua prima parte Rosarij,
sermone xxvij.in secunda parte,in literis A. & B.vbi plenè examinat hunc articulum.

46 DEcimoquartò dic * quòd licet qui vendit plus ratione dilationis ad soluendum, committat vsuram, in c.
in ciuitate.extrà,de vsur.illud non est verum,quando non est incontinenti venditurus,& probabiliter du
bitatur vtrùm id quod venditur sit plus vel minus solutionis tempore valiturum . Idem si certæ mensuræ ad
tempus emantur,& probabiliter dubitatur vtrùm solutionis tempore plus vel minus sit in mensura.Ita dicit
Host.d.c.in ciuitate.debere intelligi, & c. consuluit.ita dicit in summa de vsu.ibi,in aliquo casu. versi. quarto
quis vendit.dicit tamen ꝙ clericis hoc non licet,cùm sit eis turpe lucrum viliùs emere & cariùs vendere.c.ca-
nonum.xiiij.q.iiij.&.c.secundum instituta.extrà,ne cleri.vel mona.consuluit etiam laicis quòd notent mentem
verborum,scilicet quando non erant vendituri tempore contractus.& vide eum ibi.

47 DEcimoquintò dic ꝙ etiam in casu licitum est aliquid accipere vltra sortem,& tamen non est vsura,* puta
quando fit ad redimēdum vexationem.i.vt quis accipiat id quod sibi aliàs debetur: nam vnicuiq; licet re-
dimere vexationem.c.dilectus.extrà,de simo. Et istā regulā ponit Bernardinus de bustis,in prima parte rosarij,
in sermone xxvij.in secunda parte illius sermonis,in litera V.vbi ex prædicta regula infert plures casus.

PRimus est ꝙ mutuans pecuniam rustico vt laboret possessionē eius, dummodò satisfaciat illi de fructibus
possessionū,vel alio modo,est vsura,quia nihil præter sortē accidit.alle.hoc idem tenen. dominū Laurentiū
de Rodulphis in tractatu suo de vsuris,qui allegat dominū Gregoriū de Ariminio idem tenentē:nam (vt dicit)
quamuis dominus intendat sibi operas præstari ratione mutui à rustico,& rusticus propter mutuum impendat
operas,

operas,aliàs non exhibiturus, tamen illæ operæ non cedunt lucro domini, cùm aliàs iusto precio emat nec propter hoc aliquid patitur ipse rusticus.

EX quo infert ad aliũ casum,quẽ ponit ipse Gregorius, ꝙ si dominus cõducat colonũ ad certum tẽpus pro certo precio,& preciũ tradat antequã colonꝰ incipiat operari,postmodũ verò nollẽte colono operari,nisi dominus mutuet ei certã summã pecuniæ,dñs mutuat vt operetur,aliàs nõ mutuaturus,talis dñs nõ est vsurarius,quia dũtaxat recipit suũ,id est operas sibi debitas,& nihil ex tali mutuo lucratur,ideo non est vsurarius cẽsendus,nec peccat, nisi ex tali mutuo de iusto precio operarum detraheret aliquid, aut vltra operas iusto precio emptas,alia exigeret à rustico ratione mutui,vt dicit Laurentius in dicto tractatu.

INfert & tertiò aliũ casum ex prædicta regula,ꝙ si debes mihi x. quæ nõ possum habere,& mutuo tibi alia x. hoc pacto vt de xx.postea satisfacias,nõ est vsura,vt tenet Hosti.in summa de vsuris.§.aliquo.in fine.

¶Infert & quartò ad casum positum in capitulo primo.de vsuris.quem posui suprà.hìc non repeto.

INfert & quintò ad aliũ casum,quẽ ponũt doct.in c.j.de vsuris.& ponit Hosti.in summa de vsuris. s.quãdo accipis vsurã ab eo cui nocere desideras.vt xiiij.q.iiij.c.ab illo.vbi dicit Ambrosius,ab illo exige vsuras cui nocere meritò desideras.*cui iure inferũtur arma,huic legitimè inferuntur vsuræ.quẽ bello vincere nõ potes,ab hoc vsurã exige,quẽ non sit crimen occidere.vnde dicitur ꝙ infideli possum tradere pecuniã ad vsurã, dicitur enim Deutero.c.xxiij.nõ fœneraberis fratri tuo pecuniã vel aliã rẽ ad vsurã,sed alieno.hinc est quòd Iudęi dicunt ꝙ licitè recipiunt vsuras à Christianis & malè,vt dicit Hosti.in loco hìc antè alle.& iste est xij.casus. 48

DEcimoseptimò dic etiã*ex prædicta regula inferendo,ꝙ quando laicus tenet iniustè possessionem ecclesiæ,& dat pignori ipsam possessionẽ rectori ecclesiæ ipsius,talis poterit percipere fructus illius vltra sortem,quia nõ recipit nisi quod sibi debetur, vt dicitur in c.j.in fi.extrà,de vsuris.& tenet Hosti.in loco hic antè alleg.& dicit Bernardi.de bustis in loco hìc antè allega. quòd laicus posset idem facere possessione sua ab alio iniustè detenta,prout tenet gl.in d.c.j.& ibi Vldricus.& habetur in summa confessorum,lib.de vsu.quæst. xvj.& Richardus in iiij.senten.distin.xv.articu.vltimo,quæstione v. 49

DEcimooctauò,*quando vendo tibi rem meam tali pacto,quòd si soluo tibi vsque ad duos annos, res reuertatur ad me.hìc enim facit fructus suos.vt l.commissorię.C.de pac.inter empto.& vendi.quod est verum quando precium est iustum, aliàs committitur vsura.c. ad nostram. extrà, de emp. & vendi. Facit ad hoc l.si fundum.C.dę pac.inter empto.& vendi. 50

DEcimononò,*quid in pacto de retrouendendo,dicam infrà in titulo.*des rentes uendues a reachat*.§.j.versi. sed quæro.vbi meliùs quadrat ad propositum,& dixi suprà. 51

VIcesimò,*dic quando pecunia commodatur ad pompam. l.iij. §. penul. & sequen. ff.commo. istud tenet Hosti.in summa de vsur.in loco hìc antè allega. & plures de istis casibus continentur his versibus, quos ponit Host.in loco hìc antè allegato. Feuda,fideiussor pro dote,stipendia cleri, Venditio fructus,cui velles iure nocere, Vendens sub dubio,precium post tempora soluens, Pœna nec in fraudem lex commissoria gratis, Dans socij pompa,plus sorte modis datur istis. 52

SED quæri posset,*nunquid cambia mercatorum sint vsuraria,vt sunt isti qui habent pecunias ad bancham. do.meus Ias.in l.j.in xj.col.in j.lectura.& in ij.C.de sum.tri.& fide catholi.dicit ꝙ si sint æqualia,ꝙ sunt licita.istam q.examinauit Lau.de Rodulphis in trac.de vsuris,in iij.parte illius trac.vbi plenè examinauit. 53 *An cãbia sint vsuraria.*

ITerum * quæri posset de vna quæstione quã omnes Burgundi,maximè huius nostræ ciuitatis Heduen.& in balliuatu Kadrellen.& Cabillonen.sciunt,quæ est de societate seu soccida,de qua in l.si pascenda pecora.C. de pac.nunquid scilicet valeat pactum inter dominum,& eum qui pecora pascenda suscepit,ꝙ cõmoda inæqualiter diuidantur.Ista est materia quæ pro certo est multùm periculosa in pluribus,quia abutuntur & cõmittunt vsuram.In hac materia breuiter,& vt paucis absoluam,dicã aliqua pro his qui quotidie vtuntur,vt sciant quãdo & quomodo sit licita talis societas seu soccida.Et in hoc est aduertendũ,cũ hæc materia magis implicat,& minus bene sit declarata per doctores,& tamen est frequentissima & quotidiana,præsertim cũ rusticis,qui minus iuris notitiam habent.l.quicunque.C.qui admi.& ideo cùm sit quotidiana & frequens,tractanda est.l.legaui.in prin.ff.de aur. & arg.leg. & ideo aduerte * quòd societas siue negociatio sex modis in his animalibus exerceri potest.Addam fortè septimum in hac nostra patria,qui infinitos ducit ad infernum. 54 *Nota de societate in pecoribus.* 55 *Societas in animalibꝰ sex modis contrahitur.*

PRimò * cõtrahitur negociatio in animalibus,quando dominium animalium nullo modo transfertur,& sic animalia non communicantur,sed sola custodia aliquo dato vel recepto,& tunc isto casu nõ est soccida,sed contractus locationis & cõductionis.l.si quis fundum.§.Celsus.ff.loca.versi.si quis vitulos. & l.si merces.§.qui columnam.ff.de loc.facit l.non solet. & l.qui mercedem.ff.eo.& l.naturalis.§.at cum do.ff.de præscri.verbis. Et iste qui recipit custodiam talium animalium,tenetur de periculo & damno dato ab alio,quod potuit per custodiam reparari.ita tex.& Bar.in l.qui mercedem.ff.loca.Et nõ sufficit tali custodi quòd portet domino pelles animalium quæ dicit mortua esse,nisi probet ipsa esse mortua,vel naturaliter, vel quia occisa sunt ab alio. ita Bal.in l.cum ita.§.species.ff.de lega.ij.refert & sequitur do.meus Ias.in l.quod te.in iij.col.ff.si certum peta.De ista negociatione animalium non alio modo insisto,quia nihil ad propositum. 56

SEcundò * contrahitur negociatio in animalibus,quando animalia traduntur vt dominium totum in recipientem transferatur,& ad meliorandum dantur:& tunc resultat cõtractus innominatus, & competit actio præscriptis verbis.l.si tibi areę.ff.de præscrip. verb. Iste contractus non fit multoties in traditione animalium, sed in traditione areæ,ideo non insisto. 57

TErtiò * quando equa,vel asina alteri datur vt cooperiatur ab equo,& non aliter ad meliorandum,tunc dicitur esse contractus innominatus.d.l.si sibi areæ.Non credo quòd istud sit verum,quicquid dicat Ang.de Perusio in repetitione legis,si pascenda.C.de pac. 58

SEd aduerte quia sunt multa capitula extrauagãtia in multis libris post feuda,inter quæ inueni vnũ,quod etiã alle.do.Ang.Io.Perigly.vbi habetur si quis dederit iumẽta cooperiẽda ab equo alicuius, omnes poledri debent esse communes nati in illo anno de iumentis illis, & ille cuius sunt iumenta debet partiri poledros,

& mittere illi electionem cuius eſt equus,vtrũ velit accipere poledrum,an partẽ precij,cõuentionẽ. Vbi autem conuentio nõ eſſet aliqua facta, ſeruanda eſſet loci cõſuetudo. ideo in hac patria Burgundiæ hæc iura extrauagantia nõ obſeruãtur,quia cõſuetudo loci eſt in contrariũ,quę apparet,quia ille cuius eſt equus,nihil habet de poledro,ſed ſolũ ſcit quantum habebit,eo ꝙ locat equum ad cooperiendum iumentum.vbi autem de conſuetudine non apparet,ad arbitrium boni viri recurrẽdum eſſet,maximè ad exonerationẽ cõſcientiæ,ne quis cum aliena iactura aliquid lucretur.iſtud enim tanq̃ indebitum reſtituendum eſt.l.nam hoc natura.ff.de cõdi.inde.

59 QVarto caſu * contrahitur negociatio,quando animalia æſtimata traduntur,vt cõmodũ & incõmodũ ſit recipiendum:& tunc reſultat contractus emptionis & venditionis.l.æſtimate.ff.ſol.mat.in quo caſu nihil aliud petere poteſt niſi precium,quicquid enim tunc pecuniæ acciperet,eſſet vſura.c. conſuluit. & c.in ciuitate. extrà, de vſu.niſi emptor animalium fructus recepiſſet ex animalibus emptis, & moram commiſiſſet non ſoluendo precium,quia tunc venditor poſſet petere dictos fructus tanquam intereſſe.l.curabit. quã ſuprà examinaui.C.de ac.emp.quod etiam locum haberet de iure canonico.c.conqueſtus.& ibi glo.extrà,de vſuris.

60 QVinto caſu*quãdo nõ apparet quomodo animalia ruſtico cõceſſa ſunt in ratione ſocietatis,vel ſoccidæ, vel alterius cõtractus,quod facilè cõtingere poteſt,præſertim quãdo mortui eſſent principales cõtrahentes,& mihi in pluribus euenit,qui mihi dixerunt poſt mortẽ magiſtri Bartholomæi Mugnierij auũculi mei(cui ſucceſſi) ꝙ animalia quæ habebãt ab eo,habebãt in cuſtodiã,& hoc quãdo multũ excremẽtum erat.alij dicebãt quòd emerãt,& ꝙ offerebãt preciũ quod erat ratione capitalis,& hoc vt lucrarẽtur excrementũ.& quia quidã famulus furatus fuerat literas obligationũ,quas nõ auſus fuit ponere in lucẽ,timẽs ne deprehẽderetur,finaliter omnes in hoc cõueniri feci,& dicebã,ꝙ attento ꝙ apparebat ꝙ animalia erãt penes eos,ꝙ conſuetudo patriæ
61 erat ſeruãda, *cũ illud quod cõſuetũ eſt,in dubio inter partes actũ videatur.l.quod ſi nolit.§.aſſidua.ff.de ædil.edic.l.ſi prius.§.placuit.ff.de aqua plu.arc.ex quo ergo in hac patria Burgundiæ,maximè in hoc territorio Heduen.conſueta ſunt dari animalia ad ſoccidã,ideo dicendũ eſt ꝙ dicta animalia quæ tenebãt,debebãt reputari eſſe apud ipſos tanquam in ſoccidam data.& ita obtinui contra multos,qui tandem mecum concordauerunt.

SI tamen eſſemus in loco vbi de conſuetudine non apparet,in dubio pręſumeretur contractus innominatus.l.ij.ff.de præſcriptis verbis.quo caſu dicendum eſt ꝙ preciũ animaliũ ſic datorum,ſi venderetur,debet eſſe cõmune.l.ſi tibi areæ.ff.de præſcri.verbis.& idẽ in fructibus,vt dicit gl.in l.ſi paſcẽda.C.de pac.& ſimiliter periculum debet eſſe commune ſicut vtilitas communis.arg.l.Mutius.ff.pro ſocio.& dicam pleniùs infrà.

62 SExtus * caſus(in quo pendent leges & prophetæ)eſt, quando expreſſè facimus contractũ ſocietatis, quam ſoccidã appellamus,& hoc eſt quãdo expreſſè animalia traduntur gratia ſocietatis cõtrahẽdę de illis,vt dicit glo.in l.ſi paſcenda.C.de pac.vel etiã quãdo tacitè,quia nõ exprimitur ꝙ gratia ſoccidę traduntur,ſed vt communia ſint,& ſic pro parte dominiũ remanet apud tradentẽ,quia tacitè pro alia parte ratione cõmunis in illum cui communicatur etiam ſine traditione trãſfertur dominiũ.l.j.§.in ſocietate.ff.pro ſocio. & hoc etiã modò ſocietas cõtrahitur ſiue ſoccida,prout facit quod dicit Bal.in l.ſi paſcenda.C.de pactis.

ET iſto caſu cõſiderantur duo caſus:primus ſi cõtrahatur ſocietas in animalibus groſſioris generis,vt boum,vaccarũ,iumentorũ ſeu equorũ,quorũ fructus in eo anno regulariter non aſcendit ad valorẽ matris,vt experiẽtia docet.Aut verò cõtrahitur ſuper animalibus minutis,vt porcis,capris, & mutonibus,& ſic de ſimilibus.

PRimo caſu adhuc conſiderandi ſunt tres caſus,quia aut talia animalia groſſioris generis communicãtur ſocio inæſtimata ſine alia communione terræ, quia præſupponendum eſt quòd talis ſocietas poteſt contrahi cum terra & ſine terra.glo.in l.cum duobus.§.ſi coeunda.ff.pro ſocio.¶ Aut verò talia animalia cõmunicãtur ſocio æſtimata cum terra.¶ Tertio verò communicantur æſtimata vel inæſtimata cum terra.

De ſoccida animalium großioris generis.

PRimo caſu quando inæſtimata ſine terra dantur animalia groſſioris generis,& tunc dicendum eſt in hoc caſu quòd aut nullum pactum eſt inter ſocios de capitali,aut fructu,& tunc in hoc ſunt quædam iura extrauagantia in lib.feudo. in fi.x.colla. & in rub.eſt conſuetudo ſocietatis iumentorum. in nigro verò eſt ſic. Si quis dederit iumenta iure ſocietatis,ille qui accipit debet tenere per quinque annos,ſi nihil dictum eſt de tempore,& omnes poledri debent eſſe communes, & id quod quæſierint tempore triturationis. & in capite quinque annorum ſeparatur ſocietas.& ille qui dedit debet habere iumentum ante partem, ſed ſi ille qui accepit, dedit tertiam partem,ſcilicet(dicit glo.)partem precij in emẽdo iumentum,tunc iumẽta & omnia partienda ſunt per medium.& ſi amiſerit iumenta culpa ſua,quia non bene cuſtodierit,& corium oſtẽdere non potuerit,vel caudam,tunc debet emendare. ¶ Et nunquid ſufficiat quòd oſtendat corium? Dixi ſuprà quòd non,quia opus eſt quòd probet ea eſſe mortua:imò,quod plus eſt,non ſufficeret probare quòd viſum fuit vnũ iumentũ in domo ſua mortuum,niſi probetur quòd illud fuerat ei datũ per dominũ,aut ſocium.per ea quæ dicit Io.An. in c.auditis.de præſcri.vbi dicit ſe practicaſſe in ciuitate Bononiæ,& obtinuiſſe contra quendam bidellum habentem equum ad vecturam pro eundo ad certum locum:& probauit per comites itineris ꝙ equus quem equitabat naturaliter perierat. Nam dicit Io.And.quòd ex quo nõ probauit ꝙ fuerat ille equus quẽ cõduxit,quod probare debebat per ſigna,ꝙ talis probatio eum non releuat. iſta deciſio ponitur per Alex.in cõſi.cxviij.& cxix.in j.vol.quos refert & ſequitur do.meus Iaſ.in l.eum qui.§.in popularibus.in pe.& vlt.col.ff.de iureiur.& in l.non hoc.in iij.col.C.vnde leg. vbi voluit quodammodo impugnare hanc deciſionem Io.And.ſed illã defendit & tenet in l.ij.in fi.C.de bono.poſ.ſecundũ tab.& vide Feli.in c.cum Io.in iij.colum.extrà,de fide inſtru.ergo in ſimili opus eſt probare per ſigna quòd ſit tale iumentum datum,& quòd ſit mortuum.

ET ſequitur in hac materia in dicto loco alia rub.conſuetudo ſocietatis vaccarum.& nigrum dicit ſic. Si quis dederit vaccã alicui vt haberet iure ſocietatis,& non dicit de tẽpore,debet eam tenere per quinque annos,& omnes vituli debent partiri per medium,& ille qui dedit vaccã debet eam habere pro campo ſaluo,ſi nihil dictum eſt,& ille qui ſuſcepit non dedit de ſuo in precio vaccæ,alioquin ſi partẽ precij dedit(dicit gl.iij.per ea quæ hìc antè dixi in iumentis)omnia debent partiri per mediũ:& ſi is qui accepit,amiſerit vaccã culpa ſua,quia cuſtodiam non miſit,vel non bene cuſtodiuit,& propter hoc vacca amiſſa eſt,quia fures abſtulerunt,vel lupus eam comedit,debet etiam emendare ſuo ſocio.Satis enim videtur hæc conſuetudo boni viri arbitrio conſideranda:

randa,quia viri boni arbitriũ in hoc iudicio pro socio versatur.l.in proposita.ff.pro so. * & quod consuetum 63
est,videtur inter partes actum, vt l.quod si nolit.§. assidua.ff.de ædil.edi.& l. si prius.§.placuit.ff.de aqua plu.
arcē.& quoniã dictũ est suprà ꝙ*debēt partiri per mediũ,intelligitur per numerũ,nõ per singula corpora,quia 64
diuisio quã cõmodius fieri potest debet fieri. facit tex. & glo.in l.nã & si.§.si seruus.ff.si cer.peta.& ibi plenè
do.meus Ias.qui refert Quintũ Fabiũ fecisse contra regē Antiochũ, quē bello superauerat,nã cũ ex fœdere ini Q. Fabij
to dimidiã partē nauiũ accipere deberet,medias omnes secuit,vt eum tota classe priuaret,sed illa fecit vafricia cũ Antio-
militari, non tamen fuit iuridica.& istud refert Valerius Maximus in lib.vj. in titu.de vafrè dictis aut factis. cho fœdus.

SI verò alia sit cõsuetudo,& tunc si sit æqua,debet arbitrio boni viri cõueniri,& tũc quolibet iure,diuino & humano seruãda est: si iniqua,& tũc de iure ciuili si obtēta fuisset per vnũ actũ, in cõtradictorio iudicio seruanda esset,vt dicit gl.in l.j.C.quæ sit lon.cõsue.& glo.in l.iij.in fi.C.de epi.audiē.* cũ de iure ciuili lex etiam 65
quãtũcunque dura seruãda est.l.perspexit.ff.qui & à quibus.dummodo tantã iniquitatē nõ cõtineat, ꝙ abusio potiùs quã cõsuetudo dici possit,vt habetur in l.de quibus.ff.de legi.& in c.cũ cõsuetudinis.extrà,de consue. de iure autem diuino,quo rigor iuris ciuilis nõ attenditur, sed iustitia & æquitas.xiiij.q.iij.c. plerique.tunc dicta consuetudo iniqua seruanda non esset,imò ad restitutionem tenetur qui ad damnũ socij cõsentire vellet,cũ non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.c.peccatum.de regu.iur.lib.vj. & potest vir bonus arbitrari an æqua vel iniqua sit consuetudo, considerato valore animalium communicatorum, & opera socij, & fructuum, & sic quis plus ponat quàm alter.vt dicit tex.in l.si non fuerit.ff.pro socio.

SI verò inter partes fiat pactum,vt in pluribus,cùm pacta pluribus modis fiant,cùm plura sunt hominum negotia quã legum vocabula.l.iiij.ff.de præscri.verbis.Et vt breuibus absoluam, regula est, * quòd pacta circa pascenda pecora sunt seruanda.l.si pascenda.C.de pac.dic tamen clariùs in hoc casu quòd quandoque pactũ 66 Regula.
inter dictos socios fieri potest circa ipsum animal,id est capitale quod in societate inęstimatum ponitur,quandoque circa fructus eiusdem,quandoque circa tempus quo societas durare debet.

PRimo casu quando inæstimatum datũ est, nõ videtur posse pacisci quòd periculũ sit alteri⁹ quã ipsius qui inæstimatũ dedit,quòd regulariter ad ipsum lucrũ pertineat,vt dicit Bal.in d.l.si pascēda pecora. C. de pac. & vt ęqualitas seruetur in fine societatis,illud animal quod pro capitali positum est præcipuũ,debet esse ipsius ponentis.l.cum duobus.§.si in coeunda societate.ff.pro so.quodcũque ergo aliud pactũ quod circa illud fieret,nõ videretur æquale,& ęqualitatem cõtinere & æquitatem.si enim alter socius perdit capitale suũ,satis est quod alter perdat operas suas,ideo cõstat ꝙ nõ liceret illi qui animal posuit inæstimatũ in societate,pacisci vt de primis fructibus capitale suũ detrahere possit. ¶Quãdo autē pacta fiunt circa fructus, tunc siue fiant circa fœtũ,vel lac,vel frumentũ quod ex opera boũ quæri posset, vel equarũ,tunc si talia pacta sint cõformia iustæ cõsuetudini,seruãda sunt:si de cõsuetudine nõ apparet, tũc considerato capitali,& opera alterius socij æqualitatem arbitrio boni viri cõtinerent,vt ille qui plus ponit, plus ferat,& si æqualiter ponũt ęqualiter ferãt.& debet talis societas durare quinquēnio,vt dictũ est.& si fiat pactũ in minori,nõ videtur esse secũdũ arbitriũ boni viri,vt dictum est. ¶Quando verò animal datur æstimatum,periculũ casus fortuiti inter socios est commune, vt dicitur in d.l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio.quia dicta æstimatio facit emptionē.arg.l.si æstimatæ.ff.sol. mat.& habetur perinde ac si ille qui dat dicta animalia mutuasset socio medietatē precij,& ipse posuisset aliam medietatem, & consequenter ab ipsis duobus essent empta: & sic non mirum si quilibet pro rata de periculo teneretur.quando sine culpa alterius sociorũ tale periculum processit, illius solũ dolũ vel culpã cõmittētis erit periculũ,per d.§.damna. nec aliter videretur posse inter socios in foro conscientiæ pacisci.& aduerte*ꝙ quo- 67 Pactũ
tiescunq; fit pactum ꝙ capitale sit saluum,de iure canonico,in foro cõscientiæ,contractus non est licitus,prout vt capitale
tenet Bernardinus de Bustis in j.parte sui rosarij,sermone xxvij.in j.parte illius sermonis,in litera H.quem no. sit saluum
qui allē.Ant.de But.in c.fi.de vsur.& intellige supradicta quando animal datur sine terra. illicitum.

QVid autem dicendum * est de lucro,seu de fructibus,quomodo diuidi debeant inter socios,scilicet in- 68 De lu-
ter dominum dantem dicta animalia & colonum seu pastorem qui iure societatis pascebat?videtur pri- cro aut fru
mò ꝙ ex quo æstimatio facit emptionem pro medietate,vt dicit Bar.in l.si vt certo.§.nũc videndũ.ff.commo. ctibus.
& Bal.videtur velle in l.j.C.commo.& Bar. de Sali.in d.§.nunc videndum.& Pau.de cast.in d.l.cum duobus. §.damna.ꝙ de illa medietate quæ est pastoris nullũ lucrum sentiat dominus,quia de re aliena non debet commodum reportare, cùm ex ea nullum subeat periculum,nec aliquas operas & laborem imponit de pecunia ad quã ille pastor tenetur minus,quia esset vsura, cùm sit quoddã capitale illud precium,quod non recipit diminutionem,imò stat firmum,nec est positum in societate,sed obligatus est pastor ad soluēdum,ideo non debet ex eo aliquid consequi,aliàs esset vsura,cùm quicquid accidit sorti,vsura est.nec etiam potest aliquid peti ex ea tanꝗ pastor sit in mora soluendi precium.per l.curabit.C.de acti.empti.quia ex quo videtur tacitè conuentum inter dominum & pastorem vt precium non soluat, quousq; durat societas illa dilatio dicitur facta ad commodum debitoris,& in eius cõmodum debet interpretari.l.qui hoc anno.ff.de verb.obli.igitur non dicitur interim esse in mora,meritò ratione moræ nihil soluat,& sic non habet locum hoc casu l.curabit. patet ergo ꝙ de medietate prædicta nihil domino debetur. de alia autem medietate quæ ibi remãsit,integrum fructum non recipit, quia ipse ponit dictam medietatem,& colonus seu pastor operas,laborem,& victum,& videtur societas in illa medietate quæ domino remãsit,in qua dominus ponit animalia,pastor seu colonus operã & victũ,quo casu lucrũ cõmuniter diuiditur inter eos.l.cũ duobus.§.si in coeunda.ff.pro so.& l.si nõ fuerint.pro socio.meritò fructum quartæ partis dictorũ animaliũ dominus percipiet,nõ autē medietatē,& sic pastor habebit tres partes lucri,videlicet duas partes ratione medietatis,quã videtur emisse propter ęstimationē,& sic ratione dominij sui, & vnã partē, & sic medietatē alterius medietatis ratione operarũ & victus, dominus autē habebit quartã solũ ratione dominij sui quod sibi remãsit in illa medietate.& hoc videntur sentire theologi in arctissima conscientia constituti.& istud videtur tenere dominus Angel.Ioan.Perigly de Perusio in suo tract.soccidæ,cum quadã tamen distinctione. sed tamen dicit do.Pet. de Vbaldis in suo trac.de duobus fratribus, in v. parte principali, in xxiiij. quæstione illius v. partis, salua meliori determinatione, submittendo se correctioni matris ecclesiæ,

ꝙ dominus qui posuit vaccas seu animalia grossa æstimata, debet habere dimidiã partẽ fructuũ, & colonus seu pastor aliã dimidiã. istud ibi ꝓbat quatuor rõnib⁹, quas vide. q̃a iã hæc materia, licet sit quodãmõ extrauagãs & peregrina, satis est prolixa, ad dicta in hoc ibi me remitto, eo etiã maximè, quia istud apud nos obseruatur.

QVando autẽ animalia grossa cũ terra dantur & cõmunicantur socio siue ęstimata siue inæstimata, vtputa si communico vnum par boum vel vaccarũ, vt arare debeat certã quantitatẽ terræ, & tunc si inæstimata traduntur, totũ periculũ spectat ad dantẽ: siverò æstimata, est cõmune. l. cũ duobus. §. dãna. ff. pro socio. nisi præcesserit culpa, vel dolus alterius sociorũ, vt in d. §. dãna. & hoc est quia tunc ille cui traduntur, videtur emere pro medietate, vt suprà dictũ est. & isto casu fructus erunt cõmunes, quia si dominus ponat terrã & dimidiam partẽ boũ, nõ est mirũ si habeat dimidiã partem fructuũ. sed quando animalia dátur inæstimata à domino qui etiam ponit terrã, cum in dubio omne periculum animaliũ pertineat ad ipsum, potest tunc dominus pacisci vt maiorẽ partẽ fructuũ terræ recipiat, cũ rusticus tantùm operas ponat, nisi opera rustici & industria eius magis æstimetur quã fructus qui venire possent simul ex bobus & terra, quia tunc nõ solùm fructus terræ ęqualibus partibus partiendi essent, sed etiam de fructibus terræ iusta ratione, & salua cõscientia rusticus plus habere posset. per d. l. si non fuerint. & istud totum relinquitur arbitrio boni viri.

SE D quid si terram suam dederit ad colendum pro medietate fructuũ, cum hoc quòd mutnaret certã quãtitatem pecuniæ colono, an sit vsura? Ista quæstio est latissimè examinata per do. Pet. de Vbal. in dicto tract. de duobus fratribus, in v. parte principali, in xxiij. quæstione. quam videas.

69 De societate animalium minorum. ET ista*suprà dicta sunt quando traduntur animalia grossioris generis, sed quid dicemus quando contrahitur societas super animalibus minutis? aduertendum est ante omnia quòd reperitur in extrauagantibus suprà nominatis quædam rubri. quæ incipit, Consuetudo societatis caprarum. & sequitur nigrum.

SI quis dederit capram, aut pecudem iure societatis, ille qui accipit debet tenere per tres annos, & in vno quoque anno debet dare pro capra xij. formaticos bonos & optimos, pro pecude sex, & dimidietas caprarum & agnorum debet esse communis, & medietas lanæ, & ille qui dedit capram aut pecudem ante partẽ debet habere eam, & si ille qui accepit dedit tertiam, tunc omnia partienda sunt per medium, sed si ille qui accepit amiserit culpa sua, qui eam non custodierit, vel pecorile non bene clauserit, domino tunc emendare debet, & vt dictum est, bonos formaticos dare debet.

SE D non sic de vna pecude aut capra, quia si dedit tantũ vnã pecudem, aut vnã capram tantùm, non debet mihi dare talẽ formaticũ, qualis potest fieri de vna pecude, aut capra tantũ, sed tres aut quatuor iniunctuuræ insimul mitti debent, vt bonus formaticus inde fiat, quia si dedi alicui xx. aut xl. pecudes, aut totidẽ capras, debet nemittere vnã iniuncturam insimul, & facere vnum formaticum de tota iniunctura? certè nõ de medietate æstimationis, ita ꝙ non fraudetur qui dedit, nec qui accepit, sed si agni & caprioli nati nõ fuerũt de vna aliqua capra, aut pecude, non debet dare nisi medietatem formatici, quam daret, si nati essent agni & caprioli. ¶ Sequitur alia rubrica, quæ incipit sic. ¶ Consuetudo societatis porcorum. & sequitur nigrum.

SI quis dederit porcũ alicui iure societatis, & nõ fuerit dictũ de tẽpore, tũc ille qui accipit debet eum tenere per tres annos, & omnes porcelli qui nati fuerint, partiendi sunt per medium in vnoquoque anno, vel si placuerit domino & ei qui accepit tenere vsq; in capite trium annorũ, debent omnia partiri per medium, etiã porcelli nati de porcellis, & cũ porca fecit porcellos, debet dominus facere adiutorium ei qui accepit, & non debet qui accepit dare tertiam, aut in contrarium. Et si amiserit culpa sua, quia porcille non bene clauserit, vel custodem cum porcis non miserit, debet domino emendare, vel casum amissionis domino assignare.

HAE enim consuetudines in locis vbi vigent, cùm satis arbitrio boni viri conuenire dicantur, & ęquitatem contineant, etiam in foro conscientiæ seruari possunt, in locis autem in quibus de consuetudine nõ apparet, pacta, siue circa talia animalia, siue circa fructus, sunt seruanda, vt dictum est suprà in aliis animalibus grossioris generis, caueat tamen dominus ne paciscatur in omnibus quòd capitale sit saluũ, quia aliàs esset vsura. Glo. in c. plerique. xiiij. quæst. iij. & Petrus de Vbaldis in locis hìc antè allegatis.

Casus septimus. ALium & septimũ casum addo, in quo multi errãt, & qui versatur in hac patria, qui multos ducit ad inferos, qui est talis, videlicet quãdo quis dat bouẽ rustico, & semper remanẽte capitali saluo, ita ꝙ nunq̃ moritur, hinc dicitur, *Les beufz desertz*, tenetur rusticus singulo anno dare certũ quid domino bouis, puta duas mẽsuras frumenti, vel plus, vel minus. Et vidi quendã accusatũ de vsura per procuratorẽ regiũ, in balliuatu Matisconen. qui circa hoc multũ fuit prosecutus tanq̃ vsurarius, & meritò, nescio tamen quid inde actũ sit. Et licet hæc materia sit multũ extranea & peregrina ad propositũ huius cõsuetudinis, tamen quia in dicta societate plures committũt vsurã, & quòd disputãt nũquid sit vsurarius cõtractus, hìc tractãdo materiã libẽter volui inserere. ¶ Vnũ solũ volo nõ esse obliuiscendũ, ꝙ in hac materia vsurarũ domini legistæ errauerũt in interpretatione istorum verborũ, trientes, semisses, & besses, & sic de singulis, quãdo. s. dicãtur vsuræ trientes, quãdo semisses, & quãdo besses. De quib⁹ elegãter & bene declarat Lucius Columella, in lingua latina vir magnæ autoritatis, in suo lib. de agricultura, lib. iiij. Refert & recitat subtilitatũ princeps, do. Bart. Soci. in sua solenni repetitione l. iij. §. itẽ si reipub. ff. ad l. Falci. quẽ omnino videas: & hìc eius dicta nõ trãsporto, cũ etiam hæc cõsuetudo sit satis amplè dotata. Et hìc ampli⁹ nõ prosequar materiam vsurarũ, quia satis amplè tractãt summistæ, maximè Hosti. in ti. de vsuris. Et Bernardinus de Bustis in loco hìc antè alleg. & frater Ang. de Clauasio in sua summa, in verbo, vsura.

IN TEXTV IBI, *Assignez.*

1 Res do- 2 talis quando alienabilis. ET aduerte,*quia tunc quãdo pecunia est assignata super aliquo fundo, ille fundus est fundus dotalis, seu res dotalis,*quæ alienari nõ potest. insti. quib. alie. licet vel nõ. in prin. cũ vulgaribus. nisi interueniat iuramẽ. vt dicit Spe. in ti. de emp. & vẽdi. §. iij. loco. vers. verũ si res. & c. licet mulieres. de iureiu. in vj. & c. cũ cõtingat. eo. ti. & in aut. siue à me. C. ad Velleia. & Bar. post gl. in l. si prædia. C. de iure dotiũ. Alex. in l. Męuia. §. fund⁹. ff. sol. mat. Ias. in l. j. in iij. col. in iiij not. ff. sol. mat.*quod intellige verũ, nisi pręcedat iura. de nõ alienãdo, quia tũc per
3 primũ iuramẽ. tollitur secũdũ. gl. in d. c. licet mulieres. do. Ias. in l. nõ solũ. §. morte. in vij. col. ff. de noui ope. nũ. qui illã glo. reprobat & limitat. sed idẽ do. reprobat quodãmodo in l. duobus. §. idem Pomponius. ff. de iureiur.
*Et intellige

* Et intellige etiã prędicta, niſi vxor vẽdat ĩ codẽ inſtr. cũ viro, nã talis cõtract⁹ nõ firmabitur iura. vt dicit Bal. 4
in cõſi.ix.in iij.vol.quẽ allegat Anto.de petrutia.in repetitione l.primę.ff.de iureiurã. in viij. effectu iuramẽti.

IN TEXTV IBI, *Ou promis d'aßigner.*

QVæritur * an ſit differentia inter aſſignare, & promiſſionem de aſſignãdo? Et põderãda eſt hæc dictio, 1 *Aßigna-*
ou, quæ tantũ importat quãtũ dictio, vel, * quæ eſt alternatiua, & ponitur inter æqualia, ſeu parum di- 2 *re, & promittere*
ſtantia.l.j.ff.de rebus dubiis.Bal.in l.cõuenticulam.in iij.col.C.de epiſc.& cle.do.'meus Iaſ.in l.iiij.§. Cato.in j. *aßignare*
col.ff.de verb.obli.* Ex quo videretur dicẽdũ, quòd idẽ eſt aſſignare ſeu ꝓmittere de aſſignãdo, & idẽ ſit vẽ- 3 *quomõ*
dere, ſeu promittere de vẽdendo. Hinc dicit Bal.in c.in cauſis.in j.col.de electio. * quòd tractatus dicitur eſſe 4 *diffe-rant.*
principiũ rei, adeò quòd qui tractat de vendendo dicitur vendere. Allegat no.in l.debitor.in princ.ff. de ſepa-
ra.bono.facit tex.in l.fi.C.ad legẽ Falcidiã. ¶ * Quicquid ſit, tamẽ aliud eſt vẽdere, aliud eſt promittere vẽde- 5
re, vt dicit gl.in l.in bonæ fidei.ff.de eo quod cer.loc.vbi do.me⁹ Iaſ.hoc latè examinat, ꝓbãdo per tres tex.&
quinque deciſiones, quòd aliud eſt vendere, & aliud eſt promittere de vẽdendo. * Et ideo etiã aliud eſt aſſi- 6
gnare, & aliud promittere de aſſignãdo, quia ex promiſſione de aſſignãdo debet ſolùm oriri actio perſonalis,
& non eſt nata actio hypothecaria ad rem, vt dicit Ange.in conſilio ſuo lxxxiiij. incipien.ex forma & ſerie. ex
quo dixi, & conſului pro nobili viro domino Claudio de Rabutin, domino Deſpyry, quòd ex quo per tracta *Caſus facti.*
tum factũ cũ illuſtriſſimo duce de Longavilla in caſu euictionis, promiſerat aſſignare ducẽtas libras turonen.
annui reditus ſuper terra & ſeignoria de Borbilly, quòd poſtmodũ dictus dux malè intentauit hypothecariam,
ſcilicet materiã decreti, pro arreragiis eſcheutis ante aſſignationẽ factã per dictũ dominũ Deſpyry, & ſolũ po-
terat agere actione perſonali, quòd dictus dominus Claudius Deſpyry aſſignaret, & ad intereſſe, ex quo nõ aſ
ſignauerat. Plura alia dixi quæ hìc non eſſent ad propoſitum, ideo ea omitto, cùm etiã caſus nondum ſit deci
ſus. Hìc tamen videmus in hoc caſu contrarium, cùm ex ſola promiſſione de aſſignando oriri poſſit etiã actio
realis, cùm promiſſio de aſſignando hìc æquiparetur aſſignationi factæ. Cogita.

ADDITIO. Adde alium caſum, ſcilicet in quo promittere & dare idẽ ſunt, ſcilicet in dãdo pecuniam,
vel aliquã aliam rem iudici ad eũ corrũpendũ, vel in promittẽdo, quoniã paria ſunt, & ta-
men punitur ex promiſſione quãtũ ex datione, vt per Mat.de affl.in cõſti.regni Siciliæ, quę incipit, capitaneo-
rum.in penul.col.in fi.& ibi de materia, quãdo iudici poteſt aliquid dari. & ibi ponit remiſſiuè, quãdo dare &
promittere, vel vendere vel ꝓmittere de vẽdẽdo, idem ſunt. & idem Matt.in cõſti.apud iuſtitiarios.in viij.no-
tabili, in fine, vbi tamen dicit quòd ꝓmiſſio dotis nõ appellatur cõtractus dotis, nec promiſſio de inueſtituræ
eſt inueſtitura. Aduerte etiã ad id quod dicit idẽ Mat.in conſtit.quę incipit, ſpõte valentibus.in iiij.nota.quòd
ſtatutum loquens de dote data, habet locum in dote promiſſa. Et dicit idem Matt.in conſtitu.quæ incipit, li-
centiam.in x.q.j.notabi.in iij.libro.vbi doharium ex illa conſtitutione conſtituendum, habetur pro conſti-
tuto, ſi fuerit promiſſum conſtituere, & ita agendum eſt ac ſi fuiſſet conſtitutum. Et dicit idem Matthæus in
conſtitu. quæ incipit, quia frequenter.in iij.notabili.in iij.libro. quòd ita punitur extorquens indebitam pro-
miſſionem, ſicut exactor indebiti. Et ad caſum ſuprà poſitum, de quo cõſului, videtur quòd vbi fit ſolùm pro-
miſſio de aſſignando certum reditum annuum pro quadam certa ſumma, illa promiſſio aſſignationis ſeu de aſ
ſignando, videtur præſupponere reditum iam fuiſſe conſtitutum, & haberi pro conſtituto, quia aliàs non fie-
ret aſſignatio, ſi non eſſet conſtitutus, cùm non entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui.ff.ſi certum peta.ex quo
pro illo reditu annuo promiſſo aſſignari poteſt agi perſonaliter, non tamẽ hypothecaria, donec fuerit facta aſ
ſignatio. & ita debet intelligi arreſtum latum anno domini M.ccccc.xxxij. pro Carolo Turpin, filio Catharinæ
Leſcorial, contra filios fratrum dictæ Catharinæ, qui eidem Catharinæ pro ſua parte & portione hæreditatis
paternæ promiſerãt certam ſummam pecuniæ infra annum tunc ſoluendam, & in defectum ſolutionis promi-
ſerunt elapſo termino aſſignare reditum annuum ad decem pro centum. Et dubitatum fuit, ex quo non fece-
rant dictam aſſignationem, an hæredes dictæ Catharinæ, qui intentauerant perſonalem pro arreragiis dicti re-
ditus annui præteritis, & vt deinceps tenerentur aſſignare, bene intentaſſent ante aſſignationem. & fuit dictũ
quòd ſic, tam eo quòd iſta arreragia non ſolùm debebantur ratione illius cõuentionis, ſed ratione intereſſe, eo
quòd fratres dictæ Catharinæ perceperant fructus dictorum hæreditagiorum hæreditatis paternæ dictæ Ca-
tharinæ, & tamen non ſoluerant precium, ex quo tenebantur ad intereſſe, ſecundum l. curabit.& l.fructus.C.
de actio.empti.l.ij.C.de vſuris.& l.Iulianus.§.exhæredato.ff.de actio.emp.& etiã quia reditus annuus præſup-
ponebatur tunc elapſo tali termino conſtitutus, cũ poſſet tunc cogi ad aſſignãdũ, ſi tamen intentaſſent hypo-
thecariã, credo quòd fuiſſent expulſi, & quòd malè intentaſſent ante aſſignationẽ factam. * ¶ Vide Alex.in
conſi.ſuo.cxxj.incipiente, Viſo themate ſupraſcripto. * quòd fructus nõ excipiũtur per illum cui factum fuit 7
pactũ de vendendo, ex quo per tale pactum non transfertur dominium. quod nota quia tibi ſeruiet ad multa.

IN TEXTV IBI, *Et qui ne ſont payez.*

EVenit mihi caſus. Quidam maritauit eius filiam, & in dotem ei dedit mille quingentos francos, ex quibus *Caſus facti.*
quingenti franci ſortiuntur naturam mobilium, alij verò mille franci ſortiebantur naturam hæreditagij, &
debebãt aſſignari, vt hìc dicitur, ergo importabãt arreragia ad rationem decem pro cẽtenario. pater deceſſit ab
humanis, nõ ſolutis aliquibus pecuniis, hæredes poſt decẽniũ ſoluerũt quingẽtos francos, nõ facta mẽtione an
ſoluerãt ex his quæ importabãt arreragia, an verò ex aliis. poſt xij. annos dicta filia ab humanis deceſſit. ei⁹ hæ
redes. ſ. filij, petierũt ab hæredibus dicti quondã patris earũ matris mille libras cũ arreragiis de vigintiduobus
annis pro dictis mille frãcis. dicebãt dicti hæredes ꝙ nõ debebãt de xij. niſi pro quingentis libris, & ꝙ ſolutio
facta ꝑ ipſos debebat diminuere debitũ importãs arreragia poti⁹ ꝗ̃ aliud. Quid dicẽdũ? Videtur primò ꝙ ſo-
lutio facta intelligitur facta de pecuniis ratione quarũ bona erãt hypothecata. Nã hoc ꝓbatur, * quãdo vnũ 1
debitũ eſt cũ hypotheca, alterũ ſine hypotheca, ſolutio in dubio videtur facta pro credito pro quo bona ſunt
hypothecata, ſecũdũ Bar.& doct.in l.cũ ex plurib⁹.ff.de ſolutio. Et etiã iſtud videtur voluiſſe tex.in l.j. & l.il-
lud vbi Bal.ff.de ſolutioni. ¶ Itẽ quia ſemper debet cedere in ſolutũ illius crediti pro quo debentur vſuræ. l.
ſi ex pluribus.§.fi.ff.de ſolutio.& ibi Bar.& doct.& in d.l.cũ ex pluribus.vbi Bar.ponit veras & notabiles cõ-

clusiones, sed inter alias vna est quæ mihi fuit visa seruire pro vna quæ est ibi. S verò quãtitates erant dispares, tũc solutio cedit ꝓ rata quantitatis sortis. l. pupilli. §. cũ in eo. ff. de solu. Et ista dicit & tenet Soci. in consi. suo 293. incipiente, Præsens cõsultatio. in j. col. Et faciũt quæ dicit Raphael Fulgo. in consi vij. incipiente iã pluribus annis elapsis. in ij. col. & quæ dicit Ludo. Roma. in consi. xciiij. incipiente, visis his. in j. col. Ex quo ergo in prædicto debito sunt pecuniæ quæ important arreragia, hoc est vsuras, & ratione quarum bona sunt hypothecata, in illis censeri & iudicari debet solutio facta in dubio.

EGO tamen dixi ꝙ videbatur ꝙ dicti quingenti franci deberẽt censeri & præsumi fuisse soluti pro primis quingentis francis, qui debebant sortiri naturã mobiliũ: tũ primò, quia in contractu matrimonij erant primò descripti, & ratione ordinis scripturæ solutio facta intelligi debet de primis in ordine. l. illud. & ibi Bar. & docto. ff. de solutioni. Tũ secundò, quia ista est cõmunis consuetudo, & communis obseruantia totius patriæ huius ducatus Burgundiæ, ꝙ quando sunt pecuniæ sortientes naturam mobiliũ in dote, quòd primò soluuntur, ideo talis consuetudo est obseruanda, cùm id quod consuetum est sit attendendum. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædili. edic. * & à solitis quę quotidie fiunt bonum est argumentũ. l. certè. §. fin. in verbo, quotidie enim præcario. ff. de præcario. l. ij. §. meritò. ff. ne quid in loco publico. l. vt liberis. circa finẽ. ibi, vt assolet fieri. & ibi notatur. C. de colla. Nam quod consuetum est fieri debet obseruari. Faciunt quæ per infinita dicunt doctores in pluribus & diuersis locis, maximè do. meus Iason in l. certi condict. §. numos. in iij. col. ff. si certum peta. per eundem in d. l. vt libe. in iij. col. C. de colla. Feli. in c. cũ M. Ferrarien.. in iij. col. in iiij. notabi. extrà, de constitu. & in c. ex literis. versi. vij. & vltim. extrà, de fide instru. Feli. in c. cum omnes. x. col. extrà, de constitutio. Faciunt quæ dicit Alexan. consi. 27. incipien. In causa & lite vertente. & in consi. 28. & in consi. 105. incipiente, reuerende domine. in ij. volu. vbi dicit * quòd notarius simpliciter rogatus intelligitur apponere clausulas cousuetas. & in consi. j. in v. colum. in fi. in v. volu.

2 Argu. à consuetis fieri.

3

ADDITIO. Faciunt quæ adhuc dicit Matthæus de afflictis in constitu. regni Siciliæ, quæ incipit, baiulos omnes. in x. notabili. intellige tamen de notario qui recipit, non de alio qui grossat, quoniam nihil potest addere. Et intellige etiam antequam instrumentum sit grossatum & incontinenti, non pòst, vt tenet Hippolytus de Marsiliis singulari suo cxxiij. incipiente, in iure clarum est. * ¶ Et quod dicit in
4 consi. suo cvij. incipiente, Pro inuestigatione prædicta. in antepe. & pe. col. in ij. vol. vbi dicit * quòd conuentiones & capitula facta in aliqua patria, intelliguntur facta secundum consuetudinem & communem obseruantiam illius patriæ, quia quod consuetum est, attendi debet, imò etiam in illicitis excusat. Faciũt quæ dicit Barb.
5 in consi. iiij. in vj. colum. in ij. volu. vbi dicit. * quòd si illud quod est in obseruantia, & moribus vtentium obseruatur, est tantæ efficacię quod tollit statutum in contrarium. ita dominus meus Ias. in l. rem non nouam. in j. & ij. colum. C. de iud. & facit * consuetudo licitum quod aliàs esset illicitum. per dominum meum in l. certi iuris. in ij. colum. de iudic. imò, quod plus est, dicit in specie Alex. in consilio suo. 85. incipiente, Ponderatis narratis. in fin. in j. volu. quòd in solutione præsumenda ex qua causa sit solutum quòd attendendum est id quod consuetum est fieri, puta quòd si consuetudo est quòd potiùs soluatur in vnam causam, quàm in aliam, & nihil sit dictum in solutione, quòd præsumitur in illam causam in quam consuetum erat ita fieri, ex quo ergo cõsuetũ est in hac patria fieri solutionem in his primò quæ sortiuntur naturam mobilium, prædicta solutio iudicabitur facta pro his quæ sortiuntur naturam mobilium, & non de his quæ sortiuntur naturam immobilium. Nihil fuit iudicatum in casu supradicto, quia deuenerunt ad concordiam, sed si casus eueniret, esset pro amico, nisi partes inter se conuenirent, cùm ad prædicta posset responderi, quòd de his quæ non sunt scripta in consuetudinibus nostris est recurrendum ad ius commune, nec potest alia consuetudo seu obseruantia allegari, nisi sit scripta in hoc volumine. cogita.

6 Consuetudo ex illicitis licita facit.

IN TEXTV IBI, *C'est a sçauoir dix pour cent.*

LEX taxat in l. fi. §. præterea. C. de iure dotium. sed Bal. in consi. xciiij. in j. parte dicit ꝙ illi taxationi nõ est standum, sed est considerandus mos regionis, ideo dicit Bal. in d. l. fi. §. præterea. ꝙ in aliquibus locis sunt statuta, quòd præstentur decem pro centenario, vt est in hac patria, & est satis probabile, quia secundum vsum communem mercantiæ tale lucrum affectatur. c. per vestras literas. extrà, de dona. inter virum & vxorem.

ADDITIO. Et dicit Bar. in l. in lege Falcidia. iiij. ff. ad legẽ Falci. quòd per statuta loci potest introduci tale lucrũ ad decẽ pro centũ. Sed aduerte, quia istud interesse quod petit maritus in hoc casu, nõ potest per maritũ alteri cedi, vt tenet Bal. in rub. C. de vsuris. in quinquagesima quæstione. quem refert Petrus belluga in suo speculo principum, in titu. de propositione grauaminum. §. de vsurariis. nume. xvj. sed vt ibi dicit, secus est in interresse quod debetur venditori fundi pro precio eidem non soluto per emptorem, qui interim percipit fructus secundum l. curabit. C. de actio. empti. quia potest alteri cedi. *

IN TEXTV IBI, *Des le terme qu'ilz sont promis de payer.*

SVbaudi *qu'ilz. s. deniers*, & non *qu'ilz. s. arrerages*. & sic per hunc tex. cõstat ꝙ illud tẽpus currit à tempore quo promissa fuerit pecuniæ solutio, & destinata fuerit solutio pecuniarũ assignatarũ, aut promissarũ assignari, & nõ à tẽpore quo ꝓmissa sunt arreragia solui ex dictis pecuniis. & sic istud verbũ, *qu'ilz*, relatiuũ refertur ad ꝓmissionẽ solutiõis pecuniarũ, & nõ ad promissionẽ solutiõis arreragiorũ ex dictis pecuniis prouenientiũ.

Casus facti.

ET venit mihi casus in facto ad cõsulẽdũ, in quo quidã promiserat mille ducatos pro dote suæ filiæ, & promisit soluere quinque centũ in die nuptiarũ, quod fecit, alios verò quinque centũ debebãt soluere eius hæredes post eius decessum, an hoc casu currãt arreragia statim post decessum, an verò requiratur interpellatio?

DIcebãt quidã ꝙ à tẽpore interpellationis, quia in cõtractu non erat assignatus terminus arreragiorũ, & sic nõ erat promissum soluere arreragia à tali tẽpore, quod tẽpus solutionis nõ erat determinatũ, quòd debebat fieri interpellatio per cõsuetudinẽ nostrã. ¶ Dixi ego cõtrariũ, & dico ꝙ illa arreragia currũt seu currere debẽt à tẽpore decessus, cũ ab illo tẽpore fuerit ꝓmissũ soluere dictos quĩgẽtos ducatos, & sic hoc verbũ, *qu'ilz*, refertur ad denarios ꝓmissos, & nõ ad arreragia ꝓmissa. de natura cuius relatiui ponunt Bar. Bal & do. meus Ias. qui facit regulam cum sex limitationibus, in l. cũctos populos. in j. col. C. de sum. trini. & fide catholi.

Facit

FAcit etiam hæc ratio, quia arreragia nõ veniunt ratione promissionis, sed quãdo dos certo die promissa illo die adueniente non soluitur, & sic ratione moræ debentur dicta arreragia. põderando igitur verba cõsuetudinis ibi, *qu'ilz sont promis* &c. satis dilucidè patet istud relatiuum, *qu'ilz*, debere referri ad pecunias dotales, & non ad arreragia, quæ veniunt non ratione promissionis, sed propter moram commissam in solutione dotis, quæ suo die non soluitur, & ita aliàs dixi in contingentia facti, & eram huius opinionis.

NVnc verò saluo meliori iudicio dico ꝙ debet fieri interpellatio post decessum, ad hoc vt incipiant currere dicta arreragia. præsupposito igitur quòd dicta arreragia debeantur ratione moræ factæ in nõ solutione sortis principalis, vt est satis vulgare, moueor hoc fundamento. *obligatio, quæ est pura ab initio non cõstituit 1 *Obligatio non constituit quē in mora.*
quē in mora nisi per interpellationē. l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. l. mora. in principio. ff. de vsuris. ibi, mora domini fieri intelligitur nõ ex re, sed ex persona. i. si interpellatus loco oportuno non soluerit &c. sic etiam in præsenti casu quamuis obligatio sit in diem, quia hæredes solũ obligãtur ad arreragia post decessum, adueniente die. i. mortuo patre ipsius filię, debet fieri interpellatio, aliàs sequeretur ꝙ in puncto quo quis obligatur per euentũ diei siue conditionis, illo codē puncto constitueretur in mora. quod est absurdũ. l. quod dicimus. ff. de solu. l. promissor Stichi. ff. de constitu. pecuni. Cy. in l. in minorum. C. in quibus causis resti. Bar. in l. quoties in diem. ff. de verb. obl. Cũ igitur hæredes incipiãt obligari post decessum, & non fuerint in mora, nec etiã testator, esset durum & contra ius, vt illo tempore quo incipiũt obligari, illo eodem tempore constituerentur in mora. nec obstat vulgata. l. magnã. C. de contrahē. & commit. stipula. *vbi dies interpellat pro homine, quia sanè debet intelligi, an & quãdo dies fuit certa sed obligatio in præsenti casu fuit incerta, cùm dies mortis fuerit incertus, igitur ex templo post decessum non incipiunt currere dicta arreragia. 2 *Dies interpellat pro homine.*

ET non est *mirandũ si nũc mutauerim opinionē, cũ enim Papinianus variauerit. l. manifestissimi. C. de fur. & dicit tex. in c. magnæ sapientiæ est reuocare hominē quod male locutus est. xxij. q. iiij. alibi sanũ dicitur esse consiliũ, si quis reuocauerit quod malè fecerit. c. cũ cessante. de appella. alibi dicit tex, in c. qualiter & quãdo. j. de accũsa. Non pudeat vos errorē vestrũ corrigere, qui positi estis vt aliorũ corrigatis errores. alibi dicit solẽnis tex. §. j. in fi. versi. non erubescimus. in aut. de nup. colla. iiij. non enim (inquit imperator) erubescimus, si quid in melius eorũ quæ statuimus priùs ipsi competenti ratione nec ab aliis expectare corrigatur, & ideo dicit Bal. in d. l. manifestissimi. *quòd doctor qui malè consuluit potest cõsiliũ emendare, & sic variare. idē notat gl. in l. Labeo. ff. de seruitu. rusti. prædio. ad excusationem doctorum qui diuersis tēporibus diuersa fecerint consilia, vel propter imbecillitatem memoriæ, vel propter mutationem opinionis, noua enim in nobis quotidie generantur phantasmata. alibi dicit tex. in c. nõ debet. de consangui. & affinita. *non debet reprehensibile videri, si secundum varietatem temporum statuta variantur humana, cùm etiam ipse Deus ex his quæ in veteri statuerat testamento, nonnulla mutauit in nouo. 3 *Sapiẽtis est reuocare malè dicta.* 4 5 *Statuta variantur cũ tẽpore.*

ADDITIO. De mutatione opinionis & variatione, an sit licita & permissa, & sic quęrendum est, an l. j. C. de furtis. & c. gesta. 24. distin. quæ dicunt quod cõtraria allegans non est audiendus, procedat in dictis aduocatorum & doctorũ cõsulentiũ, & maximè in Bal. qui more suo in multis fuit sibi cõtrarius & varius. Et breuiter in hoc articulo omissa lõga disputatione videatur do. meus Ias. in l. si ex toto. §. si ita legatũ. in pe. col. ff. de lega. j. & Decius in regula iuris, nemo potest mutare. in ij. col. ff. de regu. iur. & Dy. in regula, mutare. de regu. iu. in vj. & ibi tenent quòd non procedit in doctoribus, quibus licitũ est variare. argu. l. diui fratres. ff. de iure patro. & gl. in l. quod sæpe. §. in his. ff. de cõtrahē. emptio. vbi dicit quòd Bulgarus more sapientis mutauit cõsiliũ. & glo. magna in l. j. ff. de periculo & cõmo. rei vēditæ in medio. vbi etiam loquitur de dicto cõsilio Bulgari mutato. facit. l. Labeo. ff. de seruitu. rustico. prædio. vbi Bal. excusat variationem scribentiũ. & in d. l. manifestissimi. ad idem est glo. in c. vides xxiij. q. vj. in versic. opinio. & in §. disciplinam. in verbo, gladiis. xlv. distinctio. vbi Car. Alex. & in c. quid. quinquagesima distin. inferens quòd leges possunt exponi diuerso modo in diuersis locis. & ita etiam tenet Lucas de penna in l. professio. per illum text. C. de muneribus patrimo. lib. x. Et istud procedit tam in lecturis, quã in cõsiliis, prout dicunt Bal. in d. l. manifestissimi. §. penul. & Car. Alex. in d. c. disciplinã. vbi dicũt quòd licitum est quãdoq; in diuersis causis, & inter diuersos contraria cõsilia ex superuenienti ratione dare, sed si inter eosdem reuocatur primum cõsiliũ, debet restitui salarium habitum à primo consilio, vt dicit Paul. de ca. in l. de tutela. per gl. C. de in integrum restit. minorum. iusta enim de causa, vt dicit Bald. in d. l. fi. doctor potest consulere diuersis temporibus diuersa & varia. & idem Bald. in c. ne innitaris. in fine. de cõstitutio. vbi refert de Augustino, qui fecit librũ retractationũ. Et de doctore cõtraria cõsulente, vide Ang. in d. l. Labeo. ff. de seruitu. rustico. prædio. prout etiã fecit quãdoq; Bar. vt colligitur in l. si pater. C. de instit. & substit. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. in iij. q. ff. de verb. obli. ideo se excusat Barba. ꝙ mutauerit opinionē in consi. j. charta viij. lib. j. & ĩ c. j. col. xxij. de cõstitutio. dicit tamē Ang. in d. l. Labeo. ꝙ doctores debent abstinere ab ista mutatione opinionis tanquã ab igne, quia ob malignitatē linguarũ talis mutatio in malã partē accipitur, & quãdoq; nõ euitãt pœnã pręuaricationis. l. j. C. de aduoca. diuerso. iudicũ. quã ad hoc alleg. Spec. in tit. de aduoca. §. j. Geminianus & Philippus Francus in c. fi. penu. col. in gl. ij. de testibus. lib. vj. & Philippus Decius in l. precibus. in ij. col. versicu. ij. nota. C. de impube. & aliis substitutio. vbi loquitur de Socino. idem tenet Albericus in l. fi. C. de postulã. & dicit Pau. de ca. in l. fi. C. de aduoca. diuerso. iudicũ. quòd abstinendum est ab his pręuaricationibus, exemplo Oldra. qui præ tristitia mortuus est. tamen dominus Iason, præceptor meus in d. §. si ex legat. ponit quando consulens potest variare, & Philippus Corne. in consi. vij. incipiente, reparo me. in prin. in iiij. volumine. vbi dicit quòd potest doctor cõsulere pro vtraque parte quando variatur factum, & ibi se excusat. & si vnum dicatur in lecturis, & aliud in consiliis, excusandus est doctor. adducitur tex. in c. decretalis. xx. distin. facit l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testamento. & ibi Barto. notat. & in l. Aurelio. §. fi. ff. de liber. lega. & in l. naturaliter. §. nihil commune. vbi do. meus Iason in vj. colum. ff. de acquirenda possessio. quoniam cõtraria in diuersis causis possent allegari, vt dicit Lucas de penna in d. l. professio. C. de muneribus patrimo. Et hæc procedunt in doctore consulente, sed quid in principe, nã in principibus variatio & inconstantia reprobatur, quia in principe tanquam in fonte iustitiæ, debet esse cõstans vo-

luntas. & principibus cōuenit illud verbū, Semel locutus est Deus. & quod scripsi scripsi. & ideo princeps debet habere vnū calamum, & vnā linguam, & non plures, quoniā scriptū est, quæ processerūt de labiis meis non faciā irrita. vnde debet esse īmobilis sicut lapis āgularis, & sicut polus in cælo. verba sunt Bal. in consi. cclxxix. incipiēte, pridie enim cōsului. in iij. lib. & ibi cōcludit quòd quādo princeps etiā ꝓprio motu reuocat id quod priùs fecit, fingitur circunuentus, adeò quòd cōtrariū probari nō potest. & ita ampliare videtur id quod dicitur in c. cū olim. extrà. de re iudicata. & idē de ij. cōcessione alteri facta quòd nō valeat cōtra primā latè probat. & tenet Roma. in cōsi. ccxviij. incipiente, circa primā. & disputatur per Alex. & Lucā de penna in locis suprà allegatis. per Deciū in d. regula, nemo potest mutare. vbi multa cōsilia ad hæc alleg. dicit tamē Mat. de affli. in cōstitu. regni Siciliæ, quæ incipit, præcipimus. in j. libro, quòd in officiis cōcedēdis & mutādis quādoq; permittitur principi variatio. Et cū, vt hîc antè vidimus, licitū sit & permissum quādoq; mutare opiniones, protestor, secūdū quod etiā protestatus est Mat. de affli. in fine cōstitutionū regni Siciliæ, quòd non obstēt mihi propria scripta, si dum vita comite aliis rationibus videatur mihi aliud dicēdū, quia intellectus peregrinus hominis ꝓpter varias rerum figuras non est semper vniformis. Cuius Matthæi dicta in commento constitutionum regni Siciliæ hoc anno domini M.cccccxxxj. me existente in hac ciuitate Parisien. remissiuè ad hæc mea commētaria addidi. & eius opera super dictis constitutionibus nondum videram, & quædam negotia ibi agendo fui nominatus à curia parlamentali ad officium consiliarij in dicta curia, ad nominationem cuius christianissimus Rex noster me consiliarium fecit die iij. Augusti, eodem anno. *

Quæstio. SEd nunquid possit maritus petere principalem sortem debitam cū arreragiis iam incursis, & pro tempore præterito escheutis? fui interrogatus de hoc casu, & videtur ꝙ nō, quia vsura est pœna. l. fine. qui & ibi Bar.

6 *Arg. de pœna ad vsuram.* ff. de neg. gest. l. lecta. & ibi Alex. ff. si certū pet. & dicit ibi do. meus Ias. * de pœna ad vsurā valet argumentum. glo. in d. l. lecta. in verbo, pœnæ. & in l. Iulianus. §. idéque Papinianus. ff. de actio. & facit tex. in l. nō solū. *la seconde*, versic. vsuras. ff. de liber. leg. tamē Bar. in d. l. qui fine. Alex. & Iason in d. l. lecta. & Roma. in cōsi. ccxl.

7 *Pœna & vsura quomodo* 8 *differāt.* faciunt & ponunt aliquas differentias, * sed in pœnis cōuētionalibus quis nō potest petere & rem & pœnam, imò debet altero esse cōtentus. l. rescriptū. §. si pacto. ff. de pactis. & ibi Bar. & alij doc. Alber. de rosate post alios in l. j. C. de iudiciis. * videtur facere aliam differentiā inter pœnā & vsurā, quia vt dicit, pœna nō potest peti cū principali, sed vsura potest peti cū sorte principali, vt videntur doctores innuere per tex. in d. l. j. qui nihil mihi facit, nec video quòd ex illo textu inferri possit quòd ibi fuerit petita sors, sed credo quòd mens & intellectus illius legis est, quòd iudicio cœpto super vsuris prȩteriti temporis, stipulatio vsurarū currētiū post nō est perēpta. nō aliter insisto, sed teneo opinionē communē. ¶ Videtur ergo dicēdū ꝙ aliud est in pœna, aliud vsura, & quòd vsura etiam peti potest, & principale simul. & hoc est etiā iuridicū in hoc casu, cùm hæ vsuræ de quibus hîc fit mētio nō sint simpliciter cōuentionales, imò legales, & per legem nostrā municipalem, & ideo

9 *Pœna legalis.* etiā peti possint, * cū pœna legalis peti possit cū principali, vt notant Bart. & do. meus Iason in d. l. rescriptū. §. si pacto. ff. de pac. & licet dicatur quòd etiā aliquando hæc pœna quæ de iure debeatur deducatur in contractu matrimonij per stipulationē, vt solēt multi facere, tamē nō id inspicimus, sed id quod agitur principaliter, hoc est id ratione cuius principaliter debetur, scilicet ratione legis municipalis, ita disponentis fauore dotis, & etiā iuris cōmunis. c. salubriter. de vsuris. quæ tamen licet deducatur vltra legem, in cōuentionē, per stipulationem, nō desinit esse in cōsideratione: sicut videmus in simili de iudice ordinario, cui cōmissa est causa à principe, qui pro hoc non desinit esse ordinarius. faciunt quę dicit Butriga & Bal. in l. qui procuratorem dat. in prin. ff. de procu. de veritate cuius decisionis ponit do. meus Ias. in l. j. §. & post operis. ff. de noui ope. nūcia. & in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obl. & in l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iure. licet regula per eundem in dictis locis posita videatur cōtradicere, & etiam huic nostræ cōclusioni, quia ex quo dispositioni legis cōuentio & stipulatio interponuntur, videtur esse alterata natura dispositionis legalis, * etiam quia stipulatio interposita super

10 *Stipulatio mutat naturā actus.* aliquo actu immutat naturā illius actus. vt facit tex. in l. emptio. ff. de rescinden. vendi. vbi stipulatio interposita super contractu emptionis & vēditionis immutat naturā illius contractus. ¶ Faciunt tamē pro hac conclusione plura, pro parte cōtraria per dominū meū alleg. in rub. ff. de verb. obli. vbi tandē cōcludit, an stipulatio interposita super aliquo actu reguletur secūdū illū actū, ideo licet in dicta vsura, seu pœna debita fauore dotis & matrimonij pro cētenario decem, quę est iure debita, interponatur in contractu matrimonij stipulatio & promissio secundum formam nostræ legis, dicentis per ea quæ dominus meus Iason ibidem allegat dictā stipulationem regulari secundum naturam nostræ legis municipalis, ita quòd & principale, & arreragia, hoc est pœna & res, simul peti possint, cū per hanc stipulationem seu conuentionem hæc pœna nō desinat esse legalis.

ET aduerte quoniā potest petere principale debitum iam escheutum in terminis elapsis actione hypothecaria reali, & bona hypothecata in patria iuris scripti debent declarari hypothecata pro dictis terminis elapsis quo ad effectum exactionis. & pro aliis in futurum debendis nō possunt peti quo ad effectū exactionis seu condēna. l. j. C. de fideicōmissis. vbi tex. rotundus. Bar. in l. ita stipulatus mihi. xiiij. col. ff. de ver. obli. Pau. de ca. in l. j. iij. colū. C. de iudiciis. & quo ad vsuras seu arreragia potest petere bona declarari hypothecata pro dictis

11 arreragiis, tam præteritis quā futuris, si expressē fuerit cautum inter partes, aliàs non. * hypothecatæ enim res pro principali, non censentur hypothecatæ pro vsuris seu arreragiis. l. per retentionem. C. de vsuris. l. solutum. vbi bonus tex. iuncta glo. in §. si in sortem. ff. de pigno. actione. l. grege. §. fin. in fi. ver. ff. de pigno.

12 *Dubiū.* REstat * nūc aliud dubium, vtrùm principale & arreragia possint simul peti in eodem iudicio in patria iuris scripti, vbi nō viget hæc nostra cōsuetudo, ita vt actio personalis ad principale, & actio personalis ad arreragia in eodem iudicio cumulentur, sic quòd vna & eadem sententia possint terminari. ista quæstio est subtilis in materia cumulationis quæ affert honorē aduocatis eā bene intelligētibus, secūdū Bart. in l. fundū Titianū. ff. de exce. ¶ Et primò videtur quòd principale & arreragia, seu sors cū vsuris nō possint in eodē iudicio peti, &

13 *Regula.* cumulari, ista enim est regula in materia cumulationis, * ꝙ quando iudicia seu duæ actiones sic se habēt, quòd sentētia absolutoria lata in vna pariat exceptionē rei iudicatæ in alia, nō admittatur cumulatio. & hāc regulam posuit Dy. in regula, nullus pluribus. de regu. iur. in vj. Bart. in l. edita. C. de edendo. Ange. in §. si minus. institu. de actio.

actio.Sed satis liquidè cõstat*absolutoriã latam super sorte parere exceptionem rei iudicatæ in vsuris,cũ arreragia sic se habeant ad sortem,vt non possint deberi nisi sors debeatur. igitur petitio sortis & arreragiorũ non est admittenda,ita vt de istis duabus actionibus possit fieri cumulatio. 14

Item*præiudiciales actiones nõ possunt simul in eodẽ iudicio intẽtari:sunt enim huius naturę,qꝫ vna.s.magis præiudicialis,facit silere minus præiudicialẽ.l.vnica.C.quãdo ciuil.actio.prætor.§.hoc edicto. vbi amplè Bar.de ista materia.ff.vi bonorũ rap.sed actio personalis ad sortem, & actio personalis ad arreragia sunt præiudiciales,cùm sententia lata super sorte faciat præiudicium in vsuris.l.fundi quẽ.vbi Pau.de ca.ff.de exceptio. ergo cùm supradictæ actiones sint præiudiciales,non possunt simul intentari & cumulari. 15 *Præiudiciales actiones nõ possunt vna intentari.*

ADDITIO. Quæ autẽ sint exceptiones præiudiciales ponit Mat.de affli.in constitu.regni Sici.quę incip. similiter agens.in vj.notabili.vbi ponit an omnes apud eos sint correctæ, ex quo illa constitutio tollit exceptiones præiudiciales, ita quòd debet simul cum principali cumulari, prout etiã fit apud nos in materia possessoria,in qua placitandũ est ad omnes fines,nõ habendo respectũ ad fines non recipiendi,quæ impediunt litis ingressum,quæ primò deberẽt discuti,præterquã tamen in causa appellationis,vbi fines non recipiendi primò sunt discutiendi: an tamen causa nullitatis sit primò discutienda, vide eundem Matthæum in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit,dilationes. in iij.notabili. vbi amplè declarat an deserta appellatione per lapsum fatalium sit sublata nullitas,& ibi tenet quòd non.*

Licet prædicta fundamenta sint vrgentia,ita vt his motus Bar.tenuerit pro hac parte in d.l.edita.C.de edendo.& in l.ij.C.de peti.hæreditatis. vbi dicit in iudicio particulari non esse admittendam petitionem fundi & fructuum in eodem iudicio.

Puto tamen cõtrariũ verũ,scilicet quòd in eodẽ iudicio principale & arreragia iam incursa siue escheuta peti possint,non obstantibus fundamentis supradictis.Non obstat igitur primũ fundamentũ.s.qꝫ absolutoria lata & c.quoniam intelligimus admittendã esse cumulationem & petitionem principalis cum arreragiis, si modo in eodem libello vnum principaliter,& aliud accessoriè petatur, quo casu admittitur cumulatio in eo. iudicio,regula autem supradicta intelligitur & procedit quando in diuersis iudiciis,vel in eodem iudicio in diuersis libellis æquè principaliter petuntur principale & arreragia,quo casu non admittitur cumulatio,secundũ Dy.in dicta regula.quam sequitur Pau.de cast.in l.j.C.de iudiciis.

Non obstat fundamẽtũ de præiudicialib9 actionibus,*qa sunt diuersa genera pręiudicialiũ actionũ.Quędã enim sunt præiudiciales actiones ratione maioritatis,alię ratiõe autoritatis,& tales nõ possunt cumulari.& de istis loquuntur iura in contrariũ allega. Quædã autẽ sunt præiudiciales adinuicẽ, vt sunt istæ de quibus est controuersia.& de istis loquitur tex.in d.l.fundi quẽ.ff.de exceptio.& tales possunt cumulari in eodẽ iudicio,si in vno libello vnũ principaliter,& aliud accessoriè petatur.Et pro hac opinione facit tex.in §.sed neque. in aut.de fideius.colla.j.vbi admittitur cumulatio actionis hypothecariæ personalis & realis,& tamẽ sunt præiudiciales.glo.in l.quæ de inofficioso.ff. de inoffic. testamen. vbi etiam admittitur cumulatio petitionis hæreditatis & querelæ inofficiosi testamenti, quæ tamen actiones sunt præiudiciales. igitur in istis cùm non sit maior ratio, admittetur cumulatio. ¶Ex prædictis patet principale & arreragia simul peti posse in eodem iudicio,& vna sententia terminari. 16 *Actionum præiudicialium genera diuersa.*

Sed quia argumentum validius est reseruandum in fin.secundum Specu.in titu.de alleg.& disputa.§.iiij.pro hac opinione facit tex.in terminis.in d.l.j.C.de iudiciis.secundum primum intellectum glos.quæ luce clarius innuit sortem cũ vsuris præteritis ante litis cõtestationem petitam fuisse, ergo principale & arreragia quę habentur loco sortis & vsurarum in eodem iudicio peti possunt, secundum dictum intellectum, quem approbant Bar.Pau.de ca.& alij doctores,cui intellectui applaudit alia glo.in d.l.fundi quem.super verbo huiusmodi. de exceptio.quæ dicit fundum cum fructibus peti posse.

Aduerte tamen quando pœna potest peti cum principali per doct.maximè Bal.in l.& si post tres.ff. si quis cautio. ¶Item quæro * an dominus census seu reditus possit intentare & actionem realem & personalem simul contra principalẽ,aut contra eius hæredes:an debeat esse contentus vna? ¶Videtur quòd vtrãque posset intentare,per textum in §.sed neque.in auten.de fideiusso.colla.j.quod intellige verum, quando illud quod venit ratione actionis personalis debetur officio iudicis:& non iure actionis,vt tenet Bal. in c. cũ dilectus.in vltima col.extrà,de causa possessionis & proprietatis.¶Item etiam intellige, quãdo actio realis seu hypothecaria, intentatur principaliter,& personalis accessoriè:secus si vtraque principaliter,quia esset contra tex.in l.fundi.& in l.fundum.ff.de exceptio.Eo quòd absolutoria lata in vna,parit exceptionem rei iudicatę in alia.l.si differente.ff.quibus mo.pignus vel hypotheca.dicit Bal.in l.edita.in xxj.col.C.de edendo.& dominus meus Iason in ix. colum.quòd ita de consuetudine obseruatur, vbi plenè tractatur materia. ¶Et intellige omnia prædicta quando intentantur coram iudice qui potest de vtraque cognoscere, scilicet coram iudice laico,cùm ecclesiasticus(cùm sit in rem.l.pignoris.& ibi Barto. & Bald.C.de pigno.)cognoscere non possit.dixi infrà in §.j.titu.*Des censes*.§.ij.& in §.vj.in gl. *sans ce qu'il soit tenu*.Secus autẽ si vtramque intentaret coram iudice ecclesiastico, quia vt vnicuique sua iurisdictio tribuatur:aliàs debitus ordo non seruaretur.Debet enim proponere personalem, & si vtramque proposuerit, debet vnam eligere. Et ista est noua limitatio apud nos ad dictum §.sed neque.suprà allegatum. Aliàs sequeretur inconueniens, quia per indirectum iudices ecclesiastici assumerent cognitionem causæ realis,quam non possunt de directo assumere. Et ita hac die secunda Mẽsis Nouembris,anno domini M.cccccxx.dixi detentus adhuc & fatigatus reliquiis meæ magnæ infirmitatis,& & nisi timuissem labores mihi nocere, cùm essem adhuc debilis,& nondum extra pericula, nec adhuc exierim cameram in qua sum sunt quatuor menses, fortè maiora scripsissem, sed sufficit nunc me dedisse cæteris materiam cogitandi:si alio tempore eueniat casus,vel detur opportunitas, fortè maiora scribam.Guido pape tamẽ in decisione sua cviij.tenet indistinctè admitti cumulationem, & dicit se obtinuisse.& vide eundem quæstione sua cxliij. vbi ponit an rescissio contractus, & restitutio in integrum possint cumulari cum petitorio petẽdo possessionem rei sibi restitui?Ego practicaui, & super his impetraui literas regias. 17 *Quæstio.*

ADDITIO. Vide decisionem Tholosanam ccclxix. vbi dicit quòd agens ad rescisionem cōtractus nō est audiendus, petendo possessorium, sed vt dicit, causa nullitatis & restitutionis in integrum possunt simul intentari, & etiam rescindens & rescissorium possunt simul intentari.

IN TEXTV IBI, Sera souffisamment interpellé.

1 2 *Lapsu biennij cōtrahitur* 3 *mora irregularis.* POst biennium * à die ductionis vxoris ad domū mariti debentur vsuræ marito, * quia per lapsum biennij cōtrahitur mora irregularis. tex. est de hoc multū notabilis in l. fi. §. præterea. C. de iure dotiū. cōtrarium tamē videtur tenere glo. in l. de diuisione. in gl. fi. ff. solu. matri. vbi voluit * ꝙ mulier quæ dotē promisit teneatur ad vsuras & fruct⁹ ex die cōtractus, nō expectato lapsu biēnij. & licet doct. antiqui impugnēt illā per tex. in d. l. fi. §. præterea. tamē Bar. ausus est saluare illā ibi duobus modis, primo vt §. præterea. loquatur quādo extrane⁹ dat dotē, quia nō cōstituitur in mora nisi elapso biēnio: secus autē est in ipsa muliere dante dotē, quia statim cōstituitur in mora à die cōtracti matrimonij, eo quòd recepit aliquid, & marit⁹ sustinet onera matrimonij, ideo mulier statim est in mora, prout tenent cōmuniter doctores, & Alex. in cōsilio cxliiij. incipien. perfectis instrumentis. in v. volu. vbi dicit quòd est cōmunis, ꝙ siue dos fuerit promissa ab vxore, siue à patre eius, etiā si marito possit imputari aliqua negligētia, ꝙ semper sunt in mora à die quo maritus sustinet onera matrimonij: secus si ab extraneo. & dicit hāc esse cōmunē, quā secutus est in consulendo. vide eūdē Alex. in cōsi. lj. in iij. vol. & in consi. liij. eo. iij. vol. ¶ Vel secundò posito ꝙ dictus §. præterea. loquatur in muliere dāte dotem, potest intelligi vt procedat quo ad hoc vt mulier teneatur ad vsuras maiores, secundū dispositionem illius legis, vt ibi per Bar. & in d. l. de diuisione. & ibi dominus meus Iason. ff. solu. matri. & istam solutionem Barto. tenet Bald. in d. l. de diuisione. tamen tenet contra Barto. in d. §. præterea. in penul. colum. versicu. reuoco in dubium. pone quòd mulier. vbi latè examinat, & per multas bonas rationes. ¶ Vides hìc vnum casum in quo biennij tē-
4 pus obseruatur, alium videas in l. cum domini. ff. locati. * videlicet, cùm conductores domorum non apparent per biennium, possunt domus aperiri, & bona ibi inuenta describi. Plures alios vide per Dy. in tracta. de præscriptio. ver. est præscriptio duorum annorum. quos hìc non transporto.

SEd ad prędictas rationes respōdet Roman⁹, & alij ī d. l. diuisiōe. ¶ Sed pulchrū est scire, qn dicitur ꝙ vsuræ debētur post biēniū à die cōtracti matrimonij, * qn̄ dicatur cōtractus matrimonij ad finē prædictū? videtur quod à die traductiōis vxoris ad domū mariti, & nō aliàs, vt tenet Ludo. Rom. in singulari suo, in verbo dos. per tex. in l. vnica. §. fi. C. de iure dotium. Sed Ludo. Bolognignus in d. §. fi. dicit ꝙ à die contracti matrimonij. — 5 *Contractus matrimonij quādo.*

INtellige tamen prædicta quando aliàs dos nō fuisset promissa ad diem certā, quia tunc die lapsa cōtrahitur mora regularis. l. magnam. cum vulga. C. de contra. stipulatio. & ad hoc facit tex. & ibi Bald. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & in d. §. præterea. per Bald. Nam à die tali certa incipiant currere vsuræ si maritus
6 sustineat onera matrimonij. ¶ Adde * quòd sicut dies interpellat pro homine, ita etiam iuramentum, quod est dictum singulare. ita tenet Francisc. de Crema singulari suo cxxij. incipien. vbicunque est iuramentum.

ITem intellige, nisi aliàs interuenisset interpellatio mariti, iuxta. l. si ex legati causa. cū ibi traditis. ff. de verb. obli. quia tunc à die interpellationis incipiant currere vsuræ. & sic istis duobus casibus nō erit opus expectare biennium, & sic moram irregularem, cùm habemus regularem. arg. no. in l. in prouinciali. §. j. ff. de no. operis nuncia. ista tenent Ang. de Areti. & domi. meus Iason in §. fuerat. institu. de actio.

7 *Interpellatio cōstituit in mora.* ET regulare est * ꝙ interpellatione quis in mora cōstituitur. casus est in l. si ex legati causa. ff. de verbo. obl. l. mora. de vsuris. l. quod te. ff. si certū petatur. vbi do. me⁹ Ias. l. Titia. §. vsuras. ff. de legatis. ij. facit quod notat Alex. in cōsi. lix. incipien. Christi saluatoris. vbi dicit ꝙ si statutū requirit in ferenda sententia cōsilium sapientis, cōsultor cōstituitur in mora per interpellationē, & ideo dicit quòd nūquā dicāt stetisse p iudicē vel cōsultorē, nisi postq̄ fuerunt interpellati, & non fecerunt. & istud est verum, siue cōmittatur ad effectum periculi interitus. d. l. si ex legati causa. & l. quod te. siue ad commissionem pœnę. l. si pœnam. ff. quando dies legati. & generaliter quo ad alios effectus ex mora resultantes. de quibus per glo. in l. mora. ff. de vsuris. l. si quis filiū. §. stipulatio. ff. de colla. bonorum. ita formaliter dicit Barto. in l. stipulatio. in vj. quæstione. ff. de verbo. obliga.

8 *An sufficiat interpellatio extraiudicialis.* ET intellige * ꝙ sufficit interpellatio extraiudicialis de constituēdo quem in mora. glo. est in l. qui Romę. §. cohæredes. in verbo, testato. & ibi Bar. & docto. ff. de verb. obliga. & in l. fideiussor obligari. §. fin. in gl. fi. ff. de fideiusso. glo. in l. ampliùs non petitum. ff. rem ratam haberi. facit text. in l. denunciasse. in princip. ff. de adulteriis. & ibi Barto. quam legit sub l. qui vxori.

De his qui debentur officio iudicis. SEd limita istud pluribus modis. primo videlicet vt procedat in his quæ debētur iure obligationis & actionis: secus in his quæ debentur officio iudicis, quia requiritur monitio iudicis. tex. est de hoc singularis secūdum omnes in l. cū postulassem. ff. de dāno infec. quem Bart. ibi dicit singularē, & in d. l. si ex legati. & nō sufficit interpellatio in iudicio, sed requiritur ꝙ fuerit deuentū ad litis cōtestationē. ita intelligit Pau. de ca. in d. l. cū postulassem. & in d. l. si ex legati. imò etiā quod plus est, nō sufficeret libelli oblatio. ita Bar. in l. denunciasse. §. quid ergo. ff. ad legē Iuliā. de adulte. no. Bar. & alij in rubrica de in ius vocan. Ang. & Roma. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obli. facit tex. in l. si libertus à patrono. ff. de in ius voc. & istud refert & sequitur do. meus Ias. in l. vinū. in ij. col. ff. si cer. petatur. hinc plus dicit Bar. in l. vbi exigitur. §. hæc autē. ff. de in ius vocā. quòd opus est expectare donec iudex faciat præceptum in cōuictum. & ita dicit debere intelligi d. l. cū postulassem. Areti. tamen dicit istud non iure probari, & propterea putat ꝙ sola interpellatio in iudicio sufficiat. ¶ Credo quòd opinio Bart. sit vera, per tex. in l. non iustam. C. ad Trebellianū. Nam hæres cogitur adire hæreditatē ex officio iudicis, & hæreditatem restituere. l. nō est cogendus. l. si legatarios. ff. ad Trebelli. l. & sine scriptura. C. eo. & tamē ad hoc vt hæres dicatur in mora constitutus, erit necessarium expectare quòd in eum fiat præceptū de adeundo, nec plùs censetur in mora. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellianū. & ita fuit de mente Barto. in d. l. cum postulassem. dum allegat. d. l. non iustā. & ita mihi videtur sonare d. l. postulassem. & istud etiam tenuit Ange. Areti. in §. j. institu. de actio. dum dicit quòd iudex potest cogere partem ad sic faciendum.

Materia collationis. HAnc limitationem sublimita duobus modis. primo vt nō procedat in materia collationis. Nā licet collatio fiat officio iudicis nobili, tamen interpellatus extra iudicium ad conferendum, cōstituitur in mora. ita Bald. in

Bal.in l.si soror.C.de colla.allegat casum singularē in l.filius.§.fi.ff.de colla.bonorū.vbi dicit ꝙ est mirabile.

SVblimita secundò procedere,quando quis tenetur officio iudicis nobili,sed secus quando teneretur officio iudicis mercenario,quia sufficit interpellatio extraiudicialis.ita tenet Cy.in l.j.in iiij.col.C.de aliena.mutādi iudicij causa facta.& Roma.in l.iij.in ix.col.de arbitris.& Bal.in l.iij.in j.colum. ff.de iurisdi. omnium iudicum.& idem dominus meus Iason in d.l.vinum.in vij.colum.& in d.l.j.in v.col.ff.de iurisdi.omnium iudi. *Officio iudicis nobili.*

SEcundò limita cōclusionē supradictā ꝙ interpellatio extraiudicialis etiā cōstituit quē in mora, quod nō habet locū quādo creditor prius fuit in mora,puta quia interpellatus rē sibi oblatā recusauit recipere sine iusta causa, quia tunc ad purgandū morā suā & constituendū debitorē in mora nō sufficiet simplex interpellatio extraiudicialis,sed est necesse ꝙ deueniatur ad litis contestationē.ita probat tex.in l.sed & si alia.ff.de cōstit.pecunia.quē reputat ad hoc singularē Sali.in d.l.sed & si alia.& in l.pacto. C. de pactis.non insisto circa istud,quia contrarium tenuit Alexan.in l.si ex legati causa.& in l.si insulam.& in l.qui Romæ.§. cohæredes.ff. de verbo.obliga.& vide dominum meum Iasonem in d.l.vinum. *Creditore prius existente in mora.*

TErtiò limita illud quod dictū est,ꝙ interpellatio extraiudicialis cōstituit quē in mora, vt sit verū quando alia mora nō præcedebat,sed si debitor prius erat in mora, tūc interpellatio secunda extraiudicialis non solū cōstituit eū in mora,sed etiā purgat morā præcedentē, eo ꝙ interpellando secūdo loco videtur remittere morā.Bar.no.in l. Aemilius Largianus.versi.ex quo no.per illū tex.ff.de mino.tamē do.meus in l.si ex legati causa.in pe.& vlt.col.ff.de ver.obl.quā legit me audiente,videtur reprehendere Bart. postmodū saluat ipsum in hoc idē do.meus,sed nō ita amplè videtur reprehēdere Bar.in dicto loco.ita dicit in l.cū §.si dominus. ff.de no.ope.nun.& in d.l.vinum.in viij.col.non insisto aliter,quia possunt semper videri scripta domini mei. *Præcedente alia mora.*

QVartò limita quando debitor tēpore quo facta est interpellatio non poterat soluere, tunc illa interpellatio extraiudicialis non constituit debitorē in mora.gl.est multùm notabilis in l.vinū.in gl.magna,circa prin.ff.si certum peta.quem ibi notant Ange.Sali.Alexan. dominus meus,& alij, & idem dominus meus in d.l.si ex legati causa.ff.de verbo.obligatio. *Quando debitor nō potest soluere.*

QVintò limita illud non esse verū quādo quis eligit viā iudicij,& nō interpellationis,quia etiā si iudiciū esset nullū,nō haberet vim interpellatiōis extraiudicialis ad effectū cōstituēdi debitorē in mora,etiam si fuerit lis cōtestata.per d.l.amplius nō petitū.ff.rē ratā haberi.ex quo enim ꝓcessus est nullus,nō possumus dicere ꝙ debitor fuerit interpellat⁹,ex quo creditor hāc viā īterpellatiōis extraiudicialis elegit,nec etiā tāꝗ litē fuerit secū cōtestatus,quia illud nō potest.l.iiij.§.cōdēnatū.ff.de re iudi.l.quoties.ff.qui satisdare cogā.l.nō putauit.§.nō quæuis.ff.de cōtra tabulas.*ex quo enim actus est nullus, nō potest producere aliquē effectū, vt patet ex hìc antè allega.cū id quod nullū est,nullū possit producere effectū. l.nō dubiū.C. de legibus. & videtur deuentū fuisse ad regulā,quod potui,nolui.de qua in l.multū interest.C.si quis alteri vel sibi.c.cū super abbatia.de offi.delega. ¶ Cōfirmatur per id quod dicit gl.notabilis in l.sicut.C.de peti.hæredi. * ꝙ actus factus in iudicio,si nō valet vt agitur,nō valet vt valere potest.Vnde ex quo non potest valere vt interpellatio iudicialis,nō debet valere vt interpellatio extraiudicialis,per supradicta. ¶ Mihi tamen videtur ꝙ ista limitatio possit impugnari,quia certū est de iure, *ꝙ processus nulliter factus habet vim interpellatiōis extraiudicialis. Iaco.de arena in l.in minorū.C.in quibus cau.in integrū restitu.nō est necessaria.quē refert & sequitur Bal.in.c. j.in iij.col.de milite vasallo qui cōtumax est.& Are.in consi.suo cl.incipien.Visis diligēter.in pe. & vlt.col. & in l.si ex legati causa.in vlt.col.ff.de verbo.obl.sicut videmus in confessione facta coram incompetente iudice,quæ vim confessionis extraiudicialis habet,prout dicit Bar.in l.cū scimus.post gl.ibi. C. de agrico.& censi. lib.xj.& tenent Panor.& Feli.c.at si clerici.in princip.extrà,de iudi.& Calderi.in consi.penul.de cōfessis.quia est indubitatū.Alex.in consi.xiij.incipien.Ex his quæ in themate. in j.vol.& in consi.xix.incipien. Ex his quæ in themate.in iiij.volu. non ausus fuit firmare istud vltimum. Cogita in prædictis, quia fortior est prima opinio,eo quòd quod non valet vt ago in iudiciis,non valet vt valere potest. *In eligente viam iudicij.* 9 *Actus nullus nullum producit effectū.* 10 11

SExtò limita,quo ad constituendum quem in mora sufficit interpellatio extraiudicialis,sed quo ad interrūpendam præscriptionem non: quia istud non reperitur iure cautum,sed ad minus requiritur citatio, libelli oblatio,vel litis contestatio.Gloss.ordina.in c.cum notissimi.C.de præscri.xxx.anno.& dic vt ibi, & per doctō.in l.fi.ff.de eo.per quem factum est. *In præscriptione interrumpenda.*

INtellige secundò,quādo dictū fuit*ꝙ interpellatio cōstituit quē in mora,nec requirūtur plures.glo.est in l. mora.ff.de vsu.& ibi Bar.& tex.in l.Titia Seio.§.vsuras.ff.de lega.ij.& ibi Bar.Idē Bar.in l.qui Romę.§. Seia cauit.ff.de verb.obl.Ang.& Imo.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verb.obl. Cano.in c.ex literis. de cōstitu. do.meus Iason l.nō solū.§.morte.in ij.col.de noui.ope.nun. ¶ *Et intellige ista in extraiudiciali interpellatione,cū vnica vim habeat perēptorij.Glo.ordi.in c.si episcopus.xviij.dist.& in l.si tēpora.lib.x. C.de fide instru. & in clemē.prima,in verbo,requisierint.de hæreticis.Et ita in terminis firmat Bar.in d.§.vsu.& in d.l. mora. *secus autē in iudicialibus,quia tres requirūtur interpellatiōes.l.ad perēptoriū.cū seq.ff.de iud.l.tres denūciatiōes.C.quomodo & qñ iudex.l.de vnoquoq;.§.j.& l.cōtumacia.ff.de re iudicata.vbi Alex. plenè examinat, & ponit decē casus in quibus in iudicialibus sufficit vna interpellatio,& quinque aut sex casus in quibus iudex non potest facere vnam citationem pro omnibus.Non insisto in prædictis,quia non est præsentis speculationis,& satis amplè examinauit Alexan.in dictis locis,& canonistæ in c.consuluit.de offi.delega. 12 13 *Interpellatio extraiudicialis vna habet vim perēptorij.* 14 *Iudicialis non, tres enim requirūtur.*

SED quādo dictū fuit suprà*ꝙ sufficit vna interpellatio in extraiudicialibus,dic istud nō procedere quādo tractatur de præiudicio personali inferēdo,nā tūc trinę requirūtur interpellatiōes.aut.si quis ei. C.de adul. Hinc est ꝙ videmus*ꝙ in protestatiōe requiritur scriptura qñ tractatur de præiudicio personali inferēdo. dicta aut.si quis ei.Et tenēt Roma.& alij in l.nō solū.§.morte.ff.de noui ope.nuncia.& Sali.in aut.si quis ei. 15 *Casus quibus non* 16 *sufficit vna interpellatio.*

SEcūdò dic istud nō procedere,*quādo inferior vult cōstituere superiorē in mora,quia trinæ requirūtur interpellatiōes.Casus est singularis in c.j.de suplē.negli.prœla.quē pro singulari allegauit dominus Ant.de butri.in c.cum causa.extrà,de offi.delega.& in c.ex literis.& ibi Imo.extrà,de consti. & Feli.in d.c.ex.literis.in v. col.vbi plura ad hoc allegat.Facit glo.in cle.dudū.in verbo,recusauerit.de sepul. vbi dicit ꝙ ad hoc vt ministri 17

& vicarij mendicãtiũ expostulãtes ab episcopo dari licentiã suo religioso audiendi cõfessiones in sua diœcesi,
noscãtur ipsum constituisse in mora, est necesse ꝙ ipsum ter interpellauerint. de qua multũ bene Feli.in d.c.ex
literis.& Are.in c.iij.in j.col.extrà, de accusa.& Feli.in c.sciscitatus. in viij.col.extrà, de rescri. & ita tenet Ro-
ma.singula.suo ccccxxiiij.incipien.Ego dixi.Facit glo.in clemẽ.j.in verbo, requisierint. de hæreti. quæ dicit ꝙ
quando per parẽ, vt collega collegam interpellat, sufficit vna interpellatio, ergo videtur inferre quòd secus es-
set si inferior superiorẽ interpellet. sed contra glo.in d.cle.j.tenet gl.in d.c.cũ causa.de offi.delega. & illã sequi-
18 tur Hostien.in d.c.ex literis.& ibi Anto.& idem videtur voluisse in cle.j.de deci. * Nam vbi agitur de priuan-
do quem iure suo, trina requiritur monitio. Glo.est in c.fi.in verbo, tertio.de vita & honesta. clerico.& in c.j.
in verbo, tertiam.de milite vasallo qui contumax est. sed priuare quem officio est pœna.l.testamen. Centurio.
ff.de manumis.testa.ergo ad priuandum collegam offic. delegationis est necessaria trina monitio. Pet. de anc.
tenet ꝙ illa gl.est verior in d.cle.j.pro qua tenet Pau.de leaza.ibi.& Cardi.& Imo.in c.cũ causa.extrà, de offic.
deleg.& Bal.in l.qui crimen. in viij.col.C.qui accusa.non possunt.& in l.nam ita diuus.ff.de adopti. & in aut.
itẽ nulla.C.de epis.& cleri.& in l.fi.in iiij.quæst.C.de edic.diui Adria.tollendo.

19 SED istud * intellige & sublimita, nisi superior expressè denegaret, quia tunc sufficeret vnica interpellatio,
ideo quod dictum est hìc antè intelligitur quãdo superior dissimulat cõsentire, quia tũc non esset satis cõ-
uicta sua contumacia & negligentia. ita notant Ioan.And. & Hostien. in d.c.j. de supplen. negli. prælato.& est
gloss.in d.clemen.dudum.in verbo, recusauerint.de sepultu.& sequitur Alexan.in consi.suo lxxxj. incip. stanti-
bus verbis.in iiij.volu.vbi dicit, quòd vbicunque requiritur trina interpellatio, si in prima interpellatione di-
xerit interpellatus se non velle consentire, sufficit pro omnibus.

20 TErtiò dic * supradictã regulam dicentem sufficere vnã interpellationem nõ procedere in appellante. Nam
ad hoc vt videatur fuisse diligens in causa appellationis, vt sibi tempus non labatur, non sufficit semel in-
terpellare iudicẽ vt causam expediat, sed debet summa ope niti, propterea talis appellatio debet fieri in instan-
tia qua petuntur apostolli.l.fi.§.illud.in ver.summa ope.C.de tẽpo.appel.& per illũ tex.firmat ibi Salic.& Bal.
in aut.si appellatione.C.eodem.de tempo.appel.& sequitur dominus Felin.in d.c.ex literis. allegans Angel.
in quodam consilio, quod est consilium cxl. quod incipit, quidam Matthæus.adde Alexan.consi.xix.incipien.
viso processu causæ vertentis.in j.volu.in iij.col.& in consi.lxxxj.in iiij.volu.

21 QVartò dic * supradictã regulã dictantẽ sufficere vnicã interpellationẽ nõ habere locũ in domino requi-
rente vasallũ vt vadat ad pugnã, nam vt possit priuari feudo est necesse ꝙ ter fuerit interpellatus. glo.
in c.j.§ fi.in verbo, legitima.de allodiis.& licet Bal.hanc glo.non videatur ibi sequi, tamẽ anno præcedenti cũ
fuissem interrogatus à quodã nobili Sabaudiæ, qui fuerat interpallatus per edictũ, clamando, *le ban*, & iterum
pro secunda vice fuerat interpellatus per literas illustrissimi ducis Sabaudiæ vt iret secũ in Italiam pro Chri-
stianissimo Rege Franciæ, qui iuit ad debellandum Venetos (quos cũ magna victoria superauit,) quòd ex quo
non fuerat ter interpellatus, quòd non poterat priuari.& cum ei talia dixissem, petiit à me, si istud esset scri-
ptum, quòd cum ei dixissem, quòd sic, me rogauit vt ei darem scripto, quia timebat molestari: quod feci. &
istud fuit in oppido Diuionensi, cum ibi essem ad sollicitandum quendam processum in curia parlamenti.

ADDITIO. Et quòd requiratur trina monitio, vide Matthæum de afflictis in cõstitutione regni Siciliæ
quæ incipit, mulier quæ dotarium. in iij. libro. Aduerte tamen ad vnum singulare quod di-
cit idem Matthæus in cõstitutione regni Siciliæ quæ incipit, si vasallus à domino.in v.notabili. quòd in rege
sufficit vnica interpellatio ad priuandum vasallum suo feudo.& istud dictum fuit allegatum in causa marchio-
nis Saluciarum, quando fuit priuatus feudo marchionatus, anno domini M.cccccxxxj. *

22 QVintò dic * supradictã regulã non procedere in casu aut.statuimus. C.de episc. & cleri.videlicet in iu-
dicibus recusantibus ministrare iustitiam clericis, quia licet priuentur iurisdictione, non tamen nisi post
trinam monitionem. ita tenet Feli.in d.c.ex literis.in secunda sua fallentia.extrà, de constitutio.

23 SExtò dic * idem in casu auten.licet.C.de episco.& cleri. vbi requiruntur duæ monitiones.
24 ¶ Septimò limita * non procedere in casu l.iiij.ff. de pigno.actio.scilicet quãdo creditor conuenit cũ debi-
tore de pignore non vendendo. Nam nihilominus poterit vendere post tertiam denunciationem. Alexan.
in d.l.qui Romæ.§. cohæredes.ff.de verbo.obliga. Sed an istę tres denunciationes possint fieri vna voce, de-
terminat ibi Bar.& dicam infrà.

25 OCtauò limita * non ꝓcedere quãdo volo denunciare seu protestari quòd per me nõ stat, sed impedio per
causam aduersarij mei. Nã nõ sufficit hoc semel, sed finito impedimẽto debeo ei iterũ denũciare, si per ta-
lem nunciationem intendo aliquid noui iuris acquirere. ita not.Barto.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.per il-
lum tex.& ibi dominus meus Iason.ff.de noui operis nunciatione.

26 NOnò limita * nõ ꝓcedere vbi quis tenetur de leui culpa ex cõtractu, quia nõ dicitur fecisse debitã diligẽ-
tiã si solũ semel petiit eã sibi restitui. ita dicit Feli.in d.c.ex literis.& allegat tex.cũ gl.in l.fi.in verbo, instã-
tia.ff.de pign.actio.dicat quicquid voluerit & Bart.& Imol.nec tex.nec gl.in d.l.fi. dicũt aliquid quod valeat.

27 DEcimò limita * non procedere in monitione quę fit vt quis agat vel accuset. iuxta.l.diffamari.C. de inge.
& manumissis.& l.si ea.§. qui accusare. quia debet esse trina monitio, & non sufficeret vna. ita Ange.in §.
si quis autem non implẽs. in ij.colum. versicu.& ex his infero. in auten.de hæred.& falci.colla.j.& in auten.de
eccle.titu.§.sinautem.per illum text.colla.ix.dicit tamen Feli.quòd illud est verum nisi monitus in prima mo-
28 nitione dicat se nolle accusare, quia sufficit vna monitio. in c.licet.in vlti.colum.extrà, de accusa. * sicut in si-
mili dicitur de citato qui dicit se nolle venire. per ea quæ dicit Inno.in c.ad petitionem.extrà, de accusa.& glo.
in c.de illicita.xxiiij.q.iij.& de hac satis suprà dixi.

29 VNdecimò limita * non procedere in monitione quæ fit ad priuationem iuris vel priuilegii, quia ad hoc
vt quis priuetur iure suo vel priuilegio à iure concesso requiritur trina monitio. hinc est quòd si clericus
nõ incedat in habitu & tonsura perdit priuilegium clericale, intelligitur post trinam adminitionem. Panor.in
c.tuæ.de apostatis.in c.in audientia.& c.cum contingit.ij.extrà, de senten.excom. Alexan.consi.viij.in iij.colũ.
in j.volum.

iij.volu.idem tenet Fulgo.in consi.clvij.incipien.supposito statuto.in fine.

SED quia * suprà diximus multos casus,in quibus etiã in extraiudicialibus actibus requiruntur tres interpellationes quæro nunquid istæ tres interpellationes poterunt fieri vno cõtextu?videtur quòd sic, per casum in clemẽ.quãuis.de appel.vbi licet appellans debeat petere apostolos instãter,instãtiùs & instantissimè,tamen poterit eodẽ cõtextu petere instantiùs & instãtissimè.Dicam⁹ idẽ in proposito.& ita videtur tenere Roma.in d.l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no. ope.nuncia.comprobatur, nam licet in actibus iudicialibus tres requiruntur denunciationes.l.tres.C.quomodo & quãdo iudex.l.ad perẽptoriũ.ff.de iudiciis.tamẽ vno cõtextu vna poterit fieri pro omnibus.d.l. ad perẽptoriũ. ita in proposito licet in casibus prędictis tres requirantur interpellationes,tamen poterit vna pro omnibus fieri,dicendo,interpello te pro tribus vicibus.& ita tenet Roma.singu.suo ccccxxiiij.incipiente,ego dixi.do.Alex. tenet cõtrariũ in d.§.si quis ipsi prætori. eo * ꝙ istæ interpellationes quæ fiunt vno contextu habentur loco vnius , & potiùs quis dicitur sæpius loqui quã interpellare.ita not.Bar.& alij in l.iiij.ff.de pig.actio.& per illam gl.dicit Bald.in prooemio.C.in penul.col.* quòd quando duæ confessiones fiunt eodem instanti,nõ dicitur ibi adesse geminata cõfessio.de qua loquitur Bar.in l.censemus.C.de Agri.& censitis.lib.x. Nam istud est clarum in iure,* quòd plura eodẽ impetu facta pro vno reputantur.tex.in l.fin.in fine.ff.ad legẽ Aquiliam.ita dicit & sequitur dominus meus Iason in l.quę bis.idem in ij.colum.ff.de verborum obligatio.Et hoc probatur pluribus rationibus. 30 *An tres interpellationes possint fieri vno cõtextu.* 31 *Interpellationes* 32 *plures vno cõtextu factæ* 33 *habentur ꝑ vna.*

PRimò,*nam si verba plura iniuriosa vno contextu in vnum conferuntur,vnicum dicitur conuicium:secus si cùm interuallo temporis prolata fuissent.l. item apud Labeonem.§.conuicium.ff.de iniuriis.& ibi Bart. glo.in l.nũquã plura.ff.de priuatis delictis. 34

FAcit secundò quòd decidit Bald.in c.ex literis. in vltim.colum.extrà de constitutio.* quòd stante statuto quòd reus in maleficiis ter debeat citari,non sufficit vna citatio pro tribus,etiam peremptoria,sed requiruntur tres separatæ, diuersis temporibus factæ. 35

FAcit tertiò quòd dicitur, * quia si plures res subtrahantur,vnicum dicitur furtum quando vno cõtextu & tempore:secus si diuerso tempore subtractæ forent.l. eum qui.§.idem dicitur.ff.de furtis.& ibi Bart.inducit ad quæstionem statuti dicentis,quòd pro primo furto fustigetur,pro secundo auricula abscindatur, pro tertio suspendatur,quòd si quis eodem tẽpore ter subtraxerit,nõ suspendetur,tanq̃ vnũ dicatur furtum,vt dixi suprà in titu.*Des iustices & droictz d'icelles.§.Se aucun commet.*in glo.*& s'l renchiet.* 36

QVartò facit * quòd dicimus quòd ad inducendã consuetudinem requiritur quòd actus fiant diuerso tẽpore,secũdũ do. Anto.de Butrio in c.fi.de consuetu.not.in l.de quib⁹.ff.de legib⁹.& prout est melior tex.de iure,qui non est solitus allegari,in l.si triennio.ff.de statu libero.quem ad hoc allegauit dominus meus Iason in l.si certis annis.in ij.col.C.de pactis.& ab eo didici. 37

QVintò facit * quòd dicit Bar.in l.eum qui.ff.de annuis lega.ꝙ licet ex solutione x. annorũ præsumatur debitum præcessisse.l.si certis annis.C.de pactis.l. cùm de in rem verso.ff.de vsuris.tamen illud procedit quando illa solutio fuisset facta de per se vnaquæque singulo anno: secus si vno contextu fuisset facta pro decem annis,vel pluribus.ita Bal.in l.ij.C.de dotis promissione.Ioan.Fab.in l.ij.C.de fideicommis.do.meus Iason in d.l.si certis annis.in ij.col.& in l.ij.in xlj.col.C.de iure emphyteu.& in lxx.col. & in l.j.in iij.colum. C.de fideicõmis.¶Ideo etiam emphyteuta probando se soluisse pro tribus annis præsumitur retrò pro toto tempore soluisse,vt est glo.in l.ij.C.de iure emphyteu.& est casus singularis secundum scribentes in l. quicunque.C.de apochis publicis.libro x.Tamen illud debet intelligi quando istæ solutiones fuerunt factæ singulis annis:secus si vno contextu soluisset vno anno pro tribus,prout dicit Bald.in d.l.ij.C.de dotis promissio.& in d.l.quicunque.dominus meus post alios in d.l.ij.C.de emphyteu. 38

SExtò facit,* quia si plures res donentur eodem cõtextu vna erit insinuatio,si legitimam summam transcẽdant,tanquam vna dicetur donatio: secus si diuerso tempore donarentur.l.sancimus.§.finantem.C.de donatio.& dictum est per omnes in l.scire debemus.ff.de verbo.obliga. 39

SEptimò facit quod not. Ange.in l.patris & filij.ff.de vulg. * ꝙ si testamẽtũ patris & filij vno cõtextu fiãt, censebitur vnum testamentum,& vnica tãtùm erit soluenda gabella,sed si fiant ex interuallo, duo reputabuntur testamenta, & duplex soluetur gabella. ¶Ideo facit * quòd licet plures sint tractatus in vno contractu,& quilibet de per se ascendat in summam centum librarum,quòd si fiant vno contextu in vno instrumento, quòd de quolibet articulo,seu de qualibet vẽditione non soluetur gabella tabellionario.quod an sit verũ, dicitur satis in d.l.patris & filij. 40 41

OCtauò facit * quod dicit Bar.in l.in faciẽdo.§.infans.in fi.ff.de furtis.vbi Bar.inducit ad quæst. ꝙ si statuto caueatur ꝙ in nuptiis quibuscũq; tãtũ vocẽtur xij.ꝑsonę,ꝙ si pater & filius simul duxerint vxores ꝙ nihilominus nõ poterũt inuitari nisi xij.personæ,quia vnicæ dicuntur nuptię,quia vno cõtextu fiũt.¶Ex quib⁹ prædictis videtur tenendũ cũ Alex.qui tenet quòd tres interpellationes vno contextu factæ habentur ꝑ vna. 42

ET ad contraria respõdetur. Primò ad textum in clemen.quãuis,suprà allega, quòd illud fuit specialiter inductum ob consuetudinem litigantium.

SEcundò ad text. in l.ad peremptorium.quòd ibi loquitur in itationibus fiendis per iudicem , quas iudex suo arbitrio potest moderare,vt ibi dicitur.

INtellige tertiò quando dictum fuit suprà quòd interpellatio constituit quem in mora, prædicta procedere, * siue interpellatio fiat per ipsum creditorẽ,siue per eius procuratorem,vel eius negotiorum gestorem , quia semper qui interpellatur constituitur in mora.l. si quis solutioni.§. mora.& ibi Bar.ff. de vsuris.glo.Bar.& scriben.in l.sequitur.§.videamus.ff.de verbo.obli.l.prohibere.in prin.ff.quod vi aut clam .facit quod not. Bart. per illum tex.in l.cùm satis.C.de Agric.& censitis.lib.xj.vbi dicit * quòd protestatio procuratoris facit protestatum incurrere in pœnam,sicut protestatio domini.Et istud procedit multis modis,sed alibi dicam. 43 *Interpellatio procuratoris sufficit.* 44

QVartò intellige * prędicta procedere etiã si simpliciter dicatur, solue,nõ expressa causa,quia de sua causa & facto certificatus esse debet.l.quod te.ff.si cer.peta.l.mora.ff. de vsur.qđ intellige ꝓ obligatione 45 *Simplex absque causæ expressiõe.*

secum celebrata: secus si pro obligatione ex facto alterius descenden. vt sui prędecessoris vel procuratoris, quia non sufficeret simplex interpellatio, sed est necesse quòd debitor reddatur certus de obligatione, legendo instrumentum, vel copiam dando. tex. in clemen. causam. de electio. & in l. nomen. C. quæ res pigno. obli. est materia Bar. in l. non solū. §. morte. in materia protestationis citatoriæ. ff. de noui ope. nun. & ita tenet do. meus Ias. in d. l. quod te. in xiij. col. ff. si cer. peta. & ibi Bar. vbi scripsi cum Bar. quando dictum est quòd est necesse quòd ostendatur instrumentum debiti. & adde Pet. de anchar. in consi. ccclxxj. Et facit quando hæres præsumitur scire facta defuncti. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga.

46 Fieri potest procuratori. QVintò intellige * prædicta procedere, siue interpellatio fiat debitori, siue eius procuratori generali cum libera. iuxta no. per gl. & doc. in l. procuratoris. ff. de tributoria. & in l. apud Celsum. §. quæsitū secūdò. de doli mali & metus excep. Bar. tractat materiā in d. §. morte. in materia protestatiōis prohibitorię. Et intellige prædicta duobus interueniētib⁹. Primò. s. ꝙ præsentia domini nō possit haberi. l. aut quid aliter. §. j. cū l. seq. ff. quod vi aut clam. Io. And. in c. generali. de elec. in vj. Secūdò ꝙ hoc est verū qn̄ lex expressè nō requirit quòd denūciatio nō veniat in plenā notitiā domini, quia nō sufficit quòd fiat procuratori. gl. est singularis in clemē. causam. de elec. in verū appellatū. Tertiò requiritur quòd fiat in rē: secus si in personā, ad excusandum vitium, quia tunc non sufficit quòd fiat procuratori, nisi procurator intimet domino. tex. est in l. itē veniunt. §. petitā. & l. ij. ff. de petitio. hæredi. & ita not. Bal. ibi. & idem Bal. in l. de pupillo. §. morte. ff. de no. ope. nun.

47 Tacita. SExtò intellige * ꝙ nō est necesse ꝙ interpellatio fiat per verba expressè denotātia interpellationē, vt interpello. quod aliquādo fit, prout no. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. & in l. quod te. ff. si cer. pet. sed etiā sufficit ꝙ fiat tacitè, vt puta egeo illa pecunia, vellē vt solueres, & similia. ita not. Bar. in d. §. morte. qd̄ tamē videtur sentire do. meus Ias. in l. si ex legati causa. in vij. col. ff. de verb. obl. & intellige vt ibi per eum.

48 Die feriato. SEptimò intellige * etiā si interpellatio fiat die feriato pro actu qui tēpore feriato explicari potest, puta quia soluat, quia isto casu tempus feriatum non videtur obesse. arg. tex. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adulte. Facit quod habetur in l. ij. in fi. C. de appel. & in l. j. §. nunciatio. ff. de noui ope. nuncia.

ALiis autē multis modis cōstituitur quis in mora q̄ per interpellationē, puta qn̄ est assignata dies. Nā constituit quē in mora & interpellat pro homine. l. magnā. C. de cōtrahē. & cōmittenda stipula. imò etiā hora. Ita Bal. in l. j. ij. col. in prin. C. ne liceat tertiò prouocare. Istud nō examino, quia plenè examinauit dominus meus Ias. in l. si ex legati causa. in gl. deberes. in fi. ff. de verb. obl. vbi ponit regulam cum quatuor ampliationibus, & nouem limitationibus. Alios autem modos hîc non ponam, eo quòd hæc cōsuetudo est onerata, sed alibi, quando pleniùs tractabo materiam moræ.

§. VICESIMOQVARTO.

DEniers de mariage qui ne sont a meubles, & qui sont assignez ou promis d'assigner, sont heritages pour la femme, & pour ses heritiers.

¶ IDEM in comitatu Niuernensi.

IN TEXTV IBI, *Deniers.*

ALexan. in l. singularia. in vij. col. & Bal. ibi. ff. si certū peta. ponūt multa specialia esse in pecunia, quæ ꝑ nūc omitto. ¶ * Sed aduerte, quia denarius dicitur decima pars argēti quę decē valebat, quā singuli offerebāt

1 Denari' quid. Cæsari imperatori, quādo durāte pace decē annis vsq; ad ortū Christi, Cæsar fecit totū orbē describi, vt sciret quot prouincias, quot villas, quot ciuitates, quot castra, & quot homines haberet sub se, & quilibet solueret vnū argēteū, quod decē valebat. Vnde dicitur, Exiuit edictū à Cæsare vt describeretur vniuersus orbis. & ibi satis per doctores theologos explicatur, & etiam in legenda sanctorum, in rubri. de natiuitate Do. in principio.

SED dic quòd denarius seu numus est fideiussor necessitatis, secūdū Aristo. & est vita hominis. tex. & gl. in l. aduocati. C. de aduo. diuerso. iudici. Et qui habet pecuniam, habet omnē rem de mūdo, vt dicit Bal. in l. receptitia. in ij. col. C. de probatio. & vt dicit Plautus relatus per Pyrrhum in suo tract. de quæstoris magistratibus, belli neruus est pecunia. vide Curtium in repetitio. l. vnicæ. C. de sequestrati. pecuniæ.

ADDITIO. De laude & excellentia pecuniæ, vide quæ dixi in Catalogo gloriæ mundi, in xij. parte, in liiij. considera. Et quando pecunia sit de rebus quæ seruādo seruari non possunt, vide Bertrandi in consilio suo 100. nume. xiij. in j. parte. *

IN TEXTV IBI, *Sont assignez ou promis d'assigner.*

1 QVæro, * nunquid pecunia in emptionem prædiorum destinata sit res immobilis? dic quòd sic. tex. in l. iij. in §. quid ergo. ff. de cōtra. iudi. tute. quē Ludo. Roma. dicit esse singularem in consilio suo clxxxviij. incipiente, in hac causa mihi commissa. in fi. & in l. si ex legati causa. ff. de verbo. obli. Et adde ad prædicta quæ dicit Lud. Roma. in singu. suo ciij. incipien. Tu habes. vbi dicit quòd ipse solus notauit illum tex. in d. §. quid ergo. & vide Frāci. de Crema singu. suo lix. incipien. pecunia. & quòd & quantū esse debeat causa approximata ad effectum, vt destinatum dicatur pars eius ad quod destinatur, vide Francisc. de Are. in consilio vj. & vide Alexan. facientem materiam brocardicam in consi. suo xcvij. incipi. aliàs de facto cōsultus respondi. in iij. vol. Andr. Barba. in rubri. de rebus eccle. non alienandis. & satis amplè dixi suprà in hoc titu. in §. ij. incipiente, *Femme mariee ou duchie de Bourgongne*, in glo. in verbo, *De tous meubles*, & hîc nō repeto. aduerte tamen quòd ista vxor per istam assignationem efficitur proprietaria. Guido pape q. ccccccxxv.

IN TEXTV IBI, *Sont heritaiges.*

1 Mulier triplicia habere potest bona. Dotalitia. QVæro, * quotuplex dicatur habere patrimonium vxor? dic quòd habet seu habere potest bona triplicis generis, primò videlicet bona dotalia, vt ista quæ dantur marito per eius patrem, aut aliū: & tunc si istæ pecuniæ assignatæ aut assignandæ sunt patrimonium vxoris, & in illis bonis per prædictam assignationem est proprietaria, prout dicit Guido pape quæstione ccccccxxv.

2 SED quęro, pone * quòd mulier habeat amplū patrimoniū, & multa bona, & simpliciter nubat, an videatur omnia sua bona dedisse in dotē? gl. est in l. mulier. ff. de iure dotiū. quę videtur tenere ꝙ sic. sed vide in hoc ibi Bar.

QVæro nũc * nunquid Vigobertus Heduen. habens mixtũ imperium in tota ciuitate Heduen. possit dare tutores & curatores in ipsa ciuitate, & conficere inuentaria? vsque nũc nõ fuit obseruatũ, quia semper procurator regis fecit inuentaria in ipsa ciuitate Heduen. & hoc est quia fit inuẽtarium multoties vt postmodum distribuantur bona illi qui se declarabit hæredẽ, si ergo nullus esse hæres succedit fiscus. qui ne bona pereant tam in sui præiudiciũ, scilicet principis, quã alterius hæredis, facere debet inuentarium, ideo est quòd non facit Vigobertus Heduen. inuentarium, nec decernit tutores, sed officiales regij. & hoc etiam est quia vt dicit glo. in l. j. ff. de tuto. & cura. datis ab his. ille habet potestatem dandi tutorẽ cui est data potestas à lege seu à senatusconsulto, vel priuilegio principis. & ponit ibi tex. & glo. qui sint illi qui habẽt potestatem à lege, inter quos non est defensor ciuitatis, prout est Vigobertus, imò dicit expressè glos. quòd nõ omnis habens merum imperium & iurisdictionem potest dare tutorem, sed cui data est potestas, vt dixi. ¶ Per quã glos. satis apparet quòd etiam licet episcopus Heduen. habeat omnimodam iurisdictionem in ciuitate Heduen. per præuentionem cum rege, & habeat merum imperium, quòd non potest dare tutores, quòd tamen sæpe attentauerunt eius officiales facere, sed fuit obiectum per officiarios regios, & bene, quia vt dicit. d. l. glo. non sequitur, habeo merum imperium & omnimodam iurisdictionem, ergo possum dare tutores, quia tantùm possunt dare tutores qui habent potestatem à lege, de quibus in d. l. j. ff. de tuto. & cur. datis. vel de senatusconsulto vel principe, sed episcopus non est de illis, nec eius officiarij, igitur &c.

SED quæro * nunquid secularis possit facere inuẽtarium de bonis presbyteri defuncti vbi est institutus hæres laicus? dic quòd sic, vt tenet per plura Gui. pape. q. sua cclxj. quod nota, quia vidi altercari in hac ciuitate. ¶ Et an iudex secularis possit dare curatorem clerico, vel econtrà episcopus laico, vide Ioan. Fabr. insti. tu. de Attiliano tuto. & in l. quòd dicis. C. qui dare tutores vel curatores possunt. ¶ Dixi infrà in §. vj. huius titu. in glos. *par inuentaire*, in fin. vbi ampliùs. * 19

IN TEXTV IBI, *Et ha a son proffit tous les meubles.*

DOmini de rota decisione sua xviij. incip. fuit dubitatũ. ponunt & quærunt * nunquid hæc consuetudo valeat, scilicet quòd vxor marito habenti bona mobilia succedat in bonis mobilibus & debitis & creditis, liberis existentibus. vbi concludunt quòd sic. Non disputo aliter, quia satis ibi disputant, sed licet quibusdam videretur quòd non valeret eo quòd hæreditas debetur filio iure naturali. l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. l. ius agnationis. ff. de pac. l. filius. ff. de suis & legi. hęre. l. scripto. ff. vndè liberi. * sed iuri naturali per cõsuetudinem derogari non potest, imò dicitur potiùs corruptela. de consue. c. cũ tanta. xxxij. q. vij. c. flagitia. sed Dy. in regula iuris, indultum, de regulis iuris lib. vj. dicit quòd verum est quòd ius naturale in totum tolli non potest per consuetudinem, sed bene in parte, ipsum scilicet diminuendo, in aliqua parte ipsius. Hinc infert, quòd * licet legitima qui est de iure naturali in totum tolli non possit per consuetudinem vel statutum, tamen potest minui. ita etiam tenet Cynus in l. sancimus. C. de nuptiis. Infinita ad hoc allegantur per decisionem Tholosan. ccccxxxvij. & vide Guidonem pape decisio. cccclxxvj. in fin. Adde do. meũ Iaso. in l. extraneum. *la premiere*, in iiij. col. C. de hæred. institu. Soci. in cõsilio v. in prima parte. Bald. in consilio ccccvij. in prima parte. & in cõsi. cxxxj. in secũda parte. & in cõsil. cccclxv. in tertia parte. & in cõsi. cxl. in prima parte. & in cõsi. ccccxxx. in tertia parte. Fran. de Curte in consi. suo xvj. in vj. col. ¶ Dixi infrà in tit. *des mainsmortes.* §. xiij. in glo. *ne peuuent.* * 1 2 *Consue. iuri naturali derogare non* 3 *potest.*

AT tamen ex quo consuetudo nostra nõ priuat filios in totũ à successione & hæreditate paterna sed solùm in parte, scilicet in bonis mobilibus, est valida, prout tenent ibi domini de Rota. ¶ Quæ autem veniãt appellatione mobilium, dixi suprà titu. *des droictz & appartenaces à gens mariez.* §. ij. in glo. *meubles*, in fi. & quia ibi dixi de pressorio. tu dic * quòd pressorium magnũ & importabile cędit venditioni domus. l. granaria. ff. de ac. emp. vide. l. primam. §. plane. ff. de vi & vi arma. l. longè. ff. de diuersis & tempo. præscri. l. iij. ff. de vino, tritico, oleóque leg. in fin. cum instrumentum sit agri vbi est. l. prædiis. § pe. ff. de leg. iij. facit. l. debitor. ff. de pig. ex quo est ibi appositum vt ibi sit perpetuò: secus si sit paruum & portabile, & non cohæreat fundo, vt est text. & ibi glo. in l. fundi. ff. de actio. emp. & l. Titius. ff. de acqui. rerum dominio. 4 *Pressorium.*

IN TEXTV IBI, *Et faict ladicte femme tous les fruictz siens.*

IStud est contra tex. in l. lex quæ tutores. & in fi. & ibi gl. & l. fi. §. fi. & ibi glo. C. de administra. tutorũ. tamẽ si sit in contrarium cõsuetudo, prout in simili dicit Paul. de cast. in consilio suo ccclxxj. incipiente, super istis dubiis in primo dubio, in nouis cõsiliis, in impressione noua. * vbi dicit quod cõsuetudo quæ est Cauodistrię quòd tutor habeat fructus omnium bonorum pupilli, est valida. 1 *Consue. Cauodistriæ.*

ADDITIO. Dicit tamen Petrus de bella pertica in aut. minoris debitor. C. qui dare tuto. pos. ꝙ talis cõsuetudo est odiosa, ideo minimè extẽdẽda. * ¶ Cõsuetudo ergo nostra istud disponẽs valet. & ibi quærit Pau. an habeat mater annuas præstationes extra locum cõsuetudinis nostræ, & sic extra ducatum Burgundiæ existentes, vbi dicit quòd sic, quem vide. ¶ Vide Boerium in consuetudine Bituricen. titu. de consue. iur. status personarum. §. xj. in glo. l. j. * Quid veniat appellatione fructuum, an veniant successiones prouenientes ad causam alicuius manusmortuæ? videretur quòd non. Cùm ea quæ competunt iure speciali nõ sint in consideratione. l. iiij. ff. de fideicom. liberta. dixi infrà in §. fi. in glo. fi. titu. de succes. in additione ibi posita. Quia sic est nunc quòd talis successio ad causam manusmortuæ est specialis, & iure speciali competit, cùm sit contra omnia iura successionis naturalis, credo quòd veniant solùm fructus qui renascuntur, vt dixi antè titu. *des droictz & appartenances à gens mariez.* §. xvij. glo. *& faict les fruictz siens.* 2

3 *Quæstio.* SED quæro iuxta * prædicta, si in dictis bonis sit ius patronatus an præsentatio spectet ad matrem nutricẽ
4 & balistam, an verò ad filios? Videtur quòd ad matrem, * quia præsentatio est fructus iurispatronatus. glo. singularis in c. cùm Bertoldus. de re iudicata. & Inno. in c. consultationibus. de iure patronatus. & dicit Pau. de citadinis in tractatu suo, de iure patronatus in vj. parte artic. iij. q. xxviij. quòd est fructus industrialis: ergo cùm faciat fructus suos tutrix, videtur quòd possit præsentare. Dicit tamen Felin. in c. cùm olim. in ij. colum.
5 extrà, de maioritate & obed. * quòd quando fit mentio de fructibus ad alicuius sustentationem, non venit præsentatio. Ex quibus omnibus cogita, & aduerte, an pupillus possit præsentare, & quis præferatur, an tutor vel pupillus: & quando minor præsentat, an requiratur autoritas tutricis vel curatoris. vide Rochum de Curte in tractatu de iure patrona. in verbo, competens. q. iiij.

IN TEXTV IBI, En aage souffisant.

Tutela quando finiatur. ADueniente tali tempore finitur tutela. l. fi. C. quando tutores vel curatores esse desierint. insti. quibus modis tute. finiatur. potestatis. in prin. & ibi ponit alios modos quibus finitur. & in §. item finitur. & hoc de tutela pupilli, sed quo ad alias tutelas & curatelas, quia consuetudo nostra nihil disponit, recurrendum est ad ius cõmune. ¶ Et de tutela & curatela furiosi vide Boerium in consuetudine septenæ Bituricen. titu. de consuetud. iur. sta. persona. §. viij. vbi plenè, & de curatore prodigi per Ioan. Sanxõ in cõsue. Turonen. titu. *Des tu-*
1 *teurs & curateurs*, artic. iij. * Et in hac tutela pupilli licèt finiatur pubertate, hoc est adueniente tali tempore,
2 * tamen debent tutores adueniente tali tempore petere curatores vel monere, vel instare apud adultos vt petant curatores, aliàs non liberantur. l. admone. C. qui pet. tu. vt dicit & tenet idem Boerius in prædictis con-
3 sue. titu. eodem. §. viij. in glo. j. ita quòd si incœperint litem pendente tutela, tenentur prosequi. * Et idem dicit de procuratoribus fabricæ rerum ecclesiasticarum, vt finito eorum officio pendente lite alios subrogari faciant. Et idem in rectore seu curato alicuius ecclesiæ parochialis, vt ibi dicit.

4 5 *Malitia quãdo suppleat ætatem, quãdo nõ.* NVnquid * malitia supplet in hoc casu ætatem. glo. in c. iuuenis. & in c. sponsam. extrà, de sponsali. dicit * quòd in spõsalibus malitia supplet ætatem. idem in matrimonio. glos. in c. si pater. de testa. vj. quod intelligendũ est de matrimonio carnali non spirituali, vt habetur in c. ex eo quòd. de electio. in vj. glos. iij. ibi Ioan. Andr. er-
6 go in matrimonio spirituali malitia non supplet ætatem. ¶ * Prudentia & labor etiam supplent ætatem. Luc. de pen. in l. vnicuique. C. de proximis sacro. lib. xij.

7 HI N C etiam videmus * quòd quo ad professionẽ faciendam requiritur pubertas. glo. in c. cũ virum. & in
8 c. postulasti. extrà, de regula. * sic etiã quo ad ætatem requisitam canonico ad habendum vocẽ in capitulo, quæ est ante. xiiij. annum. glo. iij. & Ioan. And. in dicto c. ex eo. Idem etiam in ætate requisita ad finiendum tutelam l. indecorum. C. quando tuto. vel curato. insti. quibus modis fi. tute. in prin. glo. istud ponit in dicto. c.
9 ex eo quòd * sic etiam malitia non supplet ætatem, requisitam in susceptione sacrorum ordinum. not. in c. j. de
10 sponsa. * Sic etiam non supplet in testamentis, vt not. in l. qua ætate. per Bal. ibi. ff. de testa. & not. in c. fin. de
11 desponsa. impu. * sed bene supplet in mare vt obligetur ex iuramento. not. super glos. impuberes. per Philippum Francũ de testa. in vj. in c. si pater. Item in delictis, vt not. in c. ij. extrà, de delictis puerorum. & ibi per do-
12 ctores. ¶ * An si tutor fecerit procuratorem, aut actorem pupillo pendẽte tutela, si finiatur tutela sit finita potestas actoris & procuratoris? dic quòd sic quo ad noua negocia, sed nõ quo ad incœpta quæ potest perficere. l. ita autem. §. fi. ff. de admini. tuto. notatur per decisionem capellæ Tholosa. deci. xliij. & ibi etiam per additio. faciunt quæ habentur in dictis decisionibus, decisione xxxv. & in additione ibi posita.

VIdemus hîc ꝙ ætas sufficiẽs faciat terminũ suũ quo ad liberationẽ à tutela in masculo xiiij. anno, & in fœ-
13 mina in xij. * Sed quare citiùs finitur in fœmina q̃ in masculo? gl. in l. qua ætate. ff. de test. vbi ponit ꝙ masculus nõ potest facere testamẽtũ ante xiiij. annũ, & fœmina ante xij. quęrit, & ponit istud dubiũ, & dicit ꝙ ideo est, quia fœmina est citius sagacior & viri potens q̃ masculus: vt in c. puberes. & c. fi. de desponsa. impuberum.

14 *Fœmina quare citius pubescat q̃ masculus.* ET ratio rationis est, * quia mulier citius finitur & cõsumitur, ideo citiꝰ perficitur. & ratio est naturalis, sicut naturaliter videmus in plantis & herbis & animalibus, quæ sicut cito cõsumuntur, cito perficiuntur. ita tenent Bal. & alij in d. l. qua ætate. & ideo gl. in l. ij. C. de his qui veniam ætatis impetra. dicit ꝙ ideo mulier citius perficitur, quia mala herba cito crescit. ¶ Istud est verũ ꝙ mulier citius perficitur post organizationẽ & formationem corporis in vtero, sed à tempore cõceptus vsq; ad organizationẽ masculus citius perficitur: quia masculus post eius conceptionem formatur & organizatur in vtero post xl. dies. & in fœmina requiritur tempus duplicatum, & sic requirũtur lxxx. dies, vt dicit & tenet gl. Leuitici xij. & habetur v. dist. j. & c. seq. & ibi Arch. & alij sunt in alia opinione, videlicet quòd masculus in xlv. die. de his omnibus vide Alb. in l. qui in vtero, in pe. col. ff. de stat. ho. vbi amplè per eum. & vide suprà in rub. *des iustices*. ibi, item etiam qui percutit.

15 *Ætates hominis. Infantia.* ADuerte, ꝙ licet gl. in l. hæreditatis. ff. ad l. Falci. distinguat & ponat solùm quatuor ætates hominis: melior tamẽ est glo. in proœmio sexti, in verbo, vt perfectus. * quæ dicit quòd sex ætates sunt hominis. Prima est infantia, quę durat vsque ad septem annos, tam in masculo quàm in fœmina. l. si infanti. & ibi glo. C. de iure deliberandi. & ibi do. Alexan. in c. j. & ibi glo. de desponsa. impube. lib. vj.

16 *Pueritia.* SEcunda * ætas est pueritia, quæ durat vsque ad xij. in fœminis, & xiiij. in masculis, vt habetur in glos. j. in c. si pater. de testa. in sexto. & de pueritia habetur in c. pueri. xxij. q. v. & in l. pupillus. ff. de verbo. oblig. & plenè per Io. And. in rub. extrà, de delictis puerorum, vbi ponit quot modis finiatur pueritia.

17 *Adolescentia.* ¶ Tertia * ætas est adolescentia, quæ durat vsque ad xxv. annum, vt l. j. in fi. ff. de mino.

18 *Iuuentus.* QVarta * est iuuentus, quæ durat vsque ad quinquagesimum annum: & de hac habetur in c. iuuenis. extrà, de sponsa. & in l. non aliter. in fi. ff. de leg. iij. & ibi ponitur quot modis finiatur iuuentus.

19 *Senectus.* QVinta * est senectus, quæ durat vsque ad lxx. & de hac habetur in c. j. & ij. de renunt. in vj. & d. l. non aliter. in fi. & ibi qualiter finiatur senectus.

ADDITIO. An hac ętate quis pręsumatur generare? Albe. de rosa. in l. si pater. §. fi. ff. de adoptionibus, dicit quòd in procreandis filiis dicitur senex qui est annorũ lv. quia non est in eo spes procreandi filios: sed Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, post mortem. in v. not. in iij. libro. iactat se generasse

nerasse in ætate lx.annorum. Vidi multos in ætate lxxx.annorũ generasse, nisi dicatur,prout dicebat dominus & præceptor meus dominus Ias. quòd ad dictum Gregorij in registro, de quo per glo.xx.q.j.in summa, quòd puer nouennij imprægnauerat nutricem,erat addendum,ipse scilicet,vel alius. *

Sexta* abinde dicitur seniũ aliarum ætatum terminus,vt l.ij.C.de sacrosan.eccle. quæ est centum annorum, post quẽ terminũ nemo præsumitur viuere,vt est tex.in d.l.fi.gl.verò in verbo,compleuit, in l.j.§. vitiũ.ff. de postu.*ponit quot modis ætas finiat terminũ suum,& quantum ad primam quæ dicitur infantilis,dic quòd septennio finitur vt suprà dixi,& ista ætas consideratur quo ad additionem hæreditatis.l.si infanti. C.de iure deliberan.Item quo ad contrahendum sponsalia requiritur ætas vij.annorum perfecta. c.literas. & c. accessit. de despon.impube. licèt malitia in hoc possit supplere ætatem,vt in c. iuuenis. & in c. sponsam. suprà alle. de sponsali.¶ Item in delictis attenditur ista ætas.c.j.& se.extrà,de delictis puerorum. 20 *Seniũ.* 21 *Ætas quot modis finiat terminũ suũ. infantilis.*

Secundò * est ætas quæ dicitur proxima pubertati, & in masculo est decem annorum cum dimidio,secundũ glo.in l.j.ff.de noua. & post istam ætatem quantomagis est propinquior pubertas, tantomagis dicitur ætas proxima pubertati.ita intelligi debet glo.in c.cõtinebatur.extrà,de despon.impu. 22 *Proxima pubertati.*

Tertiò est ætas pucrilis quæ in masculis finitur in xiiij.anno,& in fœminis in xij.vt iam dixi.in ista ætate vocantur impuberes,& dicitur,seu appellatur ætas pupillaris,vt in l.pupillus.ff.de verb.signifi.& in substitutionibus pupillaribus attenditur hæc ætas,l.ij.in princi.ff.de vulg.& pupil.in qua quidem ætate finitur ipsa pupillaris substitutio.l.pupillari.ff.de vulg.& pupil.& in aliis supradictis,in prin.cuius glo.attenditur hæc ætas,& in quibusdam malitia supplet hanc ætatem,in aliis non.dixi hic antè. 23 *Puerilis.*

Quartò est ætas xvij.annorũ,& ista attẽditur vt aduocatus possit postulare in iudicio,vt in d.l.j.§.initium. ff.de posthu.Item vt possit esse procurator ad iudicia.vt in c.qui generali.in fi.de procu.in vj. 24 *Ætas xvij.annorum.*

Quintò * est ætas xviij.annorũ:vt si relinquuntur alicui alimẽta vsq; ad pubertatẽ,intelligitur durare pubertas vsque ad xviij.annum.vt est tex.in l.Mela.in prin.ff.de ali.& cibariis legatis. Quot modis autem dicatur plena pubertas,vide per gl.in l.arrogato.ff.de ado.§.fit itaque.& ista ætas attenditur quo ad susceptionem sacri ordinis,vt in c.generalem.de æta.& quali.in cle. 25 *Plena pubertas.*

Sextò * est ætas xx.annorum quo ad impetrandum veniam ætatis.l.ij.ff.de his qui veniam ætatis impe.Item quo ad hoc vt possit promoueri ad diaconatum.d.cle.generalem.item quo ad hoc,vt quis possit esse iudex delegatus,vt in c.cùm viccesimum.de officio deleg.& & notatur in l. quidam cõsulebat.ff.de re iudi. Item quo ad hoc vt possit esse arbiter,vt in l.cum lege.ff.de arbitris.Item vt possit esse testis in causis criminalibus.in l.testimonium.ff.de testi.glo.in l.inuiti,*la seconde*.ff.de testi. 26 *Ætas xx.annorum.*

Septimò * est ætas xxv.annorum,& tunc dicitur finiri minor ætas.vt l.j.ff.de minori. & in c.in præsentia.de probatio.& post talem ætatem omnes dicuntur maiores.¶ Et quot modis quis dicatur minor,vide glo.notabilem ponentem multos modos.xxvij.q.j.in c.ij.in prin. * & quot modis dicatur legitima ætas,vide glo.ordinariam ponentem multos modos. xxij.q.j. in c.j.de pace iuramento firmanda. si tamen in statuto,lege,testamentis,vel contractibus fiat mẽtio de legitima ætate vel perfecta,intelligitur de xxv.annis,vt est tex.& ibi glo. l.vlti.C.de his qui veniam æta.impe. * & quid si fiat mentio de matura ætate vel iusta vel cùm adoleuerit, vel cũ in suam tutelam peruenerit,vide in l.cũ filio.ff.de leg.iij.qui est notabilis ad hoc.¶ Et quid si fiat mentio de ætate adulta, vide in l.fi.& ibi glo .ff.de cri.fu.¶ Quæ autem ætas dicatur esse idonea in beneficialibus,scilicet vt quis possit promoueri ad beneficia,vide glo.& doc.in c.si eo tempore.de rescriptis in vj.¶ Præpositum in c.de his.xxviij.distin.*¶ *Quæ autem dicatur legitima ætas quo ad dignitates consequẽdas, vide glo.& doc. in c.cùm in cunctis.extrà,de elec.quę nunc omitto,cùm non sint præsentis speculationis.¶ *Sed quis teneatur probare ætatem, dic quòd ille qui se fundat super ætate, vt C.de in integ.resti.l.si minorẽ.l.cũ.te.C.de proba. Bal.in cõs.suo lxvj.in j.& vlt.col.in iij.vol.Cy.& Bal.in l.cũ te.C.de proba.Bar.& Bal.in l.de ętate.ff.de mino. Canonistæ in c.in præsentia de proba.Luc.de pẽ.in l.j.in pe.col.C.de fide instru.lib.x.& quomodo testes debeant deponere reddendo rationem,vide Iac.de sancto Georg.in l.de ætate.ff.de proba. 27 *Maior ætas.* 28 *Ætas legitima.* 29 *Matura iusta. Adulta. Idonea.* 30 31 *Quis probabit ætatem.*

IN TEXTV IBI, *Parmy ce qu'elle est tenue d'acquitter lesdictz enfans de tous debtz.*

Aduerte * quia vsufructuarius omnium bonorum tenetur ad debita,vt dicit Bar.in l.fi.de vsufr.leg.Guido Pape quæst.sua ccccccxlj.contrarium tamen tenet Alex.in l.vsumfructum per illum tex.ff.ad l.Fal.sequẽdo Pau.de cast.in le.fi.§.finautem. C.de bonis quæ libe. & in consi.ccclxxxvij. & ita etiam tenet Paulus de montepico præceptor meus in l.Titia cum testamento.§.fi.in j.quæst.ff.de lega.ij.¶ Vide amplè de huiusmodi reprehẽsione Bar.per Guil.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verbo,cætera bona.nu.40.de testamentis.vbi ponit reprehensiones Alex.sed illum tacet.Idem * dic in donatario omnium bonorum,qui tenetur ad debita * cùm donatio omnium bonorum intelligatur ære alieno deducto.glos.& doc.in l.æris alieni.C.de dona. dixi suprà, titu.præcedenti.§.xij.Vide eundem Benedicti loco prædicto,nume.xlvj. 1 *Vsufructuarius an teneatur ad debita.* 2 *An donatari°.* 3

IN TEXTV IBI, *Et alimenter.*

Videtur * ꝙ hęc cõsuetudo nostra abusa fuerit termino:quia alimẽtari est maiorũ,sed debebat dicere,*nourrir*,cũ nutriri sit minorũ,vt in casu nostræ cõsuetudinis est.ita notatur hæc differẽtia in l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.*& de iure & consuetudine tutor tenetur administrare alimenta secundũ reditus patrimonij pupilli.vt l.j.& ij.& ibi glo.& Nicola.de Neapoli.ff.vbi pupil.edu.debeat.vt l.fi.C.de ali.pupil.prestan. nec plus est expendendum q̃ in reditibus percipiatur.l.mediterraneæ ciuitatis.& ibi Io.de platea.C.de anno.& tribu.lib.x.c.sopitæ.& c.cũ nuper.de censi.ne longi temporis victum breui hora consumat.c.cũ apostolus . de censi.l.iij.ff.vbi pupil.edu.debeat: & debet attendi consuetudo in cibariis. Corse.in sing.suis.in ver.expen. & Bal.in rub.de consue.extrà,in iiij.col.& Signorel.de Homodeis consi.clxix. ¶ Dic tamen ꝙ * plura sunt quæ idem important,& sunt synonima:alimenta,nutrimenta,educatio,& victus.de verbo,alimẽta,habetur in toto tit.de alimen.& ciba.lega.de educatione,est tex.in l.fina.ff.de ali.& ciba.leg.de nutrimẽtis, in d.l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& ibi per glo.quæ facit differentiam hic antè positam.de verbo,victus,vide in l.verbo victus.ff.de verb.sig.& de his in d.l.si.ff.de ali.& ciba.leg.& ibi etiam de verbo,victus. 1 *Alimentari maiorũ, nutriri* 2 *minorũ.* 3 *Synonima.*

4 *Alimētorum appel. quæ veniant.* SED quero * quid veniat appellatione alimentorum? dic primò quòd veniunt medicinę. Bar. & Alex. in l. si cū dotē. §. finautē. ff. sol. mat. & in l. legatis. ff. de ali. & ciba. leg. & in l. literis. *la seconde*. in §. j. in j. quę. ff. de ali. & ciba. lega. Item venit habitatio. d. l. legatis. ff. de ali. & ciba. lega. quod intelligitur verum, dummodo non sit in transactione. l. cùm hi. §. qui trasigit. ff. de transac.

5 *Expēsæ studij.* ITEM * veniunt expensę in studio pro disciplina. l. qui filium. ff. vbi pupil. edu. debeat. Bar. in l. de bonis. §. non solùm. ff. ad carbonia. Soci. in consilio suo clxj. in fi. & intelligitur hoc verum, quando debentur iure naturę secundum Barto. Bald. & Ang. ibi. & dicit Floria in l. sicut impendia. ff. de vsufru. & quemadmodum quis. quod est verum quando debentur iure sanguinis veri vel præsumpti.

ADDITIO. Vide Mat. de affli. in constitu. regni Siciliæ quæ incipit, comitibus in fine. in iij. libro. *

6 ET nunquid * pater & mater teneantur filios alimentare iure naturali & sanguinis? Dy. in regula, ignorantia. de reg. in vj. dicit quòd sic. l. j. §. huius studij. & ibi doc. ff. de iusti. & iure. §. j. insti. de iure nat. gentium & ciui. & ibi Fabri, doctores maximè Præpositus in c. cum haberet. extrà, de eo qui duxit in matri. nā ex quo simplex mater absque eo quòd habeat bona mobilia filij teneatur filium alimentare & alimentando expensas in studio facere: multo ergo fortius in hoc casu vbi habet bona filij contra iuris dispositionem.

7 *Vestimenta.* ITEM etiam * appellatione alimētorum veniunt vestimenta. l. lega. ff. de ali. & ciba. legatis. l. verbo victus. ff. de verb. sig. ergo frustrà videtur fuisse appositum verbum vestire, quod postea sequitur.

8 *Priuilegia alimentorum.* MVlta priuilegia alimentorū ponit Bart. in l. mela. in prin. ff. de ali. & cibariis leg. ¶ Itē aduerte * quòd alimēta debent præstari de fructibus prouenientibus ex proprietate, nec debet ipsa proprietas vē. Alex. cō sil. suo. lxx. in iiij. vol. & in cōs. c. in j. vol. ꝓ quo tex. in l. ius alimētorū. circa initiū. ff. vbi pupil. educari debeat.

Quæstio. ITEM iuxta prædicta verba quæro. pone quòd mater nobilis nutriuit pupillū & infantē ꝑ xij. annos, & soluit eius debita, aut pone quòd non soluerit tandem moritur relictis aliis filiis pupillis ex alio marito, an iste pupillus qui est nutritus per xij. annos possit & debeat habere partem mobilium, an verò teneatur ad partem debitorum, & sic est quærendum, an ista cōsuetudo habeat locum etiam si mater moriatur ante istud tempus, & iam pro maiori parte tēporis nutriuerit & alimentauerit pupillū, & maiorē partē debitorum persoluerit. hodie fui de hac quęstione interrogatus in casu contingēti, & quia nūc pendet processus, dico solū quòd ex quo iam fuit sibi acquisitū ius per dationem & acceptationem tutelę, ꝙ omnia mobilia erūt matri, & ꝙ tenebitur ad debita in totū, & quòd si sint alij cohæredes matris ex alio marito, qui velint habere mediā partē mobiliū tāquā cōpetentē dicto secundo marito, tenebūtur ad dicta debita, quę mater tenebatur soluere, & ipsum filiū acquittare, & tenebuntur etiam alimentare dictum filiū, & in alia dimidia parte mobilium in qua dicti filij æqualiter matri succedunt, fiet confusio alimentationis, & solutio debitorum pro sua parte.

IN TEXTV IBI, *Vestir & habiller.*

1 *Modus alimentis adhibēdus* ALimenta * de quibus suprà & vestimēta de quibus hìc debent præstari filiis secundum facultates filiorum per patrem eis relictas, facit tex. in l. cùm vnus. §. alimentis. ff. de ali. & ciba. leg. ¶ Et debent ita expendi reditus, quòd aliquid in fine anni supersit, secundum consilium iurisconsulti. in l. ius alimētorum. ff. vbi pupil. edu.
2 debe. Pa. in c. cū apostolus, extrà, de censi. * nec plus expēdendum est quàm ex reditibus percipiatur mediterranee. & ibi Io. de platea. C. de anno. & tribu. lib. x. & vide Boerium in consuetudi. Bituricen. titu. de consue.
3 *Consuetudo at* 4 *tendend.* iur. stat. perso. §. xij. in glo. tutor tenetur de iure. & ibi ponit * ꝙ in expensa fienda, est attendenda consuetudo loci: * & etiam quòd conuentio facta inter prelatum & monachos de alimentis est valida.

5 *Dignitas.* 6 *Scholariū vestes.* ET secundum * dignitatē eorū debebāt vestiri hoc est, quòd meliori veste est vestiendus in xij. anno, quàm in j. ij. iij. & iiij. anno, & sic de singulis. faciunt quæ dicit Alex. in consi. suo lxx. in iiij. vol. quod incipit, ponderandum est, & in consi. c. in fi. in j. vol. facit d. l. ius alimentorum. §. pubertatem etiam contemplari, & ad propositum aliàs legi Odof. dicentem * quòd scholaris non debet habere ita pulchras vestes in primo anno sicut in aliis, sed nunc nescio locum. facit: quia conditio personæ & qualitas est inspicienda & consideranda. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habita. faciunt quæ dicit plenè Feli. in c. causam quæ. in fine. extrà, de re iudicata. & aliqua per Iasonem in l. j. in j. col. C. de leg.

7 *Quæstio* SED quero iuxta prædicta * pone ꝙ vnus aut duo ex filiis se alibi alimētauerūt & vestiuerunt, ita ꝙ nō fuerunt alimētati nec vestiti à matre: nūquid adueniēte tēpore ætatis xiiij. annorū in masculo, & xij. in fœmina poterunt petere alimenta præterita ad quæ mater eis tenebatur? do. meus Ias. decidit istud in l. de alimentis. C. de transa. vbi dicit ꝙ aut alimenta debentur iure actionis, & tunc præterita possunt peti, aut debentur officio iudicis, vt in alimētis quæ debentur filiis à patre, tunc nō possunt peti pro præterito tempore. ¶ Cū ergo hæc alimenta debeantur iure actionis. s. cōditione ex lege vel statuto, seu cōsuetudine nostra, & officio iudicis, quid dicendum? ¶ Videtur per ea quæ dicit do. meus ibi de filia nupta & dotata quæ virtute statuti dotari debeat à patre, ꝙ licet sit ab alio dotata, ꝙ tamen adhuc potest petere dotem, cùm sit debita filiæ iure actionis per statutum seu consuetudinē, secundum quod tenet Alex. in consi. suo vij. in ij. vol. & faciunt quæ dicit idem do. meus in l. diuortio. in vij. col. ff. sol. mat. cogita: quia si eueniret in facto, esset dubitabilis quæstio, & pro amico.

ADDITIO. Aduerte ꝙ onus probandi ꝙ filij fuerint alimentati, ab alio incumbit filiis: quoniam præsumitur quòd aliàs fuerint alimentati à matre quæ ad hoc tenebatur, vt dicūt Bar. in l. nomina. C. arbitrium tutelę. & Salice. in l. quod plerunque. C. de alimentis pupillo pręstandis. Et vide Matthęum de afflictis in decisio. suis, decisio. x. vbi dicit quòd si filius in hoc fecerit se debitorem soluendo, est debitū per alium, qui tenebatur eum alimentare vt notatur in l. libertis quos. §. j. ff. de adi. leg. *

8 PAu. de cast. in cōsi. suo ccclxj. inci. super istis dubiis. in nouis consi. in impressione noua. in vlt. dubio. in fine illius consi. quærit, * nunquid tutor teneatur alimētare pupillū in domo sua, & si nō alimētauerit stāte hac consuetudine per quā lucratur fructus bonorū immobiliū, debeat perdere dictos fructus? & ibi dicit ꝙ si tutor sit talis qui pupillo succederet, quòd melius est quòd alimentetur penes propinquos successores eius successionem non sperantes. l. j. ff. vbi pupi. edu. debeat. l. j. & ij. C. eo. dum tamen eidem administret victū & necessaria, & si hoc fecerit, vel per eum non stetit, debet lucrari fructus. vt ibi per eum. cogita ad dicta sua propter q. & vide

& vide de alimentatione pupilli. Guid. pape. quæst. sua ccccxxxix.

IN TEXTV IBI, Maintenir en bon & souffisant estat.

DE effectu istorũ verborũ dixi suprà in tit. *des droictz & appartenances à gens mariez.* in §.vj. inci. *femme mariée.* in gl. *maintenir.* sed aduerte, * quia tutor tenetur ad custodiam rerum pupilli, ita ꝙ si dicat se non potuisse custodire, incumbit ei probatio. tex. ad literam in l. tutor secundum dignitatem. §. j. ff. de admit. tut. * & si videat tutor res suas, & res pupilli in periculo, debet præferre res pupilli. ita est text. ibi. 2 Tutor 3 tenetur ad custodiã rerum pupilli.

ET ideo nõ potest alienare immobilia sine tamẽ autoritate prçsidis & decreto & cũ causç cognitiõe iuxta l. magis puto. §. nõ passim. ff. de rebus eorũ. etiã trãsigendo. l. nõ solũ. vbi gl. Io. Fab. Albe. & alij. C. de prædiis mino. etiam si res esset dubia. do. meus Ias. in l. mandata. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio, nec exceptiones peremptorias vel renunciare. Bal. in l. pactum curatoris. C. de pac. & idem do. meus in l. præses. C. de transac. & in dicta l. mandata. in fi. dicit ꝙ ista causæ cognitio quæ requiritur in alienatione immobilium minoris non potest alij delegari, nec etiam potest tutor alium constituere ad petendum interpositionem decreti iudicis, secundum tex. singularem secũdum Bal. ibi in l. minorum. C. de prædiis minorum. Et si fiat talis alienatio, etiam datur actio personalis minori contra tutorem. l. magis puto. §. penul. ff. de rebus eorum. & ibi Albe. glo. in l. & si præses. C. de prædiis mino. & in l. eum qui. C. arbitrium tutelæ. ¶ Vide de materia huius glo. Boerium in consuetudine Bituricen. titu. de consuetu. iur. statu. persona. §. xiij. in glo. & sic videtur ꝙ iste tutor. per hoc est dubium an teneatur præstare fidem de feudo, & si non fecerit, vide eundem Boerium in loco hic antè alleg. in glo. hæc consuetudo est generalis.

ISTud tamen limitat duabus limitationibus Ludo. Roma. in singu. suo. Dcxcviij. quòd habeo allegatum in cõsuetudinibus meis antiquis. Dcciij.

IN TEXTV IBI, Caution souffisante.

QVomodo * intelligatur cautio idonea sufficiens prolata à lege, vel statuto, vide plenè per do. meũ in l. iubere cauere. in j. col. ff. de iurisi. om. iu. plenissimè per omnes in l. sancimus. C. de verb. sig. & ibi plura & infinita allegãtur quæ transporto, cũ hæc cõsuetudo sit iam satis onerata, vide etiam Corse. in suis sing. in litera C. in verbo, cautio. ¶ Adde * quòd cautio cum fideiussoribus est maior, quàm cum pignore. vide Luc. de pen. in l. quoties. C. de dig. lib. xij. dixi alibi infrà eo. tit. §. vj. in tex. ibi, *en baillant bonne & souffisante caution.* 1 Cautio idonea ꝙ dicatur. 2 Fideiussoria.

DE cautione * autem iuratoria an possit in hoc casu præstari, vide ea quæ dicit do. meus Ias. in l. j. ff. qui satisda. cog. in v. col. in versi. octauo limita. vbi videtur tenere quòd non sit admittenda in hoc casu, quia in officiis administrandis, vt quia quando quis est electus in tutorem vel curatorem si non potest dare fideiussorem, non statur eius iuratorię cautioni. l. ij. C. de tut. vel cura. idem do. meus Ias. in l. j. pe. col. C. de procu. & in d. l. j. ponit. xiiij. casus, in quibus admittitur iuratoria cautio. 3 Iuratoria.

ET aduertendum est quia do. meus Ias. in d. l. j. ponit xiiij. casus, in quibus non statur iuratoriæ cautioni, quæ causa breuitatis nolo hìc transportare.

DOminus Iacobinus de sancto Geor. in trac. suo feudorum, in ver. Carolus. in prin. dicit * quòd cùm principes impuberes regantur per tutores, ꝙ hoc casu sufficiunt fideiussores tales quales reperiri possunt. vnde dicit ꝙ cùm domina Blancha regina Francorum vellet esse tutrix sui filij impuberis, & dedisset quosdam fideiussores, aliqui dicebant eam repellendam pro tanto regno. sed Hubertus de bobio tunc legens in studio Vercellensi consuluit eam non repellendam, sed sufficere fideiussores quos dare poterat: alioquin sequeretur ꝙ similes principes carerẽt tutore: & dicit ista esse verba Alb. de ros. in l. de creationibus. C. de epi. audi. ¶ Tu dic quòd idẽ dicit do. Marti. Lauden. in tra. suo de feudalibus dominorũ. in iiij. not. & ideo per hoc dico consuetudinẽ nostrã esse intelligendam in cautione sufficienti & idonea. s. cum fideiussoribus idoneis in aliis, q̃ in principibus. ¶ Intellige etiam hanc nostram consuetudinem, nisi aliàs esset idonea dicta mater, quia hoc casu non tenetur dare fideiussorem. facit tex. in aut. cui relictum. C. de indi. vidui. tollen. in ver. si persona est idonea. & ibi Pau. de cast. & do. meus Ias. in d. l. j. ff. qui satis. cog. & idem do. meus Ias. in l. diuortio. §. interdum. ver. adde ad idem. ff. sol. mat. & vide Io. Sanxon in simili cõsue. Turonen. tit. *Des droictz de basse iustice*, arti. xxiiij. & xxv. vbi plura ponit in materia iuratorię cautionis quę ponit do. meus Ias. in d. l. j. ff. qui satis. cog. hic antè alleg. quæ hic non repeto. vide etiam ibidem eundem Sanxon. * an dans lapidẽ pretiosum in pignus excusetur ab onere satisdandi, & se remittit ad notata in l. promissor. §. constituto. de consti. pecu. & in c. cum aliquibus. de senten. & re iudica. & ad supradictam decisionem faciunt quæ dicit Boerius in consuetu. Bituricen. titu. de consuetu. retractus. §. iiij. vbi allegat Barto. in l. quicunque. C. de fun. patrimo. libro xj. 4 Tutores principum. Limitatio consuetudinis nostræ. 5

ADuerte etiam quòd cum cautione prædicta debent quicunq; sunt tutores promittere vtilia facere & inutilia prætermittere. §. fi. in aut. vt hi qui obli. pe. hi. perso. mino. col. vj. insti. de satis. tu. in prin. ¶ Non est verũ ꝙ tex. in aut. matri & auiæ. C. quando mu. tute. offi. fungi potest. & in §. ex his. de hære. ab intest. venien. colla. ix. faciant. dicitur iam inter nobiles & ignobiles, sed solũ fit differẽtia in d. §. ex his. inter catholicos fidei seu Christianos & hæreticos, & nõ aliàs. ¶ Sed quæro, * quid si balista cautionẽ nõ tradat sufficientẽ, videtur ꝙ non habeat actionem, neq; faciat fructus suos sicut in vsufructuario de iure dicitur, qui non satisdedit. l. si vsufructus legatus sit. in prin. cum sua glo. ff. de vsufru. l. vxori. ff. de vsufru. leg. & ibi Bar. idem Bar. in l. si homo. ff. de vsuc. & in l. vsufru. C. de vsufru. & in l. hac edictali. §. fina. C. de secũ. nup. ¶ Et quomodo repelli possit, & qua actione vsufructuarius si non caueat, vide Bar. in l. si vir vxori. ff. de præscri. ver. etsi non cauit à principio, an perdat fructus perceptos: vide Panor. in c. fi. de pig. & ibi Ant. de Butrio qui ponit quatuor opi. & vide vnum verbum per Feli. in c. sinautem. in iiij. col. extrà. de rescrip. 6 7

§. QVINTO.

ET aussi entre gens nobles, se le pere des enfans suruit la femme leur mere, il demeure baliste & legitime administrateur des corps & biens de ses enfans, & prent tous les meubles a son proffit, & faict les fruictz des heritages desdictz enfans siens, iusques à

ce que leſdictz enfans ſoient en aage ſuffiſant, & ſeparez de leur pere, parmy ce, qu'il ſupporte les charges ſemblables que faict la mere declarées en l'article precedent.

1 Pater tutor filiorum. IDem in comitatu Niuernen. non ſic eſt in comitatu Burgundiæ, vt dicã infrà. ¶ * Iſtud eſt de iure
non ſolùm inter nobiles, ſed etiã ignobiles, vt pater tutelã filiorũ ſuorũ habeat, & adminiſtratio-
nem nõ ſolùm corporum, ſed etiam bonorũ. de nobilibus eſt tex. & ibi doctores in l.fi.C.de teſt.
mili. & in l.cùm filiuſfamilias.ff.eo.titu. & in l.ij.ff.de teſta.tute. & pro ignobilibus & nobilibus ſi-
mul. quia loquitur generaliter eſt text.in l.j. & per totum.C.de bo.mater. vbi plenè notatur, & plenè per Ioan.
Fab. Cyni. Bart. Bald. Ang. Salice. & Alexan.in apoſtillis ad Bar.in d.l.j.C.de bonis maternis. vide Boerium in
conſue.ſeptenæ Bituricen.titu.de conſue.iur.ſta.perſo.§.vj.

2 Pater adminiſtrator bonorũ 3 filij. ET dicit text.in l.cùm oportet.§.non autem.& ibi Bald.C.de bo.quæ lib. * quòd pater adminiſtrationem
filij actu & habitu habet, licèt eam non recipiat per decretum, nec tenetur facere inuentarium. dicam infrà,
eodem titu.in conſue.ſeq.incip. *& auſſi le pere.* * & in tantum pater habet adminiſtrationem bonorum filij, ꝙ
4 poteſt filio in illis præiudicare. gloſ.notabilis. & ibi docto.in l.de re. ff. de tranſac. * & in bonis aduentitiis ex
contractu patris acquiritur vtilis filio.glo.notabilis in l.ſi legati.ff.de pig. & poteſt pater in talibus conſtituere
procuratorem ſine conſenſu filij. Bar.plenè in d.l.j. & Roma. conſi. ſuo ccxlj.in iij.col. incipiente, ſpectabiles
domini collaterales. deciſio capellæ Tholoſanæ cv.

5 ET quãdo pater * agit, quomodo in talibus debeat formari libellus vel nomine patris, vel nomine filij, vide
Bal.in d.l.j.in ij.& vlt.col.& Feli.in c.cùm olim.in iiij.col.verſi.quo autẽ nomine.extrà, de teſtibus. ¶ Et
6 intellige prędicta * ꝙ pater habet adminiſtrationẽ bonorũ ſi voluerit, ſecùs autẽ ſi noluerit. quia non poteſt co
gi. tex.eſt.& ibi glo.& Bar.in l.fi.§.ſinautẽ, patre recuſante.C.de bonis quę liberis. Spec.in titu. de actore.§.j.
verſi.ſed & filius.& verſi.in præmiſſis.& ver.ſed nunquid. ¶ Et aduerte, quia illa iura loquũtur quando patri
nihil quęritur in bonis filij, ſecùs qñ habet vſumfructũ in illis, quia tã de iure quã de cõſuetudine noſtra habet
7 regimen & adminiſtrationẽ, * imò, ſi vellet conſentire ꝙ mater præferretur, non poſſet. text.eſt in l.ij.in prin.
& in l.fi.in fi.& ibi docto.C.quãdo mu.tut.offi.fungi poteſt.& tenet gloſ.Io.Fab.Cy.Bald.& alij.in aut.matri
& auię.C.eo.quãdo mu.tute.offi.fungi poteſt.glo.eſt de hoc.& ibi Bar.Bal.in l.qui aliena.§.quãquã.ff.de neg.
8 geſt. ¶ Et aduerte * quòd pater habens adminiſtrationẽ filij, poteſt recipere ſolutionẽ: vt per Ioan.de Imo.in
9 d.§.quanquam. qui allegat illum tex.ad hoc * quòd habens adminiſtrationem coniunctæ perſonæ, poteſt reci-
10 Quãdo mater patri præferatur. pere ſolutionẽ. ita refert & ſequitur do.meus Iaſ.in l.iij.in j.col.ff.ſol.mat. ¶ Et intellige * quòd pater pręfertur
matri quando filius eſt legitimus & naturalis, ſecùs ſi naturalis tantùm, quia tunc mater præfertur. ita Bar.in d.
11 aut.matri & auiæ. in ij.quæſt. in j.col. Nam ſicut videmus * quòd mater in ſucceſſione filij naturalis præfertur
patri, vt inſti.ad Tertullia.§.fi. ſic etiam in adminiſtratione. faciunt quæ dicit Bal.in l. ſi quis ſub conditione.in
iiij.col.verſi.quid ſi pater.& ff.de teſta.tute.& Ang.de Are.inſti.de legitima patrono.tutela.in iij.col.in fine.&
Bal.inſti.de Attilia tuto.in §.nos autem.in iiij.col. & in l.fi.& in aut. ad hæc. C. quando mulier tut. officio
fungi poteſt. ¶ Vide eundem Boerium in loco hìc antè allegato.

12 An procuratorem conſti- 13 tuere poßit ſine filij conſenſu. NVnquid autẽ * pater habens adminiſtrationẽ bonorũ filij poſſit conſtituere procuratorẽ in cauſa filij ſine
eius conſenſu. vide tex.glo.& omnes in d.l.j.C.de bonis maternis.& Ang.Are.in §.pupillus.in ij.col.inſti.
de inutili ſtipulatione.& §.actiones.in iij.col.inſtitu.de actio.deciſio.capellæ Tholoſanæ.q.cv. ¶ Item * an pa
ter agens pro filio caueat de rato & præſtet cautionem iudicatum ſolui. vide gl.Cy.Bar.& Alex.in l.fi.§.vbi
autem.C.de bonis quæ libe. Spec.& ibi Io.And.in titulo de ſyndico.verſi.ſed quęritur. Bar.& Bal.in l.filiuſfa.
ff.qui ſatiſ.cog.Ioan.Fab.in §.eadem. Ange.Are.in §.ſinautem.in iij.col.inſti.de ſatiſdationibus.

14 ITem quando * pater vendit immobilia filij, non requiritur decretum, ſeu iudicis autoritas, quod requiritur
in tutore, vt videtur tenere Azo.in ſumma in rub.C.de bonis quæ libe.ibi, nec puto quòd exigatur.& Bal.in
l.j.ff.de rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt.& Ang.in l.de re.ff.de tranſac.& tenet Bal.ibi, faciens diſtin-
ctionem inter filium emancipatum & in poteſtate. ¶ Credo tamen indiſtinctè verum quòd etiam pater nõ po-
teſt alienare ſine decreto. per l.ſi pupillorum.§.ſi pater.ff.de rebus eorum quæ loquitur indiſtinctè.& ad dictum
Bal.& Azo.non haberet locum in hac patria, vbi pater habet tãtùm vſumfructum vſque ad tempus ætatis le-
gitimæ. ¶ De prædicta deciſione Azonis vide Guil.Benedicti in repe.c.Raynut.in verbo, duas habens filias.
nume.255.de teſt.vbi allegat Bal.Fulgo.Paulum,& Alex.in l.præſes.C.de tranſac.

IN TEXTV IBI, *Et legitime adminiſtrateur.*

1 Patri prodigo interdicitur 2 adminiſtratio bonorũ filij. ADuerte tamen * ꝙ ſi prodigaliter vtatur bonis filij, ꝙ ſibi interdicenda eſt adminiſtratio. l.fi.C.de ſenten.
paſſis. l.imperator.ff.ad Trebel.& ita tenet And.Sicu.in c.venerabili.in fi.extrà, de offi.delega. Et aduerte
ad glo.in §.ſi quis autẽ.inſti.de ſuſpe.tuto.& ibi doct. ꝙ * ſicut tutori accuſato de ſuſpectione & dilapidatione
interdicitur adminiſtratio: ſic etiã interdici debet prælato de dilapidatione accuſato, quomodo ſit intelligen-
dum, vide Barba.in d.c. venerabili, & quæ poſui in vno conſilio meo, incipiente, quidam prior conuentualis.
Sed quia eſt differentia in hoc inter tutorem & pręlatum, ex quo prælatus facit fructus ſuos, vt ibi dixi, ideo ita
faciliter non debet ſibi interdici adminiſtratio ſicut tutori: ita etiam eſt differentia inter patrem nobilem qui
facit fructus ſuos & mobilia, qui non ita de facili remouebitur ſicut burgenſis aut non nobilis, qui non facit
fructus ſuos per conſuetudinem noſtram, ſed non acquirit mobilia. Et ſic in ſimili de alio tutore qui faciliùs
remoueri debet, quàm pater qui facit fructus ſuos.

IN TEXTV IBI, *Et faict les fruictz des heritaiges.*

1 Pater habet vſumfructum in bonis filij. IStud eſt iuris diſpoſitione * quòd pater habeat vſumfructũ in bonis aduentitiis filij. vt C.de bonis maternis.
l.j.& per totum C.de bonis maternis.& C.de bonis quę liberis.l.cùm oportet. ſunt tamen aliqui caſus poſiti
in aut.poſitis in illa lege, in quibus pater non habet vſumfructum in bonis aduentitiis filij.
2 Pater Iudæus non. ADde * quòd etiam pater non habet vſumfructum in bonis filiorum Iudæorum, qui effecti ſunt Chriſtiani.
tex.eſt in c. Iudæorum. xxviij.q.j. quia non ſunt in poteſtate patris Iudæi, & in bonis eorum non habent

vsumfructum. Alex. in consi. lxxj. incipi. ponderatis verbis. in ij. col. in ij. volumine.

ITem *etiam in alio casu pater non habet vsumfructum in bonis filij. s. quando pater est furiosus, licèt sit in eius potestate. tex. est & ibi Bar. in l. cũ hæres, vbi Pau. de ca. Bal. & ali.. ff. de acqui. hære. ¶ *Itẽ nõ habet pater vsumfructũ in bonis filiorũ francigenarum qui non sunt in potestate parentũ, vt dixi antè eodem tit. in §. *le filz ou fille*. Et istud tenet Alex. in l. placet. ff. de acqui. hære. Dixi suprà in d. §. ¶ *Itẽ nõ habet pater vsumfructum in rebus filio donatis per principem. l. cùm multa, & ibi doctores. C. de bonis quæ libe. quem text. dicit Alexan. in l. qui in potestate. ff. de testa. non esse alibi.

3 Nec furiosus. *4 Francigena.* *5 Non in donatis à principe.*

INtellige etiã ꝙ pater habet vsumfructũ in bonis superueniẽtib⁹ filio, per tex. in l. quoties. §. fi. ff. de admini. tut. vbi habetur ꝙ tutoris dati vis atq; potestas trahitur etiam ad bona superueniẽtia, eo ꝙ augmentũ regulari debet secundũ naturã sui præexistentis, seu eius cui accidit. l. etiã vbi Bar. Bal. & doctores. C. de iure dotiũ. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pac. dotalibus. vt aliàs amplè habetur per Albertum brunũ in suo tractatu de augmento, in quinta quæstione principali. in ij. & iij. col. & in nona conclusione principali.

NVnquid *autem pater habeat vsumfructum in feudo filij iure patriæ potestatis. Bal. examinat hãc quæstionem in l. cùm oportet. in iiij. col. C. de bonis quæ libe. distinguendo, vt per eum. *6 An in feudo.*

QVicquid sit teneo, ꝙ & in feudo & in omnibus casibus supradictis pater virtute huius consuetudinis habet commoditatem illius iuris, & facit fructus hæreditagiorum suos durãte tempore minoritatis, quia iste vsusfructus hic debitus patri non debetur iure patriæ potestatis, sed solùm ratione administrationis, quod patet ex consuetudine præcedente, quæ tribuit istud idem ius matri, quæ non habet istum vsumfructum, sicut & pater, & hoc est, quia ex quo iam dictũ est eodẽ tit. arti. iij. filij Francigenarum non sunt in potestate parentum. Etiam satis constat quia si filij essent in potestate parentum in minori ætate, essent etiam in eadem potestate post minorem ætatem, post quã ætatem pater amplius non habet vsumfructum, ergo sequeretur ꝙ patria potestas finiretur adueniente pubertate, quod non est dicendum, aut ꝙ aliud operaretur in minori ætate, quam post pubertatem, & ideo est quod dicit Bald. in d. l. cùm oportet. quòd in casibus dictis per eum ex quo pater non potest habere vsumfructum, habet tamen commoditatem illius iuris. Facit l. fina. ff. de vsufruct. & quemadmodum quis. & l. necessario. §. fi. ff. de pericu. & commo. rei ven. ¶ Item etiam facit text. in l. plenum. §. quanquam. & in l. filiofami. in fi. ff. de vsufru. & habita. vbi habetur *quòd quando est relictus vsus filio, pro indigentia filij tantummodo, & qui cohæret personæ filij, sed illud patri ius non acquiratur, habebit tamen commoditatem iuris, vt per Ang. Are. in §. igitur. insti. per quas personas nobis acquiritur. ¶ De materia huius glossæ vide Boerium in consuetudine Bituricẽ. titu. de consue. iur. sta. persona. §. iij. in duabus gl. ibi positis. ¶ Item aduerte quòd pater habens vsumfructum in bonis filij si alienet perdit illum, vt dicit Bal. l. cùm oportet. §. cùm autem. in fi. C. de bonis quæ liberis. 7

IN TEXTV IBI, *Et separez de leur pere.*

Casus multum notandus.

EVenit hoc anno magna quæstio in hac patria, ratione huius cõsuetudinis. Erat enim quidã nobilis qui habebat solũ & vnicum filiũ, qui in minori ætate ab humanis decessit, habens bona in comitatu Burgũdiæ, & sic in patria iuris scripti, quo ad hũc casum, & in ducatu Burgundiæ, & sic extra patriã iuris scripti: sed in terminis huius cõsuetudinis, cuius filij administrationẽ habebat pater, corporis. s. & bonorũ: quia mortua erat eius mater. Dubitatum fuit, nũquid pater deberet semper habere vsumfructũ bonorũ illius? ¶ Videtur primò dicendũ ꝙ pater debet habere vsumfructũ: quia ex quo semel fuit purificata qualitas seu conditio. s. quia pater habuit filium, & illius & bonorũ suorũ administratio semper durare intelligitur: nec est necesse ꝙ semper duret, sed solũ sufficit ꝙ semel fuerit in prin. actus. Facit text. in c. statutũ. de rescrip. in vj. * vbi Papa non delegat causas nisi existentibus in dignitate, tamen sufficit quòd tempore commissionis sit in aliqua dignitate, licèt non duret. & facit glos. in cle. & si principalis. & ibi Panor. de rescriptis. Facit etiam * quòd si testator instituit in hæredem aliquem, & eidem substituit si decederet sine liberis, sufficit ad hoc vt substitutus excludatur quòd institutus habuerit filios, licèt sint mortui, vt decidit do. meus Ias. in l. si quis. in ij. col. per regulam illius l. C. de insti. & substi. etiam si momento filius instituti vixisset, vt tenet Bal. in c. j. vers. cùm esset episcopum vel abbatem, in vsibus feudorum. sufficit enim rem fuisse factam, licèt non duret. glo. in l. ex facto. §. fi. ff. de vulgari & pupi. substi. Tex. in l. videamus. ff. quòd metus causa. & ibi glo. in verbo peruenisse. Oldra. in consi. cxj. inci. thema tale est. in j. col. & quæ dicit Ang. in consi. xxxiiij. incip. constantinus. Et quæ dicit Feli. in c. ex parte, in tertia intelligentia. de foro compe. * vbi in fauorabilibus quis potest appellari filius qui olim fuit: per Bar. & in l. insulam. ff. de acqui. rerum do. Et faciunt quæ dicit Bar. Pau. de cast. & do. meus Ias. ff. si cer. peta. ¶ Facit multùm pro hac opinione. l. ambiguitatẽ. in prin. C. de vsufru. ibi, sub certo tempore. & ibi, siue persona de cuius ætate compositũ est. Nam in casu illius legis non prospexit ad vitã hominis, sic nec statutũ nouum seu consuetudo hoc casu prospexit ad vitã hominis. ¶ Et facit glo. in d. l. ambiguitatẽ. & de hoc est satis dispositio iuris in terminis, & ad literã in l. si quis. §. sinverò. C. ad Tertullia. vbi dicit tex. Sinuerò defuncta persona in sacris patriis constituta decesserit, pater quidẽ vsumfructũ quẽ & viuente filio habebat, teneat donec viuat incorruptũ. quod intellige verũ nõ extantibus aliis filiis, secundũ Bal. in aut. defuncto. C. ad Tertullianũ. ¶ Et credo ꝙ in bonis quæ sunt in comitatu Burgundiæ, hoc verum est: & non est dubium, quia ibi sunt in hoc articulo in patria iuris scripti, sed in bonis quæ sunt sita in ducatu Burgundiæ ex cõsuetudine nostra, quæ ibi viget, aliud dicẽdum est, quia in illis pater ad vsumfructũ post mortẽ nõ admittitur. ad quod probandũ põdero cõsuetudinẽ nostrã hìc, quãdo in ea dicitur, *Et prent tous les biens meubles a son proffit, & faict les heritages desdictz enfans siens iusques a ce qu'ilz soient en aage suffisant & separez de leur pere.* Et in hoc ista consuetudo est contraria dispositioni iuris, & ipsam alterat: & per eã dispositioni iuris cõmunis derogatur, qa bene intelligẽti, cõsuetudo nostra vult ꝙ pater habeat vsumfructũ in bonis filij ipso existente in minori ætate, & non separato ab eo. Vult ergo consuetudo nostra ꝙ si non sit in minori ætate, vel ꝙ sit separatus à patre, ꝙ pater non habet vsumfructum in bonis ipsius, & istud probatur argumẽto à contrario sensu. Nam si pater habet vsumfructum filij existentis in minori ætate, & non separati à patre: ergo à contrario sensu si non fuerit in minori ætate, vel si fuerit separatus à pa-

1 Sufficit qualitatẽ requisitam 2 semel extitisse, licèt non duret. 3

tre non debet habere vſumfructum, quod quidem argumẽtum eſt validum in iure.l.j.§.huius rei.ff.de offi.eius cui mandata eſt iuriſdictio.dicam latiùs infrà aliqua quæ nolui inſerere in conſilio meo, & ex cauſa quæ nunc volo prætermittere,& hoc ſonat conſuetudo noſtra hoc modo,licèt aliter de iure dicẽdum videatur:& ſic eſt nunc quòd filius mortuus non eſt amplius in minori ætate,nec de iure pręſumitur,imò, quod plus eſt,ad minus eſt ſeparatus à patre,
ADDITIO. Quod intellige, vt dicit Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, fratribus, in quinto notabili. in tertio libro. * ❡ Eodem modo contrà totum ponitur pro parte. l. Titia. Et ibi not. Alexand. ff. ad l. Falcidiam. l. Lucius Titius, in verbo, hæreditatem. ff. de le. j. Et ibi Bald. ad notabilem quæstionem.

Additio.

ADDITIO. Vide de hoc Matthæũ de afflictis in consti. regni Sici.quæ incipit, statuimus in fine. * ¶ Et aduerte ad id quod dicit Sali.in cõsi.suo,in nomine saluatoris nostri, de cuius ore.vbi dicit *quòd si quis obligatus sit ad decem pro resta,liberatur in reliquis, & est obligatus ad illa decem. facit quòd 11
dicit Bar.in l.centurio.in antepe.col.ff.de vulga.& pup.substitu. Et Bal.in l. ab Anastasio. C. mandati. Et ad prædicta vide do.meũ Ias.in d.l.ij.C.de hęredi.insti.vbi ponit tres limitationes ad id qđ dicitur ꝙ appellatiõe residui seu reliqui,totũ cõtinetur.Et vide Feli. in c.ad hęc.ext. de rescrip. ¶ Aduerte tamẽ ꝙ tutor de reliquis quæ retinuerit tenetur in duplũ.gl.in rub.ff.de tutel.& rationibus distrahẽ.in l.j.§.cõsiderandi.& in l.ij.eo.titu. & etiam de malè alienatis.Specu.in titu.de instrumentorum editione.§.viso.versicu.quid si aliquis res.

IN TEXTV IBI, *Si par le pere n'y est autrement pourueu.*

DVbitari posset quid importet hæc clausula in fine posita , an referatur ad omnia suprà posita , & omnia ea æqualiter determinet,an verò ad vltimum tantùm. exemplum, quia dicitur in textu nostræ consuetudinis,quòd post mortem mariti vxor est tutrix filiorũ suorum,si voluerit. & dicitur hìc in fine , *se par le pere n'y est autrement pourueu*.nunquid si pater fecerit tutorem testamentariũ,præferri debeat matri? & sic an illa clausula referri debeat ad illum articulum,& alios sequen.an ad vltimum tantùm.

QVantùm ad primum dic quòd illa clausula in fine posita refertur ad illum primum articulum,quia commodè potest referri,*quia dispositione iuris tutor testamentarius præfertur matri,cùm mater sit legitima,cui quidẽ legitimæ præfertur tutela testamẽtaria,& ideo bene dicit.*se par le mary n'y est autrement pourueu*.& dixi suprà hoc eodem titu.§.iiij.in glo.*se par le pere &c.*

1 *Tutor testamẽtarius præfertur matri.*

QVantùm ad secundum, scilicet, *& prent la tutele par autorité de iustice*, nunquid clausula in fine posita possit referri ad istũ secundũ articulũ,hoc est,ꝙ si pater dispcnat ꝙ mater capiat tutelã, & bona, & administrationẽ sine autoritate iustitiæ,an possit? Bar.in l.legitimos,in prin.ff.de legi.tuto.dicit, ꝙ istud decretũ quòd requiritur in omnibus tutoribus & in quolibet genere tutorum potest etiã remitti à testatore, quia testator potest facere quod tutor accipiat administrationem autoritate propria.per l.an eorum.C.de tut. & cura.datis ab his & ita etiam tenet do.Ias.referendo Bart.in l.non dubium.C.de legib. Ex quo ergo clausula finalis istius cõsuetudinis in illo secũdo articulo,quia si pater disposuerit quod tutor administret propria autoritate,standum est suæ dispositioni.& sic clausula in fine posita refertur ad præceden.

QVantùm autẽ ad secundum & quartum articulos,scilicet ꝙ cõficiat inuentariũ,& quod satisdabit de reddenda ratione administrationis,dixi hìc antè , ꝙ potest prædicta remittere. igitur nõ est dubiũ ꝙ hæc clausula in fine nostræ cõsuetudinis posita referatur ad omnia præceden. quod regulare est.l.j.C.de libe.pręte.vel exhereda.vbi do.meus plenè examinat hanc materiã,ponendo regulam cum duodecim limitationibus.adde Alex.in l.talis scriptura.§.fi.ff.de lega.j.& in cõsi.suo cxxxviij.in fi.in j.vol.vbi ponit.xiij.limitationes.vide de hoc eundẽ do.Ias.in l.si quis.id quod in iij.col.ff.de iuris.om.iudi.& in l.fi.in vj.col.ff.de cõsti. idẽ Alex.in consi.xlviij.in i.vol.c.secũdo requiris.de app.idẽ Ias.in l.si idẽ cũ eodẽ.§.si sub vna.ff.de iuris.om.iud.Feli.in c.causam quæ.in iiij.col.cũ duabus sequẽ.de rescrip.Alex.cõsi.lxvj.in ij.col.in ij.vol.& in cõsi.cx. in ij.col.in iiij.vol.quod est repetitũ ĩ cõsi.ccxiiij.in ij.vol.infinita cõsilia possem hic allegare quę posui in tractatu meo clausularum.in litera C,in §.clausula.in fi.principio vel medio apposita. videre poteris ad plenũ in dicto tractatu.

¶ Iuxta prædicta quæro * pater aliquis fecit testamẽ.& in suo testamẽto ordinauit,quòd vxor sua esset tutrix suorũ filiorum,& ꝙ non teneatur accipere administrationẽ autoritate iustitiæ:& ꝙ nõ teneatur facere inuentariũ,nec ꝙ teneatur dare cautionem &c.postmodũ dicit,& ordinauit, ꝙ vult quòd prędictæ clausulæ in suo testamẽto appositæ quo ad dationẽ tutelæ remoueantur,& ꝙ eas reuocat,an per hoc vxor sua sit exclusa à tutela suorũ filiorũ,quã potest habere de iure, & secũdũ hãc cõsuetudinẽ.vide Ang.post Dy.& Bar.in l.miles.§.sexaginta.ff.de adulte.vbi tenet quòd nõ,nisi cassando dictã clausulã prohibuerit esse tutricẽ. Cogita, si casus eueniat,quomodo fiet cassatio ex dictis Angeli ibi. * Itẽ simpliciter testator ordinauit vxorẽ suã esse tutricẽ suorũ filiorum in suo testamẽto,nõ aliàs dicẽdo,an teneatur satisdare? videretur quòd sic, * quoniã licèt tutor testamẽtarius non teneatur satisdare.notatur in l.in dubiũ.& in l.nõ omniũ.C.de tuto.vel cura.qui satisda.non debent.& insti.de satisda.tuto.in princ.tamẽ ex quo capit autoritate iustitiæ bona per cõsuetudinẽ, & in hoc iuri derogatur,satisdat,* cũ datiui(hoc est à iudice dati)nõ teneantur satisdare,maximè cũ dãtur per inquisitionem,vt in legibus hic antè allegatis. Idẽ etiã videtur si sit data in testamẽto. ¶ * Credo tamẽ quòd ex quo nihil disponit de tutela testamentaria, ꝙ si mater fuerit data tutrix suorum filiorũ per patrẽ in testamento,quòd nõ tenetur satisdare,vt iuribus hìc antè allegatis.& iste.§.intelligitur solũ in legitima,hoc est, quãdo nihil est dispositum à patre:quia si pater eam faciat tutricem,satis dicitur prouidere aliter quàm per consuetudinem sit prouisum,& sic non est ampliùs locus dispositioni consuetudinis.

2 *Quæstio notabilis.*
3
4 *Tutor testamẽtarius pfertur*
5 *matri.*
6

§. SEPTIMO.

ET aussi le pere est legitime administrateur des corps & biens de ses enfans , & apres le trespas de sa femme prent les biens de sesdictz enfans par inuentaire, & demeure obligé de rendre les meubles & heritaiges à sesdictz enfans , quãd ilz seront en aage souffisant, & separez de leurdict pere,en faisant les fruictz siens, & maintenir lesdictz heritages en conuenable estat, & en alimentant sesdictz enfans.

IN TEXTV IBI, *Et aussi le pere est legitime administrateur.*

QVando autem pater dicatur legitimus administrator,& legitimus tutor , ponit dominus meus in l.si infanti.in iij.col.C.de iure deliberan.

IN multis * differunt per cõsuetudines nostras pater & mater habẽtes administrationem filiorum , quando non sunt nobiles.primò,quia mater capit tutelam autoritate iustitiæ.pater nõ.Itẽ mater tenetur reddere rationem administrationis,vt dictum est in consuetudine præcedenti, pater verò non:sed solũ remanet obliga-

1 *Pater & mater in quibus differant quo ad tutelã filiorũ*

tus de reddendo mobilia & hæreditagia filiis ſuis aduenië.pubertate, & in alio, videlicet quando erunt ſepara-
ti à patre. Item mater non fecit fructus hæreditagiorum ſuos, vt in conſuetudine præcedenti, pater verò ſic,
vt hic. Item mater dat cautionem de reddenda ratione adminiſtrationis, pater verò non.

2 QVantum ad primum dic quòd licèt pater non capiat autoritate iuſtitiæ tutelam, tamen non poteſt ad-
miniſtrare niſi decretum iudicis interponatur, * quia in omni genere tutorum requiritur decretum iu-
dicis in ſuſceptione adminiſtrationis. Bar. in l. legitimos. ff. de legi. tuto.

3 Pater nõ reddit ration. adminiſtrationis.

QVantum * ad ſecundum & vltimum, videlicet nunquid pater teneatur dare cautionẽ de reddenda ra-
tione adminiſtrationis, & ipſam rationem reddere? dic quòd rationem reddere non tenetur de iure, vt
not. Doc. in l. cùm oportet. §. non autẽ. C. de bo. quæ lib. per Bald. in l. filiæ, in vlti. col. C. fami. hercíſcũ. & idẽ
Bal. in l. fi. §. paterna reuerẽtia. C. de bo. quæ libe. dicit ꝙ paterna reuerẽtia excuſat patrẽ à reddẽda ratione ad-
miniſtrationis. & facit gl. not. in l. Orphanotrophos. C. de epiſ. & cle. Soci. in cõſi. cclıiij. in ij. col. in ver. ex qui-
bus infero. ¶ Et in cõſi. xxxiiij. vol. j. * ¶ Vide Ioan. Sanxon in cõſue. Turonẽ. tit. *Des tuteurs & curateurs*, art.
j. fo. ccvj. ¶ Vide etiã Boeriũ in conſuetudinibus ſeptenę Bituricen. in tit. *des couſtumes, & uſages des droictz de leſtat des perſonnes*. §. iij. in glo. *adminiſtration*, & vide Pet. Giraudi in ſuo ſingulari. lxxxiij. vbi dicit ꝙ iſtud
eſt regulare quòd omnis adminiſtrator teneatur reddere rationem adminiſtrationis. *

4 Nec ſatiſdat.

ITem etiã * nõ tenetur ſatiſdare. & ibi dicit tex. paterna reuerẽtia excuſante & à ratiociniis, & à cautionib⁹,
& ibi Ange. & Sali. & ideo dicit Bal. per illũ. text. in d. §. non autẽ. C. de bo. quæ libe. quia ex quo pater non
tenetur reddere rationem, quòd non recipiet adminiſtrationem per iudicis decretum, nec faciet inuentarium.

5 LImita * tamẽ prædictã diſpoſitionẽ iuris in duobus caſibus. primò, quãdo pater adminiſtrat vt datiuus, quia
tenetur rationẽ reddere. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. vbi Bal. in l. Aurel. §. Titius teſtamẽto. ff. de lib. leg. Bal.
verò in d. l. ſi ſuperſtite. dicit quòd quãdo eſt legitim⁹ tutor ꝙ tenetur reddere rationẽ. Bertachi. de Firmo in
trac. ſuo de epiſc. in iiij. lib. in vj. parte. in xxix. q. dicit, ꝙ quãdo adminiſtrat, vt datiuus, ꝙ tenetur reddere ratio-
nẽ. dic ꝙ quãdo licèt pater adminiſtret, vt datiuus, quia adminiſtrationẽ capere debet per decretũ iudicis p cõ-
ſuetudinẽ noſtrã. ¶ Quicquid dictũ ſit hìc antè, tamẽ eſt tutor legitimus, & nõ adminiſtrat. & ideo tenetur red
dere rationẽ. ꝙ adhuc clariùs apparet: quia vt apparet ex cõſuetudine noſtra, tenetur facere inuentarium qđ cõ
cernit eos qui tenẽtur reddere rationẽ, & nõ fit. ad aliud notatur in l. orphanotrophos. C. de epiſ. & cle. & Bal.
in d. §. non autẽ. C. de bo. quę libe. ex quo dicẽdũ ꝙ in caſu noſtrę cõſuetudinis pater ex quo tenetur facere in-
uentariũ, & ꝙ nõ habet adminiſtrationẽ vt legitimus tutor, quòd tenetur reddere rationẽ adminiſtrationis.

6 SEcundò * limita quòd nõ procedat in filio emãcipato, quia pater habẽs adminiſtrationem filij emãcipati
tenetur reddere rationẽ. ita tenet Bal. in d. l. ſi ſuperſtite. & in l. licèt. in fi. C. ad l. Falc. Bar. in l. litis. §. fi. ff. de
neg. geſt. Fran. de Are. in l. fi. §. j. ff. de verb. ob. deciſio. Tholoſana. cv. in fi. Bertachi. de Firmo in trac. de epiſc.
l. iiij. in vj. parte. in q. xxix. faciunt dicta per Soci. conſilio ſuo ij. ſuprà allegato.

SE D an pater habens adminiſtrationem bonorum aduentitiorum filij poſſit ante litem cõteſtatã cõſtitue-
re procuratorem ſine conſenſu filij? vide plenè per deciſionem Tholoſanam deciſione ſua cv. ſuprà allega.

IN TEXTV IBI, *Et heritages.*

SE D an ſi pater alienet ſua bona in quibus filius habet hypothecam pro dote matris de conſenſu filij, ſibi
præiudicet filius in hypotheca. vide Petrum Giraudi in ſingulari ſuo xxxij. incipien. tene menti. vbi alle-
gat bonos tex. qui videntur facere quòd non. *

IN TEXTV IBI, *En faiſant les fruictz ſiens.*

COntraria eſt conſuetudo in ſeptena Bituricen. vt per Boerium in commento ſuarũ conſuetudinũ titu. de
conſuetudi. iur. ſtatu. perſo. §. iii. vbi ponitur materia harum conſuetudinum.

VIdetur per iſtũ text. per argumentũ à contrario ſenſu, quòd eſt validũ in iure. l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius
cui mandata eſt iur. quòd ſi pater non ſit tutor, ꝙ nõ debeat habere vſumfructũ in bonis maternis filij ſui.
cõtra tex. in l. cũ oportet. C. de bo. quæ lib. credo tamẽ quòd ex quo argumentũ à cõtrario ſenſu nõ habet lo-
cum in ſtatutis, quando corrigeretur ius cõmune, ꝙ in hoc caſu nõ habeat locũ, vt tenet Alex. in cõſi. ſuo xvij.
in ij. col. in ij. vol. do. meus Iaſ. in d. l. j. in xj. col. per glo. in c. j. in gl. ij. de ęta. & quali. in vj. & in c. ſignificaſti. in
glo. magna. circa mediũ, de fo. cõpe. & in cle. j. in verbo, obſeruare. de ſenten. excõ. facit quòd dicit glo. in c. cu
pientes. §. quòd ſi per viginti. in verbo, petere. de elec. lib. vj. quæ dicit * quòd per ſubauditos intellectus non

1 Arg. à 2 contrario ſenſu.

inducitur legũ correctio, * ſed argumentũ à cõtrario ſenſu eſt ſubauditus intellectus. glo. in l. ij. C. de cõdi. in-
ſer. & venit ex cõiectura. gl. in l. apud antiquos. C. de fur. & maximè in hoc caſu videtur ꝙ ſit recurrẽdũ ad ius
cõmune cũ expreſſè dicatur in fine noſtrarũ cõſuetudinũ, quòd de caſu omiſſo recurrendũ eſt ad ius cõmune.
cũ ergo hic cauſus ſit omiſſus, quia nihil dictũ remanet in diſpoſitione iuris cõmunis. l. cõmodiſſimè. ff. de lib.
& poſthu. l. ſi extraneus. ff. de condi. ob cau. cũ vulg. ¶ Sed aduerte, quia ex quo videtur, quòd iſtud ſtatutum
in ſenſu directo nihil noui operetur, cũ iſtud eſſet iam de iure ſtatutum, quòd pater facit fructus bonorum ad-
uentitiorum filij ſuos, & quòd eſt legitim⁹ adminiſtrator bonorum filij per d. l. cũ oportet. Et ideo eſt validũ
argu. à cõtrario ſenſu, vt tenet do. meus Iaſ. in d. l. j. in xj. colum. limita iſtam concluſionem ad hoc, & dic, quòd
multum operatur cũ de iure pater habens adminiſtrationem non tenebatur ad redditionem rationis, tamen
ſic per cõſuetudinem, & tenetur facere inuentariũ, & ideo debet reddere rationem. not. in l. orphanotrophos.
C. de epiſc. & cle. & Bal. in l. cũ oportet. §. non autem. C. de bo. quæ lib. ¶ Item ſatis operatur ſtatutum cũ de-
tur conditio ex lege, vt dicit do. meus Iaſ. in d. l. j. in xij. colum. cogita. ſi caſus eueniret.

ADDITIO. Quia pater habet tantùm vſumfructum in bonis aduentitiis filiorum, tanquam legitimus
adminiſtrator, vt d. l. cùm oportet. & per hunc tex. ideo ſi vita comite illius non percepe-
rit fructus, puta arreragia alicuius reditus annui, aut fructus ſtagni, aut fructus ſint pendentes in terra, tranſeunt
tales fructus ad filium proprietarium, & non ad alios ſuos hæredes, vt eſt textus in §. is verò ad quem. inſtitu-
tio. de rerum diuiſio. Guido pape conſilio ſuo clxx. in tertia parte. Ex quo dixi in caſu emergenti quòd ſe-
cunda vxor aut filij ſecundæ vxoris mortuo patre eorum non poterant aliquid querelare in arreragiis redituum

redituum prouenientium ex bonis maternis filiorum primi matrimonij nondum perceptis, nec leuatis aut solutis tempore mortis eorum patris.*

§. OCTAVO.

LA femme qui est baliste, administrateresse, ou tutrix de ses enfans, quant elle se marie, apres le trespas de son mary ne pert point ladicte balisterie, administration, ou tutele de ses enfaus a elle demeurez de son mary trespassé.

COntraria consuetudo est in comitatu Niuer. & ferè in tota Gallia, vbi si conuolet ad secundas
nuptias perdit tutelã, & meliùs: quia ista cõsuetudo nostra est cõtra dispositionẽ iuris,* quia de
iure mulier per transitũ ad secunda vota perdit tutelã filiorũ suorũ. ita est tex. ad literã, & ibi gl. 1 *Mulier secundò nubēs perdit*
& doc. in aut. sacramentũ. C. quãdo mulier tutelæ officio fungi potest. vbi plenè per Bar. & Bal.
¶ *Idem si tantũ sponsalia cõtraxerit. Spe. in tit. de tuto. §. nunc dicendum. Bal. in l. cum precibus. C. de impu. & aliis substi. & Bar. in d. aut. sacramentum. C. quãdo mulier. & Io. Sanxon in consue. Turo. 2 *tutelam filiorum.*
titu. *des tuteurs*. arti. iij. Ita etiam tenet Boerius in consue. septenę Bituricen. tit. de consue. iur. sta. persona. §. ix.
qui ponit omnia hîc antè dicta. ¶ Imò si tantùm declaret quòd vult transire ad secundas nuptias debet priuari, aut ad illum non debet admitti, vt tenet Matthæus de afflictis in constitutio. regni Siciliæ quæ incipit, honorem. in glo. ij. in iij. lib. de marito verò an per transitum ad secunda vota perdat lucrum dotis, vide Ludo. Roma. in consi. suo clxxxij. & cxc. & quid in tutela. quia hîc fit tantùm mentio de matre. quid in patre credo idem ex ratione correlatiuorum.*

IMò etiã quod plus est, vt dicit Bar.* si luxurietur post mortẽ mariti, perdit tutelã filiorũ. & ideo si est in concubinatu alicuius non potest esse tutrix filiorũ. ita Bal. in d. aut. sacramentũ,* imò quòd plus est, si vxor luxurietur post mortem mariti, perdit dotem, dotalitiũ & omnia lucra quæ cõsequitur aut consequi posset ex bonis mariti, prout per plura tenet do. meus Ias. in l. ij. in ij. col. ff. sol. matri. & Feli. in c. pastoralis. in vij. col. extrà de rescriptis. vide ad prædicta Alexan. in l. sororem. C. de his quib. vt indig.* imò etiam si luxurietur non retinet domicilium viri. Ang. l. cùm quædam puella. ff. de iurisdi. omnium iudicum. 3 *Idem si* 4 *luxurietur.* 5

ADDITIO. Ita per plura tenet Io. Lupus in repe. rub. de dona. inter virũ & vxo. §. 67. nu. 41. & ibi quòd perdit omnia sibi relicta siue in testõ, siue per donationẽ. Sali. in l. fideicõmissum. C. de fideicõ. imò legatarius aut hæres qui cõcubuit post mortẽ mariti cũ eius vxore, perdit legatũ & hæreditatẽ, ibi suprà nu. 4. & 5. & in §. vlt. dictæ repetitionis. Et facit ad supradicta quòd priuilegia quæ cõceduntur viduis, intelliguntur de honestis & pudicis. Mat. de affli. in cõsti. regni Sici. quæ incip. lege pręsenti. in ij. col. alle. Lucam de penna in l. iij. in iij. col. C. de priuilegiis scholariũ lib. xij. & Bal. in l. his solis. C. de reuocã. dona.* ¶ *Imò etiã mulier relicta tutrix in testamento perdit de iure tutelã & administrationem bonorũ filij, si ad secundas nuptias conuolauerit. plenè per do. Guid. pape quæstione sua D. xxxix. Bal. verò in aut. eisdẽ. C. de secun. nup. in penul. col. & in l. fœminæ. & ibi Bar. & Bal. C. de secun. nup. & Pau. de cast. in l. mater. C. ad Tertul. *tenent quòd idem est in patre transeunte ad secunda vota. Alexan. in additionibus ad Bar. in d. aut. sacramentum. & Sali. in l. cùm à matribus. C. qui petant tuto. & Bar. in l. fi. §. si verò maritus. ff. qui petant tuto. 6 *Quanuis in testamento relicta sit tutrix.* 7 *Idem in patre.*

SED quare est quòd istę consuetudines sunt contrariæ, scilicet quòd in vno loco vna cõsuetudo, & in alio cõtraria obseruatur, vide rationem in §. ij. an glo. fina. suprà in titu. *des confiscations*. Et de materia huius gl. vide Boerium in consti. Bituricen. titu. de consuetu. iuris statu. persona. §. sexto. in gl. regulariter mulier.

SED quia vt hîc antè dicitur de iure* pater perdit tutelã filij per transitũ ad secũda vota, sicut mater. An sicut hîc corrigitur in matre, ita etiã sit apud nos correctũ in patre. ¶ Crederẽ quòd sic, cũ ratio huiusmodi correctiõis iuris sit adhuc maior in matre quàm patre, argumẽto eorũ quę dicit Frã. Curtius iunior in cõsi. vj. post feuda. & Fran. de Are. in consi. cxxx. Nã *ratio quare iura prohibent ne mater transiẽs ad secunda vota habeat tutelã suorũ filiorũ est, quia lex præsumit quòd pro secũdo viro mulier excoriaret filios primi viri. l. lex quę tutores. §. lex enim. C. de admi. tut. Bar. in aut. matri. & auiæ. in ij. col. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest. quę ratio non ita militare debet in patre, propter eius stabilitatem, quę non est in muliere. Cogita. 8 9 *Ratio eius.*

SED quid* si nondũ ei fuit data aut declarata administratio antequã transierit ad vota, an ea existente in matrimonio, possit ei dari? videtur quòd nõ: quia multa facta tenẽt, quæ si fienda essent, nõ permitterentur. c. ad apostolicam. de regula. do. meus Ias. in l. patre furioso. in iij. col. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in l. j. in ij. col. ff. de noui ope. nun. & in l. certi cõdictio. §. quoniã. in v. col. ff. si certũ peta. Licèt enim pendente tempore secundi matrimonij mulier possit esse tutrix: quia tamen penes vitricum, hoc est maritum matris, pupillus educari nõ debeat, glos. in l. j. in verbo vitricum. C. vbi pupil. educari debeãt. & videretur etiam quòd penes matrem existentem cum vitrico pupillus non debeat educari. Ita tenet Ang. in §. eiusdem. per illũ tex. in aut. de nuptiis. colla. iiij. ergo etiã illo tẽpore non debet esse tutrix. ¶ Et videretur multum bene facere textus consuetudinis, cùm dicat, *ne pert point*. pręsupponit ergo quòd iã habuerit, cùm priuatio pręsupponat habitum. l. decẽ. ff. de verb. obl. cum vulg. Et verba consuetudinis, cùm sint contra dispositionem iuris communis, debent intelligi in proprio sensu & significato, nec debent extendi: nec est dicendum quòd habeat ipso iure post mortem mariti, quia verba consuetudinum suprà positarum aliter sonant. cogita, quia vidi pluries in facto. 10 *Quæstio.*

ADuerte etiam* quia pupillus non debet educari penes tutorem, si sit sibi substitutus propter spem substitutionis. probatur in l. fi. C. vbi pupil. educa. debe. vbi repellitur substitutus ab educatione pupilli, vt substitutus suspectus, ad idem facit glo. in l. qui ventri. ff. de ventre inspi. 11

ITem etiã licèt qui prior sit in successione debeat esse tutor. vt in aut. sicut. C. de legi. tute. non tamen posset esse educator, vt tenet Rayne. in l. amicissimos. in prin. ff. de excu. tuto. ita tenet do. Guido pape in d. q. 539. in fi. & de hoc vltimo vidi dubium inter magnos nobiles de comitatu. Nũquid quidam nobilis qui erat tutor quarundam pupillarum, quibus succedere debebat, illas habere deberet penes sed ad educandum? Adhuc pendet quæstio cum multis aliis quæstionibus quæ sunt inter eos. *Quæstio facti.*

12 Filius quãdiu sit alendus à matre.

12 ADuerte etiã* ꝙ filius vsque ad trienniũ & donec lacte nutriẽdus est, est alendus per matrẽ. tex. cũ glo. in l. penul. C. de patria potesta. Ludo. Bologni. in consi. x. ¶ Et quia tantũ hìc ponitur ꝙ mulier transiens ad secunda vota non perdit tutelã, nunquid ista dispositio extendat effectũ suũ seu extendatur etiam ad alios casus non expressos, ex quibus de iure mulier deberet perdere tutelã, vt sunt casus de quibus antè dixi in principio. Posset hic argui pro & contra, ex conclusionibus positis in fine harum consuetudinum in materia extensionis. sed conclusiuè dico, quòd si luxurietur mulier post mortem, quòd perdit tutelam, quia de hoc casu nihil est statutum per consuetudinem nostram, ergo recurrendum est ad ius commune.

ADuerte ad dictum Bal. in l. fina. in fi. C. de bonis maternis, vbi dicit quòd lucrum proueniens ex forma statuti mulieri non perditur per transitum ad secundas nuptias. ¶ Dixi suprà in titu. *des droictz & appartenances a gens mariez*. §. vj. in glo. *& sera tenue*.*

Des successions. *RVB. VII.*

Consuetudines an possint disponere circa successiones.

1 QVæro nunquid statuta seu cõsuetudines possint disponere circa successiones? vide Aluaro. in c. j. §. & quia videmus, in viij. col. qui feuda pos. & ibi Bal. facit c. Raynu. extrà, de test. vbi nõ apparet de consuetudine standũ est iuri cõmuni. hinc dicunt Bar. Bal. & alij in l. cunctos populos. C. de summa trinitate. maximè Bar. in xij. col. versi. sed posset dubitari * ꝙ consuetudo quæ est in Anglia quòd primogenitus succedat, valet. & Bal. in viij. col. dicit aliam esse in Francia. & Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. dicit quòd talis consuetudo est in Francia, quando docet ius quod habent reges Franciæ in regno Siciliæ. imò testator non posset contra hanc consuetudinem disponere, vt voluit do. meus Ias. in l. nemo potest. in ij. col. ff. de leg. j. Bal. in l. si viua. C. de bonis mater. & dicit Bal. in c. fi. de aliena. feu. per illum tex. in c.
2 j. de feu. marchiæ, ꝙ* valet hæc consuetudo, quòd primogenitus succedat in regno. & istud tenet Io. pe. de Ferrariis in forma libelli, quo petitur hæreditas ex testamento, in glos. super ver. vallatum. in v. q. & gl. pragmaticæ sanctionis in procemio, in §. quibus. in verbo, primogenito. & faciunt quæ dicit Corsetus in suo tracta. de potestate regia. in q. lxxiiij. & in q. ix. & seq. & Oldra. in consilio xciiij. ¶ Vide quæ in hoc dicit Io. Sanxon in consuetu. Turonen. titu. *des succeßions des fiedz & autres heritages*. articu. iij. vbi ponit iura primogenituræ. Vide etiã amplè per Boeriũ in consue. Bitu. tit. de test. §. vj. & ibi pariter ponit materiã anagij & primogenituræ.

§. PRIMO.

LE *mort saisist le vif son plus prochain heritier, habile à luy succeder.*

DE materia huius consuetudinis, vide Ioan. Sanxon in consue. Turonen. titu. *des succeßions des fiedz & autres heritages*, artic. ij. fol. clxvj. allegat Barb. in repetitio. rub. de cau. pos. & proprie. in xxij. colum. vbi plura dicit de hac possessione.

1 Possesio nõ cõtinuatur in successorem.

ISta consuetudo est generalis in tota Francia, & in comitatu Burgundiæ, imò etiam in multis locis in Gallia, in quibus vtuntur iure scripto, ista cõsuetudo obseruatur, est tamen cõtra l. cũ hęredes. ff. de acquiren. possess.
1 vbi est tex. glo. & docto. * ꝙ de iure possessio non continuatur, in successorẽ, maximè in extraneis hæredibus, quia videtur esse de iure in suis hæredibus, cùm sui hæreditatem ad quoscunque transmittant, etiam non agnitam. ita tenet Bar. Bal. & alij in l. si fratris. C. de iure delib. & idẽ Bart. in l. suis. ff. de lib. & posthu. per glos. in l. cùm miles. ff. quibus ex causis maiores. quod an sit verum, plenè examinat do. meus Iason in l. si infanti. in vj. colum. cum sequen. C. de iure deliberandi. ad quem si casus tibi eueniret in patria iuris scripti recurre, nam vt dicit tex. in d. l. cùm hæredes. licèt dominium rerum hæreditariarum acquiratur hæredi, & in ipsum transeat sine actuali apprehensione possessionis, non tamen acquiritur possessio sine actuali possessione facti. ¶ Cõsuetudo tamen nostra facit quòd etiã possessio continuetur in hæredem, quæ quidem consuetudo hoc potest inducere, prout tenet Cy. in l. ea lege. in vj. q. C. de condic. ob cau. & Bal. in rubrica de cau. possess. & proprieta. & in rub. de consue. vbi dicit Bal. quòd stante hac nostra consuetudine, non per hoc intelligitur sublatũ remedium adipiscendæ possessionis executiuum, & ideo licèt possessio ipso iure continuetur in hæredem ac si fuisset apprehensa, tamen quia ipsa est possessio iuris pro adipiscenda actuali possessione potest intentare remedium. l. fi. C. de edi. diui Adria. tollen. quod est remedium adipiscendi rem & interdictum quorun. bonorũ. & istud tenet Alex. in consi. suo xxxvij. incipi. in causa mota. in iij. col. in j. volu. & in d. l. cùm hæredes. in princ. ff. de acqui. pos. & in consilio lxxxij. in ij. volu. Barba. verò in consi. suo lviij. incipien. sapienter dicit psalmista. in xiiij. colum. cum tribus sequen. in ij. volu. dicit quòd per istud statutum non tollitur remedium. d. l. fin. C. de edi. diui Adri. tollen. & ibi plenè examinat hunc artic. vbi dicit, quòd valet tale statutũ, & viget in ciuitate Papien. & Mediolani. & dicit Io. de Imol. in cõsi. xvj. quòd simile statutum est in ciuitate Imolæ. & do. Franci. de Are. in consi. clix. in vlti. col. dicit, quòd tale statutũ viget etiam in ciuitate Senen. ¶ Et valet statutum nostrũ

2 Mortuus saisit viuum, quid dictum.

2 seu nostra cõsuetudo, quia solũ disponit * quòd mortuus saisit viuũ, hoc est ꝙ possessio defuncti continuetur in hæredẽ. quod intellige per actũ fictũ inductũ à statuto, prout tenẽt Cy. & Bal. in d. l. ea lege. C. de cõdi. ob cau. secus autẽ si diceret expressè ꝙ trãsferatur possessio vel acquiratur nullo actu vero vel ficto mediãte: quia talis consuetudo nõ valeret, vt in specie dicit Fran. de Are. in l. j. in prin. in x. col. ff. de acqui. pos. & iste actus fictus de stilo & consuetudine generali regni Franciæ tãtũ operatur, ꝙ in dicta possessione acquisita per talẽ actũ fictũ cõcluditur in interdicto recuperãdæ, & intentatur casus nouitatis, qui quidẽ practicatur in tota Gallia, vt tenet in specie Io. Fab. in §. fi. institu. de hære. quali. & diffe. & Guido pape. q. cccccliij. in ij. & iij. col. & idẽ Io. Fab. in §. j. in prin. insti. de interdi. ¶ Cõtrariũ tamẽ videtur tenere Bal. ĩ aut. defuncto. C. ad Tertul. Alex. in consilio xxxvij. & domi. Iason præceptor meus in l. si sorori. C. de iure deli. & dicit idem dominus meus in d. l. actualis possessio per alium apprehensa, impedit hanc fictam continuationem, quod tamen non est verum, vt hìc antè dixi. ¶ Et de hoc articulo an si fuerit per alium apprehensa impediatur huiusmodi possessio, vide per Guillel. Benedicti in sua repetitio. c. Raynutius. in verbo, mortuo itaque testatore, *le second*, num. lxxij. vsque ad nume. lxxiiij. de test. extrà. Nec in practica obseruatur, imò obseruatur doctrina Ioan. Fab. & de practica huius casus nouitatis in Gallia, vide Guido. pape in dicta. q. cccccliij. vbi dicit quòd sanctus Ludouicus fecit statutum

Statutum S Ludouici.

cit ſtatutum caſus nouitatis in hanc formam,querelæ ſuper nouis deſſaiſinis non veniunt in parlamento , ſed
quilibet balliuus in balliuia ſua adeat locũ debati,& vocatis ſecum probis viris ſe informet de ſaiſina & deſſai
ſina ſine ſtrepitu & figura iudicij,& ſi inueniat ita eſſe,ſtatim loca deſſaiſiat,& ad manum regiam ponat,& in-
de coram ſe partibus euocatis miniſtret iuſtitiæ complementum.Et ibi quomodo practicatur caſus nouitatis
qui dicitur in aliquibus locis arreſtum querelæ: & quomodo in aliquibus locis pars auditur,in aliquibus ve-
rò non,vt eſt in Burgundia apud nos.vide ibidem in ſupradicta quæſtione.

Ordinatio Ludouici xij.

ADuerte tamen,quia anno Domini M. cccccxij.Chriſtianiſſimus rex noſter quondam bonæ memoriæ Lu
do.xij.fecit quandã ordinationẽ quæ eſt.lj.& lij.in ordinatione ſuarũ ordinationum,per quã ordinauit,q
partes audientur,ſed quo ad nos non fuit recepta in obſeruantia,licèt in curiis noſtris fuerint publicatæ, quia
ſemper in illis caſibus proceditur prout conſuetum fuerat antè.& ideo ſi non exequantur literæ caſus nouita-
tis ſecundũ dictã ordinationẽ,nõ erit execucio annullanda,*quia ſtatutũ qđ nõ eſt receptũ in obſeruantia nul 3
las habet vires.tex.in c.j.xvj.diſt.glo.in c.in ver.ſtatuto.de conſtitu.extrà,tex.in c.fi.§.hęc & ſi legibus iiij. di-
ſtin.plenè per dominum meũ Iaſ.in l.rem non nouã.C.de iudi.in l.de quibus,col. viij.ff. de legi.Feli.in c.j.de
treuga & pace.Alex.cõſi.vj.incipien.viſo themate.colum.ij.in j.volu.& in conſilio cxxxij.in j.volu.& in con
ſilio xliij.in ij.volu. ¶Bonum tamẽ & melius eſſet in hoc, quòd in dicta ordinatione ſtatuitur,quòd executio
ni demãdetur per iudices loci, aut per aduocatos fieret illorum executio.quoniam multi ſunt caſus in quibus
& in poſſeſſione & in turbio ſoli ſeruientes regij non habent cognitionem,prout vidi in caſu emergenti,vbi
fuit executioni demandatum , mandatum caſus nouitatis in materia decimarum per laicum contra curatum.
& erat ſolùm probatum pro turbio citatio in materia petitoria corã iudice eccleſiaſtico,quę non generat tur
bium.Panor.in c.audita.de reſtitutione ſpoliatio.ex quo fuit dictum, malè executatum.

ADDITIO. Et aduerte quòd modus turbij eſt inſerendus & articulandus in ſpecie & probandus,nec
ſufficit generaliter dicere ſe turbatum fuiſſe, vt dicit Matthæus de afflictis in conſtitutio.
regni Siciliæ,quæ incipit,delationis.in v.notabili.in ij.libro. *

4 Mortuus aperit oculos viuẽtus

ET de hac cõſuetudine memoratur Bald.in l.fi.C.de manu.vbi dicit * quòd mortuus aperit oculos viuẽtis 4
ſine aliquo actu,etiam ficto.¶Et dicit Bal.in l.ſi fratres.C.de iure deliberãdi.& ibi Corneus col.ij.quod
ſtatim quod ſpiritus exhalat efficitur hæres, imò dicit quod nõ eſt dare mediũ inter mortẽ defuncti, & eſſen-
tiã ſui hæredis.l.Iulius noſter.ff.de cõditio.& demõſtratio. * ¶Idẽ Bal.* poſſeſſionẽ ſic tranſlatam per ſtatu 5
tum aut conſuetudinem appellat ciuiliſſimam,vt in l.fi.C.de ſacroſan.eccle.de qua per Canoniſtas in c.ij.de cõ
ſuetu.& idẽ Bal.in rubr.de cau.poſ.& proprieta.appellat artificialem.& dicit Ioan.Fab.in d.§.fin.quòd qui eſt
in poſſeſſione ficta eſt in vera.& dicit Bald.in rubr.de cau.poſſeſ.& proprieta.quòd ita practicatur in ciuitate
Mediolani, imò quod plus eſt in Burgũdia intẽtatur interdictum retinendæ poſſeſſionis. quia vidi in proceſ-
ſu illorum des Hymbelotz contra relictam quondam Guillielmi Hymbelot,quòd hæredes dicti quõdã Gui-
lielmi,qui etiam erant in quarto gradu intentauerunt interdictũ retinendæ cõtra viduã & Nazarium la doue,

Caſus facti.

tenentes & occupantes bona,& contra executores teſtamenti,quibus data erat poteſtas per teſtatorẽ capien-
di bona propria autoritate , & illa non reſtituere hæredibus, donec teſtamentũ eſſet executioni demandatũ,
maximè quo ad legata & donationes inter viuos, quæ erant factæ filiis dicti Nazarij,qui etiam realiter tene-
bant dicta bona,& illa acceperat per manus executorum: nam dicti hæredes acceperunt guardiã à balliuo He
duen.& ſeipſos manumittere & guardiare fecerunt in poſſeſſione & ſaiſina bonorũ quondã Guilielmi Hym-
belot,in qua erant per conſuetudinẽ noſtram,& obtinuerunt,& fuit lata ſententia anno Domini M. cccccvij.
nam etiã vt dicit Ioan.Fab.in §.alteri. in iiij.colum.inſti.de inuti.ſtipul.quòd mortuus ita ſaiſit viuum per con
ſuetudinem,quòd non obſtante aliqua clauſula huic conſuetudini derogatoria in teſtamento , etiam cùm pœ-
næ adiectione per teſtatorem appoſita eſt ſaiſitus de omnibus bonis ipſius defuncti . & ideo dicunt Ioan.Fa-
bri Cyn. & Sali.in l.nulli.C. de epiſco.& cle.& Barto.in l.alio hærede.ff. de alimen. & ciba.lega.& Specu.in
titu. de inſtrumen.edi. §. nunc verò . quòd * executores non poſſunt exequi niſi hæreditate adita , & ideo 6
obtinere debent hæredes in poſſeſſorio contra executores , etiam ſi teſtator fecerit illos poſſeſſores rerum
hæreditariarum , quod fuit iudicatum contra executores teſtamenti dicti Guilielmi Hymbelot in fauorem
hæredum , vt dictum eſt hìc.

ITEM etiam fideicommiſſarij per hoc non poſſunt opponere contra hæredes exceptionem proprietatis,
cùm ex tali ſtatuto ſeu conſuetudine competat interdictum, ita per plura tenet Philippus Decius in conſil.
ſuo lxxxiiij.quem vide in hac materia,cùm caſus tibi occurrerit,quia eſt notabile conſilium.

Cõſuetudinis noſtræ limitationes.

¶Limita ſupradictam noſtram conſuetudinem.iiij.limitationibus.

PRimò,vt nõ habeat locum in feudo cõtra dominũ.Bal.in l.cũ antiquioribus.C.de iu.delib.ſed bene ha-
bet locum cõtra omnes alios.Bal.in c.j.in titu.an mutus, vel ſurdus.in vſi.feudo.& in c.quæ ſit inueſtitu-
ra.do.meus Iaſ.in l.ſi ſorori.C.de iure deliberãdi.¶Et ita ſe habet cõſuetudo Turonẽ.vt dicit Io.Sanxon in
cõmento illarum titu.*comment hommage ſe doibt offrir a ſon ſeigneur*, articu.j.fol.lx.nam in hoc caſu requiritur
inueſtitura,quæ multùm operatur in Gallia,vt dicit Ioan.Fabr.in l.quoties.C.de rei vendi.& in §.interdum.
inſti.de rerum diui.quem alleg.Boerius in conſuetu.ſeptenæ Bituricen.titu.de conſuetudi.feudi.§.iij. Dicit ta
men.G.Benedicti in ſua repetitio.c.Rayn.in verbo,mortuo itaque teſtatore,*le ſecond*, numero lxxv.de teſta-
men.quòd idem in feudis in Gallia,& in Francia.& facit ſuprà titu.de feudis.§.*en choſes feodales*.

SEcunda lim itatio eſt quòd licèt cõtinuetur poſſeſſio defuncti in hæredẽ p cõſuetudinẽ,tamẽ hęres poteſt
& debet,vt dictũ eſt hìc antè intẽtare remediũ.l.fi.C. de edi.diui Adria.tollen. dixi hìc antè,non repeto.

TErtiò limita,vt nõ habeat locũ hæc noſtra cõſuetudo in hæredibus venientibus ex teſtamento , niſi hæ-
res ex teſtamento ſit de proximioribus venientibus ab inteſtato , poteſt ſe dicere eſſe in poſſeſſione pro
parte ſua.licèt enim hæc conſuetudo noſtra ſimpliciter dicat quòd mortuus ſaiſit viuum,& non dicit,an ex te
ſtamẽto,vel ab inteſtato tamen conſuetudo comitatus Burgundiæ dicit quòd mortuus.*ſaiſiſt le uif*,tam ex te-
ſtamento,quã ab inteſtato. ¶Prædictam limitationem probo eſſe verã,quia text.noſtræ cõnſuetudinis dicit

le mort saisist le vif le plus prochain heritier, habile a luy succeder, qđ verbũ, *succeder*, intelligitur ab intestato, & verbum successionis comprehẽdit solũ causam intestati, vt in rubro & in nigro. C. communia de suc. & maximè quando est prolatum in statuto vel consuetudine: quod demonstratur per id quod dicitur in l. iij. §. de illo. ff. pro socio. vbi quando fit mentio successionis, intelligitur de hæreditate proueniente ab intestato, & non de ea quæ proueniret ex testamento. & istud refert & sequitur dominus Soci. in consi. suo xxx. in ix. col. idem

7 Successio verbum generale. Soci. tamen in consi. suo cl. in xx. colum. dicit* quòd verbum successio est generale, & comprehendit tam de iure prætorio, quàm de iure ciuili succedentes, & etiam tam venientes ex testamento, quàm ab intestato, per l. fi. C. vnde legi. l. j. & ij. C. de succes. edi. quid dicendum? istud est alibi decisum per aliam consuetudinem infrà quæ incipit, *se le testateur dispose* &c. vbi dicam.

ADuerte tamen, quia si hæres ab intestato qui est saisitus per hanc consuetudinẽ, ita ꝙ statim mitti debeat in possessionẽ realẽ, licèt reperiatur in possessione, potest adhuc ei cõpetere remediũ aliud confirmatoriũ primæ possessionis. s. vt manuteneatur & cõfirmetur, prout dicũt Ang. & alij in l. j. C. de Carbo. edi. & ibi do. meus Ias. qui multa ad hoc alle. & istud est quod fit in Burgũdia, ꝙ hęres ab intestato saisitus impetrat guardiam in vim simplicis saisinæ, per quã se facit manutenere in possessiõe iam per eũ habita, & nõ solùm potest istud facere hæres ab intestato, sed etiã ex testamẽto, vt dicit do. meus in d. l. j. §. iij. C. de Carbo. edi. & dicã in cõsuetudine. iij. & dicit ibi ꝙ pro hoc facit tex. qui nõ est alibi, & quod ibi Bart. notat in l. si quis. C. de decu. lib. x. ꝙ partes possunt petere à iudice ꝙ confirmet contractũ per eos factũ, quãdo dubitat ne altera pars petat contractũ infringi ex aliqua causa, puta deceptionis vel simulationis. & idem Bar. in l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. empti. & istud remedium est extraordinariũ, licèt Bal. in c. fi. de prohi. feu. alie. per Lotha. voluerit dicere, quòd si quarta species interdictorum quæ debet addi ad §. sequens. institu. de interdi. volendo arguere iurisconsultũ de diminutione: quod nõ est verũ, vt dicit do. meus in d. l. j. & videtur ꝙ istud sit remediũ quo solent vti existentes in possessione dubitãtes turbari, qui petũt se manuteneri faciendo inhibitiones de non molestando virtute manutentionis, quæ in vulgari nostro dicuntur, *guarde en forme commune*, sed non est dubium ꝙ comprehenduntur sub interdicto retinendæ. est opi. Lud. Ro. & Alex. in d. l. j. C. de Carb. edi.

Casus positio. LImita quartò hanc nostrã consuetudinẽ, vt nõ habeat locũ in hærede vsufructuarij. pono casum qui potest quotidie euenire. tu scis ꝙ in hac patria ducatus Burgundiæ per consuetudinẽ suarum scriptam ante titu. *des droictz & appartenances a gens*. §. vj. vxor post mortẽ mariti habet dohariũ super dimidia parte antiquorum hęreditagiorũ mariti, & in illa dimidia est vsufructuaria, hęres autem mariti habet proprietatem. pone nũc ꝙ hæc mulier habens vsumfructũ supradictũ decedit, nunquid eius hæredes seu successores sint saisiti illis bonis existentibus in vsufructu apud prædictã vxorem, an verò hæredes mariti penes quos remansit proprietas? videretur ꝙ talis possessio continuatur in hæredes illius vxoris: quia ex quo est vsufructuaria, habet naturalẽ possessionẽ vsusfructus. glo. notabi. in l. possessio. ff. de acquiren. posses. l. naturaliter. videtur possidere is qui vsumfructũ habet. ff. de acqui. pos. ergo illa possessio naturalis cõtinuabitur in hæredes vsufructuarij, imò licèt vsusfructus extinguatur morte vsufructuarij. §. finitur. insti. de vsufru. tamen adhuc dicitur remãsisse quasi possessio. arg. glo. in c. licèt episcopus. de præben. in vj. de quo per Alex. in d. l. naturaliter, & per Ang. Areti. in §. idẽ placet. insti. per quas perso. no. acqui. ¶ Sed veritas est in cõtrariũ, quia ex quo hæredes mariti habentes proprietatem ciuilem possessionem habent, possent intrare possessionem illius rei, & ista nostra cõsuetudo cũ sit exorbitans à iure cõmuni, eo quòd cõtra. l. cũ hæredes. ff. de acqui. pos. & tenet Alex. in cõsi. xl. in iij. col. in iij. volu. ideo debet restringi & limitari, ne quis indebitè dãnũ patiatur, per id quod legitur & notatur in l. ij. C. de noxa. per Bar. in l. omnes populi. in vj. q. prin. ff. de iustit. & iure. & per do. meũ in l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delibe. ideo debet intelligi quando alius nõ erat qui haberet ciuilem possessionem. vnde tunc nõ est verisimile quòd cõsuetudo voluerit quòd possessio naturalis, quæ est penes vsufructuariũ, qui quidẽ est extinctus per mortẽ ipsius vsufructuarij, transeat in hæredes ipsius vsufructuarij, cũ id nõ sit rationabile, ex quo ius vsusfructus nõ trãsit ad hæredes. facit quod notatur in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obli. vnde, quod plus est, etiam si dicta possessio naturalis transiret in hæredes vsufructuarij, quod non tamen, cùm tantùm vsufructuarius naturalem habuit, sola naturalis transiret in hæredes. vnde sicut si finitur vsufructus in vita vsufructuarij, licitum fuisset habentibus ciuilem possessionem vigore illius ciuilis apprehendere possessionem propria autoritate. l. clàm possidere. §. fin. ff. de acquiren. posses. ita etiam hæredibus habentibus proprietatẽ. Et istum casum in specie consuluit Ioan. de Imol. qui multùm bene examinauit in consilio suo xvj. incipien. in nomine domini, etiam viso casu transmisso, in vltim. colum.

DIco plus, ꝙ etiã si vsufructuaria in vita alienauerit vendendo alicui rem in qua habet vsumfructum, & talis emptor etiam per xxx. annos possideat, quòd adueniente morte istius vsufructuariæ, hęredes mariti habẽtes ius proprietatis possunt se facere manutenere in illa re sic vendita: quod sic probatur, eo quòd ad quẽcunque trãsierit illa naturalis possessio, semper remãsit ciuilis penes proprietariũ, & dicta vsufructuaria nõ potuit plus iuris in aliũ transferre, quàm habuerit. regula iuris trita. & cũ possessio quã dicta vsufructuaria habet tantũ eius vita durante durat. Cùm enim morte finiatur vsufructus, vt hìc ante dictũ est, ergo resoluto iure datoris scilicet vsufructuariæ per mortem resoluetur ius acceptoris. vulgata. l. lex vectigali fundo. ff. de pig. ¶ Nec obstat ꝙ medio tẽpore fuit possessio penes aliũ, quia fuit eo modo quo erat apud vsufructu. cũ vsufructuaria ciuilẽ penes proprietariũ existentẽ interuetere nõ potuerit sine facto ipsius proprietarij: aliàs sequeretur vnũ incõueniẽs qđ esset in facultate vsufructuarij præiudicare proprietario in suo iure, quod nõ est dicẽdũ: quia nihil in pręiudiciũ ꝓprietarij vsufructuarius facere potest. ¶ Et facit, quia quod nõ est trãsmissibile nõ est cessibile. l. ex pluribꝰ. ff. de admi. tut. qđ arg. est validũ negatiuè vt hoc casu, vt dicit do. meꝰ Ias. in l. j. §. vsufru. ff. de ope. noui nun. & in l. cũ secũdum. C. de fideicõ. sed ius vsusfructus non potest ad hæredes transmitti, quia morte finitur. l. corruptionem. C. de vsufructu. & §. finitur. insti. eodẽ ergo nec etiã reddi. Et ideo si fuerit vẽditus alteri, intelligitur eo modo quo potest fieri de iure, scilicet viuente vsufructuario. Imò cũ vsufructuarius dicatur procurator proprietarij. Iason. in d. §. vsufructuarius, ideo in eo habebit locum. l. fin. C. de acquiren. posses.

Additio.

ADDITIO. Aduerte tamen ad vnũ, ꝙ nunq̃ vſuſfructus niſi per traditionẽ rei ipſius amittitur. glo. eſt in l.corruptionem.in verbo,altercãtibus.C.de vſufr.& notatur per Bal.in l.extraneũ. C.de hære.inſti. Alex.in cõſi.lvj.incip.per lectis verbis.in fi.in iij.vol.Soci.in cõſi. ſuo cxxxj.in prin.col.iiij.in j.vol.Et ideo dixi in cõtingẽtia facti quòd donatio vſuſfructus in qua nõ erat traditio realis erat nulla in Frãcia, vbi viget cõſuetudo quòd *donner & retenir ne uault*, quòd idẽ videtur de iure dicẽdũ cũ de iure donatio ſine traditione nõ valeat.l.ſi quis argentũ.§.ſimiliſque modo.C.de dona.de quo dicam in glo.ſequen.& iſtud debet multo magis obſeruari in vſufructu,in quo maior requiritur traditio,vt dictum eſt. *

QVintò limita hãc noſtrã cõſuetudinẽ vt nõ ꝓcedat quãdo poſſeſſio fuit ꝑ aliũ medio tẽpore apprehẽſa,cũ ſtatutũ recipiat interpretationẽ à iure cõmuni.l.ij.C.de noxali.ita tenet do. Alex.in d.l.cũ hære. in ij.col.ff.de acqui.poſ.qui nõ auſus eſt ibi firmare pedẽ,ſed firmauit in cõſ.ſuo lxxxiij.qđ inci. viſa facti narratione.in j.col.in ij.vol.facit gl.in l.cũ miles.in prin.in glo.magna, in fi.ff.ex quibus cau.ma. vbi licèt poſſeſſio defuncti cõtinetur in hæredẽ, quo ad vſucapionem complendã.l.nunquã.§.ij.vacuum.& l.cœptã. ff. de vſuca. illud procedit niſi poſſeſſio fuerit per alium medio tempore apprehenſa vt expreſſè dicit ibi glo. ¶ Facit etiã & ſecundo, quia cõſuetudo noſtra non trãſfert poſſeſſionẽ niſi per actũ fictũ:ſed ſic eſt quòd per actũ fictum nõ trãſfertur poſſeſſio quæ eſt penes aliũ nõ interueniente facto vel cõſenſu illius penes quẽ eſt.l.iij.§.quòd ſi ſeruus.ff.de acqui.poſ.faciũt ad prędicta,quia actus medius impertinẽs impedit ratihabitionẽ retrotrahi. gl.in l.ſi indebitũ.§.j.ff. rem ra.habe.& ita tenet.do.meus Iaſ.in l.Põponius.§.quæſitũ.ff.de acqui.poſ.vbi determinat quæſt.nunquid matrimoniũ mediũ impediat legitimationem filiorũ per ſubſequens matrimoniũ.& finaliter cõcludit quòd ſic.& quòd non venit ad ꝓpoſitũ noſtrũ,dicã alibi cũ venerit.Vide ad prædicta limitationẽ Bal.in l.defuncto.C.ad Trebellia.& l.j.C.de appellatio.circa fi.Alex.conſi.xxxvj.in prin.iij.colum. in j.vol.

ADDITIO. Hanc limitationem ponit Benedict.in repe.c.Rayn.in verbo,mortuo itaque teſtatore ſecundo.nu.lxxij. de teſt.ſed illã reprobat ſtante hac conſuetudine, eo quòd hæres habilis proximus non obſtante dicta apprehenſione poteſt intentare interdictum recuperandæ. *

SExtò limita non habere locũ in legitimato per reſcriptum principis,cũ dicatur legitimus fictè. & hæc poſſeſſio eſt ficta:ideo ne duæ fictiones concurrant circa idem non habebit locum hæc conſuetudo,ſed quo ad cum requiritur actualis apprehenſio ad hoc vt obtineat in poſſeſſorio, dixi infrà. in titu. j.§. *quand le prebstre baſtard*,in vltima glo.in conſilio quod feci,ex ſuperiùs dictis clarè patebit.

IN TEXTV IBI, *Le mort.*

QVomodo probetur mors,vide Bar.in l.ſi quidem.C.ſolu.mat.& in l.ij.§. ſi dubitetur.ff. quemadmodũ teſt.ape.& Feli.plenè in c.quoniam frequenter.§.porrò.in fi.extrà,vt lite nõ cõteſt.Alexã.in cõſi. xxv. in iiij.volum.& in conſi.iiij.in ij.vol.do.meus Iaſ.in l.fi.col.iiij.C.de edi.diui Adri.tollen.vbi dicit * quòd hæres ſcriptus oſtendendo teſtamentum ſatis probat mortem.dixi ſuprà in procemio,in glo.*que par mort.* *Mors quomodo probetur.* 1

IN TEXTV IBI, *Saiſiſt.*

ADuerte tamen * quòd ſi hæres antequam naturalem poſſeſſionem apprehendat,vendiderit hæreditatem ſibi obuentam,& illam tradiderit per conſtitutum,& non aliàs,illa traditio ficta nihil operatur, ne duæ fictiones circa idem concurrant.ita Bal.in rub.de cauſa poſſeſ.& proprieta.& hoc tenet Barba.in conſi.ſuo viij. in xxij.col.in ij.vol.conſidera tamen quid dicant domini de Rota in ſuis deciſionibus nouis,deciſ. lxiiij. Contrarium tamen videtur tenere Guido Pape quæſtione cccccclij.in iij.col. 1

ET de hoc verbo eſt tex.in c.clericis poſt medium.de immunitate eccleſiarum,in vj.& eſt verbum Gallicanum,vt dicit Pau.de caſt.in l.qui vniuerſas.§.poſſeſſionem.ff.de acqui poſſeſ. tantum importat quãtum ſi diceretur, quòd hæres ſuccedit in poſſeſſione defuncti. & iſta eſt ciuilis poſſeſſio ſeu ciuiliſſima, prout dicunt doctores ſuprà alleg.in principio huius conſuetudinis. *Poſſeßio ciuilißima.*

ALia eſt *ciuilis poſſeſſio quæ fit per conſtitutum,de qua docto.in l.ab emp.ff.de pac.& & in l.quod meo. ff.de acqui.poſſeſ.& do.meus Iaſ.plenè in d.l.ab emp.& in l.quoties.C.de rei vendi. 2 *Poſſeßio per cõſtitutũ ciuilis.*

ADDITIO. Intellige tamen quando proceditur via ordinaria,& non executiua,vt conſuluit Philippus Corneus in conſi.ccxviij.incip.videtur in hac.in iij.vol.& ideo aduerte quando eſt conſtitutum cum clauſula,quòd autoritate propria capiat poſſeſſionem,operatur etiam contra tertium poſſeſſorem, vt tenet Bal.in conſi.xlvij.incip.præclarè.col.vj.in ij.vol. vbi ponit de reſolutione conſtituti,quid operetur in reſolutione.Et de hac licentia ingrediendi propria autoritate rem ipſam, vide per moderniores poſt Bal.& do. meum Iaſ.in rub.C.qui admitti. & Pau.de Caſt.in l.poſt dotem.ff.ſol.mat. Imo.in c.in noſtris. de conceſſione præbendæ.Panor.in c.j.de immuni.eccleſia.Feli.in c.poſt ceſſionem.de conceſ.præben.

ET aduerte ꝙ ſi ſpolietur poſſidens in vim clauſulæ cõſtituti,turbetur aut aliàs moleſtetur in huiuſmodi ſua poſſeſſione poterit intẽtare remediũ poſſeſſoriũ,in quo cõſtituto de prædicta clauſula conſtituti,aut etiam retentionis vſuſfructus poterit obtinere.l.ex libris.C.de acqui.poſ.per quem tex.dicit do.meus Iaſ.in §.ſi quis in fraudem.in xvj.col.inſti. de actio.quòd,creditor fecerit vt debitor conſtituat ſe poſſidere bona ſua nomine precario ipſius creditoris,ſi poſtea alienauerit debitor,poterit creditor virtute dictæ l.finalis. recuperare poſſeſſionem ſuam.¶ Crederem hoc non eſſe verum in hac patria in prouiſione ſeu recredentia,quę primò adiudicatur ante plenum poſſeſſorium.quæ quidem prouiſio adiudicatur magis probandi tenutam,vt dicit Io.Fa. in §.retinendæ.in pe.col.ibi,curia Franciæ.inſti.de interdi.vbi dicit ꝙ curia Franciæ non ſeruat huiuſmodi ſolennitates, ſed tuetur in poſſeſſione illum quem poſſeſſorem naturalem reperit, ſeu quem reperit habere tenutam, licèt appareat de proprietate aut de ampliori poſſeſſione alterius. facit c.in literis.cum ibi not.extrà, de reſti.ſpolia.¶ Et hoc eſt,quia in materia poſſeſſoria non attenditur titulus,ſed poſſeſſio recens. Boerius in conſue.Bituricen.tit.de iuriſdi.om.iudicum.§.iiij.in glo.fi.& vide Guid.Pape quæſtione ſua cccccxlij.

ALia eſt ciuilis,quæ acquiritur ꝑ retentionẽ vſuſfructꝰ,de qua in l.quiſquis.de dona.¶ Iſta trãſlatio poſſeſſionis per retẽtionẽ vſuſfructꝰ nunq̃ mihi placuit,& credo ꝙ tex.in d.l.quiſquis. eſt valde cõtrarius tex.in l.ij.quis argentũ.§.ſinautẽ. C.de dona.& etiã tex.in d.l.quiſquis.inducta ad vnũ effectum,operatur contrarium *Poſſeßio ꝑ retẽtionem vſuſfructꝰ acquiſita.*

effectum,contra text.in l. legata inutiliter. ff. de adi. legat. quod eſt mirabile , quòd retentio operetur traditionem. Cogita tamen,quia practicatur.& eſt tex.legis.Bal.in d.l.quiſquis.ponit rationem decidẽdi:ſed nõ videtur ſatiſfacere huic dubio,ſeu huic rationi dubitãdi.rationẽ autẽ huius ponit Boerius in cõſue. ſeptenç.Bituricẽ.titu.*Des couſtumes touchant donations*.§.j.vbi ponit materiã,*donner & retenir ne uault.* ¶Et adde do.meũ Iaſ. in l.quę dotis in viij.colũ.ff.ſol.mat.vbi ponit rationẽ quare mentio mortis in retẽtione vſuſfructus non facit donationem cauſa mortis:quoniam vt dicit,non fit in verbis diſpoſitiuis, ſed executiuis. *

Poſſeſsionis ciuilis effectus.

ET quia multoties hæ ciuiles poſſeſſiones in hac patria practicantur, maximè prima ciuilis quæ fit per ſtatutum ſeu conſuetudinem noſtram,de qua in multis noſtris conſuetudinibus.* quæro quos & quot effectus habeat ciuilis poſſeſſio ? Guido pape in quæſtione ſua ccclvj. ponit effectus , ex quibus poſui quinque in §.xv.incipiente.*La femme doubee ſelon la generale couſtume*,in gloſ.in verbo, *Veſtue & ſaiſie*,ſuprà, *des droictz & appartenances à gens mariez*.

Impedit miſsionem ex beneficio Adriani.

SExtò ergo operatur ciuilis poſſeſſio maximè hæc de qua in hac noſtra conſuetudine,quia per eã impeditur fieri miſſio,quæ fieri petitur ex beneficio diui Adriani:& ideo ſtantibus hæredibus ab inteſtato ſi alius ſit qui ſit inſtitutus in teſtamento non abolito,non cancellato , qui petat ſe mitti in poſſeſſionem ex edicto diui Adriani.de quo in l.fi.C.de edic.diui Adria.impedietur per hæredem ab inteſtato qui eſt ſaiſitus,& in poſſeſſione ciuili per hanc noſtram conſuetudinem . ꝙ intellige, verũ niſi eſſet hæres inſtitutus in duabus partibus bonorum defuncti,quia talis inſtitutus eſſet ſaiſitus in illis duabus partibus contra hæredes venientes ab inteſtato,vt dicit tex.noſtræ conſuetudinis infrà in hoc titu. §.*Si le teſtateur diſpoſe*,& talis poſſidens ciuiliter (vt dictum eſt ſuprà)allegat ſe eſſe dominum,& de dominio excipit quod incontinẽti paratum ſe offert probare. Iſtud ponit glo.in l.ij.ibi,dum,in fi.j.glo.C.de edic.diui Adria.& ibi Barto.

ADde quòd ſimplex confeſſio de poſſidendo nomine alterius,tantum operatur quantũ conſtitutum, vt dicit dominus meus Iaſ.in l.ab emptione.in iiij.colum.ibi,quæſtio ergo eſt,& ibi Ang.ff.de pac.

Trãsfert dominiũ.

SEptimò,quia per ciuilem poſſeſſionem fit tranſlatio dominij, ſi vendens aut alio modo donans ſit dominus,aut alio modo trãsferẽs.l.quiſquis.iuncta glo.& l.ſi quis argentũ.§.ſi quis. C.de dona.l.quòd meo.ff. de acqui.poſſe.quod intellige verũ,ſi dominus qui retinuit ſibi vſumfructũ, vel cõſtituit ſe alio nomine poſſidere,poſſidebat tẽpore retẽtionis vſuſfructus vel cõſtitutionis:quia ſi nõ poſſideret,nõ poſſet in aliũ trãſferre quod nõ habet l.traditio.ff.de acquiren.rerum domi.l.nemo plus iuris.ff.de regu.iur. Ita tenet Guido pape in c.ſi quis per literas.in glo.in verbo,poſſeſſio,in verſiculo,& vltra iuſtum effectum.Faciunt quędam quæ dixi ſuprà in titu.de feudis.§.*en alienation & tranſport*,in glo.in verbo,*reale*,quaſi in fine.

VIde ad prædicta Philippum Decium conſilio ſuo ccxlviij.in cauſa magnifici baronis,in iij.colum.in ij.volu.& in regula contractus.ff.de reg.iur.

ADDITIO. Et aduerte quòd iſtud debet articulari, vt tenet Bertrandi in cõſi.ſuo lxxxv.in ij.col.in iij. parte.& in conſi.clxxxv.in ij.col.eadem ij.parte.* ¶Adde Fran.de Aretio in l.interdum

4 in fin.ff.de acqui.poſ.vbi etiam dicit * quòd conſtitutũ nõ extenditur ad res futuras, nec de futuro acquiſitas, licèt dicatur in ipſo contractu, quod nota,quia tibi ſeruiet ad multa.videntur tamẽ tenere cõtrariũ Bal.in rub. C.de cõtrahẽ.emp.in xxj.q. quando ea mẽte apponeretur talis clauſula vt ipſum faceret poſſeſſorem. & Alex. poſt doc.in l.iij.§.incertam.ff.de ac.poſ. ¶Et idem Alex.de precario quòd transferatur ad res futuras in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verb. obl. ¶Et ibi etiam Ioan. de Imo.in fin. * ¶Et an per conſtitutum transferatur naturalis,vide Alexan.in conſi.xxviij.in vij.col.in ij.vol.

ET aduerte quòd cõſtitutũ trãſlatũ poſt mortẽ nõ valet.Ang.in l.quãuis.ff.de acquir. poſ.Philipp.Decius cõſi.ſuo ccxlviij.col.ij.in ij.vol.hîc ante allegato.Alex.cõſi.lxxxij.in iiij.col.in ij.vol. allegato per Decium in dicto conſi.in iiij.col.& vide eundẽ in regula cõtractus.ff.de regu.iur. ¶Intellige tamẽ niſi in contractu diceretur quòd cõſtituit ſe nomine talis donatarij poſt mortem & ex nunc prout ex tunc poſſidere,quia hoc caſu valet cõſtitutũ collatũ poſt mortem.ita tenet Alex.in cõſi.ſuo lxxxiij.incip.viſa facti narratione,col.vj.in ij. vol.& cõſului in caſu emergẽti.Tamẽ etiã poteſt trãsferri poſſeſſio per clauſulã cõſtituti in ſucceſſione ex teſtamẽto,& etiã in legatis,vt dixi infrà in hoc tit.§.iiij.in glo.*& ſont ſaiſiz*. Tu adde ꝙ etiã poteſt apponi clauſula cõſtituti in beneficialibus.facit.c. cũ veniſſent ſecũdũ vnũ intellectũ.extrà,de reſtitutio. ſpoliatorum. Et ideo cautela eſt ad euitandum effectum regulæ cancellarię xxxiiij.de publicãdis reſignationibus,quòd reſignãs in conſtitutione procuratoris,conſtituat ſe nomine illius in cuius fauorem reſignat,poſſidere: quod licet,vt dicit cõmentator illius regulę.ſed iſtud durum eſſet obſeruare in practica , & vſq; nunc non vidi caſum euenire.

ADuerte etiã quoniã clauſula cõſtituti & precarij trãſit paſſiuè in hæredes cõſtituẽtes, maximè quando eſt facta mentio de hæredibus per textũ in l. cũ precario.§.j.ff. de precario. dicã ſtatim.ita tenet Ioan.Franciſcus Balbus in tractatu de præſcriptio.in iiij.parte quartę partis principalis,in xj.q.quaſi in fine: qđ eſt notã dum pro intellectu l.quòd meo.ff.de acquiren.poſ.Quod an ſit verum,vide Mat.de affli. in conſti.regni Siciliæ quę incipit,pacis cultum,in viij.col.vbi ponit,an in vim clauſulę conſtituti poſſum propria autoritate intrare poſſeſſionem alicuius rei etiam contra ſingularem ſucceſſorem,aut vniuerſalem. *

LImita tamen iſtud, & iſtud intellige non eſſe verum in antiquis,quia ſufficit conſtitutum poſſidere , licèt non probetur poſſidere cõſtituentem.Hoc videtur probare Abbas Panor.in c.cũ nobis.extrà, de præſcri. & iſtud refert & ſequitur do.Soci.in cõſilio clxxxvij.in v.col.quem vide,quia quædam bona & vtilia dicit in conſtituto. ¶Decius in cõſilio ſuo clxix.inci.viſo eleganti.& Claudius de aquis in d.l.quòd meo.ff.de acqui. poſ.dicunt quòd in talibus non tenetur probare,quòd is à quo cauſam habet erat dominus. *

ITEM & quãdo dicitur,ꝙ per cõſtitutũ aut retẽtionẽ vſuſfructus trãsfertur poſſeſſio ciuilis,de qua ſuprà,& in l.ab emptiõe.ff.de pac.Limita nõ habere locũ in rebus nõ frãchis aut allodialibus, puta in emphyteuticariis feudalibus,vel rebus manuſmortuæ,quia ſi homo tenẽs rem in feudũ vel emphyteuſim, aut in cenſum, vel aliàs alicui debentem ſeruitutem vendiderit, aut donauerit, aut alio modo trãſtulerit, & in venditione,aut donatione interuenerit cõſtitutum,aut retẽtio vſuſfructus, non trãsfert dominium, nec poſſeſſionem in donatarium aut

rium aut emptorem, donec per dominũ superiorem ipse donatarius vel emptor fuerit inuestitus, retentus, & laudatus. & si concurrãt duo emptores, vel donatarij, ille præfertur qui priùs per dictũ dominũ fuerit inuestitus & laudatus, licèt sit posterior, quãquã clausula cõstituti aut retẽtiõis vsusfructus in cõtractu alterius apposita fuerit. Ita tenet Guido pape multũ notabiliter in quæstione sua xlvj. in vlti. col. & in quęst. lxxxj. in fi. Ita etiam tenet Guil. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiã. iiij. decisione. de testa.

ADDITIO. Amplè quid operetur inuestitura rei feudalis vide Matthæum de afflictis in præfatione constitutionum regni Siciliæ, in xxij. quæstione. & in constitutione quæ incipit, circa violentiarum. vbi ponit, an per illam probetur traditio possessionis. vide Hippolytum de Marsilis in singulari suo incipiente, ille qui vult fundare intentionem. *

ITEM pro secũda limitatione, dic quòd in cõtractu nullo, aut aliàs de iure improbato, clausula, cõstituti, retentionis vsusfructus, aut precarij nihil operatur, vt per Bar. in l. post contractum, in prin. iij. col. ff. de dona. Adde Decium in regula contractus, ff. de reg. iur. ibi, vltima conclusio, vbi dicit secus esse in reali quæ in facto cõsistit: quia operatur ĩ cõtractu nullo. Sed ꝙ in cõtractu nullo, nihil operetur dictę clau. facit quia cassato principali cassatur cõstitutũ & precariũ. Barbatia. cõsi. suo xxviij. in vij. col. in j. vol. do meus Ias. in l. nõ dubium. C. de legi. dixi alibi. Alex. consi. lxxxj. in vij. col. in iij. vol. Alber. in l. acquiritur. ff. de acqui. rerum do.

ADuerte ad vnũ singulare, ꝙ notarius de instrumento rogatus potest clausulã precarij, seu cõstituti apponere in cõtractu, si cõsuetũ fuerit tales clausulas apponi, quãuis de illis nõ fuerit expressè rogatus. Spe. in tit. de instr. editio. §. instrumentũ. ver. quid si à cõtrahẽ. Fel. in c. cũ Martinus, de cõsti. extrà. do. meus Ias. in l. certi condicti. §. si nũmos. ff. si certum petatur. Secus in successore notarij, vt dicit Guil. Benedicti in repe. c. Ray. in gl. in eodẽ testamento relinquẽs, nu. l. de test. dicit tamẽ Alex. in cõsi. suo xxviij. inci. viso præhabito, in ij. vol. quòd si nõ appareat de cõstituto in instrumẽto, notarius non potest illud apponere virtute dictionis, & c. Et illud tenet Decius in l. contractus. ff. de reg. iur. vbi ponit alias limitationes ad dictum constitutum, quas vide.

ITEM adde, ꝙ sicut clausula precarij operatur effectus traditionis & possessionis in personã principalẽ acquirentẽ, ita in personã ꝓcuratoris acquirẽtis nomine alterius: & sicut principalis per se virtute clausulę acquirit possessionẽ, ita etiã ꝑ suũ ꝓcuratorẽ. ita Bal. in l. j. C. quando liceat ab emp. discedere. ver. Quęro, pone ꝙ vẽdidi vbi plus dicit, ꝙ etiã si dicat acquiro ꝑ me & quibusdã quorũ sũ cõsors: trãsfertur virtute illi⁹ clausulę possessio in cõsortes, sicut in acquirẽtẽ. qđ nota, quia vt cõmuniter videm⁹, solẽt prac. & notarij apponere in cõtractibus clausulã constituti, clausulã precarij, & clausulam retẽtionis vsusfructus, an sint inuicem repugnantes, & an vna præiudicet alteri, an verò omnes prosint, & quæ illarum sit vtilior, & an vtilius esset tantùm apponere vnam illarum. Barto. in l. interdum. ff. acquiren. pos. & in l. si quis ante. ff. eod. de acqui. pos. videtur innuere * quòd si clausula constituti apponatur cum clausula precarij, quòd vna impedit aliam. & ita videtur tenere Alex. in cõsi. suo cxxj. in v. vol. eo ꝙ * per cõstitutũ trãsfertur ciuilis & naturalis possessio. * Et per precariũ & retentionem vsusfructus trãsfertur tãtũ ciuilis, & retinetur naturalis. ex quo sunt ergo repugnãtes, quia per vnã trãsfertur naturalis, & per aliã retinetur, videtur ꝙ vna impediat aliã propter repugnantiam & incompatibilitatem. ¶ Quo ad istas incompatibilitates in hoc casu Fran. de Are. in d. l. si quis ante. in ij. col. facit duo correlaria in hac materia, ex quibus concludit tales cõtractus sustineri posse. tenui tamen opinionem Bar. aliàs in consulendo, & obtinui. Georgius Natam in repe. cle. sæpe. in iij. col. de verb. signifi. limitat Bar. in vno casu. *Precarij clausula.* 5 *Clausula constituti cum clausula precarij.* 6 7

ET aduerte * quòd in contractibus in diem vel sub conditione non requiritur traditio possessionis. Paulus de castro in consi. xxj. incipiente, ad primum, in nouis. 8 *Contract⁹ in diē.*

ADuerte tamen ꝙ si fuerit cõstitutum sub conditione, si ante euentũ conditionis res pro qua fuit factũ cõstitutũ alteri tradita sit, illi ius quæritur: probatur amplè per Deciũ in regula cõtractus, ibi, sextò limitatur. ff. de reg. iur. ¶ Etiam aduerte quia clausula precarij habet locum in re legata, ita quòd si apponatur per testatorem, eo mortuo legatarius poterit ingredi possessionem propria autoritate. Bal. in c. ij. de confirma. vtili vel inuti. quod tenet & refert G. Benedicti in sua repe. c. Ray. de test. in verb. in eodẽ testamẽto relinquẽs. j. nu. 159.

ADduerte tamẽ * ꝙ si precariũ aut cõstitutũ fuerit collatũ in euẽtũ cõditionis, ꝙ nõ acquiritur possessio ante euẽtũ cõditionis. Itẽ aduerte, * ꝙ cõstitutũ seu precariũ nõ trãsit ad hæredes, nulla facta mẽtione de hæredib⁹. l. cũ precario. §. j. ff. de precario. Alex. cõs. suo cliiij. in j. col. in vj. vol. vbi etiã dicit * ꝙ absenti nõ acquiritur possessio per precariũ seu cõstitutũ, nisi absens postea apprehẽdat possessionẽ: & ideo stãte cõsuetudine nostra, de qua hic possessio q̃ erat penes defunctũ per cõstitutũ aut precariũ nõ trãsit ad eius hęredes, nisi fuerit realis possessio. & ita limitat Alex. prędictã cõsuetudinẽ nostrã. ¶ Aduerte ꝙ sunt qdã cõtract⁹ q̃ fieri possunt inter absentes ꝑ nũtiũ aut epistolã, vt est donatio. l. absenti. ff. de do. & ĩ l. absenti. C. eo. plenè ꝑ Lu. Ro. ĩ cõs. cccxcv. & hoc casu credo possessionẽ ciuilẽ posse trãsferri ĩ absentẽ ꝑ retẽtionẽ vsusfruct⁹ factã ĩ epistola donatiõis, aut ꝑ aliũ actũ ciuilẽ, vt est tex. ĩ l. qđã mulier. ff. de rei vẽ. & ad prędicta faciũt q̃ dicit Frã. de Are. ĩ cõs. suo xvij. vbi ãplè. 9 10 11

VIde plenè per Philip. Decium in consi. suo ccxxvj. in ij. col. ibi, secundò principaliter, in ij. vol. etiam in casu vbi notarius stipulatus fuerat pro absente, quæ nota. & ibi etiam dicit ꝙ cõstitutum nihil operatur vbi est incertitudo ratione loci & quotę. eundem Decium vide in regula contractus. ff. de reg. iuris.

ADDITIO. Vide Soci. in consi. suo cclxij. incip. in causa magnifici Petri, in v. col. vbi dicit ꝙ acquiritur possessio per notarium absenti sicut per procuratorem. quod an & quomodo sit verũ, vide Matth. de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, baiulos omnes, in xj. not. in x. quæstione, vbi ponit diuersas opiniones, tandem facit conclusionem cum sex limitationibus. *

OCtauus effectus ciuilis possessionis, quia per eam causatur præscriptio, cũ sine ea præscribi nõ possit. c. sine possessione. de reg. iur. lib. vj. l. serui & filij. §. si. ff. de fur. cũ vulg. nec sufficit sola naturalis. l. acquiritur. §. si. ff. de acqui. rerũ do. ideo dicit Bar. in l. j. in prin. ff. de acqui. pos. * ꝙ possessio ciuilis est ius insistẽdi rei nõ prohibitæ possideri, apta producere ciuiles effectus: & ex tali possessione ciuili transfertur vera possessio, vt dicit Bar. in l. ab emptione. ff. de pac. in ver. vltimò aduertas. vbi vult ꝙ licet ex cõstituto sequatur tantũ ficta traditio: possessio tamẽ quæ acquiritur est vera & propria, dicit do. me⁹ Ias. ibi, & in d. l. quoties. C. de rei vẽ. & in §. *Possessio ciuilis causat præscriptionẽ.* 12

omniũ.in xxiij.col.inſti.de actio.vbi ponit,an talis poſſeſſio acquiſita p conſtitutũ ſit propria vel impropria.
Quæſtio quotidiana. SED pone quòd mortuus reperitur poſſidere tẽpore mortis quaſdã res quas donauerat in vita, cũ clauſula
precarij,quis pręferatur in poſſeſſorio,an donatarius,an proximus? vide quæ in ſimili dicit Lud.Ro.in cõſi.
ſuo ccxlvj.incip.clariſſime acceſſor.quotidię iſte caſus euenit & conſului multis,ſed nolui decipere.
Tres ſpecies poſſeſſionis. LIcèt iſta poſſeſſio quę hìc trãsfertur per cõſuetudinẽ noſtrã ſit tãtũ ciuilis,cũ tres ſint tãtũ ſpecies poſſeſ-
ſionis,vt dicit Bar.in l.j.in prin.ff.de acqui.poſ.Bal.tamẽ in l.fi.C.de ſacroſa.eccle.dicit ꝙ eſt poſſeſſio ci-
uiliſſima:& eſt vna alia ſpecies quę quinta dici poteſt,tamẽ qđ reprobat Guido pap.in c.ſi quis per literas.i gl.
verbo.poſſeſſio.ver.ſed quia.Bar. in d.l.j. vbi ponit prædictos octo effectus ciuilis poſſeſſionis, & nũquid ſit
verũ quòd cõſuetudo trãsfert poſſeſſionẽ,vide plenè per doc.in c.ex literis extrà,de cõſue.Ang.& Imola in l.
qui vniuerſas,in prin.ff.de acqui.poſ.Alex.in cõſi.ſuo lxxxij.incip.viſa facti narratione. in iij.vol. vbi plenè. &
Alex.in cõſi.ſuprà alleg.in j.glo.❡ Quia hìc antè dicitur quòd eſt quinta poſſeſſio,omitto illã materiã,ſed tã
13 *Poſſeſſionũ ſpecies.* tùm volo * quòd etiã aduertatur,quòd alia eſt poſſeſſio vacua,alia plena,alia libera,& alia pacifica.de quib⁹ per
14 Feli.in c.cũ Ioã.in ix.& x.col.extrà,de fide inſtr. * & ibi vide quãdo aliquis vẽdit fundũ liberũ, qui tamẽ eſt al
teri obligatus,quòd incidit in crimẽ falſi,& etiã quòd vbi promittitur dari fundũ ſimpliciter , tamẽ intelligi-
tur dari liber.l.ſi ex prędiis.& ibi Bal.C.de euic.cũ aliis allegatis per Feli.in dicto loco in x.col.circa quæ non
multũ inſiſto,cũ ſit quodammodo extra materiã,& quando fundus debet dari liber,vide do.meũ Iaſ.in l.ſi p
fundo.C.de tranſa.in ij.col.❡ Hìc antè in hac glo.vides quatuor caſus,ex quibus transfertur poſſeſſio,ſcilicet
15 *Caſus quib⁹ trãsfertur poſſeſſio.* * per conſuetudinem iſtam in ſuo caſu,per retentionem vſuſfructus, per cõſtitutum & precarium.Adde quin
tum per traditionem inſtrumenti, de quo per docto.in l.j.C. de dona.& intellige continentis ius rei donatę,
aut venditæ,non de inſtrumentis alienationis,vt tenet Albe.& alij in d.l.j.Bal.& Sali.in l.traditionibus.C.de
16 pac.& ideo in terminis dicit Guillelmus de Cuneo in l.licèt.C.de acqui. poſ. col.iij. * quòd verba in inſtru-
mento alienationis rei poſita,quando dicitur quòd donans tradit poſſeſſionem per traditionem inſtrumenti,
quod fit ſuper donatione,nihil operantur.ita tenet Ioan. de Imo.in l.iii.in princi. ff.d. acquiren. poſſeſſione.
❡ Areti.in conſi.ſuo lxxiiij.in iij.col.dicit quòd ſi in inſtrumento interueniant iuramentũ & ſtipulatio, habeã
tur pro traditione,& ſic pro tranſlatione poſſeſſionis:ſed quo ad ſtipulationem de per ſe non eſt verum,quia
eſt textus ad literam in contrarium in l.ex ſtipulatione. ff. de acqui.poſſeſſione. Et aduerte in hoc an verbum
promitto, ſimpliciter prolatum,importat ſtipulationem tam in Latino quàm in vulgari.vide Soci.in conſilio
cclxvij.in j.& ij.col.in ij.vol. * ❡ Et vide alios caſus per dominum meum Iaſon in l. traditionibus.C. de pac.
in quibus acquiritur poſſeſſio ſine traditione. & ibi dicit ,quòd per inueſtituram vaſallus non acquirit poſ-
17 ſeſſionem.❡ Et aduerte * quòd in caſibus in quibus transfertur dominium ſine traditione,ſi reſcindatur cõ-
tractus in acquiſitione dominij,nõ requiritur traditio.Ita tenet Alexan.in conſi.x. incip.fortaſſe,in ij.col. Et
quando res dicatur tradita,vide Io.Petrum.Ferrarien.in actione reali,in glo.iure dominij,vel quaſi in v.colũ.
ADDITIO. Contrariũ videtur tenere Stepha.Bertrãdi in cõſil.ſuo cclxxvj.in fine.in ij.vol.vbi dicit,
quòd vbi in contractu requiritur traditio,idem in reſolutione. & faciunt quæ dicit Alex.
18 in conſilio.cxxxvij.in ſecundo volumine ſtatim allegando. * ❡ Aduerte etiam * quòd ſicut hæres vniuerſalis
acquirit poſſeſſionem in tota hæreditate, ſic etiam hæres particularis in ſua parte & portione,etiã licèt ſit in-
certa.ita dicit Lucas de penna.in l.ij.in ij.col.C.quãdo & quibus quarta pars debetur, libro x. ❡ Aduerte etiã
19 ad vnũ ſingulare * quòd clauſulæ cõſtituti precarij,aut retentionis vſuſfructus,nihil operãtur, quãdo eſt incer
titudo ratione loci, aut quotæ: puta ſi quis dicat,dono quartã partem omnium bonorũ meorũ &c.vel dicat,
dono quatuor iugera in tali meo fundo,vel dono quicquid iuris habeo in fundo. Ita tenet in terminis Philip-
pus Decius in cõſi.ſuo ccxxvj.in ſecundo vol.& vide doctrinam Bar.in l.quæ de tota.§.incert. ff. de rei vendi.
dixi ſuprà in titu.*des droictz & appartenances à gens mariez*.§.xv.in glo.*de ſon doubaire*.
ADde etiam ꝙ per locationẽ rei emptę,aut donatę ſi vẽditor eã locat,ab ẽptore trãsfertur poſſeſſio in em-
ptorẽ,vt tenet Alex.in conſi.xxviij.in ij.vol.hìc ante allegato.per textum in l.quædã mulier. ff. de rei vẽ.
facit tex.ſingularis in l.ſi pignus.ff.de pig.ac.& quę infrà dixi,tit.*des cenſes*,in §.vj.in glo.*contre le tenementier*.
ADuerte tamẽ,ꝙ ſi primus vẽditor locator vẽdiderit ſecũdò, & tradiderit realiter & cũ effectu ſecũdo qui
gauiſus fuerit,quòd videtur potior in poſſeſſorio,vt videtur tenere Bal.in conſil.ſuo cccxxv.in ij.col.in j.
vol.& ita dixi & cõſului in cõtingentia facti.& vide Soci.in cõſi.cvj.in iij.vol. vbi de poſſeſſione per locatio-
nem.Et ex ante dictis in hac gloſſa conſtat fuiſſe demonſtratum iam,quomodo per xij.aut xiij.modos acqui-
ritur dominium & poſſeſſio ſine vera traditione,ſed ex modis qui habẽt vim traditionis.❡ Addo alios, xiiij.
modos qui habẽt vim traditionis poſſeſſionis.❡ Primus.ſ.per traditionẽ clauiũ.per l. clauibus. ff. de cõtrahẽ.
empt.quod intellige,ſi alius nõ poſſideat,quia aliàs videretur iure familiaritatis facta traditio clauiũ.l. qui iure
ff.de acqui.poſ.ſecũdũ dominos de Rota,deciſi.clxviij.ſequitur Soci.in conſil.cxxxj.in fi.in primo vol. ❡ Se-
cundus per tractũ ferreoli ſeu vectis & portę eccleſiæ ſecundum ꝙ dicit Guido pape cõſilio ſuo lxix. quod eſt
finale primę partis.col.iiij.ver.j.qđ intellige vt ſuprà niſi ali⁹ ſit poſſeſſor,vel ſit alius in ipſa eccleſia,vel loco
à quo expelli non poſſit,quia verus poſſeſſor dicitur ſecũdũ Bal.in rub.ff. de rerũ diui.col. lxj.circa medium.
& in l.j.C.de officio præfecti vigilũ. faciunt quæ dicit Alexan. in conſi.ſuo lxxxiij.in j.col.in ij. vol.vbi dicit
quòd per aſpectum loci non acquiritur poſſeſſio ,quando alius eſt in poſſeſſione.& ideo ibi videtur etiã con
cludere quòd aliquãdo per aſpectũ poteſt acquiri poſſeſſio. ❡ Tertius per tactũ anuli,vt dicit Pa.in conſi.ſuo
xcix.in j.col.in j.vol.❡ Quartus per appoſitionem cuſtodis, ſecũdũ Bal.in l.traditionibus.C.de pac.per l.quo
rundam.ff.de acqui.poſ.vbi per Alex.& alios.vltra quos aduertendum eſt ad id quod dicit Alex. in conſi.ſuo
ccxxxij.inci.in cauſa & lite,in iij.col.in prin.in ij.vol. quòd per maritũ penes quẽ ſunt aliqua bona vxoris vltrà
dotalia in cuſtodiã,acquiritur poſſeſſio vxori in illis bonis, per tex.in l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dotiũ.& in l.de
his.C.de dona.inter virũ & vxo.iuncta l.ſi.C.de pac.cõuentis.& vide ad hoc Philippum Corneum in cõſilio
clxxxiij.in iij.vol.❡ Quintus eſt per appoſitionẽ ſigilli aut marchę,quia in aliquib⁹ caſib⁹ ſigillare habet vim
acquiſitionis poſſeſſionis rerum ſigillatarum, vt dicit Bart.in l.quæ dotis.in fi.ff.ſol.mat.allegat.l.ſi neq;.ff.de
periculo

periculo & cōmodo rei venditæ.& ibi vide Alex.qui de materia sigilli allegat multas cottas.dixi in Catalogo gloriæ mundi,in j.parte.in xxxviij.consideratione.in xxxv.cōclusione illius cōsiderationis,& alibi dicā. ¶ Sextus est per patientiam,de qua in §.interdum,insti.de rerum diuisione.& in l.minus instructus. C.de acqui.possess.Ale.in consi.ix.incip.viso processu,col.fi.in prin.in vj.col.vbi dicit procedere,quando possidens pro parte sua impleuit contractū,post Ang.in l.circa longi.circa col.pe.C.de prescri.longi temporis, vbi limitat illud qđ habetur in d.l.minus instructus.per l.Iulianus.§.offerri.ff.de ac.emp.& in l.ius ciuile. C. de rei vendi. facit dictum Guil.pape quæstione.xv. vbi dicit compulsoria reuocanda,si instrumentum ex quo sunt sumpta non est purificatum.Et ꝙ in corporalibus sufficit vnica patientia,facit.l.si cū fundū,in fi.& ibi notatur. ff. de cōtrahen. emp.post gl.in aut.sacra.puberum in verbo,custodiatur.C.si aduersus venditionem.Sed in corporalibus & iuribus patientia requiritur toties quoties fit quęstio illius iuris,per glo.in l.corruptionē.C.de vsufru.& Alexā. in l.ij.§.j.in iiij.col.ff.de verb.obli.Et an patientia possidendi faciat præsumptionem dominij,est theorica Bar. in l.quidam in suo.ff.de condi.instit.quam reassumit Bal.& post eum Areti.vt refert do.meus Ias. in §. sic itaque.insti.de actio.Et maximè quando est diutina,operatur dominij translationem.per tex.singularem. in l.si filius.ff.de acqui.hæredi.tradunt Bar.Ang.Imola & Romanus in l.qui in aliena.ff.de acqui.hære. Et in beneficialibus ꝙ præsumatur titulus ex patientia possidendi ad excludendam intentionem agentis.tradit Feli. in c. sicut,col.xiiij.de re iudicata. Decius in consi.xxx.col.ij.& in consi.cxviij.habetur in concordantiis, in titulo de pacificis possessionibus.vbi dixi post Cosmā Guymier in pragmatica sanctiōe.Et videmus inuiolabiliter obseruatum apud nos tam ex ordinationibus regiis,quàm ex pluribus consuetudinibus patriæ,& practica vniuersali,quòd ex patiētia annali acquiritur possessio in omnibus tam prophanis quā spiritualibus,ita ꝙ post annum non audiuntur prosequentes possessoriū,& per fines non recipiendi,repelluntur. ¶ Septimus per verbū,assigno. ¶ Octauus per verbū,concedo. ¶ Nonus per verbum, transfero,de quibus tribus dixi suprà in titu. *des droictz & appartenances a gens mariez*.§.xviij.in glo.*par son mary*. ¶ Decimus, quādo quis donat per epistolā & per eandē epistolā conduxit rē donatā à donatario,trāsfertur possessio in donatariū,per tex.ad literā.in d.l.j. mulier.ff.de rei ven.Ex quo idē est dicendū quando in epistola donationis cōtinetur quòd donans retinet vsumfructum vita eius durante,prout dixi in casu emergenti. ¶ Vndecimus est positus in d.l. mulier. scilicet si donatarius sit in loco rei donatę tempore quo recipit epistolam,qui casus est multùm notabilis & singularis. ¶ Duodecimus est in societate seu communione in qua acquiritur dominium , & possessio sine traditione eidem facta,vt tenet Azo.in summa in iiij.col.C.pro socio.& dixi suprà in titu. *des droictz & appartenances a gens mariez*.§.ij.in glo.*participant*.& infrà in hoc tit.§.v.in glo.*meilleur de l'autre*.ver.additio.aduerte ad vnū in societate.Et aduerte ad id quod dicit Alex.in consi.suo cxxxvij.incip.in causa & lite vertente. in vj. col. in ij.vol.quòd sicut in societate transit dominium sine traditione,ita in resolutione societatis:& sic in diuisione. ¶ Pro decimotertio casu adde casum,in quo non requiritur adeptio possessionis,scilicet in possessione beneficij in vim tituli inualidi seu nulli,aut incolorati,cui superuenit titulus validus,aut coloratus: quia non requiritur alia possessio virtute tituli colorati,vt tenet glo.Cosmę Guymier,in titulo de pacificis possessio.in verbo,coloratum,vbi ponit fallentiam in titulo colorato superueniente ex iure regaliæ, & illam primam doctrinam tenet Bal.in l.ij. C.de ser.& aqua.quem non allegat Guymier. ¶ Pro decimoquarto casu in quo non requiritur traditio in contractu inito cum principe, vt tenet Ange.in l.j.ff.de rei vend.vbi dicit quòd transfertur possessio ex parte principis sine traditione.& hoc comprobat dominus meus Iason. in l.quoties, in ij. col. ver.secundo infero.C.de rei ven. habere locum in priuilegio concesso per principem. secus tamen dicit esse in contractu,quia idem vt in aliis contractibus.& ita dixi etiam in Catalogo gloriæ mundi in quinta parte, in xxiiij.consideratione.in cxl.priuilegio principis. *

IN TEXTV IBI, *Le plus prochain.*

QVæro quis dicatur proximior?* dic quòd in successione ab intestato quatuor aut quinque gradus inueniūtur. ¶ Primus,inueniūtur liberi qui sunt in primo gradu,& isti sunt pròximiores qui pręferūtur omnibus.& intellige ꝙ liberi seu descendētes pręferuntur omnibus aliis in successione parentum. ¶ Secūdus gradus est parentum seu ascendentium. De quo dicam infrà.§. *Succeßiō en ligne directe*. ¶ Tertius est transuersalium seu collateralium, de quo dicam infrà. ¶ Quo ad istos tres,vide Boerium in consuetudine septenę Bituricen.titu.de consuetudine retractus.§.secundo,vbi ponit qui dicantur proximiores quoad ius retractus. — *1 Gradus in success. ab intesta.*

QVartus est cōiugum,viri scilicet & vxoris,de quo.C.vnde vir & vxor.& .ff.& dicam infrà. ¶ Quintus est fisci,de quo dicam alibi,scilicet,infrà.in titu. *Des succeßions des bastardz*,vbi plenè dicam in §.j.

QVantum ad primum gradum successionis reperio scriptum Nume.27.vbi Moyses referens causam filiarum Saphaal ad iudicium domini , petentium ad parentis successionem admitti. Responsum traditur à domino, Iustam rem postulant filiæ Saphaal, da eis possessionem inter cognatos patris sui , & ei in hæreditatem succedant, statuentes tunc legem vniuersalem hæreditariæ successionis filiis Israel, his verbis:¦Homo cū mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas: si filiam non habuerit,habebit successores fratres,&c. Ex quo per illam legem apparet quòd prima causa successionis & filiorū est descēdentiū. de quo plenè insti.de hære.quæ ab intest.descer.per totum, vbi ponit,quomodo succedūt filij,& descēdētes ascēdētibus. Illa tamen lex Mosaica seruari hodie nō debet in aliis successionibus secūdū Ioā. de Imo.in cōsiliis suis, cōsi.j. — *Lex moyst de success.*

¶ Redeundo nunc ad primā causam successionis,seu ad primū gradum,scilicet liberorū.* Dic quòd hic gradus omnes alios antecellit & preferuntur liberi omnibus aliis.cùm enim sunt liberi,excluduntur omnes alij. l.ij.C.qui admi.aut.in successione.C.de suis & legit.insti.de hęre.quę ab intesta.deferūt.§.j.& ij.§.quia igitur, in aut.de hære.ab intest.venien.colla.ix.cùm dicit text.primum esse disposuimus descēdentium successionem. — *2 Liberi omnes excludunt.*

ET aduerte * quòd liberorum sex sunt species:quidam sunt naturales & legitimi,quidam legitimi tantùm, quidam naturales tantū,quidam legitimati tantùm. Horum naturalium & legitimorum quidam sunt in potestate,quidam emancipati,institu.de hæredibus quæ ab intesta.deferuntur:sed quia sublata est differentia patriæ potestatis & emancipationis quo ad successionem,non insisto. — *3 Liberorū sex species. Naturales & legitimi.*

Legitimi tantū n. LEgitimorum quidam ſunt legitimi,qui dicuntur adoptiui,alij arrogati,& de his dicitur.ff. &. C.de adop.
& inſti.de adoptio.& dicuntur ex eo quòd non ſecundum ius naturale,ſed ſecundum ius ciuile ad ſucceſ-
ſionem admittuntur,& habetur in l.ſi arrogator.ff.de adop.dicam infrà.

Naturales tantū. DE naturalibus quia alij ſunt ſpurij, alij baſtardi, alij nati ex damnato coitu,dicam infrà.& quomodo ſuc-
cedant,dicam infrà titu.j.

CVm ergo vt dictum fuit,primò filij ſeu liberi naturales & legitimi ſuccedant, dic quòd cū ipſi in vita eorū
patris ſint quaſi domini rerum paternarum,& poſt mortem eorū patris fiat in filios quædā continuatio,
vt in l.in ſuis.ff.de libe.& poſth.l.in ſuis.ff.de ſuis & leg.l.j.§.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.
l.nihil.C.de vſucap.ꝓ hærede.ſuccedūt enim tales filij patri omnibꝰaliis excluſis.§.j.inſti. de hære.quæ ab in-
teſta.deferuntur.l.in teſtamēto.C .de ſuis & legitimis hæredibus.& intantū illis ſuccedūt, * quòd olim vellēt
4 nollēt cōpellebātur hæreditati ſe immiſcere.inſti.de hære.quali.& diffe.§.ſinautem.ſed prętor cōceſſit eis be
neficium abſtinendi ſi vellent.inſti.de hære.quali.& diffe.§.ſed & his permittit prætor.ſed hodie de iure ciui
li ſufficit ſi ſe non immiſceant.l.j.C.ſi quis omiſſa cauſa teſt.l.fi.C.de iure deliberā.ibi, præſentis legis noſtræ
autoritate.l.j.C.ſi vt ab hære.ſe abſtineant.not.Alex.& alij in l.neceſſariis.ff.de acqui.hæred.

5 *Legiti-* ADuerte ad ea quæ dicit Alexan. in d.l.neceſſariis.ff. de acqui.hæreditate * ꝙ neceſſarius habet beneficiū
6 *mati.* abſtinēdi.* quod fallit in legitimato per oblationē curiæ,vt de hoc eſt vnicus textus & ſingularis in §.&
quoniā varie.ibi,nō ſinimus eos abſtinere ab hæreditate patrū.in aut.quibus modis natura. efficiūtur ſui col-
la.vij.quē tex.dicit ibi Ang.eſſe ſingularē ad hoc.& Bal.in c. per tuas.ibi,multas dicit extrà,de maiori.& obe-
diē.& dicit Lud.Roma.in d.l.neceſſariis, quòd illū tex. didicit à quodā, qui aſpectu ſibi videbatur cathalanus
cū iret Romā,à quo multa alia ſingularia didicit.& iſtud dicit & refert do.meꝰIaſ.in d.l.vnica.in xj.col.C.quā-
do nō petentium partes.& dicit Ang.in d.§.quoniam varie.quòd iſte.§. intelligitur in quocūque legitimato.

BAld.tamē in d.c.per tuas.& dominus Alex.in d.l.neceſſariis.& do.meus Iaſ.in d.l.vnica.dicūt ꝙ ille.§.nō
habet locū in legitimato per ſubſequēs matrimoniū : quia legitimatus per ſubſequens matrimoniū nihil
7 differt à veris legitimis.§.illud.in authen.quibus mo. natu.effic.legi.colla.vj. dominus meus Iaſon plenè in l.
generaliter.§. cùm autem.C.de inſtitu.& ſubſtitu. in pe.& vltim.colum.

8 TV adde * alium caſum in quo filius non habet beneficium abſtinendi , ſcilicet quando aliquid amouet de
hæreditate patris.tex.eſt in l.ſi ſeruum quis.§.prætor.ff.de acqui.hæredita.

ET intellige prędicta de liberis,ſiue ſint emancipati,ſiue in poteſtate,ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœ
minarum deſcen.§.ſi quis igitur,in authen.de hęredibus ab inteſt.venien.colla.ix.authen.in ſucceſſione.C.
de ſuis & legiti.De ſucceſſione tamen fœminarum pleniùs dicam infrà in hoc titu.§.*femme mariée.*

ET quod dictum eſt de ſucceſſione filiorum,dic idem in ſucceſſione nepotum,pronepotum,& aliorum de-
ſcenden.qui ſubintrant locum patris dicam infrà in hoc tit.in §. *En toutes ſucceßions repreſentation à lieu.*
9 ¶Quantum ad alios dicam in ſuis locis & in articulis vbi de eis fit mētio.¶Sufficit * quòd volens venire ad
ſucceſſionem ſolùm probet quòd eſt in tertio vel quarto gradu,nec tenetur probare ꝙ nullus ante eum eſt pro
ximior.vide Lancelotum Decium in in l.ſi auiæ.C.de ſucceſ. hęredit.

IN TEXTV IBI, Heritier habile.

De quo hærede intelligenda hæc consuetudo. BAldus in rubrica de cauſa poſſeſſionis & proprietatis,in fi.dicit ꝙ tale ſtatutum intelligitur de vero & iu-
1 ſto hærede,& hoc ideo eſt,*quia quęcūq; diſpoſitio etiam generalis intelligitur diſponere in caſu habili &
ſuperhabili.Faciunt quæ dicit do.meus Iaſ.poſt Bart.in l.j.§.nunciatio. in iij.col.ff.de noui ope.nun.vbi plenè
do.meus.& dicit Bal.in c.item cùm quis.col.j.ver.& præſertim ſi ſtatutum. de reſti.ſpoliato. & Alex in conſi.
2 ſuo xl.in ij.col.in iij.vol.quod eſt repetitū in conſi.lxxxij. in ij.vol. * ꝙ ſtatutū faciens mentionem de hærede,
intelligitur de vero & iuſto.Et ita intelligit conſuetudo noſtra,quando dicit,*heritier habile.* ¶Et intelligitur
hæc conſuetudo in quocunque gradu ſit,& in quacunq; linea:quia ſimpliciter loquitur de hærede,tam in linea
deſcendente,quàm tranſuerſali, dummodò ſit ſucceſſor.Quod quomodo intelligatur, & quid importet iſtud
verbum hæres,quod eſt generale,dicam ſtatim.§.proximo.in principio.

2 ADuerte ad textum noſtrę conſuetudinis,qui non ſolū vtitur verbo,hæres,ſed dat ei qualitatem habilitatis,
ex quo in hoc verbo, *habile*,eſt aduertendum,quòd ponitur tantùm ad excluſionē incapacium ſucceſſio-
num.ſ.baſtardorum,religioſorum,damnatorum ad mortem,filiarum dotatarum per patrem,ſecundum conſue
tudinem infrà poſitam in §.*femme mariée*,patrum & matrum,in antiquis hæreditagiis, quandiu ſunt ex illa co-
gnatione,aut agnatione & non ad excluſionem ſequentium in gradu excluſis primis:quoniam omnes ſunt ha-
biles,dummodò ſint parentes legitimi & naturales.ſed remotiores etiam habiles ad ſuccedendū excluduntur
per proximiores, quandiu dici poſſunt proximiores,& iſti ſunt qui habēt beneficiū huius conſuetudinis.Nec
dicendum eſt quòd hæc dictio ſit poſita ad tollendum ſequentes in gradu poſt ſublationem primorum nō ha-
bilium,ſecundum quod habetur in titulis ff.& C.de his quibus vt indignis hæreditates auferuntur,quoniā ta-
les indignitates in Gallia nō obſeruātur:ſed poſt excluſionē pręcedētium in talibus admittuntur ſequentes,niſi
in bonis,vbi habetur cōſuetudo,ꝙ qui cōfiſcat corpus,cōfiſcat & bona:vt apud nos,& in multis aliis locis Frā-
cię.Et ideo dicendū eſt ꝙ ſi primus non ſit habilis,ꝙ cōſuetudo noſtra ſaiſit ſequētē in gradu,vt dicit Bal.in c.
item cùm quis.de reſti.ſpolia.Benedicti in repe.c.Raynu.in verbo,mortuo itaq; teſtatore.nu.172.de teſtamen
tis.ex quo in facti contingentia dixi,ꝙ argumenta quæ fiebant per quoſdam aduocatos Diuionen. cōtra hanc
conſuetudinē ad inducendū ꝙ nō ſaiſit filios fratrū ex vtroq; latere contra fratrē vterinū,cū frater vterinus ſit
proximior,& filius fratris non eſt proximior,niſi per repręſentationem introductā ex priuilegio,vt infrà dixi
in §.hoc eodem tit.§.*en toutes ſucceßions*,vbi dixi ꝙ repreſentatio eſt introducta ex priuilegio in corpore iuris
clauſo,& ex quo in ſucceſſione filius præfertur nepoti.l.liberto præterito.§.ſi libertus.ff.de bonis libertorum.
vbi tex.clarus,ꝙ quādo debet vocari proximior ad ſucceſſionē,filius nepoti ex alio fratre præmortuo præfer-
tur.& facit.l.proximus.ff.de verb.ſignifi.& ad idē eſt tex.in l.iubemus.in prin.iuncto §.fi.C.ad Trebel.Ex quo
vt dicebant prædicti aduocati,decidebatur,ꝙ vbi fit mentio de proximiore,non comprehenditur ſequēs,licèt
ille

ille ſit talis qui ſoleat præcedentē repræſentare.& ibi Bal.dicit ꝙ vbi fit mētio de filiis & de gradu, nō com-
prehenduntur nepotes,ſicut in ſimili dicitur,ꝙ licèt quandoque appellatione filij cōprehendātur nepotes.l.ſi
lij.& l.iuſta.ff.de verb.ſig.tamē quādo filij vocantur cū aliqua qualitate quæ nō eſt in nepote, nunquā appel-
latione filij nepos cōprehenditur.l. fi. C. de naturalibus lib.notat Bar.in l.liberorū.ff.de verb.ſig.Alex.in cō-
ſi.iiij.inci.ponderatis. in iiij.vol. ℂ Quoniam illi domini aduocati ſolū ponderabāt verbum,*plus prochain*,&
nō qualitatē illi adiectā,quæ eſt eidē data per iſtud verbū,*habile*.ex quibus verbis ſimul iunctis cōſtat ꝙ nō ſuf
ficit ꝙ ſit proximior tantū,ſed requiritur ꝙ ſit proximior habilis, quæ habilitas conſideratur ex cōſuetudini-
bus noſtris ſeu diſpoſitionibus noſtris cōſuetudinariis quæ reddunt filios fratrū ita habiles ſicut fratres & ma
gis filios fratres ex vtroque latere,q̃ fratrē ex vno latere: quia licèt frater vltimus ſit proximior in gradu, ta-
men nō eſt habilis,ex quo nepos qui eſt filius fratris ex vtroque latere eſt proximus per repræſentationē,& ha
bilis per duplex vinculū,erit in vim huius conſtitutionis ſaiſitus excluſo proximiore tantū non habili per do-
ctrinā Bal.in d.c.itē cùm quis. Nec obſtat ꝙ iſte filius fratris eſt habitus in loco proximioris per priuilegiū ꝙ
non extenditur,quia ex quo illud priuilegiū eſt in corpore iuris clauſum, dicitur ius ſcriptū: & ita debet de eo
iudicari ſicut de iure ſcripto aut cōmuni,vt tenet Io.And.poſt Hoſt.in c.ex parte,*le premier*,ſuper verbo,cō-
munis de decimis.vbi dicunt ꝙ priuilegiū in iure clauſum facit ius cōmune inter nominatos , & per plura alia
comprobatur quæ ponit Feli.in c.j.in viij.col.extrà de reſcriptis. & etiam iura quæ vocant illam repræſentatio
nem aliquando verbo priuilegium,aliquando verbo ius,aliquando verbo beneficium, ex quo cum ſit ius no-
uiſſimum,illi adhærendum eſt.* ℂ De materia huius glo. vide Boerium in conſuetudine ſeptenæ Bituricen.
tit.de teſt.§.vj.vbi ponit de hoc verbo,*habile*,in ſimili conſuetu.

NOtanter dicitur *habile*,quia licèt prælati habeant conſanguineos,ſi tamen habeant bona ex ſuis beneficiis
prouenientia non ſuccedunt illis , nec ſunt veſtiti & ſaiſiti de illis bonis:quia non ſunt habiles , licèt ſint
proximi,ſed ſucceſſores in beneficiis.per tex.in c. relatum.le. ij.extrà, de teſtamen. ℂ Vide Boerium in con-
ſuetudine Bituricen.tit.de teſt.§.vj.in fi.vbi ponit,an hæc conſuetudo habeat locum in bonis clericorum.

FVit maximū dubiū,& maxima altercatio adhuc eſt in ſucceſſione quondā domini Blaſij rolin protonota- *Dubium.*
rij,prioris cōmēdatarij prioratus ſancti Symphoriani Heduen. quæ nondū eſt deciſa, de qua ſcripſi infrà in
tit.des *ſucceßions des baſtardz*.in §.fi.in conſilio quod feci in illa materia. ℂ Quādo debeat diſquiri de perſo- *Quādo de*
na an ſit habilis vel non ad hæreditatē vel legatū capiendū,vide Bar.in l.non oportet.ff. de lega.ij.& Ioā.Fab. *habilitate*
in §.in extraneis.inſtitu.de hęredū quali.& differētia.vbi ponit quo tēpore debeat eſſe habilis.ꝙ etiā ponit de *diſquiren-*
impetrante gratiā expectatiuā ad primū beneficium vacaturū,qui medio tēpore non fuit habilis, an ſi poſt mo *dum.*
dū efficiatur habilis, poſſit obtinere beneficiū.dixi in gl.concordatorum Frā.titulo,de electione.§. beneficia
verò quæ in quarto menſe.Et aduerte ad tex.in c.ſi eo tempore. de reſcriptis. in vj. * ꝙ ſi quis tempore quo 3
impetrauit gratiā expectatiuam ad beneficium curatum ſit inhabilis,quia minor xxv. annis,licèt poſtmodum
efficiatur habilis,quia maior,non tamen prodeſt ei gratia ſua.

h ADDITIO. Et aduerte quando conſideratur habilitas, an in initio,an in fi.vide Mat.de affli.in cōſti.re
gni Siciliæ quæ incipit,vt vniuerſis.in xj.not.ver.quid ſi tempore in quo.*

ADuerte ad vnum ſingulare,quòd in ſucceſſione furioſi,dementis, aut mente capti quicunque etiam pro-
ximus excluditur per extraneum qui illum in vita rexit,curauit & aruit,in negligentia prædictorum & iu
re ſanguinis vel aliàs ſuccedere debentium.aut.liberi.C.de epiſ.audi.de quo amplè per Guil. Benedicti in ſua
repe.c.Ray.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.nu. 821. de teſta. & conſului in caſu emergenti pro Helia
iullier contra parentes Philiberti de montgachot.

IN TEXTV IBI, *Succederè*

ADuerte ꝙ verbū ſuccedere eſt verbū generale,& cōprehēdit tā de iure prętorio ſuccedentē, q̃ iure ciuili, *Succedere.*
& tā ex teſtamēto q̃ ab inteſtato.l.fi.C.vnde legi.li.j.& ij.C.de ſucceſ.edic.Soci.in cōſi.ſuo cl.in xx.col.&
in cōſi.cclxxv.in vj.col.licèt cōtrariū videatur tenere in cōſi.ſuo xxx.in ix.col. circa mediū. Dicā alibi.* Non 1 *Ad legi-*
tamen dicitur ſuccedere qui venit ad legitimā ſolam,vt habetur in l.quoties.C.de hære. inſtituē. per doctores *timam ve-*
maximè Ang.dum quęrit,an ſit ius accreſcendi inter habētes hæreditatem & habentes legitima.Et per Bar.in *niens non*
l.ſi quis filium.C.de inoffi.teſtamen.& in l.qui ſe patris.C.vnde liberi.in quibus locis dicitur* quòd legitima *dicitur ſuc-*
eſt quota bonorum non quota hæreditatis,& ſic non ſucceſſionis,quæ eſt ius vniuerſum.l.hæreditas. ff.de pe 2 *cedere.*
titio.hæredita.Soci.in conſilio prædicto.in xj.& xiiij.col.

ADuerte*quia defunctus & hæres vna & eadem perſona cenſentur.l.fi.vbi notatur per gl.& doc.C.de hæ 3 *Defun-*
redibus inſtituen.*Ita quòd ſi quis promittat guarentiſare de facto ſuo tantùm,comprehenditur etiā fa- 4 *ctus &*
ctum prædeceſſoris, & ſicut tenetur ex perſona ſua,ita etiam tenetur ex perſona eius cui ſucceſſit . Ita glo. & *hæres ea-*
Bar.in l.ſi ſeruus.*la ſeconde*.in prin.ff.de conditione furtiua.Alex.ibi in apoſtillis.qui plura ad hoc allegat,quæ *dem perſō*
nota cùm pluries fuerim interrogatus. *na cenſen-*
tur.

SED quæ ſit differentia inter ſucceſſorem in hæreditate,& ſucceſſorem in dignitate, vide per Barb.in cōſi.
viij.in xviij.col.in ij.volu.vbi dicit quòd ſucceſſor in dignitate conſequitur ex titulo defuncti ab eius pro
motore.c.ad decorem.extrà de inſti.

§. SECVNDO.

ON *ne peult exhereder ſes vrays heritiers , que on ne leur laiſſe leur legitime,qu'eſt par couſtume reputée la tierce partie des biens du treſpaßé , ſans charge de legatz, fraiz funeraulx,& des donations faictes en derniere volunté , ſinō pour aucunes des cauſes d'exheredation declarées en droict.*

IN multis locis in Francia non poteſt quis inſtituere,ſed poteſt exhæredare.In comitatu Burgundiæ
nihil de hoc diſponitur,ideo erit recurrendum ad ius commune.

1 Appellatione hæredis qui veniant.

VT dictum eſt hîc antè, verbum, hęres, prolatum intelligitur de vero. Bal. in rub. de cauſa poſſeſſionis, in fi. & in c. item cùm quis. de reſti. ſpo. * ſed quid comprehendatur, dic quòd illud quod comprehenditur appellatione ſucceſſoris, comprehēditur appellatione hæredis: quòd verbum ſucceſſor, comprehendit omnes hæredes vniuerſales. l. quædam. §. is autem. ff. de eden. & ibi doctores. Bar. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de libe. & poſthu. Bar. in l. pater. §. mater. ff. de lega. iij. ¶ Et appellatione etiam hæredis in dubio intelligitur de vniuerſali, etiam extraneo. Bar. in d. §. matri. Soci. in conſi. ſuo ccl. incipiente, in cauſa Bonon. quæ agitatur in j. col. & in conſi. ſuo cclvij. in iiij. col. dicit quòd verbum hæres, de proprietate ſermonis includit quemlibet hærедē, & verbum ſucceſſor, quemlibet vniuerſalem ſucceſſorem. Imò etiam dicit in conſi. ſuo cclxj. in pe. col. quòd appellatione hæredum veniunt etiam extranei. vide Pau. de caſt. in conſi. ſuo ccccl. in nouis conſiliis, in impreſſione noua. Vide Panor. in c. in præſentia, de probationibus.

2 Hæres idē quòd dominus.

ET aduerte, * quia verbum hæres, idem eſt quod dominus. Glo. in l. j. ff. ſi cer. peta. vbi dicit gl. hæres. i. herus, hoc eſt dominus. Hinc dicit text. in l. item mela. §. legis Aquiliæ. ff. ad l. Aquil. ꝗ legis Aquiliæ actio hero competit, hoc eſt domino. Et quid contineatur appellatione hæredis, vide text. in l. ſciendum. & in l. hæredum. ff. de verb. ſignifi. & doct. in locis hîc antè allegatis. ¶ Et aduerte * quòd verbū hęres ſumitur dupliciter: vno modo pro hęrede ſanguinis, alio modo pro hærede hæreditatis, vt dicit Inno. in rubrica, extrà, de iure patronatus. quem refert Bal. in c. j. in titu. de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis & fœmi. inueſti. petit. & in his eſt differentia: quia in hęredibus ſanguinis, nomen hæres, habet ſignificare qualitatem ſucceſſoris, & in aliis habet ſignificare qualitatem ſucceſſionis. ¶ Item iura ſanguinis attribuuntur cuilibet ſucceſſori pro virili: ſed iura hæreditaria, pro hæreditaria portione. Iſta ſunt verba Bald. in in dicto loco. ¶ Aduerte tamen quòd etiam hæres in certa re cum proteſtatione quòd non teneatur ad debita niſi pro parte tenetur in totum, ſi non ſint alij hæredes. vide Boerium titu. de teſt. §. j. in fi. glo. in ſuis conſuetudinibus Bituricen.

3 Hæres dupliciter ſumitur.

Quæſtio notabilis.

SVccedit alia notabilis quæſtio quæ poteſt euenire, vt habemus infrà, *des ſucceſſions des baſtards*, princeps ſuccedit baſtardo, & ſic dicitur eius hæres: an hoc caſu ſi teſtamentum fecerit baſtardus, teneatur relinquere principi legitimam, & ſic tertiam partem bonorum, poſito ꝙ teſtari poſſit? De quo articulo dixi infrà in dicto titu. §. fi. ¶ Videtur primò ꝙ ſic, cùm ſit loco hęredis: vt tenet Bal. in l. j. in j. col. C. de bonis quæ libe. & Bar. in l. non intelligitur. §. cùm ex cauſa. ff. de iure fiſci. Dixi infrà dicto titu. §. j. in glo. in verbo, ſuccedere. ¶ Contrarium tamen poſſet ſuſtineri, quia verba ſtatuti ſunt propriè intelligenda. l. tertia. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Dominus meus in aut. vnde ſi parens. in iij. col. C. de inoffi. teſta. nec verba propriè intelliguntur, cùm aliquid habetur pro tali, vel loco talis, vt dicit Bar. in l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad l. Iuliam de adulter. & per plura probat dominus meus in l. prætor ait. §. fine autem. ff. de noui operis nūcia. * quòd aliud eſt eſſe talem, & haberi loco talis: imò ſi aliquis habeatur loco talis, illud eſt impropriè eſſe talem, vt dicit idem do. meus Iaſ. in l. patris & filij. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. ſed in ſtatutis non eſt aſſumenda impropria ſignificatio ſeu interpretatio, vt dixi in pluribus locis: igitur, &c. & hæc omnia dixi, & multò plura in caſu contingente pro defenſione ſucceſſionis cuiuſdam, qui tamen erat legitimus, licèt per inuidiam fuerit oppoſitum quòd eſſet baſtardus, quod tamen non erat verum, imò iuſtificaui ipſum fuiſſe legitimum.

4 Haberi pro [illegible] & eſſe talem differunt.

IN TEXTV IBI, *Que on ne leur laiſſe.*

☞ ADDITIO. Iſtud verbum, *laiſſe*, gallicè prolatum, poteſt adaptari prolatum aut ad vltimas voluntates, aut ad contractus, prout dicit Stephanus Bertrandi in conſilio ſuo ccclxxv. in ij. parte: ſed aduerte, quia hoc verbum hîc poſitum intelligitur per inſtitutionem, prout ita declaratur per conſuetudinem ſequentem, vbi amplè dicam.

IN TEXTV IBI, *Leur legitime.*

1 Legitima quibus debeatur.

VEllem * ſcire quibus de iure debetur legitima. Bal. in l. maximum vitium. in vlt. col. C. de liberis præteritis, dicit quòd non debetur niſi venientibus ab inteſtato ad ſucceſſionem alicuius, & non debetur tranſuerſalibus niſi in vno caſu, ſcilicet in caſu §. ingratitudinem. in aut. de nuptiis. colla. iiij. videlicet fratri. l. fratres. C. de inoffi. teſta. & ita dicit Bal. in aut. ex cauſa. in ij. col. C. de liber. præter. vel exhæredatis, vbi dicit quòd propriè tranſuerſales non dicuntur exhæredati, quia nemo tenetur eos inſtituere niſi in vno caſu, vt hîc dicitur. dicam plenè de hoc in §. ſequenti.

2 Filiis iure naturali

3 Legitima

4 varia nomina

ET debetur * legitima filiis iure naturæ. i. de iure naturali, ſecundū ꝙ filius debet ſuccedere patri. prima diſtinctio c. ius naturale. & Bal. in l. fi. §. ipſum. C. de bonis quæ libe. Dy. in regula indultum. de regu. iur. in vj. do. me⁹ Iaſ in l. ſi arrogator. xix. col. ff. de adopt. * & legitima eſt quaſi debita filio, & in ea dicitur creditor filius. Alex. in cōſi. ſuo xlvj. in vj. col. in j. vol. & Soci. in cōſi. xxx. in x. col. ibi, xij. & in cōſi. ſuo cl. in v. col. vbi dicit * ꝙ in hoc aliquando appellatur legitima, aliquando debita portio, vt in aut. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. aliquādo ſimplex debitum. §. j. in aut. de trien. & ſemiſſe. aliquando debitum iure naturæ. l. ſi totas. C. de inoffi. dona.

5 Aſcendentibus quomodo.

QVo iure * autē debeatur aſcēden. Bal. in dicta aut. nouiſſima. in j. q. C. de inoffi. teſta. dicit ꝙ debetur iure naturali. dicit tamen idem Bald. in ll. C. de legi. hære. quòd debetur ratione naturali. & in §. ius naturale. inſti. de iure naturali gentium & ciuili, quòd debetur iure poſitiuo non naturali: & ideo more ſolito eſt ſibi in hoc contrarius. vide Lud. Roma. in conſi. ſuo xxxij. in penul. colum. vbi dicit quòd eſt debita de iure ciuili & poſitiuo: & ideo, vt dicit, poteſt in totum tolli.

IN TEXTV IBI, *La tierce partie des biens.*

1 Legitima quid.

ADuerrte * quòd legitima eſt tertia pars eius quod proueniret ab inteſtato debita iure naturæ ære alieno deducto, & funeris impenſa. notant docto. in aut. nouiſſima poſt glo. C. de inoffi. teſta. iſtud eſt verum de iure communi, ſed per conſuetudinem noſtram legitima eſt tertia pars ſubſtantiæ vel patrimonij patris, vel alterius prædefuncti. & hoc poteſt ſtatutum ſeu conſuetudo quę auget in hoc legitimam. * nam poteſt cōſuetudo & ſtatutum augere & diminuere legitimam. Dynus in regula indultum, de reg. iur. in vj. Bar. in l. fi. in prin. ff. de bonis damnatorum. do. meus Iaſ. præceptor meus in l. extraneum. in iiij. col. C. de hære. inſt. doc. in c. Raynu. de teſta. Lud. Rom. in conſi. ſuo xxxij. & maximè quòd poſſit augere, tenet Soci. in cōſi. ſuo xciij. in ix. col. ibi, circa

3 Conſuetudo minuere poteſt legitimam.

tertiam

tertiam dubitationem.nam ista legitima de qua est secundum diffinitionem Saliceti in d.aut. nouissima, quod dicit dominus meus Ias.posse fieri per statutum,sed de iure communi secus.

ET ad illud *qđ dictũ est ꝙ legitima potest minui per statutũ,& an in totũ possit tolli,vide do.Soci.in cõsi.suo v.in j.col.decisione capellæ Tholos.decisio.sua ccccxxxvij. vbi dicit ꝙ ista est cõmunis opinio ꝙ potest minui,sed nõ in totũ tolli.& dicit Soci.in cõsi.suo xxx.in j.& ij.col. ꝙ hæc tanq̃ humanior & æquior sequenda.plura ad hoc allegãs quæ videri poterũt.idẽ tamen Soci.in cõsi.suo cclxxxviij.in xj.col.dicit ꝙ cõmunis est opinio ꝙ statutũ potest tollere in totũ legitimã.¶ Credo ꝙ opinio Soci.prima est æquior, maximè in legitima debita filiis iure naturæ,quæ nõ potest tolli , quia iure sanguinis debetur.*quæ iura minimè tolli possunt.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.vt plenè dicit idẽ Soc.in dicto consi. xxx.sed alia legitima quæ debetur ascẽden.iure positiuo,vt dixi,potest in totũ tolli,si tamẽ casus eueniret,esset disputabilis, & multum dubitabilis.

3 *Sed an in totum tolli re.*

4 *Iura sanguinis tolli non possũt.*

ADDITIO. Vide Ioan. Sanxon in consuetudinibus Turonen.titu. *des successions des fiedz.* articu. xxvj. dixi in titu.*des mainsmortes*.§.xiij.in glos.j.

ET hanc*legitimã habere debemus ex re mediocri non meliori, nec viliori.Guido pape quæstione Dcviij. & do.meus Ias.in l.scimus,in secunda col.C.de inoffi.test.& in l.filiũ quẽ.in viij.col.C.familię herciscũ.& dicit do.meus in d.l.scimus.*ꝙ filius nõ potest cogi accipere hanc legitimã in pecunia.*& hanc legitimã potest filius accipere propria autoritate.Idem do.Iason in l.non est dubium.C.de leg.& in l.non amplius.§. fi.ff. de leg.j.Alexan.in consi.suo lxix.in vlti.colum.in j.vol.& infrà eodem.§.ver.penul. 5 6 7

ET aduerte ꝙ filius potest in Francia se facere manutenere in vim guardiæ in sua legitima sibi de iure debita.Cũ in ea sit saisitus in vim consuetudinis generalis,quæ est,ꝙ mortuus saisit viuum etiam contra Bar. in l.ij.C.quando & quibus quarta pars debetur,libro decimo,vt tenet Guil.Benedicti in sua repetitio.c.Ray. in verbo,mortuo itaque testatore.*le second*.nume.74.extrà,de testamentis.

IN TEXTV IBI, Du trespassè.

NOta ergo ꝙ in *legitima quanta esse debeat,attẽditur tẽpus mortis patris defuncti, nec curatur an aliis tẽporibus habuerit ampliores facultates.l.cũ quæritur.C.de inoffi.testa.¶ Ita ꝙ fructus debentur à tempore mortis,aut.nouissima.ibi,sequente,& ibi glo.& doct.in l.in fideicõmissariã.ff.ad Trebel.Bal.in l. non est ambiguum.C.familiæ herciscundæ.quod est verũ quãdo petitur titulo vniuersali, scilicet petitione hæreditatis tanq̃ sit hæres in illa,secus si peteretur titulo particulari,seu singulari, vel officio iudicis, puta quia super ea transegit & petit transactionẽ rescindi ex capite lęsiõnis,hoc casu debetur à tẽpore litiscontestatę,quia hæres per transactionẽ fuit effectus bonæ fidei possessor.ex quo hoc casu deueniendũ est ad l.certũ.C.de rei ven.& ad l.ex diuerso.ff.eo.de rei ven.Et in supplemẽto legitimę crederẽ ꝙ cũ aliquid habuerint pro legitima, quòd pro supplemento non agat titulo vniuersali,sed singulari,scilicet conditione ex lege.vt tenent doctores, maximè do.meus Ias.in l.omnimodo. C. de inoffi.testa. ꝙ hoc casu deueniendũ est ad l.certũ suprà alleg.quoniam qui veniunt titulo singulari veniunt officio iudicis mercennario,qđ facilius tollitur,vt dicit Bal.in d.l.non est ambiguum.& ibi Salice.& maximè quia supplementum non debetur nisi petatur,vt dicit idem do.meus Ias.in l.scimus.C.de inoffi.testa.& in §.in bonę fidei.xxiiij.col.insti.de actio.*¶ Et istud idem est in legitima patroni.l.etiam.§.si patronatus.& l.si patronum.§.fi.ff.de bonis liber.ex quo inferendum. * pater in vita sua nõ tenetur dare legitimam filio,quãuis dicatur in euangelio,Lucæ 15.Pater,da mihi partem substantiæ quæ me contingit.& ꝙ nõ teneatur pater,est tex.in l.j.§.si impuberi.ff.de colla.bonorũ.Bar.in aut.si qua mulier.circa fi.C. de sacrosan.eccle.Bar.in l.quãquam.C.ad l.Falci.Bal.Ang.& alij,maximè do.meus Ias.in ij.& iij.col.in ij.not. ff.de vulg.& pupil.substi.nam filij in vita patris habent solã spem succedẽdi post mortem patris,quæ spes non habet tantum ius de præsenti.ita dicit Bar.in l.is potest.ff.de acqui.hæreditate.& ideo dicunt Cy.& Bar.in l.fi. ff.de libe.agnoscen. * quòd pater in vita nõ tenetur assignare legitimã filio,quia debet expectare tempus mortis,cùm filius in legitima viuo patre nullum habeat ius,contra glo.in §.si verò non implens.in aut.de hęredi. & Falcidia.*imò quod plus,etiã si pater vendat dissipãdo bona,nõ possent petere filij ꝙ iudex cogat assignare legitimam,vel aliquem fundum,prout dicit Bal.in l.non potest.ff.de adop.ipse tamen Bal.more solito sibi cõtrarius,tenuit cõtrariũ in l.j.C.si quis in fraudẽ patroni.de quo per do.meũ Ias.§.itẽ si quis in fraudẽ.in ij.col. inst.de actio.& in l.ait pretor.§.sed & si quis in fraudẽ.in ij.col.ff.de iureiu.& in aut.nouissima.C.de inof.testa.

1 *In legitima attenditur temp' mortis.*

2

3 *Pater viuens nõ tenetur dare legitimã filio.*

4

QVando * autẽ pater amisit omnia bona in ludo,nunquid filij possent reuocare vsq; ad legitimã tãquam censeatur titulus lucratiuus? ponit Bald.in l.j.in fi.C.si quid in fraudem patro.idem do.meus in d.l.ait prætor.§.sed si quis in fraudem.in ij col.ff.de iureiu.& in l.filium quem.in vj.col.C.familiæ hercis. 5

TEnendo ergo opinionem Bald.in dicta l.ij.C.si quid in fraudem patro. limita hanc præcedentem conclusionem vno casu,scilicet quando pater dissiparet bona:quia filij possunt petere quòd eis assignaretur legitima pro alimentis, etiam in vita patris:credo quòd opinio contraria sit verior : officium tamen iudicis in hoc multùm faceret,si ista fierent iudicis officio.

Prædictarum limitationes. Pro alimẽtis.

LImita secũdò,nisi pater omnia in ludo amisisset: quia filius potest reuocare amissa per eum in ludo illicito vsq; ad legitimam:vt dicit Bal.in l.j.C.si quid in fraudem patro.antè allega.non pono pro constanti.

Amissa ludo.

LImita tertiò,nisi pater in vita fecerit immẽsam donationẽ,ita ꝙ filij ex residuo parum haberent pro legitima,quia tunc non inspicitur tempus mortis,sed tempus donationis.ita tex.in aut.vnde & si parẽs.vbi doct. C.de inoffi.testa.& do.meus Ias.in l.cùm quæritur.C.eodem.de inoffi.testa.

Immẽsam donationẽ.

LImita quartò,nisi pater ingrediatur monasteriũ:quia tũc viuo patre adhuc naturaliter debetur legitima.tex. est reputatus singularis. & ibi glo.in c.cùm simus.de regula. per quem ita dicit Bal. in aut. si qua mulier,in vlti.col.& ibi Bar.C.de sacrosan.eccle.non per quem tenet ita ibi non recordatus de textu canonistarum in d. c.cùm simus.quicquid sit,in hoc dubitant legistæ.vide ad plenũ per do.meum Ias.in d.aut.si qua mulier. in pe. col.C.de sacrosan.eccle.& per Antonium Corsetum in singularibus,in verbo legitima,quæ nota.

Ab ingrediente monasterium.

LImita quintò,supradictã cõclusionem,nisi esset statutum disponẽs ꝙ pater teneatur assignare filio legitima pro delicto filij,quod statutũ valet.c.ij. & ibi docto.de deli.puerorũ.do.meus Ias.in aut.nouissima.in fi.ij.

Pro delicto filij.

col.& in fi.iij.col.C.de inoffi.test.& in l.cùm quæritur.C.eo.& an tempus delicti, an condemnationis sit inspiciendum, vide do.meum Ias.ibi, non multum insisto, quia non est magnæ efficaciæ apud nos.

6 *Volūtas.* LImita sextò prædictam conclusionem, & hic attendendū est, *nisi pater voluntariè assignasset legitimam filio: tunc si postea augerentur facultates patris, non attenderetur tēpus mortis patris, sed tempus assignatę legitimę: nec potest petere aliquod augmentū legitimæ. ista fuit oraginalis conclusio Iac.butriga.in l.pactū. C.de colla.quā pro eleganti refert & sequitur Bal.in l.ij.C.de reuocā.his quæ in frau. credi. & in l.fi. circa iij. col.C.de vsuris rei iudi.& in aut.res quæ ver.statuto cauetur.C.cōmunia de. leg.sequitur Ang.in l.si cùm pro ponas.§.cū hæreditate.ff.de inoffi.test. & idem Ang.in l. stipulatio hoc modo concepta. ff.de verb. obli.ista opinio videtur esse falsa, & reprobatur communiter per tex.expressum in l.si quando.§.j. C. de inoffi. testa.

7 *Pactum inter patrē & filium de non querelā io testamētū.* vbi casus ad literam, *ꝙ per pactū fieri non potest inter patrē & filiū, & ꝙ filius non possit querelare testamētum, rationē ibi assignant doc.& ita per illū tex.Bal.reprobat illā opinionē, in d.l.pactū.in vlt.opinione. C.de col.& in l.quāuis.in fi.C.de fideicō.& do.meus Ias.in d.aut.nouissima, in iij.col.& in d.l.si quando. §.j. C. de inof.test.cū alle.per eū in d.locis.vltra quod addit pro confirmatione mirabilē decisionē Bal.in c.cū M.Ferrarien.in iiij.col.extrà de cōsti.ibi.& est argumentū *ꝙ filia quæ recepit dotē pro legitima promisit nihil amplius petere, ꝙ post mortē patris poterit filia à fratribus augmentū petere, si excreuerint facultates illius prędefuncti, per tex.in d.c.cū M.Ferrarien. ista est mirabilis decisio, & fecit me hoc anno multū dubitare in casu

8

Casus facti. emergenti. Venerabilis & discretus vir do.Iacobus A.nuptui dedit dominā Mariā B.eius neptē & filiā suæ sororis honorabili & sapienti viro magistro C.in legibus licētiato, quā quidē despōsauit anno do.M.cccclxxxix. Et in contractu matrimonij dicta domina Maria B. de autoritate sui mariti renunciauit omnibus bonis dicti domini Iacobi A.& successionib9 ipsius & fratrū domini Iacobi mediāte certa summa quā dictus dñs Iacobus eidē dominæ Mariæ in dotē dedit, & pro eius legitima.qui quidē do. Iacobus tunc temporis scilicet renūciationis factę per dictā dominā Mariā, nō erat multū diues, neque potēs: postmodū effectus est diues & potens, ita ꝙ acquisiuit bona post dictā renunciationē factā, excedētia valorē quindecim mille Francorū, & cū cōsuetudo nostra ducatus Burgundiæ dicet ꝙ omnes habiles ad testandum debent relinquere veris hæredibus legitimā titulo institutionis, qui secundū consuetudinem nostrā sunt vbicunque sint in quocunque gradu, dūmodo sint proximiores, vt erat prædicta domina Maria, quæ erat filia sororis prædicti domini Iacobi.& sic per repræsentationē secundū cōsuetudinem nostrā debebat habere legitimā titulo institutionis. dicebatur ex parte dictæ dominæ Mariæ, ꝙ non erat instituta, licèt esset hæres, & sic ꝙ testamentū erat nullū, & sic ꝙ debebat venire ad successionē per repræsentationē suæ matris. ¶In oppositū per fratrē dicti domini Iacobi dicebatur, ꝙ ex quo habuerat legitimā in vita dicti domini Iacobi, seu dotē loco legitimæ, ob qđ renunciauerat omnibus bonis prædicti domini Iacobi & successionibus mediante iuramento, cū promissione de non amplius aliquid petendo, quòd amplius ad prædicta bona redire non poterat: & sic quòd prædictus do. Iacobus non tenebatur eam instituere hæredem, & quòd non potest rumpere testamentum, cùm fuerit exclusa ex parte dictæ dominæ Mariæ.& per eius maritum aduocatum dicebatur, quòd licèt renunciasset omnibus bonis cum promissione de non amplius aliquid petendo, ꝙ tamen non erat exclusa à petitione legitimæ bonorum superexcrescentium post prædictam renunciationem. ¶Istam quæst. examinat Luc.de pen.in l.ij.in fi. C. de prædiis & omnibus rebus nauiculariorum, lib.xj.vbi tenet quòd potest petere augmentum dotis.

QVid dicēdum? nunquid dicta domina Maria debeat habere legitimā bonorū & facultatū quę superexcreuerunt, & an possit petere augmentū in legitima ratione superexcrescentiæ illorū bonorū & facultatū. ¶Item etiā aliud est, quia dicta domina Maria habet fratres & sorores, qui licèt non renunciauerint, opponitur tamen eis quòd mater eorū renūciauerat, ex quo sunt exclusi: & sic dicta domina Maria est exclusa duplici de causa, scilicet propter renunciationē matris, & propter renunciationē. ¶Sed aduertendū est ꝙ ex quo post dictas renunciationes dictus quondā dominus Iacobus acquisiuit plurima bona, ꝙ dicta domina Maria & eius fratres, nō obstante prædictis renūciationibus, poterunt petere augmentū dotis per Bal. in d.c. cū M. in iiij.col.extrà, de consti.etiam licèt iurauerint non amplius aliquid petere in dictis bonis, per tex. multū notabilem in d.c.cùm M.vbi erat certa cōstitutio iurata de certo numero canonicorum, & quod plus erat confirmata per summum pontificem, cum clausula decreti annullatiua: & tamen superexcrescentibus facultatibus

9 ecclesiæ, possunt non obstante iuramento alij canonici addi, eo* quòd iuramentum intelligitur rebus sic se

10 *Iuramentū non extendi ad futura.* habētibus prout tūc se habent.c.cū inter.extrà de renūcia.& dicit ibi* ꝙ iuramētum non extēditur ad futura.

ADDITIO. Aduerte & intellige de huiusmodi superexcrescentia & augmento, ꝙ ad illa iuramentum filiæ non extenditur nisi expressè ad hoc renūciauerit: & ideo consuluit Benedicti ꝙ quando fiunt tales renunciationes, quòd apponatur clausula, si bona patris etiam augmententur, quoniam ex hoc præsumitur certiorata.ita tenet prædictus Benedicti in repe.c.Ray.in verbo, duas habens filias, nu.266.ext.de test.vbi ad hoc alle.do.meum Ias.in aut.nouissima. C.de inoffi.test.nō credo tamē ꝙ istud obseruaretur apud nos in filia dotata secundū consuetudinē nostram, sed in legitima secus.* ¶De hac clausula vide eundem do. meum Ias.in l.quòd seruus.in ij.col.ff.de condi. ob causam. vbi etiam ponit quando dispositio generalis tra-

11 hatur ad futura.vide Cepolam in tractatu seruitutum vrbanorum prædiorum, ti.de furno. vbi etiam dicit *ꝙ verba in dubio intelliguntur secundum tempus præsens.l.si cū meus proprius, cum ibi not.ff. si seruitus vendicetur.clemen.literas.de rescrip.Et faciunt quæ dicit Alberi.de rosate in l.rutilia polla.ff.de contraben.emp.

12 *quòd in dubio verba contractus intelliguntur secundum quod apparet tempore contractus.

ADDITIO. Et etiā quòd iuramentū aut quælibet alia dispositio intelligatur rebus sic se habentibus, ponit Mat.de afflı.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, autoritatē.in iiij.not. vbi dicit ꝙ iuramētum alicui præstitum intelligitur durante eo cui præstitum est & remanente in suo statu.* ¶Et de clausula & materia illius vide Boerium in consuetu.Bituricen.tit de testa.§.vj.col.xj.gl.illius.§.

13 *Filia* 14 *nō potest renunciare legitimæ.* ET facit pro hoc tex.in l.si quando.§.j.C.de inoffi.test. quē ad hoc ponderauit Bal. in l.pactū. C. de colla. in vj.appositiōe, vbi est tex.*ꝙ etiam filia per pactū non potest renunciare legitimæ, *quia iuri de futuro renunciari

renunciari non poteſt:legitima enim in vita patris non debetur.dixi ſuprà. Ideo ſi renuncietur legitimæ, iuri de futuro renunciatur,prout tenet do.meus Iaſ.in d.§.j.& hoc tenet contra Iacobũ butriga.qui tenuit expreſſe contrariũ, dicendo ꝙ ſi pater in vita voluntariè aſſignauerit legitimã, ſi poſtea augeantur facultates patris, non poteſt amplius vltra petere.quã deciſionẽ ſecutus eſt Bal.in pluribus locis,vt dicit ibi do.meus Iaſ.Sed tamen illa deciſio Iacobi butriga.non poteſt in hoc caſu ſuffragari,quia domina D.mater dictæ dominæ Mariæ nonhabuit tempore renũciationis factæ per eã dotem integrã,hoc eſt aſcendentẽ vſque ad legitimã, & ſic minus legitimã habuit pro dote:& etiã domina Maria tẽpore dictæ ſuæ renunciationis , quæ tunc iam repręſentabat eius matrẽ,non habuit pro ſua parte quæ eidem debebatur ab inteſtato integrã legitimã,ſed minus habuit.Ex quo etiã licèt renũciauerit,poterit tamẽ agere ad ſupplementũ legitimæ,& ad augmẽtũ , prout ita intellexit Imo.in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.in iij.col.ff.de ver.obl.Et do.meus Iaſ.in aut.nouiſſima. in iij. col.C.de inoffi.teſt.& in d.§.j.Et ideo ex ſupradictis datur magna limitatio ad c.quanuis de pac.in vj.hanc deciſionem Bald.latè multũ examinat.do.Fran. Curtius antiquus , qui prædictam diſtinctionem facit in conſi. ſuo vlti.in antepenul.& vlti.colum . Vide eum quia multùm bene examinat. Et etiam illam amplè examinat Barbatia.in repeti.rub.C.qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt.

QVando prædicta deciſio Bal.eſſet vera in caſu ſuo,videretur adhuc ꝙ non poſſet adaptari ad caſum pręcedentem,& de mihilo operatur:quia filio fratris & ſororis non debetur legitima, quia nulli tranſuerſali,excepto fratre primi gradus, competit querela l.fratris vel ſororis.C.de inoffi.teſt.ergo à fortiori eidem dominæ Mariæ,filiæ ſororis dicti domini Iacobi,non competit ſupplementum: quia nunquam competit ſupplementum,niſi ille cui nihil relictum erat pro legitima,haberet querelam inofficioſi : & nunc aliquid modicum relictum eſt l.omnimodo,& l.ſi quis filium,cum ibi notatis.C.de inoffi.teſt.igitur &c.

POſſet etiam dici ex aliis cauſis,quòd non poteſt agere ad ſupplementũ legitimæ , quæ dicam infrà in hoc tit.§.*femme mariée*,quando tractabo materiam,nunquid filia non cõgruè dotata poſſit agere ad ſupplemẽtum congruæ dotis. ¶Et ibi allegaui Decium conſi.cclxxvj.in ij.volu.

IN TEXTV IBI, *Sans charge de iegatz & fraiz funeraulx.*

NVnquid*valeat ſtatutũ ꝙ quis non poſſit teſtari aut legatum facere,ſeu relinquere(etiam pro anima) in præiudiciũ filiorũ?& ſic incidimus ad practicã,an ſcilicet iſta conſuetudo intelligatur etiã ſi ſint legata facta ad pias cauſas & pro anima. Quantum ad practicã eſt deciſum per conſuetudinẽ,ꝙ etiã pro anima non poteſt relinquere per hanc conſuetudinẽ noſtrã,per hæc verba,*& fraiz funeraulx*, ſed an de iure valeat,Feli.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ,in verb.ad idẽ adduco,quod nota.Pet.de anchara.extrà,de conſti.dicit ꝙ nõ,allegando text.in c.quicunque.xvij.q.iiij.& intellige illũ tex.* in legitima in qua magis fauetur filiis q̃ eccleſiæ. Probat tex.in aut.ſi qua mulier.& ibi Bal.& Sali.C.de ſacroſan.eccleſiis.¶Aduerte,*quando dicatur quid eſſet relictum ad pias cauſas.vide Io.Sanxon in cõſue.Turo.tit.*des donaiſons faictes entre gens roturiers*,arti.j. fol. cxxj. vbi dicit,ꝙ quicquid ſit relictum pro ſalute animæ etiã ſi diuiti. Itẽ cũ relinquitur aliquid miſerabilibus perſonis.Item cũ relinquitur piis locis.Itẽ quãdo quid relinquitur pro redimendis captiuis.Item pro puellis maritandis.Item quando quid relinquitur pro luminaribus vel ornamentis eccleſiæ,vel fabrica,vel libris, aut aliis rebus quæ ad diuinũ cultum ſpectant.Item quando aliquid relinquitur ad cuſtodiam ciuitatis,aut locorũ communium vel publicorum.Item quando ad refectionem pontium.Item ſi fiat legatum pio loco vel pauperibus pro reſtitutione malè ablati incerti.de quibus omnibus ad plenum videas Ioan.Sãxon,ibi: & ibi ponit multa de pia cauſa,& de fauore piæ cauſæ.vide amplè Ro.in repe.aut.ſimiliter.C.communia.de lega.eundem Sãxon, tit.*des ſucceßions des gens roturiers*, arti.viij.quando ponit de legato facto conſanguineo pauperi.

1 *Statutũ quòd quis teſtari non poßit in præiudiciũ filij an valeat.*
2
3 *Quæ dicantur relicta ad pias cauſas.*

ADuerte,quia inquantũ dicit ꝙ legitima non debet onerari impenſa funeris, quia legitima accipitur deducto ære alieno,& funeris impenſa.l.Papinianus.§.quarta autẽ accipietur.ff.de inoffi.teſta.& do.meus Iaſ. in l.fi.§.in computatione.in iij.col.C.de iure delibe.ſed bene verum eſt *quòd omne aliud grauamen debet reiici.omnis conditio & omnis dilatio.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta.& ibi do.meus Iaſ. qui ampliat & extendit duabus ampliationibus.

4 *Omne grauamen illegitimè impoſitum reiiciendũ.*

PRimò ſcilicet,etiam ſi conditio adduceretur quæ eſſet merè poteſtatiua & facilis:vt puta ſi pater inſtituat filiũ ſub cõditione ſi voluerit.l.iam dubitari.ff.de hære.inſti.quia talis conditio debet reiici:& ratio*quia ſi filiꝰ moriatur anteq̃ declaret ſe velle hęredẽ nõ trãſmittit ad hęredes.l.ſi ita legatũ.§.illi ſi volet.ff.de lega.j. & ſic cũ ſua interſit quòd tranſmittat:ideo tenetur ſecundũ Bal.& alios in d.l.quoniã.Imola.in d.l.iã dubitari.

5

SEcundò ampliat & extẽdit dictã legem etiam ſi filius eſſet inſtitutus in alia re cum legitima, quia cõditio reiicitur vel grauamen,vſque ad legitimã:& in reſiduo durat tex.in l.ſcimus.§.cũ autem.C.de inoffi.teſta.

TErtiò amplia, etiam ſi eſſet appoſita clauſula, quòd pater iubet filium eſſe contentum tali relicto,vt tenet do.meus Iaſ.in l.ſi quando.§.generaliter, in j.col.C.de inoffi. teſta. & in l.hæres inſtitutus.C.de impu. & aliis ſubſtitutio.in quibus locis multa allegat,ad quem recurrendum eſt.

IDem do.meus Iaſ.plenè examinans hanc materiam,limitat iſtud octo limitationibus,quas nolo hîc trãſportare,eo quòd ad ſaturitatem poſuit in d.l.quoniam in prioribus,quas omnes not.C.de inoffi.teſta.

SEd quantum ad primam aduerte * quòd prouiſio filij, hoc eſt conditio in fauorem filij adiecta non reiicitur de legitima,per l.filiis matrem.C.de inoffi.teſta.& ibi do.meus Iaſ.qui ponit hanc materiam.

6 *Prouiſio non.*

SEd quęro,nunquid prohibitio alienationis ſaltem reiiciatur in legitima?quia caſus eſt ſufficienter examinatus,non inſiſto.Et illum examinat Fran.de Aretio in conſi.ſuo xix.in ij.col.quem vide.

IN TEXTV IBI, *Des donations faictes en derniere volunté.*

POne * ꝙ aliquis teſtator in ſuo teſtamento fecit donationes inter viuos:quod fieri poteſt per ea quę dicit Bar.in l.hæredes palam.§.fi.ff.de teſta. Faciũt quæ dicit do.meus Iaſ.in l.cũ antiquitas.in ij.col.C.de teſta. & in l.ij.in iiij.col.C.de bonorũ poſſeſ.ſecundũ tabulas,an talis donatio debeat etiam de legitima tanq̃ grauamen reiici.Et iſte caſus nondũ mihi euenit in facto,ideo ſolũ me remitto ad dicta Bar.in l.Seia.§.fi.ff.de dona. cauſa mortis.Et plenè per Ang.in cõſi.xiiij.in j.vol.& in conſi.lxxxj.in eodẽ j.vol.vbi ponit ꝙ quãdo donatio

1 *De donãte inter viuos in teſtamẽto.*

facta in vltima voluntate dicatur inter viuos,vel cauſa mortis. ¶ De prædicta glo. quæ eſt in d.l.hæredes palã.
§.fi.quomodo reprobetur,vide per Georgium Nattan in repeti.c.quãuis,in xvij.col.de pactis.in vj. & dixi in-
frà iſto titu.in glo.*ne ordonnance de derniere uolunté*.Sed aduerte quia ſtante validitate contractus facti in teſta
mento,ſicut ſemper poteſt reuocari teſtamentum,ita & contractus in eo factus. Guil. Benedicti in ſua repeti.
2 c.Raynu.in verbo,teſtamentum.in ij.nume.5.de teſta. ¶ * Et quando pater confitetur in teſtamento ſe eſſe
debitorem alicuius,an iſta confeſſio noceat hæredibus, vide Bart.in l.cum quis decedẽs.§.codicillis.ff.de leg.
iij.Dominum meum Iaſ.in l.ait prætor.*la ſeconde*.§.item ſi quis.ff.de iureiuran.Alexan.in conſi.xlv. in ij.col.in
j.volu.& conſi.xxvj.in ſecundo volu.dixi plura alibi.

3 ET quando*ſimpliciter dicitur,dono,per exiſtentem in articulo mortis non facta mentione mortis, an dica
tur donatio cauſa mortis vel inter viuos?Vide quæ dicit Soci.in conſi.ſuo cxxx.in iij.col.in ver.nec ſecun-
do loco.in j.vol.& in cõſi. ccxxxv.in iij.col.in iij.vol.Non ampliùs inſiſto,& ex cauſa. ¶ Vide Ant.de butrio
& Barba.in c.ij.de conſuetu. Alex.in l.quæ dotis.ff.ſol.matrimo.vide quæ dixi infrà hoc eodem titu.§.*le teſta-
teur*.in glo.*ne ordonnance de derniere uolunte*,in additione ad illam gloſ.

IN TEXTV IBI, *Sinon pour aucunes des cauſes d'exheredation declarées en droict.*

ISTud probatur in aut.non licet. C. de liberis præteritis vel exhæredatis . & ibi per dominum Iaſonem poſt
1 *Cauſæ exhæreda tiõis quot.* alios. ¶ * Quæro quot ſunt cauſæ exhæredationis?Dic quòd ſunt quatuordecim,ex quibus pater poteſt ex-
hæredare filium,quæ ponuntur particulariter in glo.fina.in c.quintaualis. extrà, de iureiuran. & in aut.vt cum
de appellatio.cognoſ.§.cauſas.collatio.viij.et his verſibus continentur.

Bis ſeptem cauſis exhæres filius eſto. Si pa- Si patrem feriat,vel maledicat ei.
Carcere detruſum ſi negligit,ac furioſum. Criminis accuſet,aut paret inſidias.
Si dederit grauia ſibi damna,nec hoſte redemit. Teſtari prohibet,aut det arena locum.
Si prauos ſequitur,vel amat genitoris amicam: Non orthodoxus,filia quando coit.

¶ Ioannes de platea in §.j.inſtitu.de exhęreda.liberorum ponit has xiiij.cauſas ſeriatim,& alios verſus.

Bis ſeptem cauſis filius poteſt exhæredari. Parentes feriat,vel verbum ſi graue dicat:
Crimen accuſet eos,veneno ſi potat eos. Detulit in eos,furientes negligit eos.
Non fideiuſſit pro patre,vel hoſte redemit. Teſtari prohibet patrem,vel arena ſe miſcet.
Non orthodoxus,vel filij luxurientur.

ADDITIO. Et aduerte quòd pro iiſdem cauſis poteſt filio alimenta denegare.gl.in l. ſi quis à liberis.§.
idem iudex.in verbo,detulerat.ff.de liberis agnoſcen.Matthæus de afflictis in conſtitutione
regni Siciliæ,quæ incipit,partes pro filiis.in v.notabili.*

2 SED quæro,*pone quòd filius commiſerit aliam cauſam grauiorem vel æquè grauem , non tamen eſt vna
de illis xiiij.puta quia fuit rebellis & proditor,nũquid pater poterit ipſum exhæredare?licèt Martinus Lau
den.teneat quòd non in l.j. §.fina.in fine.ff.de iuſtitia & iure. per text. in dicto §. cauſas.taxatiuè loquentem
in illis quatuordecim cauſis,quem videtur ſequi Alexand. in d. authen. non licet. C. de liberis præteritis. ta-
men idem Alexan. contrarium tenuit in conſulendo in conſilio ſuo cciij. incipiente , ſuper themate. in ij.&
iij.colum.in ſecundo volumine. Aluaro. & alij in c.j. §. prædictis. & §. porrò. quæ fuit prima cauſa beneficij
amittendi.dominus meus Iaſon qui multos allegat , & multùm comprobat in dicta aut. non licet. Feli.in c.
paſtoralis.in ſecunda colum.extrà,de reſcriptis.

ADDITIO. Iſtud etiam tenet Hippolytus de Marſi.in ſingularibus ſuis, ſingulari lxxviij. incip.plures
3 *An pro iniuria verbali.* ſunt cauſæ.* ¶ Et nota quando actum eſt ſuprà in quatuordecim cauſis exhæredationis,
ꝙ vna eſt cauſa poſita in dicto §.cauſas. ſcilicet ſi grauem iniuriam filius fecerit patri, vtrùm iſtud intelligatur
etiam in iniuria verbali. Alex.in d.conſi.cciij.hìc antè allega.tenet ꝙ ſic & nota.d.ſua.& faciunt quæ dicit Bal.
4 in c.veniens.in fi.per illum tex.extrà,de iureiu.*vbi dicit ꝙ ex iniuriis verbalibus oritur inimicitia capitalis.
quem refert & ſequitur do.meus Iaſ.in l.procuratoribus.in finalibus verbis.C.de procuratoribus.

ADDITIO. Quando iniuria dicatur atrox, ponit Matthæus de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ,
quæ incipit,priuſquam citatur.*

ADde quòd ſicut ingratitudine commiſſa contra viuentem poteſt reuocari legatum vel adimi hæreditas,
idem ſi fiat eo defuncto,quia ſi ipſe viuens cogitaſſet, veriſimiliter reuocaſſet legatum, vel hæreditatem
ademiſſet.per tex.in l.iij.§.fi.cum ſeq.ff.de adimen.legatis. Et ita etiam tenet Guil. Benedicti in ſua repetitio.
c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.nume.831.de teſta.

5 *An pro turpib⁹ nuptiis contractis.* ITem etiã,*quia dicitur ſi cõtra voluntatẽ parentũ inter arcuarios & mimos perſeuerauit,cũ pater non fuerit
illius profeſſionis,nũquid ſi filius cõtrahat turpes nuptias cõtra voluntatẽ patris poterit pater eũ exhęreda-
re per illũ tex.nã de iure ffforũ.iſtud poterat.l.iij.§.ſi emãcipatus.ff. de bonorũ poſſeſ.cõtra tabu. * & dicũtur
6 *Turpes nuptiæ q̃.* turpes nũptiæ qñ filius caperet in vxorẽ famulã ſuã,vel eius filiã,vel ancillã.l.humilẽ.C.de inceſtis nupt. Bar.
in l.ſi rogatus.§.j.per illũ tex.ff.de manumiſſis vindic.l.ſi libertã.& ibi Bar.C. de nup.ſed tamen illa cauſa nõ
ita expreſſè enumeratur in illo §.& videretur ꝙ ſufficienter eſſet expreſſa in illis verbis ſuprà poſitis. ſ.ſi præ-
ter voluntatẽ patris &c. ¶ Aduerte tamẽ,quia Inn.in c.accedẽs.de procurato.tenet ꝙ propter illã cauſam nõ
poteſt filius exhæredari,& illũ refert & ſequitur Alex.ad aliud tñ propoſitũ,in l.j.in xvj.col. ff.ſolu. matri.&
do.meus Iaſ.in d.aut.non licet.mihi tamen videtur contrarium per illum tex.qui ſatis exprimere videtur.

7 *Cauſæ pro quibus deſcendentes exhæredant aſcẽdẽtes.* ET ſunt prædictæ*cauſæ ex quibus aſcendentes poſſunt exhæredare deſcendentes , ſed tu dic ꝙ ſunt tantũ
octo ex quib⁹ deſcẽdẽtes poſſunt aſcendẽ.exhæredare,quæ ponũtur in d.§.cauſas.in fi. §. ſed hæc quidem
in aut.vt cũ de appella.cognoſci.& his verſib⁹ cõprehẽdũtur. Si pater & ortho fidei conſpernet honorem.

Accuſet filium veneno ſi petat eum. Coniunctam filij diligat,teſtarique artat.
Furentem negligat,captum nec hoſte redemit. Conſortis vitæ crudeliter inſidietur.

ET prædictas cauſas ponit notabiliter Ioan.de platea,vbi ponit hos verſus & alios de quibus ſuprà in §.j.
inſtitu.de exhæreda.liberorum.

Et ſunt

ET sunt * tres ex quibus frater potest exhæredare fratrẽ,quæ ponuntur in §.ingratitudinẽ,in aut.de nuptiis, collatiiij.Prima est.s.si procurauit mortẽ fratris.Secunda,si criminalẽ inscriptionẽ.i.accusationem dixit contra fratrem.Tertia,si suæ substantiæ properauit inferre iacturam.Ioan de platea in loco hîc antè allegato. 8 *Quibus frater fratrem.*

LImita*tamen hanc nostrã consuetudinem,quando dicitur quòd nemo verus hæres potest sine causa in iure expressa exhæredari,quòd non habet locum quando exhæredatio fit voluntate hæredis: puta quia dicit pater,exhæredo filium volentem & contentum exhæredari:vel quia filius aut alius hæres scribat testamentum in quo fuit exhæredatus, iuxta l.non putauit.§.si quis sua.ff. de bonorum possessione contra tabulas. quia omnes causæ quæ ponuntur in dicto §. causas, procedunt inuito filio. ita Barto. Alexan. & alij in l. si quando. §.fina. C.de inoffi.testa.licèt glos.ibi latè disputans teneat contrarium.sed do.meus Ias.ibi dicit hanc opinionem esse veram. quod intellige vt per eum ibi, & per eundem in l. posthu. in viij. col.C.de bonorum pos.contra tabu. scilicet quando filius consentit exhæredationi ante testamentum patris, vel tempore testamenti: secus autem si fit exhæredatus sine causa,aut præteritus verus hæres: quia postmodum etiam si postea consentiret, nihil tamen operatur eius consensus,secundum Ang.& Imo.in l.si quis posthumos.§.j.& ibi Alexan.in fine simpliciter sequitur.ff.de liberis & postumis. 9 *Nota q possint exhæredari sine causa. Volens.*

LImita secundò * dictã nostrã consuetudinẽ nõ habere locum in illis in quibus nulla debet de iure relinqui legitima, puta in filiis fratrum & sororum : & in quibus nulla est causa in iure ad eos exhæredandum, imò possunt sine causa exhæredari,per l.fratris vel sororis.C.de inoffi.testa.& ideo non habet locum consuetudo nostra in transuersalibus nisi in fratre turpi persona instituta.l.fratres.C.de inoffi.testa. & istud est verum de iure.sed videtur ꝙ cõsuetudo nostra sequens deroget, cũ loquatur generaliter de vnoquoq; habili ad testandũ, qui tenetur relinquere legitimam veris hæredibus,tit.institutio. dicam ibi latiùs,sed prædictam limitationem in hoc casu ponit Bart.in d.l.fratres.C.de inoffi.testa.& Bal.in v.quæstione.& Imol.in l.filio præterito.in vij. quæstione.ff.de iniusto rupto.Alexan.& Iason in aut.non licet. in penulti col.C.de libe.præteritis. Cy.tamen videtur tenere contrarium in aut.ex causa,in ij.quæstione.C.de liberis præteritis. 10 *Trãsuersales.*

LImita tertiò*hanc nostram consuetudinem habere locum tantũ in filiis primũ gradũ obtinentibus:quia in filiis filiorum,qui dicuntur nepotes,de iure licèt debeant secundũ cõsilium l.Velleiani.exhæredari,aut institui,quia possent mortuo patre subintrare primum locum:talis tamẽ exhæredatio potest fieri sine insertione causæ.ita tenet Bal.in repetitione.l.pater filium.in v.col.ff.de inoffi.testa.¶De hoc quid sit de iure,vide allegatum dominum meum Iasonem in authen.non licet.in penulti.col.C.de liberis præteritis. 11 *Nepotes.*

LImita quartò * hanc nostram consuetudinem habere tantùm locum in exhæredatione quæ fit mala mẽte, animo priuandi hæredes hæreditate,& sic in exhæredatione odiosa:secus in exhęredatione facta bona mẽte ad prouisionem filij.textus multum notabilis qui ponit exemplum.l.multi non notæ. ff.de libe. & posthu. & in l.filiis matrem.& ibi Ias.C.de inof.testa.l.in fideicommissi.§.cũ Pollidius.ff.de vsur. & l.si ita relictum.§. pegasus.ff.de lega.ij.Bar.in l.cũ ex filio.in prin.ff.de vulg.& pupil.Alex.& Ias.in dicta aut.non licet.Franci. de Are.in consi.suo xix.in ij.col.vbi videtur tenere ꝙ quando prohibitio alienationis est fauorabilis filio, ꝙ non tollitur de legitima.qui casus est multũ notabilis si eueniret in facto.imò dicit do.meus Ias.in d.l.filiis matrẽ,ꝙ hæc limitatio habet locum etiam quando filius est exhæredandus cum expressione causæ exhæredationis. de quibus in aut.vt cùm de appellatio.cognosci.§.causas.vt est hîc in hac nostra consuetudine,quod nota. 12 *Sola exhæredatio quæ fit mala mẽte prohibita.*

LImita quintò & attende ꝙ pater nõ potest exhæredare filium nisi expressa causa,ex xiiij.casibus vel maiori. quòd istud est verum ad hoc vt valet testamentum,*quia si sit facta exhæredatio filij sine causa,testamentum non valet quo ad exhæredationem: tamen si probetur per hæredem ꝙ filius commisit causam ingratitudinis,per quam potuit exhæredari,licèt pater eam non expresserit in testamento,tamen ea probata filius repellitur,vt non possit etiam ab intestato succedere.ita singulariter notat Ang.in §.ingratitudinem.in j.not.in aut. de nuptiis,per illum tex. secundum primum intellectum glo. & ideo dicit ipse ꝙ aduocatus hæredis scripti debet esse cautus vt semper probet causam ingratitudinis filij sine causa,licèt in testamento non sit expressa:quia ea probata,repellitur filius etiam ab intestato.& istud refert & sequitur do.meus Ias.in aut.nõ licet.in pe.col. C.de liberis præteritis.& in l.cùm mota.in iiij.col.C.de transac.vbi prædicta allegat.¶Contrarium tamen & melius seipsum corrigendo tenuit idem do.meus Ias.in l.in arenam.in prin.C.de inoffi.testa.allegãdo eundem Ang.tenuisse contrarium in l.j.in fi.ff.de inoffi.testa.ibi reprobat illam glo. 13 *Exhæredatio sine causæ expreßione reddit testamentũ nullum.*

TEne ꝙ necessaria est expressio causæ hodie,aliàs testamentũ est nullum.aut.non licet.& aut.ex causa. & ibi doc.C.de libe.præte.& ideo videtur ꝙ querela in hoc casu non competat,cùm detur tantũ ad rescindendum.l.vt liberis,versi.rescisso.C.de colla. * sed id quod est nullum ipso iure rescindi nõ potest.l.nam & si sub conditione,versi.post defectum.ff.de iniusto, rupto irritóq; testamento: & ideo videtur * quòd hodie querela inofficiosi sit sublata per iura nouissima.do.meus Ias.istud plenè disputat in dicta aut. ex causa.in xij.col.C.de liberis præteritis: & dicit pro intelligentia quòd sunt considerandi tres casus principales. 14 15 *Querela inofficiosi sublata.*

PRimò,quia aliquando exhæredatio fit sine insertione alicuius causæ, & licèt ista valeret iure forum. & C. tamen hodie talis exhæredatio est ipso iure nulla.d.aut.ex causa,vbi dicit tex.irritũ est testamentum,quod intelligitur ipso iure. probatur in l.j.in fi.ff.de iniusto rupto & irrito testamento.& probatur,eo quòd textus vtitur verbo præsentis temporis. glos. in l.in criminali.C.de iurisdic. omnium iudicum. & hoc casu sublata est querela,& nemo in hoc contradicit.

ALiquando & secundò exhæredatio fit cum insertione causæ legitimæ, & quæ causa est probata per hæredem,& tunc querela est sine effectu. 16 *Hæres probare tenetur causam exhæredatiõis.*

ALiquãdo & tertiò*exhęredatio fit cũ insertione causæ,sed illa causa nõ probatur per hæredes,quod necessariò requiritur.d.aut.nõ licet.& tũc hoc casu nõ est sublata querela, ꝓut tenuit Io.in d.aut.ex causa.& istã dicit esse cõmunẽ ibi do.me⁹ Ias.in xij.col.ad quẽ recurrẽdũ est, q allegat Bar.& ita oẽs scribẽtes in l.j.ff.de test.

ADuerte tamen * ꝙ si testator in testamẽto expresserit plures causas exhæredationis,sufficit vnã probare. tex.in §.si legitur omnes.in §.si tales. in aut.vt cum de appel.cognosci.Bal.in d.aut.nõ licet.& post eũ do. 17 *Probatio vni⁹ ex pluribus sufficit.*

18 meus Iaſ.in vlt.col.vbi dicit vnum. * ꝙ licet in exhæredatione cauſa exprimi debeat, tamen nõ eſt neceſſe in-
ſerere locum & tẽpus commiſſę ingratitudinis,licèt hæres teneatur probare.ita conſuluit Bald. in cõſi.ſuo 89.
incip.Proponitur ꝙ tuciarellus in ſuo teſtamento exhæredauit,in v.parte. quem refert & ſequitur Alex.in d.
aut.non licet.in conſi.ſuo cciij.in iij.col.in ij.vol.incip.Super themate,& dubiis ſupraſcriptis.

19 COnclusionem*ſuprà dictam in qua dictã fuit teſtatorem nõ poſſe exhæredare filium ſine cauſa,ſublimita
in teſtatore volente ingredi monaſteriũ,quia poteſt filium exhæredare ſine inſertione cauſæ nec erit te-
ſtamentum nullum,ſed ſolùm filius aget ad legitimam conditione ex lege.Bar.in aut.ſi qua mulier.in iiij.col.
C.de ſacroſan.eccl.per tex.in §.j.in verbo,quoquomodo.in aut.de monachis.colla.j.nam ſi hoc licet militi tẽ-
poralis militiæ,quanto magis militi cœleſtis militiæ.prout tenent & ſequuntur Bal. Fulg. & Pau.de caſt.in d.
aut.ſi qua mulier.contra Bar.tamen tenent Sali.& do.meus Iaſ.qui allegat Io.Fab.tenentem contra Bar.ſcili-
cet ꝙ tale teſtamentum irritetur, & ſecundum hanc opinionem conſuluit Lud. Roma. in conſi ſuo ccxxxvij.
inci.opinionem hanc.& credo iſtam tenendam , quam maior pars legiſtarum tenet. & ſi eueniret in practica,
non eſt dubium quòd propter generalitatem noſtræ conſuetudinis teneretur.

20 Propter ingratitudinem ſemetremiſſam nõ 21 poteſt exhæredari filius.

ITem*aduerte quòd inquantũ dictum eſt quòd teſtator poteſt exhæredare filium ex cauſa ingratitudinis,ꝙ
ſi filius commiſerit cauſam ingratitudinis,tamen per pactum fuerit eodem filio remiſſa cauſa , filius amplius
ex illa cauſa non poterit exhæredari,ſecundum Ang.& Pau. de caſt.in l.fi.C. de pactis.& tenet do. meus Iaſ.in
d.aut.non licet.in ij.col.C.de liberis præteritis.

IMò plus*vbi dicit ꝙ ſi filius cõmiſerit cauſam ingratitudinis cõtra patrẽ,per quã poſſit exhæredari, ſi pœni
tentiã viuo patre agat,vel ante cõditũ teſtamẽtũ, nõ poteſt ex illa cauſa exhęredari à patre.iſtud tenet Alex.
in l.j.in xvij.col.ff.ſol.mat. ¶ Probatur per ſimile. nã ſi filia peccauerit in corpus ſuũ , eſt iuſta cauſa per quã pa
ter poteſt eã priuare dote,& negare alimẽta,ſecũdũ Speculatorẽ in tit.qui filij ſint legitimi.verſi.ſed quid ſi fi-
lia tua Bal.in l.fi.C.de dotis promiſſione.tamẽ ſi filia agat pœnitẽtiã,nõ poteſt amplius dote & alimẽtis priuari.
ita Spe.in d.loco.verſi.quid ſi ipſa pœnitet.& Bal. in l.ſi filiã tuam. C.de inoffi.teſta.do.meus Iaſ.in l.in are-
22 nam.C.de inoffi.teſta.& in d.aut.non licet.ſuprà allega. ¶ Cui adde* ꝙ ſi filius pœnitentiam egerit, imò etiã
ſi gratum ſeruitium patri fecerit,tollitur ingratitudo.ita Bal.in l.fratres.C.de inoffi.teſt. quem refert & ſequi
tur do.meus Iaſ.in l.ex hoc iure.in penul.col. ff. de iuſtitia & iure.& quòd plus eſt , illa reconciliatio filij erga
patrem tollit ingratitudinem,ſecundum Bar.in l.iij.§.non ſolum.ff.de adimen.legatis. ¶ Faciunt ad hoc quæ
23 dicit Feli.in c.eam te,in viij.col.extrà,de reſcriptis,vbi dicit* quòd infidelitas præcedens nõ nocet conuerſo.
imò dicit emendatum præferri bono,cùm gaudium ſit Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,&c.

ADDITIO. De huiuſmodi reconciliatione & remiſſione quæ fit multis modis,vide per Mat. de afflı.in
conſti.regni Siciliæ,quæ incipit,generalia iura.in ij.lib.in v.nota.vbi dicit quòd ſi pater ex-
hæredauit filium,ſi poſtea reconciliauit eum,videtur eſſe ſublata & remiſſa exhęredatio.Et etiam ſi princeps
conceſſit filio alicuius qui commiſerat crimen læſæ maieſtatis, videtur ei remiſiſſe quo ad eum.

24 Ingreſſus religionis nõ tollit ingratitudinem. 25 26 An furor.

ADuerte tamen * ꝙ per ingreſſum monaſterij , aut religionis non aboletur cauſa ingratitudinis antè com-
miſſa.glo.eſt notabilis in aut.de mo.in prin.in verb.maculam.Cy.& Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſ.& cleri.
do.meus Iaſ.in d.aut.non licet.in ij col.C.de liberis præteritis.

ITem * etiã pater arrogãdo filiũ nõ videtur ei remittere ingratitudinẽ.text.eſt nota.in l.filio quẽ pater.ff.de
libe.& poſthu.Nunquid autẽ * furor ſuperueniens tollat ingratitudinẽ priùs cõmiſſam? ponit Bar.& alij in
l.ex facto.verſi.ſextò requiritur.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.do.Iaſon.in l.furioſum C.qui teſta.face.poſſunt.

27 AD prædicta adde * quòd pater maledicendo filium ex cauſa ſufficienti ad exhæredationẽ,non dicitur eum
exhæredare,ſicut nec benedicẽdo dicitur eum inſtituere.Bal.in procemio decreta.in vlt.col.vide do.meũ
Iaſ.in l.ſi pater tuus.in ij.col.C.de hære.inſti. & in l.ſi quis in fundi vocabulo, in iij not.ff.de leg.j.& in d.aut.
non licet.vbi plura allegat.& in §.proximo,in gloſ.*par droict*,ver.quid ſi pater.

Auguſtini dictum notabile.

BArtholomęus Veronen.qui dicitur Cepo.qui cautelis vti voluit,in hac materia quandam cautelã adinue-
nit, ponendo aliquos caſus , quibus filiųs poſſet priuari legitima , contra doctrinam Auguſtini dicentis, ſi
quis velit Deum inſtituere,& filium exhæredare,alium quærat pro conſultore q̃ Auguſtinum : vt habetur c.ſi.
xvij.q.ideo in ſuis cautelis cautela xxiiij.incipien.pater volens excludere filium à legitima.poſuit quaſdam cau
telas ad priuandum filium legitima, ſed pro certo nihil faciunt ad propoſitum,& ſunt friuolæ.

Cautelæ pro priuãdo filium legitima.

PRima eſt,quòd quis vendat alicui ſua bona,& promittat tradere ea poſt mortem ſuam, ſcilicet vendentis:
nam tale debitum quod habet effectum poſt mortem promiſſoris,cenſetur æs alienum.l.hæreditarium.ff.
de bo.auto.iud.poſſi.& ideo erit detrahendum antequam legitima filij.l. Papinianus.§.iiij.ff.de inoffi.teſta.do.
meus Iaſ.in aut.vnde & ſi parens.in ij.col.C.de inoffi.teſta.ſi tamen apparet de fraude,filius poteſt reſcindere
venditionem pro ſua legitima.& iſtam cautelam ponit Bar.in d.l.hæreditarium.& refert Soci.in conſi.xciiij.in
ix.col.& dicit Bar.in d.l.hęreditarium.& do.meus Iaſon in aut.vnde & ſi parens.in ij.col.quòd iſta cautela eſt
mala,quia inducit peccatum.& dicit Lud.Roma.in ſing.ſuo 610.incipien.quidam cardinalis.quòd illa doctri-
na Bar.volens inducere caſum in quo filius poſſet priuari legitima,nõ eſt vera,nec eſt tenẽda.& aduerte, quia
28 facilè poteſt deprehendi fraus, * quia in alienatione omnium bonorum etiam titu.oneroſo præſumitur fraus.
l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.credi.quo caſu ſi appareat de fraude,poterit filius reſcindere contractũ,etiam
oneroſum pro ſua legitima.de quo Ioan.de platea in §.item quis. ad fi.inſti. de inuti. ſtip. vbi plus dicit, quòd
etiam ſi pater confiteatur ſe precium venditionis recepiſſe,quòd non ſufficit quo ad præiudicium filij,niſi ap-
pareat de reali receptione.ita not Bar.in l.per diuerſas.C.mandati.Ioan.de platea in §.item quis.in fi.inſti.de
inuti.ſtipu.motus per notata in aut.iam neceſſe.C.de dona.ante nup.imò,quod plus eſt, * confeſſio patris fa-
cta in teſtamento,in qua confitetur ſe debitorẽ alicuius,non habet præiudicare filio,quo ad diminuendam eius
legitimam,quia ſic aperiretur via malitiis ad fraudandum filios legitima,ſecundum Bar.in l.cum quis decedẽs.
§.codicillis.ff.de leg.iij.expreſſè firmant Spec.& Io.And.in tit.de confeſſis.§.nunc videndũ.verſi.ſed nunquid
patris.Pa.in c.quanuis de re iudi.cũ aliis alle. per do.meum Iaſ. in l.ſi arogator,in x.col. ff. de adop. & in l.ait

28 Alienatio omniũ bonorum præſumitur fraus.

prætor.

prætor.la seconde.§.sed & si quis in fraudem.in ij.col.ff.de iureiu.Alex.in consi.xlv.in j.vol. in ij.col. & vlt.licet do.meus Ias.alleget consi.xliiij.quod non est.& idem Alex.in consi.xxvj.incip.viso & considerato themate.in j.colū.in ij.volu.quem non allegauit do.meus Iason.Bar. in d. §.codicillis. limitat illam regulam duobus modis:primò,nisi illa confessio fieret coram notario recipiente & stipulante pro alio, vel confiteretur in præsentia patris.& istud tenet Panor.in consi.suo lxxxv. incipien. facti contingentia.& c. omnipotentis. in j.col. in ij.vol.Barb.in consi.suo liiij.in ij.colum.in ij.volu.

SEcundò dicit Bar.talem confessionem esse validam quando iuramentum interuenit, eo ꝙ habet effectum clausulæ,valeat omni modo quo valere possit.l.cū pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij. & istam limitationem sequitur Ant.de but.in cōsi.suo xxxj.in ij.col.de qua vide Feli.in proœmio Gregoria.in vj.colum.& in c.olim. in v.colum.extrà,de rescriptis.ista cautela(vt iam dictum est)reprobatur per Roma.singu.suo 610.& dicit ipsemet Bar.in d.l.hæreditarium.quòd ędificat ad gehennam,cùm sit inductiua peccati mortalis.

ALia & secunda cautela est,ꝙ pater instituat filium hęredem in omnibus bonis,& quòd alij alteri relinquat vsumfructum omnium bonorum:nam valebit talis vsusfructus relictus, & filius non poterit se grauatum dicere in legitima,vt est gl.notabilis in aut.de trien.& semis.§.prohibendus.collatio.iij.quā dicit Ang.ibi esse singularem.sed illa gl.confunditur & eius cautela per tex.in aut.nouissima. C.de inoffic. testamen. per quē filius nō tantū debet habere legitimam in proprietate,sed in proprietate & vsufructu simul. & si diceretur grauamē in vsufructu,illud grauamē reiiceretur quo ad legitimā,per l.omnino.C.de inof.testa.& istud tenet glo. in d.aut.& in l.quoniā in prioribus.in gl.ij.super verbo,grauamē.& ibi Bal.C.de inoffi.testa.cum aliis allega. per do.meū Ias.in d.aut.nouissima. in xiiij.colū. & hoc intellige quando nuda proprietas à legitima filij minus valuerit quā vsusfructus:secus si tantū,vt dicit Ang.in d.§.prohibemus.& Cepola in d.cautela,vt voluit tenere glo.in d.aut.nouissima,in secunda solutione.sed do. meus Iason ibi dicit quòd illa solutio non tenetur,imò etiam dicit ibi dominus meus Ias.quòd si filius instituatur in vsufructu,& alius in proprietate,quòd adhuc quo ad legitimam poterit dicere quòd eam vult in proprietate & vsufructu , in reliqua verò parte vsusfructus stabit ordinationi & dispositioni testatoris,quod nota. *Cautela secunda.*

ADuerte*ꝙ filius non cogitur accipere legitimam in pecunia,sed potest dicere nolo pecuniam,sed volo legitimam in rebus hæreditariis.Bal.Pau.de cast.Sali.& do.meus Ias.qui multa ad hoc allega.in l.scimus. in ij.colum.C.de inoffi.testa.& idem do.meus Iason in l.non amplius. §.fi.ff.de lega.j. quam sub eo audiui. adde Alexan.in consi.lxix.in vlt.colum.in j.volu.meliorem tamen eligere non potest pro legitima,sed mediocrem, arbitrio iudicis.Bald.in l. filium quem. & ibi dominus meus Iason in viij. colum.C. fami.hercis. & in d.l.scimus.nec etiam rem alij legatam, secundum Bal.in rub.ff. de re. diui.in j.col. & dominum meum Ias. in d.l. scimus.qui dicit quòd Pau.de ca.non faciens mentionem de Bal.consuluit contrarium. 30

QVæro iuxta prędicta,pone*ꝙ pater in vita legitimā filio dederit,quā postea in ludo amisit,vel malè dissipauit,nunquid possit amplius petere legitimā?Bal.in l.scimus.in vj.quæst.C.de inoffi.testa.facit in simili,*ꝙ si pater dederit dotem filiæ,& eam malè dissipauit,pater non tenetur amplius dotare, secundum Bar. & moder.in l.si cum dotem.§.j.ff.sol.matri. Bal.Sali.& moder. in aut. quod locum. & ibi do. meus Iason in v.colū.C. de colla.idem do.meus in d.l. scimus.& in §.fuerat.in.xxix.col.& xxx.colum.institu.de actio. Feli. in c.quæ in ecclesiarum.in xxvj.col.extrà,de constitu.*dicunt tamen secus esse in alimentis, quia etiam si filius amiserit legitimam,aut filia dotem,tenetur pater eam alimentare,quod nota. 31 *Quæstio.* 32 33

§. TERTIO.

VN chascun habile a faire testament & ordōnance de derniere volunté, est tenu de laisser a ses vrays heritiers sa vraye legitime , c'est à sçauoir,la tierce partie de tous ses biens,par droict d'institution,ou autrement ledict testament ou ordonnance est nul.

IN multis locis in Gallia hæc consuetudo non haberet locum,cum ius testandi non habeat,seu institutio hæredis non habeat locum. ¶In §.præcedē.dictum est de exhæredatione,ꝙ veri hæredes non possunt exhæredari sine expressione alicuius causæ depositionis in iure , hic verò loquimur de præteritione,scilicet*quòd si veri hæredes prætereātur,testamenum est nullum . istud est verū in veris hæredibus obtinentibus primum locum de iure in linea descendente. *1 Præteritione testamētum fit nullum.*

TV pro intelligentia prędictorū,& corū quæ in hoc §.dicuntur pręsuppone*quòd exhæredatio est triplex, seu exhæredatio dicitur tribus modis. Primo modo dicitur propriè & strictè,quando ex verbis & mente testatoris filius exhæredatur,vt quando pater dicit,exhæredo filium meum, eo quòd me verberauit. vt suprà dictum est in §.præcedenti.& de qua debet intelligi ille §.præcedens. *2 Exhædatio triplex. Stricta.*

ADuerte ꝙ*octo requirūtur ad hoc vt sit valida.Primò,ꝙ fiat purè.Bar.l.j.§.sed si incertū.ff.de vē.in pos. Amit.Bar.in l.iij.ff.de leg.j.vide tamen quid dicat Bal.in l.si pater.C.de insti.& substi.in viij.& ix.oppo. Gl. in l.j.ff.de condi.institu. & in l.iij.§.purè.ff.de libe.& posth.¶Secundò debet fieri nominatim.d.l.ij.§. filius. per illum tex.ff.de libe.& posth.¶Tertiò exhęredatio debet fieri à toto gradu,nō à certa persona.¶Quartò debet fieri ab hæreditate,non à re certa.glo.in d.l.iij.§.filius.ff.de lib.& posthu. & ibi Bar.nec à quota parte valet.Bal.in l.j.in iiij.q.C.de libe. præte. ¶Quintò,ꝙ ex testamento in quo facta est adeatur hæreditas, quia ante aditā hæreditatem non valet.l.filiū.& ibi Bar.ff.de bono.possess. contra ta.¶Sextò,ꝙ fiat de descendentibus,& iam natis,& non transuersalibus & posthu.Bal.in aut.ex causa.in ij.col.C.de libe.præter.¶Septimò, ꝙ inferatur vna ex causis positis in iure.aut.nō licet.C.de libe.præteri.dixi suprà.¶Octauo,quòd illa causa sit vera,& probetur per hæredem,& his factis exhæredatio propriè & strictè erit valida. 3

ALiquando & secundò*dicitur exhæredatio largè,quando fit non ex verbis,sed ex mente testatoris,quando pater sciens se habere filium non expressè exhæredat,sed eum silentio præterit. & ista est de qua hic §.loquitur.de qua statim disceptabimus.& ista præteritio dicitur largè exhæredatio.tex in l.si patron⁹.in prin. in versi.silentio exhæredans.ff.de bo.libe. 4 *Largè.*

5 Largiſſima. ALiquando & tertiò*dicitur exhæredatio largiſſimè, quando nec ex mente patris, nec ex verbis filius exhæredatur,in effectu tamen reperitur priuatus:vt eſt quando pater ignorat ſe filium habere, & ideo cum in teſtamento præteriit,filius non eſt exhæredatus verbis,nec ex mente patris, ex quo pater eum ignorat, & ſic non dicitur exhæredatus propriè primo modo,nec largè ſecundo modo,tamen largiſſimè dicitur exhæredatus.l.ſi inſtituta.§.fi.cum l.ſeq.ff.de inoffi.teſtamen.

5 Exhæredatio impropria. Præteritio. TV adde*ꝙ aliquando & quartò dicitur exhęredatio impropriè,ſcilicet quando exhæredatur filius ex verbis & mente teſtatoris, quæ tamen non eſt ſolenniter facta, puta quando quis exhæredatur non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis in exhæredatione,vt quia non fuit inſerta cauſa,quo caſu dicatur præteritio.l. non putauit.§.non quæuis.ff.de bonorum poſſeſ.contra tabu.ita tenet do.meus Iaſon in aut.ex cauſa.in iij. & xij.col. C.de libe.præteri.vel quando quis non eſt nominatim inſtitutus vel exhæredatus, tunc dicitur propriè præteritus,text.eſt in §.eadem inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſta.defe. & in l.poſthumo. quem ibi notat dominus meus Iaſon.in iiij.notabili.C.de bonorum poſſeſ.contra tabu.

TV adde & quintò ꝙ aliquando quis effectu reperitur exhęredatus,etiam licet inſtituatur vario nomine,& hæreditas eſt in totum exhauſta, puta quia pater non habet in patrimonio niſi ſeruos, & omnibus reliquit libertatem. text. eſt in l. Papinianus.§.quarta autem.& ibi Bald.in ij.not.ad hoc notat. ff.de inoffi. teſta. quem ad hoc allegat do.meus Iaſon in l.ſicut certi.in iij.col.C.de teſtamen.mili.

IN TEXTV IBI, *Vn chaſcun.*

1 Quilibet AN dictio*quilibet,ſit dictio collectiua,vel diſtributiua,vide Bar.in l.hoc artic.ff.de hære.inſti.Et quomodo verificatur,vide enndem Bar.in l.ſi ita.ff.de leg.ij.Et in quo differat ab omnis,vide eundem in l. ſi pluribus.ff.de legatis.ij.& in l.Iulianus.§.cum plures.ff.de arbitris.

NVnquid iſta dictio vniuerſalis comprehendat etiã clericos teſtantes de ſuo peculio quaſi caſtrẽſi? videtur
2 Teſtamenta clericorum nõ q̃relantur. ꝙ nõ,*cũ teſtamentũ clericorũ & preſbyterorũ nõ poſſit expugnari per querelã,ſed debet agi cõdictione
ex lege ad legitimã,aut preſbyteros.C.de epiſco.& cle.c.quia nos.vbi Pa.de teſta.imò dicit Ang. in l.j. ff. de
inoffi.teſta.& iſtud videtur tenere do.meus Iaſ.in l.fratres.in vlt.col.C.de inoffi.teſt.& in l.vlt.in vlt.col.C.
qui teſta.facere poſſunt.& hæc faciunt cõtra eos qui dicebãt teſtamentũ cuiuſdã preſbyteri canonici Heduẽ.
eſſe nullũ,eo quòd ex quatuor nepotibus ſuis veris ſuis hæredibus, tantũ inſtituerat tres, & aliũ prætierierat
quia dicebam ꝙ per hoc teſtamentum non erat nullũ,ſed tamen præteritus condictione ex lege poterat petere
3 legitimã,nec obſtare videbatur hæc conſuetudo generaliter loquẽs, eo*ꝙ lex noua generaliter loquẽs aut de
nouo inducens,nunquã intelligitur loqui in caſu in quo per leges antiquas erat ſpecialiter prouiſum.gl. eſt notabilis in l. ſciendum.in prin.ff.qui ſatiſ.cogan.quam regulam tradit do.meus Iaſ.in mille locis.maximè in aut.
ex cauſa.in vij.colum.C.de liber.pręteri.in l.j.§.ſed & ſi mihi.in iiij.col.ff.de verbo.oblig. vbi eã didici ipſo legente illum.§.eandem tradit in l.fratres.in ij. colum.& in l. quoniam in prioribus. in princi.ij.col. C. de inoffi.teſta.& in l.poſtquam tibi.in fine.C.de pact.& in l.iuſiurandum.in fi. ff. de iureiuran. & in l.hac conſultiſſima,in iij.& iiij.col.C.qui teſta.face.poſ.Feli.in c.j.in vij.col.extrà,de reſcrip.hinc dicit Panor.in c. verum.in v.
col.extrà,de fo.compe.quòd cùm clerici habeant priuilegium ſpeciale,non comprehenduntur in lege generaliter loquente:quod nota.

SI vellem tenere contrarium,quod credo verius,dicerem, ꝙ iſtud ſtatutum ſeu iſta conſuetudo comprehendit & ligat etiam clericos per doctrinam Ioan.And.in regu. ſine culpa.de regu.iur.libr.vj.in mercurialibus.
4 vbi dicit, *ꝙ ſtante conſuetudine quòd primogenitus ſuccedat in regno, vtrum talis conſuetudo liget ſecundò genitum clericum. dicit Ioan.And. quòd ſic, eo quòd conſuetudo fuit inducta antequam ſecundò genitus
fuiſſet effectus clericus. & iſtud dicit & allegat Barba.in conſi. ſuo iiij.in viij.col.in j.vol. qui plura allegat faciencia ad hanc opinionem,quòd hæc conſuetudo comprehendat clericos. ❡Facit etiam deciſio Bal.in c.cũ
5 veniſſent.extrà,de eo qui mit.in poſſeſ.cau.rei ſeruan.vbi dicit * quòd omnia bona etiam clericorum ligantur conſtitutionibus Regis Franciæ in regno ſuo.Et etiam iſtud videtur eſſe de iure nouiſſimo,quòd teſtamenta presbyterorum ſubiacent querelæ.in aut.vt cum de appellatio.cognoſci.§.ſancimus itaque.colla.viij.& glo.
in l.cum lege leonina.C.de epiſcopis & clericis.

IN TEXTV IBI, *Habile.*

1 Generalitas reſtringitur ad habilitatem. ADuerte,quòd etiam ſi non fuiſſet poſita hæc dictio,*habile*,tamen debet ſubintelligi: cùm * omnis generalitas recipiat reſtrictionem de habilitate.do.meus Iaſon in l.j.§.nuntiantes.in iij.col.ff.de noui operis nunponit do.meus Iaſon in l.ij.§.prætor ait.in j.& ij.col.ff.qui ſatiſda.cogan.& in l.prouinciali.§.fi.ff.de noui ope.
nun.& in l.ſi filiuſfamiliàs viaticũ.in ij.& iij.col.ff.ſi cer.peta.imò dicit gloſ.in d.§.prætor ait,ꝙ licèt illa verba
generalia ſint geminata & quòd multa operari debeat geminatio,tamen debent intelligi de idoneis & habilibus,& facit dictum multum ſingulare do.Feli.in c.ex parte.*le ſecond*.ff.de offi.deleg.in iij.col.ibi,octauò limi-
2 ta.vbi dicit * ꝙ ſi ſtatuto caueatur,quòd nihil poſſit opponi contra inſtrumentum guarentigiatum: illud tamen non habet locum ſi opponatur quòd perſona agens non eſt habilis,quia ſemper poteſt opponi ꝙ non eſt
3 4 *Exceptio inhabilitatis* habilis: * cũ nunq̃ exceptio inhabilitatis perſonæ tollatur, * imò etiam contra ſpoliatum poteſt opponi quòd
non eſt habilis,vt dicit ibi Feli. ❡Ex quibus dixi,ꝙ licèt ſit regula cãcellarię,& pragmaticæ ſanctionis,quòd
quicunque non violentus,ſed habens titulum coloratum beneficium eccleſiaſticũ ſine titulo poſſederit,quòd
non poteſt inquietari,vt habetur in titu.de pacificis poſſeſſoribus.in prin.habet locum in habili, quia ſi fuerit
inhabilis, puta talis qui non fuerit vigintiquinque annorum in beneficio curato, vel poſt annum non fuerit
promotus ad ſacros ordines,vel ſic de ſimilibus.talis non poteſt ſe iuuare beneficio dictæ regulæ.quia ſemper
intelligitur quilibet,ſcilicet habilis.

IN TEXTV IBI, *A faire teſtament.*

1 Ius teſtandi quo iure introductum. ❡Primò quæro quo iure ſit introductum ius teſtandi.Secundò qui ſint habiles ad teſtandum.
AD primum dico,*ꝙ eſt inductũ de iure ciuili, vt tenet in ſpecie Chriſt. Porcus.§.j.in iiij.col.inſti.de teſta.
Bar.in l.interdum.ff.de condic.inde. Dy.in reg.indultum.de reg.iur.lib.vj. Alex.in conſi.ſuo ij.incip.viſa
codicilli

codicilli legitimatione. & aliis in xij. col. versi. nec ad hoc obstat. in j. vol. quod est repetitum de verbo ad ver-
bum in consi. lxxxvij. in ij. vol. Panor. in consi. lxiij. Cardi. Floren. in cōsi. suo lx. inci. Aglorus de bononiis. in ij.
colum. * vbi dicit idem esse in iure succedendi, qui est de iure ciuili per text. in l. j. & iij. ff. de petit. hæredita. 2 *Ius succedēdi qđ.*
¶ Quomodo testamentum sit de iure gentium, ciuili, diuino, & naturali, vide Guil. Benedicti in sua repetitio.
c. Raynutius. in verbo, testamentum. *le premier.* in princi. de testamen. & ibi ponuntur quatuor rationes, ex qui
bus vnicuique permissum est testari.

AD secundum videlicet * qui sunt habiles ad testandum. dic quòd omnes dummodo non sint prohibiti, 3 *Qui habiles ad testandum.*
sed Io. de platea ponit plures in §. fi. institu. quibus non est permis. facere. testa. qui cōtinentur his versibus.

Testari nequeunt impubes, religiosus, Filius in sacris, mortis damnatus, & obses,
Prodigus, ac stultus, dubius, seruus, furiosus, Crimine damnatus, cum muto, surdus, & ipse
Qui maiestatem læsit, sic cęcus & ipse. ¶ Et hos oēs ponit Philip. francus in repetitionē. c. si pater. de test. in
vj. in rub. De impubere vel pupillo, vide Guil. Benedicti in d. repetitione. in verbo, adiectæ impuberi. nume.
lxvj. vsque ad finem. de filio in potestate, an possit testari, & quomodo vide in d. repeti. in verbo, matrem in-
super Cleram., de damnatis ad mortem, vide in verbo mortuo itaque testatore. vbi amplè.

QVærit post hos versus * quid de sodomita, nunquid possit testari? & dicit ꝙ non, ad similitudinē damna 4 *An sodomita.*
ti de crimine furioso, secundū Ia. de Beluiso in aut. vt nō luxu. contra natu. §. fi. collatio. vj. & ibi Bar. do.
Anastasius prælatus Mediolanen. multum latè disputauit, cuius disputatio posita est in fine primi volu. consi-
liorum Barbatiæ. vbi per nouem rationes tenet, ꝙ testamentum sodomitæ factū etiam ante condemnationem
non est validum, propter detestationē criminis, pessimū est enim & crimen detestabile, cū scribatur Genesis *Crimen sodomitici abominabile.*
37. c. Accusauit inquit eos Ioseph crimine pessimo. & dicitur Gene. 18. & peccatum eorum aggrauatum est ni-
mis. facit. c. clerici. de exces. præla. * vbi vocantur filij diffidentiæ, quasi de eorum salute est diffidendum, vt vo 5 *Filij diffidentiæ.*
luit ibi glo. faciat. c. Deus omnipotens. ij. q. j. c. flagitia. xxxij. q. vij. de pœnitē. distin. j. c. sed & in d. aut. vt non lu
xurientur contra naturam. facit l. j. §. remouet. ff. de postulan. vbi illi gentiles qui Iesum Christum & verū deū
non cognouerunt, tamen huiusmodi facinus vltimo supplicio affici voluerunt, & ideo Deus propter huiusmo
di facinus mittit humano generi pestilentias, tempestates, & afflictiones. dicta aut. vt nō luxurientur contra na
turam. c. vt clericorū. de vita & honesta. clerico. & cum aliis allegatis per Barba. in consi. suo lxiiij. in iij. col. in
j. vol. quod est vltimum consiliorum. j. vol. vbi ponit multas detestationes huius criminis, allegans Paulum
ad Romanos j. dicentē: tradidit illos deus in passiones ignominiæ, nā fœminæ eorū immutauerūt vsum natu-
ralem. loquēdo contra mulieres se exercentes vt viri, quæ puniuntur. l. fœdissimā, & ibi gl. C. de adul. quæ est
mirabilis lex. & Barba. ibi detestando illud vitium dicit, * ꝙ est sufficiens causa ad hoc, vt vxor possit dimitte- 6
re virum. & post illud consi. ponitur disputatio Anastasij, qui multum detestatur etiā illud vitiū. de detestatio
ne huius nephandissimi vitij, ponit Bernardi. de bustis in j. parte Rosarij sermone xxiiij. parte. ij. illius sermo-
nis litera T. vsque in finem, vbi plura dicit. & inter alia ꝙ habet septem nomina, quæ poteris per eum videre.

DE huiusmodi sodomitis an testari possint, & de detestatione huius criminis ponit G. Benedicti in dicta re
petitio. c. Rayn. in verbo, mortuo itaq; testatore. j. nu. cxxxiij. vsq; ad nu. cxl. de test. & in verbo, cuidā Pe
tro tradiderūt. nu. lij. vbi dicit, quòd nocte natiuitatis Christi omnes sodomitæ perierunt. & vt quidam dicūt,
illa nocte mortuus est Virgilius tanquā sodomita, quod tamen nolo asserere, cū neminē iudicare debeamus.

ITEM Ioā. de Platea post prædictos versus suprà positos quęrit, quid de excommunicato, quid de vsurar.
quid de cleric. & decidit de prædictis particulariter. de omnibus supradictis ad saturitatem ponit Philip.
Frācus rub. repetitionis. c. si pater. de testam. in sexto. vbi plenissimè q̃ aliquis alius, quē viderim. ¶ Itē quid de
papa, cardinalibus, episco. archiepisc. abba. & monachis?. Quid de imperatore, & rege? & quid de omnibus mē
dicātibus, cū vbi sit plenissimè tractatum, & habeatur apud nos in impressione, me remitto, ad quem recurren
dum est. Item quid de condemnato ad perpetuos carceres, vide canonistas in c. tuæ discretionis. de pœnis.

SED quia ibi loquitur quid de clericis secularibus, quęritur quid de priore, aut abbate cōmēdatario, tenēte *Casus facti.*
beneficiū regulare in cōmēdā, an de fructib⁹ ex suo beneficio possit testari, & sic, an sit habilis ad testādū,
cū casus euenisset de reuerendo domino Philippo Bouton iuriū doctore priore cōmēdatario prioratuū S. pe-
tri de monasterio, & S. Saturnini, cantore & canonico Heduen. qui ad mortē veniens testamentū condidit, di-
xi quædam quæ nō pono, sed videre poteris in cōsiliis quæ ego feci in hac materia. ¶ Et aduerte, an cōmenda
tarius faciat fructus suos, vide Roma. in consilio suo cccl. & Gemi. in consi. xvij. & an sit verus prælatus, vide
Barba. in cōsi. ij. in ij. volu. & dixi infrà in titul. *des successions des bastardz. §. quand le prebstre.* in consilio quod
feci de successione quondam domini Blasij Rolin prioris commendatarij sancti Symphoriani Heduen. ¶ Itē
quæro. an bastardus sit habilis ad testandum? & quia princeps ei succedit, an si non relinquat legitimum, te-
stamentum sit nullum, vide hîc antè in §. præcedenti. in glo. prima.

IN TEXTV IBI, *Est tenu de laisser.*

DE hoc verbo relinquo, quid importet, vide infrà hoc eodem. §. in glo. *par droict d'institution,* & plenè per
Barto. Alexan. & alios in authen. nouissima. C. de inoffi. test. & in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substit. &
quandoque adaptatur ad actus inter viuos. l. cum filiofamilias. ff. de leg. j.

ADDITIO. Vide de hoc plenè per Bertrādi in cōsi. suo ccclxxv. in ij. parte. vbi dicit quòd hoc verbū
laisser, gallicū quandoque capitur pro lego, quādoque verò pro verbo, relinquo, vt hîc:
& tunc quādoque adaptatur ad actus vltimæ voluntatis, quādoque ad contractus, vt ibi videri potest per eū.
in dubio tamen vt dicit potius adaptatur ad contractum, vt actus potius valeat quàm pereat. *

VIde etiam amplè de hoc verbo relinquo, an trahatur ad institutionem. per G. Benedicti in sua repeti. c.
Rayn. in verbo, in eodem testamento relinquens. in princ. de testa.

IN TEXTV IBI, *A ses vrays heritiers.*

QVæro quid cōprehendatur sub hoc verbo, suis veris hæredibus. * nā verbū sui capitur diuersimode. i. 1 *Sui qui.*
sui dicuntur qui sunt in potestate testatoris tēpore mortis ipsius. §. j. & ij. instit. de hæredi. quę ab inte-

ſtato deferuntur.alij verò extranei eſſe videntur.§.cæteri.inſti.eodem.

2 SEcundò*dicũtur ſui,id eſt deſcen.vſq; ad ſeptimũ gradum.gl.ſingu.in l.ſi fœmina.C.ad Turpillia. in verbo,ſuorum.quã pro ſingulari allegat Bal.in c.poſtremo.de appella.& l.j.C.qui accuſare non poſſunt. Pet. de ancha.in repeti.c.j.de conſtitutio.in fi.per ſex chartas.in verſi.ſolet dubitari, quæ contineantur appellatione ſuorum.vbi dicit,quòd illa dictio ſui ponitur etiam aliquando habito reſpectu ad agnatos & cognatos qui non ſunt ſui.Barba.in repetitione.l.cum acutiſſimi.in lxviij.col.C.de fideicommiſſis.

ADDITIO.Vide ad hoc Mat.de afflictis in cõſti.regni Siciliæ,quæ incipit, intentionis noſtræ.in ix.col.*

3 TErtio*verò modo ponitur dictio ſui ad differentiam prorſus extraneorum,qui nullo modo ſunt coniuncti,& ideo dicuntur ſui cõiuncti ſanguine vſque ad ſeptimũ gradum.prout dicit Ancha. in dicto loco. qui pro hoc allegat gl.in d.l.ſi fœmina.& Ang.eam ibi dicit eſſe ſingularem & vnicam.ſed adde tex. formalem in
4 l.petitionem.C.de aduo.diuerſorum iudiciorum. coniuncto dicto Bal.ibi dicentis per illum tex.* ꝙ appellatione ſuorum veniunt tranſuerſales vſque ad quartum gradum. & illud dictum Bal.alleg. And. Siculus dictus Barbatia.in repetitione.l.cum acutiſſimi.in xiij. col.& in cxxix.col. C.de fideicõmiſſis.facit tex.pro deciſione Pet.de Ancha.in l.j.in verbo,vel in hæredes proprios iure ſanguinis, vel in extraneos. C.de anno. ciuilibus,
5 *Proprij hæredes qui.* lib.x.vbi probatur,*ꝙ proprij hæredes dicuntur qui veniũt iure ſanguinis,nec reſtringi poteſt quòd ille intelligitur de deſcenden.ſ.de filiis, nepotibus,& pronepotibus, & aliis:quia non oportuiſſet apponere illa verba iure ſanguinis,& poſtea dicere,vel in extraneos.
6 *Propriꝰ.* ¶ *Et verbum propriis intelligitur de ſuis. probat tex.in c.officij.in verbo,propria.de teſta.& in c. ex præſentium. in verbo, propria autoritate. & ibi doctores exponunt, id eſt ſua.de pigno.tex.in aut.de nõ alienã.§.ſi quis igitur.in verſi.propriis eorũ ſubſtãtiis.iuncto verſi.ſuæ ſubſtantiæ metũ.colla.ij.vbi probatur ꝙ idem eſt dicere , propriis & ſuis.& in c. ſi priuatũ.xij.q.j. in verbo, proprietatem nobis.& in c.ſi illi.in verbo,ex rebus ſuis.iuncto illo verſi. ex ſuo proprio.& in c.ſine exceptione,in verſi.vt commandatis,non vt propriis vtatur.& in c.epiſcopus qui mancipium.in verſi.proprio iuri.xij. q.ij.ex quibus iuribus probatur,quòd idem eſt dicere propriis,quod ſuis.& proprii hæredes dicuntur,qui ſunt iure ſanguinis.vt ſunt conſanguinei etiam tranſuerſales, ergo idem erit dicendum in dictione ſuis. ¶ Vide etiam qui dicantur ſui,& quę requirantur de eſſentia ſuitatis,per Guil.Benedicti in ſua repetitione.c.Raynutius.in verbo,mortuo itaque teſtatore.in ij.iij.& iiij.colum.de teſtamentis.extrà.

IN TEXTV IBI, *Sa vraye legitime.*

1 *Legitima iure inſtitutiõis relinquenda.* REgula eſt ergo,*quòd legitima debet relinqui veris hęredibus,tit.inſtitutionis,vt ſuprà dictum eſt. ¶ De materia huius regulæ vide Gui.Benedicti.in ſua repetitione.c.Raynutius.in verbo, in eodem teſtamento relinquens.in princi.vſque ad numerum.54.de teſtamentis.

LImita hanc conſuetudinem noſtram non habere locum in filiis aut aliis hæredibus bãnitis in ære & in perſona,quia ſi tales præterirentur,non per hoc teſtamentũ eſt nullum,eo quòd filius talis habetur pro mortuo,nec fiſcus in hoc poteſt rumpere teſtamentum.ita Bal.in l. ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. domi.meus Iaſ.in aut.non licet.in penul.col.in viij.limitatione.C.de libe.præteri.vel exhære.

ET iſtam ponit Guiliel.Benedicti.in ſua repetitione.in verbo,in eodem teſtamento relinquens. nume. cxl. in xvij.limitatione.de teſtamentis,extrà.

SEcundò limita hanc noſtram conſuetudinem nõ habere locum in filia dotata per patrem & matrẽ , aut per patrem, viuente matre,eo ꝙ cùm per conſuetudinem noſtram,quæ eſt in hoc titulo infrà quæ incipit.*femme mariée de pere & de mere*,ſit excluſa,non poſſet ab inteſtato patri ſuccedere extãtibus maſculis,ideo ſi prętereatur,non per hoc teſtamẽtũ eſt nullũ,ſecundũ Bal.in l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inoffi.teſta.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe.Ludo.Roma.in conſi.xiij.idem videtur mihi de iure conſulẽdum.quos allegat do. meus Iaſ. in dicta authen.in ſexta limitatione. ¶ Vide de hac limitatione per eundem Benedicti vbi ſuprà numero 128. verſicu.ex his infertur ad nouam dictæ regulæ limitationem.

TErtiò & hîc pẽdent leges & prophetæ,dic hãc conſuetudinẽ cũ præcedenti ſolùm habere locũ in deſcendenti.obtinẽtibus primũ locũ,& in tranſuerſalibus in primo gradu.ſ.in fratribus,& nõ in filiis fratrũ, quia etiã ſi non exhæredentur,nec inſtituantur,ſed prætereantur,non per hoc poſſunt impugnare teſtamentũ, nec alio modo agere ad legitimã. ¶ Primò quantũ ad primã conſuetudinẽ ad quã venit hæc ſecunda ampliatiuè conſiderandũ eſt ꝙ hæ duæ conſuetudines ſimul iunctæ volunt ꝙ verus hæres non poteſt exhæredari,niſi relicta legitima,aut ex vna ex cauſis poſitis in iure.& ſi non exhæredetur,debet ei relinqui legitima.titu.inſtitu. ad hoc enim vt diſpoſitio prædicta habeat locũ in aliquo requiritur ꝙ verba illius cõueniãt illi , cũ cui non cõueniunt verba ſtatuti,nec eius diſpoſitio.l.iij.§.quoties.ff.de dãno infec.Alex.in conſi.xvij. in ij.col.in j.volu. Alex.in conſi.lvij.in iij.col.in j. vol. Sed ſic eſt ꝙ filio fratris & ſororis verba dictæ cõſuetudinis non poſſunt conuenire,quia ſi teſtator.ſ. auunculus vellet eos exhæredare,nõ poſſet, cùm non ſit cauſa in iure expreſſa ad eos exhæredandũ.l.fratris.C.de inoffi.teſta.ergo nõ cõuenit diſpoſitio iſtius conſuetudinis talibus.ſ. quia poterũt exhæredari nõ expreſſa cauſa.cũ nulla ſit in iure quæ exprimi poſſit.quæ quidẽ exhæredatio ſit & eo modo facta dicitur prętéritio.l.nõ putauit.§.nõ quæuis.ff.de bonorũ poſſeſ.contra tabulas.dixi ſuprà in prin.huius conſuetudinis.ergo iſto modo præteriri poſſunt tales,cum talis exhæredatio ſit præteritio, ſequitur quòd etiã quocunque alio modo, cùm quando vna via eſt permiſſum, non videtur alia via eſſe prohibitũ.l. vltima. C.ſi mancipium ita veneat.l.ſcire debemus.ff.de tutoribus & curatoribus.glo.in c.tuæ.de procura.

ITem iſtud ſtatutũ generaliter loquens ſeu conſuetudo reſtringi debet ad terminos iuris communis, & ſecũdum ius cõmune debet interpretari.l.ij.C.de noxalibus.c.cũ dilectus.extrà,de conſuetudine.Soci.in cõſi.ſuo xxxviij.incip.pro deciſione.in iij.col.vbi plura allegat.ſed ſic eſt,ꝙ ius cõmune non diſponit legitimã debere filio fratris aut ſororis,imò expreſſè dicit contrariũ.in d.l.fratris vel ſororis.C.de inoffi.teſta.ergo illud ſtatutum,ſeu hęc conſuetudo debet intelligi ſecundũ ius cõmune,vt procedant tantum dictæ conſuetudines in caſibus,in quibus ſunt inſertæ cauſæ in iure ad exhæredandum , & in illis in quibus legitima debetur , maximè quia hæc noſtra cõſuetudo ſeu ſtatutũ vtitur his verbis,quibus ius cõmune.& eſt recitatoria iuris cõmunis,& ſic p roprie

ſie propriè non eſt ſtatutũ,ex quo nihil debet addere iuri cõmuni,ſecundũ gl.& doc.in c.j.de cõſti.in vj.Bar. & alij in l.j.in prin.ff.ad legẽ Falc.quẽ allegat do.meus Iaſ.in l.properandũ.§. ſinaũt alterutra.in ij. & iij. col. C.de iudi. Et ita tenet idem do. meus in l. hæc verba.quæ eſt iij.in iij.nota.ff.de leg.j. ¶ Ideo nõ obſtabit illud quod dicitur,ꝙ ſtatutũ debet aliquid addere iuri cõi.c.cũ dileƈtus.de conſuetudi.do.meus Iaſ. plenè in l. j.in iij.col.ff.ſi cer.pet.& in aut.ſacramẽta puberũ.in viij.col.C.ſi aduer.vẽdi.& quia vt iã diƈtũ eſt nõ eſt propriè ſtatutum.Itẽ etiã ſufficit ꝙ nouam de nouo inducat aƈtionẽ,prout dicit Panor.in c.cũ ad ſeden.in viij.col. extrà,de reſtitu. ſpolia.& ita eſt interpretãdum ſtatutũ,ꝙ minus lędat ius cõmune q̃ poſſit,ſecũdũ quod dicũt doƈto.maximè do.meus Iaſ.in l.omnes populi.in ij. leƈtura,in pe.col.ff. de iuſti.& iure. vbi pleniſſimè examinat quomodo ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune, imò quod plus eſt,non eſt dubium quòd hæ duæ conſuetudines licèt vim habeant ſtatuti,& poſſint dici eſſe reduƈtæ in ſtatutum , vt apparet ex prooemio,ex quo antè fuerunt conſuetudines quæ ſunt approbatæ,nihil inducunt,imò quod plus eſt, etiam conditionem ex ſtatuto,prout dicit ſingulariter Ang.in repeti.§.ex non ſcripto.inſti.de iure natu.gentiũ & ciuili. vbi dicit,ꝙ ſi conſuetudo redaƈta eſt in ſtatutũ,nihil noui inducit,ideo ſuccubuit aduocatus, qui intentauit condi tionem ex ſtatuto.Et Raphael Cuma.in l.j.ff.ad legẽ Falci.Iſtud refert & ſequitur do.Feli.in c.j.penul. col.extrà,de reſcri.¶ Itẽ ſi iſtud ſtatutũ,ſeu hæc conſuetudo ita intelligeretur,vt etiã procederent in filio fratris & ſororis,ſequeretur ꝙ per ſubauditos intelleƈtus,& per interpretationẽ ſeu extenſionem induceretur legũ correƈtio,quod non eſt dicẽdum,prout dicit gloſſ,notabi.in c.cupientes.§.quòd ſi per viginti.de eleƈtio. in vj.in verbo,petere.quã allegat do.meus Iaſ.in l.frater à fratre.in xij.col.in leƈtura.ff.de cõdi.indebi.& in aut. nouiſſima.in xj.col.C.de inoffi.teſta.& in l.emancipata.in pe.col.C.qui admit.Barba.in cõſi.xij.in xxij.col.in j.vol. cum enim dicunt iura & doƈtores,*ꝙ ſtatutum debet ita interpretari,ꝙ addat iuri cõmuni,ergo per ſubauditum intelleƈtum non debet intelligi, ita quòd iura corrigentur per interpretationem, ex quo ſi ita intelligeretur quòd in omnibus hæredibus in quocũque gradu ſint & in filio fratris,ſequeretur quòd per illam interpretationem corrigeretur d.l.fratris vel ſororis.C.de inoffi.teſta.ex quo non eſt ſic crudè arguendum. 2 Statutũ debet addere iuri cõmuni.

Statutum quomodo interpretandum.

ITem & quod plus eſt,vt videmus in fine noſtrarũ cõſuetudinũ dicitur expreſſè, ꝙ vbi cõſuetudo noſtra nõ clarè diſponit,ꝙ recurrendũ eſt ad ius cõe,ſecundũ quod poteſt cõſuetudo noſtra interpretari,ex quo ergo hæc noſtra conſuetudo de filiis fratrũ,& aliis nihil diſponit, recurrendũ eſt ad ius cõmune,& caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.l.ſi extraneus.ff. de cõdi.indebi.l.commodiſſimè.ff. de libe.& poſthu.

ITem ſi hęc interpretatio fieret,& ita interpretarentur diƈtæ conſuetudines,ſequeretur vnum aliud abſurdũ, ſcilicet quòd plus eſſet priuilegiatus exiſtens in quarto gradu & remotiori,quàm in primo.& plus eſſent exhęrerati proprij filij & nepotes,quàm filij fratrum & ſororum.quia data vna ex cauſis in iure,poſſent filij & fratres & aſcenden.exhæredari,& non filij fratrum, & alij remotiores, cum nulla ſit cauſa in iure ad tales exhæredandum,imò neceſſe eſſet relinquere legitimam titu.inſtitutio.aut eos inſtituere. ex quo nũc ſequitur, *quòd quando ſequitur abſurdum,ſtatutum non debet aliquid addere iuri communi,imò debet intelligi ſecundum rationabilem intelleƈtũ,ne abſurditas ſequatur.l. ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſa.tut.quam allegat dominus meus Iaſ.in l.properandum.§.ſinautem alterutra.in iij.colum.C.de iudiciis. 3 Secus ſi abſurdum ſequeretur.

ET cùm iſte caſus mihi eueniſſet in proprio faƈto, eo quòd quondã do.Bartholomæus Munieri canonicus Heduen.auunculus meus teſtamẽtum ſuum feciſſet,& ſolos magiſtros Antonium Rami, & Artuſium de chaſſeneum canonicos Heduen.& me cum his inſtituerat,præterita Antonia Rami ſorore noſtra, quæ volebat impugnare teſtamentum , hæc omnia ſcripto redegi ad defendendum teſtamentum auunculi, addendo ea quæ dixi ſuprà in hoc.§.in glo.in verb. *Vn chaſcun*.tamen pro bono pacis nolui expellere ſororem, ſed & hoc in fauorem matrimonij contraƈti cum honorabili viro magiſtro Hugone le Vaſſeur, in vtroque iure Licen. & vt diƈtus Vaſſeur eam in vxorem haberet. *Caſus faƈti.*

SI tamen caſus eueniret pro aliquo ad conſulendum,nolo ponere prædiƈta pro conſtanti eſſe vera, ſed fortè aliud dicerẽ.maximè * quia omnes hæredes in quocũque gradu ſint dummodo ſint proximiores,& ſint coniunƈti ſanguine ſunt ſui,vt dixi in glo.præcedenti. Si ergo in hoc parificantur per conſuetudinem noſtrã, ergo diſpoſitum in vno etiam per legem antiquam erit diſpoſitum in alio,ita quòd omnes cauſæ exhæredationis quæ locum habent in filiis & nepotibus qui ſunt ſui , habent etiam locum in aliis proximioribus, etiam ſi ſint in quarto gradu.probatur per doƈtrinam glo.de qua. in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.C. de furtis.de qua dixi in pluribus locis,& infrà in fine harum conſuetudinum.in glo.*Interpretées*,in concluſione. 4 Hæredes omnes pximiores dicuntur ſui.

QVartò fallit & limitatur iſta noſtra conſuetudo,quando pater diſtribuiſſet omnem ſubſtantiam ſuã inter liberos,quia licèt non adiiciat verbum inſtituo, tamẽ valet,per glo.in fi.C.fami.herciſcun.ſequitur Alex.in l.nam quod.§.non omnis.ff.ad Trebel.& dicit glo.in d.l.fi.quòd quilibet neſciret dicere,inſtituo hæredem,& iſtud tenet Ange.& Imo. in l.j.in §.ſi ex fundo.ff.de hære.inſtituen.& Imo.in l.centurio.vbi dicunt illam glo.eſſe ad hoc ſingularem.Iſtud idem tenet dominus meus Iaſ.in authen.nouiſſima.in vij.col.in vj.limitatione.C.de inoffic.teſta.vbi voluit plus dicere,* quòd verbum diſtribuo ſemper importat inſtitutionem. allegat.tex.quem ponderat Bal.in l.licet.C.de natura.liber.& Barto.in l.centurio. in ij.q.ff.de vulg. & pupil. ¶ Tu dic quòd Bal.& Bar.hoc non dicunt,quia etiam non eſt verum, cũ verbum diſtribuo ſit cõmune , * ſicut verbũ relinquo,quod non importat inſtitutionem, quãdo eſt adieƈtum certæ rei etiam collatũ in perſonã filij,prout tenet Alex.in d.§.non omnis.ff.ad Trebel.& iſtud tenet Alex.in cõſi.ſuo cxxxvj.in v.col.in j.volu. & Cardi.in cõſi.ſuo lx.in j.col.& conſi.clxxvij.in ij.volu. quod inci. Viſo proceſſu themate.in iiij.col.vbi dicit quòd iſta eſt cõmunis tã de iure ciuili,quàm canonico.Idẽ tenet Alex.in cõſi.ſuo xvij.in penul. & vlti.col. incip.Ponderatis his.in iij.volu.vbi tenet * quòd de iure canonico verbũ relinquo relatũ ad filium vel filiam, etiã in certa re importat inſtitutionem, & iſtud etiam tenet in conſilio ſuo cv.incip. Viſo ac diligẽter cõſiderato.in penul.col.in iiij.vol.Quando autem adducitur ad dotem dicã infrà eo.§.glo.*par droiƈt*,verſicu.ſed pone. 5 Diſtribuo. 6 Relinquo. 7

QVintò limita prędiƈtã noſtram cõcluſionẽ,quando poſt tale reliƈtũ adieƈta eſſet clauſula, ꝙ verus hæres amplius nihil petere poſſet, ſecundum Bald.in l.ſi adulta. C.de hæreditariis aƈtio. & in additio. ad

xvij.inci.Pōderatis his in vj.col.in iij.vol.contrariā partē tenuit idē Ang.in conſi.ſuo xcix.inci.Petrus de vrbe & Alex.illū inſequēdo allegauit in conſi.ſuo lxx.in ij.vol.vbi etiā tenet iſtā ſecūdā opinionē. tenet etiā in cōſ. ſuo clxxvij.inci.Viſo themate.in iiij.col.in eodē.ij.vol.Primā dicit eſſe communem Alex.in dicta rubrica.

ADuerte etiam quòd glo.in l.denique.§.ſed vtrum,in fine.ff.de minoribus,dicit quòd cum dote debet inſtitui in duodecim imperialibus,aut quinque ſolidis.

5 ITem pone ꝙ teſtator in ſuo teſtamento ſimpliciter dicat ꝙ reliquit filio centum,poſtea dicat,volo ꝙ tale teſtamentū meū dictetur,& fiat ad dictamē & cōſiliū ſapientis,an ſapiēs poſt mortē teſtatoris poſſit addere clauſulā,iure inſtitutiōis,ita vt teſtamentū valeat?Bar.in l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti. tenet ꝙ nō. ¶Cōtrariū tamē tenet Bal.in d.l.illa inſtitu.& in l.captatorias,in quinta oppoſitiōe.C.de teſt.mili.& in l.humanitatis. in iiij.col.C.de impube.& aliis ſubſti.& dicit Cardi.Florentinus in conſi.ſuo lx.in ij.col.ꝙ ex quo inſtitutio in legitima non eſt de ſubſtantia , ſed de ſolennitate,quòd poteſt addi à ſapiente, ad cuius ſenſum debet dictari.

6 *Notarii groſſus.* SE D iterū quæro,Pone ꝙ aliquis groſſus notarius in teſtamento ſcribit qualiter pater relinquit filio centum iure ſubſtitutionis aut reſtitutionis,cùm deberet dicere iure inſtitutionis,an valeat teſtamentū?Bal.in l.ſi cū ante.C.de donatio.ante nup.dicit ſe in hoc caſu conſultū reſpondiſſe, quòd valet teſtamentū, & ſicim peritia vel groſſities notarij non habet teſtamento officere.per gl.in l.fi. C. de fideiuſſo. & iſtud dictū Bald. ſequitur And.Sicu.in c.Raynutius.in xxv.col.extrà,de teſta.Hinc dicit alibi Bal. quòd ſi groſſus notarius qui in inſtrumento ſcribere debet pro ſua legitima,& ſcribat pro ſua falcidia,vel ſcribere debet quòd mulier renunciat Velleiano,& ſcribit Valeriano,per ſuam groſſitiem, ꝙ talis imperitia ſeu groſſities notarij non nocet.Ita dicit in l.imperator.*la premiere*,in ij.col. ad fi.ff.de ſtatu homi. quem refert & ſequitur do. meus Iaſ.in d.aut.nouiſſima.in viij.col.C.de inoffi.teſta.& in l.ſi tibi pecuniam.in ij.& iij.col.ff.ſi certū peta. Hinc dicunt Inno.& Hoſtien.in c.petitio.de procurato.ꝙ ſi quis dicat in inſtrumento, Titius conſtituit talem aſinum ſuū ad agendum & defendendum,vbi deberet conſtituere procuratorem &c. valet talis conſtitutio,& poteſt agere,& defendere.Ita dicunt & referunt dominus meus Iaſ.in d.l.ſi tibi pecuniam. & in l. teſtamentum non ideo in ij.col.C.de teſta.& do.Alex.in conſi.ſuo xliij.incipien.viſis his quæ continentur in proceſſu,in vj.col. in iiij.vol.quem allegauit dominus meus Iaſ.me audiente,in l.ſi quis in fundi vocabulo,in iij.notabili.ff.de lega.j.Adde quæ dicit Feli.in c.ad audientiam,*le premier*.in iij.col. extrà de reſcriptis. per prædicta dixi his diebus, quòd licet in quodam inſtrumento donationis eſſet dictum & appoſitum verbum, *inſtitut.* pro verbo, *conſtitut.* cū eſſet dictum,*a tiltre de ſimple inſtitut*.vbi debuiſſet dixiſſe,*conſtitut*.ꝙ iſtud nō vitiabat donationē.

ADDITIO. Imò etiā aduerte,ꝙ etiā defectus in verbis,vbi ſenſus colligi poteſt nō vitiat. l. cū pater.§. cū imperfecto.ff. de lega. ij. & ſenſus intellectualis orationē perficit quæ in ſuo conſtructu non eſt.l.verbum volo.C.de fideicōmiſſis, vide ad hoc Benedicti in repetitione.c. Raynutius,in verbo, clauſula bona,nume.57.de teſt.vbi ponit de defectu verborum,qui ſuppletur ex intellectu ſenſus.*

QVæritur hìc,an ſi filius fuerit ſimpliciter inſtitutus in legitima , vel etiā ſine expreſſione legitimæ poſſit dicere,ego volo & accepto legitimam,& repudio in reſiduo hæreditatem.Ang.in conſi.lxxxiij. incipiente,ſubtiliter & eleganter,per l.j.& ij.ff.de acqui.hæredi.Alexan.in conſilio ſuo lxxv.incipiente,viſis & diligenter proſpectis.in iij.colum.in j.volu.Bart.in l.quia poterat.ff. ad Trebellianum plenè per G.Benedicti in ſua repeti.c.Rayn.in verbo,ſi abſque liberis.ij.de vulga.ſubſtitut.extrà,de teſta. vbi ponit quinque limitationes.à nume.xlviij.vſque ad numerum lxij.

7 VLteriùs quęro,pone * quòd teſtator fecit teſtamentum, & in ſuo teſtamento reliquit filiæ cētum ſimpliciter,ſed teſtamento facto dicit: ego volo quòd relicta per me in meo teſtamento filiæ meæ ſint eidem relicta pro legitima iure inſtitutionis,& in illis illam hæredem inſtituo,an teſtamētum ſuſtineri poſſit per talem declarationem ſubſequentem?Bal.dicit quòd non in l.non codicillum.C. de teſta. & ſequitur Barba.in c.Raynutius.in xxj.colum.de teſtamen.dominus meus Iaſ.in d.authen.nouiſſima,in vij.colum.C.de inoffic.teſtamen.& dominus Claudius de aquis in d.l.nam quod.§.non omnis.

8 SE D an ſufficiat * relinquere legitimā titu. inſtitutionis?do. Alex.in l.inter cætera.ff.de liber.& poſthu.& do.meus Iaſ.in authē.nouiſſi.in vij.col.C.de inoffic.teſta.tenēt quòd ſic,per tex.in l.ſi filiusfami.ſubſtituatur.& ibi, Bald. ad hoc notat.& dicit non eſſe alibi.ff.de hære.inſtituen. & tunc teſtamentum annullato primo gradu inſtitutionis incipiet & ſubſtitutis, vt ibi eſt textus.ille tex. eſt multùm notabilis & peregrinus, ſed neſcio ſi obſeruaretur hodie in hac patria iuris conſuetudinarij, quo iure expreſſè dicitur quòd debet relinqui

9 *Verba ſimpliciter prolata quomodo intelligenda.* titu.inſtitutionis, * nam verba prolata ſimpliciter intelliguntur & debent intelligi per prius & non per poſterius . ita tenet Bald.in l.j.C.de ſucceſſo.edic.per tex.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtit. vbi ſubſtitutio pupillaris facta de hæredibus teſtatoris, intelligitur de his qui immediatè ſunt hæredes ex iudicio defuncti,& non per mediam perſonam alterius, vt eſt ibi text. & ideo dicit Barto.in l.hoc legatum, per

10 illum text. ff. de lega.iij. * quòd quando verbum poteſt intelligi per prius , & per poſterius ,ſemper debet intelligi per prius.& facit text. in l.legatis.ff.de lega.ij. faciunt & alia quæ dicit dominus meus Iaſon ad conſeruationem huius regulæ etiam philoſophalis in d.§. hæc verba. & in l. non ſolùm. in prin.ff.de noui ope.nunciatia.ſed ſic eſt quòd ſubſtitutio non eſt inſtitutio ſimplex, ſed ſecunda inſtitutio, vt dicit glo.multùm notabilis in rubri.ff.de vulga.& pupil.ſubſti.& ibi omnes.ergo illud verbum inſtitutio poſitum in conſuetudine noſtra non intelligi poteſt in ſubſtitutione,cùm non ſit per prius intelligere,ſed per poſterius.

ITE M ſi iſtud eſſet verum,ſequeretur vnum abſurdum,ſcilicet quòd aliquando etiam filius aut hæres haberet in legatis & donatione cauſa mortis & fideicommiſſis legitimam, quia ſubſtitutio in eis fieri poteſt. l.vnica.§.ſinautem aliquid ſub conditione.C.de cadu.tollen.& ita tenet dominus meus Iaſon in rubrica.ff.de vulg.& pupil.ſubſtitutio.in j.colum.

ITE M omnis conditio debet reiici de legitima.l.qui in prioribus.C.de inoffi. teſta. ſed ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio.text.in l.in ratione,*la premiere*.§.ſi filio.& §.j.& in l.qui fundum.§.qui filium.ff.ad legē Falcidiam.ita tenet do.meus Iaſ.in rubr.ff.de vulg.& pupil.in ij.col.in ij.lectura quam legit me audiente.

Sed

SED an hæc*legitima,ſeu hæc tertia pars debeat relinqui nominatim hæredibus,hoc eſt,an hæredes,& qui 11
ab inteſtato ſunt ſucceſſuri debeant in hac tertia parte nominatim inſtitui?an verò ſufficiat dicere,inſtituo
illos qui mihi ab inteſtato ſucceſſuri ſunt in tertia parte bonorum meorum?tu dic ꝙ ſufficit ꝙ dicat, ꝙ inſti-
tuit illos qui de iure eidem ſuccedere debent in tertia parte bonorum ſuorum, & pro hoc videntur facere quæ
dicit Alex.in conſi.ſuo cxxxiiij.in vj.col.in j.volu.vbi dicit ꝙ licet in teſtamento cæci debeant nominatim ex-
primi nomina hæredum,tamen ſufficiat ꝙ fiat per æquipollens.& facit tex.in l.hac conſultiſſima.C.qui teſta.
facere poſſunt.vbi videtur eſſe ſingulare in illo caſu, ergo in contrarium eſt ius commune: imò etiam licèt ſit
ſingulare in illo caſu, adhuc tamen ſufficit quòd fiat per æquipollens,per gl.ibi alleg.in d.l.hac conſultiſſima.
per Alex.in d.conſi.quæ eſt multum not. & per do.meum Iaſ. & Franciſ.de Aret.in d.l. vbi etiam dicit quòd
qualitas valde notoria habetur pro deſignatione formali.& vide tex.in l.j.& in l.nominatim.ff.de lib.& poſth.
cogita,quia ſuſtinentur tales inſtitutio.¶ Filius dicit,legitima non eſt mihi integrè relicta, quomodo probabit
cùm ſit negatiua?Dic quòd debet dicere,tantum eſt in hæreditate,&c.& qui voluerit probare contrariũ,pro-
bet,quia legatarij tenentur probare contrarium.ita dicit & tenet Guido Pape in q.cxlij.in fine.quæ nota.

IN TEXTV IBI, *Autrement ledict teſtament ou ordonnance eſt nul.*

ISta dictio * aliter & aliàs faciunt vt prædicta quæ apponuntur ſint de forma, & ſint taliter requiſita. quòd ſi — 1 *Aliter & aliàs dictiones qd importãt.*
non obſeruentur,actus eſt nullus.ita dicit Bar.in l.fi.in fine ibi,quæro an ciuitas.C.de vẽden.rebus ciuita.lib.
xj.Imò hęc verba ita diſponunt circa formam,ꝙ renuntiari non poteſt.Bar.in l.de his.per illũ tex.ff.de trãſac.
Feli.in c.cùm dilecta.in ix.col.extrà,de reſcriptis.

ADDITIO. Vbi amplè materia formæ quomodo ſit in omnibus ſeruanda,ita quòd etiam nihil addi po
teſt quod bonum videatur, vt dicit Ambroſius in libro de paradiſo. & ſi quid addas, vide-
tur eſſe quædam præuaricatio,maximè in his quæ mandantur per ſuperiorem, cùm fines mandati ſint diligen-
ter obſeruandi.l.diligenter.ff.mandati.& dicit Bal.in l.quoties.in j.& fi.col.C. de ſuis & legitimis hæredibus.
quòd formæ nihil addi vel detrahi poteſt.& facit quod habetur Deuterono.in fine,dum dicitur,Quod præci-
pio tibi,hoc facito:ne addas quicquam,nec minuas.facit glo.in c.ſi cui.de electio.in vj. & quæ dicit Benedicti
in repet.c.Raynut. in verbo, in eodem teſtamen.relinquens nu.67. & 68.de teſtamentis.* ¶ Vide quæ dicit
do.meus Iaſ.in l.de pupillo.in ij.col.ff.de noui ope.nun.& in l.non ſolùm.§.morte.in xiij.col.ff.eodem.de no-
ui operis nnncia.& in l.ij.§.voluntatẽ.in ij.lectura.ff.ſolu.mat. nam ſi hæc verba non fuiſſent appoſita,tunc ſi
teſtator aliter feciſſet,non per hoc fuiſſet teſtamentũ nullum. ita dicit Iacobinus de ſancto Georg.in tract. de
roy dis.in viij.col.ponderando ſtatuta,vel conſuetudines, vt cognoſcatur an teſtamentum ſit nullum, an verò
agi poſſit ad ſupplementum.¶ Et ſic ex quo eſt hîc poſita clauſula annullatiua,non poſſunt partes renunciare.
ita in ſimili,& in pulchro caſu tenet Ioan.Sanxon in conſuetu.Turonen.titu.*des ſucceßions des gens roturiers.*
articulo viij.vbi amplè dixi antè,in glo.*c'eſt à ſcauoir.*

VIde amplè G.Benedicti in ſua repet.c.Raynu.in glo.in eius teſtamento relinquens.nu.xxvj.de teſtamẽtis.
extrà,à nume.cv.vſque ad nume.cxxij.vbi ponit,an filius poſſit approbare teſtamentum partis nullum.&
dicit idem Benedicti in dicta gloſ.nume.xxiij.quòd iſtud decretum irritans nedũ inficit titulum,ſed etiam poſ-
ſeſſionem,quod nota.

SED iuxta hanc conſuetudinem præcedentem quæro:an ſi teſtator non reliquerit integram legitimam ve- — 2 *Quæſtio.*
ris hæredibus,ita ꝙ ſecundũ hanc conſuetudinem teſtamentũ ſit nullũ,cætera.ſ.legata debeãt remanere fir-
ma,ſecundũ aut.ex cauſa.C.de libe.præte.vel exhæredatis?de iure non eſt dubiũ ꝙ ſic,per dictam aut.ex cauſa.
¶ Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ ex quo cõſuetudo debet addere iuri communi,ſecundum Bar.in l.iiij.§.prætor.ff.de
dam.infec.in l.ij.ff.de vſucapio.per Panor.in c.cũ his.de priuilegiis.ꝙ debet teſtamentũ eſſe nullũ,nõ ſolũ quo
ad hęredis inſtitutionẽ,ſed etiã quo ad legata,vt addat iuri cõmuni.¶ Quia reſpondetur ꝙ ſatis addit iuri cõ- — *Conſuetudo noſtra quæ addat iuri communi.*
muni,quia addit in duobus.Primò, ꝙ omnes venientes ab inteſtato, ſint neceſſariò inſtituendi in quocunque
gradu ſint,contra ius cõmune.l.quoties.ff.de inoffi.teſta.Secundò in hoc ꝙ teſtamentũ eſt nullum, ſi venien-
tes ab inteſtato ſunt inſtituti in minus q̃ legitima his reſeruata,vbi de iure etiam filiis inſtitutis in minori por-
tione teſtamentũ eſſet validũ,& ageretur ad ſupplementũ.l.omnimodo.C.de inoffi.teſta.vnde hæc cõſuetudo
debet recipere interpretationẽ paſſiuã,ſecundũ aut.ex cauſa ſuprà allega.per ſupradicta. & hoc etiam vt minus
lædat ius cõmune q̃ poſſit,quod fieri debet.l.ij.C.de noxa.c.dilectus.de conſuetudi.do.meus Iaſ.in l.properã-
dum.§.ſin autem alterutra.in iij.col.C.de iudiciis.¶ Ex quo tamen iſta cõſuetudo eſt cõtra ius,videtur ꝙ non
debeat recipere interpretationẽ à iure,per regulã multũ notabilẽ quã ponit Bal.in l.maximũ vitiũ.in vj.col.C.
de liberis præte.de qua do.me⁹ Iaſ.in aut.nouiſſima.in vj.col.C.de inoffi.teſta.idẽ do.me⁹ in l.omnes populi.
in pe.col.ff.de iuſti.& iure. & Panor.in c.cauſam.de reſcriptis.Alex.in conſi.xix.in j.vol.Et in hoc caſu noſtro
eſt clarum quòd prædicta aut.ex cauſa,non habet locum in hac patria, & vbi viget hæc noſtra aut ſimilis con-
ſuetudo,propter verbum,*ordonnance*,quod comprehendit omnia genera vltimarũ volũtatum,quæ ſunt octo, — 3 *Ordonnance.*
vt in §.v.huius tit.glo.*ne ordonnance de derniere uolunté*.verſi.quod autẽ. ¶ Et ſic per iſtum §.tollitur.l.omni-
modo.C.de inoffi.teſta.quia nunq̃ apud nos agitur ad ſupplementum legitimæ, ſed omnino teſtamentũ red-
ditur nullum,& ſucceditur in omnibus defuncto ab inteſtato.¶ Tollitur etiam.d.aut.ex cauſa,quia qualiſcũq;
ordinatio vltimæ voluntatis eſt nulla,ſi integra legitima non ſit relicta.titu.inſtitutionis,& hoc caſu nihil ope-
rabitur quo ad nos clauſula;ſi non valeat iure teſtamenti,valeat iure codicillorum,vel alterius cuiuſlibet vlti-
mæ voluntatis,vbi legitima non eſt relicta.ſecus verò eſſet,ſi teſtamentum eſſet nullum vt defectu ſolennita-
tis,& de hoc videtur eſſe tex.ad literam in l.j.C.de codicillis.glo.tamen & doctores in d.aut.ex cauſa.maximè
do.meus Iaſ.in antepenul.col. dicit ꝙ ſiue ratione ſolennitatis, ſiue ratione exhæredationis, vel præteritionis
filij,etiam in poteſtate, ſemper illa clauſula habet vim fideicommiſſi vniuerſalis,vt eſt tex.melior de iure inter
cæteros,vt dicit glo.in l.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de fideicom.libe.quod an ſit verum de iure, videas ibi
doc.&,vt dico,illa opinio videtur eſſe contra tex.ad literam in d.l.j.C.de codicillis.¶ De huiuſmodi materia,
vide plenè per Guil. Benedicti in ſua repe.c.Raynut.in verbo,in eodem teſtamento relinquens.nu.229.vſq;

ad numerum ccxlviij.de teſtamen. ¶Sed quicquid ſit quo ad nos per conſuetudinem noſtram, ſi non ſit relicta legitima integra: & ſic ſi venientes ab inteſtato ſint præteriti,ſiue in totum,ſiue in parte legitimæ: ſemper teſtamentum, & quęcunque alia vltima voluntas eſt nullum, ſeu nulla, & in hoc non credo dubium, & ita quo ad nos practicatur & obſeruatur,licèt cõtrarium Alex.tenuerit in conſi.ſuo xxix.incip. Quoniam abunde in co.j.vol.credo quòd cũ nihil dictũ ſit de legatis,quòd currẽdũ eſt ad ius cõmune per cõſue.noſtrã. Cogita.

ADDITIO. Et licèt quodãmodo dubiũ ſit in annullatione teſtamẽti quæ fit per præteritionẽ ſecũdũ dictã authenticam ex cauſa,quæ tamẽ limitatur in pluribus caſibus,vt dicit Benedicti in loco hîc antè allegato,tamen in caſu in quo reuocatur teſtamentũ per pœnitentiã,ſeu expreſſam reuocationem, ſi reuocatio ſit generalis,aut indefinita,cenſentur omnia in eo cõtẽta reuocata,ſecundũ Bal.Paul.& do.meum Iaſ.in l.omniũ.C.de teſtamen.Barba.in c.fi.in xij.col.de ſucceſſio. ab inteſtato. Benedicti in dicta repetitio.c. Raynu.in verbo,teſtamentũ. ij.in prin.extrà,de teſtamentis,vbi dicit,quòd etiam hoc ita habet locum,quòd ſi fuerint fructus percepti antè reuocationem,quòd repeti poterunt.l.cũ quis.ff.de cõdictio.ob cauſam.l.videamus.§.j.ff.de vſuris.& etiam ſi legata fuerint ſoluta poſſunt repeti, vt dicit Bald.in fi.C.de vſuris & fructibus lega.niſi tamen ſint pia legata,quoniam talia non cenſentur reuocata, vt dicit Guido pape quæſtione ſua cc.in

4 Ius dicẽdi nullum. fine,& vide Alex.in conſi.xxij.in iij.volu.* ¶ * An ius dicendi nullum ex potentia ſuauitatis ad quoſcunque hęredes tranſmittatur? Bal.in c.ſciſcitatus.extrà,de reſcrip.tenet quòd ſic.& vide do.meum Iaſ.poſt alios in l. ſi infanti.C.de iure delibe.dixi in quodam conſi.incipien.Quidam dominus Ioannes.

ADde quòd cũ querela inofficioſi teſtamenti & donationis pari paſſu ambulent.l.j.C.de inofficioſa dona.& nunc per hanc l.nouã inofficioſitas teſtamenti reddat ipſum nullũ.vt hîc,quòd etiam iſtud extẽdetur ad inofficioſitatem donationis,eo quòd cùm duo,per l.antiquam parificẽtur,ſi ſtatutũ fiat nouum in vno, extendetur ad aliud,vt dixi amplè infrà in hoc titu.§.v.in gloſ. *meilleur de lautre*, numero lxiiij. & in quodam meo conſilio incipiente, *veu le proces mehu & pendant pardeuant monſieur le bailly dauxoys*. Quod tamen videtur eſſe,ſecus dicendum de iure per l. ſi mater.& l.ſi liqueat.C.de inoffic.dona.vbi videtur reuocari quatenus modus exceditur,ſed cùm conſuetudo noſtra reddat teſtamentum nullum,videtur etiã quòd reddere debeat donationem ex hoc nouo iure,cogitandum eſt in hoc.

§ QVARTO.

SE le teſtateur diſpoſe des deux partz de ſes biens, en autres perſonnes qu'en ceulx, que par droict & par couſtume luy doibuent & peuuent ſucceder, faire le peult, & en ſont ſaiſiz ceulx qu'il aura inſtitué,heritiers par ſon teſtament vallablemẽt faict, & ſelon raiſon.

IN comitatu Niuernẽſi poteſt teſtari de omnibus mobilibus & acquiſitis,de antiquis verò hęreditagiis poteſt tantùm teſtari vſque ad quintam partem.

IN TEXTV IBI, *Des deux partz de ſes biens.*

1 Inſtitutio in re aliena non 2 valet. ADuerte * quia notanter, *de ſes biens*, quoniam ſi inſtituat aliquem in re aliena,inſtitutio nõ valeret,& eſt teſtamẽtum nullum. facit quod dicit Barto.in l.j.in ix.col.C.de ſac.ſan. eccle. facit.c.filius de teſta.facit.l.cũ pater.§.cui ctis.ff.de leg.ij. facit tex.in l.ſicut.§.venditionis. ff. quibus modis pignus vel hypothe.ſoluitur.vbi dicit tex.* quòd qui permittit de re ſua teſtari,ſibi præiudicat, ergo per cõtrarium,ſi non conſentit,non ſibi præiudicat. de quo dicto plenè per do.meum Iaſ. cũ proponas.C.de pact.& in l.de quæſtione tali.colum.iiij.C.de pact. & in l.ſi quando.§. & generaliter.in ij.col.C.de inoffic.teſtamen.& *3 Legatũ ſic.* in l.cũ rem alienã.C.de legatis.vbi dicit in principio ij.col.in iiij.limitatione,* quòd bene legatũ rei alienæ valet,ſed nõ hæredis inſtitutio.allegat Bal.in l.fi.in xviij.oppoſitione.C. de hæredi.inſtituen.vide eundẽ Iaſo.in l.ſcimus.in j.col.& in l.quoniam nouella,in ij.col.C.de inoffi.teſta.& in authen.nouiſſima.in xiij.col.C.eod. de inoffi.teſta.dixi aliqua hoc eodem titu.ſuprà.§.iij.in glo.*de tous ſes biens.*

ADDITIO. Vide Stephanum Bertrandi in conſilio ſuo cccxlvj.in iiij. dubio. in prima parte, vbi dicit quòd in talibus non ſufficit tacitus conſenſus per præſentiam aut taciturnitatem, ſed requiritur expreſſus conſenſus.

4 Legitima quæ dicatur. ADuertendum eſt * quòd hodie legitima hæredis eſt tertia pars omnium bonorũ teſtatoris,quæ quidem legitima eſt augmentata,vt ſuprà dixi.§.præceden.& illa tertia prohibetur alienari in teſtamento per conſuetudinẽ noſtrã præceden.& etiam per hãc conſuetudinem, cũ vnius incluſio alterius eſt excluſio.ſufficiat.c. nónne benedicimus.de præſumpt.& conſuetudo noſtra quæ dicit tertiam partem debere relinqui,nihil dicit de fructibus,ex quo conſuetudo noſtra præcedens, & hæc corrigit ius cõmune in vno, quia vult tantũ ꝙ poſſit alienare per ſuum teſtamentũ duas partes de ſuis bonis,vbi plus poterit de iure cõmuni.ex quo ergo in cęteris debet remanere ius cõmune incorrectũ.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol. matri.l.ſi ſeruũ.§.nõ dicit prætor.ff.de acqui.hære.cũ ergo nihil diſponat cõſuetudo noſtra de fructib⁹,ſtãdũ eſt iuri cõmuni,quo nemo negaret quẽlibet poſſe diſponere de fructibus, cũ hoc prohibitum lege non inueniatur, & vnuſquiſque rei ſuæ modera- *Rei ſuæ q. libet moderator.* tor eſt & arbiter.l.in re mandata.C. manda.l.nemo exterus.C.de Iudæis, & maximè,quia hæc noſtra conſuetudo eſt odioſa,eo quòd videtur contra naturalem æquitatem & ciuilem, quibus licet vnicuique domino diſponere de rebus ſuis,& ad libitum frui.l.etiã.§.licet.ff.ſol.mat.& contra diſpoſitionẽ iuris cõmunis,quia omnes de bonis ad libitum diſponere poſſunt,exceptis parentibus lineę aſcenden. quibus data eſt poteſtas de iure alienãdi etiã bona,& de ipſis diſponẽdi,excepta quarta parte,quæ debetur filiis iure naturæ.l.Papinianus.§. quarta.ff.de inoffi.teſt.l.ſcimus.§.repletionẽ.C.de inof.teſt.Et per hoc dicit Pet.de Anc.in cõſi.ſuo. ccclxxx. inci.In Chriſti nomine amẽ.ante determinationẽ,quòd ſtatutũ prohibẽs mulierẽ non poſſe diſponere de bonis vltra quartã eſt odioſum.Ideo cũ hæc conſuetudo noſtra ſit odioſa,eſt reſtringẽda,& intelligẽda in verbis per eã prolatis.Ex quo ergo prohibet iſtud ſtatutũ ſeu hęc noſtra conſuetudo cum præcedenti teſtatorẽ poſſe diſponere de bonis ſuis vltra duas partes, & ſic odioſum, & reſtringibile,ergo nõ debet extendi ad fructus

maximè

maximè * cũ diſpoſitio ſuper principali quæ eſt ſtrictè intelligenda nõ trahitur ad fructus & acceſſoria. Caſus 5
eſt notabilis & ibi Bar. & doc. in l.fi.§.ff.de cõditio.indebi. Cũ ergo ſumus in materia ſtricta, diſpoſitio ſuper
bonis & ſic ſuper principali non trahitur ad fructus, ex quo videtur dicendum, quòd teſtator diſponens de
duabus partibus ſuorum bonorum, poteſt adhuc diſponere de fructibus, nec per hoc vitiabitur teſtamentũ.

Contrariam tamẽ opinionẽ teneo de iure veriorẽ, quòd imò nõ poſſit diſponere de fructibus, niſi eo modo quo diſponit de bonis, nam conſuetudo noſtra generaliter loquitur, ergo generaliter eſt intelligenda
l.j.§.& generaliter.ff.de leg.præſtan. * nõ enim minus dicũtur bona fructus percepti ex ipſis bonis, q̃ ipſa bo- 6 *Bona*
na, quæ à beando dicũtur l.ſubſignatũ.§.bona.ff.de verb.ſig. nec enim poteſt dari ratio differẽtiæ. * Fructus e- 7 *vnde dicta.*
nim bonorũ producti ab eis debent eſſe eiuſdem naturæ, ſi conſideremus eos acceſſorios ad bona, nam vt di-
cit Ioan.And. in regula acceſſorium, de reg.iur. in vj. vt refert Petrus de Anchara. in j.not. acceſſorium ex prin
cipali productum vel deriuatũ illius efficaciȩ nõ debet eſſe cuius eſt producens ſeu deriuãs, & hoc ſiue loqua
mur quo ad ineſſe productionem, ſiue quo ad eius cõſeruationem, ſiue quo ad eius peremptionem. * Ex quo 8 *Fructus eiuſdẽ naturæ cuius res à qua percipiuntur.*
ergo fructus qui producuntur à bonis ſint eiuſdem naturæ, quo ad conſeruationem & peremptionem, cuius
ſunt res & bona à quibus producuntur, idem erit dicendum de fructibus, ſicut de bonis à quibus ꝓducti ſunt.
Facit text. ſingularis in l.fi. in pe. verſicu.ff.de requir.reis. vbi patet quòd diſpoſitio illius tituli per quam bona
tã immobilia quàm mobilia abſentis citati annotantur & conſeruantur, vt ſi veniat in annum recuperet, inter-
pretantur per diuum Traianum quòd vendicat ſibi locum in fructibus. Ita notat Bald. in c.j. in fine principij.
de pace tenenda in vſibus feudorum. ¶ Facit & aliud fundamentum. Nam in reliqua parte bonorum teſtato-
ris præterquam in dictis duabus partibus per conſuetudines noſtras pręcedentes, & per hanc videtur eſſe ius
conſtitutum veris hæredibus. Item ergo etiam in fructibus, cũ ſi mihi ſint prædia obligata, fructus etiam per-
cepti, ſunt mihi obligati. l.paulus.§.j.ff.de pig. l.quãuis, cũ alle. in glo. C. in quibus cau.pig. tacite contrahitur,
ex quo patet quòd fructus percepti ex re ſunt eiuſdem naturæ cuius eſt ipſa res.

ITEM & vlterius facit, nam conſuetudo noſtra loquitur in patrimonio teſtatoris, cũ dicit, in omnibus bo-
nis, & ſic in re vniuerſali, & ideo fructus augent ipſam rem vniuerſalem. l.Item veniunt.§.fructus.ff. de peti.
hære. vnde dicit Iac.Butri. in l.Iubemus.C. ad Trebel. * quòd fructus cenſentur eſſe res hæreditaria, ſicut reli- 9 *Fructus res hæreditaria.*
quum patrimonium. Et ideo ex his poteſt legitima ſuppleri. Notat Ange. in l. Centurio. vbi etiam eſt bonus
tex.ff.de vulg.& pupi. Si ergo cenſentur eſſe in patrimonio, ſicut alia bona, ergo idem ius eſt in eis, & verifica
bitur ſtatutum ſeu conſuetudo noſtra in fructibus ſicut in aliis bonis. ¶ Item vt dictum eſt * fructus augẽt pa- 10
trimonium, ergo debent eſſe eiuſdem naturæ cuius & ipſa res principalis. l. etiam cũ plenè not. per Bal. C. de
iure dotium. Facit etiam tex. cũ ibi nota. per Barto. in l.ſi conuenerit.ij.§.ſi nuda.ff.de pig.ac. ¶ Confirmatur:
nam videtur quòd in dote ex quo ſapit vniuerſitatem. l. quòd dicitur.ff. de impen. in rebus dotalibus. & no-
tatur plenè per Barto. in rub.ff.ſol.mat. Et eſt ponderandum, quòd licèt tex. in l.aſſiduis.C.qui potio. in pig.ha
beantur. velit, quòd priuilegia dotis habent locum tantum in dote, vt patet in fin. in verb. ad dotem tantum.
* tamen habemus ꝙ fructus percepti ex re dotali ante matrimoniũ vel poſt, quia percepti eo conſtante petun- 11 *Fructus dotis eiuſdem priuilegia habent.*
tur vnà cum dote. quia ſunt dos & habent omnia priuilegia dotis: vt eſt tex. & ibi notant doct. maximè Pau. de
caſt. & moderni in l.ſi marito.§.ſi fundum.ff.ſol.mat. & ſic fructus habẽt eãdẽ priuilegia, ſicut ipſa res à qua de-
ſcendit. ¶ Et facit pro corroboratione prædictorũ tex. eſt multũ ſingularis ad propoſitũ in l.fi.C.de frumẽto
vrbis Conſtanti.lib.x. vbi habetur ꝙ erat deputata certa quantitas pecuniæ ad emptionem frumenti tempore
neceſſitatis, quam officiales non poterant minuere, vel in alium vſum committere, ſub pœna duplici: & tamen
dicitur ibi in fine, ꝙ lucrũ proueniẽs ex illa pecunia cõtinetur etiã ſub eadẽ diſpoſitione pœnali: ergo lucrum
ex re eſt eiuſdẽ naturȩ cũ re, & quo ad diſpoſitionẽ ſeu ſolutionem etiã in pœnalibus, ex quo dicit Bar. ſingula-
riter in d.l.fi. per illum tex. * ꝙ ſi inter ſocios ſit contracta ſocietas ad certũ tempus, ꝙ ſicut nõ debet diminui 12
capitale poſitum in ſocietate, ita nec lucrum, quia lucrum aſſumit ſibi naturã quam habet capitale: & pro certo
hæc diſputatio non eſt inutilis, quia eam diſputauit Soci. de verbo ad verbũ, conſulendo in ſimili caſu: & ita cõ-
ſuluit in conſ.xciij. in vij.viij.& ix col. licèt videatur quodãmodo extrauagans ad hunc §. tamen ſeruiet ad multa
alia. ¶ Aduerte etiam quia videtur ꝙ teſtator inſtituendo debeat dicere, inſtituo talẽ in tali & tali re, quæ ſunt
duæ partes omnium meorum bonorum. Nec ſufficit dicere, inſtituo talem in duabus partibus totius meæ hę-
reditatis, quia hoc caſu ratione incertitudinis non tranſfertur poſſeſſio, nec videtur hoc caſu ꝙ talis titulus tri-
buat aliquod ius, etiam quo ad acquiſitionem poſſeſſionis: vt in ſimili dicit Alex.conſi.ſuo cviij. in vj.vol. vbi
dicit * ꝙ ſi venditor vendat quicquid iuris habet in tali re, ille titulus non ſuffragatur emptori propter incer- 13 *Verba quibus teſtator inſtituendo vti debet.*
titudinẽ rei, ratione loci & quotæ. Nã hîc videtur incertitudo ratione loci, ergo. Tu dic ꝙ hoc caſu nõ videtur
eſſe incertitudo neq; loci neq; quotæ, cũ poſtmodũ poſſit certificari. & ideo talis titulus operabitur effectũ, de
quo hîc in hac conſuetudine, per ea quæ dicit idem Alex. conſi.ſuo cv. in prædicto vol.

PHilippus Decius plenè in conſi.ſuo ccxxvj. in ij.col. ibi, nec obſtat quòd in caſu noſtro. in ij.vol. vbi dicit,
quòd ſi dicatur, tertia aut quarta pars talis fundi eſt certitudo: ſecus ſi dicatur, tertia aut quarta pars omniũ
bonorum meorum, quia talis quota non facit certitudinem. vide eundem amplè in regula cõtractus, ibi, iij. cõ-
cluſio prædicta.ff.de reg.iur. vbi dicit, quòd conſtitutum nihil operatur quando res eſt incerta, & iam ſuprà di-
xi in iſto tit. articu.j. in glo. *ſaiſiz*. verſi. aduerte quòd ſi precarium.

SED pone ꝙ teſtator dicat, ego inſtituo talem in tali fundo, & illũ cõfinet per cõfinia ſua, & poſtmodũ di-
cat, ꝙ continet centũ iugera terræ, & contineat minus, aut plus, dummodo nõ excedat duas partes, an poſſit
inſtitutus ſi non ſint tot iugera, ſequi vſq; ad talẽ numerũ: vel ſi ſint plus, dummodò non excedant duas tertias
partes, poſſit totum conſequi, ita ꝙ hæredes non poſſint repetere. ¶ Dic ꝙ ſi præponatur numerus, habebitur
reſpectus ad numerum: ſi verò poſtponatur, erit ſolũ cauſa demonſtrationis, & non vitiat: maximè ſi ſint confi-
nes, quoniam attendi debent confines hoc caſu, nec demonſtratio numeri falſa vitiat nec minuit corpus fundi
cui adiicitur. l.ſi fundũ ſub conditione.§.ſi libertus. l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinq;.ff.de leg.j. l.his verbis.§.pa-
terfamilias.ff.de leg.iij. l.demonſtratio falſa.ff.de condi.& demon. & ibi Bar. in prin. ver. quæro quartò quid in

contractibus. ¶ Et facit, quia designatio confinium rem designat, & quicquid est intus includit.l.æde sacra.§.j.
ff.de contrahen.emp.& l.si fines.C.de euictio.& ita tenet Oldr.cõsulendo in cõsi.suo cxcvij.inci.in cõfessione
cuiusdam.& multi alij, quos do.Alex.refert, & sequitur in consiliis suis cvj.& cvij.in vj.vol. ¶ Intellige tamen
quòd in hac dispositione testamentaria si numerus excedat duas tertias partes quomodocunq;: siue præponatur,
siue postponatur, vitiat testamentum, quia aliàs legitima non esset relicta, quod fieri debet, aliàs testamẽtum
esset nullum, vt in consuetudinibus præcedentibus. ¶ De huiusmodi consuetudinibus, quando est in eis
defectus in plus aut minus, vide Guil.Benedicti in sua repet.c.Raynu.in verbo, ortum.nume.14.& 15.

IN TEXTV IBI, Peuuent & doibuent.

1 *Possunt & debent.* ISta duo * verba simul iuncta important necessitatem.c.j.in verbo, possumus & debemus.extrà, vt eccle.benefi.cle.ij.cum glo.in verbo, debẽt.de statu mona.facit l.prætor.in prin.ff.de eden. Alex.in cõsi.suo ccxxiij.
in fi.in ij.vol.& hoc est quando ponuntur dispositiuè: secùs autem hîc, cùm tantùm sint narratiuè posita.

IN TEXTV IBI, Et sont saisiz.

LIcèt enim iste hæres sit saisitus, tamen potest adhuc petere se manuteneri in illa saisina & possessione: ex
quo hodie habemus practicam apud nos, ꝙ hæres siue ex testamẽto, siue ab intestato, statim facit se manuteneri
in dicta possessione. quod (vt dicunt quidam) dicitur quartum in interdictum seu remedium possessorium.
Dixi suprà in hoc titu. in §.j. in iij. limitatione, vbi posui nunquid dicta consuetudo simpliciter dictans
mortuum saisire viuum, intelligitur tam de hærede ex testamento, quàm ab intestato: sed illa est inutilis disputatio
propter hunc §. qui disponit hæredem ex testamento saisitum esse mortuo testatore de his quæ sibi erũt
1 *Possessio tradi potest in vltima voluntate.* relicta in testamento. ¶ Et aduerte * quia etiam possessio potest tradi in vltima voluntate.l.Lucius.ff.de leg.ij.
Bal.& post eum Barbatia.in c.ij.in iiij.col.de consue.in antiquis.quod intellige verum in vltima voluntate valida,
eo quòd clausulæ aptæ ad transferendum possessionem nihil operantur in contractu nullo. dixi suprà, §.j.
hoc eodem titu.in glo.*saisit*, ergo idem in vltima voluntate, cùm bonum sit argumentum de contractibus ad
vltimas voluntates, notatur in l.quæ de legato.per do.meum Ias.ff.de lega.primo.

VIde Bal.in c.j.de confirmatio.vtili vel inutili.allegatum per Guil.Benedicti in sua repet.c.Raynu.in verb.
in eodem testamento relinquens.j.nu.254.de testa. vbi dicit quòd si testator apposuerit in legato precarium,
legatarius poterit eo mortuo apprehendere possessionem propria autoritate.

INtellige etiam prædicta habere locum in instituto in re certa, quoniam licèt habeatur loco legatarij, quando
est datus hæres vniuersalis, tamen etiam potest propria autoritate apprehendere, prout institutus vniuersalis,
vt tenet dominus meus Iason in l.quoties.in fine.C.de hæredi.instit.vbi etiam dicit idem esse in simplici legatario,
quando constat de voluntate testatoris. ¶ Vide quæ dixi suprà in §.j.in glo.*saisit*, ibi, & aduerte quòd
constitutum translatum post mortem non valet.*

2 *Quæstio.* SE D iuxta * prædicta quæro nunquid substitutus virtute huius consuetudinis dicatur saisitus mortuo primo
hærede? videtur ꝙ sic, quia substitutus est hæres, cũ dicatur secũdò institutus, vt notatur in l.j.ff.de vul.
& pupil.substi.& in rub.& dicit tex.in l.in ratione.in j.in §.j.& §.si filio. & l.qui fundũ.§.si filium.ff.ad l.Falci.
3 * ꝙ substitutio est cõditionalis institutio: ergo adueniente tempore conditionis, substitutus dicitur institutus:
4 *Substitutio est cõditionalis institutio.* ergo debet esse saisitus per dictam consuetudinem. ¶ Tu tamen tene contrarium, * quia substitutus cõtingente
casu substitutionis non dicitur succedere hæredi defuncto, sed primo testatori. Textus in l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.
& pupil. Et ideo cùm substitutus non succedat vltimo hæredi defuncto, qui erat saisitus per mortem
primi testatoris, non dicitur eius successor seu hæres, per cõsequens nõ potest ei cõuenire dispositio dictæ
consuetudinis, quia cui non conueniunt verba statuti, non conuenit & eius dispositio.l.ita autem.in prin.ff.de
admit.tuto.l.iij.§.prætor.versi.toties.& ibi Bar.ff.de dam.infec.c.ad nostram.l.iij.extrà, de iure iu. Alex.consi.
suo xvij.in j.col.in j.vol. & in consi.lvij.incip. Prospectis testamento & codicillis.in iij.col.in ij.vol. Et faciunt
quæ plenè dicit Feli.in c.nonnulli.in vlti.charta principij.extrà, de rescriptis. ¶ Item verba debẽt intelligi per
prius & nõ per posterius, vt notat Bal.per illũ tex.in l.j.C.de successo.edic. & facit tex.in l.qui hæredi. §. cùm
5 hæreditas.ff.de cõdi.& demon.vbi dicit tex. * ꝙ cõditio dãdi quæ debet impleri ex persona hæredis, intelligitur
in eo qui per prius est hæres, nõ autẽ qui in secũdo effectualiter est hæres iudicio testatoris. ¶ Faciũt & alia
quæ adducit do.meus Ias.in l.qui liberis.§.hæc verba.in j.& ij.col.ff.de vul.& pupil. & in l.nõ solũ.in prin.ff.
de noui ope.nun.& in d.l.j.C.de succes.edicto. in ij. & iij. col. Ex quo ergo substitutus non dicitur hæres per
prius, sed per posterius, ideo nõ cõprehendetur in statuto faciẽte mẽtionẽ de hęrede. ¶ Facit etiam, quia sermo
simpliciter prolatus intelligitur de primo, & dispositio regulariter verificatur in prima vice, per tex.in l.boues.
§.hoc sermone.ff.de verb.signifi.& in l.dotis promissio.§.fi.vbi Bar.ff.de iure dotiũ.plenè per do.meum Ias.in
l.duobus.§.si ei qui.ff.de iureiu.& in l.diuortio.§.quod in anno.in iij.col.ff.sol.mat.Feli.in c.innouamus.extrà,
de treuga & pace. Ex quo ergo cõsuetudo nostra faciens mẽtionẽ de hærede est verificata in primo hærede, nõ
habebit locũ in secũdo hærede, & in illo qui secundario dicitur hæres, puta in substituto, qui dicitur secundo
6 institutus. Et facit pro hac parte, quia si aliter esset sequeretur absurdũ, * scilicet quia duæ fictiones simul cõcurrerent,
quod esse non potest. Glo.in l.j.C.de dotis promissio.l.si is qui.ff.de vsuca.& l.qui substituti.ff.de solu.
Bal.in l.super lõgi.in vlt.col.quasi in fi.C.de pręscri.lõgi tẽporis.& dicit do.meus Ias.in §.fuerat. in xij.col.per
7 *Fictiones duæ cõcurrere nõ debent, nec duo specialia.* glo.in d.l.j. * ꝙ duo specialia nõ possunt simul cõcurrere. quam multi dicũt ad hoc singularẽ, sed do.meus allegat
vnã in l.cũ post.§.gener.in verb.placuit.ff.de iure dotiũ. quã ad hoc allegat Alex.in consi.suo xiij.incip.
Ex his quæ in themate.in iij.colum.in j.vol.repetito in consi.xcvj.in j.volu.& in consi.xix.in iiij.vol. sed sic est
nunc quòd continuatio possessionis in hæredem quæ fit per consuetudinem nostram est translatio ficta, prout
dicit Areti.in l.j.ff.de acqui.pos.& vocatur talis possessio artificialis per Bald.in rubri.de causa possessionis &
proprieta.in pe.col.& per Alex.in consi.xxiiij.in j.col.incip.attentis his.in iij.vol. vbi si bene ponderẽtur eius
dicta, tenet filium obtinere debere in possessorio virtute talis statuti cõtra substitutum, & si talis dispositio extenderetur
ad substitutum, essent duæ fictiones: vna in primo hærede, alia in secundo hærede. ¶ Sed ad hoc
posset dici hoc modo, nõ cõcurrũt simul, sed diuersis tẽporibus: & ideo nõ sumus in prædicta regula, quæ dicit,
quòd

quòd ſimul concurrere non poſſunt,ideo dicit quòd vnũ eſt ſpeciale,ꝙ transferatur poſſeſſio in hæredem per ſtatutũ,& vna eſt fictio. ¶ Itẽ etiã alia eſt fictio,quòd ſubſtitutus ſit hæres,cũ verus hęres & proprie dicatur, qui eſt primo inſtitutus,per fictionẽ ergo iuris ſubſtitutus poteſt dici hæres,cũ vt dicit tex.in l.ſi filius.§.quòd cũ eo.§.pe.& in l.poſtulante.ff.ad Trebel. nõ eſt hæres, ſed loco hæredis,ideo fictione iuris dicitur hæres , & iſtę duæ fictiones ſimul concurrent , tamen ad hoc poſſet dici , quòd iſtæ duæ oriuntur ex duplici fonte , quia vna à diſpoſitione conſuetudinaria, alia à diſpoſitione iuris communis,& ideo poſſet dici quòd poſſent ſimul concurrere,prout voluit dicere dominus meus Iaſ.in l.quoniam in prioribus.in ij.col.C.de inoffic.teſta.& Felinus in c.cum M.ferra.in vij.colum.extrà,de conſtitutio. vbi limitat hanc regulam tribus limitationibus. *Verus hæres quis.*

ITEM facit * quia vbi aliquid eſt inductũ per fictionẽ,vt eſt huiuſmodi ſaiſimẽtũ, ſeu trãſlatio poſſeſſionis in hęredẽ,ſtandũ eſt primis terminis ipſius diſpoſitionis,nec aliquo modo debet fieri extẽſio.l.pater.§.fi.ff. de capti.facit lex Cornelia.cũ glo.ff.de vul.& pupil. * vbi fictio legis Cornelię validãs teſtamentũ principale nõ extenditur ad tabulas pupillares,ita dicit Alex.in cõſi.ſuo x.incipien.videtur fortaſſe.in fi.iij.col. & in iiij. col.in j.vol.licèt videatur tenere contrarium per illa iura.Soci.in conſilio ſuo cxj.in ij.col.ibi,cõfirmatur etiã. & in hoc eſt maximè quia fictio non poteſt ſortiri effectum niſi ad ea quæ ſecundum naturam poſſibilia eſſe poſſunt.l.denique.ff.ex quibus cau.maio.& Cyn.l.ſiue poſſidetis.C. de proba.impoſſibile eſt enim ſecũdũ naturam quòd teſtator qui deceſſit fortè à longiſſimo tempore poſſit poſt mortem primi hæredis ſaiſire ſubſtitutum,maximè quia requiritur quòd ſaiſitus ſit in poſſeſſione tempore quo ſaiſit, quod nõ poteſt eſſe in primo teſtatore,qui non amplius eſt ſaiſitus,& iſtud tenuit Alex.in terminis ꝙ ſubſtitutus nõ poſſit ſe dicere ſaiſitum virtute dictæ conſuetudinis,ita tenuit in conſi.ſuo xl.incipien. proſpectis his quæ à præſuppoſito. in ij. & iij.col.in iij.vol.quod eſt repetitum in conſi.lxxxij.in ij.vol.vbi plene examinat.& ideo cõſului in caſu emergenti in comitatu Burgũdiæ quòd filiæ domini de Champdiues debebãt obtinere in poſſeſſorio aduerſus dominũ de Chaigni ſe prętendẽtẽ ſubſtitutũ.& faciũt etiã quę dicit idẽ Alex.in cõſi.xxiiij.in iiij.vol.ſuprà allega. 8 *Inducta per fictionem* 9 *nõ extẽdẽda.*

ET adde ad prędicta notabilẽ deciſionẽ Guid.pape q.cccccxij.vbi quærit, nunquid vna poſſeſſio operetur effectum circa duos ſucceſſiuè,ponẽdo caſum notabilem. Titius bona ſua donauit Caio eius fratri in caſu quo ipſe decederet ſine liberis vſufructu retento,& conſtituit ſe precario nomine ipſius Caij poſſidere ipſa bona . & caſu quo ipſe Caius ſine liberis decederet,ipſe talia bona donauit Sempronio,ſe etiam conſtituendo ea nomine precario poſſidere,& vſufructu retento prout ſuprà:obiit dictus Titius donator ſine liberis,& ita habuit locum donatio in perſonam dicti Caij,qui bona poſſedit:moritur deinde dictus Caius & ſine liberis relicto certo hęrede,& ita caſus ſub quo donatio fuit facta Sempronio euenit,contra quem hæredem Caij egit Sempronius rei ven dicatione , aſſerendo ſic vt præmittitur donata ſibi pertinere iure dominij vel quaſi, quęritur poſtmodum, vtrum bene agat.videtur quòd inſequendo prædicta debuiſſet dixiſſe , vtrum poſſeſſio mortuo Caio ſit tranſlata penes Sempronium:iſtud eſſet in caſu noſtro melius dubitare,quia caſus mihi nondum euenit,non aliud dico quàm ſit dictum per Guidonem pape in dicta quæſtione , & ideo ex dictis ibi per eum & ſupradictis cogita quid in hoc caſu dicendũ eſſet,ſi caſus eueniret in facto,& pro certo eſſet caſus pro amico. ¶ Aduerte,quia hoc anno domini M.D.xviij.xx.die Decembris fuit iudicatũ in curia parlamenti Burgundiæ,ꝙ ſubſtitutus non erat ſaiſitus.& hoc pro domino de Buſſy ratione proceſſus exiſtentis ſuper terris & ſeigneuriis de Selongey,Bouſſenay,le Fay,& pluribus aliis terris;& fuerũt repulſi ſubſtituti impetrãtes in materia guardiæ per fines non recipiendi, ex quo fuit iudicatum ſecundum opinionem meam hîc antè poſitam,& ideo non erit ampliùs dubitandum.Contrarium tamen iudicauerunt domini de parlamento Tholoſano,vt refert Guil.Benedicti in ſua repe.c.Raynut.in verbo,mortuo itaque teſtatore.*le ſecond*.nume.74.de teſtamẽtis. & ego in caſu emergenti cõſului ſecundũ opinionẽ Tholoſanã,quam credo veriorẽ,vt euitetur iuris circuitus. ¶ Et dubiũ poteſt eſſe in fideicõmiſſaria,ſed in directa ſubſtitutione mortuus ſaiſit viuũ,ſicut in inſtitutione, vt dicit idem Benedicti in dicta repe.in verbo,ſi abſq; liberis.iij.de.& cõpendioſa ſubſtitutione.nu.14.de teſt. *Caſus notabilis.*

IN TEXTV IBI, *Ceulx qu'il aura inſtituez.*

NOtánter dicitur,*inſtituez*,quoniã ſi eſſet legatũ,aut alia vltima voluntas,nõ eſſent ſaiſiti legatarij,ſed capere deberent per manus hæredũ.Textus in §.legatũ.inſti.de lega.facit l.ij.C.eodẽ.ſed inſtitutus mittitur in poſſeſſionem de iure.l.fi.C.de edicto diui Adriani tollen.& ideo non mirum ſi per conſuetudinem ſit ſaiſitus. Sed quid ſi errore notarij dicatur in teſtamento,dono,lego,& per inſtitutionem relinquo?dic quòd quomodo eidẽ cõſtet de volũtate teſtatoris,ꝙ voluit inſtitutionẽ hæredis facere, ſemper tenẽda eſt inſtitutio,quoniam quæcunq; verba legatũ importãtia,vel aliũ relicti titulũ,poteſt teſtator diſponere & alterare ꝙ inſtitutionem importent,vt eſt caſus in l.quoniam indignũ.C.de teſt.ibi,dum dicit,ſed quibuſlibet cõſerta ſententiis forma inſtitutio valeat,ſi modò per eam liquebit voluntatis intentio.cũ ergo hæc verba per inſtitutionem relinquo, ſatis demonſtrant intentionẽ teſtantis,illi ſtandũ eſt,ita ꝙ hæc verba dono & lego nihil operabũtur, ne error aut imbecillitas notarij noceat,cũ appareat de voluntate teſtantis.l.errore ſcribentis.C.de teſt.& ibi do.meus Iaſ.facit.l.fi.C.de fideiuſ.vbi imbecillitas notarij non debet nocere partibus.*

IN TEXTV IBI, *Par ſon teſtament vallablement faict.*

LIcèt*olim eſſent plura genera teſtamentorum,vt patet inſtitut. de teſta.ordinan.tamen quia hodie ſunt in vſu tantummodo duo teſtamenta,ſcilicet in ſcriptis & nuncupatiuum,ideo de eis tantummodò faciam mentionem. ¶ *Quantum autem ad teſtamentum in ſcriptis requiruntur plures ſolennitates.Primò enim requiritur quòd ſint ſeptem teſtes.vt in l.hac conſultiſſima.C.de teſtamen. ſed glo.ibi ponit aliquos caſus, in quibus requiruntur plures,& in quibus ſufficiunt pauciores. 1 *Teſtamentum duplex.* 2 *Ad teſtamentum in ſcriptis requiſita.*

ADDITIO. Intellige verũ ad probandum voluntatem defuncti , ſed ad probandam ſolennitatem defuncti,id eſt,quòd teſtamentum fuerit factum coram ſeptem teſtibus, ſufficiunt duo teſtes, vt dicit glo.in c.Deus omnipotens.ij.q.j.Bal.in l.ij.C.de bono.poſ.ſecundum tabulas. quod an ſit verum, vide Mat.de affli.in conſtitutione regni Siciliæ quæ incipit,inſtrumentorum robur.in iij.q. & dicit Hippolytus de Marſiliis ſingulari ſuo clvj.incipien.nemo prudens, quòd ſi teſtamentum ſit factum coram ſeptem teſtibus, &

scriptura sit perdita, sufficit hoc casu probare amissionem illius scripturæ & continentiam ipsius per duos testes probare, ad hoc vt dicatur testamentum esse plenè probatum. ita etiam tenet Guil. Benedicti in sua repe. c. Raynut. in verbo, testamentum primo. nume. 92. ibi, plus dico quòd si testamentum. de testamentis.*

Septē testes.

ADde alium casum vltra gl. s. in testamento condito ad pias causas, quia duo testes sufficiunt. c. cum esses. & c. relatum. iij. de test. Item in omnibus testamentis cōditis in terris subiectis ecclesiæ, licèt non ad pias causas cum presbytero parochiano. d. c. cum esses. Spe. in tit. de instrumento. editione in §. compendiosè. ver. item si per ius canonicū. dicit idē esse quando sunt quatuor testes sine parochiano. Ias. in d. l. hac consultissima. in ij. col. ibi plura allegat. vbi ponit casum in peregrinis qui vadunt Romam. qui possunt testari coram duobus testibus. ¶ Quomodo testamentum possit probari per duos testes, & quomodo duo testes in eo sufficiant, vide Gui. Benedicti in sua repe. c. Ray. in verbo, testamētū j. in xij. fallētia. de test. ¶ *Itē nūquid iste numerus possit tolli per statutū vel cōsuetudinē, vide do. meū Ias. in l. fi. C. de test. post Bar. ibi. ¶ Item nunquid propter necessitatem, hoc est tempore pestis valeat testamentū conditum coram duobus testibus? do. meus Ias. in d. l. fi. melius quàm viderim disputat & finaliter concludit quòd sic. nunquid autem iste numerus sit de forma substantiali, vide per do. meum in l. cū quis. in iij. col. C. de iuris & facti igno. & in l. ij. C. de bono. pos. secundū tabulas.

3 An iste numerus testium statuto minui possit.

4 Quòd testes sint rogati.

SEcundò * requiritur ꝙ sint rogati. d. l. hac consultissima. & sic fortuiti non sufficerēt, & istud nō solū procedit in testamēto in scriptis, sed etiā in testamēto nūcupatiuo, vt probatur in l. hæredes palā. §. in testamētis. ff. de testa. glo. in §. fi. in verbo, adhibitis. insti. eodē. de test. do. meus Ias. in d. l. hac cōsultissima. in j. col. regulare tamen est ꝙ testes fortuiti sufficiant, præterq̄ in quatuor casibus, vt est glo. in §. j. in verbo, iniungatur. in aut. de tabel. colla. iiij. allegata in §. & licet. in fi. in aut. de testi. colla. vj. ¶ Adde etiam, ꝙ testes in matrimonio debent esse rogati. glo. in c. nostrates. xxx. q. v. ¶ Quando tamen dictū est ꝙ testes in testamento debent esse rogati, limitat tribus modis do. meus Ias. vno modo. s. in testamento condito à patre inter liberos. glos. est nota. in l. fi. ad fi. C. de codicillis. & ponitur in d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. alias duas limitationes non pono, cū non sint veræ. & dicit ibi do. meus Ias. allegando Fran. de Aret. in d. l. hæredes palàm. §. fi. ff. de test. qui illas reprobat. * & debent tales testes esse rogati à testatore vel à notario. glo. est in aut. rogati. C. de testi. & ibi Bal. Ioan. Fab. in §. fi. insti. de testa. & istud latè disputat do. meus Ias. in d. l. hac consultissima. in j. & ij. col. & idem in l. sciēdū. in xvij. col. ff. de verb. obli. & in l. si ita quis. in ij. lectura. in fi. ff. de vul. & pupi. & in l. serui electione. quasi in fi. ff. de leg. j. vbi dicit * ꝙ sufficit testes esse rogatos incontinenti post conditum testamentum.

Hoc limitat.

5 A quo rogari debeant.

6

7 Vt liberi.

8 An homines manusmortuæ possint esse testes.

TErtiò * requiritur ꝙ testes sint liberi, quia serui non possunt in testamento testes esse. l. qui testamento. §. seruus. ff. de test. nisi cōmuni opinione reputarētur liberi. l. j. C. de test. ¶ * Quæro iuxta prędicta: habemus in hac patria quoddā genus seruitutis, qui dicūtur homines nostri & villani, & sunt homines manusmortuæ & talliabiles ad volūtatē dn̄i, nūquid tales possint esse testes in testamēto? nā tex. habemus expressum in cōsuetudinibus nostris, qui vocat eos seruos, vt est tex. inf. ti. *des mainsmortes*. in §. viij. inci. Et *se une femme frāche se marie à un hōme serf & de mainmorte*. nā vt patet per illū tex. homines manusmortuæ istius patriæ sunt & possunt dici serui, ergo nō debēt admitti in testes in testamento: & maximè, quia si bene cōsideretur natura istorū hominū, æquiparātur seruis, vt dicā in discursu illius tituli, *des mainsmortes*. igitur, &c. mihi videtur ꝙ tales homines possunt esse testes in testamēto, quia, vt dicit Bar. in l. hostes. in iij. col. ff. de cap. & postli. reuersis. hodie iura captiuitatis & seruitutis inter christianos nō obseruātur quo ad ꝑsonas, sed quo ad res tātūmodo, q̄ bene possunt esse serue, & ideo ex hoc facta est nostra cōsuetudo in ti. *des mainsmortes*. §. j. insequēdo dictū Bar. qui ordinauit nullos esse seruos corpore in Burgūdia, ex quo data est eis potestas, relinquēdo res & hæreditagia quę sunt cōditionis seruilis, se dicere & nominare frācū & liberū Christianissimi regis Frācię nūc ducis Burgūdię, vt patet in tit. *des mainsmortes*. inf. in §. *hōme de mainmorte peult desauouher*. per quā cōsuetudinē ipsam pōderādo clarè cōstat hereditagia esse tātū subiecta cōditioni seruili, & nō personas, quia si personę essent subiectę, requireretur manumissio, quę nō requiritur, sed solū op⁹ est ꝙ se dicat & nominet seu aduohet hominē frācū. & ex his videtur ꝙ possūt esse testes ī testamēto, & nōdū mihi euenit casus, sed si eueniret, ita dicerē ꝑ rationes supradictas.

An monachi.

QVid de fratribus mendicantibus, monachis, & aliis religiosis? ponit dominus meus Iason in d. l. hac consultissima. in ij col. C. de test. Guid. Pape. quæstione cccccxvij.

9 Vt puberes.

QVartò * requiritur ꝙ sint puberes, & sic maiores xiiij. annis. dixi suprà, tit. præcedenti. §. iiij. quando quadrauit ad propositum qui essent puberes.

10 Vt masculi.

11

QVintò * requiritur ꝙ sint masculi, quia mulier nō potest esse testis in testamēto. l. qui testamento. §. mulier. ff. de test. §. testes. & ibi gl. insti. de test. glo. in c. forus. ad fi. in verb. fœmina. de verb. sig. * sic etiā non potest esse testis in scriptura priuata tribus testib⁹ subscribēda. tex. est in l. scripturas. in verbo, virorū. & ibi Bal. ad hoc notat. C. qui potio. in pig. habeātur. in multis aliis est deterioris cōditionis mulier q̄ masculus, quę nūc nolo dicere, sed eos enumerat Spec. in tit. de procuratore. §. j. in j. ij. & iij. col. vbi ponit xxxvij. casus, in quibus vir est melioris cōditionis q̄ mulier. in multis etiā est melioris conditionis mulier. & ponit Spe. in dicto loco xj. casus. & in multis paribus passibus ambulant. & ponit Spe. in d. loco xiij. casus, adde ad supradictū do. meū Ias. in l. hac cōsultissima. C. de test. & in l. fi. in fi. C. de codic. ¶ Alia de subscriptione & chordulis ponūtur in tex. in d. l. hac cōsultissima. vbi amplius videndū est quid dicat Pau. de ca. qui ponit xiij. requisita. ¶ * Sed vt ad practicā descēdamus, ponēdo formā ipsius, dicamus ꝙ primò debet sic fieri, prout ponit Io. Fab. Gallus pater practicæ. primò enim debes scribere testamentum per te si velis, quòd nullus sciat quæ in eo scripta sunt: in hoc dicit tex. in d. l. hac consultissima, si nullum scire voluerint quæ in eo scripta sunt. vel per secretarium tuum si magis velis. prout est tex. in aut. & non obseruato, quæ est posita post l. iubemus. C. de test. deinde vocabis testes, & dices in eorum præsentia, quòd hoc vis fore testamentum tuum: & rogabis quòd sint tibi testes: & si per te manu propria scripseris, & hoc contineatur in schedula, non est opus quòd plus scribas: si scribere nescis, octauum adhibeas qui subscribat. & hoc est per l. cùm antiquitas. C. de test. quæ videtur in hoc corrigere. d. l. hac consultissima. postmodum facies ꝙ testes se subscribant in eodem testamento, & incontinenti, & quando per te subscribes, erit talis subscriptio: Ego talis volo esse huiusmodi chartam testamentum meum. & sicut in ea

De subscriptione testamētorū.

12 Forma testamēti.

in ea est scriptũ testatus sum,& quando subscribũt testes debet esse talis subscriptio, ego talis vocatus & rogatus in testem ad testamentũ talis quod hac scedula cõtinetur manu propria subscripsi, & tali signo signaui: & ista satis apparent in d.l.hac cõsultissima.C.de test.& in l.pe.ff.de test.& fiet sic, quia recipies satis de pergameno,& in prima parte scribes totam ordinationem tuã,& plicabis in rotulo & plicato rotulo remanebit tantũ de pergameno quòd sciuerit fieri subscriptiones,& quãdo fuerint factæ plicabis totã chartam,& in quadro sicut plicantur bullę curiæ Romanæ,& inuolues in panno seu lintheo,& illud lintheũ suetur ita large quòd possint poni chordę ad latera & de subtus,quę transibunt per lintheum, & illis cordis pendebũtur sigilla , & erit bonum si ponantur duo sigilla ad quodlibet latus & de subtus tria.si non habeas lintheũ ponas in rotulo totum,& recipe chordas,vel literas de pergameno,quas perforato pergameno ponas per vltimã superficiem rotuli,& claudas cũ sigillis & sic de cõsuetudine claudũtur attestationes testiũ. & hanc formam ponit de verbo ad verbũ Ioan.Fab.in §.possunt.insti.de test.& vide Spec.in tit.de instr.edi.§.vt autem.ver.testamẽtũ.Io.Fab. in dicto loco hic ante allegato dicit,ꝙ quãuis nõ caueatur,nec sit iure cautũ,erit tamẽ bonũ apponere diem & locum,vt notat Azo.in summa de testamentis.¶Dicit tamẽ idem Io.Fab.in l.omniũ.C.de test.ꝙ non tenet consuetudo quòd credatur literis sigillatis concernentibus testamentũ, & an valeat testamẽtum si non fuerit signatũ & sigillatũ signis & sigillis testiũ.vide Boeriũ in consue. septenę Bituricen.tit.de test.§.j.in gl. magna.

ALiud est* testamentũ nuncupatiuũ,in quo quidẽ debent esse septem testes rogati masculi puberes, & debet fieri ipsis præsentibus & audientibus voluntatem testatoris.§. per nuncupationem.in d.l.hac cõsultissima.C.de test.& tale testamentum obseruatur communiter.dixi suprà de forma.c.cum esses.extrà,de testa.ꝙ habet locũ de iure canonico.Guido pape.q.sua ccccxliij.dicit,quòd habet locum etiam in terris imperij,quando testator est in graui infirmitate constitutus, & ꝙ ex illa infirmitate moritur. secus si reconualesceret: quia tamen credit testamentũ illud nõ valere vltra annũ, ꝙ scilicet quãdo testator testatur corã duobus testibus & curato parochiano,addit plus & dicit quòd vidit obseruari quòd in iure,vel alibi tempore pestis vbi copia testium non reperitur, testamenta coram curato & duobus testibus facta valent & ita vidit obseruari & iudicari in iudiciis , ita in casu emergenti dixi quòd valebant, idem Guido pape in dicta quæstio. ponit alias species vltimarum voluntatum in dicta quæstione . Ad quam te remitto,sed aduertendum ad illam de qua in l.fin.C. de testa.quando rusticus testatur in rure,vel loco campestri. 13 Testamẽtũ nũcupatiuum.

ADDITIO. De huiusmodi fallẽtia vide plenè per Benedicti in repe.c.Raynutius,in verbo, testamentum primo.nume.xij.in ij.Fallentia ibi posita. de testamentis,& in illa tota glos. ponit.xij. Fallentias seu limitationes ad prædictam regulam quòd requiruntur septẽ testes,& quòd de iure canonico sufficiant duo testes.vide eundem ibi nume.lxij. *

SED aliud est dubium, an schedula reperta in archa testatoris probet testamentum etiam si non sint testes. doctores in l.fi.C.de fideicõ.maximè do.meus Ias.in l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.C.de test.G.Benedicti plenè in repe.c.Ray.in verbo,testamẽtũ primo. in xij.Fallẽtia, & in verbo in extremis cõstitutus,quasi in fi.de testa.cõsului pluries,& dixi ꝙ valet,dũmodo scriptũ,aut signatũ,aut subscriptum manu testatoris.

SED quia hìc tex.noster loquitur , quando quis disponit per testamẽtum ꝙ est ei permissum disponere de duabus partibus per testamentũ,& nõ plus, nunquid autem si ipso viuente, vel etiã ipso existente in loco mortis disposuerit de omnibus bonis suis,aut saltem ita disposuerit donãdo inter viuos, taliter quòd legitima non sit salua hæredibus,an possint tales hæredes reuocare illam donationem, tanquam sit inofficiosa. iste casus quotidie euenit, & fui à pluribus interrogatus,& quando tales fiunt statim ante mortem,& quando fiũt cõsanguineis,& de pluribus aliis præsumptionibus.vide suprà in tit.*des droictz & appartenances a gẽs mariez*, §.iiij.inci.*le mary cõstant le mariage*,in fi.& aduerte * quia donatio inofficiosa potest p hęredes reuocari,etiã si testator iurauerit.do.meus Ias.in l.ait prętor.*la premiere*,in iij.colu. ff. de iureiu. * & dicitur inofficiosa quando est vltra duas partes totius hæreditatis,vt est in testamento secundum nostras consuetudines. 14 Donatio inofficiosa reuocatur.

ADDITIO. Quando permissum sit hæredibus reuocare quod prædecessor fecit in præiudicium eorũ, vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit , constitutionem diuæ memoriæ.in tertio lib.in j.& viij.notab. *

IN TEXTV IBI, *Selon raison.*

CVM ergo cõsuetudo nostra se referat ad ius commune,debet intelligi secũdũ ius cõmune,& ideo testamentũ factũ debet habere omnes conditiones quæ à iure debent esse in testamento , de quibus hìc ante dictum est in glo.præcedenti.argu. eorũ quæ dicit Boerius in consuetudi. Bituricẽ.titu.*des prescriptions*,§. vi. in glos.consuetudo vel statutũ. Sed quia vt videmus , de generali consuetudine regni Franciæ obseruatur ius canonicum.in c.cum esses.extrà,de testamen.vt dicit Io.Fab.in l.j.in princ.C.de sacrosan.eccle. & dicit Old. consi.ccxlviij.versi.ad secundam quæstionem.quòd ista cõsuetudo est Parisiis, an etiã apud nos sufficiat quòd hoc modo fiat testamentum.cogita ex his quæ dicit Boerius in prædicta consuetudi. testamen.& de testamen. & vlti.volun.§.j.vbi narrat plures consuetudines circa hoc. & vide hìc ante in princ.huius glo.

§. QVINTO.

LE testateur par testament ne ordonnance de derniere volunté ne peult faire l'un de ses vrays heritiers,& qui ab intestat luy doibuent succeder, meilleur de lautre.

VIdetur quòd ista cõsuetudo contrarietur dispositioni iuris communis, cum expressè dicat tex. in l. parentibus.C.de inoffic.test.& l. inter omnes.C.familiæ hercíscundę. quòd arbitrium diuidendæ hæreditatis parentibus inter liberos non est adimendum , & valet diuisio,dum tamẽ assignet pro minori legitimã.qui quidem text.videtur esse contra hanc consuetudinem , & etiam videtur hæc consuetudo esse contra tex.§.si verò aliquis.cum similibus.in authen.de triente & semisse.colla.iij.quia aufert liberam testamenti factionem. ¶Et quòd hęc diuisio quæ fit per patrem inter filios sit actus vltimæ voluntatis,& non actus inter viuos patet,ex quo est text.in d.l.parentibus. & in dicta.l.inter omnes.qui dicunt esse

indicium,ex quo magis iudicandus eſt actus vltimæ voluntatis. & facit glo. in d.l.inter omnes. in verbo,iudicij.dixi ſuprà titu.*des droictz & appartenances a gens mariez*,§.ix.in glo.*de tous debtz*, vbi ſcripſi quòd etiã dicitur eſſe vltimum arbitriũ,ex quo eſt actus vltimę volũtatis.ideo in hac patria ſubiiceretur huic cõſuetudini, licèt cõtrarium fuerit iudicatum in magno conſilio regis inter dominos de Villernoult dictos de Iauleonet. Sed quid de rebus emptis per patrem nomine filij,an habeant vim donationis, an vltimæ volũtatis? Iacobi. de S.Georg.in authen.qui rem.colum.xviij.C.de ſacroſan.eccle.& Bal.in l.filiæ cuius.C. familiæ herciſcundæ.vidẽtur tenere etiã quòd habeat vim vltimę voluntatis.dixi alibi quòd videtur habere vim donationis.*

1 ¶*In ſecũdo verò pater nõ poteſt aſſignare vni ex liberis fundum integrum,excluſis aliis.de quo per Bald. in titu.de prohi.feu.alie.per Fede.in c.imperialem. & Ioan.Rayne.in dicto c.imperialem.§.habito.in allodialibus verò poteſt plus vni dare quàm alteri,vt habetur in l.j.& ſecunda.C.de interdi. matri.in l.cum pater.§. cuictis.ff.de lega.ij. & do.meũ Iaſ.in d.l.parentibus.C. de inoffi.teſta.tamen videtur fundata ſuper æquitate, vt dicam infrà. ¶Quia hìc antè dicitur quid in feudo,vide etiam quid in re emphyteutica per Iaco.de ſancto Georg.in authen.qui rem.in repe.in xviij.colum.C.de ſacroſan.eccle. ¶Aduerte,quia ferè in tota Gallia obſeruatur contrarium,quia etiam mulier eſt conditio primogeniti,qui debet habere auãtagium, ſiue annagium, de quo Ioan.Fabr.facit mentionem in §.cæterum. inſti.de legiti.agna.ſucce.& vide conſuetud.Turonen.titu.*des ſucceßions des fiedz & autres heritaiges*,artic.iij.& ibi per Ioan.Saxon.& dixi ſuprà in rubrica,de conſuetudine, ꝙ primogenitus ſuccedat. tamẽ tãtũ importat hæc cõſuetudo quãtũ cõſuetudo quæ eſt ferè generalis

Auantagium.

2 in tota Frãcia.* ꝙ quis nõ poteſt ſimul eſſe legatarius & hæres,quia nemo poteſt à ſeipſo legatũ conſequi.de qua per Boerium in §.vj.x.col.glo.titu.de teſta.& vlti.volunta. ¶Iſta conſuetudo etiã habet locum in ducatu Borbonij,titu.*des ſucceßions*,articu.ij.vt libro conſuetudinum prædictæ patriæ ſcribitur.*

IN TEXTV IBI, *Ne ordonnance de derniere volunté.*

1 Subſtitutiones an in Burgũdia ſint prohibitæ.

MVlti noſtri practici huius patriæ dicunt quòd per hanc conſuetudinem ſunt prohibitæ ſubſtitutiones in Burgundia, ſed non video quòd per hoc ſit prohibita ſubſtitutio vulgaris,pupillaris,& aliæ,imò habeo text.in terminis noſtrarum ordinationum huius patriæ, & quæ ibi obſeruantur, quòd etiam ſubſtitutiones ſunt permiſſæ,vt eſt tex.in ordinationibus parlamenti Burguudiæ,in titu.*des inuentaires, & auquel cas il ſe doibuent faire*, §.ij. & ideo non eſt dubium ꝙ ſicut quis in Burgundia poteſt aliquos extraneos inſtituere in duabus partibus ſuorum bonorum, ita & ſubſtituere, & etiam ſicut poſſet omnes ſuos hæredes ab inteſtato inſtituere,ita eis ſubſtituere,& eos inuicẽ ſubſtituere, dummodo ſicut nõ poteſt per inſtitutionẽ facere cõditionem vnius meliorẽ,ita nec per ſubſtitutionem:& ſi teſtator haberet pupillũ, poteſt eundẽ inſtituere,& illi ſubſtituere extraneũ in duabus partibus totius ſubſtantiæ illius pupilli,ſicut poſſet ille pupillus inſtituere aliquem extraneum in illis duabus partibus,ſecundum quod dictum eſt in §.præcedenti.ſi tamen dictus pupillus eſſet extra pubertatem,& in tali ætate quòd facere poſſet teſtamentum.& intellige ſic ſingulis.

2 Subſti. vulgaris grauamẽ, pupillaris fauor.

ADuerte tamẽ * quia ſubſtitutio vulgaris vel fideicõmiſſaria dicitur onus & grauamẽ hæredis .l. cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vul.& pupi.ſubſti. ſed ſubſtitutio pupillaris dicitur merus fauor & prouiſio filij.d.§.cum filię.ita tenet do.meus Iaſ.in aut.res quæ.in ij.col.C.communia.de leg. Quid ergo de fideicommiſſaria,videlicet inſtituo filium meum,aut talem hæredem meum,& ſi deceſſeuit ſine liberis,ſubſtituo ei talem? de hac pendet proceſſus iu curia parlamenti Burgundiæ inter illos de domo de Chalon,ad cauſam ſucceſſionis quondam domini de Grignon,cui illuſtriſſimus princeps Orengiæ dicit ſe debere ſuccedere,etiam in bonis exiſtentibus in Burgundia,virtute vnius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ.nunc non inſiſto,cùm pendeat proceſſus.

ADDITIO. Cùm iſte caſus mihi ſæpe euenerit,ego dixi multis & in pluribus caſibus ꝙ ſubſtitutiones in Burgundia ſunt validæ,ſiue ſint directæ,ſiue fideicommmiſſariæ,ſicut in patria iuris ſcripti. Nec tollitur effectus illarũ per hanc noſtrã cõſuetudinẽ,cũ ita ſit ꝙ verba cõſuetudinis ſint ſtrictè & propriè intelligenda,& per prius non per poſterius,vt antè dixi in tit.*des droictz & appartenances a gens mariez*.§.vj.in glo.*ſur la moitié*.nu.24.& ſumenda ſunt in vero ſenſu.dixi ſuprà,in ti.*des fiedz*.§.viij.in verbo,*reale*.nu.4.& in hoc tit.in §.præcedenti.in glo.*& ſont ſaiſiz*. vbi dixi ꝙ ſubſtitutiones nõ comprehenduntur in ſtatuto faciẽte mentionẽ de primo hærede,quoniã ſubſtitutus,licet ſit hæres primi teſtatoris,& illi ſuccedat,vt eſt tex.in l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff.de vul.& pupil.& ibi do.meus Iaſ.tamen nõ eſt verus hęres & primus,ſed conditionalis,& ſecundus,vt ſuprà dixi.& ita etiam tenet idẽ do.meus Iaſ.in rub.ff.de vul.& pupil.ideo non comprehenditur in ſtatuto ſeu conſuetudine mentionem faciente de vero hærede,qui dicitur proprius & primus. Et etiam quia vbi fit mentio de hærede, intelligitur de illo qui eſt immediatè hæres.l.qui liberis.§.hæc verba. ff.de vulg. & pupil.& ibi do.meus Iaſ.ꝙ non eſt in ſubſtituto qui non eſt immediatè hęres,ſed poſt mortem primi hæredis, vt dictum eſt. Et ideo ſi ſubſtituto & ſecundo hæredi non conueniant verba noſtræ conſuetudinis, nec etiam diſpoſitio illius.l.iij.§.prætor.ver.toties.de dam.infec.Alex.in conſi.xvij.in j.col.in j.vol.& cõſi.lvij.in ij.vol. & maximè cùm conſuetudo vtatur his verbis, *lun de ſes urais heritiers, & qui ab inteſtat luy doibuent ſucceder*. quod nõ eſt in ſubſtitutis. Et etiam cũ in primo caſu hæc conſuetudo ſit exorbitans à iure,tollens in hoc diſpoſitionem teſtatoris,quòd non poſſit diſponere vni pluſquam alteri,quod videtur eſſe contra ius,vt dixi in initio huius §.ideo ſatis eſt ꝙ intelligatur in primo & vero hærede,& nõ in aliis hæredibus,qui licet quodãmodo poſſint dici hæredes ſecundariò & conditionaliter,nõ tamen ſunt veri hæredes:ideo cùm nulla expreſſè,nec tacitè de ſubſtitutionibus fiat mẽtio,recurrendũ eſt in hoc ad id quod ius cõmune diſponit,ſecundũ concluſionẽ noſtrarũ cõſuetudinũ.& ideo aduocati noſtri deberent illas practicare,cùm in illis ſit materia quæ implet burſas aduocatorum,vt dicit do.meus Iaſ.in rub.ff.de vul.& pupil.ſubſti.referens dictum Alberici magni practici Galliæ.in comitatu Burgundiæ,& in patria iuris ſcripti vtuntur his ſubſtitutionibus. & conſului in caſu emergenti in ſucceſſione illorum de Verey,vbi erat quæſtio de quadam ſubſtitutione fideicommiſſaria,in qua cõprehendebatur terra montis ſancti Vincentij,quæ eſt in patria conſuetudinaria huius ducatus Burgundiæ,& comitatus Kadrellen. ¶Cogita tamen,quia ſemper dubitaui ꝙ ſubſtitutiones in hoc §.continentur,propter verbum,*ordonnance de derniere uolunté*, quod eſt generale: & ideo ꝙ tales ſubſtitutiones poſſunt tantùm fieri in

caſibus

in quibus possunt fieri institutiones & legata.s.in duab⁹ tertiis partibus,ita ꝙ semper remaneat quarta debita iure naturæ,& cũ hoc fiet detractio quartæ Trebellianicæ,secũdum tex.& not.in c.Ray.extrà,de testamentis. ¶Sed posset esse dubiũ,quid in Francia in multis locis,vbi est cõsuetudo ferè generalis,vt in præpositura Parisiensi, balliuatibus Meldẽ.Senonẽ.Trecẽ. Vitry en Partoys,Carnotẽ.& in pluribus aliis locis,vbi prohibetur institutio hæredis,an sit etiã prohibita substitutio.Sunt aliquæ cõsuetudines quę nõ solũ prohibent institutiones,sed etiã substitutiones,vt est cõsuetudo Aurelianẽ.& in his seruãda est cõsuetudo: in illis verò vbi tãtũ institutiones hæredũ sunt prohibitæ,videtur ꝙ etiã sint prohibitæ substitutiones, saltẽ tales quæ depẽdent à prima institutione,quia prohibito antecedẽte,videtur & cõsequẽs esse prohibitũ,sicut cõcesso antecedẽti,cõceduntur & ea quę ad illud accessione veniũt:vt no.per do.meũ Ias.in l.ij.ff.de iuris.om.iud.sed sic est,ꝙ substitutio est secũda institutio,vt dicit gl.& do.meus Ias.in d.rub.ff.de vul.& pupi.& ita etiam tenet Masueri in sua practica,in tit.de succes.vlt.vol. ¶Posset tamẽ dici ꝙ licet illa substitutio quæ fit in testamentis tollatur per has cõsuetudines,nõ tamẽ tollitur illa quę fit extra testamentũ,vt est in l.hæredibus.& in l.j.§.fi.C.de caducis tollẽ.& facit.l.ab eo.C.de fideic.& in l.j.C.de dona.causa mortis.aut in cõtractibus secũdũ l.quoties.C.de dona.quę sub mõ.de quib⁹ per G.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verb.si absq; liberis.ij.de fideicõ.substi.nu.19.& 20.ext.de testa.vbi amplè de substitutione quę fit in cõtractib⁹,secũdũ d.l.quoties.quę est multũ notãda,& ad quã pauci aduertũt in practica.Imò etiã est maximè in hoc aduertẽdũ ad illã generalẽ cõsuetudinẽ Frãciæ,quæ est in multis locis,& ferè in tota Gallia,quę nõ admittit institutionẽ hæredũ,seu dicit ꝙ institutio hęredũ non habet locũ,quomodo sit intelligẽda,& vtrũ sit ita passim & indistinctè vera,ꝙ nunꝗ̃ quis possit instituere hęredẽ:quod si ita intelligatur,inuenio eã maximè exorbitantẽ,cũ tollat liberã facultatẽ testãdi.l.j.& ibi nota.C. de sacrosan.eccle.& pro certo esset magna seruitus,ꝙ nemo posset instituere hæredẽ,& istud est apud nos speciale in hominibus manusmortuæ,quibus prohibetur dispositio per testamentũ,vt infrà,in tit. *des mainsmortes*.§.xi.ꝙ si hęc cõsuetudo generalis in Frãcia ita passim intelligeretur quo ad omnes,redderet eos seruos quo ad hoc,nisi dicatur ꝙ debet intelligi secundũ hãc nostrã cõsuetudinẽ.s.quo ad illos qui succedere debẽt ab intestato,qm̃ institutio hæredis in vno ex illis nõ habet locũ,sed quòd in casu vbi aliquibus permittitur donare, aut alio modo relinquere,vel disponere de aliqua parte bonorũ,ꝙ in illa parte nõ possit hęres extrane⁹ institui, dũmodo sit talis,qui nõ sit successurus ab intestato:nõ credo ꝙ illæ cõsuetudines ita intelligãtur, quia etiam prohiberetur vna via,quod alia esset permissum,quod fieri nõ debet,vt dicit Bal.in l.fi.in vlt.col.C.sine censu vel reliquiis.Et faciunt quæ dicta sunt suprà in tit.*des droictz & appartenances a gens mariez*.§.iiij.in gl.ex quo dici posset ꝙ substitutiones in talibus casib⁹ valeãt,& sic etiã institutiones.cogita si casus tibi eueniat in patria vbi viget talis cõsuetudo.* ¶Sed iuxta prędicta q̃ritur nũq̃d p hæc verba,si sine liberis decesserit,si sint liberi, cẽsentur vocati ex testamẽto vel ab intestato.aliàs cõsului Mediolani in causa emergẽti,& inserã in meis cõsiliis.

Qvot autem sint genera vltimarum voluntatum,ponit Guido Pape octo in quæstione sua ccccxliiij.vbi dicit inter alia *quòd donatio causa mortis est vltima voluntas,& hoc est quando est in esse producta: secus si antè,quia contractui ęquiparatur.do.meus Ias.in l.seruũ.in vij.col.C.qui test.facere pos.& in prin.illius col.ponit æquiparationes inter donationem causa mortis & vltimam voluntatem. 3 *Genera vltimarũ voluntatũ.* 4 *Donatio causa mortis.*

ADDITIO. Hippolytus de Marsiliis in singulari suo cxxxvj. incip.longa professo.dicit ꝙ sicut legatum per alienationem voluntariam legantis reuocatur,ita etiam donatio causa mortis,secũdum Dy.in l.Stychum qui meus erit.ff.de leg.j. quod dictum refert Alex.in l.non omnes.in princi.ff.si certum petatur.subdens quòd eadem ratione si superueniant inimicitiæ inter donantem causa mortis & donatarium,induceretur reuocatio donationis, sicut contingit in legato.l.iij.in fi. cum l.seq.ff.de adi.leg.dixi suprà,in titu. *des droictz & appartenances a gens mariez*.§.ix.glo.*& ne sont point legatz*.*

Adde quòd stipulatio facta per patrem stipulando pro se & filio intelligitur ordine successiuo,& est quędam donatio causa mortis.Iacobinus de sancto Georg.in aut.qui rem.in xvij.col.C.de sacrosan.eccle.Et de æquiparationibus de quibus hìc,& etiam quomodo donatio causa mortis tripliciter consideratur, vide per Guil.Benedicti in sua repe.c.Raynu.in verbo,testamẽtum.iiij.nu.31.vsque ad nu.41.de test.Et in fine illius glo. vide quid de mortis causa capione an sit vltima voluntas , & quomodo differat à mortis causa donatione. ¶Aduerte quia idẽ do.meus Ias.in l.sciẽdum.quæ est in ij.lec.ff.de lega.ponit vndecim æquiparationes inter vltimam voluntatem & donationem causa mortis. & inter alia dicit * ꝙ sicut in vltimis voluntatibus habet locum ius accrescendi,ita in donatione causa mortis.l.vnica.§.fi.& ibi Bar.& alij.C.de cad.tol.quamuis secus sit in contractibus.l.si mihi & Titio.vbi Bar.& alij.ff.de verb.obli.& do.meus Ias.in l.re coniuncti.in fi.ff.de leg.iij.Ista consuetudo etiam habet locum in ducatu Borbonij.in tit.*successions*.arti.ij. 5

ET aduerte,quia si fiat mentio mortis,præsumitur donatio causa mortis.Bar.in l.Seia.ff.de dona. causa mortis.Alex.in consi.lxxxj.inci.viso instrumento.in ij.col.in j.vol.hæc dico quia fui consultus de quodam casu: quidam vni suorum hæredum in suo testamento donauit quendam reditum annuum hoc modo,dono etiã tali fratri meo tales reditus mihi debitos singulo anno per talem super tali hæreditate retento mihi vsufructu , & volo quòd post mortem meam vsusfructus reuertatur ad ipsum pleno iure.dubitatum fuit nunquid valuit hæc donatio.videbatur quòd non,quia ex quo erat facta in testamento,videbatur esse vltima voluntas,sed dixi ꝙ etiam contractus potest fieri in testamento.l.hęredes palam.§.fi.ff.de test.sed non econtrà,quia institutio hæredis nec alia vltima voluntas potest fieri in contractu.l.tale pactum.§.pater. in fine.ff.de pac.do.meus Ias.in l. inter priuatos.in ij.col.C.de pac.Item dicebatur quòd in prędicta donatione erat facta mẽtio mortis, vt suprà dixi,ex quo ergo erat vltima voluntas,quòd in ea non poterat fieri conditio vnius ex hæredibus melior,& alterius deterior:& sic quòd dicta donatio tanquam causa mortis non valebat.De dicta glo.quę est in l.hæredes palam.§.fi.ff.de test.quòd contractus possit fieri in vltima voluntate,vide Georgium Natan in repeti.c.quamuis.in xvij.col.versi.circa secundam partem.ibi,tertio:quia sequeretur de pactis.in sexto. *Casus facti.*

DIxi ꝙ hæc donatio est donatio inter viuos quæ potest fieri in vltima voluntate,vt dixi.& licet fiat mentio mortis,istud nõ impedit:quia ista mentio mortis nõ est in verbis importantibus substãtiam donationis,

ſed in verbis executiuis,quo caſu illa mentio mortis nõ facit illã donationẽ pręſumi cauſa mortis,prout tenet
Bal.in addi.ad Spec.in tit.de inſtr.in vlti.col.in verſi.ſi quis dona. & ita dicit eſſe de mẽte Spec. in dicto tit.§.
6 *Verba in executiuis.* porro.ver.autẽ forma.& ita tenet Alex.in cõſi. ſuo xiiij.in ij.col.in j.vol.facit * quia verba appoſita in execu-
tiuis nihil operãtur,nec immutant naturã actus.tex.eſt in cle.j.ad fi.de pręben.quẽ ibi exclamat Pan.dicens il
lum tex.neſcire alibi.ita refert & ſequitur do.meus Iaſ. in l.ius autẽ ciuile.in ij.col.ff.de iuſti.& iure.vbi plura
ad hoc alle. ¶ Item hæc mentio mortis eſt ſolũ facta cauſa demõſtrationis, & ideo nõ facit ꝙ donatio ſit cau-
ſa mortis. Alex.in cõſi.ſuo lxxviij.inci.viſis.in iiij.vol. ¶ Et quãdo mẽtio mortis appoſita in donatione facit
iudicare donationem cauſa mortis, vide G.Benedicti in repe.c.Rayn.in verbo, teſtamẽtũ.iiij.nume.xxiij.de
teſt.vbi ponit ſeptem modos quibus indicatur quòd mentio mortis inducat donationem cauſa mortis, & ibi
ponit an reſeruatio vſuſfructus in tempus vitæ inducat donationem cauſa mortis.

ET cũ hæc dixiſſem licet pro hac opinione habuiſſem Alex.in dicto cõſi.xiiij. ſuprà alle. tamẽ poſt quodã-
modo hæſitaui propter quoddã argumentũ cuiuſdã aduocati Heduẽ.qui mihi dixit ꝙ ex eo quòd,vt dictũ
7 eſt,donatio cauſa mortis eſt vltima volũtas,* & in vltimis voluntatibus verba poſita in executione operãtur.
l.quibus diebus.§.quidã Titio.ff.de cõdi.& demõ.Bar.in l.j.in iij.col.ff.de cõdi.& demõ.ergo iſtud verbum
appoſitũ in executiuis debet aliquid operari.iſtud argumẽtũ nõ eſt validũ,quia vt iam eſt dictũ,donatio in ſua
eſſentia facta nullam facit mentionẽ de morte,& ſic nõ eſt donatio cauſa mortis,quia dictũ eſt tãtũmodo,do
no talẽ rẽ tali retẽto mihi vſufructu: iſta eſt donatio perfecta,& ſi poſtmodũ apponatur dictio mortis,quia eſt
in executiuis & importantibus dilationem,& eſt facta mentio per modũ dilationis,tũc nõ intelligimus dona-
tum cauſa mortis, ſed inter viuos,ex quo remaneo in illa prima mea opinione. ſi caſus indigeat altiori indagi-
ne,latiùs inſiſtã,ſed nũc nõ aliud dico,ſed tãtũ me remitto ad Alex.in cõſi.ſuo lxxviij.in iiij.vol. hìc antè alle.
ad quẽ recurrẽdũ eſt cũ plenè dicat,niſi fuiſſent hęc verba, videtur quòd ſi filius acceptaſſet relictũ eidẽ factũ,
non potuiſſet ampliùs querelare de legitima.ita Bar.in l.poſt legatũ.iuncta glo.ibi.ff.de his quibus.vt indig.li
cet Ang.& Bal.videãtur tenere contrariũ in l.Papinianus.§.ſi cõditio.ff.de inoffi.teſta. ¶ Aduerte tamen ad
8 *Nota.* vnum,*quòd nunquam dicitur donatio cauſa mortis,etiam licet fiat mentio mortis, & dicatur quòd dat cau-
ſa mortis,ſi dicatur quòd donat irreuocabiliter.l.vbi ita donatur.ff.de dona.cauſa mortis.

VIde quatuor ſingulares limitationes ad d.l.vbi ita donatur.quas ponit G. Benedicti in ſua repe.c. Ray.in
verbo teſtam.iiij.de teſta.& in d.glo.vide materiã donationis cauſa mortis,& in fine,ꝙ tribus modis ip-
☞ ſo iure reuocatur,quę omnia nota. ¶ Primò ſcilicet ſi donator ſuperuixerit,aut de periculo in quo erat euaſe
rit.l.iij.& ibi Bar.ff.de dona.cauſa mortis.Secũdò,cũ donatorẽ pœnituerit.l.nõ omnes.& ibi Bar.& doc.ff.ſi
cer.pet.quod intellige etiã dũmodo decedẽdo reliquerit hęredẽ,quoniã ſi ſine hærede moriatur, nihil opera
tur pœnitentia.Ange.Alexan.& alij in l.ij.ff.de lega.Tertiò,ſi donatarius ante donatorem deceſſerit.§.j.inſti-
tu.de donatio.vide Benedicti in loco hìc antè alleg. *

9 ADuerte tamen * quòd ſi duo fecerint donationem adinuicem bonorũ ſuorũ,videlicet præmoriẽs ſuperſti
ti,quòd dicitur donatio cauſa mortis,vt dicit Ioã.Fab.in l.j.C.de inoffic.do. & ideo ſi fiat inter illos qui
ſuccedere debent adinuicem eſt periculoſa.Contrarium tenet Sali.in l.fi.in iiij.col.verſi.iuxta hęc quęro.C.de
pac.& etiam Guil.Benedicti in ſua repet.c.Raynu.in verbo,teſtamentum.iiij.nume.23.de teſtamentis.

☞ ADDITIO. Aduerte tamen ꝙ,vt videtur tenere Alex.in conſi.ſuo lxxxiij.in vj.col.ver.venio ad ſecũdum
principalem articulum.in ij.vol. videtur tenere ꝙ talis donatio non ſit donatio cauſa mortis,
ſed potiùs ſapit vim contractus: imò etiam videtur tenere quòd ſi ſit omnium bonorum,præſentium & futu-
rorum, quòd valet.vide dicta per eum ibi. Et vide Thomam Ferratium in ſuis cautelis, cautela xxx. vbi ponit
cautelam ad illaqueandum donatorem cauſa mortis,ne poſſit reuocare donationem.

SED adhuc his diebus mihi euenit caſus de quodã,qui donauit duas partes & plus de bonis ſuis vni ex ſuis
Caſus facti. hæredibus per donationẽ inter viuos, in qua quidẽ donatione appoſuit hæc verba, ꝙ nolebat ꝙ teneretur
prædicta bona donata cõferre,cũ aliis hæredibus,& illamet die qua fecit dictam donationẽ fecit teſtamentum
in quo inſtituit donatarium cũ aliis hæredibus,approbando,ratificando,& cõfirmãdo dictã donationẽ iam per
cũ illa die factã.dubitatũ fuit de pluribus: Primò an dicta donatio poſſit dici cauſa mortis, ex quo in ea prohi-
betur collatio cũ aliis hæredibus,deductis bonis donatis.cogita ex his quæ dicit Alex.in cõſiliis hìc antè alle.
dicã inf.in hoc §.in fi.ibi,ſed in ſequẽdo.Et aduerte, quia præſumitur eſſe facta cauſa mortis cũ incõtinenti,eo
die & loco fecerit ſuũ teſtamẽtũ,in quo fecit mẽtionẽ de dicta donatione.arg.eorũ quę dicit do.Frãci.de curte
ſenior in cõſ.ſuo liiij.inci.ſuper duobus publicis.in iij.col. vbi dicit ꝙ promiſſio de retrouendendo incontinẽti
10 *Incontinẽti fieri quid dicatur.* facit pręſumi ita fuiſſe per priùs conuentum.alleg.Bal.in l.ij.C.de ædil.edic.& in l.per diuerſa.C.mandati.*&
☞ dicitur incontinenti,quando eadem die & loco,& coram eiſdem teſtibus,vt ibi. ¶ Imò dicitur vnum & idem
inſtrumentum,vt dicit Bal.in l.Sempronius.ff.de lega.ij.& dicitur ineſſe contractui principali,ſecundum Bal.in
l.petens.in vltima charta.C.de pactis.& in l.penul.§.mulier.ff.ſol.mat.Alex.in conſ.xxv.inci.viſo inſtrumẽto.
in iiij.col.in ij.vol.* ¶ Secũdò,an tanquam inofficioſa poterit reuocari.cogita ex his quę dixi in §.præcedẽti
in fine. ¶ Adde ꝙ ex quo eſt facta per exiſtentẽ in lecto, & in infirmitate de qua moritur, præſumitur fraudu-
lenta,& facta in fraudem hæredũ,ita quòd debet reuocari.ita tenet Albe.de Roſa.in l.omnes.§.Lucius.ff.quæ
11 in frau.credi.facit quod dicit Ant.de But.in c.ij.de cõſue.vbi dicit * ꝙ actus geſtus in infirmitate, præſumitur
geſtus cauſa vltimæ voluntatis condendæ,vel cauſa mortis.c.j.& c.de his de ſepul.

12 *Donatio ab infirmo facta dicitur cauſa mortis.* EX quo infertur, * ꝙ donatio facta ab infirmo eſt donatio cauſa mortis. & licet iſtud dictũ Ant. de but.vi-
deatur reprehendere Alex.in l.quæ dotis.in iij.& iiij.col.ff.ſol.mat.poſt Io.de Imo.tamẽ And.Sicu.in c.ij.
de cõſue.in iiij.col.dicit dictũ Ant.eſſe verũ in illo qui credit ſe moriturũ ex illa infirmitate,per dictũ Bal.in l.
ij.C.de iure dotiũ.quod præſumitur quãdo facit mentionem mortis, vt puta,quia exonerat donatariũ ad facta
funeralia,aut prohibet collationẽ eorũ quæ donat,aut alio modo facit mentionẽ de morte.dixi plenè in quodã
cõſ.quod feci in materia ſucceſſionis Cypriani de Rabutin,in vij.dubio.& intellige prędicta eſſe vera,etiam ſi
donet,ita vt ſtatim fiat accipiẽtis cui cõuict⁹ imminẽte periculo donare videatur.arg.l.ij.ff.de dona.cauſa mor-
tis.Et

tis. Et istã reprehẽsionẽ Alex. ponit Gui. Benedicti in sua repe. c. Ray. in verb. testamentũ. iiij. nu. 22. 23. de testa.

Tertiò, an teneatur cõferre non obstante dicta prohibitione? dic quòd non, per tex. expressum in aut. ex testamento. C. de colla. Quartò, an per confirmationem postea factã in vltima voluntate, dicatur vltima voluntas, & an capiat vim & effectum ab ipsa hora donationis, & ab hora confirmationis & approbationis, & quid operetur ista cõfirmatio quantum ad confirmationem? videtur quòd nihil operatur. per tex. in l. si donatæ §. si sponsus alienum. ff. de dona. inter vir. & vxo. & cogita ex no. per do. meum Iaso. post Bar. & alios in l. more. in v. col. cum sequen. ff. de iurisd. om. iudi. ex quibus possunt decidi prædicta.

Aduerte tamen ad id quod dicit Pet. de anc. in consi. suo xxviij. in ij. col. inci. rationes inductæ vbi dicit ꝙ in duabus dispositionibus successionis dispositio sumet effectum & essentiam ab illa quę se refert ad aliã, non ab illa ad quam fit relatio.

ADDITIO. Videtur tamẽ ꝙ tex. in l. si donatio. C. de dona. facit in cõtrarium, vbi dicit quòd si donatio inter viuos per testamentum confirmetur habet vim vltimæ voluntatis: ex quo format effectum ab illa confirmatione, maximè quando non apparet scriptura donationis, sed in hoc cogita. quòd si cõstaret de scriptura staretur illi scripturæ donationis.*

SED quia hîc antè dicitur quòd parens potest expressim designare quòd nõ fiat dotis & aliorum datorum collatio, an sit satis expressim designatum per hæc verba, dono talia filio meo, & volo quòd ea capiat ante omnem diuisionem: seu sic, *Ie donne mille francz a un tel, lesquelz il prendra auant tout partage.* Credo quòd sic, cùm talia verba satis denotent mentem donantis, quæ fuit, vt donata seu data essent donatario precipuè, nõ enim attendenda sunt verba, sed effectus, l. iij. C. de insti. & ideo sufficit quòd effectu per aliqua verba constet de mente donantis quæ sint ita æquipolentia quòd per ea possit denotari effectus prohibitionis collationis, cùm non refert quid ex æquipolentibus fiat. l. si mater. C. de insti. & substi. facit quod dicit Alexan. in consi. suo cxxxiiij. in iiij. v. & vj. col. in j. volu. maximè in vj. col. ibi, & ad prædictorum confirmationem. vbi dicit ꝙ licet aliquid specificè, nominatim vel expressè, quod idem est, fieri debeat, tamen idem est ac si fiat per æquipolens, alleg. glo. in l. hac consultissima. in verbo, iudicia. C. qui testa. facere pos. hinc dicit Bal. in aut. sed cum testator. in ij. col. C. ad legem Falci. quòd licet Falcidia debeat expressè prohiberi, tamẽ si dicatur per testatorem volo quòd hæres soluat integra legata, idem est. & sic sufficit quòd prohibeatur per æquipolens, per glo. singula. in l. decem. ff. de fideicõ. libertate. vt tenet Alex. in consi. suo cxxxiij. in ij. col. in v. volu. vbi plura ad hoc alle. ¶ Vide ad hoc plenè ꝑ Corsetũ in tractatu de potestate regia, q. lxxij. in ij. dubio Trebelliani, vbi amplè. *¶ Quid enim plus operantur hæc verba, nolo talia bona donata conferre per donatariũ, quã hæc, volo ꝙ donatarius capiat data ante omnem diuisionẽ? certe nihil, cũ collatio fiat in ipsa diuisione. & de his quæ veniũt in diuisione est fienda coll. Bal. in aut. ex testamẽto. in j. col. C. de colla. cùm vt dicit* conferre est idẽ quod ponere in diuisione. & dicit idẽ Bal. in l. si emancipati. in vlt. col. C. de colla. *ꝙ collatio fit de his quæ in cõmuni ponuntur vt de his fiat diuisio. cũ ergo per verba donantis donata sint capiẽda ante omnem diuisionem, & sic in diuisione non veniant, per cõsequẽs nec in collatione, & illud operãtur prædicta verba. & si illud non operãtur vellẽ scire quid aliud operari possent, quia nõ est dubiũ ꝙ debent de aliquo operari. l. si quãdo. ff. de leg. j. c. si papa. de priuile. in vj. Bal. in rub. C. de cõtrahen. emp. & in nona quęstione. ¶ Sed quid si dicat, volo ꝙ ea habeat præcipua & ex auantagio. Nam aduerte ꝙ bene inuenitur in iure istud verbũ, pręcipua, sed verbũ, *auãtage*, est vulgare, & credo ꝙ idem important. & ideo videndũ est an ista verba importẽt ꝙ sit prohibita collatio, ita quòd donatarius non teneatur cõferre. videtur ꝙ sic per hæc antè dicta, & satis videtur facere tex. in l. filiæ. C. familiæ herciscun. & faciunt dicta per do. meum Ias. in l. prætor ait. ff. de noui ope. nun. vbi dicit ꝙ quando aliquid requiritur expressim, sufficit ꝙ tacitè colligatur ex mente & identitate rationis, vt ibi probat & limitat.

Æquipollentia idẽ operantur.

13 *Cõferre*

14 *Collatio.*

Auãtage.

ADDITIO. Aduerte tamen quòd vbi aliquid debet exprimi expressim, non est satis factum si fiat verbis generalibus, vt per plura comprobat Matthæus de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, vt de successionibus. in glo. in verbo, quolibet. in fine. in tertio libro.*

SED quia in*impetratione beneficij secũdi opus est facere mentionẽ de primo expressè, aliàs gratia est nulla. 15
c. si motu proprio. de præben. in vj. sed dubitatũ aliàs fuit nunquid si in bullis apostolicis esset clausula, ꝙ tenor obstantium habeatur pro expresso, sufficiat ac si esset facta mentio de primo beneficio. videbatur quibusdam quòd sic, per ea quæ dicit do. meus Ias. in d. l. prætor ait. in iij. col. ibi, quid autem. sed ego dixi & tenui contrarium, per tex. in d. c. si motu ptoprio. de præben. in vj. vide in quodam consi. suo.

SED iterũ videndũ est, an si pater in vita diuidat hęreditatẽ suam seu bona sua, & vnicuiq; suorũ filiorũ partem assignauerit, sit vltima voluntas, an verò sit cõtractus. dubiũ facit, quia si sit vltima voluntas, & in causa expresse dixerit ꝙ nõ poterit de prædictis bonis alienare, si postea alienauerit non valebit alienatio, si verò sit contractus, valebit. not. per doctores in l. ea lege. C. de conditio. ob causam. per doc. in l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. j. cum vulgaribus. Et etiam in casu huius §. si sit vltima voluntas, & quòd pars seu portio vnius sit melior q̃ alterius non valebit huiusmodi diuisio. videtur quòd sit vltima voluntas ex verbis l. parentibus. C. de inoffi. testa. per verbum ibi, iudicium defuncti, quod magis tendit ad vltimam voluntatem, quàm ad cõtractum. & in l. si cogitatione. C. familiæ herciscun. ¶ Et dicit Alex. in consi. cxxiij. in pe. col. in j. volu. quòd verbum, diuidatur inter filios, refertur ad institutionem. per l. quoties. C. familiæ herciscun. glo. & ibi Bal. & Sali.* ¶ Eo quòd hæ diuisiones fiunt cogitatione mortis, & futuræ successionis, vt probatur clarè ex illis iuribus.

Aduerte, quia hæc consuetudo prohibet tantùm quòd fiat cõditio vnius ex veris hæredibus melior per vltimam voluntatem, per hoc reducendo eos ad collationem eorum quæ habent hæredes ex vltima voluntate. Sed quid si faciat per contractũ, puta per donationem, quia plus donat vni quàm alteri, an etiam videatur esse prohibitũ? videtur ꝙ nõ, quia ex quo excludit vltimã volũtatẽ, videtur includere cõtractũ. arg. c. nõne bene dicimus. de præsumptio. Sed quia videtur esse eadẽ ratio in vno sicut in alio. s. ratione æqualitatis seruãdæ propter quã introducta est collatio. l. vt liberis. C. de colla. quæ vult non solũ relicta in testamẽto & vltimis volũtatibus esse conferenda, sed etiã ea quę per donationes, etiã propter nuptias, & quomodocũq; conferantur. ex

quibus cõſtat ꝙ parificatur collatio illo iure & relictorũ in vltimis volũtatibus & in cõtractibus, ideo cũ antiquo iure parificatur diſpoſitũ in vno iure nouo.ſ.per hãc cõſuetudinẽ videtur eſſe diſpoſitũ in reliquo ex pa-rificatis iure antiquo.iſta eſt doctrina Bar.in l.Marcellus.§.ꝙ autem.ff.ad Trebel.de qua dixi in glo. *meilleur de lautre*.in verſi.ad hoc eſt clara reſponſio.cum verſi.ſeq.& alia ratione.ſ.ne via malitiis aperiatur.tenet in terminis Alex.in conſi.lv.in j.volu.dicam infrà in glo.hìc antè alleg.verſi.ſed inſequendo.vbi amplè.*

IN TEXTV IBI, *Ne peult faire l'un de ſes vrais heritiers.*

Quæſtio.

1 POne quòd teſtator faciat teſtamentum,aut aliàs vltima voluntas ſit nulla.Bal.in l.non dubium.in iij.not. C.de legi. dicit * quòd quando lex vel ſtatutum prohibet fieri actum vel contractum, licet non procedat vltrà annullando, tamen actus eſt nullus, & dicit quòd hoc probat tex.in d.l.non dubium.in dictis duobus locis.ſed videtur quòd in hoc caſu conſuetudo noſtra non prohibet,ſed ſolùm non permittit. ex quo ſequitur
2 deciſio Salice.in l.fi.ad fi.iuncta cum præcedenti.C.de ſenten.ex periculo recitandis.quòd * quãdo lex vel ſtatutum loquitur non permiſſiuè,non expreſſè prohibendo,tunc non intelligitur annullare actũ,niſi expreſſè dicat.ita tenet do.meus Iaſ.in d.l.non dubium.in j.limitatione,limitando ſupradictum notabile,in iiij.& v.col.C. de legi.& ibi vide do.meum Iaſ.qui ponit alias quatuor limitationes.

DE hac materia dixi ſuprà in tit.*des droictz & appartenances a gens mariez*. in §.j.& in §.*le mary ne peult.* & in §.*le mary & la femme ne peuuent*.quæ omnia nota.

ISta noſtra cõſuetudo loquitur generaliter,nõ diſtinguẽs inter feuda & allodialia.& tamen longè videtur eſſe diuerſum,quia videtur ꝙ teſtator nõ poſſit vni ex filiis aſſignare feudũ,vt notat Alua.in c.omnis. ſi de feudo fuerit controuerſia.& tamen teſtator poteſt vni ex filiis prælegare allodialia,argu.tex.in l.cũ poteſt.§.euictis.ff. de lega.ij. & ita dicit Cardi. Alex.qui dicitur præpoſitus,in c.præterea ducatus. in tit.de prohibita feu.alie.per Federicũ.videndum eſt quid dicant doct.in l.auus.ff.de pac.vbi Ang.& ibi ponit do.meus Iaſ.quando prodeſt prouiſio vni hæredum facta,& quando tranſit ad hæredes,& ad dicta ibi recurrendum eſt.¶ Quæ autem ſint ad hæredes tranſitoria ponit glo.& doct.in l.ſi pactum.ff.de proba.& ibi eſt tex.dicam latiùs infrà.

De allodialibus.

IN TEXTV IBI, *Et qui ab inteſtat luy doibuent ſucceder.*

1 De donatione facta ei qui aliàs ſuccedere debet.

AN legatum factum, aut donatio cauſa mortis facta tali qui debet ſuccedere ſit valida ſi declaret ſe nolle eſſe hæredem?videtur ꝙ nõ:quia cõſuetudo nõ ſolũ dicit ꝙ nõ poteſt facere cõditionẽ vnius ex ſuis veris hæredibus meliorẽ,imò etiã illorũ qui debẽt ſuccedere.& ideo vt illa verba de aliquo operentur,ita erit dicta vltima voluntas reuocabilis in illis qui debent ſuccedere, licet effectualiter non ſuccedant, quia abſtinuerunt ſicut in veris hæredibus,quia hoc ſonãt verba cõſuetudinis.& in hoc multũ eſt ponderãdum verbũ, *doibuent*, veritas tamen eſt in contrariũ,eo ꝙ conſuetudo requirit duo.ſ.ꝙ ſint veri hæredes, & ꝙ ſint tales qui eiſdem ſuccedere debent.& paria ſunt ꝙ quis à principio non extiterit,vel ꝙ extiterit & non habuit effectum,vt quia repudiauit.l.ſi quis ſub cõditione.ff.de teſta.tute.do.meus Iaſ.in l.quoties. col.iij.C.de hære.inſti.& facit quia ſi ſint filij,habent beneficiũ abſtinendi, quod nõ eſt ſublatum per cõſuetudinem, ideo remanet ſecundũ iuris diſpoſitionem.de qua in §.ſui.inſti.de hæredũ qualitate & differentia.ſi verò ſint collaterales,tunc ſunt extranei qui poſſunt aut adire,aut repudiare, & habent tempus deliberandi, dicto titu.de hæredũ qualitate & differentia.§.extranei.imò ſufficit quòd ſe non immiſcuerint.dixi ſuprà hoc eo.tit.§.j.in glo. *le plus prochain.* & cũ hic tex.requirat copulatiuè duo,videlicet ꝙ ſint veri hæredes,& ꝙ ab inteſtato eidẽ ſuccedere debeant,nõ ſufficit concurſus vnius.ſ.ꝙ ſint tales qui ab inteſtato ſuccedere debeant:imò etiam requiritur ꝙ ſint veri hæ-
☞ redes,quod non ſunt in hoc caſu per repudiationem,vt antè dixi.¶ Imò,quod plus eſt,niſi per aditionẽ, quoniã de iure hæres intelligitur qui per aditionem eſt hæres,& nõ aliàs,vt tenet Alex.in conſi.ſuo j.in iiij col.in j. vol.Soci.in conſi xcj.inci.viſa.in ij.col.in j.vol.dicã alibi ampliùs de filio qui etiã nõ dicitur hæres niſi per aditionẽ.* ¶ Si tamẽ fuerit filio facta donatio inter viuos, aut ei acquiſitũ aliud ius ex cõtractu, poterit acceptare & declarare ſe nolle eſſe hæredẽ.notat amplè Guil.Benedicti in ſua repe.c.Rayn.in verbo,ſi abſque liberis.ij.
☞ de vul.ſubſti.nu.54.ibi,quintò limitatur dicta gl.de teſta. ¶ Imò etiam ſi acceptauerit donationem,& declaret ſe nolle eſſe hæredem,adhuc poteſt petere legitimã præter donationẽ,vt habetur in l.ſi quando.§.generaliter. in glo.C.de inoffi.teſta.ita tenet Amanellus in ſuis ſingularibus.art.xcviij.Fran.de Aretio in conſi.xvij.in viij. col.* ¶ Et aduerte etiam quòd quis non poteſt eſſe legatarius & hæres de conſuetudine generali Franciæ, vt dicit Boerius in conſue.Bituricen.tit.de teſta.§.vj.in glo.magna,ibi,aduerte tamen,&c.

IN TEXTV IBI, *Meilleur de l'autre.*

1 Nota.

SED pone * quòd teſtator in ſuo teſtamento dicat & confiteatur ſe eſſe debitorem in certa pecuniæ quantitate vni ex veris hæredibus:an hæc confeſſio noceat veris hæredibus?Dic quòd non,per ea quæ notãtur per Bal.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.iij.do.meum Iaſ.in l.ait prætor.§.item ſi quis.ff.de iureiur. Alex.conſi.xlv.in j.vol.& xxvj.in ij.vol.Io.Fab.tamen in l.j.C.de inoffi.dona.dicit valere,ſi probetur debitũ, per l. qui teſtamento. ff. de proba. Idem etiam in donatione facta in lecto mortis,per ea quæ dicta ſunt in glo. præcedenti, in verbo,*ne ordonnance*. ex dicto Ant.de But.in c.ij.de conſuetudine.

☞ ADDITIO. Quomodo iſta melioritas intelligatur, an reſpectu bonorũ tantũ exiſtentiũ in Burgũdia, an verò reſpectu totius patrimonij, etiã ſi vna pars ſit in patria iuris ſcripti? videtur dicẽdum ꝙ tantũ habetur in hoc reſpectus ad bona ſita in Burgundia,vbi viget hęc cõſuetudo,cũ hæc cõſuetudo videatur reſpicere perſonas teſtãtis & hæredũ:ſecus ſi tantũ reſpiceret bona,quia etiam extendenda eſſet ad bona extra territoriũ,quo ad illũ qui teſtatur in Burgundia,vt in ſimili cõſuluit Pet.de Anch.in cõſi.ſuo clxiij.inci.viſis & diligenter inſpectis.& plures alij.de quibus ſuprà dixi in ſimili caſu,in §.ij.in titu. *des droictz & appartenances a gens mariez*.in gl.*ou duchie de Bourgongne*.faciunt & alia quæ dixi in tit.§.vij.in gl. *par teſtamẽt ne ordonnance de derniere volunté*.quæ multum faciunt pro deciſione huius dubij.conſului aliàs in caſu emergenti.*

2 Cohæres an teneatur cõferre ſibi à teſtatore inter viuos donata.

ECce ergo ꝙ teſtator nõ poteſt vni ex veris hæredibus plus aſſignare q̃ alteri. ¶ * Sed quia hìc antè dictũ eſt ꝙ ſi reliquerit vni ex hæredibus per cõtractũ donationis inter viuos,etiã factũ in articulo mortis,valet, an tamen iſtud ſic donatum,licet habeat effectum, debeat cõferri cum aliis veris hæredibus, ſi velit donatarius

cohæres

cohæres cum aliis ſuccedere:de filiis,ſiue ſint emancipati ſiue non,tenentur conferre etiam donationem ſim-
plicẽ,& inter viuos.Tenent omnes in aut.ex teſtamento.C.de codici.imò etiã donationẽ propter nuptias.d.
l.vt liberis.de nepotibus ſimul ſuccedẽtibus patruis & auũculis,cõferũt & profectitia & aduentitia,qñ tracta-
tur de ſucceſſiõe illi⁹ à quo talia aduẽtitia prouenerũt.d.l.vt liberis.in fi.& hoc eſt qñ nepotes ſuccedũt ſimul:
ſecus ſi ſuccedãt ſimul cũ patruis & auũculis,quia tũc tenentur conferre,ſecundũ diſpoſita in l.illã.C.de coll.
Sed an nepotes ex filia ſuccedẽtes auo cũ aliis filiis fratribus eorũ matris debeãt cõferre dotẽ matris prædefun
ctæ?Bal.format hanc quæſtionẽ.in l.quoniã nouella.in ij.col.C.de inof.teſta.*vbi ponit ſeptem regulas ad 3 *Regulæ de his qui conferre tenentur.*
cognoſcendũ qui teneãtur conferre.quas volo hîc inſerere,cũ doctrina quorumdam in l.ſi emanci.C.de colla.

PRima*regula Baldi eſt,ꝙ nunq̃ habet locũ collatio quãdo tractatur de ſucceſſiõe deſcẽdẽ.hoc eſt quãdo
aſcẽdẽtes ſuccedũt deſcẽdentibus.Iſta regula probatur in l.vt liberis.C.de coll.& in l.quoniã nouella.C. 4 *Aſcendentes deſcẽdentib⁹ ſuccedẽtes non conferunt.*
de inoffi.teſta.iſtam tenent omnes in l.ſi emancipati.maximè Cy.in antepe.col.Bal.in ix.col.do.meus Iaſ.&
Alex.in d.l.ſi emanci.in iiij.& v.col.vbi ampliſſimè tractant hanc materiam,& aſſignant rationes.

SED deducendo iura patriæ nunc ad practicã quæro.videmus ꝙ pater & mater non ſuccedunt filio in an-
tiquis hæreditagiis,ſed ſolũ ſuccedunt eis in bonis prouenientibus in eis & in acquæſtibus factis per eos. *Quæſtio.*
pone ꝙ filius aliquis habuerit quatercẽtũ libras de reditu,quas acquiſiuit:habet duos fratres,patrẽ & matrem:
quilibet illorũ ſuccedit in capita,hoc eſt ꝙ tantũ habebit pater quantũ vnus ex ſuis fratribus,vt habetur in §.
ſeq.ſed ante mortem fecit donationẽ patri de ducentis libris Turonen.reditualibus,aut de centum,nunquid
debeat conferre ſi velit ſuccedere cum fratribus ſui filij & matre?videretur per iura hîc antè dicta,& per do-
ctrinas doctorum in locis hîc antè alle.ꝙ non tenetur ad collationẽ dictæ donationis,& maximè quia hîc ceſ
ſat ratio l.vt liberis.ſcilicet vt ęqualitas ſeruetur,quia iam per conſuetudinem noſtram grauatur pater,qui in to
tum cum matre deberet ſuccedere.l.iure ſuccurſum.ff.de iure & dot.& tamen ſuccedit ſolum in parte cum
aliis ſuis filiis fratribus dicti defuncti,& ideo ſi in vno grauatur,ęquum eſt vt in alio releuetur.

INquantum poſſit dici ꝙ ex quo per conſuetudinem noſtram fit pater ſucceſſibilis filio cũ aliis fratribus ꝙ
in hoc illo eodẽ iure quo ſuccedunt fratres ſuccedit & ipſe,ita ꝙ in talibus bonis ſicut fratribus debetur le
gitima,ſic etiam patri.quæ quidem legitima iure noſtro principali,& per conſuetudinẽ noſtram omnibus ſuc-
cedẽtibus ab inteſtato,& qui per conſuetudinẽ ſuccedere debent,relinqui debet,& ideo cũ in hoc caſu fratres
& pater ſuccedũt eodẽ iure & æqualiter,& ſicut vni debetur legitima in illis bonis ſic etiam alteri,quòd pater
deberet conferre.dicã infrà de his duabus rationibus.¶Aduerte tamen quia hoc caſu pater nõ ſuccedit titu-
lo vniuerſali ſed particulari & ſingulari,& ideo nõ tenetur conferre,vt dicetur infrà in ſeptima regula.

ITem & maximè,quia non eſt dubiũ ꝙ ſi filius feciſſet ſimilem donationẽ fratri,credo ꝙ tenentur ad confe-
rendum:vt ergo ſeruetur æqualitas,quæ eſt ratio generalis in collationibus.d.l.vt liberis.videretur dicendũ
ꝙ pater deberet conferre ſicut & fratres.quicquid ſit contrariũ eſt verũ,ſed ꝙ non teneretur cõferre,vt hîc
antè dictum eſt,& ad id quòd dicitur ꝙ ſi filius feciſſet donationẽ fratri ꝙ teneretur conferre,non eſt verum
*quia collaterales non faciunt colla.vt de his duobus articulis dicam infrà in ſexta regula Bal.vbi amplè. 5 *Nec collaterales.*

SEcunda regula Baldi eſt * quòd nunquam habet locum collatio niſi bona quæ petuntur conferri,proceſſe 6
rint de bonis illius de cuius hæreditate agitur,quãdo requiritur fieri collatio.probatur iſta regula in l.quo-
niam nouella.C.de inoffi.teſta.vbi habetur *quòd dos & donatio propter nuptias computãtur in legitimam, 7
quando eſt profecta de ſubſtantia eius de cuius ſucceſſione agitur.& etiam probatur in l.vt liberis.C.de colla.
vbi dicit quòd dos & donatio propter nuptias debent conferri quando tractatur de hęreditate illius à quo eſt *Dos & dona propter nu-* 8 *ptias quã do cõputetur in legitima.*
profecta,& non aliter.& facit iſta regula pro eo quod dicit Bald.in l.j.C.de legitimis hæredibus.quòd ſtatu-
tum ſimpliciter diſponens * quòd exiſtentibus maſculis fœminæ dotatæ non ſuccedant,intelligitur in hæredi-
tate dotantis & nõ alterius.quod ſequitur & nota.dignum reputat Alexan.in l.j.§.veteres.in antepe.col.ff.de
acqui.poſſeſ.cum aliis infinitis alleg.per do.meum Iaſ.in d.l.vt liberis.& in d.l.quoniam nouella.vbi plenè exa
minat prædictum ſtatutum.dicam etiam infrà hoc eodem titu.§.*Femme mariée de pere & de mere.*

TErtia regula * eſt quòd peculium caſtrenſe vel quaſi aduentitium hodie non conferuntur.& de peculio 9 *Peculiũ caſtrẽſe &*
caſtrenſi vel quaſi eſt tex.in l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.bonorum.de aduentitiis bonis eſt tex.in l.fi.C.
de collatio.* & ſunt aduentitia bona quæ proueniunt filio aliunde quàm à patre de cuius hæreditate agitur: 10 *aduẽtitium non cõferũtur.*
puta ſunt bona materna,quæ olim acquirebantur patri in totum:hodie verò quo ad vſumfructum tantùm de
iure.l.cùm oportet.C.de bonis quæ liberis.ſed etiam aduerte * quòd de conſuetudine noſtra non acquiruntur 11
patri quo ad vſumfructum,niſi tanto tempore quo ſtetit eius filius in ſua adminiſtratione tanquam tutor,&
ſic vſque ad xiiij.annum,vt habemus in titu.*Des enfans de pluſieurs lictz.*§.*& auſſi entre gens nobles.*& in §.*&
auſſi le* pere.quod erit aduertendum infrà,& dixi ibi in caſu.

SED quærunt * doctores,an iſtud ſit verum etiam in filiis emancipatis,quòd aduentitia non cõferant.du- 12 *An idẽ in emancipatis.*
bium facit de quęſtione l.fi.C.de colla.loquens de collatione aduentitiorum,ſe refert ad l.cùm oportet.in
prin.C.de bonis quæ libe.quando loquitur in filiis in poteſtate,nec in aliis poteſt loqui:ergo in eiſdẽ loquitur
d.l.fi.*cũ lex referens debeat intelligi ſecundũ legẽ ad quã ſe refert.in aut.de filiis ante dota.inſtrumẽta natis. 13
in prin.confirmat per tex.in d.l.fi.vbi dicit tex.res quas parentibus acquirẽdas prohibuimus.cũ relatiuũ,quas,
poſitũ ſine culpa,ſtet reſtrictiuè.l.ea tamen adiectio.ff.de lega.iij.ergo illa verba reſtringuntur ad filios in po-
teſtate,in quibus facta fuit illa prohibitio.¶Item etiam facit,quia d.l.fi.eſt correctoria,cũ videatur corrigere
l.filiæ dotẽ.C.de colla.glo.& doc.in d.l.filiæ.ergo nõ debet extendi ex identitate rationis.l.præcipimus.in fi.
C.de appel.imò nec ex maioritate rationis.per glo.& doc.in aut.quas actiones.C.de ſacroſan.eccleſiis.

TAmen contrarium tenent doctores,maximè Ang.& omnes moderni in d.l.fi.& poſt eos do.meus Iaſ.
moti eo quòd illa lex fi.loquitur indiſtinctè,ergo procedit etiam in emancipatis.& idem tenet Cy.in l.ſi
emanci.& ibi Bar.in vlti.col.& facit,quia id quod dicit tex.in d.l.fi.de caſtrenſi vel quaſi procedit etiam in e-
mancipatis,ſecundum Bar.in d.§.nec caſtrenſi.circa principium.qui quidem tex.arguit de aduentitiis ad ſimili-
tudinem caſtrẽſium.ergo,&c.& pro hac parte do.Fran.de aretio addit tex.notabilem in l.Papinianus.§.idem

14 respondet inter fratres. ff. pro socio. vbi iurisconsultus sic arguit: * emancipatus non confert castrensia, quia si esset in potestate, non acquirerétur patri: ergo idem in aduentitiis. per eandem rationem cõfirmatur, * quia ratio quare hodie inter fratres debeat fieri collatio, est ratione æqualitatis faciendæ. l. vt liberis. C. de colla. sed in aduentitiis nõ potest cadere inæqualitas, nisi ad vsumfructum, cùm etiam filius in potestate ea nõ quærat patri quo ad proprietatem. d. l. cùm oportet. & sic ea non conferat. d. l. fi. C. de colla. & istam opinionem dicit esse cõmunem do. meus Ias. in d. l. fi. vbi amplè respondet, & soluit dubia in contrarium.

15 Ratio collationis fiendæ.

Regulæ limitatiões.

SED tamẽ dicit prædictã regulã limitandã duabus limitationibus. primò, ꝙ prima regula procedit quando tractatur de successione patris vel alterius lineæ paternæ: sed si tractatur de successione matris, vel auię maternæ, à qua habita est dos vel donatio propter nuptias: certè illa debet conferri, per dictã l. vt liberis. de colla. ratio est, quia licet donatio habita à matre vel auo materno, quãuis dicatur aduẽtitia respectu patris, tamẽ cũ nõ tractat de successione patris, sed matris, certè respectu matris dicitur profectitia: ideo cõferri debet sicut olim. & sic l. vt liberis. non est correcta. per d. l. fi. C. de colla. allegando Richardũ Malũbre. & Albe. de ros. ita limitãtes in d. l. fi. & Odofr. in l. illã. C. eo. & ꝙ talis dos profecta à matre vel linea materna dicatur profectitia quãdo tractatur de successione matris à qua est profecta, probat tex. in d. l. vt liberis. in verbo, profecta. & ibi Cy. Sali. & Alex. & facit tex. alleg. per Cy. in l. profectitia. §. fi. ff. de iure dotium. & in aut. de æqualitate dotis. in fi. & in hac materia collationis dotis fac quinque conclusiones, quas ponit Soci. in consi. suo lxiiij.

SEcundò limitanda venit regula nostra, quando dicitur ꝙ aduentitia hodie non conferuntur, quòd illud verum est quo ad proprietatem, sed tamen vsusfructus proprietatis debet conferri, quia debet acquiri patri. d. l. cùm oportet. in prin. & ita probat tex. in d. l. fi. à contrario sensu, secundum Rayne. Pau. Alex. & do. meũ Ias. in d. l. fi. & Bar. in l. pater filium. in vlti. col. ff. de colla. dotis. & Cy. in l. si emãcipati. in iiij. quæst. C. de colla. Bal. tamen in aut. ex testamento. in ix. & xiiij. col. & Ang. C. de colla. * dicunt illud esse verum, nisi pater permiserit filium conniuentibus oculis percipere vsumfructum de bonis aduentitiis, qui de iure debet acquiri patri. l. j. & per totum. C. de bonis maternis. quia intelligitur donare talem vsumfructum filio, adeo quòd mortuo patre nõ tenetur fratribus conferre. l. cùm oportet. §. finautem. vbi singularis tex. de bonis quæ liberis. do. meus Ias. in dicta aut. ex testamento. in j. col. dicit quòd istud non est verum, & quòd isti boni patres decipiuntur & errant, cùm bene verùm sit quòd iste sit vnus casus singularis, in quo donatio inter patrem & filium in potestate statim valet, scilicet in vsufructu aduentitiorum. tex. est in d. l. cùm oportet. & dicit quòd in hoc bene dicunt, sed dum subiiciunt quòd mortuo patre filius non teneatur conferre, malè dicunt: quia in omnibus casibus in quibus statim valet donatio inter patrem & filium in potestate, regulariter filius tenetur tale lucrum cõferre, vt tenent omnes in d. aut. & maximè Alex. qui inter cætera dicit quòd donationem in dicto casu tenetur filius conferre, non faciendo mentionem de dictis Bal. & Ang. & credo hoc esse verum.

16 De vsufructu aduentitiorũ.

SED quomodo fiet in hac nostra patria consuetudinaria, vbi vsusfructus debetur tantùm patri quando est tutor & administrator bonorum filij, & non aliàs, & vsque ad ætatem perfectam & legitimam, post quam quidem ætatem non debetur patri vsusfructus bonorum aduẽtitiorum, an talis vsusfructus si reperiatur donatus filio, veniat conferendus post mortem patris? cogita ex antedictis.

ADDITIO. Aduerte ad vnã cautelã, quã ponit Bal. in sua practica, in tit. de statutis. quæstione xij. ad euitandum collationem, vt scilicet ille qui habuit aliquid à patre, illud distrahat, antequam veniat tempus collationis, ita quòd illo tempore non inueniatur in bonis illius cui fuerat donatum. *

INsequendo Bal. do. meum Ias. & alios qui in dicta l. fi. C. de colla. materiam præcedentem inserunt, & tractãt aliquas quæstiones circa diuisionem fratrum habentium bona cõmunia, cùm sint quotidianæ, & de pluribus fuerim pluries interrogatus, hîc aliquas inserere volo.

PRimò * videlicet quæro de vna quæstione quæ quotidie accidit. mortuo patre duo fratres remanserunt in communione: vnus eorum ex lucro laborum suorum aduentitiorum multas pecunias exposuit in communi, alius non: nunquid tempore diuisionis debet fratri illa maior impensa computari? Bal. in d. l. fi. C. determinat quòd nõ, per tex. in c. duo fratres. de duobus fratribus de nouo benefi. inuesti. vbi etiam Bal. idẽ notat Petrus de Vbaldis in tractatu societatis. vbi diffusè. Ang. in d. l. fi. fuit sibi contrarius, cùm vnum dixerit in vna lectura, aliud in alia. Alex. distinxit vno modo. & Pau. de cast. do. autẽ meus do. Ias. aliter distinxit, ad quem semper recurro, cùm casus mihi euenit, cùm discipuli sit opinionem sui præceptoris & doctrinã inquãtum potest sequi. dicit ergo, aut isti fratres sunt socij omnium bonorum: quod quomodo fit ponit do. meus Ias. in l. j. C. qui test. facere possunt. cuius doctrinam inseram hîc pòst, cùm sit vtilis. dic ergo ꝙ aut dicti fratres sunt socij omnium bonorum, & tunc hoc casu tenenda est opinio Bal. s. ꝙ tunc non curatur an vnus plus expenderit altero, & an vnus plus lucretur altero, quia omnia sunt semper communia: & in diuisione omnia æqualiter procedunt. mouetur per regulam, * ꝙ quando sunt plures socij omnium bonorũ, non debeat attendi ꝙ vnus faciat maiorem expensam in domo quàm alius: vel quòd vnus plus lucretur quàm alter, quia in societate vniuersali hoc non attenditur, sed omnia sunt æqualiter diuidenda. ita dicit Bal. in tractatu de duobus fratribus. in vij. col. in fine, per tex. in l. si socius pro filia. in prin. iũcta glo. ff. pro socio. vbi est melior tex. de corpore iuris. idem dicit Bal. in l. si patruus. in vlt. col. C. communia vtriusque iudi. Petrus de anchara in consi. cclxxxix. incip. de qua quæritur non est noua. & Lud. Roma. in consi. clxxij. quod incipit, in proposito themate. per quam regulam voluit Bal. tenere in aut. quòd locum. C. de colla. * quòd impensa studij & doctoratus mortuo patre si fratres sint socij omnium bonorum, & communes in bonis, non debet computari alteri fratri in partem suam.

17 Quæstio prima prĩcipalis.

18 Regula de socijs omnium bonorum.

19 Impẽsa studij pro filio.

LImita tamẽ prædictã regulã quãdo impẽsa nõ est necessaria neq; vtilis ipsi societati, quia tũc imputari debet in partẽ illius ratione cuius facta fuit dicta impẽsa. probatur in l. fi. §. per cõtrariũ. & l. ideo. §. quod si in alia. ff. pro socio. per quẽ tex. videtur Lud. Roma. in consi. suo cxlvj. incip. præsentis consultationis. reprobare illam decisionẽ Baldi de impensa doctoratus & studij facta impẽsis cõmunibus, cũ, vt dicit, talis impensa nõ est vtilis societati, sed tantũ illi qui studet, postea cũ erit doctor, quicquid acquiret suum erit propriũ, & non acquirit in cõmuni. tex. in l. fi. C. de inoffi. testa. iunctis his quæ tradit Bar. in l. j. §. nec castrẽse. in ij. col. ff. de colla.

Additio.

ADDITIO. Adde quòd impensa facta pro clerico non confertur, vt dicit Petrus Girardi in singulari suo liiij.incipiente,tene menti. *

PER hanc * rationem etiam dicit Ludoui. Roma. in dicto consilio,quòd ex quo impensa facta in maritan 20 *Impensæ pro maritãda filia.*
da vna filia alterius fratris non est necessaria, aut vtilis societati,sed egredietur societatem, debet compu
tari in partem patris illius filiæ maritatæ,nec debet fieri de communi patrimonio.de qua quidem materia ple-
nè per do.meũ.Ias.plura allegãtẽ pro & cõtrà,in authẽ.quod locũ.in iij.& iiij.col.C.de colla.vbi tenet quòd
nõ est maritãda de cõmuni,per tex.meliorẽ de iure,in l.si socius pro filia. iuncta gl.in prin.ff.pro socio.nisi ex
presse sit cõuẽtũ,vt dicit ibi,& intelligit prædicta pcedere quãdo dos daretur vni filiæ alterius fratris in quã-
titatẽ,& sic in pecunia numerata:secus si dos cõstitueretur in aliqua specie quæ sit cõmunis patri in aliqua do
mo,vel in aliquo prædio:tũc si alij fratres cõsentiãt fratri dotãti filiã suã de talib⁹ cõmunibus bonis,sibi præ-
iudicãt,quia vidẽtur cõsentire animo donãdi:si tamẽ esset frater minor,restitueretur aduersus talẽ tacitũ con
sensum.Ita dicit & tenet do.meus in dicto loco.vide etiã quæ dicit in §.fuerat.in xxvj.col.insti.de act.plenè de
hac materia per Soci.in cõsi.suo ccxcj.vbi amplè. & videtur tenere cõtra hãc restrictionẽ. ¶ Sed idẽ Soci.in
cõsi.suo iiij.in v.col.nu.xxiij.in iiij.vol.tenet contrariam opinionem.& in cõsi.v.in eodem iiij.volumine. *

VIde in titu.*des mainsmortes*,in §.xij. in glo.vj.& amplè de materia per Philip.Deciũ in cõsiliis.lxvj. lxvij.
& lxviij.vbi multum ponderat taciturnitatem fratris dotantis filiam de cõmuni,& nõ cõtradicẽtis, quo-
niam videntur donare alij fratres. ¶ Adde Pyrrhum in consuetu. Aurelianen. titu de societate.capite iij.vbi
ponit, an filia vnius debeat de communi dotari. * & de duobus fratribus mortuo patre simul habitantibus 21
communicantibus,an per hoc inducatur tacita societas. & concludit quòd non,nisi negotientur. Et hanc ma-
teriam societatis ponit etiam Ioan.Sanxon in consuetu. Turonen.titu.*De communaute de biens*,artic.ij. ¶ Ad-
uerte etiã * quòd in societate omniũ bonorum non venit dos adueniente diuisione , sed debet esse præcipua 22
marito.l. actione.§.si vnus qui est.§.fin.ff.pro socio. ¶ Dicit tamen Ludo.Roma.in consi.suo clxxij.in j.colũ.
quòd dos vxoris reddi debet de substantia mariti,& non de substantia fratrum, nisi probetur versa in vtilita-
tem fratrum.& ibi etiam dicit idem de donatione propter nuptias : * secus in lucro dotis quod euenit tem- 23
pore communitatis,quia debet cõmunicari.Pet.de Vbaldis in tractatu de duobus fratribus.in quinta parte

AVT verò isti fratres non sunt socij omniũ bonorũ,nec in cõmunione omniũ bonorum, & tũc tenet do.
meus Ias. ꝙ in ista societate particulari illud quod vnus frater expẽdit plus altero possit ab alio repeti, ꝑ l.
sociũ qui in eo.§.fi.& l.si vnus.§.si quid.ff.pro socio.& ista tenet Alexan.in d.l.fi.bene cõsiderãdo eius dicta.

SED quia * hìc antè dixi, quòd erat videndum quando dicatur contracta societas omniũ bonorũ inter fra. 24 *Conclusiones quãdo inter fratres simul habitantes præsumatur societas.*
tres simul habitantes post mortem patris,aut habitantes cum patruis , vt hæc materia sit clara practicis,il-
lam expediam per conclusiones & doctrinas doctorum cum limitationibus.

PRima ergo cõclusio seu doctrina in hac materia erit, ꝙ quãdo omnes fratres simul habitãtes nõ sunt om-
nes maiores,sed alter eorũ est pupillus,alter maior,tunc inter eos non est cõtracta societas.l. vt in condu-
ctionibus.ff.pro socio.Bar.in l.si patruus.C.cõmunia vtriusq; iudi.Ang.in consi.lx.inci. De pluribus fratribus.
Lud Rom.in consi.xxviij.inci.in casu proposito.Do.meus Ias.in d.l.j.C.qui testa.face.pos.qui ampliat etiam si
tractetur de vtilitate pupilli,quia si valde conduceret ꝙ intelligeretur contracta.Ita Bal.in l.cùm oportet.in
prin.in iij.col.C.de bonis quæ libe.& Alex.in cõsi.suo xlix.in j.vol.in j.col.Lud.Ro.tamẽ cõsuluit pũctualiter
cõtrariũ.ita cõsuluit in cõsi.cccclij.quod inci.Omnipotẽtis Dei visa principali cõstitutione.& dicit do.Soci.in
consi.suo clx.inci.Domin⁹ labia mea,&c.in præsenti consultatione.in v.col.quæ opinio Lud.Ro.est sustenta-
bilior & fortè verior, * nã pupillus potest sibi acquirere sine tutoris autoritate.§.pupillus.insti.de inuti.stipula. 25
sed quòd obligare se non possit,est in eius fauorem introductũ,ergo aduersus pupillum obseruari non debet,
vt dicit tex.in l.iij.§.diuus.ff.de de carbo.edic. * imò etiam si prohibeatur per statutum ne pupillus aut minor 26
quid sine tali solennitate faciat,si tamen faciat in eius vtilitatem,sibi acquirit,& valet actus.glo.est quam Ang.
ibi singulariter notat ad hoc in l.ij.ff.de accepti. & probatur in l.cum hi.§.si causa. & ibi hoc tenet Guliel.de
cuneo.ff.de transactio.ad idem glo.& Bal.in l.quicunque.C.de bonis quæ libe.& consuluit Ang.in consi.suo
vlt.incip.Statutum est quòd mulier.plura dixi suprà in ti.*Des droictz & appartenances a gens mariez*.§.j.incip.
Femme mariée,soit qu'elle ait pere. in glo.in verbo.*contraulx entre les uifz*.in v.limitatione.vbi quædam allega-
ui in oppositum.Ex quibus cogita quid dicendum de veritate huius decisionis.

ET stante prædicta decisione Lud.Roma.in d.consi. cccclіiij.vera,dic ergo * quòd conclusio & regula limi 27 *Prima cõclusionis limitatio.*
tari posset,nisi esset vtile ipsi pupillo quòd societas fuisset contracta,per supradicta.

LImita secũdò,nisi talis pupillus haberet tutorẽ qui cõmunicaret aliis fratribus,& alij sibi cõmunicarẽt: tunc
intelligeretur cõtracta societas.tex.est in l.vt in conditionibus.ff.pro socio.Bal.expresse in d.l.si patruus.in
vlti.col.C.cõmunia vtriusq; iudicij.& in l.mãdatũ.in secũda opinione.C.mãdati.nec obstat si dicatur ꝙ tutor
nõ potest autorizare nisi loqueretur,per tex.in l.j.ff.de auto.tuto.& notat Dy.in l.vbi nõ voce.ff.de reg.iur.&
Bal.in l.fine.C.ad Velleia. quia ad hoc respondet Bar.ꝙ illud est verũ in actibus expressis & qui verbis expe-
diũtur:secus in tacitis,& qui factis expediũtur,vt dicit Bal.in d.l.mãdatũ.& ibi Bartholo.de Salice.in vij.oppo.
& idẽ Bal.in d.l.si patruus.argumẽto l.si fistulas.§.si fundum.de contrahen.emptio.ita dicunt & tenẽt do.meus
Ias.in d.l.j.C.qui testa.facere possunt.& Soci.in consi.suo clx.in v.col.ibi,respondent etiam & aliter.& Alex.
in consi.suo xxxij.in v.vol.& in consi.xxxvj.& xxxvij.cum tribus sequentibus,in iiij.vol.

TErtiò limita,nisi pater in vita mandasset communi nomine exerceri,quia quo nomine iussit testator,eo no
mine factum præsumitur,non obstante quòd aliquis esset pupillus. text.in l.qui negociatione. in princi.ff.
de admini.tuto. quem tex.allegat formaliter Bald. ita limitans in d.l.nõ oportet.in iij.col.C.de bonis quæ libe.
ita tenet do.meus Iason in d.l.j.C.qui test.facere possunt.Alex.in cõsi.suo xlix.in j.vol.repetito in cõsi.xxxvij.
in iiij.vol.in j.col.Barba.in cons.xxxvj.in xv.col.in ij.vol.& quid importãt hæc verba prolata per testatorem,
volo quòd filius meus pupillus viuat communiter,& moretur vsque ad vigintiquinque annos cum fratre,vide
Bar.in consi.suo clxviij.incipien.quidam habens bona communia.

QVartò limita dictã cõcluſionẽ procedere in pupillo,non autẽ in adulto carente curatore,per regulã,ſi cu
ratorẽ habẽs.C.de in integrũ reſtitutio.minorũ.ita in ſpecie limitat do.Alex.in cõſ.ſuo xlix.in ij.col.in
j.volu.repetito in cõſi.xxxvij.in iiij.vol.vbi dicit quòd maximè quo ad fructus poteſt diſponere prout maior,
& ideo in illis poteſt contrahere ſocietatem.vide ibi per eum.& in conſi.ſuo xxx.in ij.volu.

QVintò pro limitatione dic ꝙ licet pupillus non poſſet tacitè vel expreſſè ſocietatẽ contrahere cũ fratri-
bus aut patruis,tamen ſi aliquid ſecum communicatum ſit,vel cõmuni nomine factum, poterit pupillus
quando pupillarem ætatem exceſſerit ratum habere,ſi fuerit bene geſtum.ita Bal. in trac.de duobus fratribus.
quem perfecit poſt Bar. qui imperfectum dimiſerat,alle.l.pupillus.in prin.ff.de nego.geſt.l.ſi pupilli.ff.de do-
na.Ita tenent Alexan.in dicto conſi.xlix.in j.vol.iam ſupra allega.& Soci.in conſi.clx. in v.col. vbi dicit quòd
iſta ratificatio colligitur, ex quo factus maior incipit communiter exercere artem & proſequi.l. Iulianus. cum
materia.ff.qui ſatiſda.cogan.Et etiam ſi fiat diuiſio lucrorum tanquam quæſitorum in cõmuni ſocietate,vt di-
cit ibi Soci.& ita etiam tenet Philippus Decius in conſi ſuo xxj.in j.colum.

28 Cõcluſio ſecũda. SEcunda*principalis concluſio eſt quando omnes fratres ſunt maiores natu, ſed neuter eorum negotiatur,
quia ſunt nobiles & diuites, & in hoc concludunt doctores quòd licet hæreditatem paternam indiuiſam
poſſideant,tamen inter eos non præſumitur cõtracta ſocietas,niſi expreſſè ſit dictũ.& ita tenet Bar.in d.l.ſi pa
tronus.per tex.in l.ex parte.§.ſi filius.ff.familiæ herciſ.Alex.in conſi.ſuo xlix.in j.vol.& in conſi.xciiij.in j.vol.
inci.Viſis dubiis.quod eſt repetitum in conſi.xxij.in iiij.vol.

Eius limitationes. LImita hanc concluſionẽ duabus limitationibus. Primò videlicet, niſi omnia vndecunque ſimul communi-
cata fuiſſent,quia tunc per hanc communicationem intelligitur contracta ſocietas omnium bonorum.Ita
tenet Bal.in l.ſi patronus.in pe.col.circa finẽ.C.cõmunia vtriuſque iudi.Alex.in d.cõſi.xlix.in ij.col.in j.vol. &
plures tenent in hoc cum Bal.contra Bar.De quibus per do. meum Iaſ.in d.l.j. C.qui teſta.facere poſ.

LImita ſecundò,niſi ex diuturnitate temporis, & communi vſu viuendi,& concurrente conuerſione ſangui
nis aliud inducatur,quia fratres ſunt.Ex iſtis tribus abſque aliqua negotiatione, etiam inter eos cenſebitur
contracta ſocietas,per regulam.l.Procula.ff.de proba.iuncta l.qui ſeruus communis.ff.de dona.inter virum &
vxorem.iunctis his quę notantur in l.qui dotem.ff.ſol.matri.Ita tenet.Alber.de roſa.in d.l.j.C.qui teſta. facere
poſſunt.& poſt eum Bal.& do.meus Iaſon,& Sali.in d.l.ſi patruus.

29 Cõcluſio tertia. TErtià*principalis concluſio eſt quando mortuo patre alter ex fratribus tantũ negotiatur, alter non, quia
tunc inter eos nõ eſt contracta ſocietas,cũ alter nihil ponat.l.j.in fi.ff.pro ſocio. & ille qui negotiatur ma
gis videtur donare quàm contrahere: vnde quæſita per eum qui negotiatur non debent cõmunicari alteri qui
non negotiatur.Ita Bar.in d.l.ſi patruus.& d.l.cum duobus.§.ſi tunc fratres.ff.pro ſocio.Et cũ Bart.tranſeunt
Fulgo.& Pau. de ca.ſed intellige tamen in hoc Bar.quando alter frater qui non negotiatur non poneret lucra
vndecunque prouenientia in communi, ſed ea ſibi reſeruaret: ſecus autem ſi lucra vndecunque prouenientia,
ſiue ex domo,ſiue ex reditibus beneficiorum in communi poneret,quia tunc inter eos præſumeretur cõtracta
ſocietas. Et ita tenet Bal.contra Bar. in hoc,in l.ſi patruus in vlt.col. & in tractatu de duobus fratribus.in viij.
col.& Petrus de Anchara & Alex.in conſiliis ſuis ſuprà alleg.& ad prædicta addendum eſt dictũ Bal.in l. præ-
tor.§.ſed & filius. per illum textum.ff.de edendo. vbi dicit quòd ſi ſunt duo fratres ſimul habitantes mortuo
patre,quorum vnus eſt notarius,vel aduocatus,vel mercator,& lucrum ſuum ponit in communi:quod ex hoc
præſumitur & intelligitur quidam ſocialis conſenſus inter eos, & plus non dicit. ¶ Aduerte etiam ad vnum
30 in ſocietate, * ꝙ poſſeſſio nõ requiritur,nec traditio in ea tranſlatione dominij.l.j.§.j.ff.pro ſoc.& in l.ſocius.
ff.ſi cer.peta.vbi latè moderni,vt dicit Pyrrhus in conſuetudi.Aurelianen.tit de ſocieta.c.iij.& adde Iaſ.in d.l.
de diuiſio.col.ij.ff.ſol.matri.¶ Faciunt quæ dicit Bal.in l.nulla. in prin.C.de iure dotium. dixi ſuprà,in tit. des
droictz & appartenances a gens mariez.§.ij.in glo.*participant.*& hoc titu.§.j.in glo.*ſaiſiſt.* in additione ibi po-
ſita,vbi poſui caſus in quibus non re quiritur traditio.*

31 Concluſio quarta. 32 Regula. QVartus & vltimus*caſus,ſeu quarta principalis concluſio, & cæteris frequentior & vtilior eſt,quando o-
mnes fratres mortuo patre negotiantur ſimul,& in hoc fac regulã generalem * quòd inter omnes fra-
tres maiores natu ſimul mortuo patre negotiantes,præſumitur cõtracta ſocietas,ſicut in dubio præſumitur cõ-
tractum matrimonium inter virum & mulierem ſimul habitantes.l.in cõcubinatu.& ibi Bar.ad hoc notat in fi.
ff.de concubi.& l.in liberę.ff.de ritu nuptiarum. & quia eſt actus qui non poteſt geri citra ius & nomen ſocie-
tatis.argumen.l.pro hærede.in prin.ff.de acquiren hæredi.ita Bar.in d.l.ſi patruus.

Regulæ intellectus. INtellige hanc regulam vt ſit ſocietas contracta illius negotiationis vel mercantiæ quæ exercetur, & non o-
mnium bonorum, eo quòd actus noſtri voluntarij non extenduntur vltrà quàm gerãtur.l.j.§.ſi.quis hoc in-
terdicto.ad finem.vbi Bar.hoc notat.ff.de itinere actúque priuato.ita Bar.in d.l.ſi patruus.Panor.in cõſi.lxvj.
quod incipit,attingam breuiſſimè deciſionem huius dubij.in j.volu.Alex.in conſi.lxxviij.in ij.volu.inci.diſcuſ-
ſis.Philippus Decius in conſi.xxj. incipiente, viſo puncto.Subintellige prædicta habere locum & eſſe vera in
actibus vniformibus,ſed quando omnes fratres negotiantes exercentur in eadem mercantia vel negotiatione,
puta quia omnes ſe exercent in mercantia pannorum,vel tenent apothecam, tunc verum eſt quòd intelligitur
contracta ſocietas tantùm illius negociationis: ſecus autem in actibus difformibus & varietatem habentibus,
puta vnus eſt mercator,alter aduocatus aut practicus, alter eccleſiaſticus, & omnia bona vndecunque proue-
nientia ex diuerſis exercitiis communicant: quia tunc ex diuerſis exercitiis, & ex actibus ita promiſcuis & in-
differentibus debet præſumi contracta ſocietas generaliter omnium bonorum.ita tenet Bal.in l.ſi patruus.in
vlti.col.& in tractatu de duobus fratribus.in viij.col. & ſequen. & iſtud ſequitur dominus meus Iaſon in d.l.j.
vbi dicit ꝙ ſibi plus placet hæc diſtinctio Bal.& dicit quòd Lud.Roma.in cõſi.ccxcj.incipien.cùm iſti fratres.
comprobat plenè iſtud per quatuor rationes. etiam Lud.Rom.in conſi.cccclxx.quod inci.cũ iſti fratres lucra
ex negotiationibus.& plenè de hac diſtinctione Bald.per And.Sicu.in conſi.ſuo xxxvj. incip. Scribitur ſapien
ter. in iiij.& v.col. in ij. volu. vbi maximè dicit quòd etiam inter nobiles qui negotiantur, ſi tamen vndecun-
que prouenientia cõmunicant, præſumitur contracta ſocietas,& ibi plenè per eum,ad quem recurrendum eſt,

& ad dominum meum Iasonem in dicta l.j.

ADDITIO. Aduerte tamen si vnus ex sociis aliquid emat nomine proprio, an sit communicandum, vide Bertrandi in consilio suo ccclviij.nume.primo, in prima parte.

ADdãtur ad prædicta quę dicit Bal.in l.mandatũ in. iij.opinio.C.mãdati. vbi dicit ꝙ si morte patris finita erat societas cũ alio socio cõtracta, iuxta.l.actioe.§.morte.& l.adeo.in prĩ.ff. ꝓ socio. tamẽ si filius postea cũ socio patris hisdem institoribus vtatur sicut prius, intelligitur societas cum filio renouata, quãuis filius fuisset pupillus tutorem habẽs, cuius patiẽtia interuenisset, per id quod habetur in l.si quis mancipiis.§.si impubes.& l.in eũ.§.si dominus.ff.de instit.bonus text.in l.cuicunq;.§.fi.eo.tit.quod dictũ refert & sequitur Barbatia. in c.quia.in xij.col.de iudi.& in c.peruenit.in iiij.col.de emptio.& vendi.Alexã.consi.cxxxij.in j.col.incip. per lectis.in v.volumi.faciunt & alia quæ dicũtur de huiusmodi continuatione seu renouatione societatis per Ioannem Lupum in repe.rubri.de donatio.inter virum & vxorem.§.lxij.nume.xxviij.& xxix.

ADDITIO. Sed quid si viuo patre vnus frater maior negotietur, eo ꝙ pater est senex, nunquid postmodum debeat habere salarium de sua negotiatione? videtur quod sic, vt tenet Pet.Girardi in suo singulari lxxxiiij.incipiente, executor vltimæ voluntatis. *

ADueruertendum est tamen, quoniam vt dixi, * societas omniũ bonorũ fundatur ex præsumptionibus & actibus qui nõ possunt fieri citra ius & nomen societatis, vt inquit Bar.in l.Titiũ & Męuiũ.§.altero.ff.de admini.tuto.& in d.l.si patruus.arg.l.pro hærede.l.Papinianus.ff.de acquir.hæredi.& tales præsumptiones vel coniecturæ sunt quandoque graues, quandoque violentæ, quandoque leues secundum varietatẽ casuum, vt notat Pet.de Anch.in consi.ccccij.incipien. Materia de qua quæritur.& Ange.in cõsi.cxij.incipien. Bona acquisita.col.j.Ad hanc enim societatẽ generalẽ omnium bonorum plures præsumptiones & coniecturæ requirũtur secundũ Pet.de Anchara.vbi dicit plura esse, ex quibus videtur esse contracta talis societas. 33

PRimò, * cõmunicatio bonorũ post mortẽ patris aut aui. Secũdò cõmunionis cõtinuatio ꝑ xxx. ãnos. Tertiò, cõmunis habitatio vtriusq; familiæ. Quartò, cõmunicatio fructuũ ex possessionibus. Quintò, expẽ.sumptuũ & onerũ imminẽtiũ circa res & ꝑsonas ipsorũ, nũquã inter eos reddita vel inita ratio, licet factę fuerint de obuẽtionibus in cõmuni. Ita etiã dicit idẽ Pe.de Anch.in cõsi.clxix.inci.Plura dubia. Et ita refert Philip.Decius qui fuit preceptor meus in cõsi.suo xxj.in ij.col.incip.viso pũcto.& ex his actibus satis præsumitur cõtracta societas. ¶ Vide Boeriũ in cõsuet.Bituricẽ.tit.de cõsuetud.matri.§.iij.vbi in materia societatis allegat plura cõsilia doctorum ex quibus plura sunt hĩc allegata. ¶ Et vide etiã Soci.in consi.suo iiij.in iiij.vol.vbi dicit duplicẽ esse societatẽ, expressam scilicet & tacitã, & ibi ponit plures species societatis, & vide eundẽ in cõsi.suo vj.eod.vol. 34 *Præsumptio. ꝓ societate omniũ bonorum.*

ET aduerte quia omnes prędictæ societates intelligũtur in diuisione fienda inter eos qui prætẽdũt habere cõmunitatem. Sed in hac patria in qua sunt serui & homines manusmortuæ aliter & alio modo quoad dominum est cousideranda communitas, cũ semper & omni casu fratres etiam, siue sint pupilli, siue nõ, seu si sint cum patruis, siue non, censentur, tenentur, & reputantur cõmunes in bonis, etiam post mortem patris, & maximè illa in qua pater eorum erat cũ patruis, nisi cõstet de diuisione bonorũ mobilium & hæreditagiorum, & separatione foci, panis, & habitationis, vt in §. *gens de mainsmorte estans en communion*. in tit. *des mainsmortes*, nec alij actus de quibus suprà, faciũt quo ad prædictos effectus præsumere cõmunionem esse in vna negotiatione in qua negotiãtur, & separationẽ in illa in qua nõ negotiãtur nisi quo ad eos tãtũ. ¶ De iure tamẽ ꝑ nõ diuisionẽ nõ inducitur cõmunitas, nec societas.l.si fratres.ff. ꝓ socio, ita dicit Pyrrhus in cõsue.Aurelian.in tit. de societate, cap.iij. Et ibi dicit * ꝙ cõfectio inuẽtarij ꝑ fratres post mortẽ patris est actus contrarius societati. 35 *Quid de societate fratrũ manusmortuæ.*

ET aduerte * ꝙ notanter dicitur suprà in regula, si simul negotiantur mortuo patre, quia si viuo patre negotiabãtur, & mercaturã etiã diuersam, aut vnam eandẽ exercebãt, & omnia lucra simul ponebãt, tamen inter eos nõ pręsumitur cõtracta societas, nec ad debita vnius alter tenetur, vel econtrà, eo ꝙ cũ viuo patre fructus aduẽtitiorũ debebãtur ipsi patri, itelligũtur tales filij negotiari ꝓ patre, & sic nõ cẽseatur inter eos aliqua societas cõtracta. Ita limitat Bal.in l.cũ oportet.in prin.in iij.col.C.de bonis quæ libe.& in l.certũ.in ij.col.& in l.filiæ.in vj.col.C.fami.hercis.& in l.cũ duobus.§.fi.in lectura antiqua.ff.de nego.gest.& per Lũdo.Roma. in consi.ccccLxxj.incipi.Lucrũ autem.allega.per dominum meum Iasonẽ in d.l.j.C. qui testa. facere possunt. 36

SED quid * si vnus fratrum viuo patre negotietur circa possessiones patris, alij verò non, & habeat alios fratres nihil negotiantes, an mortuo patre in diuisione bonorum alleg.ratione negotiationis & administrationis factæ per eum, possit petere tantum salarij quantum dedisset pater vni negotiorum gestori? Dominus meus Iason in l.illud. in quinta colum. quærit de hac quæstione post Fulgosium, sed satis crudè eam determinat, & posset meliùs decidi per hĩc antè dicta. 37 *Quæstio notabilis.*

ET quando ibi disputat dominus meus Iason si vnus ex fratribus cõmuniter negotiantibus emerit suo proprio nomine fundũ, licet de pecunia cõmunis negotiationis, an teneatur talẽ fundum communicare, vide ibi plenè per eum, & per eundem.in l.j.in fine secundę colum. C. de furtis.& amplissimè per dominũ Andre. Sicul. in dicto consilio xxxvj.in ij.volumine.Pet.de Anch. in dicto consilio cxlix. & consi.ccccij.suprà allega. Philippũ Decium in dicto consilio xxj.in v.col.ibi, quartò vidẽdum est. ¶ Vide de hoc Ioan.Sanxon in consuetu.Turonen. titu.*de communaute de biens*, articu.ij.folio cxxix.ibi, hinc dicit Bal. * Quid autem de duobus ementibus vnam rem, an in illa re dicantur socij? text. in l.ij.in princ.& ibi Barto.ff.commu.diuidun. & Iason in §.quædam.institu.de action.tenent quòd sic, si animo contrahẽdæ societatis simul emerint. vide Boerium in consuetud.Bituricen.titu.de consuetudi.matri.§.ij.in fine glo. ¶ Et dicit dominus meus Ias.in dicto §.quędam.quòd etiã proprietarij possunt inter se diuidere proprietatem rei non vocato vsufructario, sed non pręiudicat vsufructuario nisi vocetur, per tex.in l.is qui fundum.ff.de vsufru.legato.contra tamen dictum Nicolai de Neapoli qui dicit quòd non possunt diuidere eo non vocato. 38

QVia hĩc ergo vidimus quomodo societas omnium bonorum contrahatur siue tacitè, siue expressè, redeamus ad quæstiones superiùs promissas tangere, de quibus per dominum meum in l.fina. C.de colla.expedita ergo prima.

39 *Secunda principalis quæſtio.* QVæro de quæſtione * quam annectit Paul. de caſt.in d. l. fina. quam dicit de facto fuiſſe in ciuitate Paduæ in duobus fratribus nobilibus,quorum vnus habebat magnam familiam,ſcilicet vxorem,filios,nutrices & ſimiles perſonas , ſed gerebat totam curam rei domeſticæ & familiaris, alius frater qui non habebat vxorem nec filios,nullam curam habebat de rebus familiaribus, nunquid tempore diuiſionis poſſit iſte frater minor natu petere à maiore illam impenſam vxoris filiorum & familiæ,quas iſte non habebat?dominus meus in d.l.fina.poſt Pau.de caſt.finaliter concludit quòd non.dicit tamen Bald. quòd in ruſticis eſt verum, quando filij illorum operantur in domo,aliàs non.

CRedo quòd in omnibus ſufficit pro recompenſatione dictarum impenſarum cura & ſollicitudo , ſeu adminiſtratio illius fratris habentis filios circa rem domeſticam & familiarem.

40 *Tertia quæſtio principalis* SVbnectit*idem do.meus in d.l.fi.quid econtra,videlicet ſi duo fratres mortuo patre ſtant in communione bonorum paternorum, vnus frater habet filios qui tota die lucrantur & exponũt in communi lucrum, alter frater nullos filios habet,nunquid iſte frater tempore diuiſionis, qui habet tot filios laborantes,habebit plus altero,quod veriſimiliter lucrati ſunt eius filij.Iſtam quæſtionem examinat ibidem dominus meus Iaſon, & in §.ſequens.in penul.& vlti.colum.inſti.de actio. & breuiter concludit inſequendo Ange. in l. ex duobus. ff.de nego.geſt.quòd debet haberi ratio operarum illorum filiorum, & ideo dicit Bald . in tractatu de duobus fratribus.in ix.colum.quòd ſi duo fratres ruſtici teneant terras ad laborandum, & vnus eorum habeat duos filios laborantes,alius nullos , quòd fructus ex cultura percepti tempore diuiſionis debent diuidi in capita, & non ſtirpes,& ſic ille frater qui habebat duos filios habebit tres partes,& alius vnam. Et vide eundem Bald. in d.tracta.in vlt.col.vbi dicit,tales fructus percepti ex opera debent diuidi arbitrio boni viri,iuxta veriſimilem operarum qualitatem.Plus dicit idem Bal.in l.j.in xj.quæſt.C.pro ſocio.vbi dicit ꝙ ſi duo fratres mortuo patre habeant prædiũ commune,& conduxerunt duo prædia ad laborandũ,& vnus iſtorũ fratrũ habebat duos filios laborãtes,alius nullũ habebat,& ex fructibus prædiorum multa acquiſiuerunt,ꝙ quo ad lucra prouenientia ex prædio communi medietas attribuitur proprietati,& alia æqualiter diuiditur per capita, non ſolùm fratrum , ſed filiorum , quia eſt natura ſocietatis quòd diuidant lucra per capita . De aliis verò fructibus perceptis ex prædiis conductis ad laborandum , tenet quòd lucrum diuidatur per capita fratrum & filiorum, & ſic ille frater qui duos filios laborantes habebat conſequetur tres partes, & alius vnam. & iſtam deciſionem allegat & ſequitur dominus Alexan. in conſilio ſuo cxxxiij .in ij. volumi. & in aliis locis allegatis per dominum meum Iaſ.in d.l.fin.C.de collatio.

ADuerte quia videretur ꝙ iſtud intelligi deberet in fructibus perceptis, ſed ſi fiat diuiſio hæreditagiorum fructibus pendentibus,videtur quòd cedere debeant fundo. Quia fructus pendentes pars fundi eſſe cenſentur.l.fructus penden.ff.de rei vendi.dixi in pluribus locis.Credo etiã quòd ſi fiat diuiſio inter fratres habẽtes hæreditagia ſeu prædia communia fructibus pendentibus iam cultiuata & ſeminata per fratres & eorum filios , ex quo ius eſt iam queſitum filiis fratrum qui iam laborauerunt & cultiuauerunt , quòd ſine voluntate & conſenſu eorum, cùm iam ius eſt queſitum per dictam culturam & laborem,non poteſt fieri prẹiudicium in fructibus in quibus debẽt habere portionem per capita laborantium.Quoniam diuiſio proprietatis non præiudicat habenti ius in fructibus.d.l.is qui fundum.ff.de vſufru.le.

41 *Quarta regula Baldi.* QVarta regula Baldi eſt*ꝙ donatio facta filiis inpoteſtate , quia habet vim relicti, cùm confirmetur per mortem,non confertur,quia id quod poſt mortem eius,de cuius hæreditate agitur, queritur,non cõfertur.vt l.j.§.ſi impuberi.ff.de colla.bono.ſed ſi eſt donatum emancipato tempore emancipationis confertur , ſcilicet vt liber.§. fi.C. de colla. Si verò poſt emancipationem hoc priùs non acto , non fit collatio niſi in

42 *Dona-* duobus caſibus,vt in l.illud.§.fi.C.de collatio. & hoc in ſimplici donatione, * ſed in donatione remunerato-

43 *tio remuneratoria.* ria non fiet collatio,quia non eſt mera dona.l. Aquilius Regul.ff.de dona.aut.ſi parens.C.de inoffi.teſta.*Donatio verò propter nuptias bene confertur,vt per tex.Bal.& docto.in l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſta. & in l.omnimodo.§.fi.C.de inoffi.teſtamen.Ita dicit Bal.in d.l.quoniam nouella . ¶ Sed pro clariori intelligentia huius regulæ aduertendum eſt ad tria dubia.

Dubia tria. PRimum,vtrùm donatio ſimplex facta filio debeat cõferri.& iſtud diuidetur in duo dubia.Primum,vtrùm donatio facta filio in poteſtate debeat cõferri.Secũdũ,vtrũ donatio facta filio emãcipato debeat cõferri.

¶ Secundum,vtrùm donatio remuneratoria debeat conferri.

44 *Donatio propter nuptias.* TErtium,*vtrùm donatio propter nuptias debeat conferri De iſta non aliter inſiſtam, quia eſt ſatis clarũ, vt dixi,vt per Bald.& docto.in l.quoniam nouella.C.de inoffi.teſta.& in l.omnimodo.§.fin.C.de inoffi. teſta.& etiam vndecunque procedat,dummodo procedat de bonis illius de cuius hæreditate agitur,quia ſemper debet conferri.dominus meus Iaſon in dicta l.quoniam nouella.

AD primum omiſſa diſputatione doctorum,de qua in aut.ex teſtamento.C.de collatio.maximè per domi-

45 *Regula communis.* num meum Iaſ. fac regulam & communem concluſionem,*quòd donatio facta per patrem filio in poteſtate,non debet conferri,quia morte confirmatur, & ſic videtur eſſe queſitum poſt mortem patris. Iſta eſt communis concluſio,& regula doctorum in dicto loco.

LImita primò iſtã cõmunẽ cõcluſionem quo ad nos,& in patria noſtra cõſuetudinaria Burgundię nõ habere locũ generaliter dictã cõmunẽ concluſionẽ,quia cũ ſit filius,& ſit vnus de debentibus ſuccedere, & de veris ſucceſſoribus,ꝙ non poteſt eidẽ aliquid relinqui plus quã alteri, quia teſtator per conſuetudinẽ noſtrã non poteſt plus vni relinquere quã alteri per quancunq; vltimã voluntatẽ, quod tamen fieret ſi ita eſſet ꝙ talis donatio haberet vim relicti.Et ideo quomodocũq; ſit,ſemp in patria noſtra cõſuetudinaria donatũ filio in poteſtate nõ poteſt ei eſſe pręcipuũ,imò ſemper eſt ponẽdũ in hæreditate,& quilibet filiorũ habebit partẽ,quia aut confirmatur morte,& tunc quia habet vim relicti non valeret per conſuetudinem noſtram,aut non confirmatur morte,& tũc reperiretur in ipſa hæreditate,ex quo erit inualida,& ideo diuidetur inter omnes hæredes.

ALias tres limitationes ponit gl.in aut.ex teſta.C.de collatio.ponendo tres caſus, vbi donatio ſimplex facta filio in poteſtate debet conferri,vt ibi per glo.

Dominus

DOminus meus Ias.in d.aut.ponit alias quatuor limitatiões ad dictã cõclusionẽ,quas nõ repeto hîc,sed tãtũ pono vnã,videlicet quę est,ꝙ in omnib⁹ casibus in quib⁹ donatio facta per patrẽ filio in potestate,valet, statim in omnibus illis casibus donatio debet cõferri cũ fratribus,cũ statim valeat, vt tenet Alex.in d. aut. in iij.col.qui aũt sint casus in quibus donatio facta per patrẽ filio in potestate valet,ponit do.meus Ias.in l. frater à fratre.in litera,in xviij.col.vsque ad finẽ.& in repetitione,in fine.ff.de cõdictio.indebi.& omnes illos casus ponit Soci.in suis fallentiis,in litera D,in centesimatertia regula fallentiarũ.vbi in apostil.ponuntur remissiones ad hanc materiam,ideo cum hic §.sit iam satis oneratus non insisto, sed ad ibi dicta me remitto.

ADuertendum est tamen quòd cùm,vt videmus,donatio quæ fit filio in potestate fauore & contemplatione matrimonij valet, vt tenet Guido pape in decisione sua cxlv. debet cum fratribus conferri,per limitationem hîc ante positam.

DE donatione * autem quæ fit filio emancipato clarum est ꝙ debet conferri,cũ statim valeat,& ideo debet cõferri.& ita tenet do.meus Ias.in d.aut.ex testa.in v.col.vsque ad finẽ.vbi ponit disputa. huius quæstio.deinde facit regulã cũ quatuor limitationibus,sed tu dic ꝙ quicquid sit,semper in hac patria tenetur cõferre,nisi in casu primæ limita.s.quòd nõ vult succedere, quia tũc hoc casu non tenetur conferre, & nisi fuerit expresse dictum per donatorem quòd non vult talem donationem conferre,per tex.in d.aut ex testamento. 46

AD secundum * vtrùm donatio remuneratoria conferri debeat cum fratribus, nam remuneratoria quæ fit filio in potestate per patrem statim valet,vt tenent doctores in aut.vnde si parens.C.de inoffi. testa. Bar. Soci.in consi.suo ccxv.incipien.visa.versi.confirmo etiam.ergo videtur quòd debeat conferri,per limitationẽ præcedentem,tu tamen dic contrarium, cùm talis donatio censetur peculium aduentitium quasi quæsitum industriis filij,secundum glos.in l.si donatione.C.de colla.vbi dominus meus Iason in iij.colum. sed aduentitia hodie non conferuntur,vt in l.fin.C.de collatio.igitur. 47 *Donatio remuneratoria an conferri debeat.*

ET dicit ibi * do.meus Iason ꝙ tria copulatiuè requiruntur ad hoc vt dicatur donatio remuneratoria: primò quòd talia merita verè appareant:nec in hoc staretur assertioni patris.docto.in d.l.si donatione. & dominus Soci.in consi.suo ccxcv.in iij. & iiij. col. qui posuit in hac patria sex casus multum notabiles, quos hic inseruissem,nisi hic §.iam satis fuisset oneratus,sed vide eum cùm casus tibi euenerit. 48

ADuerte,si merita non appareant, an saltem valeat vt donatio simplex. videtur quòd non,quia tanquam simulata non transit possess.in donatarium.text.singularis in l.emptor.ff. de aqua plu.arcenda.Ang. in l.j. §.si pater.ff.pro donato.& in l.si donatione.C.de collatio.Cepola cautela cxlix. licet contrarium teneat Bar. in d.§.si pater.dixi plenè in meo monologio,in verbo,donatio.

SEcundò requiritur * ꝙ talia merita sint æquiualentia rei donatæ,hoc est ꝙ filius fecerit tale meritum patri, quòd si fuisset extraneus,tantum fuisset lucratus.c.relatum.in versi.iuxta seruitij meritum.de testa.aliàs illud donatum quod excedet meritum non esset aduentitium,nec valeret,secundum Bal.& Salic.in l.illud.C.de sacrosan.eccl.& latè Imola in l.Aquilius Regulus.ff.de donatio.ex quo reprehẽditur Bal.in aut.ex testamẽto. in iij.col.C.de colla.quẽ sequitur Rom.in d.l.si dona.vbi dicũt ꝙ sufficit ꝙ benemerita filij nõ sint infrà dimidiam rei donatæ,quia illud reprehendit Alexan.in d.l.si donatione. & post eum dominus meus Iason.& idem dominus meus in l.petens.in vj.C.de pactis.& in authen. vnde si parens.in vlti.col.C. de inoffic. testamento. Alexan.in consi.lv.in ij.col.in j.volumine ponit quomodo merita debent esse æquiualentia. 49

TErtiò requiritur * ꝙ talia merita seu talia seruitia nõ sint obsequialia ad quæ tenetur filius,quia non exigunt remunerationẽ.l.filia.C.de patria potestate.secũdũ Bal.& omnes modernos in l.filiæ cuius.C. fami. herciscundę.& istis concurren.si fiat talis donatio propter benemerita,quę dicitur remuneratoria,nõ fiet collatio,nec veniet cõmunicáda cũ aliis fratrib⁹.plura alia specialia habet huiusmodi donatio remuneratoria,de quibus per do.meũ.Ias.in l.ex hoc iure.in xij.col.ff.de iustitia & iure.& in l.si nõ sortẽ.§.libertus.ff. de condictio.indebi. ¶ Aduerte, * quia si pater dederit filio aliquid pro titulo vt promoueatur ad sacros ordines,nõ tenetur conferre,vt in terminis tenet Io.Fab.in l.si emancipati.in suo breuiario.C. de colla.& in §.igitur quartam.insti.de inoffi.testa.& rationem ibi assignat,quia non potest vendi,nec ad hæredes transmitti. 50 51

QVinta regula Baldi est, * quod illud quod acquirit filius ex titulo non lucratiuo sed oneroso non venit in collatione.l.j.§.nec castrense.ff.de colla.bonorum.versi. hæc enim propter onera. quia nõ videtur adesse,cũ tantũ sibi absit de proprio quãtũ quæsiuit,argumen.l.quia præcio.ff.de vsufru. & si plus valeret, illud censetur ex industria.ff.ad legem Falcidiam.l.si hæres.& sic aduẽtitium, ideo non conferendum. ista sunt verba Baldi in d. l.quoniam nouella.in sua quinta regula. 52 *Regula quinta Baldi.*

QVO ad istã regulã aduertẽdũ est,quãdo fili⁹ aliquid lucratur,aut lucratur ex pecunia paterna, seu illius de cui⁹ hæreditate agitur,& tũc hoc casu dubiũ est an tale lucrũ debeat conferri,& tũc dicit Bart. in d. l.j.§.nec castrẽse.ff.de colla.bonorũ.in iij.col.ibi,& hoc tene mẽte ad quęstionẽ quã vidi, de facto cõsueuit esse quæstio & c.ꝙ aut filius lucratur cũ pecunia paterna,& acquirit sine aliquo onere,vel sine opere,& tũc illud lucrũ attribuitur pecunię,& ideo tãquã ꝓfectitiũ debet cõferri & cõmunicari,sed si lucratur cũ pecunia paterna & opere suo,tũc dic ꝙ illud lucrũ quod attribuitur pecunię tanꝗ ꝓfectitiũ debet cõmunicari. ita loquitur gl.in locũ oportet.C.de bonis quę libe.sed quod attribuitur ꝑsonę nõ cõmunicatur,quia est aduẽtitiũ.d.l. cũ oportet.in pri.& insti.ꝑ quas personas nobis acquiratur.& dicit Bar. & cõmunis cõsuetudo est ꝙ medietas lucri detur personę,pecunia alię.C.ꝓ socio.l.j.& de hoc vide plenè per do. Soci. in cõsi.clxij. & ꝑ Pan.in consi. suo xxxvj.in j.col.incipien.In Dei nomine amen.circa primum dubium.in ij. volumi.dixi aliquid suprà in titu. *des enfans de plusieurs lictz*,§.*la femme du filz qui vient demeurer*, ideo ampliùs hîc non insisto.

SExta regula Bald. est * quòd nunquam collatio fit nisi decedentibus illis de quorum hęreditate tractatur, personis expressis in iure,& non aliter.l.fina.C.communia vtriusque iudicij. 53 *Sexta regula. Bal.*

AD istã regulã aduertendũ est,quia Bar.examinat istud mẽbrũ in l.emancipati.in vlti.col.C.de colla. & latiùs do.meus Ias.in d.l.si emancipati.in iiij.col. vbi dicit * quòd si penitus extraneus succedat cũ filio,nõ tenetur illi cõferre,& de hoc est glo.in d.l.si emancipati.quam tenẽt Bar.& omnes in d.l.si emãcipati. & Bar. 54 *Extraneus nihil confert.*

in l.pater filium.in vlti.col.ff.de colla.dotis.& hęc regula inspecto iure nouissimo , etiam nostrarũ cõsuetudi-
55 nũ habet vtilitatẽ,* quia extraneus succedẽs ex testamẽto cũ filiis institutus in duab⁹ partibus totius hęredita-
tis nõ cõfert.& in hoc vt dicit Fulgo.in d.l.si emancipati. dicta gl.est singularis.& do.me⁹ Ias.ibi dicit de hoc
esse textũ in §.illud.in verbo,omnibus aliis.in glo.in verbo,omnino.in fi.in aut.de triẽte & semisse. & ibi glo.
expressè dicit ꝙ regula d.l.fin.C.cõia vtriusq; iudicij.ꝙ extraneus nihil cõferat,nõ est hodie correcta. & idem
tenet glo.in d.l.fi.in verbo,omnino.& sic stat cõclusio ꝙ nedũ olim,sed etiã hodie extraneus succedẽs simul
56 *Regula.* cũ filio nihil tenetur cõferre.do.meus Ias.in d.l.si emãcipati.cõfirmat istud per vnã regulã,quæ est * ꝙ colla-
tio nunquã habet locum inter alias personas nisi solũ inter descenden. succeden. ascenden. & non inter alios.
& istud adhuc non habet locum nisi tria copulatiuè concurrant.allegat do.meus Iason text.in §. illud.in ver-
bo,omnino.in fine.in aut.de triente & semisse.& ibi gl.expressè dicit ꝙ regula d.l.fi. C. cõmunia vtriusq; iu-
di.quòd extraneus nihil conferat,non est hodie correcta.& idem tenet glo.in d.l.fi.in verbo,omnimodo.& di
cit quòd isto modo sunt intelligendæ omnes leges loquentes de collatione, in titu.de colla.ff. & .C. hinc est
Nec transuersales. vt dicit,quòd inter trãsuersales succeden. transuersalibus non habet locũ collatio. & ponit exemplũ.sunt tres
vel quatuor fratres,moritur vnus,alij fratres succedũt fratri prædefuncto ab intestato , nunquid bona quæ ha
buerunt in vita illius præmortui teneantur cõferre? certè non, quia inter transuersales non est locus collatio-
ni quando succedunt transuersali.glo.est singularis in l. prima.in glos.fin. C.de legitimis hæredi. quam sequi-
tur Pau.de ca.ibi.& in d.l.si emancipati.& hoc credo esse verum de iure.

57 *Quid in Burgundia, vbi trãsuersalibus debetur legitima. Quòd non conferant.* SED quid* dicẽdũ erit in hac patria ducatus Burgũdię,vbi omnes in infinitũ etiã trãsuersales vsq; ad deci-
mũ gradũ quãdo sunt ꝓximiores tenẽt locũ primi hæredis & filij,ita ꝙ eis debetur legitima ac si essent fi-
lij,an si sint trãsuersales debeãt cõferre,ex quo ꝑ cõsuetudinẽ habentur vt sui,quia eis debetur legitima, ita ꝙ
si vni plus relinquatur quã alteri ꝑ testamẽtũ,testamẽtũ est nullũ,etiã si sint in quarto & quinto gradu,& sic
de similibus,& ideo cũ illis præteritis cõpetat cõtra tabulas,est locus collationi.gl.in l.vt liberis.in gl.fin. cir
ca mediũ.C.de collatio.cũ etiã cõsuetudo nostra vult æqualitatem inter eos seruari,ac si essent filij,quę est po
tissima ratio collationis fiẽdę.ista quęstio mihi euenit pluries.& quicquid sit,semꝑ mihi visum fuit,ꝙ tales nõ
tenẽtur cõferre,quia licet eis debeatur legitima,& efficiãtur sui,nõ tamẽ ex hoc video ꝙ efficiãtur descẽden.
qđ necessario requiritur ad hoc vt teneãtur cõferre.& ad id quod dicitur ꝙ eis debetur legitima, est verũ, er-
go necessariò sequitur ꝙ inter eos sit locus collationi,nõ est verũ,quia ascẽdẽ.etiã debetur legitima.l. nã & si
parẽtibus.ff.de inoffi.testamẽ.& tamẽ inter ascẽdẽ.nõ habet locũ collatio,vt dixi in prima regula Bal.& quã-
58 do dicit Bal.in l.si emãcipati. * & si omnia iura percũctatus fueris,nũquã reperies ꝙ fiat collatio nisi inter eos
inter quos deberetur legitima:dicit do.meus Ias.in d.in d.l.in v.col.quòd Bal.vult loqui quo ad descẽdẽ.tãtũ.

ITem etiã nõ sequitur affirmatiuè,istis debetur legitima,ergo inter eos est loc⁹ colla. sed tm̃ illa regula Bal.
procedit negatiuè,ita dicit do.meus Ias.limitando illã regulam in d.l.si emãcipati.in viij.col.C.de collatio.

ITem etiã ad id quod dicitur ꝙ talibus trãsuersalibus cõpetit cõtra tabulas,ergo inter eos est locus collatio-
ni:ad hoc dico quòd etiã nõ sequitur,quia ascẽdẽ. cõpetit cõtra tabulas ipsis præteritis, vt dictũ est antè, &
etiã in successione matris vel lineæ maternę de iure fforũ. &.C. nõ cõpetit bonorũ possessio cõtra tabulas.l.
59 illud.§.ad testamẽta.ff.de cõtra ta.& tamẽ habet locũ collatio.l.illã.C.de colla.* ex his patet quòd neque in-
ter trãsuersales,neq; inter ascẽden.est locus collationi, sed solũ est locus collationi inter descenden.tribus con
currẽ.scilicet primò ꝙ veniãt ex primo capite, scilicet vnde liberi.Secũdò,quòd sint in primo gradu. Tertiò,
quòd succedãt tit.vniuersali,quia si succederẽt tit. particulari,puta acceptarẽt legatũ fideicõmissum,vel dona
tionẽ eis factã,& aliter nollẽt esse hæredes vniuersales patris,& certè nõ tenerentur cõferre.ista tria latè exa-
minat do.meus Ias.in d.l.si emancipati.ad quem me remitto.& de vltimo Bald.vide in d.l. quando nouella.

60 *Cõtrarium opi. superioris.* ¶Ego nũc sum in cõtraria opinione, & credo * ꝙ teneantur cõferre,& moueor per text.ad literã huius no-
61 strę cõsuetudinis hoc eodẽ §. iunctis §.ij.& iij.* vbi iure nostro municipali omnes etiã quicũq; sint trãsuersa-
les parificãtur suis, nõ solũ quo ad legitimã,quo ad ius dicendi testamentum nullum,imò etiam quo ad colla-
tionẽ eorũ quæ in testamento,vel per quãlibet aliã vltimã volũtatẽ relinquuntur : cũ dicat hic textus noster,
le testateur par testament ne ordonnance &c. ex quo textu euidenter apparet quòd iura nostra municipalia vo-
luerunt, statuerunt, & ordinauerunt æqualitatem seruari debere in quibuscũque hæredibus, dummodo sint
in proximiori gradu,& tales qui ab intestato succedere debent,æquiparãdo transuersales suis, & suos trãsuer
salibus.Cũ ergo illa ratio æqualitatis seruandæ sit potissima ratio collationis fiendæ,quæ & habet locũ per cõ
suetudinẽ nostram tam in transuersalibus quã in suis,idem ius erit in vtroq; statuendũ.l.illud.ff.ad legẽ Aqui-
liã.l.à Titio.in fine.ff.de verb.obli.l.his solis.in verbo,tacitè putamus.C. de reuocan.donatio.quẽ tex.Bal.in
rub.C.de nautico fœnore.dicit meliorem de iure.ad hoc confirmatur ex theorica multũ notabili, * ꝙ quan-
52 *Theorica notabilis.* do in pluribus casibus est eadẽ ratio, tũc vna & eadẽ ratio numero decidit omnes casus, nõ per extẽsionem,vt
multi credunt,imò sicut genus comprehendit species,sic generalis ratio comprehendit diuersas species casuũ
emergentium,vt pulchrè dicit dominus meus Ias.in l.j.§.item acquirimus.colum.iij.ff.de acqui.possessio.

ET si dicatur quòd illa æquiparatio transuersalium & suorũ in ratione æqualitatis seruãdæ, est tantũ intro
ducta per consuetudinẽ nostrã in his quæ relinquuntur ex testamẽto, vel vltima volũtate,nõ autem in his
quæ relinquuntur per donationem inter viuos : & ideo cũ sit correctoria iuris cõmunis quo ad trãsuersales,
53 *Lex correctoria quomodo interpretanda.* habebit tantũ locũ in suo casu expresso, * cũ lex correctoria iuris cõmunis debet ita interpretari, vt minus lę
dat ius cõmune quã possit. Alex.cõsi.suo lxxviij.in j.vol. Et etiã idem videtur expressum per cõsuetudines no
stras,in conclusione illarum,cùm dicatur quòd de his quæ nõ sunt scripta in volumine nostrarum cõsuetudi
num,sit recurrendum ad ius commune. & ideo cũ de dote,donatione propter nuptias,& donatione inter vi-
uos,nihil sit dispositum per consuetudines nostras, videtur quòd de his recurrendum sit ad ius commune.

54 *Statuta extẽdũtur ad parificata.* AD hoc est clara respõsio per plures notabiles conclusiones,maximè* ꝙ quãdo duo casus parificãtur vt re
gulę antiquę, tũc statutũ disponẽs aliquid in vno parificatorũ , extenditur ad reliquum. ista fuit cõclusio
Bar.in l.Marcellus.§.quòd autem.ff.ad Trebel.& Ang.in l.si quis seruo.C.de furtis.facit tex.c.trãslato.extrà,
de constitutio.

de cõſti.tex.in aut.de nõ eligẽdo ſecũdo nubẽtes.§.j.ver.ꝙ vero.vbi dicitur* cõſtitutiones extendi ad extranea 64
pluries aſſimilata,& in pluribus partibus iuris comparata.& ſic etiã intelligitur gl.in clemẽ.j.de ætate & qua-
litate.in verbo,admittendus.Cũ ergo ratione æqualitatis ſeruandæ ſicut conferuntur relicta in vltima volun
tate,ita etiã in donatione,in caſibus in quibus eſt locus collationi de iure antiquo.l.vt liberis.C.de coll.Et ſic
nunc nouũ ſtatutum diſponens collationẽ in alio caſu in his quæ relinquuntur in vltima voluntate ex eadẽ ra-
tione extendetur ad ea quæ relinquuntur ſiue per dotem,ſiue donationem ante nuptias,ſiue inter viuos.

ET facit alia multũ notabilis & ſingularis cõcluſio. ſ.* ꝙ quãdo duo æquiparãtur per legẽ antiquã in omni 65 Cõcluſio notabilis.
bus & per omnia,tunc ſtatutũ nouũ corrigẽs in vno,intelligitur etiã corrigere in alio, & qđ plus eſt,etiam
in materia pœnali,vt probatur in c.ſi poſtquã.de ele.in vj.cũ gl.vbi docto.per Pa.in c.de multa. per glo.ibi de
præben.per do.meum Iaſ.in l.tranſigere.col.v.C.de tranſac.& in §.ex maleficiis.col.x.inſti.de actio.

EX quo ergo ſicut collaterales & trãſuerſales nõ tenebãtur iure antiquo cõferre dotes, donationes ꝓpter
nuptias,& donatiões inter viuos,eo ꝙ nõ cõferebãt relicta in teſtamẽto ſeu in vltima volũtate ratione pa
rificationis,cũ ergo illud corigatur eo ꝙ tenentur cõferre relicta in teſtamẽto ratione æqualitatis ſeruãdæ,cũ
illa eadẽ ratio habeat locũ in donationibꝰ,extẽdetur huiuſmodi ſtatutũ etiã correctoriũ ad dotẽ, donationem
ꝓpter nuptias,& donationẽ inter viuos , cũ ſit eadẽ ratio in vno ſicut in alio : eo etiã maximè, * quia ſtatutũ 67
extenditur ad caſum nõ contẽtũ in ſtatuto,quãdo eſt eadẽ ratio,probatur per gl.in c.omnes.in verbo,apoſto-
licæ de feriis.per glo.in clemẽ.ij.de iudiciis.in verbo,beneficiis. Sed ſic eſt ꝙ eadem eſt ratio quo ad collatio-
nem fiendam inter illos,inter quos debet fieri collatio in donatione, ſicut in relictis in teſtamento,ſeu vltima
voluntate,ſcilicet vt qualitas ſeruetur.d.l.vt liberis.C.de collationibus.igitur &c.

ET ſi dicatur ꝙ ex quo ſtatutũ noſtrũ tantũ diſpoſuit de his quæ relinquũtur in vltima volũtate,& ideo vi-
detur excluſiſſe ea quæ relinquuntur per donationẽ inter viuos , aut aliàs, cũ vnius incluſio ſit alterius ex-
cluſio.notatur in c.nõne bene dicimus.extrà,de præſumptio. ¶ Quia ad hoc reſpondeo, * ꝙ illa interpreta- 68
tio nõ eſt fienda,per quã via malitiis aperitur.l.in fundo.ff.de rei vendica.l.quoties nihil.ff.de reg.iur.do.meus
Iaſ.in l.ij.C.de indicta viduita.tollẽda.hinc dicit in terminis do.Alex.conſi.lv.inci.conſideratis verbis ſtatu-
ti.in j.vol.ꝙ ſtante ſtatuto quòd tertia pars debeat relinqui hæredibus,tamen ne via fraudandi aperiatur,intel
ligi debet ſiue per vltimã voluntatem,ſiue per donationẽ,quia etiam ſi grauentur hæredes per donationem,re
uocabitur donatio. Cum ergo ratio æqualitatis ſeruandæ tollatur ſi fiat donatio , ac ſi relinquatur per vltimã
voluntatem,quæ quidem ratio æqualitatis ſeruandæ cõſideratur in relictis ex vltima voluntate,idem erit etiã
in donatione,ne per hoc via malitiis aperiatur,per quam prædicta ratio æqualitatis ſeruandæ tollatur , quæ eſt
potiſſima ratio ſtatuti noſtri,& collationis fiendæ. & ita conſului in facto contingenti . vide conſilium meum,
quod incipit,Nobilis quondam vir dominus Cyprianus,in deciſione noui dubij.

SEptima* ergo & vltima regula Bal.eſt,quòd nunquã tenetur conferre,niſi ille qui vult pro rata ſua vniuer- 69 Regula vij. Baldi.
ſaliter ſuccedere,vt.ff.de colla.dotis.l.ſiue quæſtionis.& iſta eſt ſeptima regula Bal.Hinc dicit do.meus Iaſ.
in l.ſi emancipati.in pe.colũ.C.de colla. * quòd ſuccedentes tit.ſingulari non tenentur conferre.text.eſt in l.à 70
patre.ſecundum verum intellectum,& in l.filiam fratribus.C.de colla.iũcta.l.fi.ff.de colla.& ita tenet Alber.
de Roſa.in d.l.emancipati. in ij.col.& eſt tex.in l.ex cauſa. & ibi not.Bal. C. familiæ herciſcun. & hæ ſunt ſe-
ptem regulæ Bald.quas poſuit in materia collationum,ſed etiam in hac materia poſuit xxvj.capitula quæ ſatis
explicata & determinata videntur per has ſeptem regulas,& quaſi videntur eſſe quædam exempla ex vna parte
ad regulas præcedentes, & quædam obiecta ex alia parte, de quibus per eum in authen. ex teſtamento.C. de
colla.& per Bart.in l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de colla.bonorum.ad quos de prædictis me remitto.

SED in hac materia collationis,an in caſu in quo quis tenebatur cõferre,poſſint alij hæredes venientes ab
inteſtato intentãdo interdictũ vti poſſidetis, ſeu ſe faciẽdo manutenere in aliqua parte eiſdẽ debita de iu-
re,& ſic intentando interdictũ retinendæ,poſſint petere ea quæ donatarij & hæredes ſimul prætẽdũt ꝙ cõfe-
rantur,& poſſint hæc ſimul intentari.ſ.interdictũ retinẽdæ, & petitio collationis de donatis,ſeu ſimul in eo-
dem iudicio cumulari,& vtrũ iudex ius reddere debeat, & ſuper vtroque pronũciare? videtur quòd ſic.Cũ ex
quo donatarius ſe dicebat cohæredẽ,eſt ius alteri cohæredi quæſitũ tale ꝙ ipſe donatariꝰ tenetur cũ eodẽ cõ-
ferre,in quo ex officio iudicis cõpelli poteſt,quod ſemꝑ imploratur in quocũq; iudicio.l.ſi ſoror.C. de colla.
Imò nõ cõferẽti actiones denegãtur.Et ex quo petit partẽ hæreditatis, collationẽ offerre debet.l. filiæ licet.
C.de collationi.imò dicit Bal.in l.poſthu.C.de colla.quẽ allegat Alex.in l.vir bonus.in apoſtillis ad Bart.ff.iu
dicatum ſolui.quòd hæc exceptio: Tu es frater, & non confers bona quæ debes conferre,impedit proceſſum.
dixi amplè in quodam meo conſilio incipien.*ueu le proces meu & pendant*.

REaſſumendo materiã §.noſtri poſſet quæri an iſta cõſuetudo habeat locũ etiã ſi teſtator relinqueret ali- Quæſtio.
quibus hæredibus, ſeu filiis hæredũ teſtatoris.do.meus Iaſ.& præceptor in l.qui liberis.§.hæc verba.in ij.
col.ibi tertio nota.ex hoc tex.ff.de vul.& pupil.dicit * ꝙ verbũ hæres ꝓlatũ à teſtatore intelligitur de primo 71 Hæres verbũ quo modo intelligendum.
hærede,ſed ſi proferatur à lege vel ſtatuto,intelligitur nedũ de primo, ſed etiã de omnibꝰ in infinitũ.l.ſurdũ.
& l.hæredis appellatione.ff.de verbo.ſigni.imò quod plus eſt Bar. & poſt eũ do. meꝰ Iaſ.in l.paterfamil.in j.
col.ff.de vulg.& pupil. ſubſtit.dicit ꝙ etiam ſi verbũ pròferatur cõditionaliter, ita ꝙ debeat impleri in forma
ſpecifica, tamẽ ſi impleatur in hærede hæredis, dicitur adimpleri cõditio, etiã in forma ſpecifica.Plura ad iſtud
ꝓpoſitũ adducit do.meꝰ Iaſ.in dictis locis,& in §.actionũ.in xxxj.col.inſti.de actio.Sed vide do.Alex.in cõſi.
ſuo lvj.in iij.col.in j.vol.pleniſſimè ꝑ do.meũ Iaſ.in l.fi.C.de hæredi.inſtit . * vbi ponit an hæres hæredis mei 72
ſit meus hæres, & quia in prædictis locis plenè examinat hanc materiam, non examino , ſed cogitent poſteri.
Aduertant tamen,quia text.vltrà procedit dicendo,*urays heritiers & qui ab inteſtat &c.*

SED inſequendo materiam huius noſtri §.quia neque per teſtamẽtũ, neq; vltimã volũtatẽ teſtator poteſt
facere cõditionẽ vnius ex ſuis veris hæredibus meliorẽ,quæro de quæſtione.* Aliquis vita ſua comite,facit 73 Quæſtio.
vni ex veris ſuis hæredibus donationem purã & ſimplicẽ, & inter viuos, & prohibet ne de huiuſmodi dona-
tione fiat collatio,adueniẽte illius ſucceſſione cũ aliis hæredibus , an iſta donatio ratione iſtius prohibitionis

ſapiat vltimã voluntatẽ,an verò ſit acceſſoria ad cõtractũ inter viuos, ita quòd ſit valida donatio, & ꝙ nõ debeat conferri? Nã vt dicit tex.in aut.ex teſtamẽto.C.de colla.ex teſtamẽto & ab inteſtato ceſſat dotis & aliorũ datorũ collatio,ſi hoc parẽs expreſſim deſignauerit,& per illũ tex. ibi poteſt prohiberi collatio dotis,& aliorũ datorũ tam ſuccedẽtibus ex teſtamento,quã ab inteſtato,ſed ille tex.nõ dicit ꝙ illa prohibitio poſſit fieri in cõtractu ſeu in donatione,ſed ſolũ dicit quòd hoc poteſt facere parẽs. Eſſet ergo videndũ de iure, an poſſit fieri huiuſmodi ꝓhibitio collationis datorũ in cõtractu: & vlteriꝰ,ſi fiat in cõtractu,an habeat vim vltimæ volũtatis,cũ faciat mentionẽ de morte,& prouideat de bonis poſt mortẽ,ita ꝙ per huiuſmodi ꝓuiſionẽ,conditio vnius ex veris hæredibus ſit melior, & econtrà. Nam primò videtur quòd iſta prohibitio ſit quædã vltima volũtas,ſeu actus cõcernens vltimã volũtatem,cũ videtur trahere effectũ ſuũ in tẽpus mortis,& poſt mortem,cũ ſi nõ fiat huiuſmodi prohibitio,dicta donatio poſt mortem non operabitur ſuũ integralem effectũ,cũ licet valeat,tamen debebit cõferri,vt notatur in d.aut.ex teſtamẽto.ergo ſi fiat huiuſmodi prohibitio,iſta phibitio faciet quòd nõ fiet collatio poſt mortem, ergo cũ fiat mentio de morte , dicetur donatio cauſa mortis, & ſic vltima voluntas.Ita videtur facere l.Seia.§.fi.ff.de dona.cauſa mortis.cũ aliis allegatis per Alexan.in cõſilio ſuo xiiij.in j.col.in j.volu.& in conſi.lxxxj.in ij.col.in eodẽ.j.volu.vbi expreſſè dicit poſt Bar.& illum inſequendo in l.fi.C. de pactis.quòd quando fit donatio,& confertur poſt mortem, ſemper intelligitur eſſe donatio cauſa mortis,& ſic vltima voluntas. ¶ Deciſio Tholoſana ccccliij.in prin.vbi allegat Ioan.Fab.practicum Franciæ expreſſè dicentẽ quòd illud quod non confertur poſt mortem per cõuentionem,aut aliàs,præſumitur donatio cauſa mortis, quoniam omnis diſpoſitio iudicatur ſecũdum id tempus,in quod confertur ipſius effectus.l.quod ſponſæ.C.de donatio.ante nuptias.Barto.in conſi.lxxvj.ſed hoc modo per huiuſmodi ꝓhibitionem collationis effectus confertur poſt mortem,quia aliàs non valeret,igitur &c.*

ITem ſi iſtud eſſet permiſſum,ſequeretur vnũ,quòd hæc noſtra cõſuetudo eſſet tantũ impoſita verbis & nõ rebus,& quòd nõ haberetur reſpectus ad effectum,ſed tantũ ad verba,quod nõ eſt dicendum.l.ij.C.communia de lega. quia idem eſt quòd fiat aliquid prohibitum tempore permiſſo vel prohibito, & conferatur ad tẽpus permiſſum.l.in tempus.& ibi Bart.ff.de hæred.inſti. vel quòd tempore licito conferatur illius effectus ad tempus prohibitum,vt tot operetur oppoſitum in oppoſito quot propoſitum in propoſito, ſecundum philoſophum quinto Ethicorum.l.ſi vt proponis.C.de nuptiis.l.ſi ex toto.ff.de legatis primo.

74 *Probitũ in termino prohibetur in via.* ITem prohibitum * in termino prohibetur in via. Do.meus Iaſ.in l.ij.in fine.ff.de iuriſd.om.iudi.Si ergo ꝓhibeatur teſtatori facere conditionem vnius ex ſuis hæredibus meliorem in morte , & ſic in vltima voluntate,ergo idem erit antè, & ſic in vita.Et dicit Bald.in l.j.in j.quæſtione.C.de contrahen. emptio.quòd tempus in quod confertur,non in quo fit mandatum inſpicitur,igitur &c.

COntrariũ tamen videtur,ſcilicet quòd poſſit fieri iſta prohibitio inter viuos, & quòd licet conferatur in tempus mortis,eſt tamẽ actus inter viuos. Et ad primũ ꝙ poſſit fieri inter viuos, faciũt in argu.tex.in his noſtris cõſuetudinibus,poſita ſuprà in tit.*Des droictz & appartenances a gens mariez*, in iij.& iiij.§.vbi prohibentur quædam in vltima voluntate quæ non prohibentur inter viuos.Et infrà in titu. *Des mainſmortes*.in §.x.& xj. Et faciunt quæ dicunt docto. inſtit. de lege Fuſia Canina tollenda. & quæ dixi ſuprà in dicto tit. *Des droictz & appartenances a gens mariez*.§.iij. & iiij.& etiã quia quod poteſt fieri per vltimã volũtatẽ,poteſt fieri etiam per cõtractũ. Per plura tenet do. meus Iaſ.in l.quæ de legato.ff.de legatis primo.vbi amplè.& ideo cũ de iure iſta prohibitio poſſit fieri in vltima voluntate,poteſt etiam fieri in contractu.

SED ſic eſt nũc deueniẽdo ad ſecundũ,ꝙ ſi fiat in contractu inter viuos,& ſic ſit actus inter viuos,licet cõferatur in tẽpus mortis, nihil repugnat quin ſemper ſit actus inter viuos.l.j.C. vt actiones ab hærede & contra hęredẽ.l.hæreditagiis.ff.de bonis autori.iudi.poſſiden.Expreſſiùs l. nam ſi cũ moriar.ff.de cõditio indebi.do.Alexã.in dicto conſi.xiiij.in j.col.ibi,nec obſtat ſecundum eũ.in primo volumine. Et faciunt multa ibi

75 *Nota.* adducta per eum. ¶ Hinc dicit Oldra.conſilio ſuo cxxxix. * quòd talis cõuentio quòd vnus ſuccedat alteri in certa re,non dicitur vltima voluntas,ſed quædam promiſſio ob iuſtam cauſam facta,quæ etiam valet,licet fiat per verba importantia inſtitutionem.plura allegat.& conſului in facto contingenti in ardua cauſa.& vide do. meum Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obliga.

76 EX quibus concluditur,quòd donatio inter viuos collata etiam in tempus mortis,nõ dicitur vltima voluntas,ſic etiã licet hæc prohibitio videatur conferre effectũ ſuũ in tẽpus mortis , nõ dicitur donatio eſſe vltima volũtas,ſed dicetur eſſe quędam clauſula acceſſoria ad donationem inter viuos,ſeu donationem propter nuptias,vel in fauorem matrimonij,quę regulabitur ſecundum naturam ſui principalis.regula iuris,acceſſorium.

77 *Iuramentum regulatur ſecũdum naturam contractus.* de regulis iuris.in ſexto.vbi amplè per Dy.Ex quo dicitur * ꝙ iuramentũ interpoſitũ ſuper contractu,regulatu ſecũdũ naturã ipſius contractus.per do.meũ Iaſonem in l. quod te. in viij.col.ff.ſi certum petatur. Plenius in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſd.omnium iudicum. ¶ Quomodo iuramentum reguletur ſecundum naturam cõtractus, aut quàm ſapiat,aut alteret naturam contractus ſuper quo interponitur, vide ampliſſimè per Marcum Anto.Baueriam in ſuo tractatu de effectu iuramenti.arti.lxxij.

Caſus facti. PRO certo hæc quæſtio nõ eſt ſine dubio, & fui his diebus interrogatus de donatione cuidã fratri per alterũ fratrẽ fienda,& quia erant quatuor fratres qui ſuccedere debebant vni, qui volebat facere donationem inter viuos vni ex aliis,dixi ꝙ daret idem duas partes omniũ ſuorũ bonorũ,& quòd prohiberet collationem,quod fecit.Sed mortuo illo fratre,quidã conſuluerunt iſti fratri habenti donationem ꝙ nõ gereret ſe pro hærede,quia erat dubium quòd teneretur conferre,& eram in contraria opinione.Dixi aliquid ſuprà in glo.ſecunda huius §.Iunge prædicta cum his dictis,& cogita in his ſi caſus eueniat.

ADDITIO. Ego pluries fui in hac opinione,& ſemper mouebar ex ratione huius conſuetudinis,quę nõ poteſt eſſe alia, niſi vt æqualitas ſeruetur inter liberos & ſimul ſuccedentes.l.vt liberis.C. de collatio.quæ quidem illo iure antiquo,ſcilicet Codicis ante has conſuetudines ita cõſideratur in cõtractibus lucratiuis ſicut in actibus vltimæ voluntatis, ergo videtur quòd diſpoſitum in vno ex iure nouo ex illa ratione extendatur ad aliud ex illa eadẽ ratione,quę ita habet locũ in vno ſicut in alio,ex quo ſuccedet illa extenſio

tensio,de qua dixi infrà in conclusione harũ consuetudinũ,in verbo,*interpretees*.in iij.conclusione, de qua suprà dixi in hoc §.in gl.*n'ordonnance de derniere uolunté*.in fine. & de qua etiã per Alex. in consi. lxxxix. in ij. & iij.col. in vj.vol.& ita dixi in contingentia facti pluries, vbi semper tenui quòd huiusmodi prohibitio collationis reddit donationem nullam, saltem talem quòd venit in collatione. ex quo semper dixi quòd volens se iuuare ex dicta donatione,debet se declarare nole esse hæredem,nisi velit conferre. *

ADuerte tamen, quia in fratre videretur minus dubium secundũ aliquos quàm in filiis, tamen idem est secundũ nostram consuetudinem,quia omnibus hęredibus ab intestato debetur legitima titu.institutionis, aliàs testamentum est nullum:& sic omnes sunt sui in Burgundia,dummodo obtineant primum locum & sint proximiores,etiam si sint in quarto & quinto gradu,& sic de similibus.dixi suprà in §.ij.& iij. *Nota.*

IN TEXTV IBI, *A ses vrays heritiers,& qui luy doibuent succeder.*

EVenit casus de quadam filia habẽte patrem, qui secundum consuetudinem nostram non succedit in antiquis hæreditagiis,vt inf.§.*succe ßion en ligne directe*.succedit tamen in mobilibus & acquestis,& sic quo ad quid est hæres,quo ad quid non est hæres. Prædicta filia fuit maritata in comitatu Burgundiæ, & ibi fecit suũ testamentum, instituẽdo patrem in duabus partibus bonorum suorum antiquorum existentium in ducatu, & in alia tertia parte illorũ bonorum instituit quendã eius cõsanguineum, qui eidem succedere debebat ab intestato,& in omnibus aliis suis bonis quæ habebat,& de quibus non disposuerat,instituebat maritum. *Casus.*

DVbitatum fuit de pluribus: Primò videlicet ex quo in dicto testaměto nõ erat mariti autoritas,ꝙ tale testamentum esset nullum, ad minus quo ad bona existentia in ducatu, ex quo per consuetudines ducatus mulier non potest testari sine autoritate mariti, tamen secus est de consuetudine comitatus, secundum quam mulier potest testari sine licentia & autoritate mariti.

ITem etiam si dici possit nullũ quo ad bona existentia in ducatu, ex quo non relinquit titu.institutionis ter tiam patrẽ omniũ bonorũ suorũ suo vero hæredi, eo ꝙ nihil eidẽ relinquit de bonis mobilibus,sed videtur ea reliquisse suo marito,cũ dixerit,& in residuo omniũ aliorũ bonorũ meorũ de quibus nõ disposui, instituo maritum meum, & de mobilibus existentibus in ducatu non disposuerat. igitur. ¶Item etiam quia pater dicitur vnus ex hæredibus,saltem quo ad quid.Et ideo filia non potuit facere conditionẽ suã meliorẽ quã alterius consanguinei succedere debentis,vt hoc §.Quo ad istud vltimũ,nõ video magnũ dubiũ,& est casus de quo fit dubiũ in hoc §.nã certũ est*ꝙ pater simpliciter non est hæres filij,sed secundũ quid,vt videmus in d.§. *succesſion en ligne directe*.sed sic est*ꝙ quando seu vbicunque aliquid est tale nõ simpliciter, sed secundũ quid quo ad aliquẽ respectũ,illud non dicitur propriè,sed impropriè & fictè,non aũt verè.tex.& ibi Bal.in l.cũ ex ratione.ff.de excu.tu.do.meus Ias.post Aret.in l.patris & filij.in j.nota.ff.de vulg.& pupil.substi.sed sic est ꝙ statutum nostrum,seu nostra consuetudo hîc loquitur de hærede simpliciter,& ergo non habebit locum in hærede secundum quid, quia verba statutorum propriè & verè capiuntur & intelliguntur, & non impropriè & fictè.& quod verba non trahantur ad casum fictũ, vide do.meum Ias.in l.j.in ij.col.ff.de vulg.& pupil. substitu. & in l.omnes in repetitione feud.in ij.lectura,in fine.ff.de iusti.& iure.& in l.qui se patris.in xxij.colum.C.vnde libe.& propriè capiuntur verba statutorum,neç ad sensum improprium trahuntur. Barto. in l. quicquid astringendæ.ff.de verbo.obliga.do.meus Ias.in d.l.qui se patris.in xxiij.col.doct.in c.in nostra.de iniu.& Cardina.Zabarel.in c.cum dilectus.xiij.q.de consuetudine. igitur videtur ꝙ per hoc tale testamentum nõ potuit nec potest dici nullum.& facit etiam, quia aliud est esse vnum simplex, id est quod dicatur hæres simpliciter, aliud est esse tale,id est cum qualitate,videlicet quòd sit hęres in mobilibus & acquæstis,vt dicit Cardi.dictus Præpositus,ponendo quandam regulam in c.ad id.in ij.colum.extrà,de sponsa. *1 Pater hæres filij secundum quid.*

QVantũ verò ad primũ casum in quo dicit ꝙ debet esse nullũ,ex quo non interuenit autoritas mariti,quo ad bona exiſtẽtia in ducatu,dico ad hoc ꝙ ex quo de iure mulier potest testari, nec requiritur in hoc autoritas mariti si habeat patrẽ,vt in hoc casu,prout dixi amplè in tit.*des droictz & appartenances a gens mariez*. in §.j.quantũ ad hoc ꝙ filia maritata habens patrem remanet in potestate patris de iure, & quantum ad hoc quòd de iure mulier potest testari,dixi in §.*le mary & la femme*.ꝙ ex quo fecit extra ducatũ Burgundiæ, & in loco vbi secundũ iuris communis dispositionẽ potuit testari sine licentia mariti, quòd testamentũ ibi factũ trahit effectũ suũ ad bona sita in ducatu,licet cõtrariũ ibi sit dispositũ. quod non est sine dubio, vt dixi de hoc in §.*le mary & la femme*.in titu.*des droictz & appartenances a gens mariez*.in glo.in verbo,*par testament*.vbi satis amplè,& ibi feci distinctionem : aut statutum loquitur in rem, aut in personam. possit in hoc facere dubium, ꝙ ex quo consuetudo comitatus etiam disponit quòd mulier maritata potest testari sine licentia mariti, ꝙ videtur testata fuisse secundũ statuta & consuetudines illius patriæ,& non secundũ ius cõmune.& ideo ꝙ tale testamentũ factũ secundũ illã cõsuetudinẽ non traheret effectũ suũ ad bona sita extra territoriũ statuentium, secũdũ opi.Iaco.de Are.de qua per Bar.in l.cũctos populos.in versi.vij.quęro.ibi,postea superuenit.C.de summa tri.& fide catho.& per Alex.in cõs.suo xxxj.incip.viso tit. quæstiõis præmissæ.in ij.col.in j. vol. sed tu dic ꝙ illa opi.reprobatur,vt per Bar.in dicto loco,& ibi do.meus in vlt.lectu.in penul.& vlt.col. qui multũ bene explicat hanc materiã,dicit tamẽ ꝙ cõmunis opinio est pro Bar.cõtra Iac.de Arena.& adhuc in hoc casu facit quia illud statutũ comitatus disponit id quod ius cõmune,& ideo est ius cõmune,vt dicit Bar. in l.j.ff. ad legẽ Falcidiam.Alex.in l.si stipulatio ita facta fuerit.ff.de verbo.obli.dixi in pluribus locis.igitur &c.

ET ex prædictis potest etiã solui secundũ dubiũ.ex quo videretur dicendũ ꝙ tale testamentũ sit validũ, & ꝙ trahet effectum suum ad bona sita in ducatu.quidã tamẽ aduocati Heduen.tenuerunt ꝙ non valet, quo ad bona sita in ducatu,per doctrinã Alexan.in apostil.ad Barto.in quæstio.sed dubitari potest. in d.l. cunctos populos. ¶Aduerte ad hanc consuetudinẽ, quia vidi ꝙ multi volentes huic cõsuetudini derogare,ordinant in suo testamento quòd casu quo aliqui ex suis hæredibus velint impugnare testamenta eorum, aut aliquo modo eis contrauenire,quòd instituunt principem in parte contrauenientium. *Notabile dictum.*

ADDITIO. Et istud fit per modũ adiectionis pœnæ,quæ valere videtur tã in testaměto, codicillis,q̃ fideicõmisso,vt notãt doc.in aut.hoc amplius.C.de fideicõmissis.& in rubrica & tit.C.de

his quæ pœnę nomine.facit insti.de codi.§.fi.Et faciũt q̃ dicit Alex.in cõsi.cxcix.inci.hodie.in ij.parte.& cõsi. lvij.incip.perspectis.G.Benedicti in repe.c.Ray.in verbo,si absque liberis.arti.de leg.& fideicõmissis.nu.217. vsq; ad finẽ,de testa.dicit tamẽ ibi idẽ Benedicti, quòd si testator legauerit alicui certã quantitatẽ quã iusserit dari infra certũ tẽpus, aliàs quòd hæres tale quid det nomine pœnæ, puta decẽ aut quinq; pro centũ, talis adiectio pœnæ nõ valet,quia est vsura,vt tenẽt Bar.& alij in l.j.C.de his quæ pœnæ nomine.clariùs in l.ij.ff.eo. tit.& in l.iiij.§.fi.ff.de annuis legatis.Et faciũt dicta per eũ ibi, quòd vbicunque quis tenetur ad dationẽ quãtitatis,si adiiciatur pœna est vsura.Et pluries dixi ꝙ cõtractus qui quotidie apud nos fiũt,in quibus quis ꝓmittit soluere certã summã infra certũ tẽp⁹,& si infra illud tẽpus nõ soluat,tenebitur ex tũc soluere ad rationẽ de cẽtũ quinq; aut decẽ,vel quid aliud vltra sortẽ principalẽ,sunt vsurarij,nec tenẽtur ad arreragia obligati.quod crederẽ esse verũ qñ origo obligatiõis ꝓuenit ex pecunia:secus si ex hæreditagio qđ datur alicui ꝓ certa summa soluẽda intra certũ tẽpus,post quod in defectu solutionis cõstituitur reditus, qm̃ hoc casu debetur ratione interesse fructuũ ꝓueniẽtiũ ex hereditagio.arg.l.curabit.C.de act.empti.l.ij.C.de vsu.l.Iulian⁹.§. ex vẽdito.ff. de actio.empti.gl.& doc.in c.cõquestus.ext.de vsu.dixi infrà in simili casu in tit.*des cẽses*.§.iiij. in gl. *parmy rẽdãt*.& ibi feci mẽtionẽ de duobus arrestis curiæ parlamẽtalis Parisiẽ.* ¶ Dixi tñ in multis ꝙ nõ obstãte dicta pœna,possũt hęredes qui sunt grauati vltra dispositionẽ statutariã,aut iuris cõmunis,allegare nullitatẽ seu inualiditatẽ eorũ quæ gesta fuerũt per patrẽ aut testatorẽ,nec tenẽtur habere ratũ id quod est factũ in fraudem eorũ,nec incidũt in aliquã pœnã.ita no.gl.in l.si patronus.§.patronũ.ff.si quid in frau.patro.& Bal.in l.j.in iiij. col.versi.quæro vtrũ iuramentũ.C.de inof.dona.& faciũt quæ dicit do.meus Ias.in §.fuerat. col.xviij. insti.de act.& in l.j.§.si quis ita.in fi.ff.de verb.obl.aliàs sequeretur incõueniens, ꝙ per adiectionem talium pœnarum quis posset derogare consuetudinibus nostris,quod non potest,argu.l.nemo potest.ff.de leg.j.

3 *Hæres hæredis mei meus est hæres.* SED pone ꝙ relinquat hæredi hæredis,an valebit tale relictũ? videtur ꝙ sic, quia * hæres hæredis mei meus est hæres.l.fi.C.de hære.insti.vbi amplè traditur materia, ꝙ hæres hæredis mei meus est hæres. sed credo quòd hæc verba intelligi debent de primo hærede:& sic per priùs,& non per posteriùs.dixi hîc antè in §.præcedenti,in gl. *& sont saisiz*. Aduerte tamen quòd * dispositio testatoris pœnalis quò ad hæredem non extenditur ad hæredem hæredis, vt per plura tenet Alex.in consi.suo cxl.in vj.volumine.

4

§. SEXTO.

SVccession en ligne directe ne mõte point, c'est à sçauoir que le pere ou la mere ne succede point a son filz ou fille, ne aux enfans de son filz ou fille quãt aux heritages anciẽs paternelz, ou maternelz. Mais le pere succedera seul & pour le tout es biens que ses enfans auront eu de luy, & pareillement y succedera la mere comme le pere es biẽs venãs d'elle. Au regard des autres biẽs meubles & acquestz faictz par lesdictz enfans, leur pere & mere y succederõt auec leurs freres & seurs, & les enfans des freres & seurs, & nõ autres, selon la forme de droict, & en ce cas ledict pere & mere demouront vestuz & saisiz desdictz biens esquelz ilz succederont a leursdictz enfans.

IDEM in comitatu Burgundiæ, & in comitatu Niuernensi, & in patria de Lorry, & Aurelianensi,titu. *des droictz des successions*.§.ccxlij.idem in præpositura Parisiensi, articu. cxxxviij. & cxxix.in patria Aluerniæ in titu.*des successions*.§.ij.& iij.idem in balliuatu Meldensi.idem in ducatu Borbonij. ¶ De ducatu Aurelianensi habetur per Pyrrhum in dictis consuetud. Aurelianen.titu. *des successions*. capite ij.& ibi ponit quomodo ista consuetudo est contra ius, & de ratione huius consuetudinis ibi ponit.

DE statuto Florentię quo mater excluditur à successione filiorum extantibus agnatis vsque ad tertium gradum,vide Barto.in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertullia.& apostil. Alexan.plura allegant.Et de statuto excludente matrem propter agnatos,amplè per Guilel.Benedicti in sua repetitio.c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nume.viij.per plures colum.de testa.extrà.

IN TEXTV IBI, *Ligne directe.*

Linea duplex. BALD.in consilio cclxxj.in iij. lib. dicit quòd duæ sunt lineæ, recta scilicet,& inflexa,seu transuersalis.vide per Boerium in consuetudi.Bituricen.titu.de consuedi.retractus.§.ij.

IN TEXTV IBI, *Ne monte point.*

ADuerte ꝙ ex quo statutũ priuat ascẽdẽtes successiõe descẽdẽtiũ est pœnale,& ideo odiosum,vt dicit Paul. de castro in l. si is qui hæres. ff.de vulga. & pupil.substit. & ibi do.meus Ias.quod facit ad multa.*

IN TEXTV IBI, *Ne succede point.*

INtellige scilicet ab intestato,quoniã verbũ succedere intelligitur in statutis strictè & ꝓpriè, put capitur in tit.C.de legitimis hæredi.quod an sit verũ,vide quę dixi suprà in §.j.in glo.fi. hoc eodẽ.tit.& in §.v.in glo. *prent les heritages*.in titu.seq.vbi dicitur quòd verbũ succedere est generale,& cõprehendit tam ex testamento quã ab intestato, ex quo videtur dicẽdũ ꝙ filius nõ potest in talibus antiquis hæreditagiis instituere patrẽ, aut matrẽ,quod crederẽ nimis durũ. Sed cũ in talibus antiquis hæreditagiis reputantur extranei, nõ facio dubiũ quòd possint institui in duabus tertiis prædictorũ bonorum antiquorum,secũdum tex.in §.iiij.huius titu.

ADDITIO. De materia huius consuetudinis, vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ,quæ incipit, vt de successionibus.in iij.libro.vbi multa de hac materia quæ faciunt ad hanc consuetudinem. *

Consuetu. nostra contra ius naturale & humanũ. IN hoc §.tractatur de successione ascendẽte, hoc est quomodo ascendẽtes succedãt descẽdentibus,& in hoc ista cõsuetudo contrariatur in antiquis hæreditagiis paternis & maternis, his quæ sunt à iure introducta, cũ iure succursum sit patri,& matri, vt filio vel filia amissa solatij loco succedãt.l. iure succursum est.ff.de iu. dotium,imò

tium.imò quod plus est,dicit Bal.in quodã suo cõsi.* ꝙ statutũ ꝑ quod mater priuatur à successione filij,est ini quũ,& cõtra ius humanũ & naturale.i.cõtra naturalẽ rationẽ,ita ꝙ cũ sit, inhumanũ, & cõtra ius naturale,nõ 1
valet,nec ꝑ cõfirmationẽ superioris validũ redditur,eo* ꝙ in cõfirmatione statutorũ nõ intelligũtur cõfirmata nisi iusta,secũdũ Cy.in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& Dy.in l.legata inutiliter.ff.de lega.j.ita tenet & cõ 2
suluit sing.Bal. in cõsi.suo lxxxiij.ĩci.pręmittẽ.in v.parte suorũ cõsi.& dicit ꝙ per tale statutũ ius cõmune tolli nõ debet.dicit tamẽ Alber.de Rosa.in j.ꝑte statutorũ.q.lx.& in ij.ꝑte.q.cx.* ꝙ valet statutũ seu cõsuetudo ꝙ 3
pater & mater certũ quid habeãt de bonis & successione filiorũ decedẽtiũ.Amplè vtrũ statutũ per quod mater excluditur à successione filij extãtibus agnatis sit odiosum vel fauorabile,vide per G.Benedicti vbi suprà, nume. xv. vsque ad numerũ xxxv. ¶ Vide de hac cõsuetudine ea quæ dicit Boerius in prædicta cõsuetu. titu. de testa.& vltimis volun.§.iij.vbi plenè.& plura ibi allegat,maximè Alberi.in dicto loco.

Quomodo * autem de iure succedatur vidẽdum est,nã in hoc cõsiderandi sunt quatuor casus, quia quãdo dicitur ꝙ ascendentes succedunt descendentibus,aut sunt ascendentes legitimi & naturales,aut naturales tantùm,aut legitimi tantùm,aut naturales tantùm, qui postmodum effecti sunt legitimi parentes. 4 *De successione ascendentiũ.*

Primo casu * dic ꝙ si nõ sint aliqui descẽdentes qui sint legitimi & naturales,vel legitimi tãtũ,vt adoptiui, vel tãtũ naturales,qui sint tales qui possint in aliquo succedere ab intestato,exclusis ascẽdẽtibus,qđ qualiter sit dicã infrà in tit.*des successions des bastardz*.tũc vocãtur ascẽdẽtes proximi in gradu ad successionẽ ab intestato.vide de hoc tex.in §.j.& in §.nulla.in aut.de hære.ab inte.veni. & hoc ideo est * quãdo decedit filius sine liberis & fratribus ex vtroq; latere cõiũctis,quia tũc vocãtur parẽtes ipsi⁹ filij in gradu ꝓximiores,tã masculini quã fœmini.sexus,extrusis omnibus aliis agnatis & cognatis,& si plures eũdẽ habẽt gradũ,ex æquo inter eos hæreditas diuiditur,& medietatẽ quidẽ accipiant omnes à patre ascẽdentes,quãticũq; fuerint,medietatem verò à matre ascendentes,quantoscũque inueniri eos contigerit. casus est in aut.de hære.ab inte.venienti.§.cõsequẽs autẽ.vsq; ad §.si verò cũ ascẽdẽ. colla.ix.in quo quidẽ §.si verò.deciditur* ꝙ si supersint fratres ex vtroq; latere cõiuncti ipsi defuncto,& supersint parentes, vocãtur fratres vel sorores prædicte vnà cũ parentibus in gradu proximioribus, ita vt æquiores fiant portiones,sublata omni differentia sexus & patriæ potestatis:& in dicto casu vocantur dicti fratres ad vsumfructum illarũ portionum,quem pater nõ habebit,quare vt ipse partem proprietatis cõsequentur,vt probant dicta iura.& ista est vna limitatio ad l.cũ oportet.C.de bo.quę lib.& ex illo tex.sumpta est authen.defuncto.& authẽ.item hæreditas fratris.C.ad Tertul.vbi est materia quomodo succedant ascendentes & descendentes cum fratribus defuncti. 5 6 7 *Limitatio ad l.cũ oportet. C. de bo. quæ liberis.*

Limita prędicta multis modis.Primò inquãtũ generaliter dicitur ꝙ ascẽdentes succedũt descẽ. hoc esse verũ,nisi ascẽdẽ.luxuriosè viuerẽt,quia tũc priuantur beneficio succedẽdi descẽdẽ.hoc ꝓbatur arguẽdo à maiori,iuxta authẽ.multomagis.C.de sacrosan.eccle.& in l.quãto magis.ff.de iureiu.& in c.cũ in cũctis. extrà,de elec.nã si ascen.per trãsitũ ad secũda vota priuãtur successione descen. vt statim dicam,quãtomagis debent priuari luxuriosè viuen.ne luxuria plus habeat quã castitas?§. cum agitur.in authen.de non eligen.secun.nuben.§. vnum quidem.in authen.de restitu.& ea quæ parit.authen.iisdem pœnis.C.de secun.nup.

Limita secũdò in matre quę nõ petiit tutorẽ dari filio pupillo infra annũ,qui in pupillari ętate mortu⁹ fuisset,nã tũc est indigna successione eius filij,& illa debet priuari.l.sciãt.C.de legi.hære.§. fi.insti. ad Tertul. posuit Bar.in l.ij.§.quod si fortè.ff.ad Tertul.vbi dicit plus,ꝙ nedũ priuatur hæreditate filij delata à lege,sed etiã delata à statuto vel homine,si fuisset substituta ꝑ testatorẽ filio , quia hodie de cõsuetudine mater est tutrix.crederẽ istud habere tãtũ locũ quãdo mater nõ fuit requisita ad surreptionẽ tutelę,ꝑ cõsuetudinẽ nostrã, de quibus dixi suprà tit.proxi.per ea quæ dicit Ludo.Roma. consi. cxxviij.de quo suprà feci mentionem.

Limita tertiò quando parentes assumpsissent tutelam filij , & postea transiuissent ad secunda vota non petendo dari tutorem filio,nam tunc non succedunt filiis ab intestato. tex.est in §.si autem tutelam.in auth. de nuptiis. collatio. iiij. & credo satis hanc pœnam esse sublatam per consuetudinem nostrã,suprà positam in titu.*des rentes uendues a reachat*.§.fi.

Limita quartò quãdo parẽtes transeunt ad secunda vota.l. fœminę.§.illud.C. de secũd.nup.intelligitur hoc in bonis ad filium à patre prouentis,& etiam in lucris nuptialibus,quæ mulier lucrata esset,& postea dedisset filio,quia de illis proprietas filio reseruatur,quia tunc in illis tantũ succedit mater in vsufructu, in aliis autẽ aliunde quæsitis succedit mater etiam quo ad plenam proprietatem. ita tenet Ang.per illum tex.in §.hinc nobis.in authen.de nupt.colla.iiij.& hæc distinctio de bonis à patre prouentis,& aliunde quęsitis,fit per hanc nostram consuetudinem,sed aliter disponitur,vt infrà dicam.

SED nunquid hæc pœna sit hodie sublata per dictũ Apostoli,& per cõsuetudinẽ ducatus Burgũdiæ,de qua in limitatione præcedẽti feci mentionẽ?videtur ꝙ nõ,per ea quæ dicit Oldra.cõsi.suo xxxiij.quidã habuit vxorẽ.sed per Frã.de Areti.cõsi.xl.incip.qnęstio supponitur in facto,ꝙ quidã Augetus.videtur decisum quòd per trãsitũ ad secũda vota mater nõ perdit successionẽ filij.vide etiã Romanũ consi.clxxxij.& in consilio cxc. vbi ponit an maritus per transitum ad secunda vota perdat lucrum dotis. ¶ De materia huius quartæ limitationis.vide amplissimè per Philippum Decium in consilio suo ccxxxix.vbi dicit §.illud. habere locum in patre.de quo vide suprà in titu.*des enfans de plusieurs lictz*.§.j.ver.& aduertendum.in fi.in addi.ibi posita.

Limita quintò prædicta etiam non procedere quando mater non petiit dari curatorem ventri. text. est in l. secunda.§.quod si prægnans.ff. ad Tertullia. & voluit Bald.in l.matres.C. ad Tertul. & has fallentias posuit Bologninus in addi.ad tracta. Matthæi de Mathesillanis super successio.ab intestato.in iij. folio,in prima additione secundi articuli principalis.

ADuerte quia hoc casu sublata & remota matre admittuntur alij qui de iure eidem succedere debent. text. est in dicta l.ij.§.fi.ff.ad Tertullia.

SExtò limita quando dictum est ꝙ ascenden.succedunt pro æquali portione secundum proximitatem gradus,& tam parentes masculini sexus quàm fœminini, vt ex æquo hæreditas inter eos diuidatur, hoc est ꝙ medietas ad parentes ex linea masculina , medietas verò ex linea fœminina deueniat , hoc esse verùm in bo-

nis aliunde quæsitis quā à patre vel matre, quia in prouenientibus à patre succedet pater in totū, & in prouenientibus à matre mater succedet. ita est tex. in l. quod scitis. secundum intellectum Bar. C. de bonis quæ lib. & ita intelligit Mat. Mathesil. in loco hîc antè alle. & ita etiam disponitur per consuetudinem nostram.

8 *Semper proximior remotiorē excludit.* ET prædicta procedunt* quando sunt pares in gradu, sinautem sint dispares in gradu, tunc inter eos nulla diuisio fiet, sed succedūt in totum proximiores, & proximior excludit remotiorem in gradu, vt mater auum paternum, etiam quo ad bona quæsita à patre, & pater auum maternum, etiam quo ad bona quæsita à matre, prout declarat glos. in §. consequens. in aut de hære. ab intesta. veni. & in aut. defuncto. C. ad Tertul. & ibi no. glo. tertia, quam docto. sequuntur: secus autem est in descendente. sed de ratione diuersitatis non insisto, cùm satis amplè tractent docto. in d. aut. defuncto. & ponit do. Alex. in consi. suo. cxv. incipiente, ser. Ant. in prin. in ij. volu. & idem Alex. in consi. suo octogesimo, in prima colum. in primo volumine.

IStam etiam opinionem sequitur Barba. in consi. quinquagesimo, incipiēt. Deum Christum. in v. colum. in iiij. volu. Corneus in consi. vij. in iij. volu. & Nicolaus de Vbaldis in tracta. successio. ab intestato. in ij. parte, col. xxxiiij. versi. sed circa prædicta quæro primò. & omnes videntur sequi opinionem Sali. in aut. itaque. C. communia de successio. & de hoc est tex. in dicto §. consequens.

EX quo ergo vt dictū est, pater & mater deberēt succedere filiis de iure, quando nulli sunt alij descendētes & trāsuersales: & hoc iure turbato, vt in aut. defūcto. & iure succursum est patri vel matri, vt filię amissę solatij loco succederet, ne & amissę & successiōis priuationē sentiret. l. iure succursū est. ff. de iure dot. videtur ꝙ hęc cōsuetudo nō sit iuri cōsona, sed prædicta quando dixi ꝙ pater & mater succedūt aut succedere debēt filio, sunt intelligenda qn̄ nulli sunt fratres aut sorores, sed quādo sunt fratres cū patre & matre, statim dicam.

PAnor. in consi. suo lxxv. in j. vol. ponit casum in quo cōsuluit in statuto Senen. vbi multum bene explanat hāc materiā. & quia per illud statutum mater excluditur à successione filij, quærit an per hoc sit priuata legitima debita. tenet do. meus Ias. multa allegando in l. si quando. §. fi. in penul. & vlti. colum. de inoffi. testa.

IN TEXTV IBI, *C'est a scauoir.*

ISta dictio tantum importat quantum, scilicet vel videlicet, quæ non solùm sunt declaratiuæ, sed etiam restrictiuæ. do. meus Ias. in l. si pluribus. in vltimo notabili. ff. de lega. j. Et idem de dictione, ita tamen, quod in casu huius consuetudinis latiùs declaraui in quodam consilio quod feci, incipien. decessit ab humanis. vbi posui verum intellectū istius articuli nostræ consuetudinis: quicquid dicant aliqui, quòd semper & omni casu excluduntur pater & mater, auus paternus, & auia materna, quod quando sit, & quomodo, ibi amplè declaraui, & vide etiam infrà isto articu. in glo. *auec leurs freres & seurs.*

IN TEXTV IBI, *Mais le pere succedera seul & pour le tout.*

ISta est aduersatiua sed sine copula posita quæ diuersitatē in iure & in facto ponit secundum gl. in l. sed & si lege. ff. de petitio. hære. do. meus Ias. in l. patris. in ij. colum. ff. de vulga. & pupil. & quandoque etiam denotat idem ius, licet diuersum factum. idem do. meus Ias. in aut. quod locum. in j. col. C. de collatio.

1 *Quando pater solus succedat.* IStud est* secūdū doctrinā Bar. in l. quod scitis. C. de bo. quę libe. & istā sentētiā Bar. dicit Ludo. Ro. esse veriorē de iure, ita cōsulēdo dicit, ꝓbādo tribꝰ rationibus in cōsi. suo xl. inci. visis ac decisis pūcto & cōstitutio. in vlti. col. quē no. & ita etiā cōsulēdo tenet Bar. in cōsi. suo xviij. inci. in nomine Domini &c. viso testamento. istā etiā opi. dicit esse rationabiliorē Pau. de ca. in aut. post fratres. in j. colū. C. de legi. hęred. vbi dicit ꝙ licet Bal. teneat cōtrariū, ꝙ tamē hæc magis cadit in mēte cuiusq;. ¶ Et istud est ordine turbato, quòd pater succedat filio, quoniam Ordine turbato succedis Bulgare nato. glo. in l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa.

ILlud erat iure fforū, ꝙ pater succedebat filio ordine turbato, & in totū excludebantur fratres defuncti. d. l. nā & si parētibus. ff. de inoffi. testa. sed iure authēticorū aliud fuit ordinatū. s. quòd pater & mater succederēt vnā cū fratribꝰ defuncti, & illud ius indistinctè loquebatur in omnibus bonis, sed cōsuetudo nostra nō ita indistinctè voluit illa iura habere locū, imò illa quodāmodo correxit: primò. s. faciēdo distinctionē bonorū. s. antiquorū hęreditagiorū, paternorū aut maternorū, quoniā in illis nullo modo succedūt pater aut mater, cōtra dispositionē iuris & antiq. & nouissimi. Aut verò bonorū ꝓueniētiū ab eis, vt sunt cōmuniter dotes quę dātur filiabus, aut donationes ante aut ꝓpter nuptias, quę dātur filiis, vt nomē domus & familię cōseruēt, aut maioris domus vxores inueniāt, & huiusmodi bona ab ipsis patre aut matre ꝓueniētia, ne totū ꝑdāt, voluit cōsuetudo nostra ea reseruare patribus & pro dote. facit tex. in l. iure succursum est patri, vt filię amissę solatij loco succederet, si redderetur ei dos ab ipso profecta. ff. de iure dot. quia etiā dos à patre ꝓfecta ad patrē redire debet. l. dos à patre profecta. C. solu. matri. nota. plenè per doc. in l. ij. & iij. ff. solu. matrimo. de donatione nō est dubiū quòd aliqua donatio in Burgūdia nō potest habere effectū inter patrem & filiū nisi sapiat vim vltimæ volūtatis, quia si fiat sine clausula inhibitionis collationis, tenebitur filius cōferre, aliàs nō erit hæres. dixi suprà, in §. v. huiꝰ tit. in glo. *meilleur de l'autre.* & si habeat clausulā inhibitionis collationis, sapiet vim vltimę volūtatis, vt dixi suprà in d. loco, & ideo si sapiat vim vltimę volūtatis, nō est dubiū si cadat in causam quasi caducitatis, secūdū tex. in l. vnica. in §. in j. itaq; ordine. & in fi. C. de caducis tollēdis, vbi est tex. ꝙ taliter donata si donatarius moriatur ante donātē, donata & relicta per eū ad eūdē redeunt: & maximè quādo fiūt sub aliqua cōditione, prout exēplificat, si vxorē ducat, prout cōmuniter fit in donationibus, quę fiūt masculis sub ea cōditione & cōseruationis domus & familię, ideo in hoc statuētes habuerūt cōsiderationē ad id quod cōmuniter fieri solet in Burgūdia, & ad pręsumptā mentē patrū & matrū faciētiū donationes filiis, qui præsumūtur illas facere vt ꝑ filios nomē domus & agnationis cōseruetur, aut vt vnus ex eorū filiis in aliqua maiori domo, aut ditiori ponatur & alligetur, & ideo cū morte illius deficiat & cesset præsumpta voluntas patrū & matrū per mortē filiorū ante patrē aut matrē, donata habētur pro nō scriptis & in causam quasi caduci. cadūt, & ideo ad illos à quibus processerūt redire debēt, & istud est æquū & iuridicū. Nā sicut videmus quòd in donatione facta inter virū & vxo. donatio censetur reuocata & pro nō facta, si prior ꝑsona quæ liberalitatem accepit rebus humanis sit exēpta, vt dicit tex. in l. à marito. C. de dona. inter virū & vxorē. propter pręsumptā mentē & volūtatē donantis. s. viri, quòd vult tantū suæ vxori donare: aut vxoris, quòd vult tantū suo marito donare, & quòd vterque magis

vult post

vult poſt ſe quòd ad vnũquẽq; perueniat ſi moriatur quã ad alios ſuos hæredes,ſic etiã in patre & matre pręſumẽdũ eſt,quòd licet voluerint & velint bona eorũ deuenire ad aliquẽ ex eorũ filiis,tamẽ videtur ceſſare præſumpta mẽs & volũtas per mortẽ illorũ,ex quo nõ mirũ ſi donatio nõ habeat effectũ quo ad hæredes illorũ, imò redeant bona vnde proceſſerũt per modũ quaſi caducitatis,aut aliàs,in hoc limitãdo ius nouiſſimũ,ꝑ qđ pater & mater ſuccedũt cũ fratribus,& redeũdo in hoc ad ius cõmune antiquũ,quo pater aut mater in totũ filiis ſuccedebãt, ſaltẽ dicetur quòd hęc cõſuetudo noſtra in bonis quæ ab eis ꝓueniũt limitat & reſtringit ius cõmune in illis bonis,cũ etiã grauẽtur patres & matres in alio.ſ.in ſucceſſione antiquorũ hæreditagiorũ,à ꝗbus totaliter excludũtur,imò in eis ſuccedẽt fratres,aut alij eorũ hæredes,ideo in aliis releuãtur.ſ.in ꝓuenientibus ab eis,vt dictũ eſt,& tãtũ remanet illud ius nouiſſimũ in mobilibus aliunde prouenientibus quã à patre & matre,& in acqueſtibꝰ in quibꝰ ſeruatur diſpoſitio iuris, ꝓut dicit cõſuetudo noſtra in his tantũ ſeruari debere formã iuris,de qua ſuprà dictũ eſt,quę eſt ĩ d.§.cõſeq.in aut.de hęre.ab inteſt.veniẽtibꝰ.& ſic ꝑ hãc noſtrã cõſuetudinẽ nõ corrigitur diſpoſitio l.iure ſuccurſum eſt.ff.de iure dotiũ.de qua ſuprà feci mẽtionẽ,quę tantũ loquitur in dote,quę vt dictũ eſt, ꝓuenit à patre.l.fi.C.de dotis promiſ.ideo meritò in illa ſuccedat pater excluſis fratribus.Et idẽ in matre quãdo dos ꝓcedit ab ea,quoniã hoc caſu dicitur ꝓfectitia reſpectu matris,vt dicit do.meꝰ Iaſ.in l.vt nemini.in ij.col.C.de coll.Cõſuetudo comitatus Burgũdię videtur aliud dictare in donationibus ab eis ꝓueniẽtibus,quoniã videtur quòd vult ꝙ in eis prout in mobilibus & acqueſtibus ſuccedatur ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõmunis,cũ ita dictet,*Succeßion ab inteſtat ne mõte point en ligne directe,ſe ce n'eſt au regard des meubles, acqueſtz & donations faictes par les pere & mere, ou par l'un d'eulx a leurs enfans,& ſucceßion collateral aura lieu ſelon diſpoſitiõ de droict cõmun.* ¶ Quia ita cõſuetudo eſt ita intelligẽda,ꝙ primò ponat regulã excludẽtẽ patrẽ & matrẽ in omnibus bonis indiſtinctè, & pòſt ſubiungit exceptionẽ ſeu limitationẽ in bonis mobilibus,acqueſtibus & donationibus ab eis factis,& in iſtis bonis nõ determinat quomodo ſuccedãt pater & mater in illis:ex quo vidẽdũ eſt an ſint cũ eis collaterales,hoc eſt fratres filiorũ,aut nõ:ſi enim nõ ſint,clarũ eſt ꝙ deueniẽdũ eſt ad effectũ limitationis,quę eſt cõformis diſpoſitioni iuris antiqui.ſ.ꝙ patres & matres ſuccedãt filiis tã ordine turbato quã in bonis ab eis prouenientibus.Aut enim ſunt cũ dictis filiis collaterales,puta fratres,aut fratrũ filij,& tũc diſpoſitio iuris cõmunis habet locũ quę eſt in §.cõſeq.ſuprà alle.& ſic in dictis bonis mobilibus,acqueſtibus & donationibus ſuccedũt ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõmunis,quæ eſt.ſ.ꝙ ſuccedãt cũ fratribꝰ,& ſororibꝰ ꝓ ęquali,ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõmunis,quę eſt in d.§.cõſeq.cũ ſit ius nouiſſimũ,cui ſtãdum eſt,cũ leges poſteriores prioribus derogent.l.ſed & poſteriores . & ibi notatur.ff.de legi.gl.in c.j.de conſti.in vj.& ſi ita non eſſet,de nihilo operaretur illa clauſula ſequens, *& ſucceßion collateral aura lieu ſelon diſpoſition de droict commun*,quia ſatis clarum eſt quòd per illam exceptionem ſuccedunt in totum pater & mater in illis bonis priùs exceptuatis,quod intelligendum non exiſtente ſucceſſore collaterali ; quoniã tũc ſi ſit ſucceſſor collateralis,ꝗ ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõmunis ſuccedere poteſt cũ patre & matre, nõ tollitur illa ſucceſſio collateralis,imò reſeruatur diſpoſitioni inter cõmunes.Quia cũ ita ſit ꝙ exiſtẽtibꝰ fratribus defuncti cũ patre & matre,ꝙ ſuccedũt cũ eis pro æquali portione,ſecũdũ diſpoſitionẽ iuris cõmunis:ideo ad d.§.recurrendũ eſt,ſecũdũ quẽ cũ patre & matre ſuccedant fratres,etiam in donationibus ab eis prouenientibus,quod eſt contra conſuetudinẽ noſtrã,ſed iſtud importat conſuetudo comitatus bene intellecta,& ita dixi in contingentia facti.* ¶ Item quia dicitur hìc ꝙ pater ſuccedit filio,quid ſi mater & filius ſimul moriãtur, *Quãdo pater filio ſuccedit turbatur ordo.* aut filius parum ſuperuixerit,an faciat locum,ita ꝙ ei ſuccedat pater? vide infrà,tit.*des mainſmortes*,§.xvij.in fin.

QVid ſi ſint pater & auia materna,an excludant fratres matris defunctæ, an verò, quia nihil eſt diſpoſitũ de auia materna, relinquatur diſpoſitioni iuris communis? vide per dominum meum Iaſ.in l.de quibus. in vj.col.ff.de legibus.Alex.in conſi.lxxx.in j.vol.

IN TEXTV IBI, *Et au regard des autres biens.*

IStud idẽ eſt in comitatu Cãpaniæ,quia hoc caſu pater aut mater ſuccedit in totũ,fratribus & ſororibus excluſis.idem etiam in ducatu Aurelianẽſi,vt in titu.*des ſucceſſions*.c.xvij.& ibi Pyrrhus.de bonis mobilibus quo ad hanc conſuetudinem,vide Pau.de caſt.in conſi.lxvj.in nouis.& Alex.in conſi. cxxvj.in ij.vol.

IN hoc * ſuccedunt parentes cum fratribus & ſororibus ſecundum diſpoſitionẽ iuris,quæ eſt in §.conſequẽs. *1 Quando pater cum fratribus ſuccedat.* in aut.de hære.ab inteſt.venientibus. & in aut.defuncto.C.ad Tertul.hoc eſt videlicet, quòd ſi filius moriatur relicto patre & fratribus, & ſororibus vtrinque coniunctis, ꝙ vocantur,cum aſcendentes in gradu proximis,& viriles partes hoc quot eſt & quot erunt,tot fiant portiones.

SED quid erit dicẽdum de acqueſtibus factis per patrem & matrem ſimul, & mortuus ſit pater,ex quo media pars euenit matri virtute noſtræ conſuetudinis,& media tribus filiis,ex quibus moriuntur duo poſt patrem,vnus videlicet poſt alium,quia non eſt dubium quòd mater ſuccedit cum fratribus ſui filij in bonis mobilibus pro æquali portione,an etiã ſuccedere debeat in bonis immobilibus acquiſitis per ipſam cum patre dictorum ſuorum filiorum,quæ non ſunt antiqua paterna,ſed acquiſita per eorum patrem cum matre earum?dixi in prin.huius §.quòd iſtud ſtatutũ ſeu iſta conſuetudo eſt contra ius cõmune,ergo non eſt extendenda extra ſuos terminos,& potiùs reſtringenda quàm amplianda:cùm ergo regula bene ſit in bonis antiquis paternis & maternis,non eſt extendenda ad acquiſita,imò in caſu in quo non eſt diſpoſitum per conſuetudinem noſtram, recurrendum eſt ad ius comnune,de quo hìc antè dixi in glo.præcedenti.

IMO,quod plus eſt,ſi bene aduertatur,videtur ꝙ tex. noſtræ cõſuetudinis diſponat ꝙ pater & mater ſuccedãt in acqueſtibus,ibi,*& au regard des autres biens meubles & acqueſtz*.& ideo ꝙ mater etiã debeat ſuccedere in acqueſtibus etiã factis per patrẽ cõſtãte matrimonio,in quibus participat.igitur.Si tamẽ dicatur ꝙ quãdo hìc fit mẽtio de bonis acquiſitis,ꝙ debet intelligi prout tex. intelligit.ſ.de acquiſitis ꝑ filios, & nõ per matrẽ, ex quo nõ debẽt cõprehendi bona acquiſita per patrẽ & matrem ſimul. ¶ Ad hoc poteſt dici ꝙ acquiſita facta per patrẽ & matrẽ ſimul cõſtante matrimonio dicũtur ea bona prouenisſe ex patre & matre ſimul,in quibꝰ tamen ſuccedere debet.Sed iſtud nõ multùm me mouet,ſed ſolùm me mouet quòd ex quo in hoc caſu nihil eſt diſpoſitum per tex.noſtræ cõſuetudinis,quod recurrendũ eſt ad ius cõmune,quòd fieri debet,per textũ in fine

concluſionis harũ cõſuetudinũ,incipiente,*Et il ſoit ainſi*,ibi,*& auec ce uoulons & ordonnons*,quo quidem iure cõmuni mater ſuccedet. d.l.iure ſuccurſum eſt.ff.de iure dotiũ. & iſtud cuidam dixi cauſa diſputãdi tantũ, ſed teneo quòd bona acquiſita per patrẽ & matrẽ ſimul cõſtãte eorũ matrimonio mortuo patre quo ad filios ſunt antiqua hæreditagia ꝓ illa parte quæ eis obuenit,& ideo in illis nõ ſuccedet mater.¶ Facit id quod dicit do. meus Iaſ.in prælusdiis feudorũ.col.xxix.poſt mediũ,verſi.aliã quoq; adde.referens Bal. ita tenere in l.j.in iiij.q. ff.de rerũ diuiſio.vbi dicit ꝙ illud dicitur antiquum hæreditagiũ quod à ſucceſſione procedit & deriuatur.ꝓ quo facit quod voluit Ioan.Fab. in procemio inſtitutionũ,in verbo, Iuſtinianus.vbi facit differentiã inter acqueſtus & ea quæ ex ſucceſſione obuenerunt.dixi ſuprà in titulo , *des droictz & appartenances a gens mariez.* §.ij.in gl.*acqueſtz*. & facit etiam quod dicit Bal.in c.j.§. ſi de feudi cognitione. vbi dicit quòd filius ſuccedẽs patri non acquirit, ſed acquiſitum capit,dicens id mente tenendum,& pulchrum ac ſapidum modum loquendi eſſe.& iſta ſæpe allegaui in conſulendo & ſcribendo,& in ſpecie in hoc caſu.ita in terminis tenet Ioan.Gallii in ſuis quęſtionibus per arreſta,quæſtione lxx.vbi dicit ita fuiſſe deciſum.⁎ ¶ Nõ inſiſto aliter quia nõ vidi magnũ dubiũ,& ſi eſſet dubiũ poſſet dici quòd ex quo hęc interpretatio reducit nos ad ius antiquũ,quòd ſequenda eſt,vt dicit glo.ſingularis in c.ſtatutũ.in verbo,numerãdi.de prębendis.in vj. Soci.in conſi. ſuo vlti.in fin.

2 *An auus ſuccedat cũ fratrib⁹ vtrinque coniunctis.*

SED aduerte quia tex.de iure dicit quòd fratres vocantur cũ aſcen.proximis,hæc noſtra cõſuetudo dicit & tantũ facit mentionẽ de patre & matre.⁎ Quęro ſi moriatur aliquis relicto auo tãtũ vel ꝑauo cũ fratribus vtrinque cõiunctis,nũquid iſte auus ſuccedet cũ dictis fratribus,an verò fratres tãtũ ipſo excluſo? Pone ſic,deceſſit Ioãnes ſine liberis,patre & matre relictis,Petro & Guilielmo fratribus vtrinque cõiunctis, & Antonio eius auo,hoc eſt patre ſui patris:an dictus auus ſuccedet vna cũ dictis fratribus in bonis dicti Io.iſta quęſtio eſt multum dubia in iure.Iac.de Beluiſio in authẽ.de hære.ab inteſtato.§. ſi verò. coll.ix. tenet ꝙ frater excludit auum,per illum tex.ibi.ita etiã tenet Bal.in authẽ.defuncto'.in xiiij.col. C.ad Tertul. & iſtam opinionem credo de iure veriorẽ,quã multi tenuerũt,& illam comprobat Ludouicus Bologninus in dicto ſuo tractatu, in apoſtillis ad Matthęum.do.meus Iaſ.in l.de quibus.in vj.col.ff.de legi.Alex.conſi.lxxx.in primo volu.

☞ ADDITIO. Per opinionem Fulgoſij in l.de quibus.ff.de legi.quã allegat do.meus Iaſ.ibi,videretur tamẽ dicẽdum ꝙ in hoc articulo ſi nõ ſint pater aut mater,ſed ſint auus aut auia à quib⁹ bona aliqua proceſſerint: quòd in illis debent ſuccedere auus aut auia,ex identitate rationis, cũ hîc cõſideretur à quo bona proceſſerint,quæ quidẽ ratio militat in auo & auia,ideo idem eſſet dicẽdũ.& ideo vidi cõſultũ per aliquos noſtros aduocatos in contingentia facti ad excluſionem cognatorũ & patruorũ , & fui huius opinionis inſequendo rationẽ noſtræ conſuetudinis,quæ conſiderat originẽ vnde proceſſerũt talia bona , quæ quidem ratio cùm militat in auo & auia,idem ius in eis eſt ſtatuendũ,ex quo patre & matre deficientibus, de iure ſuccedũt auus & auia tanquã exiſtẽtes in ſecũdo gradu,ne ergo in totũ excludãtur, ſed ſolũ in caſibus in quibus pater & mater excludũtur,ideo patre & matre excluſis , æquum eſt vt proximiores poſt eos in locũ eorũ ponãtur,& ita ſuccedãt nepotibus,prout ſucceſſiſſent pater & mater ſecũdũ cõſuetudinẽ,licet de eis nõ fuerit facta mẽtio,quia fiet extẽſio cõſuetudinis noſtræ ad ſimile,ex identitate rationis,cũ idem ſit de nepóte quã de filio.notatur in l.liberorũ.ff. de verb.& rerũ ſig.ergo idẽ de auo ſicut de patre, maximè in caſibus vbi militat eadẽ ratio in auo ſicut in patre,vt eſt hoc caſu, ſcilicet à quo bona proceſſerunt, & etiam quia auus eſt in gradu poſt patrẽ,qui eſt ſecũdus gradus.l.iuriſcõſultus §.ſecũdo gradu.ff.de gradibus.& inſti.eo.tit.§.ſecũdo gradu.& xxxv.q.v.§.ſecũdo gradu. Et hoc caſu maximè fiet extẽſio de patre ad auum in hoc quòd admittãtur ad ſucceſſionem talium bonorum ab eis prouenientium,cùm in hoc ſit fauorabile duplici ratione, naturali ſcilicet & æquitatis, vt antè dixi. & contrarium eſt odioſum,ideo conuenit ampliari id quod fauorabile eſt,& reſtringi quod odioſum.regula iuris,odia reſtringi. de regulis iuris.in ſexto. ⁎

Frater ex vno latere an ſuccedat cũ patre.

DIctum eſt hîc antè ⁎ ꝙ fratres vtrinque coniuncti admittuntur cũ parentibus, quid de fratre ex vno latere tantũ, an ſuccedat fratri vnà cũ patre & matre.text. eſt in l. ſi quis vel ſi qua. C.ad Tertul.qui dicit ꝙ ſic,ibi, ſi quis vel ſi qua matre ſuperſtite & fratre legitimo,vel ſola cognationis iura habẽte inteſtatus vel inteſtata deceſſerit,non excludi à filij ſucceſſione matrẽ, ſed vna cũ fratre mortui vel mortuę &c.Sed quicquid ſit,tene cõtrariũ,quia illa l.corrigitur per authẽ.ſequẽtem, quæ tãtũ loquitur in fratribus ex vtroq; latere cõiunctis,& etiã in d.authen.de hære.ab inteſtato.§.conſequens.ita tenet Bald.in d.authen.& Ang.in authen.de non eligen.ſecundo nubentes.in princ.colla.j.ita etiam tenet Barba.in conſilio ſuo xxxvij.inci.ſcribitur ſapiẽter Paralipomenon.in xxij.colum.cum ſequen.in ij.volum.

VIde etiam tex.in l.ſi.C.cõmunia de ſucceſ.& in l.quicũq;. C. de bonis quæ lib.de iure ciuili frater ex vno latere pręferebatur patri aut matri, ſed vt dictum eſt, fuit pòſt correctũ.Ego conſului contra Bal.Ang.& Barb.quòd d.authen.non corrigit prædictam l.ſi quis. eo quòd licet dicat d.authen.defuncto.quòd ex vtroq; latere cum patre & matre admittantur,non tamen excludit alios,& ideo eſt deueniendum ad authen.poſt fratres.C.de legi.hære.vide in conſilio meo incipien.caſus ſic proponitur.

☞ ADDITIO.Illud conſilium eſt conſilium nouum in ordine meorum conſiliorum.⁎

QVærò an per iſtam noſtram conſuetudinem ſit ſublata lex,ſi infanti.C. de iure deliber.dic quòd ſic,per ea quæ dicit dominus meus Iaſon in d.l.in iiij.colum. licet dicant plures hanc quæſtionem eſſe mirabilem,non inſiſto,quia plenè ponit.

IN TEXTV IBI, Meubles.

☞ INtellige de mobilibus prouenientibus aliunde quàm à dictis patre & matre, quoniam ſi pater fecerit donationem filiis de pluribus bonis mobilibus,in illis ſuccedant ſoli,nec ſuccedant fratres cum eis,cum in articulo præcedente loquatur indefinitè in bonis ab eis prouenientibus,appellatione quorum bonorum ſimpliciter comprehenduntur mobilia & immobilia.& hic ſequens articulus intelligitur tantùm de mobilibus aliũde,videlicet ab aliqua ſucceſſione prouenientibus, & ita debent concordari hi duo articuli. ⁎

Quæſtio.

QVærò de quæſtione,quidam filius habẽs hęreditagium antiquũ, ſeu quẽdam fundum antiquum, quem vẽdidit Titio, quidam ex proximioribus retraxit iure retractus poſt mortem dicti Sempronij dictum fundum:

fundum,nunc pater vult habere partem in pręcio oblato tanquã ſit mobile proximioris,vt ſunt fratres.dicũt quòd nõ.Bal.in l.ea demũ.C.de colla.mouet hanc quęſtionem in ſimili caſu,& dicit quòd debet reputari mobile.& cũ ſit ius ad mobilia,mobile debet reputari.l.ex facto.§. hæredum.ff.de hære.inſti. & quia hoc caſu vt in caſu Bal.iſtud ius retrahendi habet originem & cauſam inter viuos, & quòd conſuetudo magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati,& ex cõtractu acquiritur ius ſpei ab initio,ideo initium inſpicitur l.ij.§.id quoque.ff.de colla. Quicquid dicat Bald. ego credo contrarium in hoc caſu,eo quòd in huiuſmodi ſucceſſionibus an bona ſint mobilia,vel immobilia inſpicitur tempus mortis.

IN TEXTV IBI, *Et acqueſtz faictz par leſdictz enfans.*

NOtanter ponũtur hîc verba,*acqueſtz faictz par leſdictz enfans*,quia ſi ſint acqueſtus facti p patrẽ aut matrem, dicuntur bona paterna aut materna,in quibus nõ ſuccedũt pater & mater,vt in princ.huius textus, in his verbis,*parternelz ou maternelz*,cũ cõſuetudo in ſui principio excludat patrem aut matrẽ ab antiquis hęreditagiis,& à bonis paternis aut maternis , quoniam non omnia antiqua hæreditagia ſunt tantũ paterna aut materna,quia aliqua poſſunt eſſe auita,aut ab aliis prædeceſſoribus proueniẽtia , ſed omnia paterna & materna etiam dicuntur antiqua,& in talibus paternis & maternis quæ ab eis fuerunt acquiſita.*

IN TEXTV IBI, *Auec leurs freres & ſeurs.*

SED pone*quòd non habeat fratres nec ſorores,ſed ſolũ matrem & alios collaterales vltra fratrum filios, 1 an mater ſuccedere debeat in totis bonis mobilibus?iſta quæſtio clarè decidi poteſt ex his quæ hîc in prin. huius §.dixi in j. & ij.col.vbi recurrendum eſt, & ideo ex quo nihil ſtatuit vltra fratres & filios fratrum , imò expreſſe dicitur quòd non extenditur hæc ſucceſſio conſuetudinaria vltra illos,quòd alij caſus ſint omiſſi , de illis recurrendum eſt ad ius commune.de quo dixi in princ.huius §.

ADDITIO. Et ita etiam tenet Bald.in l.j.in fine commenti.C.de ſecundis nuptiis.& Albericus Brunus in tractatu de ſtatuto per quod filia dotata excluditur à ſucceſſione. articulo ix. q.x. ibi,prædicta concluſio declaratur.*

VIdetur tamẽ dicendum quòd ex quo eſt aliud ſtatutum generale ſeu cõſuetudo generalis ſequens in arti. viij.quę loquitur in omnibus antiquis hęreditagiis vbi agnati ſuccedũt & cognati,excluſis omnibus aliis, quòd mater etiam excludi debeat in illis,extantibus agnatis & cognatis.ad quæ faciunt dicta per G.Benedicti in repe.c.Rayn.in verbo,& vxorẽ nomine Adelaſiam.nu.xv.vſque ad xxxv. & in nu.xliiij.extrà,de teſt.& dixi in quodam meo cõſilio hîc antè,in ver.quid ſi ſint alleg. ¶Et cùm caſus eueniſſet de Ioanne de Nouailles qui nullos parentes habebat,etiam in x.gradu,fuit quæſtio inter matrem & fiſcum de ſucceſſione illius,quia fiſcus dicebat matrem eſſe excluſam per conſuetudinem,& ſic quòd ex quo nulli alij erãt hæredes, quòd fiſcus ſuccedere debebat, dictum fuit quòd mater in totum eidem ſuccederet,quod & fuit factum excluſo fiſco.

Caſus facti.

ADDITIO. Pro hac deciſione facit dictũ Bald.in terminis,in l.j.in fine cõmẽti.C.de ſecundis nuptiis. de quo per Albertũ Brunũ in tractatu de ſtatuto excludente fœminas. articulo nono,in x.quæſtione illius articuli.vbi dicit ꝙ tale ſtatutũ excludens matrẽ propter aliquos, intelligitur ſi ſint tales qui poſſint vel velint ſuccedere,per plura quæ ibi allegat:ex quo non eſt ſine dubio ꝙ mater filij manuſmortuę qui nullos habebat parẽtes ſecũ qui ſuccedere eidem poſſint,potiùs debeat ſuccedere filio q̃ dominus manuſmortuæ,ſi reperiatur habitare cũ filio in cõmunitate tempore mortis, nec eam excludit hoc caſu hæc conſuetudo, imò ſi ſint fratres aut ſorores,videtur ꝙ eos repellat in præiudicium domini.dicã infrà,in tit.*des mainſmortes.** ¶De materia huius cõſuetudinis vide Boerium iu conſue.ſeptenæ Bituricen.tit.de teſt.§.iij.

IN TEXTV IBI, *Et les enfans de ſes freres.*

QVia dicit conſuetudo ꝙ ſuccedunt fratres & filij fratrũ cũ patre & matre ſecundũ diſpoſitionẽ iuris,vidimus quãdo ſunt tantũ fratres & aſcenden.de iure:videndũ quãdo ſunt aſcendentes fratres & filij fratrũ,quomodo debeant ſuccedere.* Videtur ꝙ filij fratrũ excludũtur à ſucceſſione ſuorũ patruorũ exiſtentibus aſcẽdẽtibus & fratribus patrui eorũ prędefuncti,per tex.qui videtur de iure apert⁹ in §.ſinautẽ defuncto.in aut.de hęre.ab inteſt.veniẽtib⁹.coll.ix.vbi dicit tex.ꝙ qñ moritur aliq̃s relicto patre & fratrib⁹ & filiis fratrũ, ꝙ illi filij fratrũ excludũtur à fratrib⁹ & aſcẽdẽtib⁹.Caſus eſt in d.aut.§.ſinautẽ cũ fratribus.vbi eſt tex.ad literã.

1 Fratrum filij an ſuccedãt cum patruis & aſcendẽtibus mortuo patruo 2

TV dic ꝙ * licet ille tex. ſit de hoc formalis, tamẽ veritas eſt ꝙ ſuccędũt filij fratrũ ad illã portionẽ, ad quã pater eorũ ſucceſſiſſet de iure.caſus eſt apert⁹ in §. hoc itaq;.in aut.vt fratrũ filij.coll.ix.nec obſtat ille tex. in §.ſinautẽ cũ fratrib⁹.ſuprà alle.quia corrigitur per iſtum,vt expreſſè dicit imperator in aut.vt fratrũ filij.Nõ enim piget ſuas leges corrigere,vbi vtilitatẽ ſubiectorũ inuenire vult:& quãdo filij fratrũ ſuccedãt ĩ ſtirpes,vel in capita,ponit gl.& doc.in aut.ceſſante.C.de ſuis & legi.hære. & Bar.in l.poſt cõſanguineos.ff.de ſuis & legi. hære.vbi ſat⁹ amplè per eum.ſed caſus glo.& doc.in d.aut.ceſſante.& Bar.in d.l.poſt conſanguineos.eſt quãdo ſunt plures filij fratrũ pluriũ fratrũ,ita ꝙ ex vno fratre ſint duo aut tres,ex alio fortè vnus. ¶Sed quid quãdo non ſunt filij fratrum,ſed tantũ filij vnius fratris,qui volunt ſuccedere hoc caſu cum patre,aut matre:an pater debeat habere dimidiam partẽ,an verò quilibet filiorũ faciat vnã partẽ, ita ꝙ pater tantũ ſuccedat in ſimili parte:in qua vnus illorũ filiorũ fratris defuncti ad ſucceſſionẽ cuius veniunt?Albe.de roſ.in aut.defuncto.C.ad Tertullianũ,videtur tenere ꝙ ĩ hoc caſu filius fratris,ſeu filij fratrũ excludãtur de iure,in totũ,& ꝙ ſolus pater ſuccedet.ſed hoc non eſt verũ, per d.aut.vt fratrũ filij. & etiam videtur eſſe derogatum per hanc cõſuetudinẽ: quod non eſt ſine dubio:ſed poſito ꝙ ſuccedant, hîc pendent leges & prophetæ: ſi ſint plures,quomodo eidẽ patruo cum patre ſuccedãt,an in ſtirpes vel in capita.Et credo ꝙ ſuccedãt cum eorum auo in ſtirpes, quoniam licet videantur ſuccedere in hoc caſu ex capite eorũ,tamen quia diſpoſitione iuris pater filij mortui,& ſic auus iſtorum filiorum fratris debuiſſet ſuccedere in totum,in ſolatium filij amiſſi.d.l.iure ſuccurſum. vt hæc noſtra conſuetudo minus lædat ius commune quàm poſſit , dicendum eſt quòd prædicti filij fratris ſuccedant patruo pro illa parte pro qua ſucceſſiſſet eorum pater:non eſt tamen ſine dubio.cogitent poſteri ſi caſus eueniat.

ADuerte ad vnum ſingulare, ꝙ mater quæ ſuccedit filio cũ aliis filiis debet illud reſeruare poſt mortẽ filiis primi matrimonij ſi trãſierit ad ſecũda vota,ita eſt tex.in l.fœminæ.§.illud.C.de ſecũ.nup. imò,quod plus

eſt,filia quę renũciauit bonis paternis & maternis in fauorẽ aliorũ,nõ priuatur hoc iure ſuccedendi matri poſt
eius morrẽ,quę habuit ex ſucceſſione ſuorũ filiorũ tẽpore quo trãſierat ad ſecũda vota.ita ĩ terminis tenet Phi
lipp.Deci⁹ in cõſi.ſuo ccxxx.inci.ꝓponitur ꝙ ex Petro Brolas.dixi ſuprà in rub. *Des enfans de pluſieurs lictz.*

Quæſtio.

SE D quæritur: Titius & Sẽpronius fratres habẽt filios & vxores,& multa antiqua hæreditagia & mobilia.
Titius relictis duobus filiis moritur & relicta vxore.moriũtur deinde duo filij relicta vxore dicti Titij ma
tre dictorum & filij filiorum ſui fratris,nam vxor ſuccedit in mobilibus,& ſunt plura mobilia,pauca verò an-
tiqua hereditagia,filij verò fratris ſuccedunt in iſtis bonis antiquis, & ſic in hæreditagiis antiquis, mater verò
in mobilibus tantũ, quis iſtorum tenebitur ad debita,an mater quæ ſucceſſit in bonis mobilibus, an verò con
ſanguinei,hoc eſt filij fratris qui ſuccedunt in antiquis hęreditagiis? iſta quæſtio videtur eſſe deciſa per tex. in
l.ex facto.*La grande*,ver.vnde ſcio quæſitum.ff.de hære.inſti.& ex his quæ infrà allegaui. in §.ſequen.ibi, ſed
quæro iuxta prædicta, videretur tamen dubitandũ quòd ex quo creditor debet priùs excutere bona mobilia,
tex.in l.à diuo pio.§.in venditione.ff.de re iudi. quòd mater tenetur primò ſoluere vſque ad valorem mobi-
lium,& ſi mobilia non ſuffecerint,deueniendum erit ad immobilia,argu.illius tex.

3 An in feudalibus aſcenden. ſuccedant deſcẽdentibus.

PRædicta omnia habent locum in allodialibus. * Sed quæro quid dicendum de iure in bonis feudalibus,
nunquid aſcendentes ſuccedant deſcendentibus . text. eſt formalis quòd non in c.j. in princi. de natura
ſucceſſionis feudi.

ADDITIO. Vide de hac materia Præpoſitum ibi,& etiam vide Iacobum Ardizoni in ſua ſumma feudo
rum,in iij.parte in x.q. & Ioannem Blanchum in ſua ſumma.in iij.parte,in prin. ¶ Aduerte
4 primò * quòd allodialis res dicitur,quæ pertinet ad plenum & directum dominium alicuius,vt tenet Pau.de
5 caſt.in cõſi.ſuo clxj.& dicit Oldra. * quòd allodium,id eſt proprium, vnde dicit Bal.in c.inter filiam.ſi de feu
do fuerit cõtrouer. quòd allodiũ eſt quædam proprietas quæ nõ recognoſcitur niſi à ſolo deo,& ideo dicitur
allodialis id eſt libera,nec præſumitur res eſſe feudalis.Alex.cõſi.cxxxix.in j.vol.¶ Quę autem ſint bona allo-
dialia vide amplè per G.Benedicti in repe.c.Ray.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiã. in ij.deci.nu.ccxcvij.
vſque ad nu.cccx.de teſta.dixi ſuprà pleniùs. ſed quia vt videmus,aſcendentes in allodialibus ſuccedunt deſcẽ
dentibus & non in feudalibus, quæ eſt ratio aduerſitatis? doctores in d.c.j.aſſignant plures rationes.

6 PRima ratio * eſt quia nõ pręſumitur ꝙ pater & aſcẽdẽtes recipiẽtes feudũ tãquã ſeniores poſſint ita bene
adiuuare dominũ ſicut deſcẽdẽtes iuuenes,cũ virtus in iuuenib⁹ ſit potẽtior,quã in ſenibus.l.j.C.de athle-
tis.lib.x.& iſtã rationẽ tradũt Iac.de Belui.& Nico.de Neapo.in d.c.j. ſed Aluarotus in §. hoc quoq; ſciẽdũ.
qui feudum dare poſſunt.impugnat hãc rationẽ, quia poſſibile eſt quòd aſcendens ſit potentior ad ſeruiendũ
quã deſcẽdens.& ideo dicit quòd melior ratio quæ poteſt eſſe,eſt ratio gl.in d.c.j.de natu.ſucceſ.feud.ſcilicet
7 *quia iſtud eſt de natura feudi,quæ in iſto caſu vincit legẽ,ſed adhuc videtur ꝙ hæc ratio nõ eſſet valida, quia
eſſet nũc quęrere,quare hæc natura data eſſet feudo:ideo voluit dare aliam rationẽ.ſ.ꝙ hoc eſt ex natura,effe-
ctu,& vi verborũ expreſſorũ,vel quæ tacitè ſubintelligũtur in inueſtitura,quia prouidetur vaſallo & hæredib⁹
ſuis,nã in natura feudali hęres capitur pro filio,c.j.§.& ſi clientulus.de alie.feudi.Et inde videtur ꝙ ſolũ proui
deatur deſcẽdẽtibus,vt dicit.qđ ita voluit Bal.in d.c.j.de natura ſucceſſionis. Iſta ratio eſt adhuc quodãmodo
debilis,& laborat eo morbo quo pręcedẽs,quia nũc eſſet reſpõdendũ,quare verbũ hæres ſolũ capiatur pro fi
lio,& nõ pro aſcẽdẽtibus.Et ideo me audiente audiui do.Fran.de Curte iuniorem dicentem ſibi plus place-
re primã rationẽ ſupra aſſignatã,eo maximè quia licet quãdoq; & poſſibile ſit ꝙ ſenior ſit aliquãdo potẽtior
ad ſeruiẽdũ quã iuuenis,tamẽ lex adaptat ſe ad ea quę magis cõmuniter accidũt.l.nã ad ea.ff.de legi.& hãc ma
teriã me audiẽte,& ſub eo dicta ſua ſcribẽte,multũ bene explicauit, extẽdẽdo prędicta nõ ſolũ habere locum
in feudo ſeculari,verũetiã in feudo eccleſiaſtico, prout decidit Bal.in authẽ.defuncto.C. ad Tertulianum.quẽ
8 ſequitur Aluaro.& cõmuniter alij in d.c.j.de natura ſucceſſio.feud.& dicit Bald.in dicta authẽ.defuncto.*vnũ
mirabilius,idem eſſe in emphyteuſi eccleſiaſtica,in qua ſuccedunt ſoli deſcendentes,non autem aſcendentes.

8 In emphyteuſi eccleſiaſtica ſoli deſcẽd. ſuccedunt.

LImita prædicta non procedere quando pater renunciaſſet feudo in manibus domini cũ pacto vt filiũ in-
ueſtiret ea cõditione vt morienti filio poſſet pater ſuccedere,quia tunc ſuccedit. Ita dicit Iac. Ardizoni in
d.c.j.de natura ſucceſ.feu.arg.l.ſi pater qui in fi.C.de eman.lib.& dicit eſſe caſum in quibuſdam capitulis ex-
traordinariis.in §.quædam viſa.Et iſtam limitationem ſequitur Alua.& Præpoſitus in dicto c.j.Ex quo gene-
9 raliter infertur* quòd aſcenden.poſſunt ex pacto ſuccedere in feudo,prout etiam ex pacto ſuccederet quilibet
extraneus.iuxta c.j.de feudo non habente propriam naturam feudi.

9 Aſcẽdẽ. ex pacto ſuccedunt in feudo.

10 Ex cõſuetudine.

PR O ſecũda limitatione * dic idẽ ſi per cõſuetudinẽ fiat ꝙ in feudo ſuccedãt aſcẽdẽ. quia poterũt ſuccede
re,prout eſt in hac patria ducatus Burgũdiæ, & in tota Gallia, in qua quo ad ſucceſſionẽ feuda ſunt reda-
cta ad inſtar patrimonialiũ,vt habetur in titu. de feudis.ſuprà,§. *En choſes feodales & mouuans de fied les heri-
tiers ab inteſtat peuuent ſucceder comme en autres choſes.* vbi diſponitur ꝙ de cõſuetudine hui⁹ patrię,feuda quo
ad ſucceſſionẽ ſunt redacta ad inſtar patrimonialiũ,ergo ſicut pater in allodialibus in aliquibus caſibus ſucce-
dit filio,ita & in feudis,vt ſuprà dixi in dicto §.*En choſes feodales.*& hoc eſt quia vt videm⁹, iſtud poteſt fieri
per pactum,ergo etiam per ſtatutum vel conſuetudinem,prout not.Bal.in l. pręſcriptione.in vij.col.C.ſi con-
tra ius vel vtilitatẽ publicã.faciunt quę allegãtur per do.meũ Iaſ.in d.l.pręſcriptione. in iij.col.& in l.properã
randũ.in princ.in penul.col.C.de iudi.Feli.in c.j.in ij.col.de proba.do.meũ Iaſ.in aut.iubemus.C. de iudiciis.

11 TErtiò * limita prædicta non habere locũ quãdo filius eſſet inueſtitus cõtemplatione patris,& amore pa-
terno propter ſeruitia patris.ſequuntur & tenent hãc limitationem Alua.& alij in d.c.j.de natura ſucceſ.
feu.argu.l.dedit dotem.ff.de colla.bono.l.auus.ff. de iure dotium.l.fi.C.de vſufru.facit text.& notata in l.ſed
& ſi plures.§.in arrogato.ff.de vul.& pupil.vbi parificat quòd aliquid proueniat ad filium ex re patris vel cõ
templatione patris.intellige ſecundum doctrinam Barto.in d.§.in arrogato.

EX hac limitatione poſſet inferri ad vnum notabile. ex noſtra conſuetudine videmus quòd quantum ad
ſucceſſionem aſcendentium fit diſtinctio, an bona ſint acquiſita per filium, an prouenerint ab ipſis aſcen-
dentibus,quia in prouenientibus à patre vel à matre ſuccedũt pater & mater ſoli reſpectiuè,in acquiſitis ſucce-
dunt vnà

dunt vnà cum fratribus in capita.pone quòd fuerunt quædam donata filio cōtemplatione patris & amore paterno,& propter seruitia patris , an pater debeat in totum succedere? cogita ex his quæ hîc ante dicta sunt, & quæ ponuntur per doctores in d.§.in arrogato.

QVartò limita prædicta vt procedant in feudo nouo:secus aūt in feudo antiquo, quia tunc succedunt ascēdē.siue sint per directā lineā,siue per trāsuersalē,prout tenet Iac. Ardizo.in tit.de successio.feud. sub rubricella,an ascēdentes succedāt.per tex.in c.j.in tit.imperator Lotharius Eugenio papę.in fine. sed de hac limitatione dubitat Aluaro.in d.c.j.de natura.succesf.feu.dicēs eā esse verā in ascenden.transuersali, sed nō videt quomodo possit adaptari in ascendē.per lineam directā,cū semper in tali feudo antiquo ascendens sit potior ad habendū dictū feudum quā descendens, quia feudū paternū nō potest peruenire ad filiū patre superexistēte,quia pater prior admittitur nisi saluetur,secundū eū, quando filius primò possidet dictū feudum de voluntate patris,qui emācipasset ipsum filiū,& fecisset ipsum inuestiri,dūmodo omnino nō refutasset ius suū:quo casu moriente filio bene reuertitur ad patrē,sed non iure successionis,sed antiquo iure suo.arg.l.filio.& l.filius.§.j. & in fi.ff.de libe.& posthu.l.ab hostibus. C. de captiuis. Et ideo dicit ꝙ istud est quod dicit quòd feudū reuertitur ascenden.sed non iure successionis,sed tu dic ꝙ per nostram consuetudinem,ex quo prouenit à patre, succedet in eo iure successionis,vt dicitur in hac nostra consuetudine,ibi,*mais le pere succedera* &c. 12 *In feudis antiqs.*

nepos incipit tenere primum locum.i. efficitur ſuus hæres auo, non autem intelligas quòd ſuccedat in locum
patris per repręſentationem,quia ſi ita eſſet,non rumperetur teſtamentum.d.§.ſi hæres.ad Trebel.

38 *Pronepos.* NEC obſtat alia conſuetudo ſuprà allegata,*le mort ſaiſiſt le uif* &c. quia vltra ſuperiùs dicta poteſt dici *ꝙ
pronepos mortuis ſuis patre & auo incipit tenere primū locum in ſucceſſione proaui.eſt tex.in l.ſed & ſi
in condi.§.nepotes.ff.de her.inſti. vbi Bar. & alij. hinc eſt ꝙ eo caſu pronepos debet inſtitui vel exhæredari,
alioquin rumperet teſtamentū proaui ipſo iure,vel per cōtra tab.l.j.§.filiū.ff.de contra tab.& d.§.idem creden
dum.in d.l.Gallus.facit quod dicit Albe.in l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.dū exponit tex.ibi
dicentem ꝙ nepos in locum filij auo ſucedit.i.quòd ille qui erat nepos auo,mortuo patre ſuo incipit eſſe fi-
lius,& tenere locum filij ſui ſeu primi gradus ad auum.per tex.in d.§.nepotes. hinc decidunt Albe. Bal.& alij
39 *Filius bānitiſuccedit auo.* in d.l.ſi qua pœna.per dictum tex. *quòd filius exbanniti (qui pro mortuo habetur.l.actione.§. publicatione.
ff.pro ſocio.& l.j.§.qui filium.ff.de contra tab.ibi,deportatos enim loco mortuorum habendos)in locum pa
tris ſui exbanniti ſuccedit, & intrat illico iura ſuitatis ad auum,quo fit vt bona aui non confiſcantur.

40 AD quod multum bene facit tex.in l.cū ita.§. in fideicōmiſſo.ff.de leg.ij. * vbi ad fideicommiſſum factum
familiæ admittūtur primò nominati,poſteà verò proximiores in gradu,niſi poſteriores fuerint vocati. &
gl.ibi ſuper verbo,proximiores,quærit an ad tale fideicommiſſum pariter admittantur frater & filij alterius
fratris.& videtur ꝙ nō,ex quo lex vult illos ad fideicōmiſſum præferri qui ſunt proximiores in gradu, ſed ſic
eſt ꝙ frater eſt in proximiori gradu quā ſit filius fratris, ergo debet illi præferri. nec obſtat aut.ceſſante. C. de
legi.hære.quæ admittit filios fratris cum altero fratre ad ſucceſſionem patrui:quia illa aut.loquitur quando fra
ter & filius fratris veniunt ex legis diſpoſitione,tunc enim admittuntur. ex diſpoſitione hominis,euitatur cor
rectio iuris cōmunis,vt in caſu noſtro, tunc debet ſtrictiſſimè interpretari, & ſi ſtrictè interpretando lęderetur
ius cōmune,tūc largiſſimè debet interpretari,vt eſt tex.in d.c.cū dilectus.de cōſuetudine.vbi in ſtatuto vel cō
ſuetudine,de qua ibi,verbū electio accipitur largiſſimè pro cōfirmatione ne lędatur ius cōe.faciūt no.per Bar.
41 in l.nō dubiū.C.de legi.vbi dicit*ꝙ ſi verba vel ſenſus proprius alicuius ſtatuti vel diſpoſitionis cōtineāt ab-
ſurditatē,tunc recedendū eſt ab illa.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excu. tut. ¶ Ad quod facit notabile dictū Bal.
42 per illū tex.qui eſt bonus ad hoc,in l.j.C.de pac.pig.vbi dicit* ꝙ actus vel diſpoſitio debet dici potiùs ſuper-
flua,q̃ iuri cōtraria.vnde cū dicta cōſuetudo læderet & corrigeret ius cōmune in duobus caſibus,ſi intelligere-
tur loqui in ſucceſſione aſcendentiū,debet ſtrictè intelligi, quantūcunque generaliter loquatur, & reſtringi ad
43 *Verba in materia* ſucceſſiōes collateraliū,vt minus lędat ius cōe q̃ ſit poſſibile,per ſuperiùs dicta, nā* vbi in materia exorbitante
44 *exorbitate qūo accipienda.* verba largè & ſtrictè accipi poſſunt,ſtrictè accipiēda ſunt.l.ſi furioſi.C.de nup. &.c.Rodulphus. de reſcri. vbi
multū notabiliter dicit Pa.in j.col.in verſi.& ex hoc tene mēti per illū tex.* ꝙ vbi vnū verbū poteſt capi in ge
nere ſuo,nō in certa ſpecie illius generis,ſi ſumus in materia odioſa, debet capi in ſua ſpecie, & nō in genere.
verba itaque cōſuetudinis dicentis, *en toutes ſucceßions* &c. ex quo poſſunt capi in genere loquendo de omni
ſucceſſione tam aſcendentium quā collateraliū,& etiam in certa ſpecie illius,ergo ſcilicet in ſucceſſione colla-
teraliū tantùm debent intelligi & capi in iſta ſpecie, & non in genere: cùm ſumus in materia correctoria iuris
communis,quæ eſt odioſa,vt l.vnica.C.de inofficio.do.c.cum expediat.çum ſimilibus.de elect.in vj.

ET ꝙ talis conſuetudo generaliter intellecta corrigeret ius cōmune non ſolū in vno, ſed in duobus, ſi intel
ligatur habere etiā locū in ſucceſſiōe aſcendentiū, probatur, nā in primis clarū eſt ꝙ corrigit ius cōmune
inquantū vult repręſentationē habere locū in omni ſucceſ.in qua repręſentatus eſt in pari gradu ad illū cū quo
repręſentās vult ſuccedere, & ſic apertè admittit repręſentationē in ſucceſſiōe tranſuerſaliū vltra fratrū filios,
& ibi non ageretur de ſucceſſione patrui & auūculi,ſed etiā vlteriùs in gradu,quod eſt cōtra diſpoſitionē iuris
cōis,quia in ſucceſ.collateraliū vltra prędictos fratrū filios qui prior eſt in gradu ad defunctū potior eſt in ſuc
ceſ.vnde patru⁹ vel auūculus pręfertur in ſucceſ.filij fratris alteri⁹ fratris,qui eſſent fratres patrueles defuncto,
quia ipſe eſt potior in gradu.l.auunculo.vbi caſus.C.cōia.de ſucceſ.& volūt doc.in aut.itaq;.eo. ti.in aut.poſt
fratres.& in corpore vnde ſumitur.C.de legi.hære.corrigeret etiā & lęderet dicta cōſuetudo generaliter intel
cta in ſucceſſione aſcendentiū ius cōmune in eo ꝙ nō admitteret, ſed excluderet eos qui de iure comuni de-
bent venire ad ſucceſſionē aſcendētiū,vt ſunt omnes deſcendētes per vnā lineā,quātūcunq; ſint remotiores
in gradu deſcendentibus per illam lineam,vt eſt tex.in d.§.j.in aut.de hære.quæ ab inteſt.& in §.j.inſti.eo.

ET ſi dicta cōſuetudo ita generaliter,vt verba prima facie ſentire vidētur,ītellecta vocaret nō vocatos à iure
cōmuni,ſed expulſos,& excluderet vocatos ab ipſa lege,quod eſſet abſurdiſſimū dicere, quare venit re-
ſtringēda dicta cōſuetudo ad ſucceſſionē trāſuerſaliū tantū,& ſic nō accipienda in genere,ſed in ſpecie,cū ſit cō
tra ius,per ſupradicta.quibus accedit l.quod vero cōtra.ff.de legi.cū ſimilibus. quātūcunq; ergo dicta cōſuetu
do loquatur in omni ſucceſſiōe,debet illa generalitas reſtringi ad habilitatē & idoneitatē, ne ſequatur corre-
ctio iuris.d.l.ſi qñ.in prin.ff.de inof.teſt.& l.vt gradatim.§.& ſi lex.ff.de muneribus.ſcribitur plenè per Bar.&
alios in l.j.§.nūtia.ff.de no.ope.nū.& ponūt ſcribētes omnes in l.j.C.de ſacroſa.eccl. ¶ Quòd ita debeat intel
45 *Statuta reſtrictiuè interpretantur.* ligi dicta cōſuetudo,& reſtringi quantūcunq; generaliter loquatur,vltra prædicta facit, *quia ſtatuta vel con-
ſuetudines quantūcunque generaliter loquantur,recipiūt interpretationē reſtrictiuā,ne aliquis dānū patiatur,
aut afficiatur iniuria.l.ij.iūcta gl.vbi Albe.Bar.& doc.C.de noxa. actio.Bar.in l.omnes populi. ff. de iuſti.&
iure.idē Bar.in l.fi.ad fi.C.in quibus cauſis reſti.in integ.nō eſt neceſſaria.in l.proſpexit.ff.qui & à quibus.in l.
nō eſt dubiū.C.de legib.Io.de Imo.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.facit l.quæſitū. de teſti. ff. de proba. & in
l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patro. Sed ſi dicta conſuetudo non reſtringeretur & intelligeretur generaliter,
dicta

dicta Iulia indebitè afficeretur iniuria,& pateretur damnũ,& remoueretur ab hęreditate & ſucceſſione ſuorũ parentũ aſcendentium,ad quã tamen vocatur de iure ab inteſta.d.§.j.in aut.de hære.quæ ab inteſta. defe. quæ dicitur ſibi debita.l.fi.§.pe.C.de codi.Accur.& doc.in l.iij.C.de iuris & fac.ignoran.adeò ꝙ talis hæreditas dicitur legitima,vt l.lege obuenire.ff.de verb.ſig.ſed etiam appellatur iuſta ex quo quis ad illã de iure vocatur. l.j.§.de illo.vbi tex.ff.pro ſocio. ¶ Quare relinquitur clariſſimè cõcludendũ ex prædictis, ꝙ dicta conſuetudo quantũcunque generaliter loquatur,nõ debet extẽdi ad hæreditatẽ Scipionis aſcẽdentis, ſed reſtringi ad ſucceſſiones collateraliũ,ne dicta Iulia indebitè dãno afficiatur ſi generaliter intelligeretur de omni ſucceſſione etiam aſcendentiũ. ¶ Et ꝙ dicta cõſuetudo ita debeat intelligi & limitari,vt.ſ.minus lędatur ius cõmune, hoc expreſſè vult tex. in fine dictarũ cõſuetudinũ deſcriptus,quo cauetur expreſſiùs,in modũ qui ſequitur. *Et ſ'aucuns cas aduenoient,qui ne fuſſent comprins es dictes couſtumes par nous approuuées,comme dit eſt,ou que par icelles ne ſe puiſſe decider,nous uoulõs & ordonnõs que l'on y procede,& que l'on y face ſelon diſpoſition de droict eſcript &c.& aueč ce uoulons & ordonnons que leſdictes couſtumes ainſi par nous autorizées ne ſoiẽt interpretées par aucuns faictz ou uſages que l'on pourroit propoſer & alleguer ſur icelles,& que a iceulx faictz ou uſages alleguez pour l'interpretation d'icelles,les parties ne ſoient aucunement receues,mais ſoient reboutees par fin de nõ receuoir,& que icelles couſtumes par nous ainſi autorizées, ſoient declarées & interpretées ſelon droict eſcript, & non autrement,&c.* ¶ Modo clarũ eſt,vt ſuprà fuit oſtenſum ad oculũ , ꝙ dicta cõſuetudo intellecta generaliter tam in ſucceſſione directa quàm collaterali eſſet correctiua iuris communis in duobus ſupradictis , ſequitur ergo neceſſariò quòd ſolùm venit intelligenda in ſucceſſione collaterali,& non directa.

Qvantũ ad ſecundũ,quo ſuperiùs dicebatur ꝙ dicta cõſuetudo eſt poſita & ſcripta in medio cõſuetudinũ poſitarũ ſub d.tit.*des ſucceßiõs*.quare ad oẽs illas,tã ante quã poſt eã ſcriptas debet referri &c. reſpõdetur * ꝙ quæſtio illa qua quæri ſolet an clauſula ſeu qualitas poſita in aliqua diſpoſitione habente ſub ſe plura capitula referri debeat ad proxima vel præcedentia,vel ſequentia, vel ad omnia , nõ eſt ſicco paſſu terminãda: in deciſione enim illius varij varia dicũt , quinimo gloſſæ gloſſis,doctores doctoribus obſtant, quẽadmodum diffuſè multũ & variis in locis vtriuſq; iuris tactũ reperitur,quorũ allegationes magis tædioſę q̃ vtiles eſſe videntur,illud tamen vidẽtur fateri omnes, & ꝙ ſi aliqua clauſula alicuius qualitatis ponitur inter vnũ capitulũ tantũ,tũc ad illud ſolũ refertur,ſi aũt ponitur inter plura capitula , tũc refertur ad omnia,ſecundũ doctrinã iuriſcõſulti in l.j.§.filius inter medias.ff.de libe.& poſth.qđ venit intelligẽdũ ſanè, videlicet,ſi nõ eſt ratio quare magis trahatur ad vnũ q̃ ad reliquũ.l.j.C.de lib.præte.ſi enim ſubeſſet ratio vel cauſa quare clauſula nõ poſſet referri ad quædã,ad illa nõ referretur,& cauſæ poſſũt eſſe multę,ſcđm Bar.& alios in l.talis ſcriptura. §. fi.ff. de leg.j.& in l.prętor.ij.§.erítq; hęc differẽtia.ff.vi bo.ra.& inter alias illa eſt iuſta cauſa, qñ id ad qđ q̃ritur referri eſt exorbitãs à iure cõi,ſcđm gl.in d.§.fi.& Bar.ĩ locis ſuprà alle.allegãtes Spe.in tit.de inſtru.cõcep.§.nũc aũt.ver.excep.l.vxori.§.vxori.ff.de leg.iij.cũ itaq; dicta cõſuetudo eſſet pluſquã exorbitans à iure communi, ſi referretur ad cõſuetudines loquẽtes de ſucceſſione directa , vt ſuprà clarè oſtẽſum eſt,ſequitur neceſſariò ꝙ ſolùm debet referri ad illas conſuetudines quæ de ſucceſſionibus tranſuerſalium loquuntur, quemadmodum loquitur conſuetudo immediatè illa præcedens,quæ incipit, *ſ'ilz ſont enfans de pluſieurs lictz,&c.*

46 Clauſula inter plura capitula poſita ad quæ referẽda ſit.

Nec obſtat cũ dicebatur ꝙ ſæpe dicta conſuetudo loquitur tam in ſucceſſione directa q̃ collaterali in his verbis in ea deſcriptis,*de ſa ligne & branche*,& quòd iſtud verbum,*de ſa ligne*,refertur & verificatur ſolũ in linea directa,& iſtud verbum,*de ſa branche*,in linea collaterali,&c.quia ſalua dicentium pace,iſtud verbum, *de ſa ligne*,poteſt ita æquè verificari & inficiari in linea collaterali quemadmodum in linea directa,vt clarè decidit Io.And.in arbore conſanguinitatis, * vbi dicit ꝙ eſt triplex linea graduum,aſcendẽtium,deſcendẽtium, & collateralium,ſecundũ glo.in rub.de ſuc.edict.C.qui vult * ꝙ in duobus conſiſtat edictũ ſucceſſorium principaliter: primò,quando eſt ſucceſſio de capite in caput.ſecundò,quando de gradu in gradum. * Eſt autẽ gradus dinumeratio perſonarum in vna linea exiſtentium ſeu conſiſtentium,per ſuperius & inferius,vel ex latere. l.iuriſconſultus.§.gradibus.ff.de gradi. * Caput autem nihil aliud eſt quàm digreſſio ab vna linea ad alteram lineam,vt de linea deſcendẽtium in lineam cognatorum. ¶ Item ex alio clarè videri poteſt, * quòd ſæpenumero in dictis conſuetudinibus linea ponitur pro gradu collaterali: & quòd ita ſit,eſt conſuetudo volens, *Que les heritages enſuyuent en ſucceßion la ligne du tronc.*vt habetur §.viij.ſuprà eodem.

47 Tri- 48 plex linea graduum.
49 Gradus quid.
50 Caput.
51 Linea.

Ex quibus verbis & iuribus ſuprà alleg.clarè conſtat quòd hæc verba,*de ſa ligne*,verificantur in gradu collaterali: & cõſequẽter quòd conſuetudo ſuprà ſæpius allegata verificatur in ſucceſſione collaterali, & in ea venit ſolùmmodò intelligenda, & nõ in directa. Præterea eſt alia cõſuetudo immediatè præcedẽs ſupra dictã cõſuetudinẽ,expreſſè volens,*Que ſ'ilz ſont enfans de pluſieurs lictz freres & ſeurs,qu'ilz uiennẽt a la ſucceßion de leurs oncles,ou autres en ligne collateral,ilz ſuccederont par ligne,& non pas par teſte*,ex quibus intrepidè relinquitur quòd dicta verba,*de ſa ligne*,verificantur in ſucceſſione collateralium.

Et pro vno efficaciſſimo fundamento hac in parte diligenter põderatur quòd per tractatum matrimonium auiæ dictę proneptis ſępe dictus Scipio,ipſius proneptis proauus,expreſſè,nominatim reſeruauit ſucceſſionem ſuam dictæ auiæ filiæ ſuæ , necnon quaſcumque ſucceſſiones,tam directas quàm collaterales ſibi tunc & in futurum obtingentes.

Omiſſis itaq; quibuſcumque aliis prolixioribus argumẽtationibus & allegationibus,quæ ad reuolutionem librorum facilè in medium adduci poſſent,ego ex ſuperiùs dictis dico quòd dicta cõſuetudo quæ incipit, *en toutes ſucceßions*, loquitur & habet locum in ſucceſſione collaterali tantùm, in qua habet locum repręſentatio,non autem loquitur in ſucceſſione directa deſcendentium,in quibus non habet locũ repræſentatio,quia in talibus ſuccedentes ſuccedunt ex iuribus & perſonis eorum propriis,& non ex fictione,vel repræſentatione aliarũ perſonarũ,vt ſuprà dictũ eſt.Et in ꝓpriis terminis legi clariſſimũ doctorẽ & præceptorẽ meũ do.Anſel. de Marẽchiis ita decidiſſe,& prædictam conſuetudinem ita intellexiſſe in aut.in ſucceſ.C.de ſuis & legi.hære.

Concluditur itaq; ſupradictã Iuliã dicti Scipionis proneptẽ, ad illius ſucceſſionẽ pro tertia parte vnà cum dictis Paulo & Caio eſſe admittẽdam,illiúſq; tertiæ partis eſſe ſaiſitã vigore cõſuetudinis,quæ eſt prima in

Concluſio caſus principalis.

ordinatione ſub d.rub. *des ſucceßions*. volentis per modũ eiuſdem regulæ generalis, *que le mort ſaiſiſt le uif, &c.*
Quæ quidem conſuetudo ſub forma dictæ regulæ generalis tradita venit referenda ad quaſcunque conſuetu-
dines ſub d.rub. *des ſucce ßions*. poſitas & deſcriptas ex multũ eleganti theorica Bar.in l. prætor. *la ſeconde*.§.
52 De ſtatuto p modum regulæ procedẽte. erítque hęc differentia.ff.vi bo.rap.expreſſiùs volens* ꝙ vbi vna lex, conſuetudo, vel ſtatutum procedit per
modum regulæ,intelligitur in omnibus aliis ſequentibus.repetita arg.l.regula.circa fi.ff.de iur.& fac.igno. & l.
de vnoquoque.ff.de re iudica.vbi ponitur regula, ꝙ in vnoquoque negotio debet pars citari. poſtea ſuperue-
nit lex ij.aliàs j.C.de ſen.ex pericu.reſcin. quæ tradit formam qualiter ſit formanda ſeu ferenda ſententia, &
non repetit de citatione partis,intelligitur tamen repetitum, quia in alia lege per modũ regulæ eſt ſtatutũ,per
quod dicit Old.determinaſſe quæſtionem.dicebat primum ſtatutum ꝙ iudex debeat ferre ſententiam cum cõ
ſilio ſapientum,deinde aliud ſtatutum dicebat ꝙ in quibuſcunque caſibus iudex debeat procedere ſummariè:
certè intelligitur repetitum ꝙ iudex debet procedere ſummariè cum conſilio ſapientum, quia illud primũ ſta-
tutum procedit per modũ regulæ.Idem voluit Bart.in l.j.§.ij.ff.ad l.Falci.& in l.omnes populi. in iiij.q.vj.ar.
prin.ff.de iuſti.& iure.Bal.in l.j.C.ne liceat ter.prouo.eſt bona glo. in cle.ſæpe. ſuper verbo,non obſtantibus.
de verbo. ſign. & in cle.j.in ver. curam.vbi Ant. & Imo.de ſupplen.negli.præla. cum multis aliis communiter
alleg.per Alex.in d.§.erítque differentia.quæ omnia cum venia & correctione quorumcunque dixero.

PRædicta de repræſentatione non habent locum in iure patronatus, quia nepos non ſuccedit in locum pa-
tris præmortui.Tex.eſt in l.ſi libertus præterito.§.j.ff.de bo.quę lib.& in l.duobus. ff.de ope.libe.Ratio-
nem diuerſitatis ponit do.meus Iaſon in d.l.ſi auiæ.frater.C.de ſucceſ.edic.in ij.col.

IOannes Fab.in d.§.cæterũ.inſti.de legi.agna. ſucceſſione.induxit hanc materiam de repreſentatione ad duas
52 Quæſtio de repreſentatione filiæ. quæſtiones.*Primò videlicet filia de conſuetudine non ſuccedit in baronia,imò maſculus, etiam ſecundoge-
nitus eam excludit.pone ꝙ quidam baro habuit duos filios quorum primogenitus in vita patris moritur relicta
filia,moritur baro relicto filio ſecundogenito ſuperſtite & filia primogeniti,maſculus ille ſecundogenitus vult
excludere filiam à baronia,dicendo,vos non debetis plus habere quàm ſi eſſetis filia patris mei,quæ eſtis ne-
ptis,ſed ſi eſſetis filia,ego vos excluderem,ergo multo fortiùs vos neptem. dicit neptis, ego repreſento perſo-
nam patris mei,qui te excluderet ſi viueret,ergo ego te excludam.& concludit ꝙ mulier non ſuccedet extan-
tibus maſculis,licet repreſentet perſonam eius patris,qui pater filium maſculum ſecundogenitum excluſiſſet.
54 Alia quæſtio. Enagium. *Secundò induxit ad aliam quęſtionem.in regno Franciæ in pluribus locis maſculus primogenitus habet Ena-
giũ inter nobiles,& ſi vnus ſit maſculus habet Enagium,quamuis habeat ſorores antiquiores & primogenitas:
modò aliquis nobilis habuit fratrẽ primogenitũ qui moritur in vita patris relicta vnica filia : nunquid illa ha-
bebit Enagium,vel filius maſculus etiam ſecundogenitus ſuperſtes?dicit ꝙ communiter tenetur & de conſue-
tudine in Francia obſeruatur,ꝙ filia repellitur ab Enagio.crederem hoc eſſe verũ ſi ius nõdũ eſſet quęſitũ filio
primogenito, quia ſcilicet mortuus eſt ante patrẽ:ſecus ſi ius Enagij eſſet iã quæſitũ,per ea quæ dicit do.Iaſ.in l.
maximũ vitium. in ij.col.C. de libe.præter.vbi tractat materiam,nunquid nepos præferatur patruo in regno.

IVxta prædicta * poſſet quæri de multum notabili quæſtione:videmus hìc quòd per repręſentationem filius
55 Quæſtio notabilis. fratris admittitur ſimul cùm alio fratre,nunquid iſtud habeat locum in fideicommiſſo relicto familiæ?an fi-
lius fratris ſimul admittatur cũ alio fratre per authen.ceſſante.C. de legitimis hære. quæ vult quòd filius fra-
tris admittatur cum alio fratre, & per hanc conſuetudinem quæ dicit quòd in ſucceſſionibus filius repræſen-
tat perſonam patris præmortui? glo. in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ff. de lega.ij.dicit & vult quòd in tali fi-
deicommiſſo filius fratris ſimul admittitur cum alio fratre. per d.authen.ceſſante.quam glo.ſequutus eſt Bal.
conſulendo in conſilio ſuo cccclxxxviij.in iij.parte,incipiente,caſus talis eſt.quidam Titius deceſſit.in impreſ-
ſione noua,licet tamen voluerit impugnare illam in d.§.in fideicommiſſo.& hanc glo.ſequutus eſt Alex.in cõ
ſilio ſuo lxxxviij.in j.volu.quod repetitum eſt in conſilio cxxxvij.in eod.j.volu. & cõſilio ſuo xxvj.in iij.volu.
incipien.videtur fortaſſe.in iiij.& v.col.in iij.volu.ſed idem Alexan. ſibi contrarius tenuit contra glo.in con-
ſilio ſuo cciiij.incip.cõſideratis.in iij.col.in ij.volu.& in cõſi.iiij.in iiij.vol.incip.ponderatis.quã quidẽ opinio-
nem Alex.in dictis duo.conſi.vlti.alleg.videtur ſequi do. meus Iaſ.in l.ij.in ij.col.C. de ſucceſ.edicto.allegan-
do quoſdam alios. ¶ Iſtam ſecundam opinionem ſequutus eſt Soci. in conſi. ſuo cclij.col.ij.in fine. Et facit,
quoniam quando teſtator vocat filios ſuos,intelligitur eos appellare qui primum locum occupant, & ſecun-
do loco nepotes,vt pulchrè Alexan.in d.conſilio lxxxviij.quoniam in hoc etiam attenditur mens & affectio
teſtatoris,quæ prædominantur in ſubſtitutionibus.l.cum virũ.C.de fideicõmiſ.Alexan.cõſil.xcj.col.j.& xciiij.
col.ij.in j.vol.quæ colligitur ex hoc quòd non tanta verſatur dulcedo in nepotibus quanta in filiis nobis ap-
propinquantibus magis,vt dicit Ang. conſi.ſuo cxviij.incip. quia pro nepote.circa fi.Et quando verſatur du-
bium, an teſtator voluerit duos aut vnum vocare, attendimus quatenus eorum ſit teſtatori maiori dilectione
coniunctus.l.ſi ſeruus.ff.de legatis primo.Barbatia.conſil.ij.in vj.col.in ij.volu.ergo non nepos.l.iuriſcon.§.ij.
& iij.gradu.ff.de gradi.affinitatis.l.proximus.ff.de verbo.& rerum ſig. ¶ Et pro hac parte dicitur eſſe caſus in
l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.hanc dicit eſſe cõmunẽ do.meus Iaſ.in l.Gallus.§. quidam rectè. col.iij.in verſi.j.cõ-
cluſio.ff.de libe.& poſthu. dicens notatu dignum, quia vtile & practicabile,quòd vbi teſtator inſtituit aliquẽ
& eius liberos,quòd primò admittuntur filij,deinde nepotes.alle.Ang.ita conſuluiſſe cõſil.xxxviij. idẽ Alex.
cõſi.ccxxj.in ij.vol. ¶ Et pro filiis ad excluſionem nepotum ex prædefuncto filio facit regula Philippi, quę ha-
bet quòd vbi aliquid dicitur de duobus , de vno per prius,de altero per poſterius,intelligere debemus de eo
quod ſit per prius.hanc refert & ſequitur Signorol. conſi. xxix.& eſt quod dicit Barto.in l.hoc legatum.ff. de
leg.iij.& eſt tex.in l.legatis.ff.de leg.ij.quòd verbum ſemper debet intelligi per prius, & ſunt referenda verba
ad perſonam magis immediatam & magis proximam ipſi teſtatori. ¶ Et facit regula quam ponit Bal.in l.j.C.
de ſucceſ.edicto.quòd verbum ſimpliciter prolatum & in materia indifferenti, intelligendum & accipiendum
eſt per prius,excluſo poſteriore.& idẽ vult in l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure.vbi ſtatutũ loquẽs de offenſo veriſi-
catur in immediatè offenſo,clarior eſt ad id eiuſdẽ deciſio in d.l.cũ ita.§. in fideicõ.ff.de leg.ij.vbi grauatus re-
ſtituere fratribus teſtatoris, ſi viuo teſtanti moritur , ex illis relictis liberis illi nõ venient cum aliis fratribus,
ſed erunt

ſed erunt excluſi ratione affectionis præſumptæ teſtantis, qui iudicatur prædilexiſſe fratres filij fratrum, & verba ſubſtitutionis intelligi debent per prius, hoc eſt ſecundum prioritatem gradus. idem Cuma. conſi. vij. incip. mulier inſtituit maritum. Areti. conſi. clxiij. incip. diligenter & maturè.

TV dic * quòd ex quo qui venit ad bona alicuius per fideicommiſſum dicitur ſucceſſor, cùm habeatur loco hæredis, l. qui quadraginta. & l. poſtulante. ff. ad Trebel. cùm in eum iura defuncti actiuè & paſſiuè tranſeant. l. j. in princi. & l. reſtituta. & l. facta. ff. ad Trebel. vt per hoc tenet Soci. conſilio ſuo ccxlix. incipiente, Materia præſentis conſultationis. in ix. col. in ij. vol. * & ſecundum conſuetudinem noſtram in omni ſucceſſione repræſentatio habet locum: quia dicit tex. noſtrę conſuetudinis, *En toutes ſucceßions*, nam qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. iij. c. ſolitæ. de maio. & obe. quòd in tali fideicommiſſo in hac patria filius repræſentabit perſonam patris, & ſic obſeruatur hîc illa glo. in d. §. in fideicommiſſo. quæ eſt vera, quicquid dicant Bal. & alij. ¶ Ego conſului in caſu emergenti quòd in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta per materteram filiæ ſororis, & eius liberis in comitatu Burgundiæ, quòd cùm dicta filia ſororis ſubſtituta deceſſiſſet ante conditionis euentum, ita quòd ſubſtitutio debuit habere locum in liberis illius, quòd ex quo erant filij ex vno latere, & ex altero filij filiorum, quòd ſimul deberent admitti ad prædictam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, eo quòd in dicto comitatu Burgundiæ eſt conſuetudo quòd in ſucceſſione collaterali repręſentatio habet locum, prout de iure: ſed de iure filij fratrum repręſentant fratres in ſucceſſione collaterali. aut. poſt fratres. C. de legi. hæredi. Ergo cùm illo caſu liberi ſeu filiæ ſororis reperirētur ſubſtitutæ, & ſic ſuccedere matertera primæ teſtatrici, non matri, vt amplè conſului: ideo illo caſu ita admitti debuerunt filij liberorum dictæ filiæ ſororis primò ſubſtitutæ, ſicut liberi illius etiam ſubſtituti, & in hoc etiam ſeruatur glo. in dicto §. in fideicōmiſſo. Secus autem dicerem in caſu in quo eſſemus in ſucceſſione aſcendentium, quoniam hoc caſu tenenda eſſet opinio ſuprà relata, quoniam de iure in illis non habet locum repręſentatio, vt dictum eſt in conſilio hîc antè poſito, & in hoc caſu non habet locum illa glo. nec eſt vera hoc caſu tam in patria iuris ſcripti quàm in patria vbi habet locum repræſentatio tantùm ſecundum iuris communis diſpoſitionem: ſecus verò vbi repręſentatio habet locū in omni ſucceſſione, vt in hac patria, quoniam ſemper habet locum prædicta gl. vt antè dixi. ¶ Quid autem in donatione facta per matrem filio primogenito, & in defectum illius ſecundogenito nato ex matrimonio tunc exiſtente inter matrem donantem & eius maritum viuentem, & ſtipulātem pro ſuis liberis & eorum hæredibus? an ſi primogenitus moriatur ante donantem relictis filiis præferendus ſit in tali donatione ſecūdogenitus? an verò filij primogeniti? conſului in caſu emergenti conſilio incipiente, Nobilis & potens domina, &c. Sed de differentia in relicto conditionali alicui in ſpe ex vltima voluntate, aut ex contractu, videatur Oldr. conſi. ccxxiiij. incip. iſtæ ſunt allegationes. in vj. col. poſt princip. vbi dicit quòd relictum ſub conditione ex cōtractu tranſmittitur etiam ſi ante conditionis euentū moriatur ille cui debetur. §. ex conditionali. inſti. de verb. obliga. l. is cui. ff. de actio. & obli. quod ſecus eſt in relicto ex vltima voluntate. d. l. vnica. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. tol. Et quoniam in defectum ſecundogeniti res donata deuenire debebat ad filiam, potuerit interim ſecundogenitus alienare in tertium, & ſi alienauerit, an filia quæ eſt poſt eum, & cui eſt donatum in defectum illius poterit vendicare, conſului etiam in dicto conſilio.

SED poſſet * hîc quæri ſi pater & filius vocantur ſimul, an veniant ſine ordine ſucceſſiuo? an verò ſimultaneè? Alex. & alij poſt Bar. & Bald. in l. cum quidam. C. de verb. ſignifi. dominus Claudius de Seiſello, dictus de aquis, nunc epiſcopus Laudenſis & Maſſilienſis, ponit hanc materiam multùm amplè in l. Gallus. §. quidam rectè. in iij. col. ff. de liberis & poſthu.

Fidei-commiſſari⁹ dicitur ſucceſſor. 56 57 38

IN TEXTV IBI, *Repreſentation.*

ADuerte etiam quòd ſi iure repræſentationis, ergo per priuilegium, in corpore tamen iuris clauſum, quod non eſt eiuſdem effectus ſi eſſet de iure communi. & iſtud priuilegium eſt in §. ſi autem defuncto. ibi, huiuſmodi priuilegium. in aut. de hære. ab inteſta. venien. colla. viij. quod vt dicit Benedicti in repetitione c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. nume. 616. de teſta. ſcire prodeſt ad multa, maximè quia nō ita extenditur priuilegium quàm ius commune, & faciliùs tollitur priuilegium quàm ius commune. & idem Benedicti in eodem loco, nume. 625. dicit quòd talis repræſentatio eſt ſtricti iuris, veluti ex priuilegio, in corpore tamen iuris clauſo, & ideo non venit extendenda. & quomodo cognoſcatur priuilegium in corpore iuris clauſum, ponit Bald. in l. j. C. de petitio. hære. vel meliùs dicitur omne id quod eſt ſuprà, contra, vel præter ius commune. idem Bal. in l. j. penulti. colum. verſi. vnde quæritur. C. de furt. iuncta ſua doctrina in l. j. C. de theſauris. lib. x. & Bart. in l. nulla. ff. de legi. in verſi. oppo. de l. ſi vna. vel ad quod addit vel detrahit iuri communi. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. & Bald. in Margarita ſua, in verbo, priuilegium. Aduerte tamen quòd priuilegium inſitum in corpore iuris, regulatur vt ius commune, vt not. Gemi. in c. ignorantia. xxxviij. diſt. Feli. in c. j. in viij. col. ibi, fallit iij. & c. cùm ordinem. in penul. col. extrà, de reſcrip. imò dicit dominus meus Iaſon in l. j. in fine col. ff. de conſtitu. princip. & in l. ſicut certi. in penul. col. C. de teſta. mili. quòd per clauſulam, quantumcumque generalem, non obſtante, non tollitur priuilegium in corpore iuris clauſum, per glo. in aut. qua in prouincia. vbi de crimine agi oportet. C. & adde Ioan. de Imol. in conſilio ſuo cvij. *

IN TEXTV IBI, *En pareil degré.*


ADDITIO. Aduerte tamen quòd iſta paritas gradus non tantùm inſpicitur ratione proximitatis ſimplicis, ſed etiam ratione proximitatis cum habilitate, quoniam licet frater ex vno latere videatur proximior, & in pari gradu cum fratribus ex vtroque latere, non tamen eſt habilis, ſtantibus fratribus ex vtroque latere, aut. defuncto. C. ad Tertullia. & aut. ceſſante. C. de ſuis & legiti. & etiam per conſuetudinem ſequentem, quæ incipit, *double ligne*. quæ reddit fratres ex vno latere inhabiles, ſtantibus fratribus ex vtroque latere, aut filiis fratrum. Et ſic videretur quòd eſſet quodammodo contrarietas inter has tres conſuetudines, quoniam præcedens quæ incipit, *les heritages*, determinat quòd omnia hæreditagia ex trunco paterno prouenientia competunt hæredibus ex illo trunco, ſiue ſint in proximiori gradu, ſiue in remotiſſimo, & tamen conſuetudo ſequens vult quòd fratres ex vtroque latere ſuccedant fratribus in omnibus bonis, & ſic

iam excludit fratres vterinos tantũ à bonis maternis,& conſanguineos tantùm à bonis paternis, etiã quæ deuenerunt ad fratres.Et hoc in caſu quando ſuccedunt fratres adinuicem, ſed quando ſuccedunt filij fratrũ de per ſe,quia conſeruantur bona materna, & nihil in illo textu deciditur quando filij ſuccedunt patruis cum patruo,vtrùm patruus hoc caſu excludatur à bonis maternis quæ habuerat frater,qui eſt frater patris filiorũ volentium ſuccedere illi ex vtroque latere, nam non eſt excluſus hic patruus per conſuetudinem ſequentem,cũ conſuetudo ſequens tantùm det omnia bona fratribus ex vtroque latere adinuicem ſuccedentibus alteri fratri,vt patet in j.articu.illius conſuetudinis. Et quo ad ſecundum articulum, qui eſt ibi, *& außi a lieu*, loquitur tantùm quando eſt quæſtio de filiis fratrum inter eos,ita quòd non eſt aliquis patruus,cùm dicat,*entre les enfans deſdictz freres & ſeurs*, cum dictio inter,includat tantùm in ſua oratione comprehenſos,& excludit nõ comprehenſos, tanquam ſit dictio,cùm ſit terminus habens reſpectum ad nominatos,vt tenet Alberi. de Roſa.in authen.quod ius.C.de procu.vbi ponit dictiones incluſiuas & excluſiuas. Et illo caſu ſecundo remanent ſalua bona materna vnicuique: & ſic non eſt quæſtio de omnibus bonis, prout in j.articu.& ita eſt intelligenda illa conſuetudo,ſuper intellectu cuius aliàs dubitaui,vt infrà videri poteſt.Sed quando eſt quæſtio de ſucceſſione filiorum fratris ex vtroque latere tantùm ex vnò latere,verbum multum,in illa conſuetudine, & ſic ille caſus videtur eſſe omiſſus,ita quòd non excluditur quòd conſuetudinibus pręcedentibus,ſaltem per illum tex.non impeditur incluſio in dictis conſuetudinibus,ſcilicet octaua, quæ incipit,*les heritages*,& in hac cõſuetudine.& quia ibi non eſt comprehenſus,& ſic omiſſus,remanet in aliis diſpoſitionibus iuris.quod videtur eſſe duplex,ſcilicet quòd.dicitur ius ſcriptum,de quo in d.aut.ceſſante, defuncto,ſuprà alleg. & authen.itaque mortuo.C.communia de ſucceſ.de quibus dicam in conſuetudine ſequen. Ex quibus deciſionibus iuris iuncta authen.Poſt fratres.j.C.de legi.hære. videtur quòd filij fratrum ex vtroque latere ſunt in pari gradu cum fratribus,& ſic quòd idem iudicandum eſt de hoc caſu omiſſo prout de primo, ſed in hoc aduerſatur conſuetudo ſuprà mentionata,quæ incipit,*les heritages enſuyuent*, & hæc conſuetudo quæ admittit repræſentationem cum eiſdem quando ſunt in pari gradu.ſed videtur quòd paritas gradus ſit cum patruo ex vno latere tantùm,quo ad bona quæ proueniunt ex ſuo latere,propter conſuetudinem quæ vult hæreditagia redire ad truncũ vnde proceſſerunt,quę eſt octaua huius tit.Et ideo quòd in illis patruus etiã in vno latere ſuccedere debet cum filiis fratrum ex vtroque latere,quia aliàs per caſum non expreſsè contentum in conſuetudine corrigeretur præcedens octaua conſuetudo,& ſic duæ conſuetudines corrigerentur per caſum omiſſum,& ſic per ſubauditionem,quod non eſt dicendum, imò potiùs vna conſuetudo debet interpretari per aliam, vt ſcilicet hæ conſuetudines, comprehendant illum caſum omiſſum, quia vna conſuetudo debet per aliam interpretari, vt dicit Barto.in extrauagan. ad reprimendum. in verbo,non obſtan.Ro.in conſi.cccxcix.incipien.præſens conſultatio.& Alex.in cõſi.lxxx.in j.vol.dicam infrà.Et videtur quòd tex.in d.conſuetu.viij.generaliter diſponat in omnibus caſibus vbi eſt quæſtio de ſucceſſione bonorum ex diuerſis trũcis,& ꝙ nec hæc conſuetudo,nec conſuetudo ſequens corrigant illam, ſed impediunt incluſionem in illo in caſibus per eos expreſſis,ex doctrina Io.de Imol.in l.cum teſtamento.§.qui tres.ff.de hęredi.inſti.de qua dixi in d.conſue.viij.in gl.*prochain*.in fine illius glo.Ex quo ſemper fui in hac opinione,quòd patruus ex vno latere ſuccedet cum filiis fratrum ex vtroque latere quo ad bona prouenientia ex ſuo latere,& ſic hæ tres conſuetudines debent intelligi,& vna per alias interpretari,ne implicent in ſe contrarietatem,& vnaquęque ſit vera & habeat effectum.Et ideo non ſine cauſa conſuetudo voluit relinquere illum caſum,nec de illo voluit facere mentionem,cùm non potuiſſet illum aliter decidere quàm hoc modo:aliter reſtrinxiſſet illam conſuetudinem octauam in duobus caſibus, & hanc in vno,& ſic multæ fuiſſent correctiones,& ſufficit vna correctio quæ fit ad conſuetudinem,per §.ſequẽtem, inquantum diſponit quòd bona ex vno trunco prouenientia non truncant nec redeunt ad illum truncũ vndè proceſſerunt,quando eſt quæſtio de ſucceſſione fratrum ex vtroque latere propter duplex vinculum. *

VT cognoſcatur paritas aut imparitas gradus, & quomodo vna perſona repræſentatur per aliam, vt non recurratur alibi,arborem iuris Ciuilis hìc addere volui.

Arbor ciuilis.

ARBOR CIVILIS.



En toutes ſucceßions.


IN TEXTV IBI,

HAE C verba non ſunt ſine magno miniſterio,ſed quicquid dicant plures,quòd hæc repræſentatio ſit tan
tùm in prima linea,& ſic quòd tantùm poteſt eſſe vnica repræſentatio, & non plures : dico quòd poſſunt
eſſe in vnà ſucceſſione plures repræſentationes & dicunt illi hoc caſu plures repræſentationes reſpectu pluriũ
ſuccedentium vni.Imò etiam vſque ad ſeptimũ gradum ſemper repræſentatio habebit locum, ſi caſus dari poſ
ſet.& iſtud dixi & tenui in caſu qui euenit in facto,vbi erant tres repræſentationes,ideo arborem illius hîc etiã
nouiſſimè inſerere curaui,ne ampliùs ſuper hoc fiat dubium aut dubitent qui ſe fundabant ſuper iſtis verbis,*li*
gne & branche,poſitis in textu,quę crudè intelligunt,vt in glo.ſequente patet,quæ incipit, iſte terminus.

VTrùm iſtud habeat locum etiam in ſucceſſione ex teſtamento , ſicut in ſucceſſione ab inteſtato , hoc eſt,
* ſi Titius fuerit inſtitutus in aliqua parte per quendam extraneum,aut ſubſtitutus,ſi moriatur ante teſta *1 An rep*
torem,aut ante euentum cõditionis,an iſtud ius trãſmittatur ad hæredes, videlicet primò ad filios,qui reprę- *ſentationi*
ſentant perſonam patris,& vtrùm hoc caſu ſit locus repræſentationi? videtur quòd ſic,quia verbum ſucceſſio *ſit locus*
nis adaptatur & compræhẽdit tam ſucceſſionem ex teſtamẽto quàm ab inteſtato.l.fi. C. vnde leg.l.j. & ij.C. *in ſucceſ.*
de ſucc.edicto.Soci.in conſi.ſuo cl.& dixi ſuprà in hoc tit.§.j.in verbo,ſuccedere.& maximè propter hanc ge- *ex teſtamẽ*
neralitatem quæ hîc ponitur, cùm dicat, *toutes ſucceßions*, cùm qui totum dicit nihil excludit.l.Iulianus. ff.de *to.*
lega.iij.dixi hîc antè.Item vtrùm iſtud ſit verum etiam ſi filius non ſit hæres patris,ſed ſucceſſioni patris renũ-
tiauerit,an etiam in alia ſucceſſione collaterali in qua deberet ſuccedere per repræſentationem patris ſuccede-
re debeat,an vero excludatur à ſucceſſione collateralium,in qua ſuccedere debeat per reprę́ſentationẽ ? vide-
retur quòd non , per ea quæ dixi in §.*femme mariee*, infrà hoc eodem tit.in glo.*tant qu'il y a filz*.& per ea quæ
dicit dominus meus Iaſ.in authen.vnde ſi parens.in iij.col.C.de inoffi.teſta.Sed quia quando ſuccedit cum pa
truis,aut auunculis,videretur ſuccedere ex perſona patris, hoc poſſet eſſe verum:ſecus ſi ſuccedat cum filiis pa
trui aut auunculi,cùm ſuccedat ex perſona ſua.conſului in caſu emergenti.

Typus vero dicti caſus eſt talis.

Pater & mater.



IN TEXTV IBI, *De ligne & branche.*


ISTE terminus,*brauche*,tantum importat in vulgari noſtro quantum in iure terminus,linea.Ideo ſic intelligendum eſt,*ligne & branche,ligne*,ſcilicet,& hoc eſt,id eſt,*branche*.Cùm iure noſtro non ſit dabilis dictio, brãcha . Ideo non poteſt capi niſi pro illo ad quem poteſt adaptari , & qui eſt præcedẽti ſimilis & æqualis, cũ ſi caperetur pro minori quã linea,& ſic pro partibus lineę,nõ poſſet hoc importare dictio *&*,quæ potiùs augmentat quã diminuit.l.ea tamẽ adiectio. ff. de lega.primo. dominus meus Iaſon in l.ij.colum.v. C. de ſucceſ. edicto.& ſi hîc caperetur pro alio quã pro linea,non poſſet eſſe niſi per modum acceſſorij ad lineam, ſed nunquã dictio,*&*,venit acceſſoriè,ſed principaliter,vt dicit Barto.in l.iij.col.iij.ff.de lega.primo. Alex.in apoſtillis ad Barto.poſt ipſum in l.j.ff.ſi pẽdente appellatione mors interuenerit,vt ergo verbũ iſtud,*branche*,ſit idem & æquè principale ſicut linea,dicendum eſt quòd dictio,*&*,hîc capitur pro id eſt,quod etiam fit in iure quãdo cadit inter duo,quorum vnum de neceſſitate ineſt alteri,vt dicit Bart.in l.j.ff.de pac.quoniam aliàs niſi ita eſſet ſequerentur etiam inconuenientia,de quibus ſuprà,& cum,*branche*,inſit in linea,& ſit idem quod aliud, dicendum eſt quòd hæc dictio,*&*,hîc ponitur pro id eſt, prout etiam fit in l.ſi in vẽditione.ff.de euictio.in c. cupientes.in prin.de elec.in vj.per Archi.& per eundem in c.j.xxj. quæſtione prima.& in l.j.ff.de tranſ.& §.cũ autem.inſtitu.de tutelis. & in pluribus aliis locis. ¶ Ex quo concludendum eſt quòd hæc repræſentatio ſemper habet locum dummodo perſona repręſentata ſit in pari gradu de linea cum quo ſuccedit,abſque eo quòd fiat vis in hoc verbo,*branche*,quod non eſt aliud niſi linea,& ita dixi pluries. Et quòd ita ſit,ſi aliqui velint dicere quòd brãcha ſit idem quod ſtirps,ſecundum quod dicitur quòd ſuccedendum ſit aut in capita, aut in ſtirpes,vt in authen. ceſſante.C.de legi.hære.tamen linea capitur per conſuetudines noſtras pro ſtirpe, vt eſt textus ad literam in articulo nono huius tituli ſuprà,incipiẽte. *S'il y a pluſieurs enfans &c.* qui quidem textus indubitanter facit quòd linea capitur pro ſtirpe,& ſic, *branche*,&,*ligne*,idem ſunt hoc caſu.

ADDITIO. Aduerte,quoniam vnuſquiſque ex fratribus propriam lineam facit, & frater licet ſit collateralis,& ſic de latere patris,nõ tamen eſt de latere,nec de linea fratris, vt dicit Nellus de ſancto Geminiano in tractatu bannitorum.in ix.quæſtione primi temporis.circa finem.Et etiam aduerte quo modo linea dupliciter accipiatur:Vno modo in qua eſt mater reſpectu patris vel aui,& ſic collaterales hoc caſu dicuntur de eadem linea. Alio modo intelligatur de linea quæ à matre vel à patre procedit, & tunc non veniunt collaterales,& ſic in materia ſtricta, vt eſt ſtatutaria,& cõſuetudinaria,debet ita intelligi,vt dicit ibi Nellus & Soci.in conſi.xxxiij.inci. circa præſentem conſultationem.col.vj. lib. iij. Et hoc confirmatur,quia linea propriè intelligitur illa quæ eſt recta ſurſum & deorſum,vt not. Bal.in cõſi.cclxxiij.inci.teſtamẽto cauetur.lib. iij.alleg.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vul.& pupil.ſubſti.facit textus in l.iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gradi. cog.& tradit Soci.in loco hîc antè alleg.& ibi dicit. ꝙ licet auus & proauus maternus ſint de linea materna.C. de bonis mater.deſcendentes tamen ab auo & proauo non dicuntur de linea materna.allegat Bart.in conſi. lvj.incipiente,in quæſtione prædicta.refert & ſequitur Decius in conſi.ſuo ccclxxix.incipiente, requiſitus pro conſi.in iij.vol.Et an patruus dicatur de linea paterna, vide Albertum Brunum in trac.de ſtatu. excluden. fœminas.in xxix.quæſtione xij.articuli principalis.*

IN TEXTV IBI, *Que ce qui eſchiet au pere.*

NAm iſtud eſt de iure * quòd ſi nepos vocatur ex perſona patris,debet ad illam portionem vocari ad quam 1
vocaretur pater ſi viueret.Textus eſt optimus in l.ſi viua matre.C.de bonis maternis.ad idem text.optimus in l.diuo Marco.C.de quæſtio. & in l.tria prædia.ff.de ſer.ruſtico. prædio.& quod notat Bal.in l.j. C.de condi.inſer.ita tenet Soci.conſi.ſuo ccxlj.in viij.col. * Stante ergo conſuetudine quòd primogenitus ſuccedat 2
in regno, ſi moriatur relicto nepote & eius fratre : quia ſi primogenitus viueret ſuccederet in regno:ideo nepos ſuccedet excluſo patruo.De qua quæſtione latè doctores in infinitis locis,maximè Ioan.And.in additio.ad Spec.in rub.de feudis.& Oldr.in conſi. ſuo ccxxiiij. vbi probat per multa quòd nepos pręfertur.Bald.in l.cùm antiquitas.C.de teſta.dicit,ſoluat Apollo.ſed vt dicunt multi,hæc quæſtio fuit deciſa,vt dicit Alexan.in conſi. ſuo iiij.in quarto volu.Ponit hanc quæſtionem Antonius in tractatu de poteſtate regia,quæſtione ix.& ſeq.& quæſtione lxxiiij.fuit aliàs hæc quęſtio deciſa, etiam iudicio gladiatorio, vt refert do.meus Iaſ.in l. maximum vitium. C.de liberis præteritis. Mihi multùm placent motiua & rationes Oldradi in dicto conſi. ccxxiiij. & idem Oldra. tenuit in conſilio xciiij. ſed meliùs in alio. & plura conſilia allegat dominus meus Iaſon in dicta l. maximum vitium.quem vide.

In alio caſu emergenti in materia huius conſuetudinis, quæ eſt ſcabroſa & difficilis, multis ſcripſi & conſului, prout patet ſub hac figura.



SEQVITVR CASVS EX ARBORE PRAECEDENTI.

Caſus facti. VIVANDVS quidam filius cuiuſdam Magdalenę, quæ fuit filia cuiuſdam Caroli, qui ab humanis deceſſit relicto eius patre tantùm ex vna, relictis etiam ex latere matris Bona ſorore dicti Caroli, patris dictæ Magdalenæ & aui dicti Viuandi, & etiam Anna & Maria filiabus legitimis & naturalibus quondam Antoniæ ſororis dicti Caroli, ac etiam Ioanna filia Amicę, quę quidem Amica erat filia dictæ quõdam Antonię, & relicta eiam Thonina filia Marthæ ſororis dictarum Bonę, Antonię & Caroli. ¶ Quæſitum fuit quomodo tales ſuccedere debebant dicto Viuãdo quo ad patrem. *Reſponſio ad caſus quæſtionẽ.* in hoc caſu dico quòd ſuccedit quo ad bona mobilia & acquęſtus, & bona prouenië̃tia ex parte patris ſuccedit in his bonis quæ ſunt in ducatu Burgundiæ, in his verò quę ſunt in comitatu & patria iuris ſcripti ſuccedit pater in totum, cùm iure ſuccurſum ſit patri & matri vt filio vel filię amiſſę ſolatij loco ſuccedant. l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iure dotium. & quo ad vſumfructum, vtrùm debeat habere filio mortuo, licet de iure videatur quòd ſic, vt eſt text. in l. ſi quis. §. ſi nuero. C. ad Tertul. tamen per conſuetudinem noſtram ducatus Burgundiæ pater amittit vſumfructum filio exiſtente extra pubertatem, vel ſeparato ab eo, vt eſt conſuetudo ſuprà in titu. *Des enfans de pluſieurs lictz.* in §. *Et auſſi entre gens nobles.* & in hoc non eſt dubium, cùm per mortem ſit ſeparatus à patre pater igitur pater: perdit vſumfructum, & quia ibi dixi non repeto ea quæ in conſilio dixeram.

Et quia

ET quia maior difficultas pendet in alio articulo, videlicet an dicta Ioanna filia Amicæ succedat cum dictis Maria & Anna sororibus dictæ Amicæ matris dictæ Ioannę. & videtur primò quòd non, quia de iure in successione collateraliũ non admittitur repræsentatio vltra filios fratrum aut sororum. l. avunculo. C. communia de succes. volunt doct. in authen. itaque. eodem titu. & in authen. post fratres. & in corpore vnde sumitur. C. de legi. hære. & ita crederem esse de iure communi: & sic in bonis existentibus in comitatu Burgundiæ dicta Ioanna excludetur, cùm in comitatu in successione collaterali succedatur per eorum consuetudinem secũdum dispositionem iuris. 1 Repræsentatio collateralium.

SED quantùm ad bona existentia extra comitatum, & in ducatu Burgundiæ & patria consuetudinaria, dico hanc Ioannam debere admitti per textum consuetudinis nostræ, ponderando illa verba quæ sunt generalia, & ideo cùm hoc casu dicta Ioanna repræsentet Amicam eius matrem, quæ erat in pari gradu cum Maria & Anna, debet cum illis succedere, per textum nostræ consuetudinis ad literam, quoniam aliàs de nihilo seruiret nobis dicta consuetudo in his verbis generalibus, quia tãtùm debet intelligi & intelligitur in successione collaterali, & non directa. & quòd intelligatur in successione collaterali, patet, quoniam repræsentatio de iure non habet locum vltra filios fratrum. dicta authen. post fratres. C. de legi. hære. vbi dicit textus * quòd filij fratrũ repræsentãt fratres defunctos in successione fratrum sine liberis defunctorum, quæ est collateralis. & hæc est vera repræsentatio, quia sunt in gradu remotiori, & tamen iuris repræsentatione succedunt cum aliis in gradu proximiori, & vltra illum casum iuris consuetudo nostra addit quòd in omni casu successionis collateralis repræsentatio habet locum tam in cognatis germanis quàm in aliis collateralibus, etiam remotioribus, vt videlicet in casibus illis semper filius aut filia repræsentet personam patris, aut matris. & hoc notat finis huius cõsuetudinis, dũ dicit, *Et cest ce que l'on dit en Bourgongne, que ce qui eschiet au pere, eschiet au filz*, per repræsentationẽ, & sic dicta consuetudo addit ad ius, quia admittit repræsentationem in successionibus, quæ de iure cõmuni non admittuntur. 2 Repræsentatio vera.


ET si dicatur quòd illud est verum vnica solùm persona repræsentata, sed in hoc casu sunt duæ personæ repræsentatę, scilicet Amica, quæ veniret ad successionem illius Viuandi si viueret per repræsentationem Antonię suæ matris, & nunc est alia, quia dicta Ioanna vult per aliam repræsentationem succedere dicto Viuando in locum matris, & sic videatur tantùm debere intelligi de vna. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. plenè per dominum meum Iason. in l. diuortio. §. quòd in anno. ff. sol. mat. l. duobus. §. si ei qui. ff. de iureiur. Felinus in c. innouamus. de treuga & pace. cùm ergo in hac successione sit vna repræsentatio, quia Maria & Anna quæ sunt priores in gradu, veniunt ad successionem prædicti Viuandi per repræsentationem, videtur quòd alia & secunda repræsentatio non debeat esse. ad hoc est clarà responsio, quæ etiam datur, per textum nostræ consuetudinis, cùm dicit, *En toutes*, quo casu non solùm vnà sed etiam plures admitti debent, per verba ipsius consuetudinis subsequentia, *Quand la personne representée est en pareil degre auec celuy de ligne & branche auec lequel il succede*, nam dicta Ioanna succedit cum Anna & Maria in tertia parte bonorum dicti Viuandi, quæ est in pari gradu cum Amica repræsentata, & sic habent locum verba dispositionis, & conueniunt huic casui, ergo etiam debet conuenire dispositio huius consuetudinis. l. iij. §. toties. ff. de damno infe. & hoc est etiam ex verbis dictæ consuetudinis, *Ce qui eschiet au pere &c.* ¶ Ex quibus verbis coniecturatur quòd consuetudo voluit intelligere etiam de pluribus repræsentationibus, per illa verba, quæ aliàs fuissent frustratoria, nec de aliquo seruirent, imò viderentur superflua, cùm aliàs non possent facere dubium, nisi in secunda repræsentatione, ex quo voluerunt statuentes quòd dispositio etiam multiplicetur cum casuum multiplicatione, quæ contingere potest secundum Barto. in l. qui bona. §. fin. cum lege sequen. ff. de dam. infe. & faciunt dicta per Anto. de But. in consilio xxx. in j. dubio. Et maximè ex dictis verbis aptis ad casuum multiplicationẽ, ex quibus toleratur etiam infinitas. l. si ita stipulatus fuero à Seio. ff. de fideiuss. l. in annalibus. C. de lega. l. si duo. in fin. ff. de arbi. quæ iura allegat Barto. in dicto §. fin. supra allega.

ITEM etiam Antonius de Butrio in consilio xxx. satis videtur restringere illam regulam, quando solùm loquitur simpliciter, secus si indefinitè, cùm ęquipolleat vniuersali, multo ergo fortius quando loquitur generaliter, * quoniam generalitas generaliter intelligi debet. 3

ET quòd ita sit, quòd dicta Ioanna succedat dicto Viuãdo cũ dictis Maria & Anna, & non cum aliis, patet, quia alię nihil quærũt, nec quærere seu prætendere possunt in tertia parte bonorũ dicti Viuandi, quæ tertia sic remanet dictis Marię & Annę: & hoc casu non succedit illa Ioanna in sua parte illius partis cum Bona, quia si cum ea succederet, excluderet eam in illa parte, & eidem Bonæ acquireretur, quod non est dicendum, ex quo hoc casu dicta Ioanna consequitur per dictas Mariam & Annam quod per seipsam consequi non posset si esset successura dicto Viuando cum dicta Bona & Antonia. & hoc est, quia prædictis Maria & Anna solis existentibus succedant cum eis per repræsentationem Antoniæ matris illarum & Amicæ matris dictæ Ioannæ, quod non est absurdum, sicut in simili videmus de filio emancipato propter alium nepotem in potestate, consequitur vt ei per patruum emancipatum conferri debeat quod non consequeretur si solus esset, per Barto. & dominum meum Iason. in l. si emanci. in iij. colum. cum sequentibus. C. de colla. vbi multa ponit quæ quis consequitur ex persona alterius quæ ex sua consequi nõ posset. & faciunt etiam quæ dicit idem dominus meus Iason in l. j. in ix. colum. ff. de acquir. posses. per l. qui patri. ff. de acquirenda hæreditate.

EX quibus dixi prædictam Ioãnam debere admitti ad prædictam successionem cum dictis Maria & Anna, vt dictum est antè. cogitandum est, quia nõ est sine dubio, & si casus adhuc eueniret in facto in successione magna & opulenta fortè latiùs insudarem.


Ex typo ſequente etiam orta eſt quæſtio ſubſequens, in qua ſcripſi & iterum, vt inferiùs patebit.



SCripſi etiam & tenui in ſimili caſu in ſucceſſione domini Nicolai Deſſertot Heduen. qui ab humanis deceſſit relicto Guilielmo Deſſertot ſuo fratre, relictis filiis Philiberti Deſſertot, & filiis Guilielmetę Deſſertot. & etiam quondam Hugueta eius ſoror habuerat duos filios, Andream ſcilicet & Guilielmum Bricard: qui quidem Guilielmus ab humanis deceſſerat, relictis Sebaſtiano Bricard, & quibuſdam aliis fratribus dicti Sebaſtiani. quæſitum fuit & dubitatum nunquid dictus Sebaſtianus cum ſuis fratribus reprçſentet perſonam Guilielmi Bricard ſui patris ad ſuccedẽdum cum Andrea Bricard. dixi & tenui quòd ſic, per motiua ſupradicta, eo quòd perſona repræſentata, ſcilicet Guilielmus Bricard, eſt in pari gradu cum Andrea Bricard, cum quo ſuccedunt dicti Sebaſtianus & eius fratres in ſucceſſione dicti domini Nicolai in quarta parte totius illius ſucceſſionis, quæ quidem quarta pars inter eos diuidetur.

Euenit


Euenit mihi alius casus hîc figuratus, in quo consului quòd repræsentatio ita habuit locum, quòd existens in quarto gradu non fuit exclusus per existentem in secundo gradu, hoc modo videlicet.



Et ita obtinui per arrestum curiæ parlamenti in casu supradicto, & talis est casus.

Magister Petrus Bouteillier habebat Guilielmum Bouteillier eius fratrem, ex quo descenderat Guiotus Bouteillier, habuerat & Laurentiam eius sororem, ex qua descenderat Guiota Laquier, & ex dicta Guiota Humbertus Languet, & Philiberta Viguier: ex dicta Philiberta descenderat Anna Vaultrillier: nunc agitur de successione prædicti Magistri Petri, & sunt superstites ex prædictis dicti Guiotus filius Guilielmi, Humbertus Languet filius Guiotæ, & Anna Vaultrillier filia Philibertæ, & proneptis Laurentiæ. Ego dixi & tenui q; ista Anna repræsentabat Philibertam, quæ erat in pari gradu cum Humberto Languet: & quòd ipse Humbertus repræsentabat Guiotam quæ erat in pari gradu cum dicto Guioto, & sic quòd debebat succedere dicta Anna prædicto Magistro Petro, & ita fuit dictum per arrestum dictæ curiæ.

Ex abundanti vt clariùs hæc materia ſucceſſionis demonſtretur & intelligatur, arborem ſequentem ſuprapoſitis & figuratis addere volui.



EX prędicta figura ſumitur iſte caſus, ſcilicet an prefata Chriſtina proneptis dictarum Mariæ & Roſæ ſororũ ipſius Barbarę auiæ eiuſdem Chriſtinę poſſit & debeat venire ad ſucceſſionẽ prenominatæ Mariæ decedentis ſine liberis, vnà cum Nicolao filio prædicti Gabrielis. In hoc (vt paucis dicam) non eſt dubium, vt hìc antè dixi, cùm perſona repræſentata, quæ eſt Genoueſa, eſt in pari gradu cum ipſo Nicolao, cum quo ſuccederet prælibata Genoueſa ſi viueret.

IN TEXTV IBI, *Eſchiet au filz.*

ISTud eſt propter idẽtitatem quæ eſt inter patrem & filium, cùm pater & filius eadem perſona cenſentur. l. fi. C. de impu. & aliis ſubſti. ita ꝙ filius viuo patre dominus paternæ hereditatis quodãmodo cenſetur ſeu exiſtimatur. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. vt tenet Hyppo. de Marſi. ſingulari ſuo clx. & dicit Philoſophus v. & vj. Ethicorum, ꝙ filius eſt aliquid patris, imò eſt pars eius. cui concordat tex. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. vbi habetur ꝙ filius eſt portio paterni corporis. ad minus dicitur ſimilis patri, qm̃ vt habetur Eccle. 30. Mortuus eſt pater eius & quaſi non mortuus, reliquit enim filium ſimilem ſibi poſt ſe in vita. In filio enim, licet portio ſit diuerſa in nouo homine propter nouam & diuerſam animã, remanſit tamen vna caro & corpus patris, & hoc negari nõ poteſt: quoniam, vt dicũt naturales, pater præbet formã in procreationẽ filij, & mater præbet materiam, ſecundũ Philoſophũ. ij. de generatione animalium. & cũ forma dat eſſe rei & ſubſtantiam. l. adeo. §. inſula. ff. de acqui. rerũ dominio. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibendũ. ideo quia pater prębet formã, quæ nobilior eſt, filius cum eo cenſetur eſſe idẽ. Anima tamen filij nõ eſt anima patris: quoniã, vt dicit Bal. in l.

ſiquidē.in fi.C.de exceptio.ſcientia patris non eſt ſcientia filij,vt in titulo de notis feudorū.in fi.dicit ꝙ cōſcientia filij nō eſt cōſciētia patris defuncti aut viuētis,& in patre & filio nō eſſe eūdē intellectū,vt dicit Bal.in l.fi.§.ſed & ſi quis.in fi.C.cōmunia de leg.Iſta tamē idētitas ex multis cōprobatur,ꝓut amplè ponit Benedicti in ſua repe.c.Raynu.in verbo,mortuo itaq; teſtatore.ſecundo.nu.20.vſq; ad nu.55.de teſt.vbi etiam dicit ꝙ eſt talis identitas ꝙ nō dicitur quis liberè relaxatus de carcere quādo cogitur relinquere pro obſide.alleg.cōſi.Mariani Soci.cōſ.liij.inci.magnifice capitanee.dixi in cōſ.liij.inci.ex facto hìc antè deducto.nu.5.vbi dixi ꝙ filius eſt portio corporis paterni.& in cōſ.lxvij.nu.31. ¶ Et aduerte etiā ꝙ pōderāda eſt hìc noſtra cōſuetudo in his verbis, quæ introducit & approbat trāſmiſſionē iuriū cōpetentiū patri in filiū etiam ipſo patre mortuo, trāſmiſſione quadā legali ſeu cōſuetudinaria,qualis eſt trāſmiſſio hęreditatū quę ſola iuris autoritate fit,& eſt illa de qua hìc noſtra cōſuetudo loquitur & intelligi debet,& ſic fit tā iuris autoritate q̃ in vim huius cōſuetudinis,per quā videtur ampliari etiā ad nepotes,imò etiā vltra,vt viſum eſt ſuprà in pluribus caſibus. Et huius tranſmiſſionis tres ſunt ſpecies,quas licet Bal.vno modo tractet in l.iij.C.de hære.inſti. & alio modo in l.cum antiquioribus.in viij.quæſt. C.de iure delibe.tamē alio ſtylo eam examinauit G.Benedicti in repe.c.Ray.in verb.mortuo itaq; teſtatore.ſecūdo.à nu.105.vſq; ad nu.189.de teſta.& hoc inſequēdo doctrinā Bar.in l.ventre.ff.de acqui.hære. & quia dicta Benedicti in omnibus nō habēt locū quo ad nos,& in hac patria ex multis cōſuetudinibus noſtris & etiā in Gallia,ideo eius theoricā aſſumēdo videndū eſt de prima trāſmiſſione quę fit iure ſuitatis,in vim cuius filius trāſmittit ad quoſcūq; hæreditatē ſibi delatā,ſiue ſciat ſiue ignoret,anteq̃ etiā adeat.l.apud hoſtes.C.de ſuis & legi.hære.l.ex militari.§.fi.ſecūdū Bar.ff.de teſt.mili. Lud.Ro.in cōſi.lviij.inci.viſis narratis in pūcto. facit l.Lucius.ff.de iure fiſci.l.qui in alie.§.interdū filij ſine aditione.ff.de acqui.hære. tex.recenter ponderatus in l.cū qui nouiſſimus.ff.ad Trebel.cum pluribus aliis iuribus,quos allegat Pyrrhus in ſuo paruo trac.de ſuitate & hæreditate trāſmittēda per fictionē.Prędictā regulā ampliat multis modis. ¶ Primò,vt habeat locū etiam ſi filius nō ſit in poteſtate patris tēpore mortis, ſed etiā ſi ſit extra poteſtatē patris odio patris, vt tenet Barba.in rub.de peculio cleric.& dicit Pyrrhus in d.trac.in vij.quòd hodie emācipati trāſmittūt,cū hodie ſuccedāt ad ſimilitudinē ſuorū ſublata differētia ſuitatis & emācipationis.l.meminimus.C.de legi.hęre.§.nullā verò.in aut.de hęre.ab inteſta.venien. ¶ Secūdò ampliat vt nō ſolū hæc trāſmiſſio ſit quo ad ius,ſed etiā quo ad poſſeſſionē vbi eſt cōſuetudo generalis ꝙ mortuus ſaiſit viuum,quoniā etiā hoc caſu fit trāſmiſſio poſſeſſionis,vt dicit Benedicti in loco ſuprà alle.& dixi ſuprà in §.j.huius tit.Intellige tamē iſtud niſi alius ſit in poſſeſſione ante mortem per aliquem actum,prout amplè tractat Alex.in cōſi.ſuo lxxxiij.in ij.volu. ¶ Tertiò ampliat in ſupplemento legitimę de iure,de quo ibi per eū:ſed quia ſupplementū legitimæ nō eſt in practica quo ad nos,cū ſi legitima nō fuerit integrè relicta eſt locus quærelæ,cū teſtamentū ſit nullū per cōſuetudines noſtras,vt in §.ij.ſuprà eo.tit.& in patria vbi nō eſt ſimilis cōſuetudo recurre ad Benedictū ibi. Et vltra cū ad dubiū,an iſtud habeat locū etiā in morte ciuili patris.ſ.ingrediēdo monaſteriū,an filius poſſit petere legitimā,& impugnare teſtamentū, ac ſi pater mortuus eſſet.videtur ꝙ ſic,per tex.& glo.cū qua tranſeunt antiqui patres in c.cū ſimus. de regularibus.licet Bar.teneat cōtrariū in aut.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle.de veritate cuius vide Feli. in c.in præſentia.in xxiij.& xxiiij.col.verſ.octauò quæritur.extrà,de proba.& poſt eum Pyrrhus in d.trac.de ſuitate.q.iiij. ¶ Quartò ampliat etiam ſi filius fuerit hæres inſtitutus ſub conditione caſuali vel poteſtatiua , quoniam antequam adimpleuerit conditionem,ſi moriatur tranſmittit illam hæreditatem ad quoſcunque hæredes , ſaltē quo ad legitimam.l.quoniam in prioribus.& ibi Sali.& Pau.de caſt.poſt Bal.C.de inoffi.teſta. ¶ Quintò ampliat habere locum in relicto pro dote quando nupſerit, etiam ſi moriatur antequam nubat.Alexan. in conſi. lv.incip.viſo titulo quæſtionis.in iiij.col.in ij.vol.& in conſi.cxxxj.inci.tranſmiſſum eſt.in j.vol. ¶ Sextò ampliat in facultate ſe dotandi de bonis paternis reſtitutioni ſubiectis, quam habet filia ſecundum terminos aut. res quæ.C.communia de lega.vt tenet Pau.de caſt.in d.aut.res quæ . ¶ Septimò ampliat quarta Trebellianica quæ non agnita per filium trāſmittitur.l. quamquam.C.ad l.Falcidiam. quia in Burgundia nō vtuntur ſubſtitutionibus,licet vti poſſent,vt ſuprà dixi in §.v.huius tit.ideo parū ſeruiet hæc ampliatio quo ad Burgūdos. ¶ Octauò ampliat in fideicommiſſo vniuerſali filio relicto , vt eo moriente tranſmittatur etiā ante aditā hæreditatem,ſecundū Bar.& doc.in l.cum filio.in v.q.ff.de lega.j.& probatur in l.cum quidem ita in teſtamento. ff.ad Trebellia.Et per conſequens ius ſeu facultas cogendi hæredem adire & filio fideicommiſſa. hæreditatē reſtituere, ſine quibus fideicommiſſum eſſet inutile,tranſmittitur. & vide eundem Benedicti in dicta repetitione,in verbo,ſi abſque liberis.ſecundo.in materia ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. verſi. & hæc ſubſtitutio fideicommiſſaria.nu.62. dixi in cōſilio hìc antè per me alle. ¶ Nonò ampliat in fideicommiſſo particulari ſeu legato.& in hoc non videtur eſſe dubium, quoniā illud tranſmittitur ad quoſcunque hæredes, cū mortuo teſtatore illico recta via dominium rei legatæ tranſeat in legatarium, ideo moriente legatario priuſquam ei tradatur,ipſum tranſmittit ad quoſcunque hæredes.l.cum quædam.*la ſeconde*.ff. de lega.ij.l.quæ legata.ff. de regulis iuris. ¶ Decimò ampliari poteſt in fideicōmiſſo etiā cōditionali,& quod adhuc eſt in ſpe,ſecundū gl.in l.ſolitariū.in l.is cui ſub cōditione.ff.de actio.& obliga.qđ an ſit verū vide eundē Benedicti in loco hìc antè allegato.& etiā dixi in d.conſi.liij.hìc antè alle. ¶ Vndecimò ampliari poſſet in ſubſtitutione vulgari & pupillari,quæ cum non multum ſint apud nos practicabiles,ideo me remitto ad ea quæ dicit Benedicti in caſu diſpoſitionis iuris ſcripti,in loco hìc antè allegato,in materia vulgaris & pupillaris ſubſtitutiōis,tamen quia omnis vltima voluntas apud nos eſt valida quǫ ad extraneos in duabus partibus omniū bonorū, credo ꝙ in tali caſu non extenderetur ad aliū caſum non contentū in verbis ſubſtitutionis , ne fiat præiudiciū veris hæredibus,ex quo hoc caſu non fieret tranſmiſſio. ¶ Duodecimò ampliari poteſt in ſubſtitutione quę fit in donatione,ſecundū l.quoties.C.de dona.quę ſub modo.quę etiā tranſmittitur ad hæredes,ſecundū Bal.in d.l.quoties. in fi.hæc ampliatio poteſt extendi & ampliari in omnibus cōtractibus in quibus habet locum l. cum auus. ff. de condi.& demon.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti. vt in terminis tenet Soci.in dicta l.cum auus.in lxvj.colum.& dixi in d.conſi.liij.verſiculo,decimotertiò facit. hic ante allegato . & in verſiculo,decimò dixi, & etiam duodecimò , quod pactum donationis appoſitum in perſo-

nam alicuius eſt tranſitoriū ad hæredem. vide quæ ibi dixi, quæ nō repeto. ¶ Decimotertiò ampliat Benedicti
in legitima ſeu quarta, quæ filio debetur arrogato ex conſtitutione diui Pij, quæ non agnita in quoſcunq; hæ-
redes tranſmittitur, ſecundū Bar. in repe. l. ſi arrogator. in v. oppoſitione. ff. de adop. quem ibi ſequitur Bal. in ij.
oppoſitione. & poſt Alex. do. meus Iaſ. qui plenè examinat in d. l. ſi arrogator. & in l. ſi emācipata. C. qui admit.
& vide etiā Pyrrhū in d. tract. de ſuitate. in iij. q. ¶ Decimoquartò pro ampliatione inſurgit dubiū quid de iure
introducto per cōſuetudinē, vel ſtatutū. quia ſuprà diſputaui in tit. *des droictz & appartenances a gens mariez.*
§. xiiij. in gloſ. fi. & in §. xij. huius tituli, in glo. *ou enfans maſles*. nō inſiſto. & etiā examinat Benedicti in d. verbo,
mortuo itaq; teſtatore. nu. 228. ¶ Decimoquintò poſſet eſſe dubiū de iure, quid in iure accreſcendi, an tranſ-
mittatur, & licet de iure non ſit tranſmiſſibile de per ſe, vt dicit Ang. in l. ex facto. ff. de hære. inſti. tamen iunctū
cum ſubſtitutione vulgari tranſmittitur. l. qui ex duabus. ff. de acqui. hære. vel quādo veriſimiliter cognoſcitur
ius ſibi obuenturum, ſaltē in parte, vt quādo eſt inſtitutus in re certa, & illā acceptaſſet priuſquā deceſſerit, cùm
ius accreſcēdi ſit hoc caſu trāſmiſſibile ad hæredes ſimul portione adita. l. hęc ſcriptura. §. fi. ff. de cōdi. & demō.
Et de hoc iure accreſcēdi, quomodo ſit trāſmiſſibile, dixi in conſi. lxij. & in conſi. lxvij. ¶ Decimoſextò habet
locū trāſmiſſio etiam in his quæ competunt iuri ſpeciali, vt eſt in reſtitu. in integ. quæ ad hæredes etiā maiores
ex beneficio minorū trāſmittitur. tex. eſt in l. non ſolū. ff. de minori. ¶ Decimoſeptimò vltra Benedicti dic ꝙ
ius dicēdi nullū trāſmittitur ad hęredes, ſecundū Bal. in c. ſciſcitatus. in pe. col. de reſcriptis. per tex. in l. ij. ſecūdo
reſponſo. C. de hære. inſti. & ita tenet do. meus Iaſ. in l. emanci. in ij. lectura, in fi. C. qui admitti. licet videatur
tenere contrarium in d. l. ſi arrogator. in v. col. ff. de adoptio. & in l. ſcimus. §. fi. C. de inoffi. teſta. & in l. cū no-
tabi. in iiij. col. C. de tranſact. & vide eundē amplè in l. ſi infanti. in vij. col. C. de iure delibe. & non dubitarem
apud nos propter generalitatē huius conſuetudinis, *ce que eſchiet au pere, eſchiet au filz*. ¶ Decimooctauò am-
plia in querela inofficioſæ donationis non præparata, quæ ita tranſmittitur ſicut querela inofficioſi teſtamēti,
ſecundum Bal. in l. j. in pe. col. de inoffi. dona. quem ſequitur idem do. meus Iaſ. in d. l. emancipata. hîc antè alle-
gata, in fine ſecundæ lecturæ. ¶ Hęc regula generalis limitatur tribus modis per eundem Benedicti in d. loco, in
verbo, mortuo itaq; teſtatore. ſuprà allegato. ¶ Primò ſcilicet, vt non habeat locum in bonorum poſſeſſione
ſecundū tabulas, quam filius non agnitam non tranſmittit, ſecundum Alexan. in d. l. emanci. in penul. col. verſi.
non obſtat textus. in d. §. C. qui admit. vbi dicit hoc eſſe ſubtile, ſed quia huiuſmodi bonorum poſſeſſio apud
nos non eſt in practica, cùm omnis hæres ſecundum conſuetudines noſtras ſit ſaiſitus, ideo huiuſmodi limita-
tio non videtur eſſe alicuius effectus, & ideo credo ꝙ conſuetudo noſtra vt operetur vltra ius commune, illud
operatur quòd omne id quod euenire poteſt patri ſiue in petitorio ſiue in poſſeſſorio, euenit filio, & in eū trāſ-
mittitur, licet non fuerit agnitum. ¶ Secundò limitatur, niſi mortuo patre fuiſſet filio hæredi ſtatutus termi-
nus à ſuperiore ad deliberandum an velit eſſe hæres patris, vel non, quoniam eo tunc ſi decedat filius intra ter-
minum ſibi datum ad deliberandum, cenſetur eſſe tanquam extraneus, ita ꝙ non tranſmittit ex potentia ſuita-
tis ad quoſcunque, niſi reſiduum temporis dati à iudice, ſecundum Bar. in l. ex militari. §. fi. in fi. ff. de teſta. mili-
tis. per tex. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Sed aduerte quoniam ille textus eſt aliter intelligendus &
cum grano ſalis, ſcilicet quando ſumus in caſu vbi habet locum ius deliberandi, quod non eſt apud nos, niſi in
caſu in quo nullus reperitur ſimplex, ſed cum beneficio inuentarij, quod debet impetrari intra annū à die mor-
tis. Nec video quòd hæres inſtitutus poſſit priuari iure ſibi quæſito in vim inſtitutionis, niſi poſt xxx. annos, &
licet induci poſſit conſuetudine aut ſtatuto quòd hæres inſtitutus debeat intra certum tempus adire hæredi-
tatem ſibi delatam ex teſtamento, aliàs poſt tempus erit excluſus, ſecundum Bar. in l. ſciendum. ff. de ſuis & legi.
hære. & Ang. in §. eadem habetur. inſti. de hære. quæ ab inteſtato deferuntur. non tamen credo idē quando eſt
ſibi ſtatutus terminus à iudice quo adeat, quia iudex non poteſt eum priuare iure ſuo niſi poſt triginta annos:
imò etiam princeps non poſſet tollere ius alteri quęſitum. l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatē publicā. multo minus
iudex qui ſi non directo, nec etiam per indirectū: cùm etiam tale tempus xxx. annorum introductum ad priuan-
dum quē iure ſuo non poſſit iudex abbreuiare, cùm ſit determinatū à iure noſtro municipali & conſuetudine
quòd omnes præſcriptiones ſunt reductæ ad xxx. annos, & in determinatis à ſuperiore non habet poteſtatem
inferior. Et hanc opinionem tenet Pyrrhus in ſuis diſputationibus poſitis poſt ſuas conſuetudines, in diſputa-
tione ſuper titulo, de ſucceſſorio edicto. C. vbi concludit reſolutiuè quòd ſolùm poteſt ſtatui tempus vt detur
interim curator bonis, per quem ſatiſfiet interim creditoribus, & non aliàs. ¶ Tertiò limitatur prædicta regu-
la quando filius primum locum ſuitatis tenens, cui hæreditas eſt delata, abſtinuit ſeu eam repudiauit in vita ſua,
quia eo tunc eam non tranſmitteret ad hęredem, ne plus iuris in alium tranſferret quàm in ſe habeat, ſecundū
Bar. & communiter docto. in d. l. ventre. ff. de acqui. hære. & in l. fina. ff. de teſt. militis. ita dicit Benedicti in d.
loco, in verbo, mortuo itaq; teſtatore: qui tamen dicit quòd filius in vita ſua qui ſemel hæreditate patris abſti-
nuit, reuocare poteſt abſtentionem ſuam, dummodo intra terminum, & quòd res ſit integra. textus eſt ſolennis
in l. fi. C. de repu. vel abſti. hæreditate. de quo textu ibi facit magnum feſtum declarando & limitando tribus mo-
dis. ¶ Alia & ſecunda ſpecies tranſmiſſionis, quæ fit non ratione ſuitatis, ſed ſolùm ratione, ſanguinis benefi-
cio. l. vnicè. C. de his qui ante apertas tabulas. nā ſi moriatur aliquis deſcendens, quiſque ſit, hæreditate aſcen-
dentis non adita, nec repudiata, illam tranſmittit ad quoſcunque deſcendentes. hæc in multis diſcordat à præ-
cedenti, & in aliquibus concordat, vt declarat Benedicti in dicto loco, mortuo itaq; teſtatore. à nume. 152. vſq;
ad nume. 159. poſt do. meum Iaſ. in d. l. emancipata. in ij. lect. vbi ponit has tres ſpecies tranſmiſſionis. & de hac
facit mentionem Bar. in d. l. ventre. ibi, quintus caſus. & doctores in dicta l. j. C. de his qui ante apertas tabulas.
& ad Pyrrhū in d. tractatu de ſuitate. in viij. quæſtione. ad quæ loca recurrēdum eſt ſi ſit quæſtio in patria iuris
ſcripti: ſed quo ad nos in Burgundia & in Gallia vbi eſt conſuetudo quòd mortuus ſaiſit tam ex teſtamento q̃
ab inteſtato: vel etiam vbi eſt conſuetudo ꝙ inſtitutio hæredis non habet locū, illa tranſmiſſio nihil operatur:
quoniā in caſu vbi eſt cōſuetudo ꝙ mortuus ſaiſit viuū ex teſtamento, ſtatim mortuo teſtatore transfertur hę-
reditas ad inſtitutum, qui eam non aliter aditam tranſmittit, dummodo ſit delata ante mortem inſtituti, quia
aliàs caderet in caducitatē, ſecundū tex. in l. vnica. C. de cad. tollen. in caſu verò vbi inſtitutio hæredis nō habet
locum

locũ,vt eſt in multis locis in Francia,etiam hæc tranſmiſſio nihil operatur, quoniã ſicut non prodeſſet inſtitutio,ita nec eius hæredi,cũ nõ poſſit plus iuris in aliũ transferre q̃ quod ipſe habeat. Sed tamẽ ſemper mihi viſum fuit ꝙ illa conſuetudo generalis eſt aliter intelligenda,vt dixi ſuprà hoc eodẽ tit.in §.quinto huius tituli, in gl.*ne ordonnance*.in additione ibi poſita. vbi dixi ꝙ debet intelligi in caſu vbi ſunt hæredes ab inteſtato,ꝙ inſtitutio hæredũ inter eos non habet locũ, ne plus relinquatur vni q̃ alteri, & inter eos ſeruetur æqualitas, ſed ꝙ vnuſquiſq; non poſſit aliquẽ extraneũ qui eidẽ ab inteſtato ſuccedere non debet, hæredẽ inſtituere in illis portionibus in quib⁹ poteſt alio modo diſponere ſecundũ illas conſuetudines,per donationes,aut aliàs, nõ videtur ꝙ nõ ſit cõprehenſum ſub huiuſmodi conſuetudine generali, quia ſi vna via vni permittitur, cur non alia?argumẽto eorũ quę dicũtur de lege Fuſia Canina tollẽda.de quo dixi in §.iiij.in gl.j.in tit.*des droictz & appartenances a gens mariez*.& ideo hoc caſu poſſet habere locũ hæc tranſmiſſio ſecũda. ¶ Tertia ſpecies tranſmiſſionis eſt quæ fit beneficio.l.cũ antiquioribus.C.de iure delibe.de qua Bar.in d.l.vẽtre.ibi, ſeptimus caſus.& per do.meũ Iaſ.in d.l.emancipata. & in d.l. cũ antiquioribus. vbi dicit ꝙ habet locũ tã in ſucceſſione quæ obuenit de iure ciuili,quã de iure prętorio, & nõ ſolũ procedit in hærede directo, iure directo ſuccedẽte,imò etiã in ſuccedente via ſubſtitutionis,prout eſt de vulgari caſus in l.cohæredi.& de pupillari in l.paterfamilias primis tabulis.& vtrobiq; Bar.& doct.ff.de vulg.& pupillari ſubſti.ſed etiam in fideicõmiſſario vniuerſali,cui fideicommiſſaria hæreditas eſt reſtituenda,per gl.in l.cum filio.§.retenturã.ff.de legatis primo. quẽ ſequuntur ibi Bar.& Ange.& Bal.in l.filium quem habentem.C.famililiæ herciſcundę.& do.meus Iaſ. in d.l. cum antiquioribus. & Benedicti in loco hîc antè allegato, vbi ponit in quo hæc tertia ſpecies tranſmiſſionis eſt plenior,& vtitur quo ad quid ꝙ ſint duæ præcedentes,& in quibus duæ præcedentes ſint vtiliores. ¶ Viſum tamen mihi fuit ꝙ iſte textus non loquitur de iſtis tribus tranſmiſſionibus,& ꝙ iſta noſtra conſuetudo ſit generalior,quia hæc noſtra conſuetudo & hęreditatem iam delatam,& deferendã patri ſi viueret,quæ eo mortuo filio defertur per repręſentationẽ,quę eadem perſona in hoc cenſetur cum patre iam defuncto, & iſta eſt maior,quia etiam priuilegiata contra regulas iuris in pluribus,vt dixi, & tamen eodem modo etiam in ſaiſina ciuili filius admittitur, prout pater admiſſus fuiſſet ſi vixiſſet, ideo maior eſt huiuſmodi repræſentatio quàm tranſmiſſio. ¶ Sed quia huiuſmodi verba vidẽtur importare idẽ quod dictũ Pauli dicẽtis, Si filius,ergo hęres. de quo meminit glo. in l.ſi neceſſariis. ff.de acqui. hære. Quęri poteſt nunquid filius ſtatim mortuo patre teneatur effectualiter creditoribus,& ſtatim ſit fundata intentio creditorum cõtra eum,niſi probet ſe abſtinuiſſe ab hęreditate.glo.in d.l.neceſſariis.tenet ꝙ gl.in c.j.de ſolutio.diſtinguit an fecerit inuentarium necne.quãuis ille textus in dicto c.primo,videatur in his verbis,ſicut filius debita patris ſoluere tenetur,ita prælatus debita prędeceſſoris pro eccleſiæ neceſſitate contracta.facere pro opinione affirmatiua quam recitat glo. in dicta l.neceſſariis.allegando §.ſui.inſti. de hæredi. quę ab inteſtato deferuntur. Bart. verò in d.l.neceſſariis. tenet opinionem glo. imò plus,quòd etiam niſi conſtet de immiſſione filij in hæreditate non tenetur ad debita.& iſtud etiam tenet Pyrrhus in tractatu de ſuitate. in quinta quæſtione. vbi ponit doctrinã Bart. in d.l. in neceſſariis.& vltra eum faciunt quæ dicit Alex.in conſi.primo.in iiij.col.in primo vol.& Lud.Ro.in conſi. clxiij.in princi.& Soci.in conſi.xcj.in ij.col.in primo volu. vbi hæres dicitur per aditionem, & non aliàs: imò eſt probanda aditio,vt dicit Romanus in dicto loco.& vide Alexã. in l.non hoc. in ij.col.C.vnde legi.faciunt quæ dicit Areti.in cõſ.cxxxvj.in princi.& quia iſtud eſt clarum apud nos,quòd requiritur aditio ſeu immiſſio, cum habeat beneficiũ abſtinendi,non aliter inſiſto.dicit tamen Lud.Roma.in dicta l.in neceſſariis.quòd legitimatus non habet beneficium abſtinendi.per textum in §.quoniam.in aut.quibus modis naturales efficiuntur legitimi.quam dicit ſe didiciſſe à diabolo.*

§. VNDECIMO.

DOuble ligne a lieu entre freres & ſeurs germains, au regard de tous leurs biens, & auſsi a lieu entre les enfans deſdictz freres & ſeurs germains,ſauf le droict des heritiers maternelz deſdictz enfans,& non plus auant.

IDem in comitatu Niuernenſi,& in comitatu Burgundiæ ſeruatur diſpoſitio iuris,vt hîc:& contrarium obſeruatur in patria Aluerniæ.idem in comitatu Borbonij.

ISta conſuetudo conuenit diſpoſitioni iuris, vt habetur in aut.ceſſante.C.de ſuis & legi.hære.& in aut.defuncto.C.ad Tertul.& vide Io.Fab.in ſuo breuiario.in aut.itaque mortuo.C.cõmunia.de ſucceſ.vbi ponit quomodo fratres ſuccedant ſimul,ſiue ſint vterini conſanguinei,ſiue ſint vtrinque coniuncti.& videtur contrariari conſuetudini ſuprà poſitæ in §.viij.& videtur ꝙ hæc verba, *ſauf le droict,&c.* etiam videantur importare diſtinctionem illorum verborum,*au regard de tous les biens*.dicam infrà,in glo.fina.

IN TEXTV IBI, *Et auſsi a lieu entre les enfans deſdictz freres.*

ET intellige ſiue quando eſt quæſtio quòd fratres ſuccedant alteri fratri, ſiue ꝙ vnus ſuccedat alteri, ſiue ꝙ filij fratrum ſuccedãt patruo, aut alteri filio fratris,ſiue quòd vnus filius fratris debeat ſuccedere fratri,aut alteri filio fratris, & eſſent alij proximiores, puta patruus ex vno latere, quod videtur eſſe contra doctrinam Bar.in l.poſt conſanguineos.§.legitima.ff.de ſuis & legi.& Alex.in conſi.ſuo clxvj.in v.vol. ¶ Et Pau.de caſt. in conſi.ccclviij.* ¶ Sed hoc eſt quia iſtud operantur hæc verba noſtræ cõſuetudinis,quæ ſunt ſatis clara,vt conſuetudo noſtra aliquid operetur,& aliquid addat iuri cõmuni: ſecundũ Bar.in l.ij.ff.de vſuca. Et maximè inter filios fratrũ,ꝙ vnus ſuccedat alteri,faciunt hæc verba, *& auſsi entre les enfans deſdictz freres*.quæ non poſſent eſſe magis clara.ex quo in facti contingentia conſului filium ſororis ex duplici vinculo præferri debere filio ſororis paterno ex vno latere tantùm,dicta tamen in fine huius glo.videntur contrariari huic deciſioni.cogita.

QVæro quid in filiis filiorũ fratrũ?cõſului in caſu emergenti,deceſſit ab humanis quidã Ioannes N.filius *Caſus.* dominæ Claudiæ,filiæ domini Ludouici,qui quidẽ Ludouicus habebat quinque ſorores,quæ quidem omnes deſcenderunt à quodã Guilielmo,ſed ex duabus matribus,videlicet Henriota,& Ludouica,ex domina Alba prima vxore dicti quondam Guilielmi, & dictus Ludouicus,Bona & Aliza ex domina Euſancia ſecunda

vxore dicti quondá domini Guilielmi.dictus Ludouicus auus dicti Ioãnis,& Claudia eius filia mater dicti Ioãnis ab humanis deceſſerunt relicto dicto Ioãne, qui quidẽ poſtmodũ ab humanis deceſſit, relictis dictis Bona & Aliza ſororibus germanis dicti quondam Ludouici, aui dicti Ioannis defuncti, & Henriota,Margarita & Aliza ſororibus conſanguineis,ſcilicet ex latere patris tantùm dicti quondam Ludouici,aui dicti Ioannis.

Queſtio. MOdò quæritur quis ſuccedere debeat huic Ioanni,& quomodo.videtur primò dicendum quòd dicta Bo-
1 *Duplici vinculo iũcti præferuntur iunctis vnico.* na & Aliza ſuccedere debeant in totum eidem Ioanni, * cùm duplici vinculo iungantur, & ſic præferri debent his qui ſunt eidẽ Ioanni iuncti vno vinculo tantũ, per text.in d.aut. ceſſante. & in aut. defuncto.ſuprà alleg.& per hanc noſtram conſuetudinem,nam vt dicit tex.in §.ſi igitur defunctus.in aut.de hære.ab inteſta.venien.& gl.ibi in ver.ſi igitur.col.ix.*potiores ergo ſunt qui duplici iure vtũtur quàm qui vno.& ideo reliquis
2 præponuntur.tex.in §.ſi verò neq; fratres.in aut.de hære.ab inteſta.venien.ibi,vt viciniores gradu ipſi reliquis
3 *Regula.* præponantur.¶ Per iſtum tex.ſatis probatur regula quæ habet * quòd duo vincula ſunt vno fortiora. de quo ſatis amplè in repet. domini mei Iaſ.in l.re coniuncti. col.iiij. in vlti.not.ff.de lega.iij.vbi etiam ponit * quòd
4 duæ rationes vincunt vnam,& duo iura vnum.

NAm etiam dicit text.in d.aut.ceſſante.ſuper quo fundata eſt conſuetudo noſtra,quòd ceſſante ſucceſſione deſcendentium,primò vocantur fratres ex vtroq; latere,aut filij fratrum. quod videtur etiam extendendũ ad nepotes,licet tex.tantũ dicat in filiis fratrũ, per ea quæ dicit Bar.in l.liberorum.in vj.col.verſi.remanet ergo
5 in hoc ius commune.ff.de verb. & rerum ſignifi. vbi dicit * quòd quando beneficium aliquod conceditur per ſtatutum filiis,quod iam eſt introductum diſpoſitione iuris communis, tranſit ad nepotes: ſed ſic eſt quòd per conſuetudinem noſtram,quæ idem operatur quod ſtatutum, conceditur quòd *double ligne ait lieu entre enfans de freres & ſeurs germains*.quod iam diſpoſitioni iuris diſponebatur.per dictam aut.ceſſante.igitur.

ET iſtud tenuit in ſpecie Bologni.in addi.ad Matheſil. in tractatu ſucceſſionũ ab inteſtato.in iij. articu.principali, in ix.fo.ver.vera hæc eſt deciſio do.autoris.in fi.quòd hæc eſt veritas,allegando Iac.de Beluiſo.

6 *Aut. ceſſante.* SED quicquid ſit,tenui contrarium eſſe verius, ſcilicet * quòd dicta aut. ceſſante.non habet locum in vlterioribus,hoc eſt in nepotibꝰ qui ſunt vltra filios fratrũ.& hoc tenuit gl.multũ notabilis in aut.poſt fratres. C.de legi.hære.vbi dicit Pau.de caſt. ꝙ ſi quis decedat ſine aſcendentibus & deſcendentibus in recta linea, & ſine fratribus aut filiis fratrũ,relictis patruis ſeu etiã fratribus aut ſororibus aui aut proaui, licet alter ex ipſis ſit ipſi auo vel proauo vtrinque coniunctus,alter ex vno tantùm,admittuntur tamen pariter non facto delectu duplicitatis vinculi,ſunt enim in eodem gradu,licet ſint duplici vinculo: ſed id nõ curatur vltra fratres germanos eorúmq; filios.allegat Bart.in l.poſt conſanguineos.§. hæreditas.ff.de ſuis & legi.& iſtud eſt magis clarum per conſuetudinẽ noſtrã,quæ dicit ꝙ nõ vlteriùs extẽditur duplicitas vinculorũ,vt patet per hæc verba, *& nõ plus auant*,quæ quidẽ verba declarant conſuetudinẽ noſtram,per ea quę dicit Panor.in c.prudentiam.de offi.deleg. & Io.And.in mercurialibus.in c.accuſatus.de hæreti.in vj.nam prædicta verba reſpectu nominatorũ in ipſo articulo ſtant incluſiuè.l.cũ vltra.C.de nõ numera.pecu.per l.ſi vltra.C.de fideiuſ. & reſpectu nõ nominatorum
7 *Concluſio vnius, excluſio alterius.* excluſiuè.l.j.ff.de inoffi.teſta.& etiam facit * quia incluſio aliquorum eſt aliorum excluſio.l.cum prætor.ff.de iudi.c.nõne bene diximus.extrà,de præſumptio.do.meus Iaſ.in l.j.in iij.col.ff.de legi.& Alex.in l.j.in fi.in iiij. col.ff.de lib.& poſthu.¶ Nam ex quo hæc noſtra conſuetudo eſt in hoc limitata,quia non procedit vltra fratrũ filios,limitatũ producere debet effectũ.l.in agris.ff.de acqui.rerũ domi. & do. meus Iaſ.in l. age cum Geminiano.C.de tranſac.& in l.ius ciuile.in iij.col.ff.de iuſti.& iure.& ſic cùm in hoc ſimus in nepote, & in filiis fratrum,omnes prædictæ ſorores ſuccedant & in capita ſimul, cùm ſint pares & in pari gradu, & hoc in omnibus bonis quæ eidem Ioanni obuenerant ex latere paterno incipiente à ſtipite originario, hoc eſt à dicto Guilielmo abauo vſque ad perſonam ipſius quõdam Ioannis defuncti,de cuius ſucceſſione agitur: & hoc eſt quod vult noſtra conſuetudo rectè intellecta,& hoc non facta differentia, nec habito reſpectu ad hoc ꝙ aliquæ ipſarum ſint ab vtroq; latere coniunctæ,& hoc maximè in caſu iſto in bonis prouenientibus & à trunco principali dicti Guilielmi, eo ꝙ omnes ſuprà nominatæ ab illo deſcendunt: quantũ autẽ ad alia bona exceptis bonis maternis,vndecũq; prouenerint,idẽ eſt dicendũ,per ea maximè quæ dicit Pau.de ca.in d.aut.poſt fratres. vbi vult quòd agnati vel cognati poſt fratrũ filios ſuccedant,non facta diſtinctione qualitatis bonorum: & hoc intantũ verum eſt,ꝙ etiam procedit in bonis quæ ipſi Ioanni eſſent quæſita ex aliquo ſuo tranſuerſali ex linea ſua materna: nam licet Henriota, Margareta, & Aliza non ſint coniunctæ niſi ex latere paterno, tamen admittentur ad alia & huiuſmodi bona,& ſic quęſita:quia licet dicatur,materna maternis,& paterna paternis,vt ſuprà dictũ eſt in hoc tit.§.*les heritages enſuyuent,&c.*hoc tamen verum eſt in linea directa.ita pulchrè Ang.in §.ſi plures. verſi.ſecundò dubitari ſolet.inſti.de legi.agna.ſucceſ.vbi dicit ꝙ nõ reperitur iure cautũ ꝙ illud habeat locum in bonis quæſitis ex tranſuerſalibus.& probat per tria motiua,de quibus ſuprà dixi in d.§.*les heritages*.in fine. ¶ Ex quibus ſupradictis tenui prædictas quinq; ſorores debere venire ad ſucceſſionẽ dicti Ioannis in capita in omnibus prouenientibus à d.Guiliel.& aliis paternis,& in bonis etiã maternis à linea trãſuerſali ſibi obuẽtis.

INtellige tamen quãdo ſunt tantũ vlteriores poſt fratrũ filios,quia ſi filius fratris haberet aliũ filiũ fratris,& ex filio fratris aut ſororis mortuæ filiũ aut filiã , ſuccederet dicto filio fratris ſuæ matris aut ſui patris cũ alio filio fratris per repræſentationem,quæ etiam hoc caſu haberet locum in omnibus bonis pręter materna illius filij fratris ſui patris aut matris,quæ competere deberent fratribus maternis dicti filij fratris defuncti,eo quòd repræſentatio habet locum in omnibus ſucceſſionibus , vt ſuprà dictum eſt . iſte caſus ſæpe euenit, & ita dixi pluries contra multos qui tenuerunt contrarium,ſed iſta eſt veritas.

QVantùm autẽ ad alia bona materna, aduertendũ eſt ꝙ ſunt in triplici numero . Primò ſunt bona matris dicti quondã Ludouici,qui fuit auus dicti Ioannis,quæ erat abauia dicti Ioannis , & ſunt bona Euſanciæ,quæ fuit ſecunda vxor dicti quondam Guil.& mater Bonæ & Alizæ.Secundò ſunt bona vxoris dicti quõdam Ludouici, quæ fuit auia ipſius Ioannis. Et tertiò ſunt bona dominæ Claudiæ filiæ dicti Ludouici, matris dicti Ioannis.quantùm ad bona quæ ſunt ex linea materna,ſcilicet ex linea Euſanciæ,non eſt dubium quòd domina Bona,& Aliza debent in his ſuccedere, excluſis aliis, per text. noſtræ conſuetudininis in §. *les heritages enſuyuent,*

enſuiuent &c.ſoit en prochain,ou en loingtain degré. Idem dicendũ eſt de bonis Claudiæ, quæ habuit à quondam Ludouico ex latere materno, hoc eſt ex ipſa domina Euſancia eius Claudiæ auia, quãtũ autẽ ad bona auiæ ipſius Ioannis vxoris,ſcilicet dicti quondam Ludouici,conſuluerunt ꝙ tanquam proximiores Bona & Aliza debent in illis ſuccedere,quia dicuntur eſſe de trunco materno, ex quo dixi & dico ꝙ in talibus neque Bona & Aliza, nec aliæ tres ſorores debent in iſtis ſuccedere, ſed parentes illius vxoris quõdam domini Ludouici.in quocunque ſint gradu,per tex.ad literam in §.*les heritages enſuiuent &c.*ſuprà eodem tit.ibi *ſoit en prochain ou en loingtain degré.* *Reſpondet obiectis.*

SEquitur ergo ex prædictis quòd , *double ligne*, vltra filios fratrum non conſideratur tam de iure quàm de conſuetudine.

ET ad obiecta in contrarium facilis eſt reſponſio: primò ad illud quod dictum eſt, quòd Bar.in d.l.liberorum.in v.col.ff.de verb.ſignifi. * dicit quòd appellatione filiorum continentur nepotes in ſtatutis, quãdo per ſtatutum diſponitur id quod iam erat de iure communi introductum.ad iſtud dico quòd iſtud crederem eſſe verum,quando ius cõmune diſpoſuiſſet idem eſſe in illo caſu in nepote ſicut in filio, quia tũc ſi ſtatutum diſponeret poſtmodum in quod iam erat diſpoſitum de iure communi in filio,licet de nepote nullam feciſſet mentionem , quòd tunc ſtatutum deberet extendi & interpretari vt etiam intelligeretur in nepote. Sed quando non eſt ſtatutum de iure communi in nepote,imò eſt expreſsè deciſum in cõtrariũ,ꝙ nepotes in hoc caſu non comprehendantur, hoc caſu ſtatutum non faciet quòd appellatione filiorum contineantur nepotes,& maximè quia per hoc ſequeretur correctio iuris:ex quo ſequitur quòd tũc appellatione filiorũ nepotes non continentur , nam vt dicit Bart.in d.l.liberorum.in v.col. * illud quod dicitur quòd appellatione 9 filiorum continentur nepotes,iſtud eſt ex interpretatione extenſiua, quod ſatis bene probat tex.in l.iuſta interpretatione.ff.de verbo.& rerum ſignifi. ſed iniquum eſſet quòd per interpretationem tolleretur ſucceſſio illis quibus debetur ex l.& diſpoſitione iuris,ſcilicet aut. poſt fratres.C. de ſuis & legi . & ita in ſimili arguit Alex.in apo.ad Bar.in l.Luc.*la ſeconde*.ff.de hęre.inſti.imò etiam ſi hoc eſſet verũ in hoc ſtatuto,ſequeretur ꝙ per ſubauditionẽ & interpretationem corrigerentur iura,de quibus ſuprà , quod eſt cõtra glo.multũ notabi. in c.cupientes.§.quod ſi per viginti.in ver.petere.de elec.in vj.quam alleg.do. meus Iaſ.in l.fratrer à fratre.in xij.col.in lect.ff.de condi.inde.& in aut.nouiſſima.in xj.col.C.de inoffi. teſta.& in l. emancipata.in pe.col.C. qui admit.Barba.conſi.xij.in x.col. in j.volu. nam ex quo in hoc eſt cõſuetudo quæ ſcripturam limitat, ita vt non extendatur vltra filios fratrum,per verba in ea poſita, *& non plus auant*,cum ſua limitatione debet intelligi,nec poteſt ampliùs reſtringi,aut ampliari,per ea quæ dicit Franciſ.Cur.antiquus in cõſi.ſuo xiij.in iiij.col. & conſi. xxxv.in x.col.imò etiam quãdo talia verba nõ eſſent in cõſuetudine noſtra,adhuc idẽ eſſet dicẽdum, cũ * mens ſtatuti nũquã præſumitur cõtra iuris diſpoſitionẽ.l.ij. C.de condi.inſer.l.fi.C.de ſentẽ.paſ.l. Titia. 10 *Mẽs ſtatuti nõ præſumitur cõtra diſpoſitionẽ iuris.* §.idẽ reſpondit.ff.de verbo.obli.& Franciſc.Cur.antiquus cõſilio ſuo xxvij.in iij.col.& ideo etiã ſi in cõſuetudine noſtra non eſſent talia verba,*& non plus auant*,quantũ ad nepotes relictum eſſet & omiſſum per conſuetudinem noſtram , ex quo recurrendum eſt ad iuris communis diſpoſitionem.l. ſi extraneus. ff.de condi. ob cau.l.ſi cum dotis.in princi.ff.ſolu.matri.l.commodiſſimè.ff.de lib.& poſthu.Or ſic eſt nunc quòd de iuris cõmunis diſpoſitione nepotes non comprehenderentur, vt ſuprà dictum eſt in prin.per glo.& doc.in d.aut.poſt fratres.& Iaco.de Beluiſo in §. ſi verò neque fratres. in aut.de hære.ab inteſta.venienti. & Nic.de Vbal.in ſuo tracta. ſucceſſionũ ab inteſta.in tertia parte principali.in iij. colum. igitur &c. ¶ Imò expreſſè in hoc caſu aut. vnde ſumitur diſpoſitio aut.ceſſante.excludit vltra filios,cùm dicat,huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus maſculorũ & fœminarum filiis,aut fratribus,nulli alij ex hoc ordine venienti hoc ius largimur. & ſic ibi ius tantum diſponit,quantum conſuetudo. *

QVid dicendum ad Bologninum in addi.ad Matthæum Matheſi.quem ſuprà allega.dicentem quòd veritas eſt quòd concludatur vltra nepotes,prout tenet Iac.de Beluiſo.dico ꝙ corruptè eum allegauit,& ꝙ debuit eum allegare pro opinione contraria: & ita eum alleg.Pau.de caſt. in d.aut.poſt fratres. vbi doct. iſtud tenent poſt glo.Quæ quidem cum cæteris melius intelligat,tenenda eſt,prout dicit Bar.in conſi.ſuo quod incipit,Andriſiolus.& dicit idem Bar.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.quòd autoritas glo.eſt maior cæteris. & Bal.in l.cùm hæreditas.C.depoſi.dicit *quòd autoritas gl.omnes alias antecellit.& idem Panor.in c.j.de conſti.plu- 11 *Gloſſæ autoritas magna.* ra per do. meum Iaſ. de autoritate gloſ.& per do.meum Claudium de aquis,in repeti.l.vt vim.in antepe.col. ff.de iuſti.& iure.quæ hìc non tranſporto,cùm non ſint neceſſaria.

LImita *hunc §.cum dicta aut.ceſſante.non habere locum in feudalibus.Bal.& Aluaro.in c.j.in fine.de ſuc- 12 *Aut. ceſſante.* ceſſio.fratrum & gra.ſucceden.in feud. Alexan.conſilio ix.ad finem.in v.volu. Iacobinus de ſancto Georgio in ſuo tractatu feudorum.in glo.pro ſe & eorum filiis. Franci.Curt.in tracta.feudorum.in iij.parte principali.in xxxij.char.verſi.ſextò quæro.ſed licet iſtud ſit verum de iure,crederem contrarium eſſe de conſuetudine noſtra,per tex.noſtræ conſuetudinis,& ea quæ ibi dixi in §.*en choſes feodales*.ſuprà.tit.de feudis.vbi dixi quòd feuda in regno Franciæ ſunt redacta ad inſtar patrimonialium.

LImitatur tamen ſupradicta noſtra conſuetudo,quando tractatur de ſucceſſione deſcendentium, vt puta Titius habuit duas vxores: ex prima Mæuium & Sempronium fratres conſanguineos & vterinos, ex ſecunda habuit filiam Corneliam . Mæuius deceſſit relicta Alexia eius filia, quæ demum obiit, & de eius ſucceſſione agitur inter filios Sempronij,volentes tanq̃ coniuncti defunctæ duplici vinculo excludere filios Corneliæ coniunctæ ex vno parente tantummodo,ſcilicet ex parte patris.dubitatũ fuit quid iuris,& videbatur per tex. huius conſuetudinis ꝙ filij Sempronij debent excludere filios Corneliæ, propter duplex vinculũ conſideratũ in conſuetudine noſtra generaliter,& ſine diſtinctione.& ideo ita intelligẽdum erat.arg.l.de pretio.ff.de pub. & glo.in rub.C.etiam ob chirog.Sed cùm caſus eueniſſet in facto in parlamento Burgundiæ,fuit deciſum contrariũ,ad vtilitatẽ honorabilis ac ſapientis viri magiſtri Philip. le Lieure aduocãtis & patrocinantis in d.curia, eo ꝙ duplex vinculũ nõ cõſideratur in ſucceſſione deſcendentium,ſed tantummodo gradus,vt in terminis voluit Bar.l. poſt conſanguineos.§.legitima. ff.de ſuis legiti. hære. per §.ſin verò neque fratris. in ver.ſecundum

Conſuetudinis limitatio.

gradus prærogatiuã.in aut.de hęre.quę ab inte.defc.colla.ix.idẽ ſoluit Bal.in aut.ceſſante.C.de legi.hęre.Pau.de ca.in aut.poſt fratres.eo.tit.Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.§.legiti.& facit in §.huiuſmodi verò priuilegiũ.in aut. de hæredi.quæ ab inteſt.deferun.vbi dicit tex.ꝙ eſt priuilegiũ fratribus & eorum filiis coniunctis duplici vinculo,ſiue parente,vt præferantur in ſucceſſione fratris mortui aliis coniunctis vno vinculo tantummodo: ſi ergo eſt priuilegium,non eſt vltra caſum extendenda.l.quod verò contra.& l.ius ſingulare.ff.de legi. Et ſic iſta conſuetudo procedet quãdo agitur de ſucceſſione aſcendentiũ,non deſcendentiũ,vt in caſu prædicto, quia cũ ſit dubia,venit declaranda ſecundum ius commune.l.ij.C.de noxalibus.cum ſimilibus, & expreſſè ita cauetur intrà in fine harum conſuetudinum.& ſi dicatur ꝙ ita intelligendo iſtã conſuetudinem, nihil ad ius commune addet,contra doctrinam Bar.& docto.in l.ij. ff.de vſuca.dic ꝙ hoc non videretur nouum,cùm habeamus plures conſuetudines quæ nihil addunt ad ius commune. Et ideo meliùs vt conſuetudo ſit nulla quàm ſit iuri contraria,vt dicit Bal.in l.j.per illum tex.C.de pac.pign.¶ Adde Alex.in conſi.ſuo clxvj.in v.volu. vbi videtur alio modo limitare hanc noſtram conſuetu. de qua ſuprà dixi in gl. ij. Sed quomodo hoc caſu ſuccedant filij fratrum filio fratris,an in capita,aut ſtirpes? dic ꝙ in ſtirpes,vt tenet conſuetudo noſtra ſuprà poſita in hoc tit.§.ix.incip.*ſ'ilz ſont pluſieurs*.in his verbis,*ou autres*.& eſt etiam de iure,vt ibi dixi.

IN TEXTV IBI, *Sauf le droict des heritiers maternelz deſdictz enfans.*

ISta conſuetudo in his videtur in ſe implicare contrarietatem in generalitate ſui diſpoſiti,& in hac limitatione.Nã ſi duplex vinculum habeat locum in filiis fratrum in omnibus bonis, quomodo poteſt habere locum prædicta limitatio in filiis fratrũ in bonis maternis,quę ſecundum illam debent illis remanere ſalua ? & adhuc me magis facit dubitare illud verbum,*tous*,cùm qui totum dicit,nihil excludat.l.Iul.ff.de leg.iij.Cogitet alter, & ſoluat. ¶ Cogitando ſolutionem iſtius dubij nihil aliud dicere poſſum niſi quòd eſt error.Et poſt hæc verba,*maternelz*,debent poni hæc verba,*ou paternelz*.& hoc modo bene ſtabit conſuetudo,& poterit habere locum,aliàs de nihilo operarentur talia verba.

QVicquid ſit,hæc verba huius conſuetudinis poſſunt ſtare,& vidi caſum in terminis de duobus filiis duorum fratrũ,quorum vnus habebat fratres ex latere materno,qui mortuus eſt relicto filio fratris ſui patris,& relictis ſuis fratribus vterinis.Nam filius fratris ſui patris ſucceſſit in omnibus bonis præterquã in bonis maternis,in quibus ſui fratres vterini ſucceſſerunt.Et ita dixi in caſu emergenti,propter hæc verba huius cõſuetudinis,quę non ſunt fruſtratoria,nec implicant contrarietatem,quicquid aliàs ego dixerim.

ET ſic hoc modo eſt dabilis alius intellectus ad hãc cõſuetudinẽ, ſcilicet ꝙ hęc cõſuetudo habet duos articulos diuerſos & ſeparatos,qui ſunt diuerſi & in iure & in facto,vt videri poteſt, quoniã primus eſt contẽtus in his verbis,*double ligne a lieu entre freres & ſeurs germains au regard de tous leurs biens*.ſecũdus verò eſt contentus in his verbis ſequen. Et *auſſi a lieu entre les enfans deſdictz freres & ſeurs germains ſauf le droict des heritiers maternelz deſdictz enfans & non plus auant*.& hic ſecundus caſus loquitur tantũ quando eſt quæſtio de ſucceſſione filiorũ fratrũ inter eos,vt ſatis denotatur per dictionẽ,inter,quæ includit nominatos, & excludit alios.& in hoc caſu voluit ꝙ duplex vinculũ habeat locũ cum reſtrictione tantũ ad §.viij.inci.*les heritages enſuyuent*.per hanc clauſulã,*ſauf le droict des heritiers*.quo caſu nõ eſt quęſtio de omnibus bonis,prout in primo,& ſic etiã videtur ꝙ per hãc cõſuetudinẽ nõ ſit cõprehẽſus caſus,quãdo filij fratrũ ſuccedũt cũ patruis, ex quo in hoc caſu nõ impedietur incluſio illius in d.§.*les heritages enſuyuẽt*.qui quidẽ §.eſt generalis cõprehẽdẽs omnes caſus in quibus eſt quæſtio de ſucceſſione bonorũ prouenientiũ ex diuerſis trũcis.& quia hic §. ſequẽs ponit caſum ſpecialẽ in quo nõ truncãt.ſ.in ſucceſſione fratrũ ex vtroq; latere, in illo caſu impeditur incluſio generalis in d.§.vt dixi ſuprà in d.§.*les heritages*.in gl.*en prochain*.in fine.& in §.præcedẽti.in gl.*en pareil degré*. ex quo ergo alius caſus.ſ.quando filij fratrũ ſuccedũt cũ patruis,nõ eſt ſpecialiter cõprehẽſus poſt regulã generalem illius §. *les heritages enſuyuent*. remanebit comprehẽſus ſub illa generalitate,per interpretationẽ iſtorum ſtatutorum in eodẽ vol.ne vnum contrarietur alteri.& ita debet fieri interpretatio de pluribus ſtatutis in eodẽ vol.contentis,ita ꝙ vnũ debet interpretari per aliud, vt dicit Bar.in extrauag. ad reprimendũ.in verb. nõ obſtan.Ro.in conſi.cccxcix.incip.vt præſens conſultatio. Alex.in conſi.lxxx.in iij.col.in j.vol. & in conſi.cxlj.in iij.col.in ij.vol.ex quo non remanebit ille caſus tanquã omiſſus ſub diſpoſitione iuris communis,quia ſatis eſt comprehenſus in conſuetudinibus noſtris,contra opinionem tamen aliquorum aduocatorum & Diuionen.& Pariſien. pro opinione quorum videtur facere conſilium Alex. in conſi. clxv. incipien. ſuper propoſita quæſtione.in v.vol.ſed ibi non habet ſimilem conſuetudinem prout habemus.*

IN TEXTV IBI, *Et non plus auant.*

ET fundãtur hæc verba in aut.de hęred.ab.inteſt.venientibus.§.igitur defunctus.in verſ.huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus, &c.de quo videri poteſt Bart.in l.ij.§.legiti. ff.de ſuis & legitimis.& videatur Alexan.in conſi.ſuo clxv.incip.ſuper propoſita quęſtione.in v.volu.hìc antè alleg.qui allegat conſilium Pau.de caſtro,quem videas in dicto conſilio.*

QVid operetur hæc dictio,& non vltrà,videatur amplè per Guil.Benedicti in ſua repetitione c. Raynutius.in verbo,altero chæ filiæ.,de teſtamentis. extrà.vide tamen caſum hìc antè poſitũ,vbi prædicta ſucceſſio vltrà extendatur propter repræſentationem,quæ habet locum in omnibus ſucceſſionibus.

§. DVODECIMO.

FEmme mariée de pere & de mere par mariage diuiz, viuãs ſes pere & mere,& à laquelle eſt conſtitué dot & mariage diuiz par leſdictz pere & mere,ou par ledict pere ſeulemẽt,viuãt ladicte mere,ne retourne point a la ſucceſſion deſdictz pere & mere, ne les deſcendans d'elle,tant qu'il y ait filz ou enfans maſles deſcendans dudict filz,ſ'il ne luy eſt expreſſement reſerué par ledict traictié.Et n'entẽd on point par ce priuer la femme de ſucceſſiõ collaterale,ne d'autre donation que ſes pere ou mere luy vouldront faire,ſans tiltre de hoirie.

Idem

IDEM in comitatu Niuernen.& Burgũdiæ.idem in patria Aluerniæ. Idẽ in ducatu Borbonij.
¶Hi enim qui talia per consuetudinẽ introduxerunt,naturæ accusatores dicũtur.l.maximũ vi- *Accusatores naturæ*
tiũ.C.de liber prete.Si enim vitiũ est mulieres nasci,id potiùs patri quàm matri ascribẽdũ est.l.
lege xij.tabularũ.C.de legiti.hęre.imò expedit vt mulieres nascantur, ad hoc vt alios masculos
possint concipere.Sed pro certo credendum est hæc disposita esse non propter odium mulierũ,
sed potiùs propter fauorem masculorum,* videtur enim honor domus & familiæ magis conseruari si hæredi- 1 *Ratio quare hæreditas potius ad masculos quã fœminas deueniat.*
tas veniat ad masculos quàm si ad fœminas.Ad hoc bene facit tex.in §.quod ad fœminas.institu. de legiti. a-
gna.succes.ibi,quod ideo constitutũ erat,quia cõmodiùs videbatur ita iura constitui,vt plerũque hæreditates
ad masculos cõfluerent.Et ideo videtur quòd mens statuentiũ fuit fauere agnatis, vt agnationi salua sit digni-
tas.l.ab omnibus.circa princi.ff.de leg.j.l.j.§. si seruus.ff.de ventre inspiciẽ.l.super statu.C. de quæstio. * Cõ- 2
stat autem quòd per diuitias familiæ conseruantur, & honestas perit propter inopiã.l.j.ff.de custo.reorũ.in au
thẽ.de defen.ciui.in prin.§.j.coll.iij.&.l.si creditores.ff.de priuile.credi.l.pietatis. C.de suspec.tut. * imò ęgesta 3 *Egestatis incõmoda.*
te sordentibus vita est supplicium,& mors solatium.l.quisquis.C.ad l.Iulia.maiest. * familia enim propriè cõ 4
sistit in agnatis.l.pronunciatio.ff.de verb.signi.& ideo dicit Soci.in consil.suo xxx.in iij.col.* ꝙ statuta exclu-
dẽtia à successione fœminas dotatas existentibus masculis,sunt introducta in fauorẽ agnationis & familiæ.Et 5 *Nota de statuto excluden.*
dicit Fran.de Curte in cõsi.suo xl.in v.col.incip.Dominus labia &c.vim præsentatis.* ꝙ talia statuta quæ ex- 6
cludunt fœminas propter masculos,censentur moueri ratione agnationis cõseruãdæ,* quæ per masculos con 7
seruatur,non per fœminas,cũ transeant in alienam familiã.l.cũ in adoptionis.C. de adop. Et Soci.in d.consil.
suo xxx.& dicit Soci.in consi.suo xxxj.ꝙ licet hæc ratio sit omissa à statuto ,tamen debet haberi pro expressa.
Idem tenet Ludo.Rom.in consi.suo xvj.incip.Viso themate consultationis. in ij.col.& in consi.xxxij.Et plura
ad hoc alle.Franci.de Curte senior in consi.suo lxxx.in iij.& iiij.col.vbi plenè & ad saturitatẽ. Barba. verò in
consi.suo xiij.& in consi.xiiij.& in consi.iiij.in j.vol.multum bene explicauit hãc rationem huius statuti,dispu
tando an sit rationabile,vel irrationabile.Et licet Bal.in l.iij.C.si penden.appella.mors interue.in fi.dicat *ꝙ 8
talia statuta sunt contra naturalẽ rationẽ.& idẽ Bal.in l.intestato.ff.de legi.tut.dicat * ꝙ tale statutũ per quod 9
filia dotata non succedit,nõ est rationabile.& ita etiã dicit in c.j.de feu.cognitio.& ideo dicit Bart.in l.j.C. de
sum.trini.& fide ca.in vj.q.* quòd tale statutum tanquam odiosum & irrationabile non debet extendi ad bo- 10
na alibi sita.& Fran.de Curte in consi.xliiij.incipien.Statuto seu consuetudine.in xij.colum.cũ seq.* dicit ta- 11
lem cõsuetudinem restringendam ad personas mentionatas, nec extendendam, cùm sit odiosa & irrationabi-
lis,quod tenent multi doctores allegati per eundem Curtium in d.consilio lxxx.in ij.colum.

ADDITIO. Matthæus de affli.in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit,in aliquibus.in ij.nota. in iij.
lib.dicit quòd tale statutum est contra omnia iura, vt ibi declarat.& in iij.q.dicit quòd ta
le statutum est odiosum.Alber.Bru.in tract.de statu.excludẽte fœminas à successione,querit de multis. Primò,
& in j.articu.an talia statuta valeant.& est fol.ij.Secundò verò,& est fol.iiij. quærit de origine horum statuto-
rum.Et tertiò eodem fo.iiij.quærit qua ratione sint facta talia statuta.Quartò verò fo.v. querit an talia statu-
ta sint fauorabilia aut odiosa. * ¶Tamen Barba.in dictis consiliis,maximè in consi.iiij. suprà alle.* dicit illud 12 *Quod talia statuta sint fauorabilia.*
esse fauorabile duplici de causa.Primò ratione cuiusdam recompensationis, & ex consuetudine modernorum
temporum,ex qua consuetudine probabiliter sequitur coniectura mentis,& ratio statuentis.l.si sumus.§.fi.ff.
de leg.j.Est enim consuetudo moderna,vt superstites agnati subeant onera defunctorum ad propulsandum in-
iurias actiuè & passiuè,& ad similia multa onera,& incommoda.Est ergo æquum vt ibi collocentur commo
da prouenientia ex agnatione vbi collocantur incommoda.l.j.§.fi.ff.de aqua pluuia.arcen.hæc ratio non mul
tùm militat,nisi in feudis,in quibus mulieres sunt incapaces,quia in allodialibus & aliis negotiis possent fœmi
næ subire onera aut per se, aut per alios , ideo prædicta non mihi videntur multùm seruire . ¶Secunda ratio
est,quæ supra dicta est, scilicet propter publicam vtilitatem , quæ expostulat facultates suas singulis agnatio-
nibus conseruari, vt familiarum salua sit dignitas, & honor.d.l.j.§. si seruus.cum aliis supra alleg.quia maiores
diuitiæ necessariæ sunt masculis ad agnationem, & honestatem familiæ conseruandam.l.Titia cum testamen-
to.§. Lucius.ff. de lega.ij.Et ibi Bald.dicit hanc esse rationem talium statutorum . Et etiam dicit Alexand. in
in consilio suo xx.in ij.colum.& in consilio suo lx.in j.colum. incipiente,Stat statutum . Et ideo dicit Aug. de
ciuitate Dei libro tertio, * quòd per diuitias in familiis decus & honor conseruatur. Et apud Iuuenalem Saty 13 *Augustinus. Iuuenalis.*
ricum præclarè scribitur,Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat Res angusta domi . Et ideo hac ra-
tione debet dici dicta consuetudo rationabilis , maximè etiam * quia honores & munera publica potioribus 14
& honestioribus indicenda sunt.l.honores.ff.de decur. * interest enim reipublicæ per ditiores & digniores re 15
gi, non per pauperes & abiectos.d.l. honores.& in authen.de defen.ciuita.in princi.& §.j.& constat hono-
res & munera publicorum gerendorum officiorum ad virilem sexum pertinere.l. fœminæ.ff.de regu.iur. Igi-
tur prædicta ratio fuit bene coniecturata , maximè etiam quia istud est de iure diuino & lege Mosaica, vt ex- *Mosaica lex excludit fœminas à successione.*
cluderentur sorores ad succedendum , existentibus masculis , vt habetur nume.xxvij.homo cum mortuus fue
rit absque filio , ad filiam eius transibit hæreditas , ergo si habeat filium,non transibit hæreditas ad filiam.De
hoc textu facit mentionem dominus meus Iason in l. qui se patris. in quinta colum.C.vndè liberi.vbi quærit
an hodie in successionibus illa lex Mosaica seruetur . Intellige tamen prædictam esse rationabilem quando
mulier seu filia est dotata , prout est in casu nostræ consuetudinis, vt dicit & tenet Ioannes de Imola.in l. Ti-
tio centum.§.j.ff.de conditio.& demonstra.& doctores suprà allega.in pluribus locis,maximè Barba.in dictis
consiliis,& Franciscus de Curte in locis suprà allegatis.*Et ideo dicit Bald.in c.j.de feudi agnitione.quòd sta 16
tutum disponens quòd filia non succedit , sed sit dote contenta, stantibus masculis agnatis,tenet.Et idem vo
luit in l.cũ lege.C.de episc.& cleri.idẽ Bal.in cõsilio suo,quod incipit, Marti.Io. de Florentia.quod est posi-
tum inter consilia Angeli,nume.lxviij.& Barba.in c.sicut consuetudo. in xvj.colum.extrà,de proba.& plenè *L. maximum vitiũ.*
per eum in rub.de succes.ab intesta.vbi tenuit * quòd illa l.maximũ vitium.C. de liberis præteritis. tenet indi
stinctè,& statuta terrarum in contrarium sunt abusiua.

M v.

IN TEXTV IBI, *Femme.*

1 De filio qui habuit bona propter nup. QVæro*quid de vno filio qui habuit viuente patre donationem propter nuptias? videtur quòd ſit idem, quia correlatiuorum eſt eadem ratio. Dic quòd non eſt verum, quia non eſt eadem ratio in vno ſicut in alio, vt tenet in ſpecie do. meus Iaſ. in rubrica de acqui. poſſeſſ. ff. in fine.

2 De nepte ITem quid*de nepte maritata per auum? vide Bal. in cõſi. ſuo xxx. incip. Præſuppoſito ſtatuto quòd filia à patre dotata. in j. vol. in ij. col. & vide Franciſ. de curte in conſi. ſuo xxxiiij. in v. & vj. col. vbi dicit quòd idē eſt in filia fratris quæ eſt neptis, dotata ab auo. quod an ſit verum, dicam infrà in concluſione harum conſuetudinum, in glo. *qu'ilz ne fuſſent comprins.*

IN TEXTV IBI, *Mariée.*

1 De deſpõſata tãtũ. QVæro quid ſi *fuerit deſponſata? Bal. poſt Iaco. de Rauen. & Pet. in l. ſi non ſine. C. de bo. quæ lib. quę rit hanc quæſtionem, & dicit, aut ſtatutum dicit, mulier dotata non ſuccedat, & tunc intelligitur ſiue ſit maritata, ſiue non, ſiue ſit dotata in teſtamento patris, ſiue antè: aut ſtatutum dicit quòd mulier maritata & dotata, & tunc nõ ſufficit quòd ſit deſponſata, ſed requiritur quòd ſit maritata. Et ita etiam videtur tenere Soci. cõſilio ſuo xxx. in nona columna.

ADDITIO. Et intellige quòd ſufficit quòd ſemel ſit dotata, quoniã ſi perdat dotē, non tenetur iterum frater poſt mortem patris dotare, aut dare dotē, vt videtur tenere Mat. de afflictis in conſtitu. regni Siciliæ quæ incipit, fratribus. in ij. quæſt. j. notabilis. in iij. lib. Et de ſupradicta deciſ. ꝙ etiã non ſufficit ꝙ ſit deſponſata per verba de præſenti, ex quo tex. dicit, maritata, vide Hippoly. de Marſi. in conſi. ſuo lxj. in ij. col. vbi plura ad hoc alle. Plenè de hoc arti. vide Alber. Bru. in ſuo tractatu de ſtatuto excludente fœminas. in vj. articu. principali. in iiij. articu. illius vj. & in vij. quæſtione dicti iiij. articuli, vbi amplè. & quòd non ſufficit quòd ſit dotata ſimpliciter, niſi ſit maritata, vide eundem Albertum in xviij. quæſtione illius iiij. articuli, quæ eſt in vj. articulo principali.*

ET quia ibi dicit Bal. ꝙ ſi ſtatutum ſeu conſuetudo diceret ſimpliciter quòd ſit dotata, intelligitur quòd ſit dotata tempore mortis dotare debentis. Ita tenet Bar. in l. qui pupillam. ff. de adul. & in l. cum plures. §. fi. ff. de admit. tu. Idem Bar. in l. Titio centum. §. fi. ff. de condi. & demon. Faciunt quæ dicit Feli. in rub. proœmij Decre. in iij. col. quando dicit, quæ dicatur dotata, de quo dicam infrà eo. glo. *uiuans ſes pere.* & ſufficit ꝙ ſit dotata in teſtamento, vt per Soci. in conſi. ſuo xcij. inci. circa primum. in iij. col.

2 De ĩgrediente monaſteriũ. ITem*quæro, pone ꝙ aliqua filia ingrediatur monaſterium, an ei debeat conſtitui dos, ad hoc vt ſit excluſa
3 à ſucceſſione patris? dic quòd ſic, *& an illud quod offertur ſuprà altare dicatur eſſe loco dotis? dic quòd nõ. prædicta dicit Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in xxvij. col. extrà, de conſtitu.

ADDITIO. Vide amplè Geor. Natan in repeti. c. quãuis. de pac. in vj. in xij. quæſt. ij. quæſtionis principalis. Et Mat. de affli. in conſti. regni Siciliæ, quæ incipit, in aliquibus. in vj. quęſt. iiij. nota. in iij. lib. & vide Albert. Bru. in vj. arti. principali. in v. quæſt. iiij. articuli illius vj. principalis. *

4 Sponſa de futuro. PRædicta*quæ dicta ſunt de ſponſa poſſent intelligi de ſponſa de futuro, quia non dicitur maritata, quod requiritur eo quòd ſtatutum ſeu conſuetudo dicit, *Femme mariée.* prout dicit etiam Panor. in rub. de ſpon. &
5 De præſenti. matrimoniis. * ſed quid de ſponſa de præſenti, nunquid ſi ſit dotata excludatur à ſucceſſione? multa dicta ſunt ſuprà in titu. *Des droictz & appartenances a gens mariez.* in §. vj. qui incipit, *Femme mariée ſelon la generalle couſtume.* vbi quæſitum eſt an ſponſa de præſenti debeat gaudere priuilegio illius conſuetudinis. Et concluſum eſt quòd ſic, & ibi poſita & allegata ſunt plura conſilia quæ nunc omitto. Soci. in conſi. ſuo lxiij. in v. col. verſi. item quia dicit aliquid in ſpecie. cogita tamen ex his quæ dicta ſunt ſuprà in d. §. *Femme mariée.* ¶ Vide-
6 No. de filiabus nubentibus citra voluntatem patris. demus*vt in pluribus (ne dicam omnibus) locis filiæ ſine conſenſu patris & matris ſe maritant, & accipiunt maritos. An hoc caſu poſt matrimonium conſummatum poſſit pater tali filiæ ſic maritatæ ſine voluntate & cõſenſu ſuo dotem conſtituere, ad finem & effectum quòd ſit excluſa in vim huiuſmodi conſtitutionis dotis? Videtur quòd ſic, cùm à fortiori in tali caſu videretur quòd pater poſſet eam exhæredare, vt dicit & tenet Pau. de caſt. in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſt. quam alle. Decius in regula, nuptias. ff. de regu. iur. vbi dicit quòd valeret ſtatutum per quod pœna filiis contrahen. matrimonium ſine conſenſu patris imponeretur, ſecundum Bal. in l. omnem. C. ad Tertul. & faciunt quæ dicit Bar. in l. adducimus. C. de murile. lib. xj. in fi. & quæ dicit idem Bal. in rub. extrà, de conſue. ergo hoc caſu multo fortius dotem conſtituere, & eidem conſtituendo repellere
7 eam à ſua ſucceſſione poteſt. Credo*quòd licet ſeipſam maritauerit, & ſit matrimonium conſummatum, etiã
ſine conſenſu patris, quòd poteſt petere dotem, glo. in c. fi. xxxij. quæſt. ij. in glo. j. verſi. nunquid ergo. & xxxvj.
8 quæſt. j. in c. de rap. *nec eſt verum quòd hoc caſu poſſit exhæredari, vt per plura tenet Pet. de Anc. in cõſi. ſuo
9 xx. Alex. in conſi. xcvij. in j. vol. Decius in d. regula, nuptias. ¶ *Sed veniendo ad propoſitum, ſi etiam iam ſit
maritata filia ſine conſenſu patris, poteſt eidem pater conſtituere dotem, & eidem dare pro ſua parte & portione quid, & iubere eam eſſe contentam, ſecundum formam conſuetudinum, quia aliàs ex ſuo actu illicito & prohibito conſequeretur commodum, quod non eſt dicendum: imò vt dicit Bald. in l. fi. colum. iij. quem ſequitur dominus meus Iaſon in vj. colũ. C. de pac. quòd ad hoc vt filia dotata excludatur à ſucceſſione ſufficit quòd eidem offeratur dos.

ADDITIO. Vide Guil. Benedicti in repetitione c. Raynu. in verbo, duas habens filias. nume. clxviij. de teſta. & ibi plura tractat de materia huius ſtatuti ſeu conſuetudinis. Et quid de filia quæ nõ vult dotari vt non excludatur, vide Albertum Brunum in dicto ſuo tractatu, de ſtatuto excludente fœminas. in duodecima quæſtione iiij. arculi illius vj. articuli principalis. & dicã infrà in glo. *par leſdictz pere & mere.**

ADde quæ dicit do. meus Iaſ. in l. ij. §. quod ſi in patris poteſtate. col. vj. ff. ſolu. mat. vbi quærit an filia quę nupſit ſine conſenſu patris exhæredari poſſit. Et dixi alibi in meo Catalogo gloriæ mundi, in vltima parte, in conſideratione quæ de præceptis iuris tractat.

ADuerte ad vnum, quòd iuſtitiarij debent ponere ad manum ſuam pupillas, & facere inhibitiones ne copulentur in matrimonium, vt dicit Ioannes Fabri in l. cum de nuptiis. C. de nuptiis. quod nota.

IN TEXTV IBI, *De pere & de mere.*

ADuerte quia officium patris eſt dotare filiã.dixi infrà hoc eo. §. in glo.*ne retourve point.* ſed plenè per G·
Benedicti in ſua repe.c.Raynu.in verbo,dotẽ quam ei dederat.in prin.de teſta. vbi etiam dicit ꝙ pater te
netur & cogi poteſt aſſignare filiæ nubenti donationẽ propter nuptias, & ibi, quomodo pater poteſt cogi ad
dotandũ. Et ibi quid de patre naturali, & in fine quid de patruo : an teneatur dotare neptẽ, quid de matre,
vel auo materno,quid de filio:an teneatur dotare matrem,& an frater ſororẽ,quid etiã de clerico beneficiato,
an teneatur dotare ſororẽ de fructibus ſui beneficij.vbi dicit quòd ſic. de ſupradictis dixi infrà in gl.ſupra alle.

ADDITIO. Sunt aliquæ cõſuetudines quæ dicũt quòd debet dotari à patre & matre, & tũc ſi dotatur
ab vno tantũ,nõ eſt excluſa à ſucceſſione alterius,etiã licet renunciauerit, vt tenet Decius
in d.l.pactũ.in iiij.col.in iiij.limitatione.C.de colla.& amplè per Alber.Bru.in tractatu ſuo iiij.iiij.articu.vj.ar-
ticuli principalis.Et quid de maritata ab auo,patruo,& aliis,vide ibidem,& per Matthæum de afflictis in con-
ſtitutione quæ incipit,vt de ſucceſſionibus.in iij.quæſtione xj.notabilis.in iij.libro.*

IN TEXTV IBI, *Viuans ſes pere & mere.*

NOta ergo*quòd requiritur quòd ſit dotata tempore mortis eorum. Bart. in conſi.xxxj. incip. In nomine 1 *Tẽpore mortis debet eſſe dotata.*
domini.& ſi tempore mortis non reperitur dotata,venit ad ſucceſſionem.ita tenet Soci. in conſi. ccxcvj.
& Bal.conſi.cxcvj.in iij.parte.vide Alexan.in conſi.xiij.in iij.volu.vbi plenè.

ADDITIO. Vide do.meum Iaſ.in l.fi.in vj.col.C.de pac.Corneũ in conſi.clxxj.in litera C, & D, in iiij.
parte.pleniſſimè per Alber.Bru.in tractatu de ſtatuto excludente fœminas.in iiij.arti. vj.ar-
ticuli principalis.in xvj.quæſtione illius iiij.articuli.

SED pone*quòd teſtator in ſuo teſtamento dicat,volo quòd filia mea habeat dotem, vel partem de iure 2
ſibi prouenientem:an intelligitur excluſa,intantùm quòd dando ſibi dotem intelligitur excluſa à ſucceſſio
ne?vide dominum meum Iaſo.in l. omnes populi.in j.lectu.in ij.colum.ff.de iuſti.& iure.adde* an ſi pater do 3
tauit filiam in teſtamento,an filij teneantur eam alimentare de ſuo donec nubat? vide Nicol. de Nea. in l. qui
filium.ff.vbi pupillus educari debeat.

ADde etiam*ſi pater dicat in ſuo teſtamento, volo quòd filia mea habeat centum pro ſua dote cum erit nu 4
bilis ætatis,an poſſit petere ante tempus?do.meus Iaſ.in l.extraneum.in iiij.col.C. de hære.inſtit. & Bal.
in conſi.cxcvj.in iij.parte.Et aduerte quia(vt dicit do.meus Iaſ.in l.ij.in iij.colum.C.de inſti.& ſubſti .in ver-
bo,conditio.)poteſt petere poſt tres annos pubertatis.

IN TEXTV IBI, *Et a laquelle eſt conſtitué dot & mariage.*

QVare hìc dicit,*dot & mariage*?vtrùm iſta duo verba ſint diuerſa,an verò dictio, *mariage*,idẽ ſonet quod
verbum,*dot*?Nam vtrumque de per ſe eſt verbum iuris,quoniam dos eſt terminus legalis.de quo habe-
tur per Bar.in rub.ff.ſol.mat.in iij.q.vbi dicit ꝙ eſt quoddã ius vniuerſale. ¶Et dicit Deci⁹ in cõſ. cvj.in j.vol.
ꝙ dotare ſignificat effectũ iuris.*Et verbũ,*mariage*,eſt propriè terminus vulgaris ex vulgo introduct⁹,& ſum-
ptus ab actu principali qui fit:ratione cuius dos conſtituitur, & quaſi videntur vnũ & eundẽ effectũ importa-
re,& ſic dictio,&,poſita inter iſta duo exponetur pro id eſt, ſecundũ Bart .in l.j.ff. de pactis.& nõ ſecundum
quod capit do.meus Iaſ.in l.ij.in v.col.C.de ſucceſſo.edicto.ſcilicet augmentatiuè, quia nõ poſſet in hoc caſu
dari augmentatio,niſi diceretur quòd dos intelligatur quo ad mobilia, & maritagiũ quo ad immobilia,quod
fieri nõ poteſt,cũ per hoc tolleretur effectus iſtius dictionis,dos, cũ dicatur quoddã ius vniuerſale, vt dictum
eſt,quod non eſt dicẽdum per huiuſmodi interpretationem ſatis friuolam nec iuri conſonam,igitur &c.

IN plunbus caſibus vidi multos ruſticos,qui cum ſuas filias maritant,nũquã faciunt cõtractũ de conſtitutio-
ne dotis. Poſtmodũ vidi poſt aliquod tempus, volebãt filiæ venire ad ſucceſſionem, opponebãt fratres ꝙ
ſorores eorũ fuerũt maritatæ per patrem & matrẽ, & viuentibus patre & matre, ſed ſemper eos interrogaui,
poteritis probare ꝙ fuerit eis cõſtituta dos diuiſa,& ꝙ fuerint maritatæ per maritagiũ diuiſum , hoc eſt ꝙ ha-
buerint dotẽ diuiſam?certè paucos vidi qui hoc poſſent probare, ex quo non eſt dubiũ ꝙ non ſunt excluſæ à
ſucceſſione patris & matris,etiã exiſtẽ.maſculis:*nãvt videmus hęc cõſuetudo noſtra ſeu ſtatutũ multas quali 1 *Requiſita ad hoc vt filia excludatur.*
tates requirit ad hoc vt filia ſit excluſa à ſucceſſione patris & matris. Primò requiritur ꝙ ſit maritata.Secũdò
ꝙ ſit maritata viuẽte patre & matre. Tertiò ꝙ ſit dotata à patre & matre,vel à patre viuẽte matre,& ideo ad
hoc vt qs poſſit iuuare ſe de dicta cõſuetudĩe vel ſtatuto,debet deducere & ꝓbare qualitates ab eo requiſitas,
ſecũdũ Bart.in l.j.ff. de cõdi.ex lege. no.Io.An.in c.j.de homicidio.l.vj.Bal.in l.hi qui ad ciui.C.de ap.ang.in l.
fideicom.§.tractatũ.ff.de iud.ſed cõſuetudo noſtra requirit filiam eſſe dotatã, ergo niſi probetur ꝙ filia etiã
maritata à patre,& matre ſit dotata, & habuerit dotem diuiſam ,nõ habebit locũ dictũ ſtatutum,ſeu dicta cõ-
ſuetudo noſtra. facit * quia quãdo lex vnũ præſupponit, & aliud decidit, nõ habet locũ deciſio niſi probetur 2
præſuppoſitũ. glo. eſt no.in l.mãci.in verbo aduocãdũ.quã ad hoc ponderat Ia. Bu.& Ful.C.de ſer.fu.Sed in
caſu noſtro,& in noſtra cõſuetu.præſupponitur filiã eſſe dotatam,& decidit cõſulendo eam excludi ſuperexi
ſten.maſculis,ergo nõ habet locũ diſpoſitio dictę cõſuetudinis niſi probetur ꝙ filia fuerit dotata,prout requi
rit & præſupponit cõſuetudo.& ita dicit & tenet Soci.in cõſi.ſuo lxiij.in iiij.col.verſi.capiẽdo etiã ſecũdã viã.
& Alex.in cõſi.ſuo xiij.in v.& vj.col.in iij.vol. ¶Iſtud eſt iuridicũ, * cũ quod nõ poteſt fieri per pactum non 3
poteſt etiam fieri per ſtatutũ. ſed ſic eſt*ꝙ non poteſt fieri per pactum ꝙ filia renunciet ſucceſſioni patris,aut 4
hæreditati paternæ,ſi non habuerit aliquid,vt tenet Petrus de Ancha. in conſi.xxxix.incip.Pro clariori deci-
ſione.& facit tex.in c.quãuis pactũ.de pac.in vj. cũ dicat, dote contenta. Et ita tenet & per multa comprobat
Anto.de petru.in repetitio.l.j.ff.de iureiu.quãdo ponit effectus iuramenti,in quinto effectu iuramenti,ibi,ad
vnũ tamẽ aduertẽdũ eſt.quẽ vide.Et ideo cũ talis renunciatio fieri non poſſit per pactũ niſi filia dote contẽta,
æquum eſt vt idẽ ſit per ſtatutũ:*cũ quod non poteſt fieri per pactum, nec etiam per ſtatutũ.glo.eſt in rub.C. 5
de decre.decu.li.x.do. meus Iaſon. in l.præſcriptione. col.iij. C.ſi contra ius vel vtilitatem publicã.Feli.in c.
de proba. &c. Et ex iſtis oritur practica quæ includit quòd plures filiæ dotatæ non congruè impetrant re-
ſcripta.de quibus ponit practicam Anto. de Petru.in dicto loco hìc antè allegato. quare vide eundem.

VIDE Guil.Benedicti in c.Rayn.in verbo,duas habēs filias.nu.cciiij.de teſta.vbi dicit ꝙ filiæ ꝑpter enormiſſimam læſionem reſtituuntur, & contractus reſcinditur, dicit tamen nume.cxlix.quòd poſt renunciationem pendente proceſſu reſciſionis contractus non admittitur ad petendum prouiſionem pro alimentis.

6 *De dotata nūmo.* SED pone * quòd fuerit dotata vno nummo,an ſufficiat ad excludēdū eā à ſucceſſione? Bal.in c.ſi ꝓpone.de reſcrip.dicit ꝙ ſic,& ita etiā tenet & refert do.meꝰ Iaſ.in aut.qui rē.in v.col.C.de ſacroſan.eccle.nūc autē nō examino de his nūmis,cū do.meꝰ Iaſ.in d.aut.qui rē.dicat aliquid, vbi nūmis curatur. & plura per do. Ant.Corſetum in tracta.ſuo de poteſtate regia.poſt quartam quæſtionem.vbi fecit tractatum de nummis.

7 8 ADuerte,* quia maior dos in vidua requiritur,quā in virgine.*Et dicitur magna,quę eſt de mille florenis.vide Boeriū in cōſuetu.ſeptenæ Bituricen.titu.de conſuetu.matri.§.v.Et facit id quod Lucius Apuleius *Lucius Apuleius de virginitate.* nō minus eleganter quàm veraciter dicit in libro de magia,in ſecūdo.Virgo formoſa & ſi ſit oppidò pauper, tamen abunde dotata eſt,affert quippe ad maritum nouam animi indolem, pulchritudinis gratiam,floris rudimentum.ipſa virginitatis commendatio iure meritóque omnibus acceptiſſima eſt maritis. Nam quodcunque aliud in dotē acceperis,potes cum libuerit,ne ſis beneficio obſtrictus,omne vt acceperas retribuere,pecuniā remunerare,mancipia reſtituere,domo demigrare,prædiis cedere.Sola virginitas accepta eſt, reddi nequit,ſola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem talis nuptiis venit, talis diuortio digreditur, nihilo affert impoſſibile,ſed venit iam alio præflorata.

IN TEXTV IBI, *Conſtituer.*

☞ EX hoc textu conſtat quòd ſufficit quòd ſit cōſtituta & ſic promiſſa,licet nōdū fuerit ſoluta,vt tenet Matthæus de affl.in cōſti.regni Siciliæ,quæ incipit,vt de ſucceſſio.in j.q.x.notabilis,vbi parificat in hoc ꝑmiſſionem & ſolutionem.Et in d.conſtitu.in iij.q.decimi notabilis ponit caſum de duobꝰ, quorū vnus dat filiā ſuam filio alterius,& alter dat filium ſuū filiæ alterius, an vtraque filia ſit à ſucceſſione patrum excluſa.& diſtinguit,aut dos eſt vtrique conſtituta, & tunc vtraque eſt excluſa,aut non eſt conſtituta,& nō eſt excluſa.Et intellige etiam dummodo ſit apta ad matrimoniū cōtrahedū, quia aliàs talis conſtitutio nihil operaretur vt tenet Alber.Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas. in iij.& iiij.q.iiij. articuli vj.articuli principalis. quem vide.& tamen aduerte ad ea quæ dicit in vltima queſt.illius iiij.artic.quòd quando ſunt plures qualitates,omnes debent cōcurrere,vt hìc,ſcilicet quòd ſit matitata,& quòd dotetur à patre & matre,vel à patre viua matre,vt in xxvij.quæſt.xij.articuli principalis.*

IN TEXTV IBI, *Par leſdictz pere & mere.*

1 *Quòd dotetur à patre & matre.* ADuerte,* quia ad hoc vt ſit excluſa requiritur quòd ſit dotata per patrem & matrem, & tale ius dotandi non tranſit ad hæredes propter hæc verba, *Par leſdictz pere & mere*, prout in ſpecie tenet do. meus Iaſ. in l.cum mota.in v.col.C. de tranſac.ſecus ſi conſuetudo diceret ſimpliciter quòd filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedat.& ibi plenè per dominum meum.

☞ ADDITIO. Vide in hoc Matthæum de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ quæ incipit,in aliquibus.in v. nota.in iij.li.vbi ponit xv. quæſtiones in hac materia. & in loco hìc antè allegato tenet quòd requiritur quòd ad hoc vt excludatur à ſucceſſione alicuius quòd ſit dotata de bonis illius.ita etiā tenet Alber.Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas, in xlj.q.octaui articuli principalis.dixi in conſiliis meis,in conſilio vltimo.*

2 *An inuita dotari poßit.* ITEM *an ſufficiat ꝙ pater offerat,etiā ſi filia nolit accipere dotē? vide ex his quæ dicit do.meus in l.fi.in vj.col.C.de pac.vbi dicit ꝙ ſi ſtatutū dicat ꝙ debeat dotari à patribus, nō ſufficit ꝙ offerant, niſi velit dotem.& intellige ꝙ ſit dotata à patre & matre,vel à patre viuente matre de bonis eorū: ſecus ſi de bonis aliorum,puta auunculi,vel alicuius alterius, prout dicit.do.meus Iaſ.in l.quoniā nouella.in ij.col.C.de inoffic.teſta.& in l.vt liberis.in ij.col.C.de colla. Barba.in conſilio xxxviij.in j. vol.in prin.quæ nota.faciunt quæ dicit Alexan.in conſilio ſuo xiij.in vj.colum.in iij.volu.Franciſ.de Crema.ſingu. ſuo clxvij.

☞ ADDITIO. Si tamē cōſuetudo diceret ꝙ etiā ſit excluſa à ſucceſſione patris,licet à patre aut matre ſit dotata, vt eſt cōſuetudo Borbonij & Aluernię, valet, vt dicit Bal.in l.j. C.de legi.hæredibus.vt refert & ſequitur Georg.Natā in repe.c.quāuis pactū. in xvj.q.verſi.vj.de pac.in vj.& do.Iaſ.in l.vt liberis.in ij.col.C.de colla.vbi dicit ꝙ ſi ſtatutū ſpecificet perſonas à quarū ſucceſſione mulier dotata excluderetur,puta quia diceret, mulier dotata non ſuccedet patri vel tali: tunc ſi eſſet dotata ab vno iſtorum, ſufficit vt ab omniū illorū ſucceſſione excluderetur.alle.Pau.de ca.conſi.cccxxxix.ita limitantē deciſionē ſupradictam.& vide Phili.Corneū cōſi.cxxiij.col.j.& cōſi.cccxxiij.in iij.parte. & conſil.xlij.in v. col. in eadē iij. parte,in quibus alle.Bal.& Pet.de Anch.ita conſuluiſſe. & in ſimili conſuetudine Borbonij conſului in cōſi.lv. & ad hoc etiā plura alle. idem Alber.Brunus in loco hìc antè alleg.ſ. in d.xvj.q.viij.articuli principalis. verſi. niſi ſtatutum vltrà procedat.& in fine quærit ſi reperiatur dotata,& neſcitur à quo,quomodo pręſumendū ſit à quo ſit dotata.Aduerte tamē quòd idem ſi mandato patris aut eius cōtemplatione fuit dotata, vt tenet idē Albertus Brunus in dicto tractatu,in j.q.iiij.articuli.vj.argumen.principalis,in iij.col.illius quæſtionis.*

3 *Dos bene meritæ data an excludat.* SED pone * ꝙ pater dederat filiæ dotē tanquā bene meritæ,an ſit excluſa? videtur quòd nō,quia talis dos eſt aduētitia.do.meus Iaſ.l.filiæ dotē.in j. col.C.de colla.ſed iſtud ſtatutū non intelligitur quādo filia habuit dotem aduentitiam,vt tenet do.meus Iaſ.in l.quoniam nouella.in ij.colum.C.de inoffi.teſtament.

IN TEXTV IBI, *Viuant ladicte mere.*

1 SED quid * ſi mortua matre pater collocauerit in matrimonio filiam ſuam, & eidem dotem dederit, an in dubio pater videatur ipſam filiam dotaſſe de bonis paternis? an verò de bonis maternis? an de communibus? Dic quòd de bonis maternis.tex.eſt in l.fi.C.de dotis promiſſio.& ibi Bar. Bal.Sali.& Iaſ.in authen.res quæ.C.communia.de leg.& in l.j.col.iiij.ff.ſol.mat.& per prædicta ita tenuit Ioan.Sanxon in conſuetu. Turonen.titu.*des douhaires de femme noble*.articu.j.in fin.

VIde tamē contrarium amplè per G.Benedicti in ſua repetitio c.Rayn.in verbo,dotem quā ei dederat.nu. xxj.& xxij.de teſta.vbi dicit quòd requiritur expreſſa renunciatio bonorum maternorum.

Additio.

ADDITIO. Ita etiam tenet Pet.Giraudi in singu.suo lxxj.& vide Alber. Bru.in suo tractatu de statuto excludēte fœminas.* ¶ Sed adhuc est aliud dubium,si pater maritauerit filiam viuente matre,& in absentia matris renunciauerit filia successioni matris, an noceat filiæ & eius hæredibus talis renunciatio quo ad bona materna,ex quo mater non consensit?per consuetudinem nostram non requiritur cōsensus matris,sed de iure credo quòd requireretur consensus illius successioni cuius renunciat, per tex. in l.fi. C.de pactis.vide decisionem Tholosanam ccccl viij.

IN TEXTV IBI, Ne retourne point a la succeßion.

SED iuxta prædicta primò quæro quid si filia non fuerit legitimè dotata an possit agere ad supplementum dotis? Aduerte * ꝙ dos succedit loco legitimę.l.quoniā nouella.C.de inof.test.Alex.cōs.suo cxxxj.in ci.trāsmissum est ad me nuper cōsiliū.in j.vol.& in consi.vij.in iij.col.in ij.vol.vbi etiā dicitur,* ꝙ succedit loco alimentorū,vt notant Cy.& Bal.in l.mater.C.de iure dotiū.& idē Alex.in cōsi.suo lxix.in j.vol.in ij.col.vbi videtur tenere * ꝙ filia quæ nō est bene dotata potest agere ad supplementū dotis, sicut posset agere ad supplementū legitimę.& ita cōsului dicendo * ꝙ dos non poterat cōstitui minus legitima, per ea quæ dicūt Alex.in consiliis suprà alle.Ang.in consi.ccclvij.inci.do.Greg.& in specie ita dicit Bal.in l.fi.in ij.col.C. de dotis promissio.& Bar.in l.si filius.ff.de leg.iij.dicit tamen ibi Alex.* quòd si statutum dicat ꝙ filia debeat esse contenta dote data à patre,quòd non potest agere ad supplementū legitimę . Hæc quæstio est plusquā amplissimè disputata per Soci.in consi.suo cl.inci. Dominus labia mea. quod quidem consilium est positum per Alex. in addi.in lec.suis super tit.de excep.ff. post eius lectu. & in fine illius consilij ponit quinquaginta doc. asserentes ꝙ dos non debet esse minus legitima, & quòd filiæ possunt agere ad supplementum. Alios tenentes opiniones contrarias ponit,quos si casus euenerit in magna materia potes videre,& vide etiam quæ dicit Franci. de Curte in consi.suo xvj.in vij.colum.ibi,& in aliis consului.quæ omnia nota.

1 Dos loco 2 legitimæ succedit. 3 Et loco alimentorum. 4 5

ADDITIO. Vide Mat.de affli.in consti.regni Sici.quę incipit,in aliquibus.in viij.col.in iij.libro.*

SED vt meliùs sciatur * nūquid filia quę est exclusa per statutū vel cōsuetudinē extātibus masculis,sit exclusa à legitima,seu supplemento legitimę:& si sit dotata,an possit petere supplementum congruæ dotis,cōsiderandi sunt quatuor casus, secundum quos diuersa possunt esse statuta,seu consuetudines.

PRimus * est quando statutum simpliciter diceret filiam debere excludi extantibus masculis , nec mādaret eā dotari,& decedit pater intestatus.l.filia non dotata. tūc isto casu filia nō est exclusa à legitima,vt tenet Cy.post eū Sali.in l.sancimus.ad fi.C.de nup.alle.tex.in l.si quando.§.& generaliter.C.de inof.test.* vbi filius qui simpliciter renūciat vel facit pactū,in dubio non dicitur renūciare legitimę. & illā decisionem Cy.alle.do. meus Ias.in aut.nouissima. in pe.col.C.de inoffi.testa.eundē Cy.alleg.Bal.in consi.ccccxxvj. inci. antiquum ciuitatis statutum.in iij.parte;dicendo istud per dictum §.& generaliter.& per notata per Guil.de Cur.in l.generaliter.ff.de transac.vbi vult ꝙ renunciatio filij non includit legitimam,nisi de ea expressè dicatur. & prædicta etiam tenet Sali.in d.aut.nouissima.in pen. quæstione. Imo dico ꝙ non valeret talis renunciatio neque per pactum , neque per statutum ,vt tenet Ant. de Petru.in repeti.l.j.ff.de iureiu.in quinto effectu iuramenti, quando ponit effectus iuramenti.& dixi antè in glo.præcedenti.

6 Nota casus quando filia sit exclusa à legitima. 7 Casus primus. 8 Renūciatio filij non includit legitimam.

ADDITIO Vide ad saturitatem Alber.Bru.in trac.de statuto excludente fœminas,in ix.articu. principali,in j. q.illius noni articuli, vbi amplissimè tractat hanc materiam , & allegat infinitos doct.tandem eam concludit sub distinctione duorum membrorum.*

SED hæc opinio corroboratur per glo.in l.precibus.in glo.fi. C.de impu.& aliis substi. per quam dicit ibi Ange.& alij * quòd filius per fideicommissum grauatus à patre, in dubio non censetur grauatus restituere legitimam,etiam in casibus in quibus potuisset in ea grauari.& idem voluit Oldra.in consilio cvij.incipi. quidam Pontius.do.meus Ias.in d.aut.nouissima.in vlti.col.dicit quòd Alex.in hoc est sibi contrarius,quia consilio suo vij.in ij.vol.suprà alleg.tenet hanc opinionem, & tamen in l.Gallus.§.& quid si tantū.in xv.col.ad fi.& sequen.ff.de libe.& posth.dicit quòd fuit pluries requisitus, & quòd nunquam voluit cōsulere pro illa parte,& quòd contrarium putat verum,per rationes Bar.& aliorum in d.§.& quid si tantùm. 9

ET hæc sic,si filia talis quæ sit exclusa per statutum prætereatur, nō potest dicere testamentū nullū,ergo nō videtur quòd ei legitima debeatur,quia pręteritio eius annullaret testamentū,vt dicit Bar.in d.§.& quid si tantū.nam vt tenēt omnes,nō potest cōtratabulare testamētū, ergo eius præteritio nō annullabit testamentum.& isto modo arguit Pau.de ca.in consi.ccxiiij.incip.si dicta domina.in cōsiliis antiquis,in impressione noua.& in consi.v.in consi.nouis,in impressione noua,quod incipit,super eo de quo quæritur. tali enim filiæ in testamento præteritæ nulla debetur legitima, vt expresè vult Bald. in l.maximum vitiū.C. de libe. præter.& ideo dicit Bald.in l.sancimus.C. de nup.quòd stante tali statuto ꝙ filia excludatur per masculū,si fiat ei relictū pro dote sub conditione,valet tale relictū, nec tollitur,cū tale relictum non sit loco legitimæ, quia tunc tolleretur conditio,quia ex quo nihil ei debetur,si dos ei constituatur,non est loco legitimæ,secus autē esset quādo statutū diceret quòd filia dotata excludatur à successione existente masculo, quia tūc si fiet legatū ꝓ dote in testamēto sub cōditione,nō valeret,quia illa dos habetur loco legitimæ,& quod plus est,etiā requiritur ꝙ sit dotata tēpore mortis.Ita dicit Bar.in l.Titio centū.§. Titio genero.ff.de cōdi.& demōstra.& ita concordat Bar.& Bal.Pau.de ca.in consi.suo v.incip.Super eo de quo quæritur.in consiliis nouis, in impressione noua.Infert etiam ex prædictis Alexan.in l.si emancipati.C. de colla. quòd cum legitima filiæ non debeatur, sic exclusa statuto non tenebitur conferre. ¶ Ex quo concludunt doctores quòd stante tali statuto,tollitur legitima filiæ, & ideo repellitur ad dicendum de nullitate testamenti.Et istud tenet do. meus Ias.in l.Gallus.§. & quid si tantùm. qui plura alle.ff.de lib.& posth.Et tenendo istam secundam partem respondeo ad fundamenta pro parte contraria.Primò non obstat tex.in d.l.si quando.quia respondetur duobus modis.

PRimò prout respōdet Raphael Cuma. in cōsilio suo clxxxviij.incip. Spectabilis miles.scilicet ꝙ ille text. loquitur in filio agnoscente legatū post mortem patris,& sic post ius iam quæsitum filio,sed tale statutum tendit ad impediendum ius quærendum,cū viuente patre legitima,cū esset,nō sit debita filię,& ideo etiā sim-

pliciter pactum demõſtrando factũ viuente patre excluderet filium à legitima debenda.c.quãuis pactũ.de pa
ctis.in vj.habetur per Bar.in l.j.§.qui habebat.ff.de bono.poſ.contra tabu.in iiij.quæſt.

10 SEcundò reſpondeo * ꝙ legitima filij dum eſt vnita cũ reliquo patrimonio patris non cõſideratur ſepara-
tim & diuiſim à reliquo patrimonio,ſed tanquam pars eius.Et hinc eſt ꝙ ſi filius ſimpliciter repudiat hære
11 ditatẽ,nõ poteſt petere legitimã,prout tenet Cy.in l.hæres inſtituta.C.de impube.& aliis ſubſtit.* nec etiam
filius repudiando hæreditatem poteſt ab illa legitimã ſeparare, vt per doct. poſt Bart.in l.quia poterat.ff.ad
Trebel. & ideo ſi excluditur ſimpliciter à ſucceſſione, intelligitur etiã excluſa à legitima, ne vna res diuerſo
iure cenſeatur.arg.l.cũ qui ędes.ff.de vſuca.Pro certo iſta reſpõſio nõ videtur mihi ſuffragari nec tollere fun-
damenta partis aduerſæ,& ſi ſtatutũ vigeret in hac patria, nollem conſulere pro hac parte , & quãtũ ad primã
reſponſionem vbi dicit quòd aliud eſt in d.l.ſi quando.§.j.quia ibi filius renunciat iuri iam quæſito, hîc verò
per illud ſtatutum renunciatur iuri quærendo,quod poteſt fieri,vt habetur in d.c.quamuis pactum . ad hoc di
co quòd illud fundamentum non videtur multùm ſtringere nec militare.

NAM licet legitima nõ ſit debita filio,eſt tamen quaſi debita filio. Dominus meus Iaſ.in l.ſi arrogator.in
xviij.col.ff.de adopt.& in ea dicitur filius creditor.Alex.in conſi.ſuo xlvj.in vj.col.in iiij.vol. Soci.in con
ſilio ſuo xxx.in x.col.ibi, duodecimo. & in conſi. ſuo cv.in v.col.vbi dicit ꝙ etiam dicitur debita portio filij,
& etiam ſimplex debitum iure naturæ.§.j.in authen.de trien.& ſemiſ.coll.iij.& in l.ſi totas.C.de inoffic.do-
na.nõ valet argumentum quod fit de pacto per d.c. quamuis pactũ. quia dictũ doctoris debet intelligi ſecun-
dum legẽ quã allegat,prout dicit Bart.in l.Aurelius.§.liberationis.ff.de libe.legata.ſed ille tex.loquitur quan-
do filia dote cõtenta fecit pactum,quòd tunc non ampliùs poteſt redire ad bona paterna,ſed non inuenio ꝙ
ſit tex.in mundo qui dicat quòd filia aut filius poſſint renunciare omnibus bonis paternis, niſi habeant legi-
timam,& ſi renunciant omnibus bonis cum pacto,non credo quòd ſint excluſi à legitima.

ET quantũ ad ſecũdã reſpõſionẽ nihil facit,quia nõ eſt verũ ꝙ filiꝰ repudiãdo hæreditatẽ ſimpliciter nõ poſ
ſit petere legitimã,imò poteſt , quicquid dicat Cy.in d.l.hæres inſtitut.vt tenẽt ibi Bal.Sali.Alex. & do.
meus Iaſ.& Lud.in l.j.ff.de acqui.hęredi.qui quidẽ ſe fundat in hoc,ꝙ nũquã intelligitur renũciatũ legitimæ,
etiã per generalẽ renũciationẽ,niſi ſpecialiter de ea fiat mẽtio,igitur nõ valet illa ſecũda reſpõſio. ¶Pro cer-
Statutum non poteſt in totũ tollere legitimam.
to iſtud mihi videtur multũ iniquũ, ꝙ ſtatutũ in totũ poſſit tollere legitimã. de quo per Cy. in l.ſanci.C.de
nup.per Bar.in l.Titio cẽtũ.§.Titio cẽtũ.ff.de cõdi.& demõ.& ideo dicit Soci.in cõſi. ſuo xxx.inci.quãuis ex
his quę ſuprà narrata ſunt. in j.col.ꝙ opinio,ꝙ ꝑ ſtatutũ nõ poſſit in totũ tolli legitima, eſt humanior & beni
gnior,ſecũdũ quã iudicarẽ ſi caſus mihi eueniret.& in cõſi.ſuo cl.inci.Dominꝰ labia mea aperiat.in j.col. mul
tos doct.allegat in hoc dubio,vbi poſtmodũ ita taliter diſputauit materiã ꝙ vix poſſet meliꝰ diſputari.& quã
tũ ad hũc caſum,recurrẽdũ ad eũ in d.cõſi.maximè in viij.ix.x.xj.xij.vſq; ad xx.col.vbi ita amplè diſputat hanc
materiam quòd difficilè eſt addere,& dicit quòd tot doctores conſuluerunt pro vtraque parte,quòd neſcit in
quam partem inclinare.Hunc tamen caſum aliter non diſputo,eo quòd non eſt caſus noſtræ conſuetud.

12 *Caſus ſecundus.*
SEcundus cauſus * principalis eſt,quoniã ſtatutũ filias ſimpliciter nõ excludit,ſed filias dotatas,& vltra ꝓ-
cedẽdo dicit quòd vult eas eſſe cõtentas quacũq; dote,ita ꝙ ampliùs petere nõ poſſint. Do.meus Iaſ.in l.
hæres inſtituta.C.de ĩpu.& in l.ſi quãdo.§.& generaliter.in ij.nota.C.de inoffi.teſta.dicit,nota caſum quoti-
dianũ,ꝙ ſi pater reliquit aliquid filio ꝓ ſua legitima,& mortuo patre filius ſimpliciter acceptauit illud relictũ,
& fecit quittationẽ generalẽ hęredibus,per hoc nõ ꝓhibetur petere ſupplemẽtũ legitimę, imò pater in tali re
licto appoſuit clauſulã,ꝙ iubet eũ eſſe cõtẽtũ,ita ꝙ nõ poſſit plus habere vel petere occaſione legitimę, vel a-
lia qualibet ratione,tamẽ filius ſimpliciter acceptãs poteſt petere ſupplemẽtũ legitimę.tex.eſt not.ĩ §. cęterũ.
in aut.vt cũ de appell.cog.coll.viij.Plura ad hoc alle.idẽ do.meꝰ ĩ §.& generaliter.& in l.omnimodo.in j.col.
C.de ĩoffi.teſt. Bal.tamẽ in aut.res quę.in iij.col.verſi.quęro,ſtatuto cauetur.C.cõmunia de lega.dicit ꝙ etiã
ſtãte dicto ſtatuto nõ poteſt filia agere ad ſupplemẽtũ cõgruæ dotis,etiã licet ſtatutũ ſit iniquũ & rigoroſum.
per l.ꝓſpexit.ff.qui & à quibus.& dicit ꝙ ita ſeruatur cõſuetudò. Et ita etiã tenet in l.fi.verſi.ſed pone ꝙ iſta
filia nõ eſt cõgruè dotata.C.de dotis ꝓmiſ.Et iſtud videtur tenere Alex.in l.Gallus.§. & quid ſi tãtũ.ff.de li
ber.& poſth.ꝓ certo.Et iſta opinio mihi videtur eſſe cõtra tex.in dicto §.cæterũ.& cõtra tex.in d.§.& gene-
raliter.& deciſionẽ doctorum ſuprà allega. propterea ſi caſus eueniret , neſcio ſi cõſulerẽ ſecũdũ opinionem
Bald.& Alexã.Sed quia iſtud ſtatutum ſeu hæc conſuetudo non viget in hac patria non aliter inſiſto.

13 *Caſus tertius. Dubia.*
TErtius caſus * in quo pẽdẽt leges & ꝓphetæ,quia cõſuetudo huius patrię eſt.ſ.quãdo ſtatutũ ſeu cõſuetu
do vult filias dotatas excludi exiſtẽtibus maſculis nõ vltrà ꝓcedẽdo, & hic eſt caſus noſtrę cõſuetudinis.
Et tunc iſto caſu videnda & diſcutiẽda ſunt duo dubia:Primum,vtrùm filia non legitimè dotata poſſit pete
re ſupplementum legitimæ.Secundum, vtrùm ſaltem poſſit petere ſupplementum congruæ dotis.

AD primum,in hoc caſu reperiũtur varię opiniones doct.Bal.verò in l.Gallus.§.& quid ſi tãtũ.ff.de libe.&
poſth.ſentit & tenet * ꝙ excluſus à ſucceſſione, dicitur excluſus à legitima,cũ legitima ſit quota ſucceſ-
ſionis.l.Papinia.§.quarta autẽ.ff.de inoffi.teſta.hæc enim verba,*ne retourne point a la ſucceſſion*,quæ ſunt in-
definita vidẽtur ęquipollere vniuerſali.iuxta l.ſi pluribus.cũ ibi not. per Bar.ff.de leg.ij.à qua vniuerſali nega
tiua nihil excipi ſolet.l.legitimos.an ergo.ff.de legi.tut.Et iſtud etiã ſequi videtur Io. de Imo.in d.l.Gallus.§.
& quid ſi tãtũ. Et hãc opi.videtur tenere Bar.in l.j.§.ſi pater.ff.de cõiũg.cũ.emãcipatis libe.& ĩ l.j.§.ſciẽdum.
14 *Filia excluſa à ſtatuto nõ eſt ſua.*
ff.de ſuis & legi. vbi dicit *ꝙ filia excluſa à ſtatuto nõ eſt ſua. idẽ do.meus Iaſ. in l.ſi emãcipati.in ix.col.C.de
colla.& in l.ſi arrogator.in viij.col.ff.de adop.ex quo ergo nõ poteſt querelare teſtamẽtũ,quia nõ eſt ſua,non
admittitur ad petitionẽ legitimæ qui poteſt q̃relare & rũpere teſtamẽtũ quãdo eſt pręteritus.l.omnimodo &
l.ſi quis filiũ.C.de inoffi.teſt.ſed filia ſic excluſa ꝑ ſtatutũ nõ poteſt querelare teſtamẽtũ,ſecũdũ magis cõmu-
nẽ in d.§.& quid ſi tãtũ.& Bal.in l.maximũ vitiũ.C.de libe.præte.Igitur etiã ex quo, vt dictũ eſt,nõ eſt ſua,er
go eſt ad ĩſtar extranei redacta,ſed extraneo nulla debetur legitima,igitur nec ſupplemẽtũ legitimę.iſtã etiã o-
pini.tenet Bar.in l.Titio cẽtũ.§.Titio genero.ff.de cõdi.& demõ.Iſtud idẽ vult Pau.de ca.& Bal.ĩ aut.res q̃.C.
cõia de leg.idẽ etiã vult Bal.in l.ſcimꝰ.ĩ fi.prĩ.C.de ĩoffi.teſta.¶Cõfirmatur.tot oꝑatur oppoſitũ ĩ oppoſito,
quot

quot propositũ in proposito.l.si vt proponis.C. de nup.* Sed vbicũq; lex admittit aliquẽ ad successionẽ,censetur vocare,arg.l.si defensor.§.qui interrogatus.ff.de interro.actio.ergo eodẽ modo quãdo excludit dicitur insolidũ excludere.bene facit tex.in l.j.C.de natura.libe.* nã quando tex. aliquẽ excludit à successione excludit in totũ etiã à legitima,vt patet in filio qui propter emãcipationẽ excluditur à legitima à lege xij.tabularũ.§.emãcipati.insti.de hęre.quę ab inte.defe.ergo idẽ in statuto quod recipit interpretationẽ à iure cõmuni,vt per Bar. in l.oẽs populi.ff.de iusti.& iure.Soci.in cõsi.cl.suprà alleg.allegat viginti doctores & vltra,qui tenuerunt hãc opi.¶Et licet dicta plurium doctorum in pluribus locis suaserũt hanc partem, & in illam videantur inclinare. 16 17

ADDITIO. Adde quòd filia dotata est intantùm exclusa, quòd non potest dicere testamentum nullum etiam si sit prætęrita,vt tenet Guil.Natan in repeti.c. quamuis pactum.de pac. in vj.in xiiij.quæstio.iiij. quæstionis principalis. & in xv. quæstio.dicit quòd nec etiam potest venire de iure pretorio petendo bonorum pos.contra tab.quod latè & amplè disputat.*

IN cõtrariũ tamen tenẽt plures doc.famosissimi, qui sunt quinquaginta & vltra, quos refert dictus Soci. in d.cõsi.qui pro hac parte consuluerũt, & secundum hanc asserit pluries fuisse iudicatum in pluribus casibus, ET vlteriùs dicit ꝙ pro hac parte suadet humana ratio, & ꝙ pro hac opinione, ꝙ nõ excludatur à petitione supplementi legitimæ, facit quia statutũ mandans filias dotari non potest intelligi minus legitima, prout tenet Sali.& Raphael Cuma. in aut.res quæ.C.cõmunia de leg.Alex.refert multos in consi.lxvj.in j.vol.& in cõsi.vij.in ij.vol.& in consi.lxxxiij.in iiij.vol.qui alle.Bal.& Ang.in quibusdã cõsiliis.idẽ tenuit Benedictus capra in cõsi.lxxvj.idẽ tenet Frã.de Are.in cõs.suo xvij.col.xij.¶Et istud videtur satis tenere do.meus Ias.in l.qui se patris.in iij.col. C.vnde liberi.quãdo dicit*ꝙ filiæ exclusæ à statuto nõ sunt suæ,ꝙ hoc nõ est verũ quando debent dotari,quia dos succedit tũc loco legitimæ.l.quoniã nouella.vbi Sali.C. de inof.test. Si ergo succedit loco legitimæ,& decisum est quia vbi legitima debetur ꝙ si nõ sit relicta integrè, ꝙ potest agi ad supplementum legitimæ.l.omnimodo.& l.scimus.C.de inof.test. ergo nõ est dubiũ ꝙ si dos non sit vsq; ad legitimã, ꝙ poterit agere filia ad supplementũ legitimæ. Ex quo cũ debent dotari per statutũ, non dicuntur exhæredatæ, sed remanent suæ,prout dicit Ang.Et ibi ad hoc notat tex.in l.Papin.§.si quis mortis.ff.de inoffi.test.Et pro certo quicquid sit,ita mihi videtur dicendũ in foro conscientiæ,& ita iudicarem,iunctis his quæ statim dicam in arti.seq.¶In hac opi.remansit Io.Sanxon in consue.Turonen.tit.*des succeßions des fiedz*.arti.xxvj.colum. viij.& ix.Et idem tenuit Alexan.in consi.suo lxxxviij.colum.iij. imò etiam dicit ibi quòd in isto supplemento dotis vsque ad legitimam possunt peti fructus percepti ex legitima. 18

ADde secundũ videlicet casum,* an scilicet filia non congruè dotata possit agere ad supplementũ cõgruę dotis? Reperio Bal.in l.scimus.in fi.principij.C.de inof.test& in l.si defunctus.in vlt. col. C.de suis & legi.hære.qui dicit ꝙ filia incongruè dotata potest agere ad supplementum congruę dotis. Pau. de cast. in cõsi. suo cccc.inci.visis & ponderatis omnibus.in cõsiliis nouis,in impressione noua,dicit ꝙ aut est dotata à patre, & tunc non posset agere ad supplementum congruę dotis,quia nõ creditur quòd pater eã incõgruè dotauerit propter paternam affectionem,præsumitur enim ꝙ pater bonum consilium accipiat pro filia.l.nec in ea.ff. de adul.*Et fatuus est filius qui aliud consilium petit quàm patris,cũ meliorem amicũ inuenire non possit quàm patrem.gl.in l.quidã cum filiumfamilias.ff.de hæredi.institu.vt tenet Alex.consi.suo xxxiij.in iiij.vol.Francis. de Cur.in consi.suo xliiij.incipien.statuto seu consuetudine. in xj. colum. ibi, ad tertium argumentum. ¶Ista etiam tenet Decius in consi.clxxxj.colum.ij.in iij.volumine.* 19 *Incongruè dotata agit ad supplemẽtum.* 20

VIde in hoc G.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verbo,duas habens filias.nu.cclij.& ccliij.de test. vide eundem in d.repe.in verbo,Raynu.de clera.in fi.illius gl.dixi suprà in rub.*des iustices*. versi. itẽ quia dictũ est. ¶Vide Phi.Deciũ in consi.suo xxxv.in fi.& in d.cõsi. ponit ꝙ econtra * si pater constituat maiorẽ dotem filiæ quã liceat,an possit reuocare,& si non reuocauerit,an eius hæredes possint reuocare eo modo quo reuocarent inofficiosam donationẽ,& concludit ꝙ nõ.Crederem in casu suo verũ esse, sed si esset immensa, ita ꝙ esset vltra duas partes totius hæreditatis,crederem contrariũ,per ea quæ dicit Alexan.consi. suo lv.in j. volu. & dixi in pluribus locis de donatione immensa.& facit tex.ad literam.C.de inoffi.dotibus. 21 *Dos immensa an reuocari poßit.*

ADDITIO. An saltem possit restitui si dedit nimis magnam dotem,vide Mat.de affli.in cõsti. regni Siciliæ quæ incipit,obscuritatem.in viij.nota.in iij. lib. vbi tenet ꝙ sic,per l. siue generalis. ff. de iure do.& gl.in l.vnica.C.si aduersus dotem.& idem in restitutione dotis , in qua quis læditur potest restitui.Aduerte tamen ꝙ sicut pater posset reuocare vsque ad legitimam,posset etiam hæres, vt tenet idem Mat. in consti.quæ incipit,cõstitutionem diuæ memoriæ.in j.& viij.nota. in iij.lib. Et in eadem constitutione,in gl. vij.dicit quòd donatio quæ reuocatur propter superuenientiã liberorum,reuocatur vsque ad legitimam tantũ. credo hoc esse verum per hæredem,sed videtur quòd per donantem possit in totum reuocari , per tex. in l.si vnquã.C.de reuocan.dona.qui videtur expressus ad hoc, cũ dicat, totum quicquid largitus fuerat reuertatur. & dicere contrarium est contra tex.ad tex.ad literam,qui non potest cauillari,cùm qui totum dicit, nihil excludat.l.Iulia. ff.de leg.iij.c.cum Marthæ.de celebra.missarum.*

AVT verò est dotata à fratribus,vel aliis agnatis.& tunc si nõ sit cõgruè dotata,potest agere ad supplemẽtum congruæ dotis.Imò etiam restituitur si sit decepta vltra dimidium iusti precij, vt dicit Greg. Natan in repeti.c.quamuis.in ix.col.ibi,sexto limita. de pactis.in vj. Et istud de patre dic esse verum , nisi dos esset incongrua in magno excessu, ita ꝙ dolus patris possit redargui re ipsa,arg.l. vnde & si Neruæ.ff.pro socio.sæpe enim parentes malignè se habent erga filios,prout dicit Pau.de ca.in cõsi.suo cx.inci.Super primo quæsito.circa septimũ dubiũ cõsultationis.sed pro certo hæc distinctio non est bona inquantũ facit differentiã in filia dotata à patre,vel ab aliis,quia in hoc quod dicit ꝙ filia dotata à patre non possit conqueri de incõgruitate dotis,videtur esse contra id quod voluit Bal.in l.fi.C.de dotis promissio.& in locis hîc antè allegatis.

ET contra ea quæ alle.G.Benedi.in sua repeti.c.Raynu.in verbo,duas habens filias.nu.cclxiij.& cclxiiij.de test.vbi plenè concludit ꝙ vbi est minor ætas & enormissima læsio,aut dolus, seu metus patris,si ignorauerit tempore contractus damnum,quòd si ex contractu seu renunciatione etiam iurata,restituitur,alleg. Pau.

de caſt.ita tenere in conſi.clxxvij.incip.contra ſuperiùs conſulta.Panor.in conſi.xij.inci.caſus talis eſt.in prima parte.vbi dicit ſecus eſſe ſi ſciuiſſet damnum. Feli.in c.in præſentia.in iiij.col.extrà,de probatio. Pet. de anch. conſi.lxxxij.incip.viſis diligenter.Bal.in rub.C.de rerum permutatio.

☞ ADDITIO. Vide pulchram quęſtionem per Matth.de affli.in cõſtitutione regni Siciliæ quæ incipit,fratribus.in iiij.notabili.in iij.libro.*

22 *In dotis cõgruitate quæ conſiderandꝗ ſint.* ET aduertendum eſt*ꝙ arbitrium boni viri in hac congruitate dotis debet multum verſari,videlicet ꝙ debeat haberi conſideratio ad multa in arbitrando congruam dotem. Primò, ad quantitatem patrimonij patris.hoc probatur per l.ſi filiæ.ff.de leg.iij.l.quæro.cum ſeq.l.cum poſt.§.gener.ff.de iure dotium.Secundò,ad numerum liberorum.Tertiò,ad qualitatem perſonæ ipſius patris,& ſic etiam filiæ.dicto §.gener.& d.l.quæro.& intantum debet attendi conditio perſonæ,quòd etiam ſi legitima non ſufficeret ſecundum conditionem & nobilitatem perſonæ,ad hoc vt ipſa dos ſit congrua, poteſt & debet excedere ipſam legitimam, vt notabiliter probat tex.in aut.de reſti.& ea quæ parit.in §.quamobrem.colla.iiij.

ET eodem modo poteſt dici,ſi conſuetudo patriæ, & maximè familiæ patris & ſuorum maiorum eſſet ab antiquo vt dos fœminarum dictę domus eſſet exceſſiua legitimæ,nã tunc ſine dubio nõ diceretur dos cõgrua ſi non excederet legitimã,dũmodo ſuppetant facultates patris.arg.l.imperatores.ff.de cõtrahen. emptio. l.nummis.ff.de leg.iij.& l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.de edil.edic.& l. Titianus.ff. quod cũ eo. cũ ſimilibus. cõmuniter tamen mos regionis regulatur in plus vel minus,prout ſe habet conditio perſonarum , & vires patrimonij paterni,& numerus liberorum. & in his debet verſari & arbitriũ boni viri,nõ curando an nõ commẽſuretur cũ legitima,vel nõ.ex quo ergo patet ꝙ vltra menſuram legitimæ poterit arbitrari,per ſupradicta,maximè per tex.multum notabilem in d.§.quãobrem.prædicta dicit Bal.nouellus in ſuo trac.de dote.in xxxj.charta,cũ vij.aut viij.col.ſeq.vbi multum bene explicat hanc materiã de congruitate dotis,cõſiderans finaliter ꝙ etiã cõgruitas dotis poteſt æſtimari & taxari habito reſpectu ad alimenta quæ per patrẽ huic filiæ debebantur, quaſi talis dos ſuccedat loco alimentorum. ſed iſtud non multũ placet Carolo Ruyno præceptori meo ſubtiliſſimo in repeti.§.quid ſi tantum. ſuprà alle. quam ſub eo ſcripſi , eo ꝙ ſequeretur quòd ſicut filia diues non debet ali.l.ſi quis à liberis.§.ſed & ſi filius. ff. de liberis agnoſc. ita non deberet dotari,contra l.fi. C. de dotis promiſſio.& etiam poteſt impugnari illud dictum per ea quæ dicit Alexan.in l.j.ff.ſolu.matri.

23 *Quòd tẽpus attẽdendũ ad dotis congruitatẽ.* SVbdit ibidẽ Bal.nouellus de dote in xxxij.char.* ꝙ etiã ſi tẽpore quo pater dotauit filiam non erat multũ diues,adeò ꝙ ſecundum illud tempus dos illa erat tunc competens , & tempore mortis fuerunt ſatis auctæ facultates patris,poterit dicta filia petere ſupplementum congruę dotis,inſpectis facultatibus patris,quę erant tempore mortis , quia ſtatutum nolens quòd filia dotata à patre ſtantibus maſculis non ſuccedat , intelligitur de congruenter dotata.& iſta qualitas debet eſſe tempore mortis eius de cuius hæreditate agitur,argu.l. in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxalibus. iſtam quæſtionem iam examinaui, & vidi in facto in caſu de quo dixi antè eodem titu.§.ij.inci.*l'on ne peult exhereder*.in glo.in verbo.*du treſpaßé*.

☞ ADDITIO. Aduerte etiã ꝙ in hac cõgruitate dotis multa ſunt cõſiderãda,quę ponit Mat.de affli.in cõſtitu.regni Siciliæ quę incipit,in aliquib⁹.in xij.q.in iij.lib.vidi & audiui multos habẽtes cõſiderationem etiã ad id quod euenire poteſt in patre dotãte filiã,ad impediẽdũ ne reſtitutio poſtmodum habeat locũ,per l.diuortio.ff.de neg.geſt.per l.ſi quis demũ.§.j.ff.locati.& de hoc arti.quãdo inſpicitur id quod euenire poteſt,vide eundem Matt. in cõſti.regni Sicilię, quę incipit,clemẽtię. in v. nota. in iij.q. vbi ponit an ſit inſpiciendum id quod euenire poteſt,ſed nõ crederem in hoc eſſe inſpiciendum.dicam alibi.& de huiuſmodi reſtitutione filiarum,vide Deciũ in cõſi.cclxxij.in ij.vol.vidi tamen multoties obſeruari quòd quãdo filiæ ſunt dotatę à patre & matre,aut patre viuente matre,quòd nõ audiuntur ad petendũ ſupplementum dotis.*

SED aduerte quia Bal.nouellus de dote allegat cõſiliũ Pau.de ca.in conſi.ſuo cxxxj. inci.licet iſta domina Liſia.in prin.ſed nõ loquitur propriè in hoc caſu,quia loquitur in caſu,ſcilicet quãdo filia nupſerit viuente patre ſine dote,nam ſecũdũ eũ poſt mortem patris dos taxari debebit iuxta mẽſurã bonorũ tẽpore mortis,quia cũ per mortẽ patris incœpit habere actionẽ contra hæredes, debet ſecũdum tẽpus mortis dotari.d.l. in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.ſed aduerte ꝙ opinio dicti Bart.nouelli in dicto loco & aliorum ſequacium,non videtur verà,& quæ etiam tenet expreſsè Bald. in aut.res quæ.verſi.quæro,ſtatuto cauetur.C.cõmunia de legatis.pro qua opinione facit,quia dos à patre eſt debita tempore matrimonij, ideo illud tempus tantùm debet attendi. & quia pater eo tempore dotando filiam congruè ſemel fuit liberatus, ideo obligatio ſemel extincta non debet reuiuiſci.l.cum res.§.arcã.ff.de ſolu.ſed legitima eſt debita tempore mortis.l.j.§.ſi impuberi.ff.de colla.bonorum.meritò in eius taxatione tempus mortis debet attendi.

ratio fraudationis in alia parte ſtatutaria,cōſequēter debet ceſſare trāſmiſſio.tamē illud eſt leue fundamētū,vt
dicit do.me⁹ Iaſ.¶Vltimò mouetur Sali.quia quādo filius trāſmittit,ex potētia ſuauitatis trāſmittit,nō tanq̄
aditā,ſed adeundā.d.l.vnica.C.de his qui ante apertas tabu.& eſt melior tex.de iure in l.ſi quis filium.in prin.
ff.de acq.hære.ſi ergo portio ſtatutaria trāſmittitur tāquā adeūda, & neptis nō reperiatur illius qualitatis per
quā excluderet amitā,ergo adire poterit, & ꝑ cōſequēs videtur dicēdū ꝙ nō ſuccedat. ¶Hāc eādē ſentētiā te
net Lud.Ro.in l.vētre.ff.de acquir.hęre.ꝑ duo fundamēta,q̄ ponit do.me⁹ Iaſ.ī d.l.ſi arrogator.iſtud idē tenet
Soci.in cōſi.ſuo cxvj.in vj.col.ver.tertio hæc opinio.& ver.quarto hęc opinio. Alex.in cōſi.ſuo xx.in j.vol.cō
ſulēdo arguit pro hāc parte, ꝓ qua adducit nouē fundamēta,quibus tamē nō obſtātibus tenet cōtrariā partem
per alia nouē fundamēta,& finaliter reſpōdet ad nouē prima fundamēta.Frā. de Are. tenet hāc cōtrariā partē *Secūda opinio.*
in d.l.ventre.in xiiij.col.ff.de acquir.videlicet ꝙ trāſmittit in totū,& hoc ſi nō eſt dubiū ꝙ fili⁹ illius qui mo
ritur apud hoſtes nō eſt propriè ſuus ſed fictè.ita dicit tex.not.ī l.l.Cornelia.in fi.ff.de teſt.& ſic hæreditas ſibi
defertur ex lege Corne.de iure.ſpeciali, & tamē iſta ficta ſuitas opatur trāſmiſſionē.l.apud hoſtes.ff.de ſuis &
legi.pręterea vt dicit, ꝓ iſta cōcluſione eſt caſus notabilis & fortè ſingularis in l.j.§.idē Iulianus ait.ff. de coll.
bono.tā in.j.quā in ij.reſpōſo. vbi dicitur quòd ſi poſt petitas cōtratabulas ab emācipato prętęrito filius ſuus
inſtitutus deceſſit,trāſmittit hæreditatem ad hæredē ſuū,& tamē filio inſtituto cōſeruatur portio per edictum
prętoris expugnato teſtamēto.l.hi qui in poteſtatē.ff.de leg.præſtā.do.me⁹ Iaſ.etiā tenet hāc opi.eo ꝙ cōmu-
nis ſentētia eſt ꝙ fili⁹ ſuus trāſmittit ex potētia ſuitatis hæreditatem patris, ergo ſicut trāſmittit illā partē quę
defertur ex iure cōmuni , ita debet trāſmittere etiā partē quæ defertur iure ſtatutario , ne aliàs ſequatur abſur
dū,quòd iſte filius ꝓ parte dicatur ſuus,& quo ad partē non,& ſic in parte trāſmittat,in parte nō, cōtra cōmu-
niter notata in l.j.& ij.ff.de acqui.hære.* & quia eadē res nō debet diuerſo iure cēſeri.l.eū qui ædes.ff. de vſu 8
capio.& ita per iſtud fundamentum tenuit Bald.in conſi.ſuo. inci.factum proponitur ſub hac forma. & Lud.
Ro.in d.l.ventre.refert & etiam tenet Soci. in conſi.ſuo.cxcvj.in ij.col.vbi plenè hanc q.examinat.hanc par-

tem credo veriorem de iure, & in practica ſeruaretur. alia fundamenta ponit do. meus Iaſ. in d. l. ſi arrogator. & Alex. & Soci. in dictis conſiliis. hîc aliter non refero, cùm ſatis poterunt videri cùm caſus euenerit.

ADDITIO. Adde quòd etiam contra Sali. & pro hac opinione vltima tenet Georgius Natan in repe. c. quamuis pactum. in viij. quæſt. iij. quæſtionis principalis. de pactis. in vj.*

9 An patruus excludat filiã dotatam.

ITem * quia hîc fœmina excluditur propter filios tantùm maſculos, quæro nunquid frater patris poſſit excludere iſtam filiam ſic dotatã? cogita, quia niſi eſſent verba hîc poſita, videretur ꝙ ſic. & ad propoſitũ faciunt quædã dicta per do. meũ Iaſ. in l. j. in iij. col. C. de ſucceſ. edict. Hãc quæſtionẽ etiã plenè examinat G. Benedicti in ſua repe. c. Ray. in verbo, mortuo itaq; teſtatore. ſecundo. nu. 118. & 119. de teſta. & ibi abundè de materia trãſmiſſionis & ſuitatis. ❡ Aduerte * quia ſi non ſint filij, aut ex eo filio deſcendentes, & fuerit ſimpliciter dotata, non eſt excluſa, niſi renuntiauerit expreſſè futurę ſucceſſioni ſimpliciter ad vtilitatẽ ſuorum patris & matris, & ſuorum hæredum, quia iſta renuntiatio excludet etiam filiam renuntiantem, ne ſuccedat cum aliis filiabus.

10 Filia dotata non eſt excluſa ſi non ſint filij.

ADDITIO. Aduerte ꝙ cõtrariũ tenuit Decius in l. pactũ quod dotali. in iiij. col. in iiij. limitatione dicti c. quãuis. C. de colla. qm̃ ex quo renũtiauit filio viuẽte, pręſumitur renũtiaſſe propter filiũ.* ❡ Sed an ſufficiat ꝙ dicat, ꝙ dotẽ dictus pater dedit dictæ filiæ pro omnibus ſuis iuribus paternis & maternis, reſeruata ſucceſſione collaterali? dixi ꝙ nõ, & cõſului. & vide quę dixi hîc antè, in additione gloſſæ præcedẽtis.

ADde tamen, quòd ſi ſoror fuerit maritata à fratre, & fecerit pactum de non petendo hæreditatẽ paternam ipſi fratri, intelligitur de portione ſpectante ipſi fratri: vnde ab aliis fratribus poterit petere portionem ſibi contingentem. Ita dicit Bal. in l. ſi actionem. C. de pac. dicit tamen Iac. de ſancto Georg. poſt eum in d. l. quòd ſi ſoror maritatur ab vno fratre, & ſimpliciter renuntiet hæreditati paternæ: tunc portio ſua tanquam deficiens accreſcit omnibus fratribus, quando talis renuntiatio eſt facta ante aditam hæreditatem per ſororem. Secus ſi iam adiuiſſet hæreditatem, & renuntiaſſet hæreditati paternæ vni ex fratribus, qui maritauit eam. Nam tunc nõ haberet locum ius accreſcendi, per regulam l. primæ. §. fi. ff. de vſufru. accreſcendo. & ideo omne emolumẽtum quod pertinebat ad iſtam ſororem, acquiritur illi fratri cui renuntiauit, ſecundum Pau. de caſt. in d. l. ſi actionẽ, & in l. planè. §. ſi duobus. ff. de lega. j. Io. And. in additio. ad Spec. in ti. de teſt. in additio. magna. Et dicit ipſe Iacobinus optimus practicus, quòd talia ſunt notanda, quia ſunt quotidiana.

ADDITIO. Aduerte tamen ad vnum, quòd frater minor admittens ſororem excluſam per ſtatutum non reſtituitur. Bal. in l. pro numero. in lectura antiqua. C. ad Officianũ. Soci. in cõſi. ccvij. allegatus per Albertũ Brunũ in tractatu de ſtatu. excluden. fœminas. arti. xij. in vij. q. illius xij. arti. ❡ Aduerte etiã ꝙ hæc conſuetudo habet locum etiam ſi naſcatur filius poſthumus poſt mortẽ patris, vt tenet in terminis Mat. de affli. in conſti. regni Siciliæ quæ incipit, vt de ſucceſſionibus. in iiij. not. ibi, iuxta hoc quæro. & in quæſtione ſequenti ponit quid ſi naſcatur filia. & ibi concludit ꝙ conceptus habetur pro iam nato, de quo articulo plenè per Guil. Benedicti in repe. c. Raynu. in verbo, & ſobolem quam geſtabat in vtero. de teſtamentis.*

IN TEXTV IBI, *S'il ne luy eſt expreſſement reſerué.*

QVæro nũquid iſta reſeruatio ſeu pactũ quod facit pater cũ filia, ꝙ ſuccedet cũ aliis, poſſit validari ꝑ cõſuetudinẽ, ita ꝙ ſi pater fecerit talẽ reſeruationẽ, ſit taliter aſtrictus ꝙ ampliùs teſtari nõ poſſit in præiudiciũ ipſi⁹ filię? Bal. in l. cũ Archimedorã. C. vt in poſ. lega. tenet ꝙ ſic, per tex. in c. filij nati. & ibi expreſsè Card. Alex. ſi de feu. fue. cõtro. inter dominũ & agna. idẽ tenuit Bal. in l. pactũ. in ij. oppo. C. de coll. & ĩ l. de quibus. in ij. col. verſi. item nõ valet pactũ. ff. de legi. ❡ Cõtrariũ tamẽ tenet idẽ Bal. in l. ij. in iij. col. C. quę ſit lõga cõſue. & Alex. in l. pactũ. in j. col. C. de coll. & do. me⁹ Iaſ. in d. l. pactũ. in ij. col. & in iiij. limi. idẽ Alex. ĩ apoſtil. ad Bal. in d. l. cũ Archimedorã. do. meus Iaſ. in l. de quibus. in xvij. col. ver. & an conſuetudine poſſit validari. ff. de leg. idẽ etiã tenet do. meus Iaſ. in l. pactũ. in ij. col. C. de pac. ex quibus vidimus quòd licet hodie in pluribus locis, maximè in hac patria ducatus Burgũdię plures in cõtractibus matrimonij & fauore ſeu cõtẽplatione matrimonij faciãt pacta, & cõueniãt inter eos quòd ſuccedãt ſibi adinuicẽ, & ꝙ pater aut alius promittit dare hæreditatẽ vni, vel aliquẽ inſtituere, quòd talis cõuẽtio nõ valet,* quia hæreditas per pactũ dari nõ poteſt. l. hęreditas. C. de pac. cõuẽ. tã ſuꝑ dote. nec per cõtractũ. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pac. do. me⁹ Iaſ. in l. licet inter priuatos. in ij. col. C. de pac. Io. de Imo. in rub. de teſt. in pe. & vlt. col. ❡ Vbi dicit ꝙ etiã quota hæreditatis in cõtractu dari nõ poteſt. Sed aduerte, quia pactũ de futura ſucceſſione ſingulari & particulari valet, vt dicit Lãcelot. Decius in l. pactũ quod dotali. C. de pac. & cõſuluit Alex. in iij. parte cõſiliorũ. q. xxviij. inci. ponderatis verbis cõuentionum. alle. per G. Benedicti in ſua repe. c. Rayn. in verbo, duas habens. nu. ccxvij. de teſtamentis.

1 Hæreditas nõ poteſt dari ꝑ pactum.

ADDITIO. Aduerte quia videtur quòd iſti boni patres notoriè errẽt in hoc, cũ cõtra tex. ad literã ĩd. l. fi. C. de pac. qui loquitur in hæreditate & ſucceſſione ſingulari & particulari, vt ibi patet in his verbis, pactáq; inter eos inita pro aduentura hæreditate. quibus ſpecialiter declarabatur, ſi ille mortuus fuerit. & paulopoſt, quia adhuc ſuperſtite eo de cuius hæreditate ſperabatur. & iterũ ibi cõpoſita ſunt, ſi ille
2 mortuus fuerit. ❡ Dicit tamẽ idẽ do. me⁹ Iaſ. in d. l. licet inter priuatos.* quòd ſi duo fratres habẽt bona cõmunia quòd poſſunt ſibi inuicem donare in cõtractu poſt mortẽ, imò talis donatio nõ indiget inſinuatione.

ADuerte in hoc quòd in duobus caſibus valet pactum de futura ſucceſſione, & poteſt quis fieri hæres in contractu in duobus caſibus, ſocietatis ſcilicet, & matrimonij, vt tenet Guil. Benedicti in c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. num. clx. de teſta.

ADDITIO. Aduerte quòd iſtud eſt ſanè intelligẽdũ, ſcilicet in caſu matrimonij, ſecũdum l. cũ hæreditas. C. de pac. cõuen. ſcilicet quãdo bona ſunt titulo dotis obligata, & nõ ſub ſimplici pacto, quòd vltra dotẽ in illis ſuccedẽt: & in caſu ſocietatis quãdo inter ſocios eſt conuẽtum quòd hæreditates eiſdem obuenientes veniãt in cõmunione, ſecundũ text. in l. iij. §. de illo. ff. pro ſocio. qui tex. ſunt ad hoc ita intelligẽdi.* ❡ Et aduerte ad ſupradicta * quòd tale pactũ reſeruationis eſt ita efficax, quòd etiã prætextu ingratitudinis nõ poteſt reuocari, vt dicit Frã. de Are. in l. de quęſt. tali. in ij. col. C. de pac. quod eſt notãdũ ſi ſit verũ, dicã ſtatim. ❡ Phili. Decius cõſi. ſuo clxxxiiij. quærit an valeat pactũ de nõ auãtagiãdo filiũ vltra fœminã. vide ea quæ ibi dicit, & Boerium in conſue. Bituricen. titu. de cõſuet. matri. & doharij. §. v. col. iij. & eũdem

3 Pacti reſeruationis efficacia.

Decium

Decium consi.suo ccxxv.in ij.vol.vbi ponit de pacto,quòd succedat quis in certa re.

DE hoc dubio vide Gui.Bene.in sua repe.c.Ray.in verbo,duas habēs.nu.147.de test.ibi,secundò fallit.vbi ponit regulā,quòd pactum de succedendo non valet,cū nouem fallentiis.& de pacto de conseruanda hære.nu.218. Et de hæreditate certo modo diuidenda,nu.235.vbi plenè.& nu.237. ponitur de pacto de non succedendo. quod dicit non valere ex quinque aut sex causis. & ibi ponit septē fallentias ad illā regulā, & inter alias multū bene explicat illā,quādo quis renunciat successioni cum iuramēto.quod quomodo intelligatur,& quid importet, plenè ibi. & etiā vide Georgium Natā in repe. c.quamuis. in xvij.col.cum seq.de pactis in vj.

ADuerte ꝙ cū hæc nostra consuetudo habeat vim legis,eo ꝙ confirmata & approbata à superiore, ꝙ etiā si esset cōtra legē,ꝙ debet obseruari pro lege, quando princeps facit de facto obseruari.pro quo facit regula,quā prodit Alb.in l.cūctos populos.in vlt.col.C.de sum.trini.& fide catho.vbi dicit*ꝙ si aliquid de iure nō valet,tamē princeps facit de facto obseruari,est perinde quo ad subditos ac si de iure valeret, vbi per hoc determinat ꝙ si statutū disponit quòd debitores vel fideiussores conuenti ad vsuras nō possint opponere exceptionē,ꝙ vsuræ nō debeātur,& fideiussor vigore istius statuti coactus est soluere vsuras, si eas repetet à debitore principali,nō poterit debitor opponere ꝙ malè fecit soluere vsuras,quas de iure soluere nō tenebatur, quia postquā de facto seruatur statutū,perinde est ac si fideiussor fuisset de iure exactus.istam regulā tradit do. meus Ias.in l.vbi pactū.in vij.col.C.de transac.& in l.dedi.*la premiere*.§.si liber homo.ff.de condi.ob causam. & dicit do.meus Ias.in d.l.vbi pactū.ꝙ hæc regula est signāda, quia seruiet ad multa . licet ergo de iure possit dici talis reseruatio, seu tale pactū fieri non posse per pactū conuentū inter partes, vt l.pactū qđ dotali. C.de colla.& l.pactū.& l.fi.C.de pac.& ita tenet Bar.per illū tex. in consi.suo cccxl.in prima parte, in impressione noua Mediolanensi.& sicut nō potest fieri per pactū, ita videretur ꝙ nec per statutū & cōsuetudinē, per gl. in rub.C.de decre.decu.lib.x. quia ad hoc dicitur ꝙ ex quo hæc cōsuetudo seu statutū de facto obseruatur, & ꝙ princeps ita facit obseruari, quòd habetur pro lege,ita quòd nihil potest opponi in cōtrariū. posset etiā dici ꝙ non valet argumentū doctorū dicentiū ꝙ talis reseruatio nō potest fieri per pactū, ergo nec per statutum vel consuetudinē,quia vt dicit Pa.in c.si diligenter.in j.col.extrà,de foro cōpe. tale argumentū nō est semper verū,maximè nō procedit negatiuè,prout tenet do.meus Ias.in l.præscriptione.in iij.col.C.si cōtra ius vel vtili.publi.& in aut.iubem⁹.in j.col.C.de iudi.Feli.in c.j.in ij.col.ext.de proba.ex quibus prędictis teneo hāc reseruationē validā hac nostra cōsuetudine,ita ꝙ nihil potest opponi cōtra eā,quicquid dicāt supranominati alij. 4 *Regula.* *Argu. de pacto ad statutum.*

SED semel fui interrogatus,pone*ꝙ in cōtractu matrimonij maritādo filiā reseruauerit quòd filia succedet cū aliis fratribus,an si postmodū voluerit facere testamētū, possit præiudicare filię in illa parte reseruata? ¶Videtur dicendū quòd non.& probo sic:primò per tex.in l.si constante. ver.exceptis.C. de dona. ante nuptias.quem tex.dicit ibi Bal.esse solennem ad hoc quòd ius quæsitum re vel spe ex tuo facto , non tamen ex tua dispositione,sed ex dispositione legis vel statuti,non potest aliquo modo per te mihi auferri,sed sic est quòd hæc pars quæ est filiæ reseruata est acquisita per filiam ex facto patris,non ex sua dispositione , sed legis municipalis,ergo non potest eidem filiæ per patrem auferri.ita allegat ad hoc illum tex.Francis. de Aretio in consi.suo lxxiiij.in v.colum.versi.pro ista conclusione.Facit tex.in l.si post mortem.§.fi.ff.de bono. pos. cōtra tabu.quem allegat do.meus Ias.in l.fi.in v.colum.C. de pac. *quòd ius mihi quęsitum ex persona tua non potes mihi auferre,ergo minus quando est quæsitum ex dispositione statuti seu consuetudinis. 5 *Not pulchrā quæstionem de patre reseruāte filiæ successionē cum filiis.* 6

ADDITIO. Aduerte ad id quod dicit gl.in l.itē Labeo.§.j.ff.fami.hercisců.& Bal.in l.terminato.C.de fructi.& litiū expē.& Mat.de af.in cōsti.regni Sici.quæ inci.similiter agēs.in ix.not.vbi dicūt ꝙ reseruatio operatur effectū cōseruatiuū ac si tēpore reseruationis actus fuisset factus.facit l. prętor.§.si cōtrouersia.ff.de dāno infe.& gl.in l.j.§.si quis argentū.ff.depositi.& l.itē Pōponius.§.fi.ff.de rei vēdi.Et quæ dicit idē Mat.in dictis cōstitutionibus,in cōstitutione quæ inci.exceptiones.in ij.lib.in iij.not.* ¶Imò etiam dicit Arc.in d.l.fi.ꝙ tale pactū prætextu ingratitudinis nō est reuocabile. Faciūt & plura alia q̄ ad istud propositū adduci possent,q̄ ponit idē do.meus Ias.in d.l.fi.in v.col. Vide decisionē Tholosanā ccccliij. vbi amplissimè,& meliùs q̄ alibi.cū fuissē interrogatus in studio,dixi ꝙ bonū esset quòd filia faceret vt in cōtractu matrimonij in illa parte reseruata pater cōstitueret se possidere pręcariò nomine filię,cui illa pars est reseruata, quia per illā cōstitutionē precarij transfertur dominiū & possessio. notatur in l. quāuis.§.si cōductor.& in l.quod meo.in prin.ff.de acqui.pos.Bal.in l.j.in ij.col.C.quādo liceat ab emptio.disce.& in l. quædā.post gl.ibi. ff.de rei ven.do.meus Ias.in l.quoties.in iiij.col.C.de rei vendi.& in §.omniū.in xxiiij. col.& in xxv.insti. de actio.

CVM hæc dixissē me existente in studio Ticinē.quidā socius meus vir peritus pro certo nunc doctor, nomine Philibertus Florete locū tenēs in balliuatu Matisconē. quędā cōtra hæc dicta & scripta mea in hoc passu opposuit, volendo sustinere prædictam constitutionem precarij de nihilo operari: primò sic, nam ista reseruatio est pactum de succedendo affirmatiuè, quod est à iure reprobatum, quia contra bonos mores. notant Bar.& alij in l.fi.C.de pac.conuen.& in l.pactum.C.de colla.si ergo non valeret actus principalis,scilicet ipsa reseruatio,ergo nec ipsum constitutum,prout dicit Bal.in l.ex testamento. C.de fideic. idem Bal. sub dubio.in c.ij.ante fi.de feud.da.in vicem legis commis.Alex.in consi.suo lxxxj.in vij.colum.in iij.volu.inci.lecto & discusso. Albe.de rosate in l.acquiritur.ff.de acqui.re.do.Faciunt quæ dicit do.meus Ias.in l.non dubium.in antepe.& penul.col.C.de legi.& in §.fuerat.in xviij. col.insti.de actioni.& in l.certi conditio. §. si nummos. in vij.colum.ff.si certum peta.faciunt quæ dicit idem do.meus Ias. præceptor meus in l.j. si quis ita. in finalibus verbis.ff.de verb.obli.*vbi tenet quòd si non valet principalis contractus,ideo nec constitutum,nec precarium in eo appositum.ex quo voluit tenere prædictus do.Philibertus quòd principalis contractus non valebat,scilicet reseruatio de succedendo cum aliis,sic precarium in eo appositum non valeat, iuncto quòd clausula constituti seu precarij nō transfert dominium nisi præcesserit titulus habilis ad transferendum dominiū, vulgata l.traditionibus. cum ibi not.C.de pac.sed sic est quòd in casu nostro ista reseruatio non est titulus habilis ad transferendum dominium, imò reprobatus à iure, vt dixi suprà in locis hîc antè allega. nec potest validari statuto vel consuetudine,vt tenent aliqui,vt dictum est suprà,igitur &c. *Disputatio pulchra & vtilis.* 7

N v.

ITem videtur ꝙ ista reseruatio sit titulus lucratiuus donationis, quę inter patrẽ & filium est prohibita.l.dona-
tiones.C.de dona.inter virũ & vxo.ratione enim patriæ potestatis. ¶ Sed dixi ꝙ hęc fundamenta nõ multũ
obstabãt, quia ad primũ, istud est præsupponere ꝙ cõsuetudo nõ possit validare talẽ reseruationẽ, quod nõ est
verũ, vt antè dixi. ex quo ergo de iure talis reseruatio attenta consuetudine est valida, igitur cõstitutũ seu pro-
carium in ea appositũ operabitur suũ effectũ. ¶ Et quantũ ad hoc quod dicit ꝙ est donatio quæ nõ valet inter
patrẽ & filiũ, dic quòd istud nõ arguit de necessitate: quia posset filia emancipari. Item talis donatio facta in cõ
tractu matrimonij & cõtemplatione matrimonij valet, prout tenet Guido Pape deci.sua cxlv. ex quo supradi-
cta fundamenta nõ vrgent, & maximè in tali casu possent pater & mater facere donationes filiæ, vt est tex.no-
stræ consuetudinis in fine. ¶ Adducebat prædictus do. Philibertus socius & contemporaneus meus aliud fun
damentũ.s.quia dicebat ꝙ pater nõ potuit sibi imponere legẽ quo minus voluntas eius esset ambulatoria vsque
ad mortẽ, & posset liberè testari.l.stipulatio hoc modo concepta.& ibi per doc.ff.de verb.obli.& in dubio est
præsumendũ ꝙ pater voluit & intellexit dictã reseruationẽ facere ab intestato, nõ autẽ ex testamẽto, vt res po-
tiùs valeat q̃ pereat.l.quoties.cũ si.ff.de rebus dubiis. sequeretur enim ex tali reseruatione ꝙ pater non posset
testari, nec disponeret etiã de eo quod post dictã reseruationẽ & cõstitutionẽ acquisiuit, saltẽ pro parte ad dictã
filiã cõtingẽtẽ, cũ dicta legitima seu hęreditas intelligitur debita secundũ quantitatẽ patrimonij defuncti, quod
8 habebat tẽpore mortis.tex.in l.cũ queritur.C.de inoffi.testa.sed * idẽ iuris est de parte quo ad partẽ, sicut de to
to quo ad totũ.l.quæ de tota.ff.de rei vendi.cõfirmabat per dictũ Bar. in l.hæredes mei.§.cũ ita.ff.ad Trebel.
9 quod refert & sequitur do.meus Ias.in l.ex facto.xiiij.col.ff.de vul.& pupil.substi.scilicet * ꝙ volũtas testatoris
censetur esse cõformis dispositioni iuris, sed sic est ꝙ dispositio legis est ꝙ quis possit liberè testari, vt dictũ est,
igitur videtur esse dicendũ ꝙ sit intelligenda prędicta reseruatio ab intestato, cũ ipsa filia iã habuerit dotẽ, quæ
succedit loco legitimæ.do.meus Ias.in aut.nouissima.in pe.& vlt.col.C.de inof.test.per plura per eũ ibi allega.

AD hoc dico quòd licet verum sit quòd aliquis non possit imponere legem sibi, à qua recedere nõ possit,
verum est ex sua dispositione in vltima voluntate, sed in contractu etiam potest: quia licet fuit ab initio vo
luntatis, ex post facto tamen sunt necessitatis.l.ab initio.C.de actio. & obli. & nunc hæc reseruatio habet vim
pacti, quod per consuetudinem potest validari, vt dixi suprà. igitur, &c. ¶ Item hæc reseruatio non tollit in to
tum facultatem testandi, sed solùm in parte reseruata, ex quo non sequitur quòd nõ valet talis reseruatio, cùm
10 habeat pater alia bona vnde possit testari. ¶ Et faciunt in simili, * quòd si quis fecerit donationẽ omnium bo-
norum, præsentium & futurorum, dempta aliquali parte, quòd propter talem partem reseruatã valet talis do-
natio, quia non tollitur omnino libera testandi facultas, cùm habeat aliquã partẽ in qua testari possit. ita tenent
omnes, maximè do.Alex.& Ias.in l.stipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.obli. ¶ Et quomodo debeat fieri
talis reseruatio, & an dici debeat de sua, & an poterit disponere in vita & in morte: an verò in morte tantùm, &
si in vita disponat, an prima, an secunda sit nulla, vide Philippum Decium in consi.cclj.in ij.volumine.

ADuerte, qm̃ si fiant in Aluernia tales reseruationes in cõtractu matrimonij nõ ampliùs in præiudiciũ filiæ
poterit pater disponere per vltimã voluntatem, sed bene per contractum inter viuos, & per donationẽ. In
patria verò iuris scripti si fiant tales reseruationes, habẽt vim pacti cõseruãdæ hæreditatis, quod est validũ & de
iure, & est huius effectus quòd tollit seu remouet obstaculũ quod potest esse in vim renuntiationis, & sic hoc
casu habilitatur ad hoc quòd poterit postmodũ succedere in illa parte, in qua successisset si nõ renuntiasset, vt
dicũt Bar.& Bal.in l.fi.C.de pac.& in pluribus aliis locis, vt suprà dixi, allegatis, ex quo si ante mortẽ disponat,
valebit dispositio: quia successio intelligitur de bonis quæ reperiũtur tẽpore mortis. ¶ Et ideo nõ est hìc eadẽ
ratio de parte quo ad partẽ, sicut de toto quo ad totũ, ex quo nõ procedit regula.l.quæ de tota.ff.de rei vẽdi.
prout est glo.in cle.si vna.in versi.defensor.de reb.eccle.nõ alie.gl.in l.quæ hominẽ.in prin.ff.de sol. do.meus
Ias.qui hãc regulã plenè examinat ampliãdo & limitãdo in l.qui sine.ff.de cõdi.sine causa.licet Cuma.& Alex.
in l.serui electione.ff.de lega.j.voluerint aliquid dicere de prædicta glo.seu limitatione. Et ex supradictis vide-
tur mihi ꝙ nõ obstãt fundamẽta adducta per prædictũ do.Philibertũ, de quibus suprà feci mentionẽ ad quędã
alia.nõ insisto, cũ nõ multũ vrgeant. Ex quibus teneo ꝙ tãtũ hæc verba operãtur, ꝙ ista filia in parte reseruata
succedet patri cum aliis filiis. sicut ergo succedunt alij filij, ita & ipsa filia: ex quo posset dici ꝙ si tantũ pater re-
linqueret aliis filiis legitimã, ꝙ etiã tenetur tãtũ reseruare prædictę filiæ legitimã. Sed cogita in hoc ex his quę
dicta sunt hìc antè. ¶ De hac quæst.vide Boe.in cõsue.septenę Bituricẽ.tit.de cõsue.matri.§.v.in gl.& vide Phi.
Deciũ in cõsi. clxxxiiij.suprà alle.in prin.huius glo.de pacto facto cũ patre de nõ auãtagiando filiũ vltra fœmi-
11 nam.de quo etiã per Deciũ in l.pactũ.C.de colla. ¶ Sed * si pater dotauerit filiã secũdũ formã huius cõsuetu-
dinis, nulla facta reseruatione in contractu matrimonij, an postmodũ possit facere pactũ cũ ea nõ obstan. dicta
consuetudine, quòd eidem succedet? vide Iac.de sancto Georg.in l.fi.in vlti col.C.de pac.qui tenet quòd non.

Pactũ patris cum filia de succedendo..

SED aduerte quòd si pater filiæ reseruauerit quòd succedat sibi & fratribus, deficientibus masculis, nõ valet
in vim institutionis.l.filiusfamilias.§.vt quis hæredem.ff.de lega.j.sed valebit in vim commissi.text.est in l.
qui filium.in l.Scæuola.& in l.ex facto.in princi.ff.ad Trebel.

ADDITIO. De huiusmodi reseruatione & suo effectu vide Albertum Brunum in suo tractatu de sta-
tuto exclu.fœminas.articu.iiij.vj.articuli principalis.in xiij.quæstione illius iiij.articuli.*

12 SED pone * ꝙ pater & mater dotando filiam reseruauerũt ei ꝙ succedet cũ aliis, reportãdo dotẽ à patre &
matre datã, an patre tantũ moriẽte, aut matre tãtũ possit venire filia ad successionẽ illius defuncti, an debeat
expectare quòd ambo moriantur, ad hoc vt possit venire ad successionem reportando, vt dictum est?

Quæstio.

ADuertendũ est ꝙ est cõsiderãdũ quomodo fit hæc reseruatio, quia aut dicitur ꝙ post mortẽ patris & ma-
tris veniet filia ad successionẽ eorũ, & tunc quia est copula, &, ad eius veritatẽ requiritur cõcursus omnium
copulatorũ.§.penul.insti.de hære.insti.& tũc requiritur ꝙ pater & mater sint mortui ad hoc vt filia possit ve-
nire ad successionẽ eorũ, reportãdo: aut verò loquitur per verba alternatiua, sic dicẽdo, filia veniet ad successio-
13 nẽ post mortẽ patris aut matris, & tũc hoc casu si vnus illorũ morietur veniet filia ad successionem, eo ꝙ * ad
veritatẽ disiũctiuę aut alternatiuę sufficit alterã partẽ esse verã, iuribus suprà allegatis, cum ibi notatis per doc.

Aut verò

AVT verò alio modo fuit facta dicta reſeruatio:puta filia talis dotata veniet ad ſucceſſionē noſtram reportando poſt mortē cuiuſlibet noſtrûm,& tunc quia eſt verbum cuiuſlibet,quod licet attribuat inſolidum,vt no.Bar.in l.hoc articulo.ff.de hære.inſti.non ſufficit ꝙ vnus illorū ſit mortuus,ſed requiritur cōcurſus omniū diſtributorū,eo ꝙ dictio,*quilz*,eſt diſtributiua ſimplex,& natura iſtorū eſt vt requiratur cōcurſus omnium ad quos refertur, aliàs eſſet falſa oratio.l.non diſtinguemus.§.cùm plures.ff.de arbi.l.ſi creditores.C.de pac.& l.ſi pluribus.ff.de leg.ij.Si tamen diceretur in cōtractu per patrem & matrē,ſi quis ex nobis moriatur, volumus ꝙ filia noſtra dotata veniat ad ſucceſſionē reportādo,tūc poſt mortē vnius veniet filia ad ſucceſſionē illius:*quia dictio,ſi quis,eſt dictio diſtributiua,non requirens concurſum omnium diſtributiuorū,ſed verificatur in vno, 14 *Dictio, ſi quis.*
vt probatur in l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.in fi.ff.de pig.act. Ita dicit Bar. in d.l.hoc artic.ex cuius dictis poſſunt ſimiles quæſtiones decidi. ¶*Sed quæro quid econtrà ſi pater reſeruauerit filiæ quòd ſuccedat,ſed eam ſimpliciter dotauerit,taliter ꝙ ſit excluſa per conſuetudinē noſtrā,an poterit poſtmodū pater eā reuocare ſeu reappellare ad ſucceſſionē ſuā? Alex.in conſi.ſuo xxix.inc.Præclarè,ſubtiliter.in iij.vol.videtur innuere ꝙ ſic.¶Credo ꝙ poſſet eam inſtituere hæredē in duabus partibus totius hæreditatis:cū etiā poſſet inſtituere extraneum, vt ſuprà hoc eodem arti.iiij.nec tunc eſt de veris heredibus,cùm ſit excluſa,ſed pro extranea:& ideo poteſt illā inſtituere de per ſe in aliqua parte,ſed ꝙ ſimpliciter poſſit eam reappellare,dicendo, volo ꝙ nō obſtante tali cōſuetudine veniat ad ſucceſſionē meā cū filio,quod nō poſſit, quia ius eſt acquiſitū filio per cōſuetudinē, cui inferior non poteſt derogare,vt dicit do.meus Iaſ.in l.nemo poteſt.ff.de leg.primo.& dixi in pluribus locis. 15 *Quæſtio.*

ADuerte quia ſtante ſtatuto ſeu conſuetudine ſimpliciter diſponente ꝙ filia dotata exiſtente maſculo non ſuccedat,ꝙ pater in præiudicium filij non poterit dotando filiam eidem reſeruare ius ſuccedendi,cùm aliàs ſit hoc prohibitum,vt tenet G.Benedicti in ſua repe.c.Raynu.in verbo,duas habens filias.nu.219.de teſta. Si ſit dictum in ſtatuto aut conſuetudine quòd non poſſit illam inſtituere , nec etiam ſuccedendi ius per pactum reſeruare,& ideo notanter fuerunt appoſita prædicta verba,*s'il ne luy eſt expreſſement reſerué.* ¶Vide in hoc Boerium in conſue.Bituricen.tit.de teſt.§.vj.in x.col.gl.magnæ. Adde ꝙ ſi hoc caſu inſtituatur hæres in aliqua parte,quòd non tenebitur cōferre cū fratre dotē,& alia ſibi donata,vt tenet in terminis do. meus Iaſ. in l.ſi emancipati.in vij.col.C.de colla.eo ꝙ licet ſit de deſcenden.& in primo gradu,tamen eſt tanq̄ extranea,cùm ſit per cōſuetudinē excluſa.¶Aduerte tamen quia etiā eidē relinquere prohibetur titulo hæreditario,& ideo nō valeret inſtitutio,ſed alio modo poſſet ei relinquere,eidem donando ſine titulo inſtitutionis, cùm hoc dictet conſuetudo.¶*Et de effectu huiuſmodi reappelli ſeu reuocationis,quomodo fieri poſſit,& in quo caſu,vide Iacobinū de ſancto Georg.in l.fi.in vlt.col.C.de pac. & per Georgiū Natan in repe.c.quāuis pactū.iiij.col.ver. limita hanc decre.de pac.in vj.& conſului plenè in caſu emergēti.in cōſi.inci.*Noble ſeigneur Helie de Polignac.* in quo indiſtinctè tenui quòd in caſu in quo filia aut ſoror eſt ſolùm excluſa per pactum & non per ſtatutum, etiam ad commodum contrahentis & aliorum,quòd contrahens poteſt illi pacto renuntiare,& illam reappellare ſine conſenſu aliorum,in fauorem etiam quorum etiam contrahens ſtipulatus fuerat. 16 *Effectus reappellationis ad ſucceſſionem.*

ADDITIO. Conſilium de quo hîc antè eſt facta mentio eſt nume. 28. & ad hoc vide etiam Alexan. in conſi.cciiij.in vij.vol.& deciſio.Tholo. cccclij. & ita fuit dictum per arreſtum curiæ parlamentalis Pariſien.anno domini M.cccccxxxj.in menſe Martio.*

ADuerte etiam quòd frater cui eſt acquiſitum ius in præiudicium creditorum,poteſt reuocare ſororem dotatam.Bal.in l.maximum vitium.in iiij.colum.ibi,ſed pone quòd frater.C.de libe.præte.vel.exhære.

IN TEXTV IBI, *Et n'entend l'on point priuer la femme de ſucceſſion collaterale.*

NAM etiam ſi iſtud conſuetudo noſtra nō diſponeret, adhuc per renuntiationē factā cum diſpoſitione ſtatuti ſeu noſtræ cōſuetudinis non diceretur renūtiare nec eſſe excluſa à ſucceſſione collateraliū, & ſic fratrum ſuorum.per ea quæ dicit do.meus Iaſ.in l.eius qui.§. quod ſi ſtipulatus.in v.col. ff.ſi certū pet. vbi plura ad hoc alle.& allegat Alex.Fran.de Are.& Lud.Ro.qui ita conſuluerūt.*Et ideo dicit,ſi vis facere quòd filia nō ſuccedat fratribus,fac ꝙ renūtiet ſucceſſioni fraternę cū iuramēto.idē tenet idē do.meus in l.quoniā nouella.in ij.col.C.de inof.teſt.idē tenet in §.actionū.inſti.de actio.vbi idē etiā tenet idē do.meus in l.j.§.veteres.iij. col.ff.de acqui.poſ.per gl.ibi,quæ dicit*ꝙ hæreditas poſtquā eſt adita nō dicitur ampliùs hæreditas,niſi largè, & impropriè,eo ꝙ vnitur cū patrimonio hæredis,& totū ſit vnitū patrimoniū hæredis.l.ſed & ſi plures.§.filio.ff.de vulgari & pupil.l.j.§.præterea.ff.de ſepara.facit tex.in l.Titij teſtamēto.ff.de his quibus vt indi.melior tex.de iure inſti.de hæredū qualita.& diffe.in prin.& inſti.de quibus licet manumittere vel nō.§.j.cū aliis alle. per doc.in dictis locis.¶Ex quibus iuribus cōſuluerūt doctores*ꝙ filia excluſa à ſucceſſione patris,nō tamē excluditur à ſucceſſione fratris, etiā ſi frater non habeat in ſuo patrimonio niſi bona paterna. ita cōſuluit Ro. in cōſi.ſuo clxviij.in primo dubio.vbi loquitur in renūtiatione facta.idē cōſuluit Fran. de Aretio in cōſi. ſuo clxj.in ij.col.vbi dicit*ꝙ etiā ſi frater nōdū ſucceſſerit patri,ſed trāſmiſerit ius adeundi ad hæredes, ſoror quę eſt excluſa ab hereditate paterna,poterit ſuccedēdo fratri ex iure tranſmiſſo adire hæreditatē paternā.Et idem etiā tangit in cōſilio immediatè ſequēti,in v.col.vbi loquitur de renūtiatione.de quibus cōſiliis facit mētionē ipſe Are.in d.l.j.§.veteres.vbi dicit ſe aliàs cōſuluiſſe.& iſtud etiā tenet idē do.meus Iaſ.in l.venia.in fi.ij.col. cū ſeq.C.de in ius voc.vbi alle.Bal.in c.j.§.cū eſſet.in titulo,epiſcopū vel abbatē.& vide cōcordā. per Alex.in cōſi.ſuo xxix.in iij.col.in j.vol. vbi dicit hoc eſſe verū , niſi ſtatutum diceret ꝙ etiam filia dotata non ſuccedat patri,matri & fratribus,quia tunc hoc caſu indiſtinctè excluderetur, etiam ſi ab illis non eſſet dotata, vt dicit Bal.in d.l.j.C.de legi.hære.allegans tria conſilia Pau.de caſt.idem tenet Ludo.Roma.in conſilio ſuo ccclxxxv. in j.dubio.Et ad prædicta vide Guil.papę deciſio.ccxxxj.

Margin notes: 1 · 2 *Hæreditas adita nō plus dicitur hæreditas.* · 3 · 4

ADDITIO. Vide quid in hoc dicat Mat.de affli.in cōſti.regni Siciliæ quæ incipit,in aliquibus.in ix.q. iiij.nota.in iij.lib.*¶Aduerte ad hîc antè dicta,quia eſt quæſtio de pacto de futura ſucceſſione facto per filiā cū patre mediāte dote ſibi cōſtituta.*An valeat hæc renūtiatio etiā ſi filia mediāte prædicta dote cōſtituta renūtiauerit ſucceſſioni fraternæ.& videntur tenere quidā ꝙ nō,& quòd decreta ſeu c.quāuis pactū.de pac.in vj.nō habeat locū in alio caſu q̄ in filia renūtiante patri in fauore ſui patris,& ſuorū filiorū, 5 *De renūtiante ſucceſſioni fraternæ.*

ſed ꝙ non extenditur ad ſucceſſionem fratrũ, imò etiã ſi fuerit factũ pactum fratri, quod videntur tenere ali-
qui, ſed veritas eſt in contrariũ, vt tenet per plura Georgius Natan in repe.c. quãuis pactũ.in xj.& xij.col.de
pac.in vj. ¶ Vide etiam deciſio.Tholo.ccccl vij.& ccccl viij.vbi quæritur de prædictis quæſtionibus.

SED quæro an iſta ſuperiùs dicta procedant quando bona de quibus agitur, & quæ de patre prouenissent
ad fratrem, fuiſſent ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſariæ, quia iſta filia eſſet ſubſtituta per fideicõmiſſum
à patre? nõ videtur dubitandum quin tunc ipſa ſoror excluderetur, ſi venit ex ſubſtitutione fideicommiſſaria,
cùm per illam ſuccederetur patri.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil. bene faciunt notata in l. ſi is qui.
ff.de vul.& pupil.& not.per moder. in l.j.C. de pac. in gl.magna,in iij. opi. Et hęc dicit & tenet domi. Clau-
dius de Seyſello dictus de aquis,poſt do.meum Iaſ.Are.& Alexan.in dicto §.veteres.

IN TEXTV IBI, *Collaterale.*

Collaterale. ADuerte quia verbum, *collaterale*, comprehendit maſculos & fœminas. nota.in clemen.j. de ele. ſecundum
Pet.de anch.in conſi.ſuo cxij.incip.ſuperſtite.in ij.colum.

ITem quæro an valeat pactum factum inter fratres diuidentes hæreditatem, quòd vno ex eis ſuperſtite, vel
extantibus filiis maſculis ex eis, fœminæ non ſuccedant? Vide Barto.in conſi.lxxij. & nihil aliud nunc dico,
cùm video proceſſum in breui ſuper hoc caſu moturum.

IN TEXTV IBI, *Ne autre donation que ſes pere & mere luy vouldront faire.*

IStud idem diſponitur per conſuetudinem Aluerniæ, quia ſi fuerit pactum cum filia quòd non ſuccedet, po-
terit tamen pater ei donare.

IN TEXTV IBI, *Sans tiltre de hoyrie.*

1 QVæro nunquid per hæc verba, *par tiltre de hoyrie*, ſit ſublata donatio cauſa mortis? Nã videmus hic ꝙ
pater in ſuo teſtamẽto nõ poteſt per viã inſtitutionis relinquere filiæ dotatę, niſi ſit expreſſè reſeruatũ,
per quoddã argumentũ à cõtrario ſenſu, ſed bene poteſt donare, nunquid autẽ poſſit donare cauſa mortis? vi-
2 *Regula.* detur ꝙ nõ, per regulã l.j.§.j.ff.de tute.& ratio.diſtrahẽdis.quæ habet ꝙ qui nõ poteſt teſtari, nec poteſt do-
nare cauſa mortis, ſicut ergo filię dotale nõ poteſt relinqui per teſtamentũ, ita nec per donationẽ cauſa mor-
tis.& ille tex. eſt ad hoc ſingularis ſecundũ Imo.in l.ij.ff.de leg.j.& ſcdm Bal.in c.cũ omnes.in xvij.col. extrà,
de cõſtitu. ¶ Cõfirmatur per tex.in l.diſcretis.in verſi.neq; mortis cauſa donatione. C.qui teſt. facere poſsũt.
¶ Itẽ facit quia vt hìc apparet, prohibetur relinquere filiæ dotatæ in vltima voluntate, ſed donatio cauſa mor
tis eſt vltima voluũtas.l.fi.C.de dona. cauſa mortis.vbi tex. æquiparat per omnia donationẽ cauſa mortis, &
3 *Legatũ,* vltimã voluntatẽ. ¶ Facit & tertiò quia legatũ & fideicõmiſſum, ſeu donatio cauſa mortis æquiparãtur.l.le-
4 *fideicõmiſſum & dona.cauſa mor.æquiparãtur.* gatũ.ff.de leg.j. licet qui non poteſt teſtari, nõ poteſt legare, aut fideicõmittere.ff.de leg.j.ergo etiã nõ debet
poſſe donare cauſa mortis.ad hoc facit tex.in d.l. diſcretis.C. qui teſt.facere poſſunt. qui hæc tria æquiparat.
¶ Faciunt & quartò, quia in multis æquiparãtur vltima volũtas & donatio cauſa mortis, primò videlicet quia
videmus ꝙ qui poteſt capere ex teſtamẽto, poteſt etiã capere ex donatione cauſa mortis, & ecõtrà.l.Marcellus.
in prin.ff.de dona.cauſa mortis. vt ergo tantũ operetur oppoſitũ in oppoſito, quantũ propoſitũ in propoſito.
l.ſi vt proponis.C.de nup.qui nõ poteſt capere ex teſtamẽto, nec ex donatione cauſa mortis, & qui nõ habet
priuilegiũ in teſtando, nec etiã in donãdo cauſa mortis. ex quo dicendũ eſt ꝙ ſicut filia dotata, cui nõ eſt reſer
uatũ in cõtractu matrimonij, nõ poteſt capere quæ ei relinquuntur per patrẽ in teſtamẽto, ita nec in donatio-
ne cauſa mortis.& ſicut pater non habet priuilegiũ in relinquendo eidẽ filio in teſtamẽto, ita nec in donatio-
ne cauſa mortis. ¶ Itẽ quẽadmodũ in legato dominiũ trãſit in legatariũ recta via.l.actio.in fi.ff.de furtis. ita in
donatione cauſa mortis.l.ij.in prin.ff.de publi.& quẽadmodũ in vltimis volũtatibus habet locũ ius accreſcẽ-
di.l.re cõiũcti.ff.de leg.iij.ita etiã in donatione cauſa mortis.tex.eſt in l.vnica.§.fi.C.de cad.tollẽ. ¶ Itẽ quẽad
modũ reiicitur in vltimis volũtatibus iuramentũ quid turpe continẽs, ita in donationibus cauſa mortis.l. quæ
ſub cõditiõe.§.hoc edictũ.ff.de cõdi.inſtit. ¶ Itẽ diſtinctio quæ fit, an per alienationẽ teſtatoris intelligat reuo
catũ legatũ, an ſit alienatio volũtaria, vel neceſſaria.l.fideicõmiſſo.§.ſi rẽ.ff.de leg.iij.habet etiã locũ in donatio
ne cauſa mortis.dictũ fuit ſingulare Dy.in l.Stichũ qui meus erit. ff.de leg.j.qđ dictũ Bal. ibi reputat aureũ. &
ita etiã dicit do.Iaſ.in l.qui poſt.in ij.col.C.de leg.& in l.fœminę.in vij.col.cũ ſeq.C.qui teſta.face. poſ. vbi ex
prædictis arguit, quòd ſicut filius nõ poteſt teſtari etiã cũ cõſenſu patris, ita etiã nõ poterit donare cauſa mor-
5 tis. ¶ Itẽ qđ plus eſt, dicit Soci.in cõſi.ſuo xix.in iiij.col. cui data eſt poteſtas ſimpliciter donãdi, nõ poteſt do
nare cauſa mortis, imò ꝙ de ipſa donatione cauſa mortis fiat mentio.l.filiuſſa.& ibi Io.de Imo.ff. de dona.
multo ergo minus quando eſt prohibitũ donare in teſtamẽto, cũ ſatis videatur excluſa donatio cauſa mortis.

MIhi tamẽ in videtur hoc caſu ꝙ ſi pater dederit filiæ dotatæ aliquid per donationem cauſa mortis, ꝙ filia
poterit capere non obſtante hac noſtra conſuetudine, quia primò ſi bene inſpiciamus verba noſtræ cõ-
6 *Hæres verbum.* ſuetudinis, prohibent tantummodo relinquere titulo inſtitutionis, cùm verbum, hæres, tantummodo refera-
tur ad inſtitutionem, aut aliàs ad eum cui de iure defertur hæreditas ab inteſtato, quia hæreditas dari non po-
teſt in donatione cauſa mortis.l.licet.C.de pac.vbi gl.& do.meus Iaſ.& Bar.in l.hæreditas.C.de pac. conuen
tis.& do.meus Iaſ.in l.iij.quæ legitur per eum cum l.j.C. de codicillis.

SI ergo filiæ detur aliquid de bonis patris in donatione cauſa mortis, nõ poteſt dicere filia ſe habere aliquid
de hęreditate patris, quia ad hoc vt hęreditas aut aliquid de hęreditate detur, requiritur ꝙ ſit in teſtamẽto,
& titulo inſtitutionis, nec poteſt dari aliquid ꝙ ſit titulo hęreditatis, imò requiritur ꝙ in teſtamẽto detur. Idẽ
notãt Bal.& Ang.in d.l.licet.& ideo notatur ꝙ ſi quis dicat in inſtrumẽto, dono tibi hęreditatẽ meã, ꝙ non
valet iſta donatio, prout tenet do.meus Iaſ.in d.l.licet.in iij.& iiij.col.& in l.fi.in vlt.col.C.de pac. maximè qñ
datur hęreditas, aut aliquid de hęreditate tanq̃ ius ſuccedẽdi, prout dicit ibi do.meus Iaſ. in d.l.licet. in iiij.col.

7 ET ad iura ſuprà allegata poteſt reſponderi. Primò ad regulã l.j.§.j.ff.de tut.& rõ.diſtra.vbi dicitur ꝙ qui
nõ poteſt teſtari, nõ poteſt donare cauſa mortis. ꝙ illa regula eſt vera quando quis prohibetur teſtari ſeu
relinquere per teſtamentũ ex defectu naturæ, vt eſt in pupillo propter imbecillitatẽ intellectus, eodẽ modo
in eo qui eſt ſurdus & mutus à natura.l.diſcretis. C.qui teſt.face.poſ.ſecus in eo qui prohibetur teſtari propter
diſpoſitionem

diſpoſitionem legalem,vt eſt in filiofamilias. Et in iſto patre in hoc caſu , quando vult relinquere filiæ dotatæ in ſuo teſtamento. ita tenet & reſpondet do.meus in d.l.ſeruum.in viij.colum.C.qui teſta. facere poſſunt. & in l.fi.in iiij.colum.C.eo.titu.Ex quo infert do.meus Iaſ.in d.l.ſeruum. * quòd filius in his in quibus pater 8
non habet vſumfructum poteſt dare cauſa mortis, etiam ſine conſenſu patris. Ex quo apparet quòd illa regula l.primæ in §.j.ſuprà alle.non eſt vera omnino,ſed ſolum in caſu antedicto.

AD alia fundamẽta in quibus dixi donationẽ cauſa mortis æquiparari vltimę voluntati, dic ꝙ iſta eſt communis ſententia,ꝙ donatio cauſa mortis poſtq̃ eſt in eſſe deducta cenſetur vltima volũtas. patet quia nõ habet effectũ niſi poſt mortẽ donãtis,nimirũ ſi tunc regulatur regulis vltimarũ volũtatũ. & ita omnia ſupradicta procedũt & intelligenda ſunt. ¶ *Sed donatio cauſa mortis prout in eſſe deducitur ęquiparatur cõtracti- 9
bus.patet,quia requiritur præſentia donatarij,& eius ſtipulatio.l.inter mortis.ff.de dona.cauſa mortis. & tamẽ eſt ſecus in vltimis voluntatibus,quia poſſunt fieri abſenti & ignoranti.l.cũ pater.§.ſurdo.ff. de leg.ij. Iſta eſt doctrina gl.in l.ij.in prin.ff.de dote prælega.plenè ſcribitur in l.ij.ff.de leg.j. ¶ Itẽ non ſequitur, donatio cauſa mortis habet vim vltimæ volũtatis,ergo eſt vltima voluntas,prout dicit do. meus Iaſ.in d.l.licet. in iiij. colũ. C.de pac.aliquid habet vim teſtamẽti,nõ ſequitur ꝙ ſit verè teſtamentũ,cũ aliud ſit eſſe tale & haberi pro tali.l.mercis.cũ ſimilibꝰ.ff.de verb.ſig. ¶ Itẽ hîc arguitur à ſimili,qđ quidẽ argumẽtũ eſt ſubauditus intellectus, prout colligitur ex verbis do.mei Iaſ.in l.de quibus.in iij.col.ff.de legi. Ex quo dicit*ꝙ in cõſuetudine nõ eſt 10
ſumendũ argumentũ à ſimili ad corrigendũ legẽ ſcriptã,& maximè quia ſtatutum debet ita interpretari vt lædat minus ius cõmune quã poſſit.l.quod vero.ff.de legi.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat.l.ij.C.de noxa.Soci.cõſi.xxxj.in j.col. in j.volu.& ideo dicit do. meus Iaſ.in l.omnes populi.in ij.lectu.in pe.col.ff. de iuſti. & iure. ꝙ correctio iuris cõmunis non debet induci per ſtatutũ, niſi quatenus in eo expreſſè dicitur.l.ſancimus.C.de teſt.l.pręcipimꝰ.in fi.C.de appel.ex quo.ſ.vt dictũ eſt hîc in hoc §.in gl.in verb.*ne retourne point a la ſucceßion.* in finalibus verbis,etiã de iure poteſt pater talẽ filiam inſtituere ,ergo ex quo per cõſuetudinem ſeu ſtatutũ nõ corrigitur in hoc ius,nõ debet extendi correctio,per argumentũ a ſimili,per ea quæ hîc antè dixi.De hoc tamẽ argumento à ſimili,vide do.meũ in l.creditori.in ij.col.ff.de noui ope.nun. & dicit do.meus Iaſ. in l.ij. in iiij. col.ff.de iureiu.quòd*ad hoc vt poſſit fieri extenſio virtute æquiparationis,opportet ꝙ æquiparatio ſit in illa 11
materia de qua agitur,aliàs non valet argumentũ à ſimili.allegat gl. in c.j. in verbo, declaramus. ne clerici vel mona.in vj.& in c.licet canon.in verbo,parochialis.de ele.in vj. Faciunt & alia allegata per eũ in dicto loco. ¶ Ad prædictum argumentum à ſimili adde quæ dicit Felinus in c.tranſlato. poſt Panor. ibi,extrà, de conſti. & Panor.in rubri.procemij decretalium,in c.quoniam frequenter. in §. fi.in penul.col. extrà,vt lite non conteſta.vbi dicit quòd valet argumentum à ſimili dummodo ſimilitudo ſit in ratione. ſed aduerte quia debet eſſe omnimoda in iure in ratione. Panor. in c. cum dilectus.in iij.col.extrà,vt lite non conteſta.

9 Donatio cauſa mortis æquiparatur contractibus.

10 Arg. a ſimili.

11 De extenſiõe virtute æquiparationis.

ADuerte etiam quia non eſſet ſine magno dubio an pater per hæc verba poſſit in teſtamento legare filiæ, vel in codicillis relinquere,vel alio modo,dummodo non ſit tit.inſtitu.quia videtur quod ſic,per verba noſtræ conſuetudinis,ibi,*a tiltre de boyrie.* quæ ſunt ſtrictè interpretanda,& non extendenda, per ea quæ dicta ſunt ſuperiùs.non inſiſto aliter.

PRo complemento huius conſuetudinis, quæ habet materias multum notabiles, quæro nunquid effectus huius conſuetudinis extendatur ad bona ſita extra ducatum Burgundiæ,in quibus non habet locum hęc cõſuetudo,nec viget?Fran.de Zabarellis in ſpecie cõſuluit talem conſuetudinẽ porrigere effectũ extra territoriũ. ita cõſuluit in cõſi.ſuo xliiij.poſito ſub rub.de teſt.quod incipit, Statuto Ferrarienſi cauetur. In conſiliis Ioan. Calde.vbi vult ꝙ ſi ſtatutũ Ferrarienſe excludat filias fœminas ab hæreditate vel ſucceſſione patris dotãtis,& contingat ꝙ totũ patrimoniũ vel maior pars patrimonij ipſius defuncti ſit extra territoriũ Ferrariæ,ꝙ tale ſtatutũ excludit eas etiã à patrimonio exiſtente extra territorium ſtatuentium,ſi tales filiæ erant ſubiectæ ſtatuẽtibus:quia ſtatutũ priuãdo eas ſtatuerit in perſonã priuandã & ſubiectã ſtatuenti illo iure intellectuali.ſ.hęreditate,operatur ꝙ illæ filiæ aliqua bona cõſequi nõ poſſunt,nec extra nec intra territorium ſtatuentiũ,quia filiæ nulla bona capere poſſunt niſi vt hæredes,vnde ſi priuantur potẽtia cõſequẽdi vniuerſale ſub quo particularia cõtinentur,vidẽtur etiam priuatæ potẽtia cõſequendi omnia particularia incluſa ſub vno.l.ſi quis cum totũ.in prin.§.fi.ff.de excep.rei iudi.& Bal.ſatis inclinat in hãc partẽ in repetitione magna l.cũctos populos.in xij.col. verſi.quintò quæritur,ſtatutũ.& iſtud maximè quãdo filia eſt nupta in loco vbi viget præſens cõſuetudo,quia tunc illi legi obedire debet:ſecus ſi non eſſet ſubiecta ratione originis vel incolatus,prout voluit dicere Alex.in conſi.ſuo xvj.in ij.col.in j.vol.qui cum hac vltima adiunctione videtur quodammodo adherere huic deciſioni. ¶ Ex quo ergo per cõſuetudinẽ noſtrã priuãtur filiæ ſucceſſione,quæ quidẽ conſuetudo diſponit in perſonas, videtur dicendũ ꝙ hæc cõſuetudo extẽditur ad bona ſita extra ducatũ Burgũdiæ. Alex.tamen in d.conſi.tenet contrarium,& dicit ꝙ magis communis opinio eſt in cõtrarium.Ita etiam tenet in conſi.ſuo cxxviij.incip.conſideratis verbis inſtrumenti.in j.col.in j.vol.qui nõ facit ibi mentionẽ de deciſione Fran.de Ramponibus,licet bene faciat mentionem in conſi.xvj.Quid dicendum? Soci.ſubtilitatum princeps hanc materiam plenè examinauit,qui non facit mentionẽ de prædictis doctoribus,& multum amplè diſtinguit, ideo ad eum me remitto, donec caſus eueniat:ita plenè examinauit in conſi.xxxvj.

An hæc conſuetudo extẽdatur ad bona extra Burgũdiã ſita.

ADDITIO. Vide etiam plenè per Georgium Natan in repeti.c.quamuis pactum.in ix.quæſtione quartæ quæſtionis principalis.de pac.in vj.*

VIdetur iſtud per hæc verba.*ſans tiltre de boyrie*,eſſe contra diſpoſitionem iuris,niſi intelligatur,*ſans tiltre de boyrie*,ex teſtamẽto:quia de iure ſi renuntiaſſet ſucceſſioni & hęreditati patris,intelligitur ab inteſtato, & nõ ex teſtamẽto:quia ſucceſſioni ex teſtamento,etiã per iuramentũ,renuntiari nõ poteſt,cũ hoc eſſet auferre teſtamẽti factionẽ homini ſanæ mẽtis,quod eſt cõtra naturalẽ æquitatẽ,& bonos mores,ex quibus dicit Bal.in l.fi.col.iij.C.de pac.ꝙ generales renuntiationes mulierũ nõ referuntur ad ea quæ ipſis relinquuntur per teſtamentum,& ideo videtur ꝙ ſicut nõ poteſt fieri per pactũ,ita nec per ſtatutũ, per glo.vulgarẽ in rub.C.de decretis decurionũ. lib.x.de qua per Feli.in c.j.de probatio.in ij.col.Sed aduerte quia talis regula nõ procedit ne-

Succeßioni ex teſtamẽto renũtiari non poteſt.

gatiuè,vt dicit do.meus Iaſ.in l.præſcriptione.col.iij.C.ſi contra ius vel vtilitatem publi.in aut. iubemus. in j.
colum.de iudiciis.Alexan.conſi.ſuo lxxix.in j.volu.colum.iiij. Si non eſſet conſuetudo,etiam licet filia renun-
tiaſſet,tamen pater poſſet eam in teſtamento vocare,& illam inſtituere hæredem.

ADDITIO. Et ita etiam tenet Mat.de affli.in conſti.regni Siciliæ quę inci.in aliquibus.in vj.quæſtio.
iiij.not.in iij.lib.Et Decius in l.pactum.C.de dotali.in iij.col. in j.limitatione. ad c.quáuis
pactum.C.de colla.* ¶ Vide Boerium in conſuetu.Bituricen.§.vj.in x.col.magnæ glo.

VIdetur tamen quòd tale ſtatutum in hoc non valeat , quia eo non obſtante poterit pater filiam excluſam
à ſtatuto inſtituere hæredem,vt dicit Guil. Benedicti in ſua repeti.c. Raynu.in verbo,duas habens filias.
nu.181.de teſta.& deciſio Tholoſa.cccclvj.vbi amplè.

§. DECIMOTERTIO.

*SE aucuns ſe veullent porter pour heritiers par benefice d'inuentaire,ilz ſont tenuz de
l'impetrer du prince.*

ADuerte quia in regno Franciæ quãdo impetratur iſtud priuilegiũ,de ſe gerendo hæredẽ beneficio
inuentarij,cõſueuit in mandato regio apponi iſta clauſula,*pourueu qu'il ny ait autre qui ſe porte heri
tier ſimplement.* ¶ Sed quæro de duobus:primò ſi hæc clauſula non apponatur, an debeat haberi
pro appoſita vel nõ appoſita?Secundò ſi ſit appoſita vel nõ appoſita , & habeatur pro appoſita, an
extraneus vel etiã cõſanguineus virtute talis clauſulæ poſſit excludere priorẽ in gradu, ſi velit ſimpliciter ſe ge
rere hæredẽ? ¶ Ad primũ dico ꝙ cũ hęc clauſula ſic de conſuetudine apponi ſoleat,debet haberi pro appoſita,
etiã ſi ſit omiſſa.Faciũt quæ dicit tex.& ibi Ant. de but.ad hoc notat in c.accepimus.extrà, de æta. & quali. &
1 in c.cũ M.Ferrarien.de cõſtitu.* ꝙ clauſulæ ſolitæ apponi in bullis Apoſtolicis ſubintelligũtur in eis , quáuis
nõ ſint ſcriptæ.Ita refert & ſequitur do.meus Iaſ.in l.iij.in viij.col.C.de iure emphy. & in l.certi cõdictio.§.ſi
nũmos.in iij.col.ff.ſi.cer.pet.Idẽ do.meus in l.vt liberis.in ij.col.C.de coll.Alex.in cõſi.xxvij.& in cõſi. cvij.in
pe.col.in ij.vol.Et dicit plus Pa.in c.ex parte.le.ij.in fi.ext.de offi.deleg. & in c.ij. in tertio not.ext. de reſcrip.
2 *ꝙ reſcriptũ impetratũ cõtra cõſuetudinẽ principis eſt falſum.recordor aliàs audiuiſſe à quodã venerabili &
diſcreto viro domino Ioãne Saulnier,cõſiliario regio in parlamẽto Burgũdiæ,ꝙ ita fuerat deciſum per arreſtũ
parlamẽti Burgundię, & poſtmodũ poſt eius mortẽ vidi cõſuetudines eiuſdẽ,in quib⁹ erat ſcriptũ in margine,
nota ꝙ in regno Frãcię quando impetratur iſtud priuilegiũ de ſe gerendo hæredem per beneficiũ inuentarij,
cõſueuit in mãdato regio apponi iſta clauſula,*pourueu qu'il ny ayt autre qui ſe porte heritier ſimplemẽt.* ¶ Quid
ſi non apponatur iſta clauſula ? Ego vidi decidi per arreſtum parlamenti Burgundiæ , ꝙ iſta clauſula habetur
3 pro appoſita,* nã clauſula in literis apponi conſueta ſemper intelligitur ad hoc.c.cauſam.de reſcriptis. c.ij. &
4 c.cum opporteat.de accuſa.Panor.in c.accepimus.in v.not.de æta. & qualitate.* & ſi literæ iudicis aliquid vl
tra aliquam conſuetudinem contineant,pręſumũtur erroneæ,nec eis eſt credendum.l.præcepimus.C.de cano.
largitio.titulorum.lib.x. & eſt lex ſimilis quæ ita ſummatur. iſta ſunt verba quæ reperi in margine conſuetu.
dicti magiſtri Ioannis Saulnier.credo quòd ſuperiùs dicta bene feciſſent ad propoſittm in hac materia.

De clauſulis reſcriptis apponi ſolitis.

MIhi videtur ꝙ ſi hæc clauſula per principẽ apponatur,ꝙ debet habere & operari effectũ, ne ſit fruſtrato-
ria,& verba de aliquo operẽtur.l.ſi quando.ff.de leg.j.c.ſi papa.de priuile.in vj.notat do.meus Iaſ.in l.ait
prætor.*la premiere*.in prin.ff.de iureiu.vbi dicit*ꝙ nedũ clauſula,imò nulla dictio,nulla ſylaba debet eſſe ſine
5 effectu aliquid operandi.gl.in c.ſolitæ.in verbo, tanq̃.ad finẽ.extrà, de maiori.& obed.imò adhuc iſtud nõ eſt
ſine dubio,quia in hoc læditur ius tertij,ſcilicet prioris in gradu,quia deberet eſſe hæres cũ hoc beneficio à iu
re eidem cõceſſo,qui quidẽ prior in gradu excluditur à beneficio iuris eidẽ cõceſſo virtute huius clauſulæ,prę
ter omnem diſpoſitionẽ iuris,quæ de ea nullã facit mentionem,& ideo poſſet ſuccedere illud ad quod allega-
tur gl.nota.in l.fi.§.in computatione.in glo.magna,ad fi.& ibi Bar.in fi.C.de iure delibe.& ibi do.meus Iaſ.&
in l.cauſas vel lites.in ij.col.C.de tranſac. & in aut.ſacramẽta puberum.in viij.col.C.ſi aduerſus venditionem.
6 ſcilicet quod potiùs debemus intelligere * quòd verba ſtatuti ſeu reſcripti ſint ſuperflua & fruſtratoria quàm
tollatur ius alicuius.vt ergo ius prioris in gradu non ſit lęſum,qui debet ſuccedere cum beneficio inuentarij,
ſi voluerit,quod quidem beneficium eſt ei à iure conceſſum,nec etiam priuetur ſuo beneficio, & iure ſibi cõ-
ceſſo,potiùs debet illa clauſula eſſe ſuperflua & fruſtratoria,quàm quòd operetur effectum.Cogita.

Nihil debet eſſe otioſum in reſcriptis.

SInautẽ dicta clauſula nõ fuerit appoſita,multo minus ex prędictis debet illa clauſula ſubaudiri,ne ꝑ ſubaudi
tiones iura corrigãtur,qđ fieri nõ debet,per gl.in c.cupiẽtes.§.ꝙ ſi per viginti.de elec.in vj.quã do.me⁹ Iaſ.
allegat in l.frater à fratre.in xij.col.ff.de cõdi.indebi.in aut.nouiſſima.in xj.col.C.de inof. teſt.in l.emãcip.in
pe.col.C.qui admit.Barb.in cõſi.xij.in j.col.in j.vol.Imò & adhuc fortiùs,quia ſi verba in reſcriptis appoſi-
ta debeãt potiùs eſſe ſuperflua q̃ quod ius tertij lædatur,multo fortiùs verba nõ debẽt ſubaudiri ad lædendũ
ius alicuius,cũ turpiùs eiicitur quã non admittitur hoſpes.prout dicit tex.in c.quemadmodum.extrà,de iureiu.

AD ſecundũ dubiũ ſuprà quæſitũ,ſcilicet an virtute huius clauſulæ extraneus aut remotior in gradu poſſit
excludere priorẽ in gradu,qui vult ſe gerere hęredẽ beneficio inuẽtarij à iure ſibi cõceſſo:quãtũ ad extra-
neum aut remotiorẽ in gradu,videtur ꝙ hæc clauſula nihil debet operari , quia dicit clauſula, *pourueu qu'il ny
ayt autre*.pondera hãc dictionẽ,*autre*,quæ eſt repetitiua ſimiliũ,prout dicit gl.in l.ſi fugitiui.& ibi Alex.in apo
ſtillis.C.de ſeruis fugitiuis.Feli.in c.ſedes.in vlt.col.extrà,de reſcriptis.do.meus Iaſ.in l.quicunque.C. qui ad-
mit.ex quo ergo eſt repetitiua ſimiliũ,requiritur ꝙ qui voluerit excludere adeuntẽ hæreditatẽ beneficio inuẽ
tarij ſit in ſimili gradu cũ eo,ex quo poteſt intelligi tantũ,ꝙ ſi ſint plures in vno gradu qui debeant eſſe hære-
des, ſi aliqui voluerint impetrare beneficium inuentarij , alij verò voluerint eſſe hæredes ſimpliciter, iſti qui
volunt eſſe hæredes ſimpliciter virtute dictæ clauſulæ excludent alios qui etiam de iure deberent eſſe hæ-
redes . & in hoc ſatis operatur iſta clauſula , cum etiam ſufficit quòd clauſula de aliquo modico operetur, vt
minùs infringãtur iura q̃ fieri poſſit,prout dicit Panor.in c.ex quæſtione.in iij.col.extrà,de reſti.ſpolia.& ideo
ex prædictis videtur ꝙ extraneus aut remotior in gradu non excluderet priorem virtute huius clauſulæ.

Autre.

Credo

CRedo tamen ꝙ cõtrarium obſeruatur in toto regno Franciæ,& ideo durum eſſet recedere ab hac cõmuni
obſeruantia,cùm,vt dicit Panor.in c.cum ad ſedem.in ix col. extrà,de reſti ſpo. * minimè mutanda quæ 7
certam interpretationem ſemper habuerunt.l.minimè.ff.de legi.nec facilè diſcedi debet ab eo quod diu æquũ viſum eſt,argumen.l.in rebus.ff.de conſti.princi.& quia aliàs ſic practicatũ extitit,notat Lapus allegatione ſua lij.à qua practica recedi nõ debet.l.cum de interpretatione.ff.de legibus.& dicit Alex.in conſi. ſuo xxvij.inci. viſo libello.in iiij.col.quòd non eſt recedendum à communi obſeruantia. & do.meus Iaſ.in l.rem quæ nobis. in primo notabili.ff.de acqui.poſ.quòd minimè mutãda ſunt quę in practica certam legem habuerunt.interrogaui plures practicos & aduocatos antiquos an viderint iſtud practicare in extaneo, dixerunt mihi ꝙ non, ſed ꝙ bene in cõſanguineo remotiori in gradu:propterea ſi eueniret caſus in extraneo, cogita quid eſſet dicẽdum ex prædictis. ¶ Vidi poſtmodum quædam & plura impetrata reſcripta à principe, quæ tamen dicunt, *Pourueu que ſ'il y a autre du lignage du defunct qui ſe uueille porter heritier*. ex quo dicerem quòd tantùm conſanguinei excludunt talem,& non extranei:& iſta eſt veritas.

IN TEXTV IBI, Si aucuns ſe veullent porter pour heritiers.

QVia hic textus loquitur pluraliter de pluribus volentibus ſe gerere hæredes beneficio inuẽtarij,idẽ erit dicendũ ſi vnus tantũ ſe velit gerere pro hærede beneficio,quia pluralitas etiã verificari poteſt in vno, vt dicit Bart.in l.ait prætor.§.negotia.ff.de neg.geſt.licet videretur dicendũ ꝙ pluralitas in vno verificari non poſſet.per tex.in l.j.ff.de optio.legata.de quo arti.ſuprà dixi in rub.*des iuſtices & droictz d'icelles*.verſi.cõtrariã partẽ in caſu noſtro.& etiã põderãda ſunt hæc verba ad aliud,ꝙ ex quo ſtatuẽtes ſeu hãc cõſuetudinẽ introducẽtes habuerũt in cõſideratione ꝙ iſtud beneficiũ poteſt pluribꝰ cõcedi,ſi à pluribus impetretur pro vna & eadẽ ſucceſſione,quoniã omnibus pro ſua parte & portione cõcedẽdũ eſt,ſecũdũ qđ videtur velle tex.in l.ſcimus.in prin.verſi.cũ igitur.ibi,ſiue ex aſſe,ſiue ex parte.C.de iure delibe.& ſic ꝙ videtur ſurrogatũ illud ius in locũ aditionis ſimplicis hęreditatis propter timorẽ oneroſitatis,& ſic ꝙ ſi ſint plures hęredes vnius defuncti,& vnus illorũ hęredũ beneficiũ huiuſmodi ſimpliciter impetrauerit,nõ faciendo mentionẽ de aliis cohęredibus, nõ per hoc intelligit princeps iuri aliorũ petere debentiũ eorũ partes & portiones derogare,aut præiudiciũ afferre,ita ꝙ ſi velint poſtmodũ ſimile beneficiũ impetrare,ꝙ nõ debeat eis cõcedi:quia princeps nõ præſumitur reſcriptũ in pręiudiciũ & in iniuriã tertij cõcedere.l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco publico.Nec pręſumitur velle quid concedere vltra quod ius cõmune diſponit.do.meus Iaſ.in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iure. Ex quo videtur ꝙ vni cõcedendo nõ præiudicat cæteris, niſi inquantũ cõſtat aut cõſtare poteſt poſtmodũ de eorũ repudiatione & refutatione tacita,aut expreſſa.& ideo ad hoc vocantur,videlicet ad videndũ interinari literas principis cõtinentes beneficiũ inuentarij,vel ad dicendũ cõtrà,aut cõtradicendũ huiuſmodi interinationi ſeu integrationi. Et ſi nollent conſentire,certũ eſt ꝙ aut debent,aut poſſunt ſimile beneficiũ impetrare pro eorũ parte & portione,quod poſſunt,eo ꝙ ius in hoc nõ acquiritur fiſco ſeu principi, niſi poſt declarationẽ ꝙ voluit impetrare beneficiũ inuentarij,eo ꝙ habent hæreditatẽ ſuſpectã,vt ſatis innuit do.meus Iaſ.in d.l.ſcimus.in fine principij. Et quia ne alteri per alterũ iniqua cõditio afferatur, quod fieri nõ debet ſecundũ clauſulã iuris,nõ debet.ff.de reg.iur.per declarationẽ ex pluribus hæredibus,ſeu proximioribus ad ſuccedendũ habilibus nõ acquiritur principi ſeu fiſco portio alterius nõ declarantis:qui anteq̃ priuentur eorũ iure,neceſſe eſt vt eorũ animũ nõ adeũdi declarent,& antè ſimile beneficiũ eſt eis cõceſſum per cõſuetudinẽ noſtrã,ideo illud impetrare poſſunt à principe,qui nõ poteſt plus vni q̃ alteri denegare.& ſi nolint impetrare,portio eorum tanq̃ nõ petentiũ accreſcit petenti,ſecũdũ etiã tenorẽ dictarũ literarũ regiarũ,quæ hoc importãt:vel etiã ſi velint eſſe hęredes ſimpliciter, hoc declarãdo,portio omniũ eis accreſcit,ſecũdũ tenorẽ clauſulæ poſitæ in dictis literis, de qua in præcedenti glo.Nec in hoc videtur ꝙ vnus poſſit eſſe hæres pro parte ſimpliciter,& alius beneficio inuentarij,vt infrà dicã,ſed redeũdo vnde digreſſi ſimus,ſi nullus ſe gerat vt hęres,aut ſimile beneficiũ inuẽtarij impetrauerit,etiã ſi pro parte tantũ impetrauerit,aliis repudiantibus,aut tacentibus,acquiritur totũ per ius accreſcendi,vt tenet in terminis do.meus Iaſ.in d.l.vnica.col.iiij.C.quãdo nõ petẽtiũ partes,&c.vbi dicit ꝙ in hoc decretũ iudicis interpoſitũ ſuper parte,trahitur ad totũ per ius acereſcẽdi,quod.ſ.procedit etiã in iure fiſco competẽte,vt tenet Alex.in l.j.ff.de reg.iur.& Lud Rom.in l.j.ff.de acqui.hære.cõtra glo.in l.ea ſola.ff.de reg.iur.& Lud.Rom.in l.j.ff.de acqui.hære.& in d.l.vnica.Et ideo cũ,vt dicit,fit per ius accreſcẽdi,intellige.ſ.quãdo habet locũ ius accreſcẽdi.ſ.quãdo nulli ſunt qui partes eorũ petãt,& quãdo ſuccedũt eodẽ iure,& data paritate gradus.Et ſic cũ videatur ꝙ ſuccedẽs ſimpliciter,& ſuccedens per reſcriptũ principis in forma beneficij inuẽtarij, nõ ſuccedant eodẽ iure,eo ꝙ ſuccedẽs ſimpliciter dicitur ſuccedere ex legitima ſucceſſione,& ſic de iure ciuili,vt ſatis videntur innuere & declarare tex.& doc.in d.l.vnica.Et ſuccedens beneficio inuẽtarij videtur ſuccedere de iure prętorio,quia tale ius eſt annale.d.l.ſcimus.etiã quia reſcripta principũ ſunt annalia ex ſtylo Frãciæ,qui ſtylus ius prætoriũ eſt,vt dicit Bal.in l.certũ.col.iij.C.vnde legiti.& de iure canonico.c.plerũq;.de reſcript.& quę annalia ſunt videntur eſſe iuris prętorij.Bar.in l.v.in prin.ff.de verb.obli.& in l.j.in prin.ff.de bono.poſ.& in l.fi.ff. de pœnis.& in l.ij.§.fi.ff.pro emptore.Et etiam quia hęres beneficio nõ fit in pari gradu q̃ hęres ſimplex:quia per eum excluditur etiã ex diſpoſitione literarũ principis,& quia hæres ſimpliciter eſt proprius hæres,& alius improprius,vt infrà dixi in tit.*des retraictz*.§.j.in gl.*ſon heritage*. ſi eſſent plus hæredes,quorũ vterq; de per ſe impetraſſet beneficiũ inuẽtarij,ſi aliqui illorũ vellent vti quo ad ſe dicto beneficio,& quo ad partẽ aliquorũ ſe dicere hæredes ſimplices,quod nõ poſſent,quia hoc caſu cũ ſit in parte hæres ſimplex,videtur ꝙ tenetur in totũ ſimpliciter adire,ſecũdum l.j.& ij.ff.de acqui.hære.& l.quidã eulogio.C.de iure delibe. & ne vna & eadem res diuerſo iure cenſeatur,quod eſſe non debet.l.eum qui ædes.ff.de vſuca.quæ ratio videtur eſſe Aret.in d.l.j. ff.de acqui.hære.ad hoc ꝙ vnus nõ poteſt adire pro parte,& pro parte nõ.Et etiã facit,quia hęres in parte nullo dato ſibi cohærede æqualiter ſuccedẽte in paritate gradus,& per eundẽ modũ,eſt hęres in totũ.l.ſi quis priore. ff.ad Trebel.l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hæred.inſti.Et videtur tenere do.meus Iaſ.in l.quoties.in ij.limita.C.de hęredib.inſtituen.& tã ex volũtate principis,cũ ſemel ius eſt quæſitũ per declarationẽ ſe nolẽtis primò ſuccedere ſimpliciter,ſed cũ beneficio inuentarij,declaratur imparitas gradus,cũ præferat hæredes ſimplices aliis,ergo alij

ſunt poſteriores,q̄ etiã ex eo ꝙ hæres ſimplex eſt proprius hæres,& hæres beneficio inuentarij improprius,&
ſic per fictionem,cui fictioni & improprietati præfertur veritas & proprietas, vt not.per Bar.in l.ſi is qui pro
emptore.ff.de vſuca.& facit l.ſi.ff.de proba. Et ita dixi in contingentia facti debere fieri, licet quidã tenuerint
contrarium,eo ꝙ in hoc eſt fauor defuncti.ſ.ꝙ ad minus habet hæredẽ ſimpliciter in parte,& etiã fauor credi-
torũ,quia ad minus pro illa parte ſatiſfactũ erit in totũ. arg.l.cũ hæreditate præſens.ff.de acqui.vel amit.hære.
& etiam id quod introductum eſt in fauorẽ iſtorũ hæredũ beneficio inuentarij,trahatur in eorum odium,& ne
etiam ſcilicet actus agentium operentur vltra eorum voluntatem in hoc quòd actus iſtius gerentis ſe pro hære-
de ſimpliciter in parte,operabitur in eius odium in aliis partibus: ſed illa iura non tollunt iura ſpecialia in adi-
tione hæreditatis ſimpliciter pro parte,quæ trahitur ad totum iuribus ſupradictis.*

IN TEXTV IBI, Par benefice d'inuentaire.

1 Inuentarium quid.

INuẽtariũ*eſt deſcriptio omniũ bonorũ defuncti,facta corã iudice,citatis quorũ intereſt,ex forma tradita in l.
ñ.quę incipit,ſcimus.C.de iure delibe.Et aduerte quia in inuẽtario faciẽdo eſt ſumptus plerũq; maximus,&
2 qui hęreditatis portionẽ exhauriat.vnde dicit Bart.in l.mediterraneæ.C.de anno.& tributis.lib.x.quòd*non
eſt faciendũ inuentariũ quãdo plus ſumptus fieret q̄ vtilitatis afferret. ita dicit Pyrrhus in cõſue.Aurelianen.
titu.de ſucceſſionibus.c.xviij.vbi eſt conſuetudo quòd hæres ſimpliciter præfertur hæredi cum inuentario.

3 Semel audiens an 4 poßit repudiare, an non.

SED quæritur *an qui ſemel adiuit,poterit repudiare?vel ſi aliquis repudiauerit hæreditatẽ alicuius,an poſ-
ſit poſtmodũ illã agnoſcere?Io.Petrus de Ferrariis in forma libelli quo petitur hæreditas.in glo.purè inſti
tuit.dicit ꝙ nõ.l.ſuus.& l.ſicut.C.de repud.hæredi. niſi fuerit filius * qui poſt repudiationẽ adhuc admittetur
ad adeundum vſq; ad triennium, ſi res ſint in eodẽ ſtatu.l.fi.C.de repu.hęredi.vel niſi hæres fuerit minor xxv.
annis,quia beneficio reſtitutionis in integrum auditur,etiam ſi res non ſint in eodem ſtatu.d.l.fi. vel niſi alius
cohæres repudiet partem ſuam, quo caſu ille qui priùs hæreditatem adiuerit, poterit partem ſuam ac cohære-
dis eius repudiare.vt in l.cum hæreditatem.& ſequen.ff.de acquiren.hæredi.

ADDITIO. Vide tamen Benedicti in repetitio.c.Raynutius.in verbo,mortuo itaq; teſtatore.ſecũdo.
numero cxxvij.vſque ad numerum cxl.de teſtamentis. vbi ponit caſus in quibus filius po-
teſt reuocare abſtenſionem hæreditatis factam per eum.

HIc tractatur de inuentario,de quo in l.ſcimus.§.ſinautem dubius eſt.C.de iure delibe.ibi enim tantummo-
do inuentarium ab ipſo conficiatur.& de quo in §. ſi verò expreſſum. in aut. de hæredi. & Falcid.colla.j.
vbi plenè doctores,maximè Ange.in dicto §.qui ponit ordinem qui debet obſeruari in confectione inuenta-
rij.& de illius forma ponit Bar.in dicta l.ſcimus.§.cùm igitur.dominus Abbas Panor.ponit requiſita in confe
ctione inuentarij,in conſi.ſuo lxxiiij.in iij.col.incip.circa primum dubium.in ij.vol.& dominus meus ponit no
uem requiſita in confectione inuentarij.Dicunt tamen Bald.Paul.de caſt.& dominus meus Iaſ.in d.l.ſcimus.in
princi.quòd tot ſolennitates non obſeruantur, ſed ſufficit quòd fiat ſecundum conſuetudinem notariorum.&
dixi amplè ſuprà,titu.*des enfans de pluſieurs lictz*.§.vj.in glo.*par inuentaire*.

Vtilitates inuẽtarij.

ET aduertendum eſt ꝙ ſeptem vtilitates reſultant ex confectione inuentarij,quas ponit do. meus in dicta l.
ſcimus.§.& ſi præfatam.in j.& ij. colum.C. de iure deliberan. aliam vtilitatem ponit dominus meus Iaſon
ex deciſione quæſtionis poſitæ per eum in dicta l. §. in computatione.in iij.colum. ibi, ſed in tertia parte gloſ.
¶ Aduerte quia iſtas ſeptem vtilitates poſuit Ioan . Sanxon in ſuis conſuetudi. Turonen. titu . *des droictz de
moyenne iuſtice*.articu.vj.fol.xxxiiij.quas habuit à Iaſone,vt dicit.

5 Principalis vtilitas.

ITem & maximè,quia principalis vtilitas eſt eo* quòd non conficiens inuentarium tenetur creditoribus &
legatariis etiam vltra vires hæreditarias, vt ibi per eum. aduertendum tamen ꝙ ſunt plures caſus in quibus
hæres etiã non conficiens inuentariũ nõ tenetur vltra vires hæreditarias.& ponit do.meus Iaſ.ſeptẽ in d.§.& ſi
prę̄fatã.quos videre poteris per te, cũ ſint clarè poſiti . ¶ Adde ꝙ in eccleſia inſtituta idẽ eſt, quia nõ tenetur
vltra vires hęreditarias,imò quod plus eſt,iſtud videtur eſſe generale de iure canonico.Feli.in c.cũ M.Ferrariẽ.
in xviij.col.ext.de cõſtit. ¶ Adde alium,quando hęres dolo inductus adiuit hæreditatẽ. Bal.in l.fi. ff.de dolo.

ADde alium,quando teſtator dicit quòd volebat omnia ſolui de bonis ſuis,ita Bar.in l.vnica.C.de his quę
pœnæ nomine in teſtamento relin.

ADde aliũ,ꝙ ſi relictum ſit eccleſiæ,eccleſia non poteſt petere vltra vires hæreditarias.Bar.in l.j.C. de ſa-
croſan.eccle.ratio,quia eccleſia debet viuere ſecundum forum conſcientiæ.c.nouit.de iudiciis.

ADde alium in inſtituto grauato,vt omnia bona diſtribuat inter pauperes.Io.And.in addi. ad ſpeculum.in
titulo de inſtrumẽto.editione.§.inter aliqua.in additione quę incipit,Iacobus de Arena.

ADde aliũ,in marito, & aliis qui non poſſunt exigi niſi quatenus facere poſſunt.iſtũ caſum ponit Vitalis de
Cãpanis in tractatu ſuo clauſularũ,in xxiiij.charta,in clauſula,nil nouari inuentarij confectione pendente.
in xiiij.col.illius clauſulæ, qui quidem multum eleganter & notabiliter poſuit materiam inuentariorum.

9 Inuentariorum plures ſpecies.

ADuertendũ*ꝙ in xv.col.ibi dicit ꝙ multiplex eſt ſpecies inuentariorũ,eſt enim quoddã inuentariũ quod
fit de bonis cõfiſcatis.de quo in l.ſi quis poſthac.& in l.ſi quis intra.C. de bonis proſcrip. & in l.fi.C. de
bonis vacantibus.lib.x. ¶ Item aliud eſt inuentariũ quod fit ab epiſcopo in caſu l. nulli.C. de epiſco. & cleri.
Itẽ aliud quod fit per curatorẽ datũ ventri.de quo habetur de vẽtre in poſſeſſio.mittẽdo.l.j.§.pen. & notatur
de cura.bonis dando.l.j.ff.itẽ aliud quod fit per curatorẽ datũ bonis.de quo in d.§.pen.& in l.j.ff. de cura.bo
nis dando.nunquid autẽ curator datus liti teneatur conficere inuentariũ?dic ꝙ nõ de conſuetudine.vt not.gl.
in l.de creationibus.C.de epiſco.audien.& in l.actor.& ibi Bar.ff.rẽ ratã haberi.& notatur in deciſionibus ca-
pellæ Tholoſanæ,q.ccxlvij. ¶ Itẽ aliud eſt quod fit à creditoribus de bonis debitoris.de quo.ff.de bonis au-
tori.iudic.poſſiden.l.fi.circa medium.Itẽ aliud quod fit per curatorẽ adulti,vel tutorẽ pupilli. de quo in l.tu-
tor qui repertoriũ.ff.de adminiſtra.tuto.& in l.tutores.C.eo.de adminiſtra. tut. Et iſtud differt ab inuentario
7 hæredis.de quo in hoc §.*quia contra inuentariũ factũ per hæredem admittitur probatio in cõtrariũ.l.fi.§.li-
centia.C.de iure deliberan.vbi eſt mirabilis modus per tex.gl.& doc. probãdi negatiuã,de quo etiã per domi.
meũ in §.itẽ ſi quis in fraudẽ.in xvj.col.inſti.de actio.& per Alex.in cõſ.xxj.inci.viſo proceſſu.in iij.col.in j.vol.
*ſed

*ſed contra inuentariũ quod fit per curatorem adulti vel tutorẽ pupilli non admittitur probatio in contrariũ. 8
notatur in l.fi.C.arbi.tutelæ.Item differunt,quia in inuentario quod fit per hæredẽ non inferũtur tenores in-
ſtrumentorum,ſed ſolũ deſignantur,ſed in inuentario tutoris ſic.l.chirographis.ff. de adminiſtratio.tuto. cum
glo.de quo inuentario tutoris dixi ſuprà in titu.*des enfans de pluſieurs lictz*.§.*Entre bourgeois marchans*. in glo.
Par inuentaire.& vide Vitalem in loco hîc antè allegato,in xvj.colum.

ET aduertendum eſt *ꝙ donec hæres intendit inuentario non debet inquietari à quibuſcumque credito- 9 *Hæres*
ribus,ſiue conueniatur vt hæres,ſiue tanquã alius,prout dicit Cy.in d.l.fi.§.donec.C. de iure delibe.licet *interim dũ*
aliqui dicant quòd habet priuilegium illius §.donec. quando cõuenitur vt hæres,& nõ aliàs,per l.de eo.§.fi.ff. *inuentariũ*
ad exhibendũ.Tu dic ꝙ ille §.habet tãtum locũ quando cõuenitur vt hæres,& iſtã tenẽt omnes.in d.§. donec. *conficit nõ*
eſt inquietandus.

LImita ergo prædictum §.donec.in tribus caſibus,in quibus etiam conuenitur pendente confectione inuen
tarij.Primò fallit ſi non conuenitur vt hæres, ſed vt ſimplex poſſeſſor, fortè reali iudicio , quod intentari
poteſt contra quemlibet poſſeſſorem,etiam non hæredem.ff.de re iudica.l.Neſennius.§.fundum.

SEcundò fallit ſi vexatũr pro legatis ad pias cauſas factis , quæ non requirunt dilationem, vt legata alimen-
torum pauperibus relicta qui moriantur interim fame,vt tenent Cy.Bald.& alij in dicto §.donec.

TErtiò fallit in reſtitutione malè ablatorum,vel vſurarum, quibus non reſtitutis anima teſtatoris affligere
tur pœnis.Ita Cyn.& Bald.in dicto §.donec.

QVartò fallit in his quæ ſunt relicta pro funere faciendo , quia ante confectionem inuentarij debent ex-
trahi de hæreditate.Cy.& Bald.in dicto §.donec.

QVintò limita ſi ipſe alios inquietat vt hæres , quia illa dilatione pendẽte poterit cõueniri vt hęres pude-
factus ab eod.argumen.optimũ.ff.de iudiciis.l.ij.§.legatis.& in aut.conſequẽter.C.de ſen.& interlocu.
om.iudicũ. Ita tenet Vitalis in dicta clauſula , in j. col. vbi ſublimitãdo hanc limitationem dicit hoc eſſe verũ
niſi alios conueniret neceſſitate cõpulſus, eo ꝙ dilatio eſt periculũ allatura , vt quia debitores hæreditarij cũ
pecunia fugiunt . * & hoc eſt quia vbicunque mora ſiue dilatio eſt periculum allatura, receditur à regulis iuris 10 *De mora periculũ allatura.*
communis,& remittitur iuris diſpoſitio,etiã prohibitiua,vt tenuit per multa do.meus Iaſ.in l.de pupillo.§. ſi
quis riuos.ff.de noui ope.nuntia.¶ Aduerte tamen ad dictum Bal.& do.mei Iaſonis poſt Bal.in l.debitor. C.
de pac.quòd ſi creditor adeat hæreditatem debitoris cum beneficio inuentarij,poteſt citatis citandis implora-
re officium iudicis,vt ſibi aſſignet aliquam rem hæreditariam pro ſuo credito,de qua poſſit libere diſponere.

SExtò limita niſi eſſet in commodato facto defuncto,ſecundum Paul.de ca.in d.l.j.§.hæc ſtipulatio.xij.col.
ff.ſi cui pluſquam per legem Falci.& ita refert & ſequitur deciſio capellæ Tholoſanæ, quæſtione cclviij.

ET aduerte*ꝙ iſta exceptio, quòd qui eſt infra tempus conficiendi inuentarium impedit litis conteſtatio 11
nem,vt apparet ex tex.in d.§.donec.cũ dicat ꝙ quando quis eſt infra tempus conficiendi inuentarij,nõ po
teſt inquietari,quia per hoc impedit proceſſum,vt dicit do.Vitalis in dicto loco , & do. meus Iaſ. in §. licen-
tia.in d.l.fi.vbi legit.§. donec.cum §. illo.ita etiã tenet Guido pape deciſio.ccccclxxj.in iij.col.ibi,vtrũ hęc ex-
ceptio.& deciſio capellanæ Tholoſanæ q.cclviij.¶ Et limita etiam prædicta in ſupradictis caſibus quos ponit
Ang.in tractatu ſuo inuentarij,ſcilicet pro reſtitutione malè oblatorum,pro funere faciendo,quando alios in-
quietat.Item ſi inquietetur actione reali quæ datur contra poſſeſſorem, hoc caſu non dicatur inquietari vt hæ
res,cum ſequatur poſſeſſorem.l. Neſennius.§.fundum.ff.de re iudicata.

PER hoc aliàs dixi quòd exceptio,ſcilicet ꝙ triennalis poſſeſſor ſine lite non poteſt inquietari in petito-
rio & poſſeſſorio,per regulam pragmaticę ſanctionis,in titu. de pacificis poſſeſſoribus . in princi. impedit
litis ingreſſum ſeu proceſſum,propter illud verbum,inquietari ſeu moleſtari.

QVæ autem ſint exceptiones impedientes litis ingreſſum, ponunt Bar. & Alex.in apoſti. in l. amplius.ff. *Exceptiones impedientes litis ingreſſum.*
rem ratam haberi.dominus meus Iaſon in l.ait prætor.*la ſeconde*.in ij.colum.ff.de iureiur.Ange. de A-
retio in titu.de exceptio §.appellãtur.in xvij.colum.ponit aliquas regulas ad cognoſcendum quãdo exceptio-
nes impediunt litis ingreſſum.Et illas vide per deciſio.capellanæ Tholoſæ quæſt.lxvij.¶ Aduerte etiam quia
talis exceptio poteſt opponi poſt ſententiam in executione illius . deciſio Tholoſana cccxxj. quod intellige
verum vt ibi in additione.

MOdum autem opponendi tales exceptiones ponit do.meus Iaſ.multum ſingulariter in d.l.ait prætor. in
fi.ij.col.ff.de iureiu.Vide etiam Panormi.in c.olim.l.ij.in penul.colum.extrà,de reſti. ſpoliato. An exce-
ptio inopiæ & paupertatis impediat litis impreſſum.

ET ideo ex quo dicta exceptio , ꝙ qui eſt infra tempus conficiendi inuentariũ, impedit litis ingreſſum. Et
per hæc tota die practicatur,*ꝙ executio inſtrumentorũ non ſit contra hæredes infra tempus cõficiendi 12
inuentariũ.Tenet Bal.in d.l.fi.§.& ſi præfatã.& do.meus Iaſ.in d.§.licẽtia.Vitalis in dicto loco. ¶ Iuxta præ- *Quæſtio:*
dicta quæro nunquid inſtrumenta guarentizatoria , hoc eſt quę habẽt executionem paratam,in hac patria du-
catus Burgundiæ virtute ſigilli cancellariæ, vel in eccleſiaſtica virtute monitionis factæ in inſtrumento per
quandã clauſulam ſolitam apponi per notarios curiæ eccleſiaſticæ,quæ eſt, monitus fuit, poſſint mitti execu
tioni ad requeſtã & inſtantiam hæredis creditoris,vel contra hæredem debitoris, ita & eo modo quo contra
principalem debitorem,vel quo ad inſtantiam principalis creditoris? ¶ Videtur primò ꝙ ſicut poſſunt mitti
executioni contra principalem debitorem,ita etiam contra hæredẽ,per ea quæ dicit Bar.in l.poſtulante.ff.ad
Trebel.*ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ debitor poſſit capi & incarcerari,poterit etiam capi hæres debitoris , & incar 13
cerari hæres promiſſoris,quia ſtatutum debet recipere interpretationem à iure communi,per regulam d. l.po
ſtulante.quæ vult*ꝙ diſpoſitio loquens de aliquo habet locum in eius hærede.argu.glo. in l.ſi quis ſeruo.C. 14
de fur.& dicit Pau. de caſt. in d.l. poſtulante.quando ſtatutum loquitur de debitore deſcripto inſtrumento,
quòd fit extenſio ad hæredem,qui eadem perſona reputatur.Et ad prædictum text.& doctrinam Barto. faciũt
quæ dicit dominus meus Iaſon in l.ij.§.item ſi in facto.in primo notabili, in fine ſecundæ colum. ff. de verbo.
obli.& in §.fuerat.in xiij.colum.inſtitu.de actio.in l.diuortio.§.interdum.ff.ſol.matri. Panor. in conſilio ſuo
lxxxvj.in ij.col.in ij.volumine.Soci.conſi.ccxciij.in ij.col.

SI ergo hæres debitoris poſſit carcerari pro debito, multo fortius inſtrumẽtũ guarẽtigiatũ poteſt mitti executioni cõtra hæredes debitoris, & maximè quia vt dicit Io.de Imol.in d.l.poſtulãte.idẽ eſt in promiſſore.

COntrarium tamen eſt verum in hoc caſu noſtro, quia per noſtra inſtrumenta non poteſt quis excommunicari præciſè, nec noſtra inſtrumenta habent executionem paratam, niſi ex pacto & conſenſu partium ſe obligantium, ſcilicet quando ſe ſubmittunt iuriſdictioni cancellariæ, vel quando conſentiunt in eis fieri præceptum, quo caſu non poteſt fieri executio contra hæredem ſicut contra debitorem. per ea quæ dicit dominus meus Iaſ.in l.ſi deceſſerit.in ij.colum.ff.qui ſatiſda.cogan.vbi dicit aliud eſſe in ſtatuto, aliud in pacto, & rationes diuerſitatis ibi aſſignat.

15 *Inſtrumenta guarentigiata.* ET dicit do.meus Iaſ.in l.certi condictio.§.qnoniam.in v.col.ff.ſi cer.peta. * quòd inſtrumentum guarentigiatum habet executionem paratam contra principalem debitorem, non contra tertium poſſeſſorem.

ET etiam quando executioni demandatur, habet executionem paratam ad inſtantiam principalis creditoris, & non alterius, quomodocunqun eius interſrt. Ita etiam tenet idem do: meus in l. ſi quis nec cauſam. in ix.col.ff.ſi certum pet.per doctrinam Bal.in l.ſi pro te.C.de dotis promiſſione.

ET ideo videmus ꝙ talia noſtra inſtrumenta de cõſuetudine & practica ſolẽt cõtinere oppoſitionẽ quãdo mittuntur executioni cõtra hæredes, aut ad petitionem hæredis, quæ practica eſt obſeruanda.l.minimè.ff. de legi.& dicit Panor.in c.cũ ad ſedẽ.in ix.col.extrà, de reſti. ſpolia. Infinita alia circa confectionẽ inuentarii ponit Vitalis in dicto loco, vbi tractauit per quinque folia, & dominus meus Iaſon poſt alios in d.l.fi. C. de iure deliberan.quæ materia cùm ſit amplè ibi diſcuſſa, non amplius inſiſto.

16 *Inuẽtarium bonorum clerici.* ADuertendũ * ſolũ ad vnum, quis debeat facere inuentariũ de bonis præſbyteri defuncti vbi eſt hæres laicus inſtitutus, an iudex ſecularis, vel eccleſiaſticus? Vide Gui.pape q.cclxj.vbi dicit ꝙ debet fieri per curiã ſecularem, quia mutatione perſonæ bona quæ erant affecta priuilegio clericali deſinunt eſſe eccleſiaſtica, & cõditionẽ hæredum ſequuntur. Caſus eſt ſingularis in l.Paulus reſpondit per procuratorem.in §.j.ff. de acquirẽ. hæredi. Et iſtud voluit dicere Spec.in tit.de cleri.coniugatis.§.j.verſi. ad huiuſmodi.ibi, dum dicit, aliàs non tenetur eccleſiaſticus, quia mutata perſona mutatur ſtatus rei &c.vide ibi per eum.

IN TEXTV IBI, Ilz ſont tenu de l'impetrer du prince.

1 NON video vnde hæc cõſuetudo procedat, cũ * fruſtra precibus imploratur quod iure cõmuni cõceditur. l.vnica.C.de theſau.lib.x.do.meus Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi is cui opus.ff.de noui ope.nũ.gl.in c.fi.ff. de decimis.

2 *Nota.* ¶ Et aduerte * ꝙ ea quæ à principe impetrãtur, cenſentur impoſſibilia.l.apud Iulianũ.§.fi.ff. de leg.j.& ideo cũ tanq̃ iure ſpeciali cõpetant, nõ ſunt in cõſideratione.l. iiij.de fideicõ. liberta.notatur plenè per Geor.

3 Natan in repeti.clemẽ.ſæpe.de ver.ſig.in prin.in iiij.nota.vbi etiam ponit * quòd ea quæ princeps faciliter concedere ſolitus eſt, non ſunt impoſſibilia.vide eundem ibi.& dixi alibi ad aliud propoſitum.

ADDITIO. Sed quicquid ſit, qualitercunque faciliter cõcedatur à principe, non tàmen ita faciliter impetratur à principe ſi ſimpliciter à iudice impetrãtur: quę potuit eſſe cauſa admonẽdi tres ſtatus patriæ ad cõſentiendũ huiuſmodi artic.in quo.ſ.cõſentiũt quòd id quod eiſdẽ de iure ſimpliciter cõpetebat, ſibi princeps reſeruaret, vt tolleretur huiuſmodi facilitas aditionis hęreditatis per huiuſmodi beneficiũ inuẽtarij, quæ videtur quodãmodo eſſe & defuncto hæredi opprobrioſa, & creditoribus dãnoſa. Nec per hęc dicendũ eſt ꝙ iſtud ius ſit ita reſeruatũ principi, ꝙ poſſit ſibi applicare abſq; ꝙ teneatur cõcedere petẽti, q̃m etiã de iure poteſt impetrari à principe, ita ꝙ princeps nõ poteſt denegare.d.l.ſcimus.§.& hoc quidã.C.de iure delib. ſecundũ quem text.iã erat in altercatione an deberet à principe impetrari. * ¶ Et aduerte etiã ꝙ aliquãdo precibus imploratur quod iure cõmuni cõceditur, vt c.quia in cauſis.extrà, de procu.ca. ex tuarũ.de vſu pallij.c.ij. de do.vt per plura corroborat Luc.de Pen.in l.omnes.col.iij. C.de caſtrenſi omniũ palat.peculio. lib.xij.vbi

4 *Quæſtio.* ponit plures rationes, ex quibus hęc cõſuetudo nõ poteſt dici ſuperflua, nec fruſtratoria. ¶ Et etiã aduerte, * quia in his quę iure cõmuni diſponũtur poteſt princeps mãdare ſine cauſæ cognitione: & hoc quia ſolet plus teneri quod ſpecialiter pollicetur q̃ quod generali expreſſione cõcluditur.xxiij.diſt.c.quãquã.& ita dicit Luc.de Pẽ. in l.iij.C.de mãcipiis & colonis patrimo.lib.xj. ¶ Item etiã quęri poſſet vtrũ iſtud beneficiũ principis ſit perpetuum vel annale, hoc eſt quærere an debeat impetrari infra annum, an verò etiã poſſit impetrari poſt annum vſq; ad xxx.annos à tẽpore mortis illius de cuius ſucceſſione agitur.tex.in d.l.ſcimus.§.ſimilíq; modo.cũ l.ſeq. videtur tenere ꝙ quãdo res ſunt pręſentes, ꝙ poſt xxx.dies debet inchoari, & finiri poſt lx.& ſic ſunt tres mẽſes. Si verò ſint abſentes, infra annũ debet finiri: & ſi impetretur à principe, iſtud debet eſſe infra annũ, & pro anno tãtũ.ita dicit tex.in d.l.ſcimus.§.ſinautẽ à locis.C.de iure delibe. Et ideo quia cõſuetudo noſtra nihil diſponit de tempore, eſt recurrendũ ad diſpoſitionẽ iuris.& ideo ſi impetratur poſt illud tempus, debet etiam impetrari quòd releuetur de tempore elapſo.& ita ſemper vidi fieri, practicari, & communiter obſeruari.

§. DECIMOQVARTO ET VLTIMO.

AV regard des gens de religion profes, qui pretendent venir à ſucceſſion de pere & de mere, & autres collateraulx, la choſe demeure en telle vſance qu'elle a peu eſtre par cy deuant. Et pour ce que lon veult dire que par ordonnãce & couſtume du royaulme, gens de religion profes ne peuuẽt ſucceder à pere ne à mere, à autres collateraulx, & que les religieux de l'ordre de Ciſteaulx dient auoir priuilege & vſance au cõtraire, lon ſ'en informera, pourueu l'information en eſtre ordonnée par mondict ſeigneur, ainſi qu'il appartiendra.

IN baliuatu de Chaulmont & Baſſigny ſuccedunt parentes clericis ſecularibus, non autem religioſis, nec religioſi ipſis.idem in balliuatu Melden.

1 AN autẽ * valeat ſtatutum ſeu conſuetudo, ꝙ ingredientes monaſterium nõ ſuccedant, vide per do.meum Iaſ.in l.fi.in vij.col.C.de pac.vbi plenè diſputat hanc materiam, & per do.Feli.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.in xxvj.col.extrà, de conſtitutio. & quia nolo impugnare conſuetudinem ſeu ſtatutum, nihil

nihil aliud dico. ¶ Aduerte etiam, quòd consuetudo non potest facere quòd monachus possit testari. Bal.in aut.ingressi.in j. colum.C.de sacrosanctis ecclesiis. Idem ergo de canonico regulari, cum prohibita in monacho censentur prohibita in canonico regulari.gloss.j.in l.j.C.quæ sit longua consuetudo.

QVantum ad hanc materiam, quid de iure dicendum sit, dominus Nico. de Vbaldis in tractatu suo successionum clericorum tam regularium quàm secularium dicit* quòd duplices sunt religiosi, quidam mẽdicantes, quidam non mendicantes. de mendicantibus dicit plenè, scilicet de fratribus minoribus, qui sunt fratres ordinis sancti Francisci, de quibus etiam vide Roma.consi.cclxviij. 1 *Religiosi duplices.*

¶ De prædicatoribus & fratribus sancti Augustini, an possint habere immobilia, Roma.consi.ccxxxv.

NVnquid autẽ succedant ponit Abb. in cõsi.suo.xxvij.in ij.vol.de prædictis mẽdicantibus, & aliis nõ mẽdicantibus, cũ plenè ponat Nico.in d.loco, non aliter insisto, sed cũ dubium in prædictis euenerit, ad eum recurrendum est. ¶ Vide etiam Lucam de penna in l.certa forma. C. de iure fisci.lib.x. & ibi an si mendicantes fuerint spoliati, possint officio iudicis restitui & reintegrari. Et ibi etiam quid de excommunicato spoliato.

DE Carmelitis, an possint habere propriũ, ponit Ang.in consi.xcj.inci.sancta Carmelitarũ religio. De quibuscũque verò religiosis, quẽcunq; ordinẽ profitẽtib9, videatis Feli.in c.ĩ pręsentia.extrà, de proba.& per G.Benedicti in sua repeti.c.Raynu.in verbo, mortuo itaq; testatore.j.nu.ccxlvij.vsque ad ccciij.de test.extrà.

IN TEXTV IBI, *Religieux profes.*

INtellige scilicet expressè, quia analogum per se positũ stat in suo famosiori significato.l.j.§.qui in perpetuũ.ff.si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur.facit.c. pe.extrà, de senten. excõ. sed quia in hoc casu consideratur an quis sit religiosus, aut non, ita ꝙ debeat aut possit relinquere religionem, crederem ꝙ etiam intelligi debeat in professo tacitè post annũ probationis à tempore assumptionis habitus professorum, cũ tales in genere religioni obligentur.c.constitutionẽ, & ibi notatur, extrà, de regularibus.in vj.faciunt notata in cle. res.eo.tit. Et videtur ꝙ tacitè professus concurrẽ.illis de quibus per Pa. in c.ad nostrã. extrà, de regularibus. habetur pro religioso.& est taliter obligatus ꝙ nõ potest amplius redire ad mundũ, ex quo nõ est amplius successibilis actiuè & passiuè. Et intellige etiã ꝙ religiosi nõ succedũt etiã si cõuentũ & religionẽ reliquerint apostatando, vt tenet Ludo.Ro.in consi.cclxviij. incip.in casu proposito. ita tenet Benedicti in repeti.c. Raynu. in verbo, in eodem testamento relinquens.nume.cxxiiij.& in verbo, & vxorem nomine Adelaliam.nu.ccxxv. vsque ad nu.ccxxvij.de testa. Aduerte tamen, quoniam vt dicit Bar.in l.cum hæredes.§.fi.ff.de acquiren. possess. conuersi sunt liberi, & succedunt. Et tamen conuersa nubere non potest, vt videtur de hoc esse gloss. in l. mulieri & Titio.in verbo, proderit.ff. de conditi.& demon.quod quomodo intelligatur, vide Panormi.in c. consulti.extrà, de regula.& transeunt ad religio.*

IN TEXTV IBI, *Coustume du royaulme.*

ET sic videmus ꝙ hęc patria tãquã inferior & depẽdẽs à regno Frãcię, subiicitur & regi debet legibus superioris, quod fieri debet, cũ patria inferior regi debeat legibus superioris.§.fi. vbi doc.notãt, & ibi tex.in fi.de satisd.& est gl.ordinaria in l.ex ea.ff.de postulã.tenet Io.An.in addi.Spe.in rub.de treuga & pace.j.q.& Bal.in l.cũctos populos.C.de sum.tri.G.de Cug.in l.ingenuũ.ff.de statu hominũ, Io.Bap.& moderni in repe. l.omnes populi.in j.q.principali, in primis chartis.ff.de iusti.& iu.facit.c.cũ olim.de cõsue.& c.de his.xij.di.vbi dicitur ꝙ ecclesię ĩferiores debẽt gubernari secũdũ ius & cõsuetu.ecclesię supioris, de quo latè p Soci.ĩ cõs.7.

ET aduerte quòd tempore quo hæ consuetudines fuerunt in scriptis redactæ nondum constabat de consuetudine generali Franciæ, quæ habet quòd religiosi non succedunt. Cum tunc consuetudines in regno Franciæ, nec approbatæ erant à principe, nec in scriptis redactæ, sed cum hodie de his notoriè constet, tenendum est pro firmo, quòd religiosi etiam apud nos non succedant parẽtibus, etiam patri aut matri, nec aliis quibuscunque, & quod nunc non est opus alia informatione.

EX quo dixi in contingentia facti quòd venerabiles viri abbas & cõuentus S.Stephani Diuionen.de ordine canonicorũ regulariũ S.Aug. impetrãtes in materia guardiæ & saisinæ, & frater Droynus Gastereaul adiunctus ad causam successionis quondam honorabilis viri magistri Ioan. Gastereaul eius fratris, repellendi erant per fines nõ recipiendi in prædicta materia cõtra proximos parentes illius defuncti, maximè ex quo primò quo ad dictos abbatem & cõuentũ, verba cõsuetudinis nostræ suprà descriptæ in j.arti.huius tit.quę dicũt, *Le mort saisist le uif, le plus prochain habile à luy succeder*, non illis cõueniunt, quia nõ sunt proximi, ergo nec eis cõuenit dispositio.l.iij.§.toties.ff.de dam. infec. Etiã quia recta via & sine medio possessio per dictos abbatem & cõuentũ prætensa nõ potest transire in ipsos, sed tantũ medio dicti fratris Droyni religiosi:& sic essent duo specialia circa vnum & idem, quæ nõ cõcurrunt simul circa idem, vt notatur in l.j.C.de dotis promissione: maximè in possessione ciuili à statuto seu cõsuetudine introducta, vt dicit Bal.in rub. extrà, de causa possess.& proprietatis.& in hoc casu etiam opus fuit facto, scilicet aditione dicti fratris per licẽtiam expressam abbatis, etiam facto ipsius abbatis post. Cum ex quo per alium, & non per se non sufficit nuda voluntas, vt dicit glo.fi.in simili, in l.si solus hæres.§.fi.ff.de acquir.vel amit.hæreditate.

NEC eisdẽ suffragari potest dispositio iuris cõmunis, quia possessio nõ trãsfertur ex dispositione iuris nisi per apprehensionẽ facti, vt est tex.in l.cũ hæredes.ff.de acqui.posses. Nec etiã dictũ Bal.in aut.licẽtia.in ij.col.C.de episc.& cle.qui dicit ꝙ quãdo moritur prælatus trãsfertur ciuilis possessio in ecclesiã, quia nõ credo hoc esse verũ, eoꝙ ecclesia nõ habetur loco filij nisi p fictionẽ & repręsentationẽ, quę nõ potest cadere cũ alia fictione, vt dictũ est, vel etiã quia si sit vera doctrina Bald.in suo casu, eo ꝙ ibi succedit per se ecclesia, & non per alium, ex quo sufficit nuda voluntas: secus vbi succeditur per alium.& hoc casu vt dictum est suprà.

NEC etiam ipse frater Droynus potest dicere se saisitum, nec prætendere aliquod possessoriũ in successione dicti Gastereaul eius fratris, eo ꝙ hoc casu haberet possessionẽ ciuilẽ sine animo, quod esse nõ potest.l.iij.§.in amittẽda.ff.de acq.vel amittẽ.posses. Cũ sit religiosus, & sic nõ habẽs velle neq; nolle.tex.in c.si religiosus.de elec.in vj.& c.fi.de sepul.eo. lib. Et certũ est eos nihil habere aut possidere, vt est tex.in c.nõ dicatis.xij.q.j.& cũ nõ habeãt propria, & renũtient seculo, cẽsentur mortui, vt in authẽ.ingressi. vbi gl.j.quę his

O ij.

verbis vtitur.C.de sacrosan.eccl.Et iste animus nõ potest declarari, nisi expressa licentia abbatis, quę debuit pręcedere actũ manutẽtiõis & guardię.Nec potuit intẽtare actionẽ de per se.notatur in c.licet.de regulari.ext. in c.in presentia.de proba.Feli.in c.causam.eo.ti.& notatur in l.j.C.de sa.san.eccl.Corsetus in singularib⁹ suis. in ver.licẽtia.& debuit esse expressa, nec sufficit tacitus consensus, prout declarat Io.An.in c.si abba.de elec.in vj.& dicit suprà in tit.*des droictz & appar.a gens mariez*.art.vij.in gl.*se ce n'est du cõsentemẽt.* versi.aliquando requiritur licẽtia &c.q̃ bene faciũt ad istud, vbi etiã dixi ꝙ debet dari in scriptis, de qua expressa licentia nõ cõstabat in discursu processus, nec in scriptis, ex quo non sufficit illa comparitio facta per dictos abbatem & conuentum cũ dicto fratre Droyno, quia non sit idem in licentia sicut in autoritate & cõsensu. de quibus ibi dixi, & habetur per G.Benedicti in sua repeti.c.Raynutius.in verbo, matrem insuper Cleram.nu.xliiij.de testa. quam suprà allegaui in §.iij.in glo.in titu.*des enfans de plusieurs lictz.*

PRO repulsione etiã dictorum abbatis & conuentus, & religiosi multum mouebat ex hac consuetudine, quæ in totum se conformat in hoc in omnibus religiosis cõsuetudini generali Franciæ, de qua tunc non cõstabat, nisi quia ita dicebatur apud illos qui cõsuetudines nostras cõpillauerũt, præterquã in religiosis ordinis Cisterciẽ. qui tunc dicebant se habere priuilegiũ in cõtrariũ, de quibus tunc fuit ordinatũ, ꝙ super his fierent informationes, vt tandem ordinaretur per principem super hoc, prout iuris esset & rationis.

ADDITIO. In hoc enim ꝙ hæc nostra cõsuetudo se refert cõsuetudini Frãciæ, standũ est in omnibus illi cõsuetudini, cũ omnia quæ sunt in termino ad quẽ fit relatio cũ qualitatibus suis, censentur esse in termino referẽte.l.à filio.§.pater.ff.de alimen.& cibariis leg.& per Bar.in l.sancio.leg.ff.de pœn. & in l.si ita scripsero.ff.de cõdi.& demõ.& facit regula quæ habet ꝙ omnes interpretationes quas recipit lex interpretata, recipit etiã lex interpretãs.in aut.de filiis ante dotalia instrumẽta natis.in prin.& in l.nihil.& ibi Bar.ff.de coniungendis cum emancipatis liberis.Soci.in consi.cclxxxviij.in ij.col.in ij.volumine.*

OR nunc cũ de generali cõsue.Franciæ constet ex consuetudinibus regni Franciæ de nouo approbatis per principẽ, & in scriptis redactis, ex quo sunt notoriæ, non est amplius hæsitandũ ꝙ hæc consuetudo omnes religiosos excludit à successione parentũ præterquã Cistercienses, de quibus nihil adhuc est dispositũ, cum etiã adhuc de priuilegio eorũdem nõ constiterit.Et sic nunc apud nos pro firmo haberi debet ꝙ cõsuetudo generalis Francię, ad quã fit relatio per nostrã, est obseruanda, etiã in Cistercien. donec cõstiterit principi de eorũ priuilegio & ordinatione super hac per principẽ facta, de qua generali consuetudine etiam faciũt amplè mentionẽ Mansuerius in sua practica. G.Benedicti in loco hìc antè allegato.& Nico. Boherij in cõsue. Bituricen.tit.de testamentis.in fi.Et dicit expressè idem G. Benedicti ꝙ in regno Franciæ non habet locũ dispositio d.aut.ingressi.C.de sacrosan.eccle.nec in l.fi.C.de episco.& cleri. Imò per ingressum religionis habentur pro mortuis, ita quòd eis succeditur ac si mortui essent, vt dicunt supranominati G.Benedicti & Mansuerius.

¶ Et Benedicti in dicta repetitione, in dicto verbo, & vxorem.nume.ccxxiij.*

ET si etiam ita esset ꝙ religiosi succederent in regno Francię, & consequenter ecclesiæ vbi religiosi essent, esset annihilatio tẽporalitatis in republica, cum semper religiosi ad se traherent omnia temporalia, nec aliquid ab eis haberetur, quia succederẽt laicis, & laici eis nõ succederent, sed eorũ abbates, & sic ecclesię, & cõuentus, ideo nulla æqualitas obseruaretur, & attraheret successiuè ad se ecclesia omnia tẽporalia, quod esset in grande præiudiciũ seu detrimentũ reipublicæ. Ex quo sunt ordinationes in regno circa admortisationes, seu admortisamenta, ꝙ.s.temporalia ad homines mortuos, quibus laici nõ succedunt, nõ trãsferantur sine licentia & permissione principis.Ex quo gentes regię in talibus successionibus vbi sunt tẽporalia, quæ hoc modo deuenirẽt ad ecclesias debẽt insurgere, & illis cõtradicere, nisi cõstet de expressa licẽtia & ꝑmissiõe principis, quia aliàs sequerẽtur incõueniẽtia in republica, de quib⁹ hìc antè. ¶ Nec etiã in hoc eisdẽ suffragari posset, ꝙ si ecclesia nõ est capax aliorũ, saltẽ religiosus eius vita comite, quia ĩ hoc sequeretur aliud incõueniẽs, ꝙ ei⁹ vita comite esset dominus & possessor, & sic haberet propriũ, quod est cõtra substãtiã regulę monachalis, & cõtra iura præallegata, & finaliter semper post mortẽ illius deueniretur ad primũ incõueniẽs, ꝙ eidẽ religioso succederet abbas, & sic deueniret successio ad ecclesiã, cõtra interesse reipublicę, de quo suprà. Ex quo cũ monachi & religiosi sint mortui mũdo, ita ꝙ ei nõ succeditur per laicos eius parentes, etiam illis succedere non debent.

QVicquid sit, cõsuetudo est ferè generalis ĩ toto regno, ꝙ religiosi nõ succedũt suis parẽtibus.& hãc cõsuetudinẽ allegauit & approbauit princeps.s.dux Burgũdiæ in eius patria tãq̃ existẽte de regno, vt hic videm⁹. ¶ Videtur ꝙ hęc cõsuetudo nõ valeat, per gl.in c.pręsens.xx.q.iij.in verbo, in locũ.in fi.q̃m videtur esse cõtra libertatẽ ecclesiasticã.s.cõtra aut.C.de sacrosan.eccl.ingressi.& cõtra.l.fi.C.de epis.& cle.& aliis plurib⁹ modis posset impugnari.Mãsuerius tñ in sua practica, in ti.de succes.test.& vltimis volũ.§. itẽ per cõsuetu. regni.facit mẽtionẽ de hac cõsuetudine generali Frãciæ, vbi dicit*monachos in Frãcia haberi ꝓ mortuis, ita ꝙ nec per ꝓfessionẽ eorũ bona ecclesię dedicãtur tacitè q̃ à successione parentũ ante ingressũ religionis habuerant vel acquisierãt, & per professionẽ aliis accrescunt parentibus in gradu parẽtelæ proximioribus, & de iure proximioribus de iure succedere debentibus.facit l.si quis presbyter.C.de episco.& clericis. si episcopi aliter prius non disposuerint, aut expressè bona illa non dedicauerint, quia finguntur postquã semel professi fuerint,

1 Monachi habentur ꝓ mortuis.

2 nunquã fuisse hæredes, aut bona habuisse. * Nec posset papa dispensare vt monachus succedat in temporalibus, etiam si talis monachus factus esset episcopus, vt dicit ipse Mansuerius.Et sic in regno Franciæ non habet locum dispositio dictæ aut.ingressi.C.de sacrosan.eccle.Nec etiam l.fi.C.de epis.& cleri.

ET talis cõsuetudo contra prædictas leges diu in regno Francię obseruata in foro conscientiæ est tenenda, ita ꝙ etiã denegantes partagiũ religiosis in foro cõscientiæ non peccãt, & quia sic viuere cõsuetũ est in Frã-

3 cia.faciunt q̃ in simili dicit Card.Zaba.in c.cũ ad monasteriũ.de statu mona.*vbi loquitur de religiosis comedentibus carnes cõtra eorũ regulã ex vsu immemoriali in monasterio:& etiã de monialibus, quæ de clausuris cõstitutionẽ nõ receperunt, quia si vsu immemoriali in monasterio fuerit obseruatũ, nõ peccant.ita etiã tenet Feli.in c.nã cõcupiscẽtiã.col.iij.in j.fallẽtia.extrà, de cõsti.quoniã vidẽtur prædictas cõstitutiones nõ recepisse. Ex quo ergo Galli & Frãcigenę nõ receperũt prędictas leges.s.aut.ingressi.& l.fi.suprà alle.nõ ligãt eos, q̃a nõ fuerunt

3 De religiosis carnes contra regulã comedẽtib⁹.

fuerunt per eos receptæ in obseruantia, & ideo nō ligāt, vt tenet gl.nota. in c.j. de treuga & pace. Et ibi plenè Feli.& do.meus Ias.in l.rē non nouā.col.j.C.de iudi.& in l.de quibus.in viij.col.ff.de legi.Alex. in consi.vj.in ij.col.in j.vol. & in consi. cxxxij.eodem.j.vol.& in consi.xviij.in ij.vol. ¶ Et etiā* quia cū sint leges Romanæ seu Romanorum imperatorum,non ligant Gallos,cum nunquam a Gallis fuerint receptæ, imò eas exteras le ges appellant,prout etiam summi pontifices eas ita appellant.c.de accusationibus.iij.quæst.v. 4 *Leges Romanæ à Gallis nō receptæ*

ADDITIO. Vide de hoc plenè per Mat.de affli.in præfatione constitutionū regni Siciliæ, in xx.q.Sed an abbas possit monachū sui monasterij dispensare ad succedendū suis parentibus, & de bonis disponendū, vide Bertrandi in consi. xlj.in iij. parte. * ¶ Et est talis consuetudo tolerata per summos pontifices & totum clerum,qui tanto tempore quo vsi fuerunt non contradixerunt.ex quo satis ad euitandū peccatū,secundum gl.in c.gratia.de rescrip.lib.vj.in ver.de iure.pro qua facit tex.in c. quod translationem. de offi.ordi.& gl.in c.quoniam vt ait scriptura.de vita & honesta.clerico.& in c.vir autem. de secun.nup. de qua tolerantia,quid operetur,vide do.meum Ias.in l.omnes populi.in ij.lectura.in x.col.ff.de iusti. & iure.& in di cta l.rem non nouam.in ij.col. & glo.in c. quod super. extrà,de consangui.dicit quòd inducit dispensationem, contra tamen Panor.in c.iam dudum.& ibi tex.extrà,de præben. *Tolerantia quid operatur.*

ET videtur hæc consuetudo satis esse fundata iure diuino,Deutero.xviij.vbi dicitur, Non habebunt sacerdotes & leuitæ,& omnes qui de eadem tribu sunt,partem & hæreditatem cum reliquo Israel,quia sacrificia domini & oblationes eius (id est bona ecclesiastica) comedent, & nihil accipiant de possessione fratrum suorum,dominus enim ipse est hæreditas eorum.

ET hanc cōsuetudinē generalē satis approbāt domini de Rota decisiōe sua.j.in tit.de cōsue.in antiquis.inci. supposito de cōsuetudine.vbi dicūt* ꝙ si consuetudo excludat à bonis paternis professum,si exinde apostatando exeat monasteriū,& de facto matrimoniū contrahat, adhuc remanet ad succedendū inhabilis virtute consuetudinis.ex quo præsupponūt talē consuetudinē valere.cū quibus sine alio fundamento transit Feli. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.in xxvj.col.extrà,de constitu.ver. sexto quæro. idē tenet Pet. Iaco. in titu.de causis ex quibus vasal.debet amit.feu.versi. & si quæstio sit,an monachus. Nec talis consuetudo est contra libertatē ecclesiæ,quia nihil ecclesię aufertur,sed eidē non defertur,cū bona tēpore cōsuetudinis adhuc ecclesię quæsita nō erāt,vt dicit Bar.in cōsi.suo xxxv.incip.quidā colla.Pauli.dixi infrà in tit.*des successions des bastardz*.§.v.in glo.j.in fi.vbi dixi quòd princeps potest statuere super iure quærendo ecclesiæ,non super iure quæsito. 5

Des successions des bastardz. RVBRICA VIII.

AN bastardi* possint fieri successibiles per consuetudinem seu statutum, vide Aluaro. in c.j.§. & quia videmus.in viij. colū.qui feud. dare possunt. in vsibus feudo. & vide Bal. in l.j.C. de iure aureorum annulo.qui dicit quòd sic.& Calde.in consi.iiij.incipien.an valeat.sub rubri.de consti. & do. Abbas in c.per venerabilem.in viij.quęst.extrà,qui filij sint legiti.qui tenēt quòd sic.Petrus de Ancha.in regula,possessor.de regu.iur.lib. vj.tenet contrarium. & etiam primam opinionem tenet Barto.in l.hæredibus.§. Titius.ff.ad Treb.vide Barba.in consi. xxxiiij.in antepe.& pe.col.in ij. vol.& Card.Alex.in c.cùm haberet.extrà,de eo qui duxit in matrimonium quā polluit per adulterium.plenissimè per Pau.de ca.in consi.ccccl xv.incip. viso puncto.in j.ij. & iij.col. & per totum, in consiliis nouis,in impressione noua.notatur plenè per aliquos in l. testamenti factio.in iij.iiij.v. & vj.colū.ff.de testamen. ¶ Vide Boerium in consuetu. septenæ Bituricen.titu. de testa.§.vij. dicit tamen Lucas de penna in l.mulieres.colum. vj.C.de incolis lib.x.* quòd fornicatio in minus punitur quàm alia crimina,quia natura humana facilè labitur ad delicta carnalia,& vt dicit,quia difficile est continere,& pauci sunt continentes. *Bastardi successibiles fiunt statuto.* 2 *Fornicatio.*

ET aduerte * ꝙ bastardus aut naturalis idem est,vt dicit glo.in rub.ff.de concubinis.quam alleg. Alexan. in consi.cxxviij.in penul.col.ibi,& bastardus & naturalis. in j.volu.Et aduerte * ꝙ septē sunt genera filiorum:quidam sunt legitimi & naturales,quidam legitimi & ciuiles,quidam legitimi & spirituales,quidam naturales tantùm,quidam naturales sed ex post facto naturales & legitimi,quidam spirituales tantùm,quidam nēque naturales neq; legitimi,vt sunt spurij,incestuosi,vel ex damnato coitu secūdū legem humanā nati.& quæ differentia sit inter spurios natos, & māseres,ponit omnia prædicta Hosti. in summa, qui filij sint legitimi. in prin.glo.tamen in §.j.insti.de adopt.ponit tantùm quinque genera filiorum. 3 *Bastardus & naturalis idē* 4 *Filiorū genera.*

§. PRIMO.

SE vng bastard, ou bastarde va de vie à trespas sans hoirs legitimes de son corps, mon seigneur le duc luy succede en tous ses biens, quelque part qu'ilz soyent aßiz, ou soyent en lieu de mainmorte, ou autrement, en payant & supportant par mondict seigneur les charges reales des heritages, & payant les debtz, & en demeure saisy mondict seigneur, lequel est tenu de mettre hors de ses mains les heritages de la mainmorte dedans lan & iour apres le trespas dudict bastard ou bastarde.

BALD.in l.certum.in v.col.C.vnde legitimi, & vnde cogna.dicit * quòd spurio seu bastardo filius spurius non succedit,sed fiscus, & dicit tex.in l.spurius.ff. vnde cognati.quòd spurio iure consanguinitatis & agnationis non succeditur ab intestato , sed bene iure cognationis seu proximitatis mater aut frater ex eadem matre ei succedit, ex quo bonorum possessionem vnde cognati petere potest. facit l.hac parte.ff. eodem.vnde cognati. & dicit Barto.in l. fi. in j.col.ff. de his quibus vt indignis. quòd eo modo quo succedunt spurij parentibus,eo modo succedunt illis parentes,allegans Azonem istud dicētē in summa.C.de legitimis hęredibus.refert & sequitur Alex.in cōsi.cl.inci. viso themate suprascripto.in j. & ij.colum. in ij.volu. vbi dicit * quòd sicut spurius non succedit patri. authen. ex complexu.C. de secund. nup.& in l.j.C.de naturali.liber.ita nec econtrà pater potest succedere filio spurio.ita dominus meus Iason in §.pœnales.in x.colum.insti.de actio. 1 *Spurius spurio non succedit.* 2 *Pater nō succedit filio spurio.*

Quæstio. CVM ergo vt dictum est, de iure parentes spurio non succedant, succedet fiscus.* sed quæro nunquid tutor spurij pupilli excludet fiscum? ponit Bal.in l.nutritoribus.C.communia de successio.quòd sic, sed Bar.ibi tenet contrarium.non insisto cum nihil possit seruire.

Quæstio. QVæro plures sunt domini barones, & alij espiscopi, qui dicunt se habere omnimodã iurisdictionem in aliquibus locis in Burgundia cum duce seu principe per præuentionem, ita ꝙ si præueniant, dicunt se vti posse eadem potestate qua princeps, vt est episcopus Heduensis in aliquibus locis ciuitatis Heduensis, nunquid si moriatur ibi in illis locis spurius sine filio legitimo & naturali, si tales præueniant in occupando bona spurij, debeant illi succedere? ¶ Dic breuiter quòd non, quia exceptio præuentionis iurisdictionis non habet locum in fisco successore, vt tenet Ang.in l.cum quædam puella.in princi.ff.de iurisdi.omnium iudi. quem alleg.Martinus de Laude in tractatu suo de fisco.versic.cxj.

IN TEXTV IBI, *Succede.*

Fiscus hæres. DIC ꝙ in hoc fiscus est loco hæredis, non filiorum, prout tenet Bal.in l.prima.in j. colum.C. de bonis liberto.& Barto.in l.non intelligitur.§.cum ex causa.ff.de iure fisci.& in l.inter eos.§.fina.ff.de fideiussor. & Martinus de Laude in tractatu suo de fisco.versi.lxxxvj.Sed an intelligatur istud verbum tam ex testamento quàm ab intestato, vide infrà eodem titu.§.fina.in glo.fina.vbi plenè.

ADDITIO. Aduerte ꝙ, succedere, hîc ponitur impropriè, & tantum est dicere quod ponitur in locum hæredis, cum verè non sit hæres, secundum quod dicit glo.in l. si hæreditas.§. qui filium.ff. de testamen.tutela.& similes expositiones vide per Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, post mortem.in quinto notabili, in tertio libro.*

SED quia vt hîc dicitur, est hæres fiscus, & hæres habet ius deliberandi, vt l.cum antiquioribus.C. de iure deliberan.nunquid etiam fiscus seu procurator regius, qui loco fisci hodie habetur, habeat ius deliberandi, & ita ad eum transmittatur sicut ad hæredem? Cy.in addi.in l.si quis mihi bona.§.si quis planè.ff. de acquirenda hæredita.quem ibi allegat & sequitur Bald.& tenet quod sic, quod nota.

IN TEXTV IBI, *En payant & supportant par mondict seigneur les charges reales.*

1 *Res transit in fiscũ* 2 *cũ suo onere.* PER hoc apparet ꝙ hæreditas transit in fiscum cum suo onere, * & ideo fiscus succedens priuato præstat onera quæ priuatus præstabat.l.fiscus.ff.de iure fisci.ex quo plus dicit Spec.in tit.de feudis.§.ij.versi.xxiiij. Queritur, *quòd si res succedat alicui seu feudatario, qui tenebatur facere homagium suo subdito & feudatario, quòd etiam rex Franciæ tenetur illi suo feudatario facere homagium pro illo feudo in quo successit, quia res transit cum suo onere.l.ij.C.de prædi.nauicul. lib.xij.c. recolentes. extrà, de statu monach.c. cum non sit. extrà, de decimis.Spec.in d.§.ij.versicu.ix.quæritur.in fi.

NVnquid autem transeat hæreditas in fiscum cum onere legatorum? text.est & ibi Barto. in l. si seruus plurium.§.si quis.ff.de lega.j.vbi habetur quòd sic.quod intellige vt per do.meum Iasonem in dicto §.si quis ante.& in l.eam quam.C.de fideicommissis.

¶ Aduerte etiam quia publicatio fit cum sua causa. Alex.consi.xxiij.incipiẽ. Opportunè consideratis.in j.vol.

ADDITIO. Quomodo res transeat cum suo onere & sua causa, vide Matth.de afflic. in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, hac edictali.in ij.nota.in iij.lib.ad quem recurre in hoc articulo.*

IN TEXTV IBI, *En payant les debtz.*

1 FIscus enim* succedens tenetur creditoribus, cum per aditionem hæreditatis videatur quasi contrahere cũ creditoribus, vt dicit Bar.in l.j.C. de bonis vacan. lib.x. ¶ Quomodo autem successor, siue sit vniuersalis, siue generalis, siue singularis, siue in dignitate, siue in bonis, teneatur ad debita prædecessoris, vide Lucam de penna in l.ij.C.de fundis rei priuatæ.in iij.iiij.& v.colum.lib.xj.

SED an princeps teneatur & sit obligatus ex suo contractu? do.meus Ias.in l.si ciuitas.in iij.col.ff.si cer.pet. & in l.j.ff.de pactis.& in l.j.ff.de constitu.princip.& in l.si testamentum.C.de testa.Felin.in c.quæ in ecclesiarum.in xxj.colum.extrà, de constitutio.Barba.in consilio primo, in iiij.colum.in j.volumine.& in xliij.col. & Iacobinus de sancto Georgio in sua inuestitura.in verbo, princeps.

Quæstio. SED quæro quid si creditores cũ debitore principali habeãt fideiussorẽ, nunquid cũ vident principalẽ debitorẽ non esse soluẽdo, vt puta quia bona sunt confiscata, vel nolunt agere cõtra fiscũ, quia difficillis conuentionis, an possint prius excuti fideiussorẽ de iure? vide quid dicat tex.in l.nõ rectè.cõiuncta authentica sua. C.de fideiussoribus.do.meus Ias.in l.si ego.in vij.colũ.ff.si certum peta. Martinus de Laude in tracta.de fisco. §.ccxxx.sed credo quòd apud nos, & secundum nostram consuetudinem, quæ est suprà in titulo, *des rentes uendues a reachat.§.le creancier.* creditor posset pro libito conuẽnire vel fiscum, vel fideiussorem.

IN TEXTV IBI, *Et en demeure saisy.*

1 BArt.in l.j.§.an bona.ff.de iure fisci.dicit* ꝙ quando fisco defertur hæreditas, bona non acquiruntur sine aditione, vt per tex.& gl.ibi: secus autem quando applicantur fisco per confiscationem quæ fit ipso iure, vel per sententiam, quia tunc acquiruntur fisco sine aditione.l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiest.& facit l.commissa.ff.de publica.glo.in l.cum duobus.§.idem respondit.ff.pro socio. quã allegat Martinus de Laude in dicto trac.§.cclxvj.& dicit idem Martinus in d.tractatu.§.xxij.ꝙ quando fiscus est hæres ex testamento, ꝙ non acquirit sine aditione: secus quando ab intestato. Tu dic quòd per consuetudinem nostram, ex quo dicit tex. succedit, quod siue ab intestato, siue ex testamento, quòd semper est saisitus defuncto illo cui succedit, vt dictum est suprà titu.præceden.§.j.

ADDITIO. Quando dominium rerum quæ acquiruntur fisco, & etiam possessio transferantur sine traditione, vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, si dubitatio. in v.& vj.col.ibi, quintò pondero. vbi facit duas conclusiones, in iij.libro.*

IN TEXTV IBI, *Lequel est tenu de mettre hors.*

FAciunt quæ dicit tex.& glo.in §.si verò contingit.in aut. de alienatio.& emphy. colla.ix.& Sali.in l.si quis presbyter.C.de epis.& cleri.vbi quærunt, an cõfiscata re emphyteutica fiscus teneatur ad petitionem domini illam

mini illam vendere priuato.& vide Ioan.de platea in l.fundum.in fin.C.de fundis patrimonia.lib.xj.

ADuerte etiã quòd si feudum fuerit principi commissum,non debet princeps illud retinere, sed debet aliũ nobilem de illo feudo inuestire,vt dicit And.de Barulo in l.murileguli.C. de murileg.lib.xj. quod tamen intellige in paruis feudis,& nõ in dignitatibus ducalibus & aliis magnis feudis,vt amplè tenet G.Benedicti in sua repeti.c.Raynu.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nu.Dccclvij.vsque ad Dccclx.de testa.

§. SECVNDO.

SE les enfans legitimes du bastard, ou les enfans d'iceulx enfans, ou autres descendans du bastard vont de vie à trespas sans hoyrs legitimes de son corps, mondict seigneur aura seulement les heritages procedans du tronc du pere bastard, ou grand pere bastard,ou de la mere,ou grand mere bastarde, & les autres heritiers collateraulx auront le surplus des biens.

VIdimus hîc antè ꝙ nemo potest succedere spurio seu naturali prẹter filiũ legitimũ & naturalẽ,de iure tamẽ videtur*ꝙ etiã frater naturalis possit succedere fratri.l.si is q ex bonis.ff.de vul.& pup. & ibi Bar.not.gl.in §.fi. in aut.quib.mod.nat. effi.sui.colla.vij.Spec.in tit.de succes.ab intest.versi. quid si pater.quia nullum est vitium in fratre.& ponit Alex.in consi.suo lxxiiij.in ij.volu. *1 Frater naturalis succedit fratri.*

IN TEXTV IBI, *Les heritages procedans du tronc du pere bastard.*

POne ꝙ filius ipso viuente vendat hæreditagia patris bastardi,& ea conuertat in mobilibus, puta in pecunia:postmodũ moritur absq; filiis,superstite tamen matre, quẹ in eis succedere debet cũ aliis hæredibus, nũquid mater succedet in illis mobilibus,seu in illis pecuniis quæ prouenerunt ex hæreditagiis patris bastardi venditis,an verò succedet princeps? ¶ Videtur primò ꝙ princeps succedat,quia* pretiũ succedit loco rei.glo. est in l.Labeo & Sabinus.§.j.ff.de verb.sig.no. Bar.in l. quẹ à debitore.ff. quæ in frau.credi. & in rub.ff.solu. mat.do.meus Ias.in l.si eũ seruũ.in iij.col.ff.si cer. pet. vbi infert admirabilẽ decisionem.si ergo pretiũ loco rei succedat,& in eius locũ subrogetur, debet sapere naturam illius rei in cuius locũ subrogatur.l. eum qui.§. qui iniuriarum.ff.si quis cau.qui ex tota die ad hoc allegatur,sed non bene probat.melius probat tex.in c. ecclesia. extrà,vt lit.pẽ.plura tamen ad prædictam regulam alleg.do.meus Iason in d.§.qui iniuriarum. *1 Pretium succedit loco rei.*

SI ergo dictæ pecuniæ succedãt loco hæreditagiorum,& in eorũ locum subrogentur, & sint de natura hæreditagiorum, videtur quòd vadant ad principem, & quòd in eis princeps succedat, ergo erit dicendum in pecuniis quæ prouenerunt ex venditione dictorum hæreditagiorum.non pono hanc quæstionem sine misterio,quia vidi eam in facto,& in ea consului.

CVM enim quidam Petrus des pierres bastardus reliquisset filiam vnicã legitimam & naturalẽ, haberétq; dictus des pierres multa hæreditagia ab eius vxore in contemplatione matrimonij eidẽ donata, eo defuncto Ioanna Banlon mater dictæ filiæ quondam des pierres habuit in maritũ Matthæum Petit,qui quidem Matthæus de autoritate tutorũ & curatorũ dictæ filiæ quondã Petri des pierres ab eadẽ emit omnia sua bona paterna,mobilia & immobilia,pretio sex viginti francorũ:tandẽ dicta filia ab humanis decessit nullis relictis hẹredibus,superstite tamen matre: quæ tandẽ mortua est, relicto eius filio legitimo & naturali Hẽrico Petit filio etiam dicti Matthæi.dictus verò Matthæus postmodũ accepit in vxorẽ Ioannã Mygnot,& cõstante eorũ matrimonio impetrauit à principe dictus Matthæus Petit successionẽ dictẹ filiẹ quondã Petri des pierres,deinde mortuus est dictus Matthæus,qui tempore suæ vitæ erat procurator Regis in balliuatu Auxeti, relictis scilicet tribus filiis ex dicta secũda vxore,& dicto Hẽrico Petit ex prima vxore,quẹ fuerat mater filiẹ Petri des pierres. dicebat nunc secũda vxor Matthæi Petit ꝙ bona prẹdictæ filiæ Petri des pierres,quæ processerant à dicto Petro des pierres,erant principis,& quòd in eis succedere debebat princeps: & ideo cùm eius maritus Matthæus illa acquisiuisset constante eorum matrimonio,ꝙ in illis bonis debebat habere dimidiam partem virtute consuetudinis nostræ suprapositæ,tit.*des droictz & appartenances a gens mariez* §.ij.& quòd alia dimidia pars debebat diuidi inter filios dicti Matthæi pro æquali portione.dicebat Henricus Petit filius dicti Matthæi ex prima vxore eius,quæ iam fuerat Petri des pierres, ꝙ bona prẹdictæ filiæ Petri des pierres fuerant acquisita constante matrimonio eius matris, & ideo quòd tanquam hæres matris debebat habere dimidiam partem dictorum bonorũ seu hæreditagiorum quondam Petri des pierres.item,& quod plus est,sex viginti franci qui erant filiæ Petri des pierres debiti,debebant eidem spectare,cùm in eis tanquam mobili.successisset eius mater.quid dicendum? cogita ex prædictis. ¶ Dixi tamen quòd secunda acquisitio non valebat,imò prima,& quòd filia potuit vendere omnia bona sua, & ideo dictus Henricus debebat habere mediam partẽ hæreditagiorum quondam Petri des pierres, cùm fuerint acquisita constante matrimonio eius matris cum dicto Matthæo, sed quò ad summam sex viginti francorum,quòd secunda vxor debebat habere dimidiam partem, quia illa pecunia quæ succederet loco rei fuerat impetrata à principe per Matthæum Petit, qui quidem princeps succedere debebat,vt dictum est,quia fuit vendita hæreditas patris,quæ est quid vniuersale:& in vniuersalibus pretium succedit loco rei,vt dictum est.& faciunt pro decisione huius quẹstionis quæ dicit Alexan.consilio xlix.incipien. viso processu.prima consideratione.in tertio volumine. *Casus facti.*

§. TERTIO.

LE bastard ou bastarde ne vient ab intestat à la succession de pere ne de mere.

ISta cõsuetudo est vniuersalis in toto regno Franciæ,& cõformis iuri,vt hîc pòst dicitur. ¶ Quid autem de iure,an bastardi & illegitimi succedant parentibus, & quomodo? dic ꝙ in hoc distinguendum,quia aut sunt naturales tantùm,hoc*est,nati ex cõcubina vnica retẽta in domo,vel aliàs indubitato effectu coniuncta,& inter solutum & solutam,vt notat.in rub.ff.de concubi.& in l.fi.per Bart.ff. de concu.*& isti sunt naturales seu vocantur naturales tantùm,quia natura eos genuit,non honestas coniugij. xxxij. q. iiij.in c.liberi dicti sunt. ibi, naturales autem filij dicuntur ingenuarum concubinarum filij, quos sola *1 Naturales qui. 2 Naturales vnde habiti.*

Baſtardi. natura genuit,non honeſtas coniugij,& appellãtur iſti baſtardi,vt per gl.in rub.ff.de cõcubi. prout dicit Alex. in cõſi.ſuo cxxviij.in pe.col.in j.vol. ¶ Itẽ poſſunt etiã appellari ſpurij iſti nati in cõcubinatu, prout dicit gl.in c.cũ pridẽ.§.ſanè.extrà,de renũ.ſed propriè ſunt naturales,vt tenuit Io.And.in addi.ad Spec.in tit.qui filij ſint legi.circa prin.in verſi. quęſtionẽ de ſtatuto. licet dicat ſecundũ cõmunẽ vſum loquendi eos appellari naturales qui ſunt ex ſoluto & ſoluta.& ita refert & ſequitur Ant.de Butrio in c.per venerabilem.in penul.charta, extrà,qui filij ſint legiti.quod dicit eſſe bene notandum ad ſtatuta quæ faciunt mentionem de naturalibus.

3 An ſuccedant parentibus. ET an*iſti nati ſuccedãt parentibus eſt videndũ,quia aut loquimur de parentibus per lineã maſculinã, hoc eſt de patre & auo,ſeu aliis aſcendentibus:aut per lineã fœmininã.primo caſu extant deſcendentes legitimi & naturales,vel legitimi tantũ,vt ſunt adoptiui,& tunc tales filij naturales nõ ſuccedunt.§.cõſideremus.in aut. de triente & ſemiſſe.colla.iij.aut. licet.C.de natu. liber.in aut.quibus mod.natu.efficiun.ſui.colla.vij.aut non extant deſcendentes,& tunc aut extat vxor defuncti legitima,& ſic nouerca filiorum naturaliũ, & idem eſt vt non ſuccedant in aliquo,debent tamen ali ab his qui veniunt ad ſucceſſionem boni viri arbitrio, ſiue ſint fratres,ſiue extranei,ſecundum Bal.in aut.licet.C. de natu.libe. & not.in c. cum haberet.extrà,de eo qui duxit in matrimo.quã pollu.per adulte.intellige quando eſt filius natus in concubinatu,vbi plura requiruntur,vt dicit Bal.in d.aut.aut verò non extant deſcendentes, nec vxor, & tunc ſuccedunt vnà cum eorum matre in duabus vnciis,hoc eſt in duabus partibus hæreditatis,quæ in duodecim vncias diuiditur.§. hæreditas plerunque.inſtitu.de hære.quali.& diffe.prædicta probantur in d.§.conſideremus.& in d.aut.licet.

ADDITIO. Et aduerte quòd multa requiruntur ad licitum concubinatum, quæ rarò in vnum conueniunt.Bal.in conſi.cclxij.in prima parte.*

DE hac ſucceſſione baſtardorum,vide amplè per G.Benedicti in repeti.c.Raynu.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam.nu.676.vſque ad nume.726.extrà, de teſta.vbi multa ſingularia adducit.

VTrùm iſtud ſit verum de iure canonico, vide per Anto.de Butrio,& Abba.in c. lator.qui filij ſint legiti. & per Hoſtiẽ.ibi.& per Abba.in c.tanta.eo.tit.& per Nico.de Vbaldis in tracta.ſucceſſionum.in xiij.col. ibi, circa ſecundam ſpeciem liberorum.

AVT verò quęrimus an ſuccedant naturales aſcendẽtibus per lineã fœmininã,hoc eſt matrẽ,& tũc ſuccedit matri.§.vulgo quęſiti.inſtitu.de ſucceſ.agna.l.ſi qua illuſtris.C. ad Orficianum.§.nouiſſimè.& ibi glo.inſtit.ad Orficianũ. ¶ Sed quoniã hoc eſt verũ de iure,quęro nunquid tollat hęc cõſuetudo ius cõmune? videretur ꝙ nõ quo ad illũ caſum ſpecialẽ.ſ.in naturalibus tantũ, quoniã licet ſtatutũ debet aliquid vltra ius cõmune addere.no.per do.meũ Iaſ.in l.omnes populi.in pen. col.ff.de iuſti.& iure.tamẽ debet interpretari ſecundũ ius cõmune.l.ij.C.de noxa.c.cũ dilectus.de cõſuetu.ita vt minus lædat ius cõmune quã poſſit. ita do.meus Iaſ. in dicto loco.& dicit Pa.in c.cauſam.in vlt.col. ꝙ ſufficit ꝙ inducat nouum remediũ agendi. & ideo cùm hic caſus in naturalibus tãtũ quo ad matrẽ videatur eſſe ſpecialis,videretur etiã ꝙ per hãc cõſuetudinẽ generaliter loquentẽ nõ cõprehenderetur hic caſus,per regulã Sali.in l.in teſtamẽtis. C.de teſt.de qua dixi in tit.*des mainſmortes*.§.ij.in glo.*quelque part que ce ſoit*.& ſuprà in titu.*des confiſcations*.§.j.in glo.fi.in quadam additione, & quòd ſolum intelligeretur hæc conſuetudo in caſibus in quibus de iure baſtardi non ſuccedunt, vt fiat interpretatio ſecundum ius cõmune,ſecũdũ d.l.ij.C.de noxa. Eo tamen quia hìc loquitur de baſtardis ſimpliciter, & idẽ eſt qđ naturalis,vt dixi in rubrica,credo ꝙ etiam cõprehendat naturales, & hunc caſum hìc antè dictum.

Dubium. ¶ Sed fui interrogatus de dubio ſeq. Matiſconenſes vtuntur iure ſcripto,dicũt tamen ꝙ in quibuſdam locis qui ſunt de electione Heduen.vtũtur conſuetudinibus ducatus Burgundiæ in tribus,ſcilicet in ſucceſſionibus, matrimoniis,& retractibus:an ſi hoc caſu eueniat quòd aliqua mulier habeat filios naturales tantũ in illis locis debeat ſeruari hæc cõſuetudo? dixi in caſu emergenti ꝙ nõ:quia ex quo hæc conſuetudo eſt priuatiua iuris cõceſſi legitimo per diſpoſitionem iuris cõmunis,non extendetur extra ducatum Burgundiæ,argumento eorum quæ dicit Bart.in l.cunctos populos.in vij.quæſtio.princi.C.de ſumma trini.& fide catholica.multa alia dixi in caſu emergenti,in quo conſului,quæ hìc non repeto breuitatis cauſa.

4 Spurij non ex dãnato coitu nati. AVT verò * ſunt ſpurij nõ tamẽ ex dãnato coitu de iure ciuili nati, & iſti nõ ſuccedũt patri,aut aliis deſcẽdentibus.l.hac parte.& l.ſi ſpurius.ff.vndè cogna.imò nec valeret ſtatutũ ꝙ tales ſuccederent patri ex teſtamẽto,vel ab inteſtato.Bar.in l.teſtamenti factio.ff.de teſta.Nico.de Vbaldis in trac. ſucceſſionũ ab inteſta. in xiiij.col.ibi,ſuccedit tertia ſpecies liberorum.matri verò tales ſpurij ſuccedunt,per l.j.§.ſed ſi vulgo.ff.ad ſenatuſcõ.Orficia.§.nouiſſimè.inſti.ad Orfi.etiã ſi extarẽt legitimi,vt tenet Ang.in §.fi.in authen. quibus mod. natu.effi.ſui.colla.vij.& hoc verum,niſi mater eſſet illuſtris, quia tunc non veniunt ſpurij vnà cum legitimis, ſed ſi legitimi non extarent ſuccederent tales ſpurij etiam matri illuſtri, vt videtur probari ex text. in l.ſi quaillustris.C.ad Orficia.& videtur ſentire glo.in dicto.§.nouiſſimè.

ADDITIO. Quomodo ſpurij ſuccedunt matri, vide Matthæum de affli. in conſtitu.regni Siciliæ quæ incipit,ſicut accepimus.in ij.notabili.

5 Spurij nati ex coitu dãnato. AVT ſunt * ſpurij ex dãnato coitu nati,vt ſunt adulterini,ſacrilegi, nepharij, inceſtuoſi,& ſimiles, & iſti ſunt abominabiles, & exoſi omni iure,& propterea dicitur in c. ſi gens Anglorũ. lvj.diſt.ꝙ diuulgatũ eſt tales inceſtuoſos & adulterinos nec bello ſeculari eſſe fortes,nec in fide ſtabiles,nec honorabiles hominibus,nec Deo amabiles,ſicut ſunt gẽtes Hiſpaniæ,& Prouinciæ,& populi Burgũdiæ,prout etiã dicit Frã.Cur. in conſil.xxvj.in vj.col.in verſi.non ſunt.& in conſi.xvj.in vj.col.& dicit Azo.in ſumma.C.ex qui.cau.infa.irroge.* quòd ſpurij ſunt infames infamia facti,de quibus per Dy.in regu.infamibus.de reg.iur.in vj.& per Nicol.de Vbaldis in dicto ſuo trac.ſucceſſionum.in xvj.col.ibi,ſequitur quarta ſpecies,prout refert Alexan. cõſilio cxxviij.in pen.col.in j.vol.dominus meus Iaſon in l.fratres.in fi. C.de inoffic.teſta.& tales patri nõ ſuccedunt.§.in authen.quibus mod.natu.effi.legi.colum.vj.& in §.vlti.in authen.quibus mod.nat.effi.ſui.colum. vij.l.qui contra.& l.ſi quis inceſti.& in authen.ex complexu.C.de inceſt.& inuti.nupt.

6 Spurij infames.

ADDITIO. An ſint ita infames quòd non admittantur ad teſtimonium,vide Matthęum de afflictis in conſtitutione regni Siciliæ quæ incipit, ſicut accepimus.in iij.notabili.& de infamia taliũ

baſtardorum

bastardorum vide amplè quæ dixi in catalogo gloriæ mundi,in xj.parte, in xv.consideratione, vbi posui quo-
modo legitimi sunt præferendi bastardis.*

ADuerte,quia licet doctoratus non sit dignitas,ita quòd infami & excommunicato conferri possit.Bal.in l.
j.C.de summa trini.* tamen doctoratus spurio conferri non potest.Cardi.Alex.in procemio decreti.Car. 7
Zabarel.in cle.ij.de magistris.secus dicit in legitimo.vide apostil.ad Sali.in l.j.C,de summa trinitate.

ADuerte tamē *quia licet dictum sit suprà,ꝙ adulterini sint abominabiles omni iure,quòd dominus noster 8 *Christus vnde descē derit.*
Iesus Christus non solùm ex alienigenis commixtionibus, sed etiam adulterinis nasci voluit. Iudas enim
patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua:ex illo concubinatu nati sunt Phares & Zaram,ex quo Phares de-
scendit origo Christi.c.do.noster Iesus Christus.lxvj.distin.legitur Genes.38.videmus * enim semper istos na 9. *Illegitimi acutiores ingenio.*
turales & illegitimos seu spurios esse acutiores ingenio,& perspicaciores legitimis,cùm scientiæ seculares hu-
manæ seruituti deseruientes fuerunt inuentę ab illegitimis & adulterinis: nam vt videmus Genes.iiij.Lamech
habuit duas vxores,nomen vni Ada,& nomen alteri Sella, genuítque Ada Iabel qui fuit pater habitantium in
tentoriis atque pastorum,& fuit pater canentium cythara & organo.

SElla verò genuit Tubalchain,qui fuit malleator in cuncta opera æris & ferri.nec est dicendum ꝙ potuit ha-
bere duas vxores,quia dicitur Gen.ij.Relinquet homo patrē & matrē,& adhærebit vxori suæ,& erunt duo
in carne vna.Salomon qui etiam natus est ex ea quæ fuit Vriæ,& ex adulterio, vt habetur ij.Reg.c.xj.& tamen *Salomon.*
sapientior cæteris,vt habetur iij.Reg.iij.c.Nōne etiā Romulus qui vrbem Romanam condidit,& Alexander *Romulus.*
rex potentissimus orbísq; dominator,& Hercules qui tam grandia ac fortia peregit?atq; quam plures nobiles *Alexan. Magnus.*
habentur qui adulterio fuerunt geniti.similiter & Iepte qui tot tantáq; laudabilia egit pro populo Israel, fuit *Hercules.*
filius meretricis.Iudicū xj.¶Voluerūt & aliqui dicere Bar.fuisse expositū,ex dictis suis in l.quidā cū filiū.ff.de *Iepte.*
verb.obli.sed mihi videtur ꝙ istud nō bene aperit,prout dicit Feli.in c.inter cæteras.in prin.ext.de rescrip.qui *Barto.*
quidē fuit inter doctores sciētię nostrę excellētissimus.nuuc ætate nostra habemus pręceptorē meū do.Ias.qui *Iason.*
cæteros in scientia legali excellit.¶Adde * ꝙ in talibus nihil potest relinqui,siue per institutionē, siue per le- 10
gatū,siue etiā per donationē inter viuos,vt per plura tenet Calcaneus in cōs.suo lviij.inci.reperitur facta dona-
tio.imò etiā nec emere à patre,quod an sit verū,vide do.meū Ias.in l.si is qui solidū.ff.de vulg.& pupil.substi.

VIde G.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verb. & vxorē nomine Adelasiā.nu.691.de testa. vbi dicit ꝙ filius
spurius nō potest aliquid capere à patre ex cōtractu lucratiuo aut oneroso per se aut interpositā personam,
secundū gl.Cyni.Bar.Bal.& Sali.in l.j.C.de naturalibus liberis.licet vt ibi dicit gl.in l.de testibus.ff.de proba.
teneat contrarium in contractu oneroso,sed tamen malè,vt ibi per eundem Benedicti.quod tamen intellige in
bonis iam patri acquisitis purè,& absolutè,& in eum translatis.Secus si cum bona patri conceduntur & acqui-
runtur fiat pactum quòd spurij succedant in eis,quia valet.Bal.in l.ij.C.de iure emphyteu.& idē Benedicti vbi
suprà.& dixi in consiliis meis,consi.incip.nobilis quondam vir do.Cyprianus,&c.

ET intellige * quòd naturales non solū excludūtur à successione parentū,sed etiā ab alimentis. in aut.quib. 11 *Naturales an debeant alimentari à parētibus.*
mod.natu.effi.sui.§.vltra siquidē.ibi,neq; alendus à parētibus.aut.licet.C. de natu.lib.aut.ex complexu.C.
de incest.nup.no.in c.per venerabilem.extrà,qui filij sint legi.& ista sunt de iure ciuili,sed de iure canonico se-
cus,quia spurij & naturales alimentari debēt à parentibus.c.cùm haberet.extrà, de eo qui duxit in matri.quam
polluit per adulter.Soci.in consi.suo clxj.incipien.pro decisione præsentis consultationis.in ij.col. & loquitur
ibi Soci.in natis in damnato coitu.ex quo videtur cōfundi limitatio Bal.in d.aut.ex complexu.prout etiam di-
cit Nicolaus de Vbaldis in tractatu suo successionum.in v.charta,in xvij.col.

AMpliat ibidem Nicolaus de Vbaldis,quòd sicut parentes tenentur alere filios spurios,ita etiam nepotes &
pronepotes & deinceps ex filiis descendentes.argu.l.fina.C.de natura.libe. & in aut.quibus modis natu-
rales efficiuntur sui.§.si quis igitur habens filios.colla.vij.

AMpliat secundò,quòd sicut parentes tenentur ipsos naturales & spurios alere dum viuūt,ita poterunt eis
donare vel legare pro alimentis, ex ratione d.c.cùm haberet. tenet Bar.in aut.ex complexu.C.de ince. &
inuti.nup.Ro.consi.suo xliiij.in ij.dubio.¶Intellige tamen dummodo non relinquant vnam magnam partem
hæreditatis pro alimentis,quod transcenderet modum alimentorum,attenta quantitate facultatum,& quali-
tate personarum,quæ in his attendi debet.l.si quis à liberis.§.denique.ff.de liber.agno. quo casu tunc tantùm
valebit vsque ad modum alimentorum, & non vltrà.ff.de exercito.l.Lucius.nec tale relictum transibit ad hæ-
redes spurij, quia non legatur nec donatur proprietas,sed tantum vsus ratione alimentorum,qui cum vita fini-
tur.ff.de trāsactio.l.cum hi.§.modus.ff.de vsufru.l.domi.§.fi. & quatenus excedit modum alimētorum,statim
hæredibus applicatur.Bald.in l.eam quam.C.de fideicom.

ET aduerte * quòd sicut pater potest donare filio spurio pro alimentis,ita filiam spuriam dotare potest.arg. 12 *An spuria dotari possit.*
l.j.ff.solu.matri.l.cum post.§.gener.ff.de iure dotium. & valet argumentum de alimentis ad dotem.Bar.&
Alex.in apostil.in l.fi.in ij.col.ff.de his qui.vt indi.Nico.de Vbaldis in dicto loco,& Panor.in cōsi.suo 50.in ij.
volu.& in consi.suo cxl.in ij.volu.dummodo tamen non excedat modum,vt dicit ibi Panor. & etiam prædi-
cta tenet Præpositus qui fuit Cardi.Alex.in vsibus feudo.in c.j.§.similiter.de capitu.corradi.

ADDITIO. An dictum c.cum haberet.habeat locum de iure ciuili? Alexan. in consi.lxxiiij.in iij.volu.
tenet quòd non, sed contrarium tenet Matthæus de afflictis in cōstitutione regni Siciliæ
quæ incipit,dohariæ secreti.in v.notabili.*

SED iuxta * prædicta quæro nunquid patre dotante possit talis dos filiæ spuriæ per patrem data per hæ- 13
redes patris repeti? Bar.in l.fi.§.si à socero.ff.de his quæ in frau.credi.dicit quòd hęredes non possunt reuo-
care à viro,quia habet dotem ex titu.oneroso:secus si ad filiam sit reuersa,quia tunc poterunt reuocare ab ea.
secundum quod consuluit in cōsi.suo cxix.incip. Dominus Dominicus magistri Theobaldi.qui videbatur sibi
contrarius:sed illam concordauit Nico.de Perusio in dicto tracta.in xvij.col.cum sequenti.

BArba.in c.j.de constit.in vj.q.quærit * nunquid principes possint dotare filias suas spurias de plenitudine 14
potestatis,vbi concludit quòd sic,quantū ad modum alimentorū,hoc est,dūmodo dederit in dotē eatenus

quatenus sufficit ad alimenta, per iura supradicta. Dicit tamen ꝙ etiam si princeps tyrannus cognouerit virginem per suam tyranniã, ex qua habuit filiam spuriam, quòd etiam vltra modum potest illam dotare, per ea quę dicit Bald. in l. eam quam. C. de fideicõ. ❡ Et idem Barba. quærit ibi nunquid seculares de plenitudine potestatis possint donare magna existẽtia in regnis suis, amasiis eorum, & concubinis, sed vt dicit, quia res est periculosa, non decidit, nec ego decidam.

15 *An pater possit relinquere* 16 *nepoti ex spurio.*

SED quia vidimus hìc antè * quòd pater nõ potest relinquere filio spurio & naturali, nunquid autẽ possit relinquere filio spurij, qui quidẽ est legitimus & naturalis, qui dicitur nepos suus? Bar. in cõsi. cxviij. incip. æditius corneti. in ij. col. tenet ꝙ sic. quia vt dicit, * pœna patris nocet filio tantùm in his quæ descendunt ex persona patris: secus in aliis quę aliũde obuenerint, vt dicit tex. in l. ij. ff. de interdi. & relega. ad idem facit tex. in l. emancipatum. in fine. & quod ibi no. ff. de senato.

ADDITIO. Quomodo pœna patris noceat filio, vide regulam negatiuã cũ xij. limitationibus per Matthæũ de affl. in cõsti. regni Siciliæ quæ incipit, Patarenorũ. in glo. quæ incipit, super ipsorũ. * ❡ Sed iste nepos institutus ab auo non capit à suo patre, ergo & maximè, quia hoc casu videtur nepos institutus occasionaliter propter alium, sed principaliter propter se. arg. tex. in l. sociũ qui in eo. ff. pro socio. pluribus aliis regulis probat hanc conclusionem Bar. in dicto loco, & do. meus Iason in l. Gallus. §. quid si is. in iij. colũ. ff. de lib. & posthu. facit aliam distinctionem Alexan. in consilio suo lxxiiij. in iij. volu. plenè examinat Rapha. Fulgo. in consi. suo xxiij. in iij. col. cum seq. & ista quæstio deciditur per tex. & glo. in l. fi. C. de natu. lib. vide supradictos doctores cum casus euenerit.

17 *Bastardi an dicãtur de parentela patris.*

IVxta prædicta quæro, vidimus hìc antè ꝙ bastardi non succedunt patri, & matri, quęro * nunquid ad minus possint dici de genere, seu agnatione, familia, vel domo patris, vt sic gaudeant priuilegiis & prærogatiuis illorum qui sunt de genere, familia, domo vel agnatione? ista quæstio est latissimè disputata per doct. in l. fi. C. de verb. sig. & in l. cũ legitime. ff. de statu homi. & plenè no. per Nico. de Vbaldis in suo tract. successio. ab intesta. vbi dicit ꝙ nõ sunt de genere, nec de agnatione, nec de familia, prout ibi cõcludit. & ideo dicit Pet. de Anc. * ꝙ etiã nõ sunt nobiles, nec retinent nobilitatẽ. ita tenuit in cõsi. cccxcix. incipiente, visis diligenter iuribus. in ij. col. & sicut bastardus nõ est nobilis, sic etiã nepotes legitimi & naturales ex bastardo descendentes, quia nulla consequẽtia potest esse legitima ex illicito nascẽdi principio, & radice corrupta, vt dicit tex. j. q. j. c. principatus. quòd ex infecta radice fructus non producitur, & nõ bono peragũtur exitu quę malo sunt inchoata principio. dixi suprà. & dicit Bal. in l. nuptię. ff. de statu hominũ. ꝙ bastardus nõ est de parẽtela nobiliũ, quia sordes nõ mouẽtur inter principes. plus dicit ibi, * quòd bastardus nõ potest portare nobiliũ insignia, licet ex cõmuni vsu habeatur in contrariũ. Et ideo etiam tenent doctores quòd bastardi, vt dictum est, nõ sunt de domo. tenent Ioã. And. in addi. ad Specu. in titu. qui filij sint legiti. super rub. & Bart. in l. tutelas. ff. de capi. diminu. Bal. in c. nonnulli. §. j. de rescriptis. Barba. in consilio suo xxvij. in xxj. colũ. in j. vol. Anton. de Butr. in consilio suo liiij. incip. Iesu Christi & matris eius &c. videtur primò dictum spurium. Panor. in c. in præsentia. & ibi Bald. & in c. per tuas. de proba. & Feli. in d. c. in præsentia. in x. col. Cardi. Alex. in c. per venerabilem. in iiij. & v. col. extrà, qui filij sint legi. & ibi quærit * an appellatione filij, vel nepotis, vel liberorum contineantur bastardi, & naturales, & quid in testamento, in contractibus, in sententia, in statuto, in priuilegio, vide Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & ibi plenè per Ioan. de Imo. Fel. in d. c. in præsentia. dominum meũ Iason. in §. pœnales in x. colum. institu. de actio. ponit tamen Cardi. Alex. in d. c. per venerabilem. sex casus in quibus veniunt bastardi appellatione liberorum, quos videre poteris.

18 *An retineant nobilitatem patris.*

19 *An arma nobilium deferre debeant.*

20

21 *Quomodo arma eorum ab aliis distinguẽda.*

ADuertẽdũ est * ꝙ licet dictũ sit ꝙ bastardi nõ possint portare insignia domus, tamẽ videmus ꝙ in hac patria & in tota Gallia bastardi reputãtur nobiles, & portãt nomẽ & arma domus, sed tamẽ cũ aliquali differẽtia, scilicet superaddẽdo quãdã barrã per trãsuersum, quæ incipit à sinistris & ducitur ad dextrã: verbi gratia, arma nobilis & poten. viri domini Francisci Rolim balliui Heduen. sunt tres claues aureæ in campo azureo, si enim de domo sua esset aliquis bastardus portaret illa arma cũ vnã barra quæ inciperet à sinistris, & tenderet ad dextram, quæ denotaret illum esse bastardum, & hoc bene, ne sordes cõputentur per errorem inter princi-

22 pes, * & sunt hæc arma ad cognoscendum familias & personas, vt dicit Bar. in tractatu de armis.

ADde etiã ad prædicta quę dixi in Catalogo glorię mũdi in xxxviij. cõsideratione, in xxiiij. conclusione, vbi dixi quomodo bastardi portant arma domus, & de legitimatis, an portent plena, vide ibi in lxxvij. conclusione, & in xlj. cõclusione, quòd arma sunt adinuenta ad cognoscendas familias. Et aduerte quòd delens arma alicuius, turbat eius possessionem. Matth. de affli. in cõsti. regni Sici. quæ incipit, priuilegia & instrumẽta. in ij. lib. in ij. nota. & vide quæ dixi in Catalogo glorię, mũdi. in j. parte in d. cõsideratione, in xxix. & xlix. conclusionibus. * ❡ Aduerte, quia Io. Sanxõ in cõsuetu. Turonẽ. tit. *Des droictz de chastelennie*. artic. j. ponit hæc antedicta de bastardis. & ex doctrina Bart. in trac. de insig. & armis. facit in materia armorum vij. conclusio. & quis color in armis dicatur esse nobilior, vide ibi per v. conclusio. Et de materia armorum, vide etiam Bonum de curtili in suo trac. nobilitatis. in ij. parte, nu. clxviij. cũ decem seq. Et quæ hìc antè relata sunt de bastardis, etiã ponit idem Bonus de curtili eodem tract. in iiij. parte, nume. iiij. cum quatuor sequen.

23 ADuerte tamen quia quãdo illa barra incipit à dextris, & tẽdit ad sinistrã nõ semper designat genus illud infectum, prout * est videre in armis illorum de Borbonio, qui sunt de sanguine regio, seu de prosapia regali, & ex prosapia sancti Ludoui regis, cum ex dicto Ludouico descendit Robertus eius filius comes Claromontanus, agri Belluacẽsis, & dominus de Borbonio qui habuit in vxorem dominam Beatricẽ de Borbonio, ex quibus descendit Ludouicus de Borbonio eorum filius, qui fuit primus dux de Borbonio, & ex dicto Ludouico & Maria filia comitis de Henault eius vxore descendit Petrus de Borbonio eius filius, ex quo Petro & Isabella sorore Philippi de Valoys regis Francorum descendit dux Ludouicus, qui dictus fuit, Le bon duc, ex quo & Anna Delphina comitissa de Forest eius vxore descendit Iohannes de Borbonio dux, ex quo & Maria de Berry eius vxore descendit Carolus de Borbonio dux, & ex eo & Agnete de Burgundia eius vxore descenderunt Iohannes de Borbonio dux, qui habuit in vxorem Iohannam filiam Caroli regis Francorum

Borbonia domus descendit ex prosapia regali.

corum septimi, & sororem Ludouici regis Francorum vndecimi, qui fuit dux de Borbonio, & Petrus eius frater, qui post mortem dicti Iohannis fuit dux, & habuit in vxorem dominam Annam de Francia, filiam Ludouici regis Francorũ vndecimi, & sororem regis Caroli octaui. Ex quibus scilicet Petro & Anna, descendit Susanna de Borbon filia quæ nũc viuit, & etiã dicta Anna, & copulata est matrimonio cũ Carolo de Mõtpẽsier, qui post mortẽ dicti Petri pretẽdebat ducatũ ad se spectare, eo ꝙ fœminę in eo nõ succedũt, sed pro cõcordia & amore pacis fuit factũ matrimoniũ inter dictũ de Mõtpẽsier & dictã do. Susannã. ¶ Aduertẽdũ tamẽ est ꝙ Beatrix de Borbonio successit in dominio de Borbonio, medio cuius Robertus filius sancti Ludouici habuit dominiũ de Borbonio. dixi supià titu. *des fiedz.* §.v. in glo.j. ver. quid de ducatu Borbonij. Et omnes isti de Borbonio habent istam barrã super tribus liliis Franciæ, quæ etiam incipit à dextris & tendit ad sinistram, & tamen non sunt de sanguine reprobato, imò sunt de vera prosapia regali, vt dixi in alio loco. ¶ * Sed propriè non debet dici barra, sed benda, quæ in armoria debet esse sine pendente nec tactura in parte superiori & etiam inferiori, hoc est non debet tangere partem superiorem, nec inferiorem. 24 *Quomodo sit benda.*

Licet sit dictũ superius quòd filij spurij nõ possunt esse hęredes, Cepola tamẽ in cautelis suis, cautela xxxvij. incipiẽte, nũc videamus cautelas, in v. fo. ponit multas cautelas ad instituẽdũ filiũ spuriũ. quas allegat dom. Claudius de aquis in l. Gallus. §. instituens. ff. de libe. & posthu. vbi quærit an spurius possit institui hæres sub conditione, si legitimetur. vide eas. Et cogita ex illis in casu emergenti quid fiendum. ¶ Et* ꝙ ex cõsuetudine 25
in Gallia tales retineãt nobilitatẽ & portent nomẽ & arma domus, vide Gui. pape decisione sua ccccclxxx. & ideo in hoc consuetudo generalis Franciæ derogat iuri, sed apud nos nescio si casus eueniret, quid fieret, cũ non possint allegari consuetudines, nisi sint scriptæ in hoc libro, & in non dispositis per nostras consuetudines recurrimus ad iuris dispositionem, vt infra in conclusione harum consuetudinum videre poteris.

IN TEXTV IBI, Ab intestat.

Quæro quid ex testamẽto, puta si pater instituat filium spuriũ, an possit succedere? dixi suprà ꝙ nõ, per l.j. C. de nat. lib. quare ergo hîc dicit, *ab intestat*, cũ vnius inclusio alterius sit exclusio. c. nonne bene dicimus. de præsumptio. Bal. tamẽ in l. Lucius. & post eũ Alex. & do. Claudius de aquis. ff. de vul. & pupil. substi. tenẽt * ꝙ sicut filius naturalis potest hæres in totũ institui nõ existẽte legitimo, ita etiã si fuerit legitimus 1
qui effectualiter nõ sit hæres, puta quia renũtiauerit, aut aliàs fuerit exclusus. Et ideo dicit Ludo. Ro. in consi. suo xiiij. incip. ad primũ quęsitum. ꝙ sicut pater potest totã suã substantiam filiis naturalibus relinquere quãdo non sunt legitimi & naturales. authen. licet. C. de natu. libe. & in authen. vnde sumitur. & dicit idem si nõ sint nisi filiæ quæ renuntiauerint successioni patris, potest pater relinquere totam substantiam filio naturali. & sic ex prædictis patet quòd pater potest relinquere filio naturali ex testamento, scilicet eum instituendo. intellige scilicet non extantibus legitimis & naturalibus.

Videtur in hoc tenere cõtrarium do. meus Ias. in l.j. in xvj. col. C. quãdo non petẽtiũ partes &c. G. Benedicti in sua repe. c. Rayn. in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiã. nu. ccv. & ccvj. de test. vbi dicit ꝙ legitimatus non poterit in plus patri succedere, nec potest ei plus relinqui quàm vni de legitimè natis cui minus relinquitur. Ita quòd filia dotata excludit eum, nisi in id quod potest ascendere vsque ad dotem dictæ filiæ.

ADDITIO. Aduerte quòd licet pater non possit instituere bastardum, tamẽ potest instituere filiũ eius, & sic nepotem suum legitimũ. ita tenet Alex. in l. Gallus. §. quid si is. in finali col. ff. de lib. & posthu. do. meus Ias. in l. hæreditas. C. de his quibus vt indignis. & ita etiam tenet Benedicti in repe. c. Raynu. in verbo, condidit. secundo. nu. 15. de testa. dũmodo, vt dicit, non habeat liberos. * ¶ Quia hîc antè dictũ est ꝙ filius spurius non succedit, an sit indistinctè verum, etiam si fuerit legitimatus, tu aduerte pro intelligẽtia quòd pluribus modis spurius legitimatur. *Quib' modis spurius legitimetur.*

Primò * enim legitimatur spurius seu bastardus per subsequẽs matrimonium. §. fina. insti. de nuptiis. in aut. quib. mod. nat. effi. sui. §. primus ita. colla. vij. c. tanta. qui filij sint legi. & tales dicuntur sui. §. ij. insti. de hære. 2 *Per subsequẽs matrimoniũ.*
quæ ab intestato deferuntur. & tales non solùm sunt legitimati quo ad matrimonium contrahendum, & iura legitimorum quo ad ipsos suscipiunt, sed etiam quo ad ascendentes, & descendentes, & transuersales, secũdum Ang. in consi. suo xvij. incip. comes Brandisus. in ij. col. ibi, primus modus est. in consi. suo xx. incip. Simon de Quarrata. plura ibi allegat, & dicit plus, quòd etiam siue supersint alij legitimi & naturales tempore quo contrahitur matrimonium, siue non, vt dictis iuribus, & in aut. quibus mod. natu. effi. legi. §. si verò solummodo. & hic modus est potentior cæteris. hinc est * quòd talis legitimatus habet iura suitatis, & dicitur verè legitimus, 3 *Et tales sunt sui.*
vt per Bar. in l. si is qui pro emptore. in xiiij. col. & ibi do. meus Ias. in sua repe. ff. de vsu. idem do. meus Ias. in l. ex moribus. in v. col. ff. de vul. & pupil. & in l. qui se patris. in iiij. col. C. vnde libe. & in l. hac consultissima. in §. ex imperfecto. in j. col. C. de test. Alex. in consi. xvij. in v. colum. in j. vol. do. tamen meus Ias. in l. vnica. in ix. col. C. quando non petentium partes. & in l. generaliter. in penul. colum. C. de instit. & substit. dicit * quòd est verum in legitimato per subsequens matrimonium: secus in aliis, prout infrà dicam, quia alij non habent beneficium abstinẽdi. §. quoniam vanæ. in d. aut. quibus mod. natu. effi. sui. prout dicit Lud. Rom. in l. necessariis. ff. de acqui. 4 *Habẽt beneficium abstinendi.*
hære. & dicit se didicisse illum tex. à quodam viro qui ex aspectu videbatur sibi Catelanus dum iret Romam, à quo multa alia didicit. & istud refert do. meus Ias. in d. l. vnica. in xj. col. C. quando petentium partes. ¶ Item etiam vt videmus, legitimati non succedunt in feudo. §. naturales. si de feudo fuerit controuersia. Et * quòd legitimati per subsequens matrimonium succedunt in feudo, Iac. de Beluiso & Bal. in d. §. naturales. & Host. & 5 *Succedũt in feudo.*
Io. And. in c. lator. qui filij sint legi. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. vbi dicit ita communiter teneri. ff. ad Trebel. do. meus Ias. in l. generaliter. §. cum autem. in penul. colũ. C. de insti. & substi. ¶ * Item etiam ibi dicit quòd tales legitimati admittuntur ad episcopatum, eo quòd matrimonium subsequens abstergit omnem maculam præcedentem. & dicit textus in §. dubitatum. in aut. de incestis nuptiis. colla. ij. quòd per matrimonium subsequẽs perinde cẽsetur ac si ab initio matrimoniũ fuisset cõtractũ, & ideo, vt dictũ est, admittitur ad episc. glo. in c. innotuit. in verbo, cõiugata. de electio. ¶ * Itẽ etiã admittitur ad emphyteu. ecclesiasti. Ioan. de Imol. in l. quod dicitur. in antepe. col. ff. de verb. obliga. & Pet. de anchara. in cõs. ccxlj. incipiẽte, ex tenore priuilegij. 6 *Admittuntur ad episcopatũ.* 7 *Et ad emphyteusim ecclesiasticum.*

8 Rumpũt teſtamẽtũ.

IMO etiam *tales legitimati rumpunt teſtamentum cõditum, prout dixit dominus meus Iaſon in dicta l.qui ſe patris.& in rubri.C.de poſthumis hæredibus inſtituendis.& ideo hic §. non habet locum in iſtis baſtardis ſic legitimatis, quia ſuccedunt patri, & matri, & aliis parentibus, ſicut filij legitimi & naturales.§.ij.inſtitut.de hæredi.quæ ab inteſtato deferuntur.

ADDITIO. Aduerte ad vnũ ſingulare, quòd ſi filius naturalis moriatur antequã pater contrahat matrimonium cum matre ſua, non tamen legitimatur nepos ex illo filio naturali, nec tranſibit in poteſtate aui, vt dicit Hippolytus de Marſiliis in ſingulari ſuo cxxj. incipien. credo te ſcire. & qui poteſt hoc modo legitimari, nunquam poteſt legitimari per reſcriptum principis, vt tenet Hippolytus ſingulari ſuo cxxx. & Pet.Girardi ſingulari ſuo lx.*

9 Per oblationem curiæ.

SEcundus * modus legitimandi eſt per oblationem curiæ. & aduerte quia aut filius ſeipſum offert curiæ patre defuncto, & tunc legitimus efficitur. in aut. quibus mod.natu.effic.ſui.§.j. & §.ſi quis igitur.colla.vij.& hoc intelligitur quãdo nõ ſupereſt legitima proles, nam aliter non poſſet ſe offerre.in aut.quib.mod.nat.effi.legitimi.§.ſi quis verò nõ habens.colla.vj.aut pater offert filium, & tũc dicit idẽ.§.primus. vſq; ad §.tribus.in

10 Modus offerẽdi ſe curiæ.

aut.quib.mod.natura.effic.ſui.& de iſtis ponitur per doc.in c.per tuas.extrà, qui filij ſint legi. * & fiebat in hũc modũ, cũ curia ſeruientibus indigeret, paucis ad eam accedentibus, fuit cõſtitutũ, vt darentur talia priuilegia ad officiũ curię veniẽtibus, quia remittebatur macula per peccatũ libidinis cõtracta, & efficiebãtur legitimi tales

11 oblati, ſicut remittuntur peccata euntibus vltra mare. hi autẽ * offerri poſſunt per patrẽ, etiã ſi alij legitimi ſint, ſed ipſi non poſſunt ſeipſos offerre aliis legitimis exiſtentibus, niſi illi conſentiant.d.§.ſi quis verò nõ habens. in aut.quib.mod.natura.effi.legi.& prædicta legitimatio nihil valet inquantum filij contradicunt oblationi factæ per patrem.§.generaliter.in aut quib.mod.natura.effic.ſui.Sed hodie etiam talis legitimatio nõ eſt in vſu, prout dicit Ang.in §.j.in aut.quib.mod.natura.efficiuntur.& non mirum, quia etiam ſi fieret talis oblatio hodie, non valeret niſi per curiales acceptetur, cùm non ſufficiat ſimplex oblatio, ſecundũ Ang.in §.item ſcriptus. in aut.quibus mod.natura.effic.ſui. & non mirum ſi hodie non ſit in vſu, cùm hodie non ſit penuria curialium ſicut olim, propter quam penuriam fuit inuentus dictus modus legitimandi, vt meliùs inuenirentur qui deſeruirent, ſed pro certo hodie tot ſunt, quòd quaſi omnes currunt ad illam, de miſeriis quorũ me refero ad AEneam Syluium in quodam ſuo paruo & ſingulari tractatu, de miſeriis curialium.

Hæc oblatio quòd non ſit hodie in vſu.

ADDITIO. Et ſi per oblationẽ curiæ tẽporali, ita etiã per oblationẽ curię ſpirituali & eccleſiaſticæ, cùm etiam ſpurius per ingreſſum religionis efficiatur legitimus, vt dicit Guil.de cugno in l.j.C.de ſacroſan.eccle.& alij quos allegat, refert & ſequitur Hippolytus de Marſiliis in tractatu de fideiuſ.nu.123.*

12 De horum ſucceſſionibus.

QVomodo autem & qualiter legitimati hoc modo ſuccedãt parẽtibus, videndũ eſt, & dic ꝙ patri ab inteſtato, & ex teſtamento, & ex vltima voluntate ſuccedũt.l.qm̃ deſideria.C.de natura.libe.quinimo talis nõ habet beneficiũ abſtinendi.§.& quoniã variè.in aut.quib.mod.natu.effi.ſui.quomodo autẽ illi ſuccedatur. vide text.in d.§.& quoniã variè cognoſcẽdũ.& in verſi.ſi verò.& in §.generaliter.vſq; ad §.tribus.in aut.quib. mod.natu.effi.ſui.Cardi.Alex.in c.per venerabilẽ.§.quod verò.in ix.col.extrà, qui filij ſint legitimi. *vbi dicit

13 idem eſſe in filia illegitima quæ copulatur matrimonio officiali curiæ ciuitatis de qua eſt oriunda, vel ciuitatis metropolitanæ, quia eſt legitimata, & ſuccedit cum legitimis. tex.in l.ſi quis ſeu liber. verſi.ſi filiam.C.de natura.libe.& in d.§.& quoniam variè.glo.in §.fi.inſti.de nup.& iſte eſt tertius modus legitimandi.

14 Per nominationẽ.

QVartus*ergo modus legitimandi eſt.ſ.nominãdo filiũ naturalem legitimũ, quia per hoc efficitur legitimatus: & hoc dupliciter, aut nominãdo ipſum in teſtamẽto ſeu vltima volũtate, ſeu in inſtrumento. primo caſu, aut illũ inſtituendo hæredẽ, aut nõ: ſi inſtituendo hæredẽ, tũc per hoc cenſetur legitimatus.aut.ſi quis. C.de natu.libe.Bal.tamen videtur hoc limitare in c.innotuit.extrà, de elect.in iij.col.verum eſſe quando pater nominat filiũ adiectione, ſuũ, quaſi tũc velit eũ dicere in poteſtate, & per cõſequẽs legitimũ. Et vide plenè de hoc modo per Cardi.Alex.in d.c.per tuas.extrà, qui filij ſint legi. & vide etiã Panor. in c.fi.in iij col. extrà, de mutuis peti. & do.meum Iaſ.in l.neque profeſſio. in ij.col.C.de teſta. ¶ Aut nominat ſimpliciter, & tunc dic quòd aut eſt filius quem pater habet ex concubina, quam poſſit habere in vxorem, & nominat legitimũ in te-

15 ſtamẽto, ipſum inſtituendo, quia iſte actus eſt ſolùm proportionabilis filio legitimo. *Et aduerte, vt dixi, quia requiritur vt per aliquem modum nominationum filius legitimetur, quòd concubina ſit matrimonio digna, ſecundum Ang.in §.ſed ad aliud.in aut.quibus modis natu.effi.legi.colla.vj. prout tenere videtur Cardi.Alex.

16 in c.tanta.extrà, qui filij ſint legi. ¶ *Item intelligitur dummodo cõcubina ſit viua: ſecus ſi eſſet mortua, prout not.in d.c.per tuas.per do.Car.eo quòd fictio legitimationis non adaptatur ad impoſſibile.ſecundũ not.in c. is qui.extrà, de ſponſali.Et per Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuc.Vtrum autem ſi hæc concubina ſit mortua, per hoc impediatur legitimatio per nominationem, vide per doct.maximè per Car.in c.per tuas.extrà, qui filij ſint legitimi. ¶ Aut verò hæc nominatio de filiis fit in publico inſtrumento, vel ſubſcriptione teſtium, & tunc iam nominatus eſt legitimus. vt in §.ad hæc.in aut.vt liceat matri & auiæ. quàm alij etiam non nominati, nec pro nuptiarum fide alia probatio requiritur, dummodo inſtrumẽtum ſit conſcriptum manibus trium fide dignorum.d.§.ad hæc.hîc antè allegato. ¶ De quo vide etiam Guil.Benedicti in ſua repe.c.Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam.nume.204.extrà, de teſta.

AVT verò nec in teſtamento, ipſum ſcilicet inſtituendo, nec in inſtrumẽto publico, ſed alio modo dicit pater filium qui eſt naturalis velle ſuccedere, & poſtmodum princeps illud approbat per mortem patris, quia licet hic non nominauerit filium legitimum, tamen eſt legitimatus.per tex.in §.ſi verò ſolummodo.in aut.qui. mod.nat.effi.legi.& dicit Ange.in d.conſi.xvij. quòd prædicta non procedunt niſi plura concurrant, videlicet primò ꝙ non poſſit matrimoniũ cõtrahere cũ muliere ex qua ſuſcepit filium naturalem, vel nõ poſſit honeſtè. ſecundo ꝙ nulli legitimi ſuperſint, ꝙ nõ poterit legitimare filium per reſcriptum principis, quia fortè multùm diſtabat, vel nõ poterat atriũ principis intrare, vel etiã forſitan ignorabat. ¶ Item ꝙ talis ſit legitimatus poſt mortẽ patris, oſtẽdet principi teſtamentũ, aſſerẽs ſe velle iura legitimorũ cõſequi.hæc habẽtur bene intuẽti in §.ſi verò ſolùmodo naturaliũ filiorũ.in aut.quib.mod.nat.effi.legi.colla.vj.iuncto §.ſi verò is.in aut.quib.mod. nat.effi.

nat.effic.ſui.colla.vij.& oẽs prædicti ſuccedũt actiuè & paſſiuè vt legitimi per reſcriptũ,ſecũdũ Azo.in ſumma.in tit.quib.mo.nat.effi.ſui.§.in ſucceſ.& de hoc modo plenè per do.Car.in d.c.p tuas.& in c.p venerabilẽ.in §.quod autẽ. vbi de prædictis facit quinq; modos.ſ. in vj.vij.& ix.col.& iſtum modũ ponit Ang.in d.conſi.xvij.

17 Per cõtractũ matrimonij cũ legitimo.

QVintus * modus eſt ſcilicet ſi marito legitimo & non naturali copulatur vxor naturalis ſortitur cõditionem mariti & efficitur legitima ſecundum Ang. in authen.qui.mo.natu.effi.ſui.in §.ꝙ verò. ¶ Refert & ſequitur Decius in l.ij.col.ij.ff.de reg.iur.& Bonus de Curtili in ſuo trac.nobilitatis, in iij.pte.nu.191.

ADDITIO. Quod intelligit Alciatus in l. ſpecioſas. in glo.vtriuſque ſexus. ff.de verbo. & rerum ſig.vt eas dignitates conſequi poſſit fœmina naturalis nupta viro legitimo quas aliæ legitimo cõcubitu ortæ ex mariti perſona habent,ſecundum l.ſi quis.C.de naturalibus liberis.in fi. *

18 Per reſcriptum principis.

SExtus * modus legitimandi(& hîc pendent leges,quia hic ſolus eſt in vſu cũ primo)eſt per reſcriptum principis,puta quando pater deficiente legitima prole offert preces principi,petendo filios ſuos reſtitui naturę,& antiquę ingenuitati,& iuri legitimo, & eum fieri legitimum, & princeps eos admittat,ſecundum Ang.in d.conſi.ad hanc autem non venitur extantibus legitimis,niſi dicatur non obſtante l.nec etiam cũ muliere poſſit contrahi matrimonium,aut ſi pater honeſtè,quia non poſſit,quia viuit fortè meretricio more,oportet autem tali legitimationi filios conſentire à pricipio, vel ex poſt facto.dicto ti.quibus mod.natura.effi.ſui.§.illud tamen.& §.generaliter. quinimo dicit Ange.ibi, forſitan ſufficit non contradicere expreſsè. allegat pro hoc glo.in dicto titu.quibus modis natu.effi.legi.colla.vj.in §.licet igitur.

ET nota ꝙ nõ impeditur ratificatio legitimationis etiã ſi fiat poſt mortẽ eius de cuius facto agitur, vt dicit Alex.in conſi.ſuo cxxxix.incip.eleganter fuit conſultum.in vlti. colum.in j.vol. Aduerte tamen ad hoc ꝙ hîc antè dictum eſt,quòd ſufficit quòd filius non contradicat.

19 Legitimatio dãnoſa filio.

COntrarium tenet Lud.Ro.in ſing.ſuo cccccIxxxviij.inci.tu ſcis ꝙ ego dixi. & faciũt quæ dicit ipſe Ludo.Ro.in l.quæ dotis.ff.ſol.mat.in xxij.col. vbi dicitur * ꝙ licet certo reſpectu legitimatio ſit damnoſa filio, quia perdit libertatem,& non eſt ampliùs ſui iuris,tamen attenta vtilitate quę reſultat ex recuperatione iuris natalium præſumitur potius conſentire, quã diſſentire. Et allegat Ludo.Ro.in ſingulari ſuo ſupradicto glo.in l.in adoptionibus.quã dicit eſſe ſingularem ad hoc. Do.tamẽ Iaſ.præceptor meus in l.ij.§.voluntatẽ.in j. col. ff.ſol.mat.dicit ꝙ ſibi videtur ꝙ illa glo.dicat cõtrariũ. pro opinione Lud.Ro.faciũt quæ dicit Bar.in l.fin.C. de emã.libe.vbi dicit quòd filius infans poteſt legitimari.De qua quæſt.an ſit verũ vide do.meũ Iaſ.in l.poſthumo.in j.col.C.de bono.poſ.cõtra tabu.& in l.eã quã.in v.col.C.de fideic.Ang.de Are.in prin.inſti.de legi.pa.tutel.Barba.in conſi.xxxiiij.per totum,in ij.vol.vbi pluſquam ampliſſimè diſputauit hanc materiam. & dicit ibi do.Barb.in iij.vol.quòd quatuor requiruntur in legitimatione quæ fit per reſcriptum.

20 Impetratio hæc à quo fienda. 21

A Quo * autẽ debet hæc legitimatio impetrari? Text.eſt in §.ſi qua ergo non habens filios.in authen.quibus modis natura.effi.legiti.qui dicit,debet ab imperatore impetrari precibus eidem per patrem oblatis. & facit quia eſt reſtitutio natalium,quæ debet ab imperatore impetrari.l.j.C. de nata.reſti. * ſicut enim imperator reſtituere poteſt natalibus , ita etiam famæ.l.j.§. de qua.ff.de poſtu.Notat Inno.in c.cum te.de re iudi. Ita etiam creare tabelliones,vt c.cũ.P.tabellio.per Ionnoc.& alios.extrà,de fide inſtrumento.Ita Barb.in cõſilio xxxiij.in xxv.colum.in ſecundo volu. ¶ Et aduerte ad id quod dixi,precibus per patrem oblatis, videtur quòd pater debet preces principi offerre, & videtur facere text.in §.illud tamen. in verſiculo;ſit igitur licen. in aut.quib.mod.nat.effi.ſui.colla.vij. ibi Bar. & Sali.in aut.itẽ ſi quis.C.de natura.libe. & Alex.in l.Gallus.§. & quid ſi tãtùm.in vlti.col.ff.de libe.& poſthu.dixi hîc antè quòd ſufficit in talibus ratificatio. ¶ Sed aduerte quia hic paſſus eſt vtilis,quòd impetratio & conceſſio legitimationis valet & tenet, dummodo pater & filius conſentiant,vel ante impetrationem,vel tempore impetrationis,vel poſt:quia in materia legitimationis ſufficit ratũ habere.Et legitimatio poteſt ratificari iuribus hîc antè allegatis,per tex.maximè in §.generaliter. vbi Iac. de Beluiſo.Idem tenet Rozillus in tractatu legitimationum. in ſecundo libello, ſub rubrica de cauſa materiali vel ſubiectiua.verſi.vlterius quæro an abſentes vel ignorantes poſſint peti à principe legitimari.& ſub rubrica de cauſa formali.verſi.vlterius vidi dubitari.vbi concludit ſufficere quòd conſtet de voluntate patris.per tex. in d.§.generaliter.& per tex.in §.ſi quis igitur ex qualibet.eodem titu.ibi,vt ſi vel non pater offerat.idem tenet Pau.de caſt.ſecundum antiquam impreſſionem in conſi.ccxxiiij.incip.Dicendum eſt.idem tenet Ange.in conſi.lxix.incip.Arbiter & arbitrator. Idem Ange.in dicto conſi.xvij. Bart.& alij in dicta l.Gallus.§.& ſi forſitan.ff.de liberis & poſthumis.Ant.in dicto c.per venerabilem.in xxix.colum.

22 An rex 23 Frãciæ poßit legitimare.

Franciæ Regis laudes.

NVnquid autẽ * rex Francię poſſit legitimare?dic ꝙ ſic,quia vt dicit And.de Yſernia in c.j.in tit.de vaſallo decrepitæ ætatis, * ꝙ rex in regno ſuo tantã habet poteſtatem vel maiorem quàm imperator in imperio, cùm imperator non tranſmittat imperium ad hæredem,ſed Rex regnum ſuum.c. licet.extrà, de voto.ita dicit And.de Yſernia in dicto c.primo.in fine,ibi,excepto imperatore vel Rege.Et dicit Bal.ſingulariter in titulo de prohibita feu.alie. per Fede.in vlti.col. quòd rex Franciæ eſt tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis eminentis,& qui quo ad ſubditos ſuos eſt tanquam quidam corporalis Deus, & eſt lex animata in regno ſuo.Bal.in l.hoc amplius.verſi.quæro an filij Regis.C.de fideicommiſſis.

24 Princeps Deus in terris.

ADDITIO. De laude,excellẽtia,& honore regum,dixi amplè in Catalogo glorię mũdi,in quinta parte, & ibi de laude Regis Franciæ in xxx.& xxxj.conſidetationibus. * ¶ Aduerte * quia rex ſeu princeps eſt in terris ſicut Deus eſt in cælo.in aut.de inſtru.cautela.in prin.& in aut.conſtit.quæ de digni.§.illud.quos tex.allegat Luc.de Pen in l.contra publicam.in v.col.de re militari.lib.xij.C.

25 Rex dicitur imperator regni.

ET dicit Bal.in l.exemplo.C.de proba. * ꝙ Rex in regno ſuo dicitur imperator regni,qui poteſt per ſe iudicare, & ſcripturam ſuo ſigillo ad probandum roborare,cũ habeat ſupremam iuriſditionem in ſuo regno. & ita tenet Franci.Cur.in conſi.ſuo xlix.in xxxiij.& xxxiiij.col.ibi, nonò oſtenditur. & tenet & ſequitur Ant. Corſetus in apoſtillis ad Panor.in c.quæ in eccleſiarum.in ſecunda col.in apoſtilla quæ incipit, ciuitas non recognoſcens ſuperiorem.extrà,de conſti.maximè cùm in temporalibus non recognoſcat ſuperiorem.c.per venerabilem.extrà,qui filij ſint legitimi.glo.pragmaticę ſanctionis,in procemio,in prima & ſecũda glo.ex quo ergo

non recognoscit superiorem, potest exercere ea quæ sunt imperij. ita Alex. in consi. ij. in iiij. col. in j. vol. quod est repetitum in consi. lxxxviij. in ij. vol. & faciunt quæ dicit Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum. in xij. col. extrà, de constitutio. ¶ Faciunt ad prædicta quæ notanter dicit Oldra. in consi. suo lxix. incip. consueuit dubitari. vbi disputat nunquid omnes reges sunt subiecti imperatori. & ibi vide quomodo reges de iure antiquo & nouo sunt approbati ante imperatorem. Et quòd rex eandem habeat potestatem in regno suo, & maiorem quàm habeat imperator in imperio, tenet Cardi. Alex. in c. j. quæ sunt regalia. in vsibus feudorum. & dicit Soci. in consi. suo lxvij. in j. col. in consi. suo clxv. in ij. col. quòd quilibet rex in suo regno est monarcha, & tantam aut maiorem potestatem habet in suo regno, quantam imperator in imperio suo. maximè istud est dicẽdum de rege nostro Francorum, qui inter cæteros est excellẽtissimus. c. excellentissimus. xj. q. iij. & etiam gloriosissimus dicitur c. hæc quippe. iij. q. vj. & etiam quilibet illustris. c. nouit. extrà, de iudi. & c. nouit. extrà, de appel. Ita dicit Alua. in c. j. in vj. col. in tit. quis dicatur dux, marchio. ¶ Et ad propositum, quòd rex possit legitimare, faciunt quæ dicit Alex. in consi. suo lxvj. in prin. in j. vol. quod est repetitũ in consi. suo cxcv. in ij. vol. & dicit do. Alex. in cõsi. j. in

26 vij. col. in v. vol. * ꝙ reges, duces, & alij principes qui sunt perpetui, habent iura imperij, ita quòd possunt derogare cum clausula, non obstãte, quod not. quia dicit Bal. in consi. suo ccxviij. in iij. parte, in consiliis nouiter impressis, quòd amplius de persona quidem Regis Francorum nil aliud dici potest, quàm quod dicitur de polo antartico, & dicit ꝙ super omnes reges Christianorum obtinet coronam libertatis & gloriæ: & ibi, & in cõsi. præcedenti disputat an ab iniusta sententia Regis Francorum possit supplicari ad papam.

27 *Duces an poßint legitimare.*

QVid autem * de ducibus, an in suo ducatu possint legitimare? Plures doctores tenuerunt ꝙ sic, & consuluerunt de duce Mediolani, vt per Feli. in c. quæ in ecclesiarum. in xij. col. extrà, de consti. per Alex. in consi. ij. in iiij. col. in j. volu. per Barba. in consi. xxxiiij. in xxv. col. ij. vol. per Fran. de Aret. in consi. suo xlviij. in xxxiij. colum. suprà alleg. Idem Alex. in consi. xv. in ij. col. in v. volu. etiam consuluit. Et ita per plura consuluit Paulus de cast. in consi. suo cxcvj. in consiliis nouis, in impressione noua, quod incipit, super primo dubio. ¶ Hæc quæstio fuit aliàs in parlamento Burgundiæ, nunquid dux Burgundiæ potuit legitimare filiam naturalem nobilis & potentis viri domini de Coulches, & plures Itali consuluerunt, & ex aliquibus consilia vidi. Nihil aliud dico, cùm scio ea in breui fore in lucem, & dicam latiùs in fine huius tit. in consi. ver. & primò videndum. Tamen quòd dux aut alius princeps recognoscens aliquem in superiorem, puta dux Burgundiæ qui regem Franciæ recognoscebat in superiorem, non potuit legitimare cõtra dispositionem iuris communis, quæ est lex sui superioris, cùm inferior non possit præiudicare legi sui superioris, & sic cõtra §. naturales. si de feudo fuerit contro. non potuit legitimare. Pau. de cast. in consi. cxcvj. in iij. colum. in nouis consiliis, in impressione noua.

28 *Legitimatio reseruata supremo prĩcipi.*

¶ Et istud est clarum, * quòd legitimatio est de reseruatis supremo principi, secundum Ant. & omnes in c. per venerabilem. extrà, qui filij sint legi. Albe. de ros. in l. imperium. in x. colum. ff. de iurisdi. om. iudi. & cano. in c. cùm P. tabellio. extrà, de fide instru. & in generali concessione ducatus & comitatus non transeunt specialiter reseruata principi, sed requiritur specialis cõcessio. l. j. in princi. ff. de offic. eius cui mandata est iuris. Bal. & doct. per text. ibi, in proposito. in c. quod translationem. extrà, de offic. deleg. Pau. de cast. in consi. ccxxv. incip. super primo dubio. in j. col. & probat tex. cum glo. in §. fi. in aut. quib. mod. nat. effi. sui. colla. vij. sed nõ est aliquis princeps qui sit supremus in tota Gallia nisi Christianissimus Rex, qui in temporalibus superiorem non cognoscit. c. per venerabilem. qui filij sint legi. & est imperator in suo regno, ideo leges vt imperator tollere potest, & contra eas dispensare, cùm habeat iura imperij, sed in his quæ tangunt commodum aut incommodum ducis Burgundiæ, puta vt in §. huius tituli, scilicet quòd bastardo succedatur contra dictum §. quia est tantùm præiudicium ipsius, & hoc credo verum. Non est opus nunc istud disputare: cùm Christianissimus Rex Franciæ sit dux Burgundiæ. Dixi antè de eo, vide. ¶ Credo ego quòd dux Burgundiæ tanquam dux assumpsit sibi hanc potestatem in ducatu de facto, & quia legitimabat in comitatu Burgundiæ, in quo non recognoscit superiorẽ, visum erat multis quòd etiam poterat in ducatu, & à fortiori, sed errabant, quia in ducatu recognoscebat superiorem, scilicet Regem Franciæ, & in comitatu non recognoscit superiorem. Sed dubium esset nunc an legitimatio facta in comitatu de persona ibi subiecta trahat effectum suum ad bona existentia in ducatu: dixi alibi, & quia non est præsentis speculationis, non insisto.

DVbium aliud erat in dicta causa, videlicet nunquid legitimatio poterat reiterari, eo quòd dux Burgũdiæ legitimauerat, & post eum rex Franciæ tanquam superior, an saltem si non valuit legitimatio ducis, potuit valere legitimatio Regis Franciæ. de hac materia satis amplè fuit disputatum per doctores cõsulentes in illa materia, & plenè ponit Franciscus Curt. in consi. suo. lxxiij. incip. super memorata facti narratione. in xj. xij. xiiij. col. vbi amplè disputat materiam. Non insisto. ¶ Paulus de cast. in consi. suo ccxxvij. incip. viso testamẽto. circa finem quem Decius in regula, quoties. ff. de regu. iur. allegat, & dicit ꝙ quis potest se tueri ex pluribus legitimationibus. Et aduerte quòd actus reiterabiles & non reiterabiles ponit Lucas de Penna in l. j. col. iij. C. de cõsulibus, & non spargendis ab his pecuniis. lib. xij.

ET facta fuerunt hæc dubia, eo quòd dicta filia sic legitimata volebat succedere in feudis, contra §. naturales si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatum.

29 *Legitimati rescrip. prin. non differunt à veris legitimis.*

QVomodo * autem tales sic legitimati succedant? dic quòd in nullo à veris legitimis differũt. Tex. est in §. illud. §. finautem licen. in aut. quibus modis natura. effic. legi. colla. vj. Omnibus ergo descendentibus ex latere adnascuntur, & omnibus illis actiuè & passiuè efficiuntur legitimi successores, vt tenet Ang. in d. cõsi. xvij. Vide Bal. in l. si te parens. C. de suis & legi. & plenè dicam infrà in consilio posito in fine huius titu. Non possunt tamen habere ex testamento vel aliàs plus quàm vni filiorũ fuerit datum, qui minus habuit. §. & quoniam. in aut. quibus modis natura. effi. sui. col. vij. Bal. in consi. suo. ccvj. in iij. parte. do. meus Ias. in l. vnica. in xj. & xij. col. C. quando non pet. partes. & licet dicatur quòd legitimati non differant à veris legitimis, Franciscus

30 Curtius in consi. lxxiij. in xv. colum. ponit multas differentias. Adde alium, * quòd licet legitimatus non debeat amplius appellari bastardus, vt vult Bar. & est de mente glos. in l. imperialis C. de nupt. tamen est minus dignus legitimo. Ita Bal. in c. per tuas. extrà, de maiori. & obedien.

Quid

QVid autem debeat exprimere petens legitimari ponit amplissimè Cardi. Alexã.in c.per venerabilem.in §.quòd verò.in x.xj.cũ seq.col.extrà, qui filij sint legitimi.& quæ species illegitimitatis debeat exprimi, ponit Feli.in c.postulasti.in quarta col.extrà, de rescri.Dicit tamen do. meus Ias.in l.præscriptione.in penul. col.C. si contra ius vel vtilitatem publicam.quòd petens se legitimari tanquam natum ex soluto & soluta, cũ natus sit ex adultero complexu, non vitiatur per hoc legitimatio . vbi allegat Angelum istud tenentem.

AN autem * habens potestatem legitimandi spurium, possit legitimare spurium & incestuosum? Do. meus 31 Ias.post alios in l.ij.in iij.iiij.& v.col.ff.de verbo.obligatio.Feli.in c.at si clerici.§. de adulteriis.in iiij.col. extrà, de iudiciis.& ponit do.meus Ias.in d.l.ij.in v.col.an comes Palatinus habens potestatẽ legitimandi spurios, possit legitimare spurias, allegans Signorolum de homodeis in consilio suo clxxxvj. qui consuluit per sex fundamẽta quòd nõ. Idem do.meus in l.Gallus.in xj.col.ff.de liber.& posthu.& in l.si quis id quod.in ij.col. ff.de iurisdom.iudic. ❡ De legitimato autẽ à comite, probatur per Alex.in consi.lxxvij.in v.colum.in j.vol.& in consi.xciiij.in iij.col.in j. vol. ❡ Dominus meus Ias.post Alex.& alios ponit plura circa materiam legitimationis.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de liber. & posthu.vbi tria principaliter examinat.

PRimum videlicet nunquid legitimatio trahatur retrò, vbi plenè per eum.Et per eundem in l.ij.in v. volu. ff.de vulga.& pupil.

SEcundum, an legitimati auferant hæreditatem venientibus ab intestato.Vide quæ dicit Barb.consi.xxvij. in xxj.colum.& xxvij.in j.volu.

TErtium, an in legitimatione naturaliũ requiritur citatio aliorũ legitimorum & agnatorũ. de quo etiã per eundẽ in l.publicati.in fin.C.de testa.vide Fran.de Curte in cõsi.suo lxv.in xv.col.vbi plenè distinguit. & faciunt quæ dicit in consilio xvj.in ij.col.& in consi.xvij.& in consi.lxxiij.in xxx.col.vbi dicit quòd in vita patris non est necessaria citatio agnatorum.

NVnquid autem possit legitimari quis pro parte, & pro parte non, vide Barb.in consi.j.in xxxvij.col.in j. vol.& vide dominum meum in l.j.in xij.col.versic.pro hac eadem parte.C.de iure emphy. & in l.pactum. in ij.col.C.de colla.& Alex.in consilio xxv.inci. Circa primum.in iij.col.in j.volu.vbi dicit quòd potest legitimari filius quòd in nihilo succedat, vel in hoc quòd placuerit patri, licet contrarium videtur tenere Feli.in c.postulasti.in xj.colum.extrà, de rescriptis.

CVM casus euenerit tibi ad impugnandum legitimationem, vide quæ dicit plenissimè Fran.Cur.consi.suo lxxiij.vbi ponit decem quæ possunt apponi contra legitimationem, quæ sunt multum notanda. ❡ *In toto Gallia videtur vnum esse quod est in obseruantia, quòd etiam legitimati per principem non solent succedere, sed videtur quòd legitimatio eis tantũ prodesse debeat quoad iura principis, scilicet ne princeps eidem succedat. Et maximè in Burgundia, vbi visæ fuerunt prædictæ legitimationes habere tantùm effectum vt operentur contra ius principis, de quo in isto titulo, & non aliàs.Cogita. 32 *Legitimatio qd sit in Gallia.*

IN TEXTV IBI, *De pere & de mere.*

QVid econtrà, an sicut filius spurius non succedit patri, ita etiam pater spurij eidem non succedit, siue ex testamento siue ab intestato? Azo.in titu.de hæredita.instituen.dicit quòd sicut pater filio spurio relinquere non potest, sic nec econuerso spurius patri, cum indignior sit filio, & ita etiam dicit.C.de legitimis hæredibus.quem sequitur Barto.in l.si.ff.de his quibus vt indi. dominus meus Iason in §.pœnales.in xij.colum. institu.de actio.Guil.Benedicti in sua repet.c.Rayn.numero ccccccxcv.de testamentis.

§. QVARTO.

SE vn bastard forfaict corps & biens par crime par luy commis, ses biens sont au seigneur hault iusticier, soubz lequel ilz sont assiz.*

SICVT ergo domino habenti altam iustitiam applicantur bona delinquentis, quæ confiscari debent quando est legitimus & naturalis qui delinquit, ita etiam quando est naturalis tantum seu bastardus. Maior tamen esset ratio quòd hæc bona bastardi confiscata, fisco, hoc est regi & principi supremo applicarentur, quia etiam si non delinquat, iam in illis succedere debet, vt in hoc titu. §. j. & etiam de iure confiscationes ad principem spectare debent, vt dixi suprà, des confiscations.§.j.ibi. *& appartient la confiscation*, & ideo cum specialia circa idem concurrant, deberent potiùs hæc bona applicari principi quàm baroni habenti altam iustitiam.

FVI interrogatus semel de quodam casũ multũ notabili. Aliquis cõmisit crimen læsæ maiestatis ob quod fuit condemnatus ad mortem, & bona eius confiscata. quæritur nunquid debeant applicari domino habẽti altam iustitiam, an verò supremo principi, in personã cuius commisit crimen læsæ maiestatis, vel si bona eius sint feudalia, an ad dominum feudi redire debeant, an ad fiscum, Specu.in titu.de feudis.§.quoniam.versic.xl. quæritur, ecce P. tenens.vbi ponit plures opiniones, sed quia casus est in facto, ex quo consului, non decido, & etiam hũc casum decidit Guido pape in quæstione sua cccxlj. quam allegaui suprà in titu. *des confiscations.* §.j.ibi. *Et appartient la confiscation.* Audiui quòd aliàs fuit iudicatũ quòd talia bona debent applicari principi in cuius personã delictum fuit commissum, & vide Henricum Bohic in c. in quibusdam.extrà, de priuileg. *Casus.*

ADDITIO. Quantum tamen ad feuda videtur quòd domino feudi debent applicari, vt tenet Matt. de affli.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, si quando contingit.in v. not.in iij.lib. sed quicquid sit, crederem idem in feudis apud nos, cũ sint redacta ad instar patrimoniorum vt suprà dixi & comprobaui in pluribus, in titulo, *des fiedz*.§.incipiente, *en choses feodales*.*

DE bonis vero presbyteri delinquentis, cui debeant confiscari, vide glo. & docto. in c.quia diuersitatẽ.in verbo, præter.extrà, de conces.præben.

PER istum §. satis denotatur quòd bona bastardi eius vita comite per ipsum bastardum possunt per quãcunque speciem alienationis alienari, etiam inuito principe. ❡ Nunquid autem de his possit testari, dixi infrà in §.finali.

§. QVINTO.

QVand le preſtre baſtard va de vie à treſpas, mondict ſeigneur le duc prent les heritaiges dudict preſtre baſtard, & au regard des biens meubles ilz ſont & demeurent à leurs prelatz ou ordinaires, qui les ont accouſtume d'auoir.

QVomodo ſuccedatur presbytero legitimo, non hîc inſiſto, quia plenè examinauit do. Nicolaus de Vbaldis in tractatu ſucceſſionum ab inteſtato clericorum regularium & ſecularium, ibi, finita tantùm ſucceſſione. ibi, ſecundùm membrum fuit, quomodo ſuccedatur ipſis clericis, vbi plenè diſtinguit vſque ad finem ſui tractatus.

AD quem autem ſpectet probare an defunctus ſit presbyter, vel non, cũ diſputatur de eius ſucceſſione, vide ex iis quæ dicit idẽ do. Nicolaus in tractatu ſuo ſucceſſionũ ab inteſtato, in fi. vbi dicit quòd ſi per curiam ſecularem negetur defunctum fuiſſe clericum, debet plenè probari presbyteratus, nec ſufficit probare ipſum fuiſſe in poſſeſſione presbyteratus.

1 *Bona clericorum gaudent priuilegiis eccleſiarũ.*

2 *Nota.*

NVnquid autem iſta cõſuetudo ſeu ſtatutum ſit cõtra libertatẽ eccleſiaſticã? videtur ꝙ ſic. per tex. in c.nouerit & in c.graue.extrà, de ſenten.excom.nam ex quo tales baſtardi ſunt clerici & presbyteri, ſicut ſunt exempti à iuriſditione tẽporali, ita ſtatuta principis eos nõ ligant, vt ibi, ita etiam nec eorũ bona, cũ clerici in eorũ bonis ſint etiã priuilegiati, * & bona clericorũ gaudeant priuilegio eccleſiarũ, vt dicit gloſ. in c.ex literis.extrà, de pig.& contra hanc cõſuetudinẽ eſt tex.in c.ſancto.extrà, de ſucceſ. ab inteſtato. dic tamẽ ꝙ iſtud non eſt vniuerſaliter verũ, prout dicit Panor.in c.ſi diligenti. circa finem, de præſcri. vbi dicit poſt Anton.de Butrio, quòd niſi ſit iure expreſſum vel ſubſit omnino eadem ratio, nõ gaudebunt bona clericorũ eodẽ priuilegio, cũ bonis eccleſiarũ.hoc etiam tenet Panor.in c.j.de pignoribus.plenè per Feli. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.extrà, de cõſti.Et aduerte, quia vt dicit idem Feli.in d.c.in xxvij.col.ibi, ſecundus caſus. ſaluans opinionem Bar.* quãdo ſtatutũ ſeu cõſuetudo eſt promiſcuè inducta tã per clericos quã per laicos, ligat etiã clericos, nec dicitur cõtra libertatẽ eccleſiaſticã, vt tenet Bal.in c.cũ veniſſent. in pe.col. extrà, de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruandæ.iſtud idem tenet Alexã.in conſi.ſuo xcvij.in vlti.col.in j.vol. ¶ Ex quo dixi quòd cum hæ noſtræ conſuetudines ſint factæ & approbatę per viros eccleſiaſticos, cũ tres ſtatus patriæ fuerint ad hoc congregati, quòd cõſuetudo noſtra ſuprapoſita in tit. *Des droictz & appartenan.* §. *Le mary & la femme.* in eo ꝙ diſponit in iuramento valet, & idem dicendum eſt de hac conſuetudine. Fran.de Are.ponit aliqualem doctrinam in c.quòd clericis.in iij.& iiij.col.extrà, de foro cõpe. quando ſcilicet ſtatuta laicorum ligent clericos.
3 & ponit Feli.in d.c.eccleſia.dicit etiam Fran. Curti.in conſi.ſuo xxvij.in xj.col.* quòd clericus in patrimonialibus cenſetur vt laicus.cogita tamen quia hæc conſuetudo videtur contra tex.in l. ſi quis presbyter.C. de epiſc.& cle. ¶ Dicerẽ quòd ex quo hæc bona ſunt baſtardo, qui ex quo eſt presbyter etiam erat baſtardus quo tempore iam erant affectata principi, quòd per presbyteratum ſuperuenientem princeps non debet perdere ius ſuũ quod anteà habebat in baſtardũ, vt tenet Are.in d.c.quod clericis.in fi.& hoc ſatis voluit intelligere Bal.in c.cũ veniſſent.in pe.col.ext.de eo qui mittitur in poſſeſſ.cauſa rei ſeruãdæ.vbi dicit ꝙ valet conſuetudo ſeu ſtatutũ Regis Frãciæ, ſeu ordinatio ſuper bonis clericorũ in forma: eo ꝙ omnes res in Francia ſunt de territorio Regis Franciæ, & ideo dicit ꝙ in actionibus realibus etiam inter clericos iudicatur in Francia ſecũdum cõſtitutionẽ Regis.& dicit ꝙ hoc etiã eſt ius cõmune: quia de hoc dicit eſſe tex.in d.c.cũ veniſſent.vbi iudicatur inter clericos ſecundũ cõſuetudinẽ populi quã ſummus pontifex approbat. & iſtud tenet Guido Pape in
4 quæſt.ſua lxxix.per alia iura.Bal.in d.l.ſi quis presbyter. in j.col.C.de epiſ.& cleri.qui dicit, pone * ꝙ ſacerdos aliquis habebat filiũ ſpuriũ, & relinquat ille ſacerdos fratri cũ cautione ſecreta de reſtituẽdo tali ſpurio presbyteri, & ſic nõ capaci, cũ nũc hæc hæreditas debeat auferri ab eo tanq̃ indigno, cui debeat applicari, an fiſco eccleſiæ, an fiſco principis ſecularis? Bal.ibi concludit ꝙ fiſco principis ſecularis: quia bona auferuntur de manu hæredis qui eſt laicus, & cui erat ius quæſitum, ideo applicari debent fiſco principis ſecularis. Dicerẽ etiã ꝙ ex quo hæc cõſuetudo diſponit de iure quęrendo, & nondũ eccleſię quæſito, quòd princeps ſecularis potuit diſpo
5 nere.arg.eorũ quæ dicit Hyppo.de Marſi.in ſingulari ſuo cxciiij. vbi dicit, * licet laici non poſſint ſtatuere ſuper iure quæſito eccleſiæ, tamen poſſunt ſtatuere ſuper iure quærẽdo. Et nota iſtud ad multa, & dixi ſuprà, tit. *des droictz & appartenances a gens mariez.* §. vij.in glo. *ſuppoſe.* verſi.ad illud tamen.

IN TEXTV IBI, *Prent les heritages.*

1 *An presbyter baſtardus poßit teſtari.*

EX hoc dubitari poſſet an hoc ſit verum etiam ſi moriatur teſtamento condito, * & ſic quæro an presbyter baſtardus teſtari poſſit? & videtur dicendum quòd non, quia textus noſtræ conſuetudinis loquitur indiſtinctè non facta mentione ſi deceſſerit ab inteſtato, vel teſtamento condito, ergo videtur quòd etiam indiſtinctè debet intelligi, cùm vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l.de pretio.ff.de publ.

ITem etiam princeps ſuccedit baſtardo, vt dicit tex. in §.j.huius tituli, quòd verbum ſimpliciter prolatum intelligitur tam ex teſtamento quàm ad ab inteſtato.dixi in §.j.in glo.fi.ſuprà, tit.præcedenti: ergo generaliter debet intelligi.Soci.conſi.cl.in xx.col.

COntrariũ tamen videtur dicendũ.& hoc ſic probatur: nã edictũ de teſtamẽtis eſt prohibitoriũ, ita ꝙ quilibet poteſt teſtari qui nõ reperitur prohibitus, vt patet.C.de teſt.& qui teſta.fa.poſ.& Hoſt.eo.tit.per totũ: & ideo cũ nõ reperiatur prohibitus teſtari, videtur ei permiſſum ꝙ teſtari poſſit.facit l.ab ea parte.ff.de proba.& ꝙ ſit edictũ prohibitoriũ tenet Philip.Francus in rub.de teſta.in vj.in repe.c.ſi pater.in iij.col.ibi, circa tertiũ principale. vbi enumerat omnes, & latè diſputat materias illorũ qui nõ poſſunt teſtari. & iſta eſt generalis cõſuetudo in tota Frãcia, pro qua fuit latũ arreſtũ in parlamẽto Pariſienſi cõtra procuratorẽ regiũ pro quodam Luca de Mailleno anno do.Mccccxxvij.Et ideo cũ nõ reperitur prohibitũ expreſſè per cõſuetudinẽ noſtrã, nõ dicetur ꝙ per hæc verba ita generalia reperiatur prohibitus teſtari: imò etiã ſtatutũ hoc prohibẽs expreſſè non valet, imò eſſet iniquũ. Pau de ca.& alij in l.ex facto.in prin.ff.de vul.& pupil. Alex.in conſi.clv.incip. viſis & accuratè.in vlti.col.in ij.volu.do.meus Iaſ.in l.non idcirco.in j.col.C.de codici. & ideo ſi non poſſit expreſſè diſponi,

diſponi,quòd nō poſſit teſtari,multo minus ſumetur ex interpretatione ſuper prædictis verbis,cum ſtatuta debeant ita intelligi & interpretari,quòd nō ſequatur abſurdū.l.ſiue oportet.§.aliud.ff.de excu.tut. do. meus Iaſ. in l.properandū.§.ſinautē alterutra.C.de iudi.& dicit Felinus in c.cognoſcētes.in vj.col.extrà,de cōſtit. quòd verba generalia ita debēt intelligi,ne ſequatur abſurdū,ſed abſurdum eſſet ita interprætari iſtud ſtatutū vt dictū eſt,igitur eo etiā quia qđ nō poteſt fieri in ſpecie,nō poteſt fieri in genere.facit tex.in c.tua. de decimis.& in l.de obli.ff.de pig.pro qua regula plura allegaui in tractatu meo de maledictione creaturarū irrationabiliū. in quarto præſuppoſito principali.ibi,contra,imò teneo.ſed ſic eſt quòd per ſtatutum non poſſit in ſpecie determinari quòd baſtardus teſtari non poſſit ſi ſit ſanę mentis, vt dictum eſt, & ideo etiam non fiet per prædicta verba in textu noſtro poſita,licet ſint indiſtinctè prolata , interpretatio quòd per hoc ſit prohibitus teſtari,& ſic quòd princeps capiat bona quæ reliquit alicui per ſuum teſtamentum.

Succedo verbum.

ITem & ad id quod dicitur,quòd verbum,ſuccedit,eſt verbum generale comprehendens tam ex teſtamēto quàm ab inteſtato,contrarium tenet Soci.in conſi.ſuo lxxx.in ix.col. vbi videtur tenere quòd ſolum cōprehendit ab inteſtato,hoc probando ex rubro & nigro.C.communia de ſucceſ.vbi verbū, ſucceſſio, cōprehēdit ſolum cauſam ab inteſtato,ergo fortius ſi ſtatutum hoc exprimat,non continetur cauſa teſtati.per id quod legitur & notatur in l.iij.§.de illo.ff.pro ſocio.vbi quando fit mentio ſucceſſionis,intelligitur de hæreditate proueniente ab inteſtato,& non de ea quæ prouenit ex teſtamento.

ITem & facit quia in vtroque §.dicitur,quando baſtardus decedit ſimpliciter.quod verbum,decedit,ſimpliciter prolatum intelligitur ab inteſtato,vt probatur in l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.quem ad hoc allegat Soci.in dicto conſi.xxx.in ix.col.

ITem ad dictum Soci. in conſi.cl.in xx.col.quod etiam dicit in conſi.ſuo cclxxvj.in vj.col.reſpondendum eſt vt per eundē Soci. in conſi.ſuo xxx.in x.col.ibi,decimoquinto.quòd ex quo eſt verbum generale, quòd ciuiliter intelligēdū. l.ſi cui.ff.de ſer.l.pe.ff.ad exhi.& vt minus corrigat ius commune,quod fieret vt dictum eſt hic antè:igitur.& prædicta ſcripſi in caſu meo proprio cum fuit mihi oppoſitum quòd quondā auunculus meus cui ſucceſſeram eſſet baſtardus,quod non erat verum, imò probaui ipſum eſſe legitimum . ¶ Vide Boerium in conſue.ſeptenę Bituricen.tit.de teſta.§.vltimo.

IN TEXTV IBI, *Et au regard des biens meubles.*

ADuerte quia penes prælatum mortuo preſbytero,vel penes eccleſiam mortuo prælato transfertur ciuilis poſſeſſio,& ſic habet locum §.j.ſuprà, *des ſucceßions*.ita tenet Bal.in aut.licen.in ij.col. C.de epiſ.& cle. ¶ Sed iuxta prædicta quæritur de caſu multum notabili qui euenit de facto, de quo conſului vt hìc pòſt patet.

Propoſitio caſus.

FActum tale eſt.Reuerendiſſimus quondam pater dominus Ioannes Rolin,cardinalis preſbyter tituli ſancti Stephani in Cęlio monte,epiſcopus Heduen.habuit ex Anna de Goix,tunc ſoluta,ex nephario & inceſtuo coitu duos ſpurios,Petrum ſcilicet & Sebaſtianum Rolin.Qui quidē Petrus fuit præſbyter,prior de Borro regulari,& archidiaconus Heduen.protonotarius ſanctæ ſedis apaſtolicæ. Et ad ſui ſupplicationē anno domini milleſimo quadringēteſimo ſexageſimo quarto,per Philippū tunc ducem Burgundiæ legitimatus.Cuius legitimationis tenor ſequitur.

Copia legitimationis.

PHilippe par la grace de Dieu duc de Bourgōgne,de Lothier,de Brabant,& de Lēbourg, Conte de Flandres,d'Artoys,de Bourgongne,Palatin de Haynault,de Hollande,de Zelande,& de Namur,Marquis du ſainct Empire,Seigneur de Frize,de Salins,& de Malines.

¶ Scauoir faiſons à tous preſens & aduenir,que l'humble ſupplicatiō de Pierre Rolin protonotaire du ſainct ſiege apoſtolique, filz illegitime de treſreuerend pere en Dieu . meſſire Iehan Rolin , cardinal & eueſque d'Oſtun, engendré ou corps de damoyſelle Anne de Goix,non mariee. Lequel Pierre eſt un ieune filz biē moriginé, de bōne uie & conuerſation, & a grand uolunte de bien faire, & apprēdre ſcience & de demeurer ſoubz nous, ſ'il nous plaiſt iceluy legitimer. & ſur ledict default de ſa natiuite impartir noſtre grace.Nous attēdues les choſes deſſuſdictes,de grace eſpecial & certaine ſciēce auōs ledict Pierre Rolin ſuppliant legitimé & legitimons , & ledict default de ſa natiuite aboliſſōs, & effacons par ces preſentes, & luy auons octroye & octroiōs de noſtredicte grace qu'il puiſſe comme perſonne legitime ſucceder & uenir a toutes ſucceßions quelconques,tant directes que collateraulx,qui luy competent & competeront,ou luy pourront competer & appartenir cy apres, & retenir pour luy, ſes hoyrs & ſucceſſeurs a touſiours tous les biens qui luy aduiēdront deſdictes ſucceßions & autrement, & qu'il a acquis & acquerra.Et qu'il peult faire teſtament & ordonner de ſes biens par teſtament,ou autrement comme bon luy ſemblera, & ſoit receu aux eſtatz,honneurs,offices, & quelconques faictz legitimes ſeculiers , & reputé doreſnauant pour perſonne legitime ainſi comme ſ'l eſtoit ne en loyal mariage.Et que apres ſon treſpas nōobſtāt ladicte baſtardie,ſes plus prochains de lignage ſuccedēt a luy, & a ſes heritages,poſſeßiōs & autres biēs acquis & a acquerir, ainſi & par la maniere(non autrement)quilz feroient ou pourroiēt faire,ſe il fuſt né & procree en loyal mariage,ſans que a cauſe de ladicte baſtardie nous ou noz ſucceſſeurs y puiſſons demāder ou reclamer aucun droictz ou temps aduenir,nonobſtant quelconques droictz,couſtumes,ſtatuz,uſages ou obſeruances au contraires. Moyennant touteſſoys & parmy ce que ledict ſuppliant ſera tenu rēdre & payer pour nous la ſomme de cent eſcuz d'or du pris de quaranteneuf gros de noſtre monnoye de Flandres la piece, ou autre monnoye a la ualue , a noſtre amé & feal ſecretaire & commis a recepuoir generalement tous les deniers applicquez a noſtre eſpargne maiſtre Triſtan Ianezone,qui ſera tenu d'en faire compte & recepte a noſtre proffit.Si dōnons en mandement a noz amez & feaulx les gens de noz comptes a Diion,que ladicte ſomme de cent eſcuz,telz que dictz ſont, ou autre monnoye a la ualue, premierement payee ainſi que dict eſt,dont il apperra par lettres de receptes dudict maiſtre Triſtan faicte & ſignee comme il appartient en tel cas, & en regiſtrent ces preſentes ainſi qu'il eſt accouſtume, & icelles uerifient, enterinōt & accompliſſent de poinct en poinct , ſelon leur forme & teneur.

¶ Mandons außi a noz baillifz de Diion, Oſtun , Chalon , & a tous noz autres baillifz iuſticiers, & officiers, preſens & aduenir , ou a leurs lieutenans , & a chaſcun d'eulx ſi comme a luy appartiendra , que de noſtre preſente grace & legitimatiō,ilz facent,ſouffrēt & laiſſent ledict Pierre Rolin ſuppliāt,ſes hoyrs & ſucceſſeurs plaine-

ment & paisiblement iouyr & user, & contre la teneur dicte ne les contraignēt, molestent, ou empeschent; ou souffrent estre contrains, molestez, ou empeschez dorsenauāt en aucune maniere, & affin que ce soit chose ferme & establie a tousiours, nous auons faict mettre nostre seel secret a ces presentes, sauf en autre chose nostre droict & lautruy, en toutes. Donné en nostre uille de, Lisle, le xii. iour du moys de Iuing. Lan de grace Mil cccclxiiii.

¶ Et in plica illius legitimationis, *par monseigneur le duc, leuesque de Tournay, le sire de Croy, cōte de Pourray, meßire Pierre conte de Gonx, Pierre Bladelin, maistre Iehan Iaquelin, & autres presens. Ainsi signe. I. Milet.*

Et etiam est scriptum in eadem plica, expedita & registrata in camera compotorum domini ducis Burgundiæ Diuioni, virtute præsentium, & mediante summa centum scutorum auri arbitrata per dominum ducē pro summa huiusmodi legitimationis, & soluta magistro Tristanno Ianezone generali receptori parcimoniæ ipsius domini ducis, prout constat per literam receptę dicti magistri Tristanni. Quæ quidem litera receptę cū copia pręsentium retinetur & ponitur in loco ad hoc in dicta camera ordinato. Scriptū in eadem camera, die xxiiij. mensis Aprilis, Anno domini M.ccccłxiiij. post pascha. sic signatum. I. le Vbatier.

¶ Item quædam attachia secretarij dictæ legitimationi attachiata, cuius tenor sequitur.

¶ *Ie Tristan Ianezone, secretaire & commis a recepuoir generalement tous les deniers applicquez a lespargne de monseigneur le duc de Bourgongne & de Brabant, confesse auoir receu de Pierre Rolin protonotaire du sainct siege apostolicque, filz illegitimé de tresreuerend pere en Dieu meßire Iehan Rolin, cardinal d'Ostun, la somme de cent escuz d'or de quaranteneuf gros monnoye de Flandres la piece, qu'il debuoit a mondict seigneur pour la finance de sa legitimation, que mondict seigneur luy a presentement aduouée, comme peult apparoir par lettres patentes de mō dict seigneur sur ce faictes, seellées en las de soye, & cire uerd. Donnees le xii. iour de Iuing, Lan mil ccccłxiiii. pour conuertir icelle somme en faict de ladicte espargne. De laquelle somme de cent escuz dor dudict pris, de xlix. gros de Flandres la piece, ie suis content. Tesmoing mon seing manuel cy mis, auec le signet de Pierre Bladelin garde dudict espargne. Le xiiii. iour de Iuing, Lan M.ccccłx iiii. ainsi signe. T. Ianezone.* ¶ Collatio huius transcripti cum literis originalibus signatis & sigillatis vt suprà facta fuit in camera compotornm domini ducis Burgundiæ Diuioni, xxiiij. mensis Aprilis Anno domini M.ccccłxv. post pascha. sic signatum. I. le Vbatier.

Dictus verò Sebastianus Rolin fuit secularis & legitimatus anno domini M. ccccłxiiij. per Philippum ducem Burgundię, cuius legitimationis tenor sequitur.

Copia alterius legitimationis.

Philippe par la grace de Dieu duc de Bourgōgne, de Lothier, de Brabant, & de Lēbourg, Conte de Flandres, d'Artoys, de Bourgongne, Palatin de Haynault, de Hollande, de Zelande, & de Namur, Marquis du sainct Empire, Seigneur de Frize, de Salins, & de Malines.

¶ *Scauoir faisons à tous presens & aduenir, que l'humble supplicatiō de Bastien Rolin filz illigitime de tresreuerend pere en Dieu, meßire Iehan Rolin, cardinal & euesque d'Ostun, engendré ou corps de damoyselle Anne de Goix, non mariee. Lequel Bastien est un ieune filz bien moriginé, de bōne uie & cōuersation, & a grand uolunte de bien faire, & apprēdre science & de demeurer soubz nous, s'il nous plaist iceluy legitimer. & sur ledict default de sa natiuite impartir nostre grace. Nous attēdues les choses dessusdictes, de grace especial & certaine sciēce auōs ledict Bastiē suppliāt legitimé & legitimōs, & ledict default de sa natiuite abolissōs, & effacōs par ces presentes & luy auōs octroye & octroiōs de nostre grace qu'il puisse cōe persōne legitime succeder & uenir a toutes succeßiōs quelcōques, tāt directes que collateraulx, qui luy cōpetēt & cōpeterōt, & pourront cōpeter & appartenir cy apres, & retenir pour luy, ses hoyrs & successeurs a tousiours, tous les biēs qui luy aduiēdrēt desdictes succeßions ou autremēt, qu'il a acquis & acquerra. Et qu'il peult faire testament & ordōner de ses biēs par testamēt, ou autremēt cōme bō luy sēblera, & soit receu aux estatz, hōneurs, offices, & quelcōques faictz legitimes seculiers, & reputé doresnauāt pour persōne legitime ainsi cōme s'l estoit ne en loyal mariage. Et que apres son trespas nōobstāt ladicte bastardie, ses plus prochains de lignage succedēt a luy, & a ses heritages, possesßiōs & autres biēs acquis & a acquerir, ainsi & par la maniere (& non autrement) quilz feroient ou pourroiēt faire, se il fust né & procree en loyal mariage, sans que a cause de ladicte bastardie nous ou noz successeurs y puissons demāder ou reclamer aucun droictz, ou temps aduenir, nonobstant quelconques droictz, coustumes, statuz, usages ou obseruances a ce contraires. Moyennant toutesfoyes & parmy ce que ledict suppliant sera tenu rēdre & payer pour nous la somme de cent escuz d'or. du pris de quaranteneuf gros de nostre monnoye de Flandres la piece, ou autre monnoye a la ualue, a nostre amé & feal secretaire & commis a recepuoir generalement tous les deniers applicquez a nostre espargne maistre Tristan Ianezone, qui sera tenu d'en faire compte & recepte a nostre proffit. Si dōnons en mandement a noz amez & feaulx les gens de noz comptes a Diion, que ladicte somme de cent escuz, telz que dictz sont, ou autre monnoye a la ualue, premierement payee ainsi que dict est, dont il apperra par lettres de receptes dudict maistre Tristan faicte & signee comme il appartient en tel cas, & eu registrent ces presentes ainsi qu'il est accoustume, & icelles uerifient, enterinent & accomplient de poinct en poinct, selon leur forme & teneur.* ¶ *Mandons außi a noz baillifz de Diion, Ostun, Chalon, & a tous noz autres baillifz iusticiers, & officiers, presens & aduenir, ou a leurs lieutenās, & a chascun d'eulx si comme a luy appartiēdra, que de nostre presente grace & legitimation, ilz facent, souffrent & laissent ledict Bastien Rolin suppliant, ses hoyrs & successeurs plainement & paisiblement iouyr & user, & contre la teneur d'icelles ne les contraignent, molestēt, ou empeschent, ou souffrent estre contrains, molestez ou empeschez doresnauant en aucune maniere, & affin que ce soit chose ferme & establie a tousiours, nous auons faict mettre nostre seel secret a ces presentes. sauf en autre chose nostre droict, & l'autruy en toutes. Dōnee en nostre uille de Lisle, le xii. iour du moys de Iuing, Lā de grace Mil ccccłxiiii. & en marge au dessus, par mon seigneur le duc, leuesque de Tournay, le seigneur de Croy, messire Pierre seigneur de Gonx, Pierre Bladelin, maistre Iehan Iaquelin, & autres presens. ainsi signe. I. Milet. Et au dessoubz en la marge.* ¶ Expedita & registrata in camera compotorū domini ducis Burgūdiæ, Diuioni, mediāte summa centum scutorū auri, per dictū dominū ducem arbitrata, solutāque magistro Tristāno Ianezone, receptori generali parcimoniæ ipsius domini ducis, prout cōstat per littera receptę, dicti receptoris. quæ quidē littera cū copia præsentiū retinetur, & ponitur in loco ad hoc in dicta camera ordinato. Scriptū n eadē camera, iij. mēsis Augusti, anno domini M.ccccłxiiij. Ainsi signe. I. le Vbatier.

Habuit

HAbuit etiam dictus Cardinalis ex Alexia Regnier tunc soluta Blasium Rolin spurium,qui postmodū fuit protonotarius apostolicus,præsbyter,prior commendatarius sancti Symphoriani,curatus de drasscio,qđ est beneficiū regulare dependens à dicto prioratu,curatus sancti Ioannis de lusia,seu sancti AEmiliani, & decanus ecclesiæ collegiatę sanctorum Andochij,Titij & Felicis de Sedeloco : quæ quidem duo vltima beneficia sunt de omnimoda prouisione reuerendi domini episcopi Heduen. qui quidem Blasius anno domini M.ccccxciiij.ipso iam adepto ordinem præsbyteratus illum tamē tacendo,legitimatus fuit à Christianissimo rege Carolo dei gratia Francorum rege & duce Burgundiæ,cuius legitimationis tenor sequitur.

CArolus dei gratia Francorū rex ad futuram rei memoriam.regiæ liberalitatis clementiam ad illos libenter extendimus qui virtutum adiuti suffragiis dignè sibi vendicant præmia meritorum. Notum igitur facimus vniuersis præsentibus & futuris,quòd licet magister Blasius Rolin,commendatarius sancti Symphoriani extra muros Heduen.decretorum doctor,ex quondam bonæ memoriæ Io. Rolin,cardinalis Heduen. vulgariter dicto & Alexia Regnier muliere tūc soluta copula illicita originē traxerit, ad imitanda tamen proborum vestigia sit etiā intentus, quòd in ipso merita supplent & virtutes originis huiusmodi defectus,prout veridico relato didicimus,nos dictum Blasiū eius supplicationi nobis super hoc factæ benignè annuentes,de nostræ regiæ potestatis plenitudine certa sciētia & gratia speciali legitimauimus ac legitimamus , necnō legimationis titulo decoramus per præsentes,ipsúmq; in iudicio & extrà deinceps pro legitimo reputari & haberi volumus, præsentes cōcedentes eidē, & cū eo dispensantes vt ipse bona mobilia & immobilia quæcūque acquirere,& iā acquisita possidere,ac de eisdē inter viuos in testamēto & aliàs disponere ad suæ libitū volūtatis, ad successionē quoq; parētū & cōsanguineorū suorū ac aliorū quorūlibet ex testamēto vel ab intestato succedere valeat,dūmodo de eorū volūtate ꝓcesserit,nisi alteri ius foret iā quęsitū,insuper quòd ad quoscūq; honores , officia & actus legitimos admittatur,ac si esset de legitimo matrimonio ꝓcreatus, quódq; tota eius posteritas de legitimo matrimonio ꝓcreata seu ꝓcreāda in bonis suis quibuscūq; eidē iure hæreditario succedāt,& succedere valeāt,nisi aliud q̄ defectus nataliū prędict⁹ repugnet prędicto defectui,quē prorsus abolemus iure,cōsuetudine,lege,statuto,edicto,vsu generali vel reali regni nostri ad hoc cōtrariis,nō obstātibus quibuscūq;, absq; eo tn̄ ꝙ idē Blasius aut sui successores vllā ob hoc finātiā nobis aut successoribus nostris quōlibet soluere teneantur Quā qđē summā,quotquot ęstimari vel arbitrari possit seu posset,eidē Blasio nōnullorū nostrorū specialiū seruitorū,cōsanguineorūq; suorū,q sup hoc nos instāter requisiuerūt,intuitu donauim⁹ & quittauim⁹,donamúsq; & quittamus per pręsentes manu nostra signatas,quocirca dilectis & fidelib⁹ gētibus cōpotorū nostrorū Diuionē.generaliū oīm finātiarū nostrarū,ordinariarū & extraordinariarū,patriæ & ducatus nostri Burgū.balliuo Heduē.ceterísq; iustitiariis & officiariis nostris,aut eorū locūtenē.pręsentibus & futuris,& eorū cuilibet ꝓut ad eū ꝑtinuerit per hæc scripta damus in mādatis quatenus præfatū Blasiū nostris præsentib⁹,legitimatiōe,cōcessione,gratia,quittātia,dono,& aliis pręmissis vti & gaudere faciāt & ꝑmittāt absq; impedimēto,qđ si forsan illacū foret tollāt & reparēt indilatè visis præsentibus,quib⁹ vt ꝑpetuę firmitatis robur obtineat,nostrū fecimus apponi sigillū,nostro in aliis & in omnib⁹quolibet alieno iure semp saluo.Datū Lugduni mēse Aprilis, anno do.M.ccccxciiij.& regni nostri vndecimo.Sic signā.Charles.¶ Et in plica illius legitimatiōis per regē sign. Primaudaue,& etiā est scriptū in eadē plica,visa.Itē etiā est scriptū Lecta & publicata in camera cōpotorū domini nostri regis Diuioni, & ibidē virtute præsentiū literarū per dominos dictorū cōpotorū formā & tenorē dictarū literarū absq; finātia expedita,& registrata,quarū qđē literarū & huiusmodi expeditiōis copia vt assuetū est in præfata camera collationata,& in camera retinetur,& ponitur in loco ad hoc ordinato.Scriptū in eadē camera 24.die Martij anno do.M.ccccxciiij.ante pascha.Sic sign.Regnault.& est scriptū& signatū.cōtētor Villebresme.¶ Dicta verò Alexia Regnier postmodū fuit matrimonio copulata cū Francisco Cotinet, ex qua descēdit Ioāna eius filia nata in vero & legitimo matrimonio,q̄ quidē fuit matrimonio copulata cū honorabili & sapiē.viro Antonio Garnier locūtenē.generali nobilis & potētis dn̄i balliui Heduē.qui quidē matrimonio cōstāte tres filios legitimos naturales habuerūt, videlicet Ioānē,Blasiū, & Annā garnier, q sunt minores annis. ¶ Dictus aūt Blasius prior cōmēdatarius S.Symphoriani ex Nazaria Iaquelin quæ tunc erat matrimonio copulata cū Thoma Boquini habuit Barbarā filiam eius spuriā , quæ postmodū fuit ad suiipsius Barbaræ supplicationem per Christianissimum regem Ludo.xij.legitimata,cuius legitimationis tenor sequitur.

Tenor legitimationis.

LVdouicus Dei gratia Francorum rex ad perpetuam rerum memoriam . Illegitimæ gentis quos vitæ decorat honestas naturæ vitium minimè decolorat:cum decor virtutis abstergat improbæ maculam geniture, & pudicitia morum,pudor originis aboletur.Notum igitur facimus vniuersis præsentib⁹ & futuris, quòd licet dilecta nostra Barbara Rolin filia naturalis magistri Blasij Rolin pronotarij,pręsbyteri,prioris sancti Symphoriani,& Lazaræ Iaqueline solutę ex illicita copula traxit originem:talibus tamen virtutum donis & morū venustate coruscat,quod in ipsa supplent virtutes & merita id quod ortus odiosus adiecit:ideo quòd super defectu nataliū huiusmodi quam patitur,gratiam quam à nobis humiliter postulauit debet obtinere.hinc est quod nos his attentis de nostra regiæ potestatis plenitudine,autoritate,& speciali gratia eandem barbaram legitimauimus & legitimamus , ac legitimationis titulo decoramus & dotamus per præsentes , volentes vt ipsa deinceps in iudicio & extrà pro legitima habeatur,ac eidem concedentes,ac cum ea dispensantes vt quāquam ipsa de coitu prædicto traxerit originem,bona mobilia & immobilia acquirere,& iam acquisita retinere & pacificè possit & valeat,ac de his disponere inter viuos,in testamēto,& aliàs ad suæ libitum voluntatis, ad successionem quoque patris & matris,cæterorúmq; parentū & amicorū suorum,ac aliorum quorumlibet testamento vel ab intestato, & dummodo de eorum processerit voluntate, & nisi iam alteri ius foret quæsitum , & ad quoscūque honores & actus legitimos admittatur, ac si esset de legitimo matrimonio procreata, quódq; etiā si liberi si quos habet aut in futurū habeat,totáq; eius posteritas de legitimo matrimonio procreata & procreāda in bonis suis quibuscūque iure hæreditario succedāt & succedere valeāt:nisi aliud quàm defectus natalium repugnet prædicto defectui,quē prorsus abolemus iure,constitutione,statuto,vsu generali vel locali regni nostri ad hæc contrariis,nō obstātibus quibuscūque,soluēdo tamen nobis ꝓ hac vice dūtaxat finātiā moderatā,

quocirca dilectis & fidelibus gentibus compotorũ noſtrorũ Diuionen. balliuo Heduen. ſeu eius locũtenenti, cæteriſq; iuſtitiariis & officiariis noſtris aut eorũ locumtenen. præſentibus & futuris, ſeu eorũ cuilibet, prout ad eum pertinuerit, pręſentium tenore mandamus, quatenus prædictã Barbarã, & eius poſteritatẽ noſtris præſentibus legitimatione, conceſſione, & gratia vti gaudere pacificè faciat & permittat abſq; quouis impedimento: quòd ſi illatũ foret id reparent, & ad ſtatum priſtinũ reducant ſeu reduci faciant indilatè: quod vt firmũ & ſtabile in perpetuũ perſeueret, his præſentibus noſtrum duximus apponi ſigillum: ſaluo in cæteris iure noſtro, & in omnib⁹ quolibet alieno. datũ Bleſiis in mẽſe Octobris, anno dñi M.ccccc.ix. & regni noſtri duodecimo.

PER regẽ magiſtro Claudio de ſeiſel magiſtro requeſtarũ ordinario hoſpitij & aliis pręſentibus ſubſign. des laudes. regiſtrata in camera compotorum domini noſtri regis Diuionen. li. chartarũ foliis. xviij. & xix. & ibi expedita mediante finantia ſex ſcutorum aureorum cugni regis per dominos compotorum taxata & arbitrata, habita prius informatione ſuper facultatibus dictæ Barbaræ: quæ quidem ſumma ſoluta fuit Gualtero damas receptori ad hoc commiſſo, vt conſtat per litteram receptæ dicti receptoris, quæ litteræ cum dicta informatione retentæ ſunt & poſitæ in ſacco in eadem camera ad hoc ordinato. ſcriptum in eadem camera, die xxvj. menſis Februarij, anno domini M.ccccc.ix. ſic ſign. Noblet le mareſchal.

IE Gaultier damas commis à recepuoir les deniers uenans des amortiſſemens, affranchiſſemens, anobliſſemens, legitimations, francs fiedz, & nouueaulx acqueſtz es pays de Bourgongne, confeſſe auoir eu & receu de Barbe rolin fille naturelle de maiſtre Blaiſe Rolin protonotaire & prieur de ſainct Symphorien d'Oſtun la ſomme de ſix eſcuz d'or, a laquelle ſomme par meſſieurs les gens des comptes du Roy noſtre ſire a Diion, apres deue information faicte ſur la faculte & cheuance de ladicte Barbe rolin, a eſte tauxe & arbitre la finance deue au Roy noſtre dict ſire, & cauſe de la legitimation faicte par icelluy ſeigneur a icelle Barbe, ainſi qu'il eſt bien au long declaire es lettres patentes dudict ſeigneur donnees a Blays, ou moys d'Octobre dernier paſſe. de laquelle ſomme de ſix eſcuz d'or ie ſuis content, & en quitte ladicte Barbe Rolin & tous autres, teſmoing mon ſigne manuel cy mis le xv. iour du moys de Feburier, lan M ccccc ix. ainſi ſigne. G. damas.

COllation a eſte faicte a l'original des lettres cy deſſus tranſcriptes eſtans en la chambre des comptes du Roy noſtre ſire a Diion le. xxvi. iour de Feburier lan M.ccccc ix. par nous ainſi ſigne, Noblet fremiet. Quæ quidem legitimatio cum fuiſſet dicto quondam Blaſio præſentata, & per quendã eius capellanũ lecta in præſentia triũ aut quatuor capellanorũ ſeu ſeruitorum dicti quondam Blaſij, poſt lecturam clauſulæ, dummodo de eorum proceſſerit voluntate, & interpretationem verborũ illius clauſulę, dicit, & atteſtatus eſt dictus quõdam Blaſius pater dictæ Barbaræ quòd talis erat ſua voluntas, quòd dicta Barbara in omnibus bonis ſuis eidem ſuccederet.

DIctus verò Blaſius eius vita comite multa bona habuit, fuit enim ſpatio xxv. annorum & vltrà prior commendatarius ſancti Symphoriani Heduen. valoris mille Francorũ: & vltrà fuit curatus de draceyo, quod eſt beneficium regulare dependens à dicto prioratu, ſpatio decẽ annorum: & vltra curatus ſancti AEmiliani, & decanus eccleſiæ collegiatæ ſanctorum Andochij, Thircij & Felicis de Sedeloco, quæ quidem beneficia ſunt de omnimoda prouiſione epiſcopi Heduen. & reuerendiſſimus quondã Ioan. Rolin cardinalis eius pater eidem dedit, ceſſit, tranſportauit & donauit anno domini M cccc. ſummam duodecim centum librarum turon. eidem tunc debitarum per quondam Nicolaum baſtardum de la haye.

DEfuncto autem dicto Franciſco continet primo marito dictæ Alexiæ regnier, matris dicti Blaſij, & dictæ Ioãnæ continet: dicta Alexia fuit matrimonio copulata cũ nobili viro Nicolao baſtardo de la haye: qui cõſtante matrimonio inter ipſum & dictã Alexiã emit & acquiſiuit terrã & ſeignoriã de marigny in territorio Belnen. pretio & ſumma duorũ mille & centũ librarũ turon. cũ pacto de retrouẽdendo: tandẽ mortuus eſt & ab humanis deceſſit dictus baſtardus de la haye relicta dicta Alexia eius vidua portionaria pro dimidia parte mobiliũ & acquiſitorũ ſecundũ conſuetudinẽ ducatus Burgundię: cui tanq̃ baſtardo in hæreditagiis ſucceſſit princeps: à quo ſeu eius officiariis dictus quõdã Blaſius emit ſucceſſionẽ & hæreditatẽ dicti baſtardi. poſtmodũ verò dicta terra de Marigny fuit virtute pacti de retrouendendo reempta à dicto Blaſio: qui prædictam terrã & ſeignoriã retrouẽdidit, & pecunias integraliter recepit. ſ. ſummã duarũ mille librarũ & centum turon. de qua ſumma nullũ computũ reddidit dictæ Alexiæ ſeu eius hæredibus: licet dimidia pars eidẽ competiiſſet, tanquã fuiſſet acqueſtus factus per dictũ quondam baſtardum de la haye eius maritum cõſtante matrimonio.

ACquiſiuit etiam dictus baſtardus eius vita comite plura bona, tã feudalia quàm allodialia, & inter alia terram ſeu ſeignoriam ſancti Symphoriani Heduen. pretio & ſumma tredecim centum librarum turonen. cum pacto de retrouendendo. tandẽ anno do. mileſimo quingẽteſimo decimo dictus Sebaſtianus ab humanis deceſſit relictis Ludouica de Montreu eius vidua, Ioanne, Petro, Barbara, & Ioãna ſuis filiis legitimis & naturalibus, natis in vero & legitimo matrimonio ex dictis Sebaſtiano Rolin & Ludouica de Montreu. eodẽ anno mortuus eſt dictus Petrus Rolin prior de Baro regulari, archidiaconus Heduen. & curatus de Braux: poſt cuius mortem dictus quondam Blaſius beneficio inuentarij ſe geſſit pro hærede, & illo die quo literę regales cõtinentes beneficium inuentarij interinabantur, & quaſi illa hora per locumtenentem balliuatus Heduen. dictus Blaſius morte ſubitanea & inexcogitata ab humanis deceſſit, ab interinatione tamẽ quarum literarum regiarum procurator reuerendi domini epiſcopi Heduen. appellauit.

NVnc mortuo dicto Blaſio prædicta Barbara à balliuo Heduen. mandatum guardiæ in forma ſimplicis ſaiſinæ impetrauit, virtute cuius ſe manutenere fecit in omnibus bonis quę habebat dictus quõdam Blaſius, & de quibus mortuus eſt veſtitus & ſaiſitus. hinc guardiæ & executioni illius ſe oppoſuerunt dictus Ioannes, Petrus, Barbara & Ioanna filij legitimi & naturales dicti quondam Sebaſtiani Rolin, fratris dicti quondam Blaſij ex parte patris tantum.

SEcundò oppoſuit ſe honorabilis ac ſapiẽs vir magiſter Antonius garnier nomine tutoris Ioãnis, Blaſij & Annæ garnier ſuorum filiorum in corpore dictæ quondam Ioannę continet ſororis legitimę & naturalis dicti quondam Blaſij, procreatorum in vero & legitimo matrimonio, & tanquam manucapiens pro eius filiis, cum ſint minores annis.

Tertiò

TErtiò se opposuit reuerendus in Christo pater,& dominus dominus Iacobus Hurault miseratione diuina & sanctæ sedis gratia episcopus Heduen.tanquam prælatus.

QVartò se opposuit reuerendus pater dominus Petrus de Marcilly , qui eidem Blasio in prioratu sancti Symphoriani successit tanquam prior & successor in beneficio.

QVintò se opposuit honorabilis ac sapiens vir procurator regius in balliuatibus Heduen. & Monticinerij,petens hæreditagia & immobilia Christianissimo regi adiudicari,cũ hæreditagia præsbyteri bastardi in quibus succedere debet tanquam princeps virtute consuetudinis huius ducatus Burgundiæ. & cum sim aduocatus regius in dictis balliuatibus pro debito officij volens iura regis tueri,vt melius veritas huius materiæ elucescat,de iuribus omnium prędictorum quoad fieri posset hęc scribenda censui.

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

ET primò quantũ ad dictã Barbarã videndũ est an habeat aut habere possit aliquod iùs in prædictis bonis,siue in petitorio,siue in possessorio,siue in totum,siue in parte. & videtur quòd sic, quia ex quo est legitimata succedere debet patri ex testamento & ab intestato.l. si te parens. vbi Bald. C. de suis & leg.hære. & ad illam successionem ex testamento vel ab intestato,quam habent veri filij & naturales,admittuntur legitimati.§.reliqui. in aut. qui.mo.na.effi.sui.colla.vij.vbi dicit tex.semel enim eos efficientes legitimos damus habere etiam successiones illas quas habent hi qui ab initio legitimi sunt. & facit text.in §.dubitatum.in aut.de incest.nup.colla.ij.

COrroboratur istud pluribus rationibus: primò quia legitimatus dicitur verè legitimus, vt dicit Bart.in l. si is qui pro emptore.in xiiij.col.ff.de vsu.& ideo dicit*quòd legitimatio est veritas, & nõ fictio.istud idẽ tenet Bal.in l.eam quam.in xiij.colum.C.de fideic.& in l.nuper.C.de nat.li. Alex.consi. ij.in v.colum.ibi, cõprobatur.in j.volu.quod est repetitum in consi.lxxxviij.in ij.volu.Et quòd sit verè legitimus probatur. *1 Legitimatio est veritas.*

PRimò quia*aliquem esse legitimum vel illegitimum est iuris,non enim hoc ab ipsa natura dicebatur.§. liceat.in aut.quib.mod.natu.effi.legi.colla.vi.§.naturales.& §.quid.in aut.quib.mod.natu.effi. sui. colla.vij. sed sic est ꝙ lex inanimata disponens circa ea quæ sunt iuris veritatẽ induxit, nõ autẽ fictionẽ, vt probatur in l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.ibi non tollitur ipso iure, sicut stipulatio per stipulationẽ, quia in stipulatione paris ius videtur esse,ergo idẽ est dicendũ quando princeps disponit vel legitimatur, quia ipse est lex animata.in aut.de consuli.in fi.hinc dicit do. meus Ias.in l.j.in ij. col. C.de bonorum possess.contra tabulas. & in l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.in j.col.C.de test.quia filius legitimatus dicitur verè legitimus.facit & ad corroborationem alia ratio,quia omne legitimũ est iuris.l.legiti.ff.de pac.§.liceat.in aut.quib.mod.natu.efficiuntur legi.sed ea quæ sunt iuris,quæ per legem inanimatã inducuntur,verè inducuntur & non fictè, vt dictum est, ergo idem quando per principem qui est lex animata.ita videtur arguere Curtius in consi.suo xiij.in vij.col. *2 Legitimum esse est iuris.* *Princeps lex animata.*

SEcundò probatur,quia legitimati dicũtur sui,vt est tex.in rub.aut.quib.mo.nat.effi.sui.& in §.j. in ver.suorum iura nãciscuntur.insti.de hære.quæ ab intest. deferun. & in §. liceat igitur.ibi, & suos decetero & sub potestate habere.in aut.quib.mod.natura.effi.legi.ex quo dicit do.meus Ias.in l.hac consultissima.§. ex imperfecto.in j.col.quòd legitimatus dicitur suus,secundum Bald.& in l.eam quam.in ij.col.C.de fideicom.& idem do.meus Ias.in l.moribus.in v.col.ff.de vulg.& pupil.dicit quòd habet iura suitatis.idem tamen in l.qui se patris.in iiij.col.C.vnde lib. dicit se alibi non legisse, nisi in Bald.quòd legitimatus dicatur suus:& in dicta rub. sed miror quòd non viderit tex.in.d.§.liceat.aut non ponderauerit ad hoc. *Legitimati sunt sui.*

TErtiò facit tex.multum not.in.§.sit igitur licẽtia.in ver.nihil à legitimis filiis differen.& tex.in.§.& quoniam variè.in ver.nihil dissimilis legitimis.in aut.qui.mo.nat.effi.sui.vbi sunt tex.quòd legitimati in nullo differant à legitimis: cũ ergo in nullo differãt, & ex quo in omnibus & per omnia cõparatio facta esse dicitur: ergo quicquid inuenitur statutũ in legitimo,attribuitur legitimato.l.j.& ibi Bar.& do.meus Ias.ff.de leg.j.l.ij. C.cõmunia de leg.& maximè in hoc ponderãda est dictio vniuersalis negatiua posita in dictis iuribus,quæ debet vniuersaliter verificari:aliàs oratio redderetur falsa.l.si is qui ducẽta.§.vtrũ.ff.de reb.dub.Bar.& Bal.in l.j. C.quomodo & quãdo iudex.in prin.Alex.in apost.ad Bar.in l.legitimos.§.in legitimis.ff.de legi.tut.do.meus Ias.in l.naturaliter.§.nihil commune.in iiij.col.ff.de acqui.possess.¶ Aduerte tamen quia contra hanc regulam videtur esse tex.in c.licet vniuersis.extrà,de testibus.in fi.ibi,nulla causa iudicio vnius testis decidi potest.& tamen sunt multi casus in quibus sufficit vnus testis.non insisto,quia extra propositum.

QVartò facit quia sicut legitimis in bonis allodialibus debetur legitima, ita etiam legitimatis.Bal.not.in c.de causis.in penul.col.extrà,de offi.dele.Io.And.in addit.ad Spe.in tit.de succes. ab intest. circa finem.Benedi.de Plumbino in dispu.sua quæ incipit,statuto Pisano cauetur.in j.& ij.dubio. *Habẽt legitimã in allodialibus.*

QVintò facit quia sicut videmus quòd filius præteritus rumpit testamentum,ita & legitimatus quando reperitur præteritus.ita est tex.in §.generaliter.in aut.qui.mo.nat.effi.sui.iũcta l.filius à patre.§.j. & ibi hoc not.Bal.ff.de lib.& posthu.cum infinitis concordantiis allegatis: qui hoc plene disputauit. quos alle. do. meus Ias.in rub.C.de posthu.hære.insti.& in l.qui se patris.in iiij.col.C.vnde libe.& idem do.meus Ias.in rub. ff.de liber.& posthu.Fran.de curte tractat plenè hanc materiam in consi.suo xxxv.in iij.col.ibi,& dicit Pet.de anc.in consi.suo.ccxcij.inci.in successione ab intestato.& consi.Curtij incipit,statuto seu in capitulis ianuis.idẽ Curt.in cons.suo xiij.in iiij.col.ibi,adde ꝙ pater legando.quod incipit,statuto Ianuæ cauetur.vbi plura ad corroborationem præmissorum alle.Rapha.Fulgo.in consi.suo.lxv.in fi. *Rumpunt testamentum.*

SExtò facit nam etiã sentẽtia arbitratoris quæ laudauit quod Titius toto tẽpore vitæ suæ daret & solueret centũ florenos Sẽpronio & eius filiis suis legitimis & naturalibus,intelligitur etiã in legitimatis, prout cõsuluit Ang.in cõsi.suo.lxxj.quòd incipit,arbiter & arbitrator.de quo per Curtiũ in cõsi.suo xxv. hic antè alle.

SEptimò facit quia sicut pater potest disponere cum filio de bonis suis coram duobus testibus.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de test.ita etiam cum filio legitimato.ita Bald.in c.de causis. extrà,de offi. dele. ita extendit do.meus Iason in d.l.hac consultissima.C.de testa.in d.§.ex imperfecto. & in l.moribus.in v.col. ff.de vul.& pup.& dicit se alibi non legisse.

3 OCtauò facit * quia excludens fœminas à successione parentũ extãtibus masculis cõprehendit legitimatũ, ita ꝙ legitimatus excludit fœminã dotatã. istud est dictũ Bal. in l. cũ acutissimi. in ij. col. C. de fideicom. vbi do. meus Ias. istud tenuit. istud tenet idem Bar. in l. eam quam. in vj. col. in fi. versi. item fuit quæsitũ à me. & in x. col. versi. sed pone statutũ. C. de fideicom. & ista alleg. Philip. Decius in cõsi. suo 50. in prin. Pau. de cast. in l. sed si hac. §. patronũ. ff. de in ius voc. quẽ alleg. Curtius in cõsi. suo xxxv. in ij. col. Fran. de Are. in l. vt liberis. C. de colla. & in l. Gallus. §. si eius. ad fi. ff. de libe. & posthu. multi tamen tenent contrarium & melius, & cõmunis est in cõtrariũ: quia multi tenent istã vltimã. idẽ tenet Pau. de cast. in consi. cxcvj. in cõsiliis nouis, in impressione noua, inci. super. primo dubio. in iij. col. tenuit idẽ Pau. de cast. in consi. suo cclij. inci. quæstio ista determinatur. in consiliis nouis, in impressione noua. idem tenet idem Pau. in l. fi. C. de his qui veniã æta. impetrauc. & in d. l. cũ acutissimi. istã etiã tenuit Benedi. de Plumbino in sua disputatione quæ incipit, statuto Pisano. idem etiam tenuit Fran. Curt. in cõsi. suo xiij. inci. statuto Ianuæ. & in consi xvj. incip. clarus vir Iacobus. in iij. & iiij. col. & in consi. xxxv. in v. col. & in consi. lxxiij. inci. super memorata facti narratione. in xix. col. ibi, transeamus modo. ibi multa de prædictis allegat. idem tenuit Philip. Decius in dicto consi. suo 50 incip. viso eleganti consilio. vbi dicunt omnes istam esse communem. do. Soci. in consi. suo cclvj. in pe. col. versi. sed restat nunc videre quid de filiabus. Non aliter insisto, quia non est de dubiis principalibus huius consultationis.

NOnò fallit illud quod dicit do. meus Ias. in aut. si qua mulier. in pe. col. ibi, pulchrum dubium est. C. de sacrosan. eccle. vbi tenet quòd illa aut. habet locum in legitimatis.

Succedunt agnatis. DEcimò facit quia legitimati non solum succedunt patri, sed etiam in hæreditatibus agnatorum iure agnationis sicut faciunt legitimi & naturales succedunt. Ant de But. in c. per venerabilem. qui filij sint legiti. quando tractat an legitimatus habeatur pro legitimo quo ad agnatos. Bar. & Bal. in l. coniun. C. de natu. liber. Ang. in §. filium. in aut. quibus modis natu. effi. sui. per illum text. & ibi tenet indistinctè quòd legitimati succedunt agnatis, istud etiam tractauit Panor. in consi. suo lxxxviij. incip. in quæstione quæ vertitur inter Iulianum. in ij. colum. & Marti. Lauden. in quæstione per eum disputata, quæ incipit, Augerius. in xx. col. per tex. in §. quapropter hoc à nobis. in aut. quib. mod. natu. effi. sui.

4 VNdecimò facit * quia per restitutionem factam natalibus efficitur nouus homo, sicut per restitutionem factam de pœna. l. intercidit. ff. de condi. & demon. Item per manumissionem. ff. de adi. leg. l. si seruus. §. j. ff. de sol. qui res. §. aream. igitur efficitur legitimus verè & non fictè.

5 DVodecimò facit * §. quia libertos facere ingenuos, & illegitimos legitimare, paria & similia iudicãtur, & de vno ad aliud procedit argumentatio: sed princeps restituendo natalibus verè facit libertum ingenuum. l. quæritur. ff. de natu. resti. no. glos. in l. manumissiones. in penul. glo. ff. de iustitia & iure. ergo &c.

DEcimotertiò facit quia si per fictionem efficitur legitimus, interim retrò traheretur. l. si quis exhæredato. §. pe. ff. de iure rup. & irri. test. l. retro. ff. de cap. sed legitimatio retrò non trahitur. not. doc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. l. fi. C. de sen. pas. igitur hæc tria fundamenta cum tribus aliis. facit Benedi. de plumbino in disputa. sua inci. statuto Pisano. in j. dubio. in. ij. col.

6 *Legitimatio fauorabilior adoptatione.* DEcimoquartò facit quia plus est esse legitimatum quàm adoptatum: quia legitimatus habet naturalia primordia, quæ nõ habet adoptatus, secundũ Bal. in l. si te parens. C. de suis & legi. Itẽ * fauorabilior est legitimatio quã adoptio, secũdũ Bal. in. l. neq; absens. circa fi. ff. de adop. ergo arguẽdo à maiori & fortiori. aut. multo magis. C. de sacrosan. eccle. cũ per adoptionẽ efficiatur filius verè legitimus, ergo fortius per legitimationẽ.

DEcimoquintò facit quia vt dicit Bal. in l. imperialis. C. de nup. argumento illius tex. in §. j. ibi, nam omni macula. spurius legitimatus non debet amplius vocari spurius, ac perinde est ac si esset legitimè cõceptus.

7 *Spurio inest naturalis legitimitas.* DEcimosextò facit quod notabiliter dicit Bal. in l. manumissiones. ff. de insti. & in ij. opi. per tex. & glo. vbi dicit * quòd nullus est adeo spurius quin ei insit legitimitas naturalis: & cum legitimatur est legitimus nõ factus, sed natus. i. nõ de nouo factus, sed detectus. & imperator seu princeps legitimando remouet nubeculam quæ dicebatur spurietas. Bal. tamẽ videtur tenere cõtrariũ in addit. ad Spe. in tit. de succes. ab intesta. circa finẽ.

ET hoc maximè quia dicta Barbara est legitimata seu dispensata cum clausu. motu proprio, ex quo est fauorabilis, & extenditur, & est amplianda, vt dicit Ant. de but. in c. at si clerici. §. de adulteriis. in quinta columna, extrà, de iud. facit c. olim, & ibi Inno. extrà, de verb. sig. Cardi. Alexan. in c. per venerabilem. in §. quod verò. in xj. col. extrà, qui filij sint legi.

ET ideo cum ex supradictis sit dicta Barbara, & reputetur pro vera legitima, ita quòd succedere possit ab intestato & ex testamẽto: ex quo dictus quondã Blasius eius pater declarauit volũtatẽ suam esse dictã Barbaram filiam suam legitimatam debere succedere in omnibus bonis suis, corã tribus, aut quatuor testibus: quòd

8 talis declaratio habeat vim testamenti, cum vt dicit Bal. in c. de causis. in pe. col. extrà, de offic. deleg. * quòd sicut pater potest instituere filium legitimum & naturalem coram duobus testibus, & est tex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. ita etiam legitimatum, vt tenet etiã do. meus Ias. in. d. §. ex imperfecto. sequitur quòd dicta Barbara possit & debeat succedere in omnibus bonis dicti quondam Blasij eius patris: & ideo tanquã proxima & habilis videtur ꝙ possit facere se manuteneri in omnibus bonis de quibus mortuus est vestitus & saisitus dictus quondam Blasius eius pater, virtute nostræ consuetudinis positæ in tit. *des successions.* §. j.

COntrariã tamen partem credo de iure veriorẽ, scilicet quòd dicta filia non habeat ius in dicta hæreditate, nec in possessorio, nec in petitorio. & primò ad id quod dicitur quòd est vere legitima, dico quòd non est verum, quod probo multis rationibus.

9 *Verè legitimi qui.* PRimò quia filij dicuntur verè legitimi qui ex iustis nuptiis sunt procreati. l. filium eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. legitimi. in aut. quib. mod. nat. effi. sui. c. liberi dicti sunt. xxxij. quæst. iiij. sed in bastardo legitimato non interuenerunt nuptiæ. igitur, &c.

10 SEcundò facit * quia diuersitas nominum inducit diuersitatẽ effectuũ. l. si idem. C. de codicil. c. ad audiẽtiã. & ibi Pa. in ij. not. de deci. l. à nullo. C. de feriis. sed verus filius appellatur legitim⁹, iste autẽ legitimatus, vt not. gl. insti. de adop. in prin. & l. cũ legitimè. in glo. j. in. fi. ff. de sta. homi. & l. fi. C. de municip. lib. x. igitur &c.

TErtiò probatur, à quo remouetur antecedēs remouetur & cōseq. l. seruus. § fi. ff. de remissio. sed ad principē secularē nō spectat disponere super matrimonio. c. lator. c. per venerabilē. extrà, qui fi. sint legi. cū ergo nō possit matrimoniū legitimare, ergo nec filios q ex interdicto matrimonio sunt procreati legitimatos facere.

QVartò, quia vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. ff. de vsu. l. Titiæ si nupserit. ff. de condi. & demon. sed legitimatus à principe, licet quoad successiones in allodialibus & in aliquibus possit dici legitimus, in aliquibus tamen non censetur legitimus, cum princeps non possit quoad omnia legitimare. §. naturales. si de feu. fue. contro.

PRO quinto fundamento, istud patet * quia legitimatus à principè non potest dici legitimus quoad dignitates ecclesiasticas, vt not. doct. in c. per venerabilem. extrà, qui fi. sint legiti. Prędicta dicit Benedi. de Plumbino in disputa. sua incipien. statuto Pisano. in iij. colum. & do. And. Barba. in consi. suo xxvij. in xxj. col. in j. volu. & Fran. de Curte in consilio suo xiij. 11

SExtò facit pro corroboratione prædicti quarti fundamenti tex. in c. naturales. si de feudo fuerit controuersia. vbi legitimatus non dicitur legitimus quoad feuda. dicam latius infra ad propositum suum.

SEptimò, legitimatus non dicitur legitimus quoad emphyteusim ecclesiasticā, secūdū Bald. in l. generaliter. §. fi. C. de insti. & substi. quia non sunt verè legitimi. glo. in c. innotuit. de electio. idem Baldus, & melius quam alibi in c. quæ in ecclesiarum. in xviij. colum. & sequenti, extrà, de constitutio. idem in additione ad Speculatorem, in titu. de loca. in x. col. versic. emphyteusis ecclesistica. Io. de Imo. in l. quod dicitur. in antepenultima col. ff. de verbo. obliga. Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia. & in consilio suo xciiij. in iij. col. ibi, pro hoc adducit. in primo vol. vbi dicit * quòd naturales non admittuntur in emphyteusi ecclesiastica propter nobilitatem ecclesiæ concedentis, quæ taliter natos abhorret, cum haberi non possunt sine peccato mortali. idem tenet idem Alex. in consilio cxxviij. in j. col. in j. vol. Idem tenet Pet. dę Anch. in consi. suo cccccvj. incipien. in Christi nomine, circa primum quæsitum. 12

OCtauò facit quia statutum excludens filiam dotatam extantibus filiis masculis descendentibus, nō comprehendit legitimatum, vt dixi suprà, per ea quæ tenuerunt Francisc. de Curte in consilio xiij. & cxxv. & Philip. Decius in consilio suo 50. quē suprà in opi. præcedenti allegaui contra Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. & istud etiam tenet Rapha. fulgo. in consilio xij. per totum.

NOnò facit quia etiam legitimatus non est legitimus, cùm vt dicit Alexan. in consilio xciiij. in iij. col. in j. vol. legitimati sunt infames, vt not. Azo. in summa. C. ex quibus cau. infa. irroga. & idē Alexan. in cōsi. xxv. in j. volu. & tamen legitimi non sunt infames.

DEcimò facit quia habemus tex. in l. si vnquam. C. de reuo. dona. quòd per superuenientiam liberorū legitimorum reuocatur donatio, & tamen nō reuocatur per superuenientiam naturaliū, etiā si postea legitimantur. ita no. Bal. in l. ij. ad fi. C. si quid in frau. patro. d. meus Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantū. in xvij. col. ff. de lib. & posthu. & in l. cum acutissimi. in j. col. C. de fideicom. & in rub. C. de posthu. hæred. insti. Marti. Lauden. in q. per eum disputata, inci. Augerius. in ij. col. Francis. de Cur. in consil. suo lxxiij. in xxxj. col. & Sal. in l. si totas. C. de reuoc. dona. tamen Bar. Soci. in consi. suo cxxvj. consuluit tenendo contra Bald. & Sali. & ad rationes eorum respondet. non insisto.

VNdecimò facit illud quod dicit Sali. per illum tex. in l. fi. C. de his qui veniam æta. impe. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. & in consi. lx. incip. visa legitimatione. in ij. col. in ij. vol. vbi dicūt quòd si sit relictum alicui aliquid pro se & filiis legitimis naturalibus, non comprehenduntur legitimati.

DVodecimò facit illud quod notat glo. in c. innotuit. in ver. coniuga. de elect. vbi dicit * quòd legitimatus non dicitur legitimus, sed tanquam legitimus: illa dictio, tanquàm, denotat improprietatem. glo. in c. solitæ. de maio. & obedien. Bar. in l. si verò. §. item quicquid. ff. solu. matri. dominus meus Iason in l. j. in ij. col. ibi. glo. in ver. tanquam. C. de hære. instituen. 13 *Tanq̄ legitimus.*

DEcimotertiò facit illud quod dicit Salice. in l. etiam per illum tex. C. de appel. quòd imago repræsentata, prout est in legitimatione, nō est essentialiter ipsa res: & ideo dicit ibi Bal. quòd legitimatus est similis ei qui accepit vsum togæ. l. sed si accepto. ff. de iu. fis. & dicit idē Bal. in c. j. in v. col. extrà, de cōsti. quē refert & sequitur do. meus Ias. in l. cū acutissimi. C. de fideic. q * legitimatio est similis alchimiæ, quæ facit apparere quod nō est: & ideo legitimatꝰ figurā legitimi gerit, sed nō habet eandē substantiā, & dicit Bal. in c. fi. in ij. col. extrà, de trāsla. præla. quòd legitimatꝰ assimilatur homini medicato à morbo: in quo semper remanent aliquæ cicatrices. ita dicit Francisc. Cur. in consi. lxxiij. in xxvj. & sequen. colum. 14 *Legitimatio similis alchimiæ.*

DEcimoquartò facit quia etiam legitimatus non comprehenditur in consuetudine, quæ habet quòd primogenitus in regno præferatur in successione, cum consuetudo illa respiciat naturalem veritatem, & non fictionem, quæ est in legitimato. ita tenet per multa do. meus Ias. in l. quoties. in x. col. C. de rei vendi. Anto. de But in c. tanta. qui filij sint legitimi.

DEcimoquintò facit quia vt dicit do. meus Ias. in l. prætor ait. §. siue autem. ff. de noui operis nunt. aliud est esse legitimum, aliud haberi pro legitimo, prout not. Salice. in d. l. etiam per illum text. C. de appel. & ibi plura dicit ad propositum, exemplificando in pluribus. Et ideo ex quo visum est quòd legitimatus non est simpliciter legitimus, sed secundum quid, non dicitur postea legitimus, sed impropriè, per ea quæ dicit dominus meus Iason in l. patris & filij. in primo notabili. ff. de vulg. & pupil. substi.

DEcimosextò facit quia ex quo quis est natus spurius non potest verè desinere esse spurius, sicut qui semel fuit hęres, non potest desinere esse hæres. l. sed si fine. §. sed quod Papini. ff. de mino. glo. in l. substitutione. ff. de vul. & pupil. & facit quia semel facta, infecta fieri nō possunt. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer. imò Deus hoc solo priuatur, vt dicit do. meus Ias. in l. j. §. si vir vxori. in ij. lectu. quam audiui sub eo. ff. de acquir. possess. si ergo quis fuerit semel spurius, ex quo adhuc dici debet talis, ne duo contraria simul commorentur, & sint in eodem subiecto, contra l. j. C. de furt. & c. sollicitudinem. de appella. si dicatur legitimus, debet intelligi per fictionem, & non per veritatem. ita dicit Andr. Barba. in consi. suo xxvij. in xxij. colum. *Facta, infecta reddi nō possunt.*

15 DEcimoſeptimò*facit,quia ex ſeparatis non fit illatio.l.eum actum.ff.de nego.geſt.ſed filius legitimus naturalis eſt ſeparatus à filio legitimato,quia vt dicit Bal.in c.tibi.in fi.ſi de feudo fue. controuer. ꝙ triplex eſt genus hominum:primò legitimorum, ſecundo illegitimorum, tertiò legitimatorum. & iſtud refert Curtius in conſi. xiij. in ij.colum. ergo ſequitur quòd diſpoſitio faciens mentionem de filio legitimo & naturali non comprehendit legitimatum.

DEcimooctauò facit,quia reſtitutio principis & poſtliminij ſeu poteſtas legitimandi æquiparãtur.l.ſi quis filio exhæredato.§.quatenus.& ibi doc.ff. de iniuſto rup. & irrito teſtamento.no. doct.in l. Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth.ſed vis poſtliminij conſiſtit in fictione.l.poſtliminium.ff.de captiuis.& no. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapio.ergo ita legitimatio quæ fit per reſtitutionem naturalium: dictum eſt enim quòd legitimatio fingit retrò, & reducit ac ſi eſſet legitimus, & fingit medio tempore non fuiſſe ſpuriũ nec illegitimum.l.fi.ff.de nata.reſtituen.§.illud.in aut.quibus mod.nat.effi.ſui.nam legitimatio dicitur quædã reſtitutio primis natalibus, in quibus natura erat communis, & omnes legitimi naſcebantur. in aut. quibus mod.nat.effi.legiti.§.liceat.& iſtud fundamentum facit And.Sicu.in dicto conſilio.xxvij.

Textus.

DEcimononò facit quia iſtud videtur ſatis probari per tex. multũ vrgẽtes: primò per tex. in §. filiũ.in aut. quib.mo.natu.effi.ſui.vbi dicit tex. ꝙ legitimatus eſt cognatus velut ex quadã machinatione. & tex.in §. generaliter.eo.tit.vbi dicit tex.ſiue per aliam quãlibet machinationẽ.ergo cõſtat ꝙ nõ eſt verè legitimus, ſed per quandã machinationẽ, & ſic per fictionẽ. ad idem eſt tex.in l. qui in prouincia.§. diuus.in fi.ff. de ritu nup. ibi,perinde ac ſi legitimè nati fuiſſent.facit tex.in aut.de inceſt.nup.§.ſi verò.colla.ij.ad idem eſt tex.in c. cum inter.extrà,qui filij ſint legiti.vbi tex.dicit,legitimi habeantur, ergo non ſunt verè legitimi, quia tex. dixiſſet, legitimi ſunt.& facit tex.in l.ij.C.de iure aureo.annulo.in verbo,imãginem non ſtatim legitimatis præſtat.

Autoritates.

VIceſimò & vltimò probatur autoritatibus multorum,qui ita tenuerunt,ſcilicet ꝙ legitimati non ſunt verè legitimi,ſed per fictionem:primò per Iacob.de beluiſo in §.tribus.in aut.quibus modis nat.effi.legi.& adducit tex.in l.j. §.ſi quis filium.ff. ſi tabulæ teſta. nullæ extabunt.idem tenet Iaco.butri.in proœmio.C.idem tenet Bal.in l.eam quam.C.de fideicommiſſis.& in l.quoties.C.de rei ven.& in c.j.in vlt.col.extrà,de conſtitu.& in additio.ad Spec.in tit.de ſucceſſio.ab inteſtato.ad fi.& l.fi.C.de his qui veniã ætatis impetrauerũt.& in l.Gallus. §.ſi eius.ad fi. ff.de libe.& poſth.& in l.ſi ita quis.§.cui. ff. de leg.ij. Barba. in conſi. ſuo xxvij. in xxj. & ſequen.col.in j.volu.Soci.in conſi.cclvj.in fin. maximè quando eſt ſimpliciter diſpenſatum cum eo ad ſuccedendum,vt eſt in caſu noſtro:& dicam latiùs infrà.

QVid dicendũ ad tex.in §.ſit igitur licentia.in verbo,nihil à legitimis filiis differentes.& ad alios tex. alle.in tertio fundamento primę partis primi dubij? And.Barb.in conſi.xxvij.in xxij.col.ibi,decimò facit. in j.vol.dicit ꝙ ex quo in nihilo ſunt diſſimiles à veris filiis,ergo ſunt ſimiles, *ſed nullũ ſimile eſt idẽ. Bar.in l.quod Nerua.in ij.col.ff.depoſiti.Feli.in c.capitulum ſanctę crucis.in iij.col.extrà,de reſcri. ¶Et do.meus Iaſ. in l.qui liberis.ff.de libe.& poſth.& G.Benedicti in ſua repetitio.c.Raynu.in verbo,mortuo itaque teſtatore. ſecundo.nume.xxxvij.& xxxviij.de teſta.vbi ponit de identitate patris & filij:& in diuinis & in naturalibus an illa identitas ſit omnino identitas,an verò ſimilitudo.& ibi quid dicatur ſimilitudo.

16 Nullũ ſimile idẽ.

PLus doctores in hoc diſtinguũt,ſed reperio ꝙ Benedict.de Plũbino in ſua diſputa.inci.ſtatuto Piſano.fecit vnã notabilẽ diſtinctionẽ,quã recitat & approbat Franciſ.de Curt.in cõſi.ſuo lxxiij.incip.ſuper memorata facti narratione. in xxij. col. & dicit ꝙ aut quærimus an legitimatus ſit verè legitimus vera & originaria legitimatione,quæ ex matrimonio(quod eſt facti)procedit, ſecundũ l.filiũ diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. & dicendum eſt quòd non,ſecundum l.qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nupt.& ideo concludit etiam idem Benedictus quòd licet appellet natos ex matrimonio putatiuo legitimos.c.ex tenore.qui filij ſint legitimi.tamen iſtud intelligitur fictè,non verè,prout not.gloſ.in §.ſi verò hęc noſtra lex.in aut.de inceſtis nuptiis.nam ex quo ad iſtam & originariam legitimationem requiritur matrimoniũ,quod eſt facti.d.l.filium.iuncta l.conſilio.§.fina.ff.de cura.furio.& iuncta l.Pau. cum glo.ff.de ſtatu homi. & ea quæ ſunt facti non poſſunt per principem induci,niſi mediante fictione. argu.l.in bello.§.factæ.ff.de captiuis. Bart.in d.l.ſi is qui pro emptore.& per fictionẽ viæ veritatis non delentur,l.in rebus.C.de iure dotium.glo.in c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.vj.in verbo,non morte. cùm ergo ab imperatore ſeu alio principe habente eandem poteſtatẽ remoueatur antecedens,ſcilicet diſpoſitio ſuper matrimonio,vt dictum eſt,pari modo remouetur conſequens,ſcilicet propria & vera legitimatio,quæ reſultat ex matrimonio.& iſto modo malè loquitur Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore.cũ ſuis ſequacibus.¶Aut verò loquimur de alia legitimatione in genere,quando inhabilitas procedit de iure ciuili,vt in l.ſi contra.cum glo.C.de inceſtis nup.& toto titu.de iure do. & in l.j.C. ſi rector prouinciæ. & tunc princeps legitimãdo cõfert verã legitimationẽ,& ſic debet intelligi Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore. ¶Ratio quia princeps natos ex matrimonio interdicto de iure ciuili verè facit legitimos,ac ſi legitimi cõcepti fuiſſent. l.imperialis.verſ.itaq;.& verſi.nam omni macula.C.de nupt.d.l.qua in prouicia.§.diuus.ff.de ritu nupt. ſecus ſi vitiũ legitimationis introduceretur de iure diuino vel canonico,vt eſt in caſu noſtro,in quo nati ſunt dicti Blaſius pater d.Barba.& Barbara eius filia,vt dicã latiùs infrà,qui ſunt ambo ſpurij ex nephario coitu. Et iſto caſu princeps ſecularis habens poteſtatem legitimandi non facit eos legitimos verè,ſed fictè,cum quo ad omnia nõ ſint legitimi,vt dixi,imò & quod fortius eſt,cũ ſimpliciter nõ ſint legitimati,ſed tantũ cũ d.Barbara eſt diſpẽſatum quo ad ius ſuccedendi:ex quo non poteſt dici verè legitima,vt tenet Soci.in conſi.ſuo cclvj.in fi. dicã latius.¶Soci.in conſi.ſuo ccxxvj.in ij.col.dat aliam diſtinctionem, dicẽdo ꝙ legitimatus à tempore legitimationis,vt ex tunc,dicitur verè legitimus,vt tenet Bal.in l.eam quã.C.de fideicõ.dicens ꝙ extremũ tẽporis quo legitimatur eſt verũ,licet quo ad extremũ tẽporis neceſſitatis,ſi traheretur retrò,diceretur fictè legitimus.vnde dicit Io.An.in reg.ſine culpa.de reg.iu.in vj. ꝙ iura quæ dicunt ꝙ legitimati non differunt à legitimis, intelligi debẽt vt ex nũc tẽpore legitimationis. do.meus Iaſ.in pluribus locis,videlicet in l.vnica.in xj. & xij.col.C.quãdo nõ petentiũ partes.& in l.generaliter.§.cũ autẽ.in vj.col.C.de inſti.& ſubſti.dicit ꝙ legitimati per ſubſequens matrimonium nihil differunt à veris legitimis:ſecus in aliis.hinc dicit ibi quòd tales ſuccedunt in emphyteuſi

Not. quãdo principis legitimatio ſit vera vel ficta.

ecclesiaſtica,

ecclesiastica,& in feudo.quod an sit verũ,dicã latius.sed ad propositũ nostrũ,melior est distinctio Benedi.de Plũbino,ex qua satis cõstat Barbarã filiã d.Bla.Rolim nõ esse verè legitimã, cui esset vitiũ de iure canonico, imò etiã de iure diuino,cũ adulteriũ cõmissum fuit cũ dicta Iaquelina,ex quo tũc erat copulata cũ d.Thoma. ¶ Et maximè facit adhuc distinctio Soci.in d.cõsi.ccxlj.in fi.ex quo solũ est cũ ea dispẽsatũ de iure succeden di.¶ Et in hoc est aduertendũ quia tenor dispensationis est considerandus.& facit tex.in l.ad probationem. C.de proba.& in l.sanci.C.de fideiuſ.dicit enim tex. legitimationis ꝙ d. filia poterit succedere dicto quondã eius patri,dummodo de eius processerit volũtate,de qua quidem voluntate,non apparet. dicam statim latius.

Ex superius dictis primò vidẽdũ est an dicta Barbara legitimata possit virtute nostrę cõsuetudinis,quę est in titu.*des successions*. §.j.se saisitam & in possessione omniũ bonorũ (de quibus pater eius mortuus est vestitus & saisitus,sicut si esset filius legitimus & naturalis)dicere,& se manumittere facere.

In hoc omissis supradictis, & pro intelligẽtia huius est aduertẽdũ ꝙ dicta nostra cõsuetudo supradicta est cõtra l.cũ hæredes.ff.de acquirẽda possessione. nã vt dicit tex.in l.cũ hæredes. licet dominiũ rerũ hæreditariarũ acquiratur,nõ tamẽ possessio hæredi,& in ipsum trãseat sine actuali apprehẽsione facti, dicit tamen Cy.in l.ea lege.i,vj.q.C.de cõditio.ob causam.& Bal.in rub.de causa possessio. & ꝓprieta.ꝙ cõsuetudo potest inducere quòd possessio cõtinuetur in hæredem.& dicit etiã Andr.Barba.in consilio lviij. incipiente,sapienter dicit Psalmista.in xiiij.col.cum tribus sequentibus.quòd talis consuetudo,seu tale statutum viget in ciuitate Papien.& Mediolani,vt dicit Ioan.de Imol.in consi.xvj.quod viget etiam in ciuitate Imolæ.& dicit Francis. de Aretio in consi.clix.in vltima col.quòd tale statutum viget etiam in ciuitate Tuderti.& talis possessio est iuris,vt tenent omnes in d.l.cũ hæredes.& Aretinus in l.j.ff.de acquir.possessio . imò dicit Bal.& Cy.in d.l.ea lege.C.de condictio.ob causam.quòd quando dicitur quòd mortuus saisit viuum,hoc est possessio deficientium continuatur in hæredem , intelligendum est per actum fictum , seu per apprehensionem factã & inductã à statuto.imò dicit Franc.de Are.in d.l.j.in x.col.ff.de acquir.posses.quòd si consuetudo nostra diceret, quòd transferatur possessio nullo actu vel ficto mediante, talis consuetudo nõ valeret . Ex quo ergo talis possessio quæ transfertur virtute huius cõsuetudinis est ficta,& per actũ fictũ trãsfertur,& vt iã suprà cõclusum est, dicta Barbara est legitima tãtũ,& sic proxima nõ verè,sed fictè , nõ potest se dicere vestitã & saisitam in bonis quondam sui patris legitimati,ne duæ fictiones circa vnũ , & idẽ cõcurrãt,contra gl.in rub.C.de dotis promissio.& Bal in l.super longi.in vlti.col.quasi.in fi.C.de pręscri.lõg.tẽp.& licet illa glo.allegetur aliquãdo ꝓ singulari ad hoc,habet tamẽ sociã in l.cũ post.§.gene.in verbo,placuit.ff.de iure dotiũ. quã glo.allegauit ꝓ contra Alex.in consi.suo xiij.in xiij.co. inci. Ex his quæ in themate.in j.vol. repetitoin cõsi.xcvj.in j. vol. & in cõsi.xix.in iiij.vol.& do.meus Ias.in §.fuerat.in xij.col.insti.de actio.nec est extendẽdum beneficium principis legitimantis,ꝙ cõprehẽdat etiã cõsuetudo nostra legitimatũ in hoc, quia ex quo cõtineret in hoc plura specialia,imò nõ solũ duo,sed etiam tria,scilicet quia ista filia legitimata repræsentaret verè personã legitimi , quod non est verè,sed fictè tantũ reprę̃sentat. ¶ Itẽ pater illius repræsentaret personã veri & legitimi patris , quod no est dicẽdũ,cũ pater & filius sint correlatiua,ex quo filius alicuius legitimatus quo ad eũ nõ potest dici verè legitimus filius, sic nec pater legitimatus quo ad filium legitimatũ potest dici verè pater legitimus. ¶ Item & tertium,scilicet ex possessione fictę haberet idem ius ac si esset verè filius legitimus, & ideo cũ plura specialia in hoc cõcurrerẽt, nõ est ita interpretandũ priuilegiũ principis ꝙ omnia cõprehendat.Faciunt quæ plenissimè dicit Bal.& do.meus Ias.in l.fi.in vj.col.ff.de consti.prin.Ex quo dicit do.meus Ias.in d.l.fi.iij.col.cũ seq.✶ꝙ 17 vbi cõcurrũt duo specialia in aliqua materia, vel pluraobstãtia, nõ sufficit ꝙ princeps ponat clausulã,nõ obstãte, quia illa clausula sufficit quãdo vnũ tãtũ obstat,sed quãdo sunt duo vel plura obstãtia,tũc nõ sufficit clausula,nõ obstãte, sed requiritur ꝙ vnicuique in specie derogetur,& in dubio nõ præsumitur derogatũ.Ita probat tex.valde solẽnis in l.si non lex eliascentia.ff. de hære.insti.Istãmet regulã not. Bald.in l. eam quam .C.de fideicom.& in l.j.in pe.col.C.de fur.& Ioan.An.in c.j.de filiis presbyt. in vj.in nouella.Felin.in c.nonnulli. in xxv.colum.in versic.quinta conclusio.extrà,de rescri. & Alexan.in consilio lxij.in iiij.colum.in j.volumine.

Item ✶ cũ dicta nostra consuetudo sit correctiua & exorbitans à iure cõmuni,contra l.cum hæredes.ff.de acqui.posses.non debet extendi etiam ex idẽtitate rationis, vt in simili voluit Bal.in l.ij.§.creditum.ff.si cer.pe. 18 Facit quod no.Bal.in l.fi.versic.vlti.quæro.C.communia vtriuſ.iudi.Bal.in l.post dotem.ff.sol. matr.& sic licet legitimati sint similes veris legitimis,ita quòd succedãt patri,vt suprà dixi,& no.in l.si te parens.C.de suis & legi.tamen istud est intelligendum quo ad ea quæ sunt iuris communis,& non in his quæ sunt correctoria vel exorbitantia à iure,nam ex quo talis consuetudo seu statutum est exorbitans à iure cõmuni, vt dictum est, non extendetur ex similitudine rationis,vt tenet Anto.de Butr.in consi.suo xxvj.incipiente, viso legato.

Nec obstat id quod posset dici ad primũ fundamentũ,quia ex quo hæ duæ fictiones procedũt ex diuerso fonte,cũ vna procedit ex cõsuetudine seu statuto,altera verò ex priuilegio principis , ꝙ possunt cõcurrere simul,vt tenet Cardi.in cle.quod circa.in xx.q.de elect.& in cle.ij.in viij.q. vt lite pen. Feli.in c.cũ M. ferrarien.in vij.col.extrà,de cõsti.do.meus in l.quoniã in prioribus.in ij.col.C.de inoffi.test. ¶ Quia ad hoc dico quòd adhuc remanet tertium speciale seu tertia fictio , quia sicut legitimatus per rescriptum principis non dicitur verè filius legitimus,vt suprà dixi,sic pater etiã legitimatus,qui aliàs nullos hæredes habuisset ab intestato de agnatione propter illegitimitatẽ,vt habetur in §. fi.in ti. *Des successions des bastardz*. ex quo princeps huic tanquam bastardo successisset in immobilibus,& pręlatus in mobilibus,sed nunc per fictionẽ habet hæredem ex testamẽto & ab intestato,quod nõ potest esse nisi per fictionem,cũ pater & filius sint correlatiua,& statutũ in vno habet locũ in alio.l.fi.C.de indicta viduitate tollen.vbi do.meꝰ Ias.ergo cũ tot sint obstãtia,necesse fuit de omnibus facere specialem mentionẽ,vt dictũ est,quod non fuit factum,cũ in legitimatione ipsum tantũ dictũ sit,quodq́ue tota eius posteritas de legitimo matrimonio procreata seu procreanda in bonis suis quibuscũque eidem iure hæreditario succedant & succedere valeant: ecce ergo quomodo non est expressum aliud obstaculũ seu alia fictio quę est in d.Barba.s.quia licet sit de eius posteritate, nõ tamẽ est de legitimo matrimonio verè sed fictè, igitur . ¶ Itẽ hæc duo specialia nõ procedũt ex eodẽ fonte , scilicet ex lege, vnũ vide-

Mortuus saisit viuũ quomodo intelligendum.

Pater & filius correlatiua.

18 Cõsue. correctiua iuris cõmunis non extendenda.

licet ex l. mortua, aliud ex l. viua. ſed ſemper eſt lex, quia princeps eſt lex animata in terris. tex. in aut. de cõſu. lib⁹. §. fi. coll. iiij. & ideo cũ hęc duo ſpecialia ſemper procedãt ex lege, dicũtur procedere ex eodẽ fonte. cogita.

ITem & ꝙ nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſuccedat, patet. primò ab inteſtato non ſuccedit, quia fuit legitimata ſub pluribus modificationibus: primò ſcilicet ſub clauſula, dũmodo de eorum proceſſerit voluntate.

14 Dummodo. Tantummodo. PR O intelligentia cuius clauſulæ* aduerte ꝙ hæc dictio, dũmodo, tantummodo, & ſimiles faciunt conditionem. c. fi. de tranſlatio. prælatorũ. c. ex tenore. ibi Ioan. And. & Card. de autoritate & vſu pallij. quæ iura allegat Io. And. poſt gl. ibi, in verbo, retinere. in c. cũ non poteſt. de pręben. lib. vj. l. dũmodo. cũ gl. ff. de procura. l. ij. §. ſiue ipſe vẽditor. ff. de hære. vel actio. vendita. & eſt de mẽte Bar. in l. j. verſi. ſed principaliter quęro. ff. de cõdi. & demon. Bal. in c. dudũ. l. ij. extrà, de elec. Ant. de But. & alij in c. verum. extrà, de conditio. appo. ex quo ergo dicta verba important conditionem (vt dixi) dicuntur eſſe de forma. Bal. in aut. matri & auiæ. in j. col. ibi, quidam tamen dicunt. C. quando mulier tute. offi. fungi poteſt. Dominus meus Iaſ. in l. ij. §. quod ſi patris. in j. & ij. lect. ff. ſol. matri. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in v. col. poſt Bar. ibi, ff. de lib. & poſth. & in l. cũ quid. in ij. lec. ff. ſi cer. pe. in vj. col. & in l. ij. §. pri⁹. in ij. col. ff. de vul. & pupil. ſubſti. cũ ergo forma ſit ſeruãda, & opus ſit ꝙ cõditio exiſtat. l. prętor. in prin. ff. de coll. ad hoc vt dicta filia ſuccedere poſſit d. Blaſio eius patri, opus eſt ꝙ conſtet de eius voluntate, & quòd ius non eſſet alteri iã quæſitum. Quia nunc conſtat de eius voluntate, imò videtur quòd ex quo dicta legitimatio fuit facta ad ſupplicationẽ ipſius filiæ & nõ patris, quòd pater ſit ignarus, cum ignorantia potius præſumatur quàm ſcientia, imò dicit Bar. in l. ſuper ſeruis. C. qui mili. poſ. lib. xij. & in l. ſocij. §. fi. ff. de accuſ. quòd ignorantia ſtatim probatur, quia ſcientia non probatur.

SI C ergo ex quo non apparet de mente & voluntate dicti Blaſij, quòd voluerit quòd ei ſuccedere debeat ab inteſtato vel ex teſtamento, defuit conditio, & ſic forma illius. ex quo actus nõ ſeruata forma eſt nullus, c. cum dilecta. vbi Felin. extrà, de reſcriptis.

ADDITIO De huiuſmodi impugnatiõe legitimationũ ponit Bertrãdi in ſuis cõſi. cxij. in ij. parte, vbi cõſuluit in caſu nobilis dominę Ioãnę de mõte acuto, vxoris tũc nobilis viri Hugonis de Rabutin, domini Deſpiry. & cõſuluit cõtra eã ex multis. & inter alia ſe fundat primò ex quadã falſa latinitate, ſed in hoc errat in facto, cũ in vero originali legitimationis nulla ſit falſa latinitas. & fuit caſus deciſus in Burgundia contra eã, pro qua multi ſcripſerunt, videlicet dominus Lancelotus Decius, Stephanus Thyard. Cadrel. qui poſtea fuit præſidẽs in parlamento comitatus Burgundię. & etiã ſcripſit dominus & præceptor meus do. Iaſ. & multi alij, & de falſa cauſa in infantibus appoſita, quando dicitur propter honeſtatem vitæ, morũ. vltra Ancha. in conſi. cxlij. infrà allegato. videatur Barba. in conſi. xxxiiij. in ij. vol. & dixi in conſi. meo xxxix.*

ITem & quod fortius eſt, in legitimatione patris dicitur ſeu apponitur hęc clauſula, quódque tota eius poſteritas de legitimo matrimonio procreata, in bonis ſuis quibuſcũque eidẽ hæreditario iure ſuccedãt. Et põderanda ſunt hæc verba, de legitimo matrimonio, quæ nõ cõprehendunt legitimatũ. Prout tenuit Bar. de Salice. in ſua diſputatione quæ incipit, Mediolanen. quidã. & Franciſ. Cur. in conſi. ſuo xiij. in vj. col. & ideo ne plus extendãtur dictæ legitimationes, quã ſit de mẽte principis, dicendũ eſt ꝙ prædicta filia legitimata huic patri legitimato non poterit ſuccedere ab inteſtato, nec in hoc aliquid operantur dictæ clauſulæ, ex certa ſcientia, & motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, quæ ſunt appoſitæ in legitimatione ſeu diſpenſatione d. Barbaræ:

20 Gratia contra intentionẽ principis non valet. quia dictæ clauſulæ nõ operantur aliquid vltra intenſionẽ ſcribentis,* imò gratia contra intentionem principis non valet, qui in dubio nõ vult alteri præiudicare, vbi non eſt certificatus de iure illius. Pa. in c. cauſam. l. ij. in ij. col. extrà, de teſti. Facit glo. in cle. ſi Romanus. in verbo, validam, de præb. Io. And. in c. ſi motu proprio. de præben. in vj. Domini de Rota in ſuis concluſionibus, concluſione cxj. & cxij. in nouis. Panor. in c. cũ noſtris. in iiij. col. extrà, de conceſ. præben. & in c. cum olim. extrà, de re iud. in vij. col. verſi. cum autem impedia-
21 tur collatio. & in c. ad aures. circa iij. col. verſi. & hæc procedunt. extrà, de reſcrip. vbi dicit formaliter * quòd motus proprius principis non firmat gratiam contra voluntatem, nec in præiudicium tertij.

ET ideo etiam non obſtant illa verba poſita in legitimatione, ac ſi eſſet de legitimo matrimonio procreata, quia illa verba intelliguntur non extantibus aliis legitimis agnatis & cognatis, quia priuilegia contra ius & in præiudicium tertij tendentia ſtrictiſſimè interpretantur. c. olim. l. j. & ibi doct. extrà, de verb. ſig. glo. in l. fi. §. computatione. & ibi Bal. C. de iure delibe. in ſpecie Franciſ. de cur. in dicto ſuo conſi. xiij. in vlti. col. ex quo ergo ſunt alij cognati de quibus non eſt facta mentio in legitimatione, quod fieri debebat, imò citari debebant, vt ſtatim dicetur, igitur talis legitimata non admittetur ad ſucceſſionem dicti ſui patris legitimati in præiudicium ſuorum cognatorum.

ITem maximè quia vt dixi hìc antè in legitimatione dictæ filiæ nõ fuit facta mentio agnatorum & cognatorum, de quibus erat non ſolum facienda mentio, imò etiam erant citandi. & ꝙ de eis eſſet fienda mentio, te-
22 In impetratione legitima. mentio agnatorum fienda. net expreſſè Iaco. de Beluiſo in §. quoniã. & in aut. quibus modis natu. effi. ſui. vbi dicit * ꝙ ſi pater facit legitimari naturalem tantùm, & habet alios agnatos ſucceſſores, quòd debet fieri de his mentio. aliàs ſi hoc non foret expreſſum princi. non valeret legitimatio in præiudicium ipſorum agnatorum. idem tenet Pau. de caſt. in conſi. ſuo ccxxv. incip. ſuper eo ſolo. Alex. in conſi. ſuo lxvij. & in conſi. xciiij. in j. volu. & ita dicit & tenet Marti. Lauden. in tracta. ſuo legitimationum, in xv. & xvj. col. & in col. xix. allegans Antonium de Butrio in d. c. per venerabilem. in xvij. colum. ita etiam tenet Roſellus in tracta. ſuo de legitimatione, in quæſtione ſua lxxvj. colum. lv. domi. meus Iaſ. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. xv. colum. ff. de lib. & poſthu.

QVòd autẽ eſſent citandi, ſatis probabitur, nã vt conſtat per legitimationẽ ipſius filię, dicta filia ad ſui ſupplicationẽ fuit legitimata, & nõ ad ſupplicationẽ partis, ex quo non eſt dubiũ ꝙ per ſuam legitimationẽ
23 In Burgun omnes agnati & cognati habentur pro ſuis. non excluduntur venientes ab inteſtato, & ſic agnati ſeu cognati deficientibus legitimis & naturalibus, vt eſt tex. & ibi Ang. in vlti. nota. in §. ſi quis igitur primo. in aut. quibus modis natu. effici. ſui. Et ita tenent omnes, maximè dominus meus in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in xv. colum. ff. de libe. & poſthu. ibi, ſecundò limita iſtã concluſionẽ. iſta eſt cõmunis, à qua nemo diſcrepat, vt dicit Soci. in conſi. ccxxvj. in ij. col. ¶ * Itẽ in Burgundia omnes agnati & cognati, dummodo ſint proximiores, pro ſuis & legitimis per conſuetudinem noſtrã habentur,

habentur & reputantur,eo quòd omnibus debetur legitima, vt eſt text. noſtræ conſuetudinis.in §. *un chaſcun*
habile a faire teſtament.in titu, *des ſucceßions*. Et ideo ex quo eis debetur legitima ex teſtamento, & ſi aliquis
legitimaretur,præiudiciũ eis in hoc fieret,nõ eſt dubium quin in tali legitimatione debeant conſentire. Per ea
quæ no.Bal.in authen.præterea.C.de natu.lib.& in l.nã ita diuus.in j.q.ff.de adop.& in l.ij.in xj.col.C.de ſer
ui.& aqua.vbi dicit * ꝙ baſtardi non poſſunt legitimari exiſtentibus legitimis, niſi eis cõſentientibus. Et aſſi 24
gnat rationem, quia eis præiudicaretur in ſucceſſione, nã iſta ratio militaret in hoc caſu, ſcilicet in agnatis &
cognatis huius patriæ, qui pro ſuis & legitimis reputantur, & eis præiudicaretur,igitur &c. ¶ Facit tex.in l.ij.
in fi.iuncta l.penu.& fi.ff.de nata.reſti. Nam dicitur in d.l.ij. in fi. * quòd liberto natalibus reſtituto patronus 25
non ſuccedit,ideo princeps non ſolet natalibus reſtituere niſi patrono conſentiente, & inuito patrono & nõ
conſentiente non poteſt reſtitui. d.l. pe.& fin.quia patrono debetur legitima non extantibus filiis,qua priuari
non poteſt. Et ideo cũ ſit idem in agnatis & cognatis,quibus per conſuetudinem noſtram per regem approba
tam debetur legitima non extantibus filiis, dicendum eſt quòd legitimari non poteſt baſtardus ſeu naturalis
in præiudicium eorum ipſis non citatis & non conſentientibus,per illam l.fi.facit quod dicit in ſimili Panor.
in c.cũ olim.extrà,de re iud.& ſentit Ioan.de Imol.in c.niſi cum pridẽ.§. perſonę verò.extrà,de renun.

IMò etiam ſi prædicta filia fuiſſet ad ſupplicationẽ patris & inſtãtiam legitimata,adhuc hoc caſu non præiu-
dicat agnatis & cognatis,quibus legitima debetur ex teſtamento ipſis non citatis & nõ cõſentientibus, quia
vt cõſtat ex verbis ipſius legitimationis,dicta filia quo ad honores bene eſt legitimata, ſed non quo ad ius ſuc
cedendi ex teſtamento vel ab inteſtato, ſed tantũ eſt cũ ea diſpenſatum vt ſuccedere poſſit patri, & aliis co-
gnatis,dummodo de eorum proceſſerit voluntate, nam ex quo non in hoc eſt legitimata ſimpliciter,ſed cum
conditione,non dicitur propriè legitimatio,ſed diſpenſatio,vt dicit Anto.in c.per venerabilem.in iij. colum.
verſic.item requiritur quòd ſimpliciter.extrà,qui filij ſint legi.& ſequitur ibi d.Card. Alexan.argumen.j.de fi-
liis natis ex matri.ad morga.contra.& hoc no.Pau.de caſt.in rub.de iure aur.ãnulo. & in l.ſi ab eo.C. de legi.
hæredi.& in l.ſolet. ff.de iuriſ.om.iud.& in l.pactum.vbi Alexan. C.de colla. & Cepola in cautela cxiij.incip.
cautela quam ſæpe dedi parentibus.in xiiij.fol.

ADDITIO. Vide Deciũ in l.pactũ.nu.xv. C.de colla. * ¶ Et ideo in hoc caſu ſemper requiritur citatio
agnatorum & cognatorũ, qui aliquod pręiudiciũ prætẽdere poſſent, vt tenet Pet.de Anc.
in conſi.ſuo ccxlij.incip.Ex tenore priuilegij.* quia ergo eſt diſpenſatio,requirit cauſæ cognitionem,vt no.in
c.de multa.de preb. cũ c.ad monaſteriũ.vbi notat.in nouella.de ſtatu mona.Pet.de Anch.in d.conſi.ſed vt di-
catur aliquid factũ cauſa cognita,requiritur citatio illorũ qui lædi poſſunt.l.nã ita diuus.ff.de adop.in l.in cau
ſæ.§.cauſa cognita.ff.de mino.c.j.de cauſa poſ.& ꝓprieta.Soci.in cõſi.ſuo ccxlvj.in iij.col.ibi, primò cõſiderã-
do quod aliud eſt. Cũ ergo hîc tractetur in tali legitimatione de præiudicio cognatorũ & aliorũ legitimorũ,
cũ eis de iure debeatur legitima,imò nõ poſſunt exhęredari,ſeu pręteriri,niſi eis relinquatur legitima,ꝑ cõſue-
tud.ducatus Burgũdię,nõ eſt dubiũ ꝙ nõ debuit legitimari, nec potuit in præiudiciũ agnatorũ ipſis nõ citatis.

26 Diſpẽſatio requirit cauſæ cognitionem.

ET maximè etiã pater impetrando legitimationẽ pro dicta filia nõ potuiſſet dictis cognatis præiudicare, cũ
tex.noſtrę cõſuetudinis prohibẽs veros hæredes exhæredari poſſe abſq; eo ꝙ relinquatur legitima,loqui-
tur per negatiuã,quæ ponitur ante verbũ,poteſt,cũ dicat tex.in §.in tex.*des ſucceßions*. in libro noſtrarũ cõſue
tudinũ,*lon ne peult exhereder ſes urays heritiers*. Ex quo inducitur omnis neceſſitas, & priuatio omnis potentię.
gl.in c.j.de reg.iur.in vj.Bar.& doc.in l.Gallus.in prin.ff.de libe.& poſth.in l.fi.ff.de ſer.in l.cũ lex.ff.de fide-
iuſ.Bal.in l.j.in vlt.col.C.qui admit. Ex quo ergo per legẽ id fieri debebat per dictũ Blaſiũ patrem dictæ filiæ,
nec fieri poterat aliter,quia tenebatur ad factũ negatiuũ per conſuetudinẽ Burgũdię,debuit curare & facere id
per legem vel hominẽ fieri.Ita colligitur ex doctrina Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege.in verſi. procedo vlterius. ff.
de verb.obl.in ſimili materia,& quaſi in terminis.Frãciſ.cur.in cõſi.ſuo lxxiij.in xxxij.col.ibi,ſeptimò princi-
paliter.ex quibus ſatis cõſtat ꝙ dicta legitimatio quę fuit facta ad ſupplicationẽ dictę Barbarę,nõ potuit pręiu-
dicare dictis filiis mag.Ant.Garnier,qui ſunt filij Ioãnę cõtinet,nati ex legitimo & vero matrimonio.ex dicto
Garnier & d.Ioãna,q̃ erat ſoror dicti quõdã Blaſij rolin,nata ex Alexia regnier in vero & legitimo matrimo.

ET ſi dicatur ꝙ pręDicta procedũt quãdo nõ cõſtaret de volũtate dicti quondã Blaſij patris dictę Barbarę
&ab inteſtato:ſecus aũt in hoc caſu,prout dixi in poſitiõe caſus,& in prima parte,cũ di.Blaſio fuiſſet lecta
& interpretata dicta legitimatio,& clauſula,dũmodo de eorũ proceſſerit volũtate, dicit & declarauit ꝙ ita
intẽdebat,& quòd volebat ꝙ ei ſuccederet in omnibus ſuis bonis,in pręſentia pluriũ perſonarũ fide dignarũ,
quod ſufficere videtur,quia vt iã dictũ eſt,ſicut per §.ex inperfecto in l.hac cõſultiſſima.C.de teſta.* quãdo pa 27
ter teſtatur inter filios legitimos & naturales nõ requiritur aliqua ſolẽnitas, imò defectu ſolẽnitatis omiſſę nõ
vitiatur teſtamẽtũ inter liberos,ita etiã quãdo teſtatur inter legitimatos. Et poteſt pater corã duob⁹ teſtibus
inſtituere filiũ etiã legitimatũ,vt dicit Bal.in c.de cauſis.in pe.col.ext.de offi.dele.Et do.meus Iaſ. in d.§.ex im
perfecto. ¶ Et videtur ꝙ talia verba tantũ important quantũ ſi dixiſſet,inſtituo eã,ſicut tantũ eſt dicere,vo-
lo legare,quantũ lego,vt tenẽt Bar.& Ang.in l.ſerui electione.ff.de leg.j.Multa tamen ſunt quæ faciunt in cõ 28
trarium,de quibus per Philp.Decium in conſi.ſuo clix.in ij.col.vbi ponit * ꝙ talia verba declaratiua volũtatis
non important inſtitutionem,etiam (vt dicit) quo ad pias cauſas,ergo adhuc minus hoc caſu.

Teſtamẽtũ inter legitimos nõ requirit ſolennitatẽ.

Volo legare, & lego idẽ importãt.

SED ad hoc reſpondeo ꝙ adhuc iſtud nõ poteſt prodeſſe, nec per hoc ſuccedit dicto quondã Blaſio eius
patri,quia ille §.intelligitur quando nõ eſt defectus ex parte patris teſtantis, ne duo ſpecialia ſimul cõcur-
rant, cõtra gl.in l.j.C.de dotis promiſ.& in l.cũ poſt.§.gener.ff. de iure do. Et ita dicit do.meus Iaſ.in d.l. hac
cõſultiſſima.§.ex imperfecto.in ij.col.Sed in hoc caſu eſt defectus ex parte patris,cũ etiã legitimat⁹ cũ dicta clau
ſula,ꝙ tota eius poſteritas de legitimo motrimonio ꝓcreata eidẽ ſuccedere poſſit ,nam etiã ſi hęc filia Barba-
ra eidẽ ſuccederet,multũ extenderetur ſua legitimatio,quod fieri non poteſt,vt ſtatim amplius dicã,igitur &c.

ITem quia dictus Blaſius habens adminiſtrationẽ de bonis prouenientibus ex beneficiis in quibus habebat
adminiſtrationẽ,etiã ſi teſtatus fuiſſet ſecundũ ius cõmune,adhuc nõ valuiſſet teſtamentũ, quia clericus ha-
bens adminiſtrationẽ in beneficio nõ poteſt teſtari de bonis prouenientibus ex fructibus beneficiorũ.gl. ordi.

29 An clericus de bonis ex beneficio perceptis teſtari poßit.

in c.præſenti.in verbo,reſeruari.de offi.ordi.in vj.quã glo.ſequitur Alex.in l.diuortio.in ij.col.ff.ſol.mat.Ioan.
de Ana.in c.fi.ne præla.vices ſuas.ſequuntur doct.allegati per Panor.in repeti.c.cũ eſſes.de teſta. Barb.in c.re
quiſiſti.de teſta.& in c.fi.de peculi.cle.ex quo ad minus quę dicta ſunt pro parte dictæ filiæ nõ poſſent habere
locum in bonis prouenientibus in fructibus ſuorũ beneficiorum. Non pono iſtud pro cõſtanti,quoniã infrà
30 dicã latiùs,*quia credo quòd quicquid dicant doctores,clericus ſecularis etiã prælatus poteſt de fructibus ex
ſuo beneficio perceptis teſtari de cõſuetudine generali,de qua per Philippũ Frãcum in repetio.d.c.cum eſſes.
in xxv.col.& ſeq.de teſta.in vj.vt infrà dicam ad aliam quæſtionem,quam incidenter tangam.

ITem etiam & quod plus eſt,quando prædicta ceſſarent,adhuc dicta Barbara eidem Blaſio ſiue ex teſtamẽ
to,ſiue ab inteſtato ſuccedere nõ poteſt,ſiue in poſſeſſorio,ſiue in petitorio,quia ſua legitimatio eſt ſurrepti
tia & obreptitia ex ſuggeſta falſitate in pluribus. ¶ Primò quia princeps in ſua legitimatione narrat quòd attẽ
tis virtutum donis,& venuſtate morũ quibus coruſcat ipſa Barbara, quòd in ipſa virtutes & merita ſupplẽt id
quod ortus odioſus adducit,gratiam legitimationis debet obtinere.& tamen iſtud nõ poteſt eſſe verũ,quia il
lo tempore quo fuit legitimata erat in infantia,ſed prædicta nõ poſſunt cadere in infante,cũ talis ætas quod vi
det ignorat,& neque ſcire, neque diſcernere talis ætas aliquid poteſt.l.j.C. de falſa mone.l.pupillus.C. de ac-
qui.hære.Ex hac falſa cauſa qua mouetur princeps ad cõcedendũ dictã diſpẽſationem,videtur diſpenſatio vi-
31 tiari,vt in c.quod circa.extrà,de conſangui.& affinit.Nam & ibi dicit Io.And.in nouella.* vbicũque diſpen-
ſatio eſt neceſſaria,oportet quòd oſtendatur non ſuſpecta , vt patet in eo quod legitur & not.in c.j.de reſcri.
& in c.ij.de ſchiſma.Surreptitia autẽ nõ eſt ſine ſuſpitione.c.dudũ.l.ij.de electio.§.inſuper.& præſumitur prin
ceps circũuẽtus c.cũ olim.extrà,de re iudica.Cũ ergo in reſcripto legitimationis ſiue diſpenſationis dictæ filię
dicatur prædictam filiam quæ erat infans ſupplicaſſe,& ꝙ in eam nõ cadant merita & virtutes,nec apparet ꝙ
eius nomine alius impetrauerit,hæc ſua diſpenſatio redditur de falſitate ſuſpecta,& cõceſſa ob falſam cauſam,
ergo nulla:ſicut ſententia & aliæ diſpoſitiones vitiantur ex defectu cauſæ finalis.l. qui teſtamento.ff. de excu.
tuto.l.fi.ff.de hære.inſtitu.c.ex parte Aſtenſis. & quod ibi nota.in nouella.extrà,de conceſ.præb.Et ita in ter
minis tenet Pet.de Anch.in conſilio ſuo ccxlj.incipien.Ex tenore priuilegij.in ij.colum.

ITem etiam dicta diſpenſatio implicat in ſe contrarietatem , quia dicit dicta filia ſe fuiſſe procreatam ex Na-
zaria Iaquelin & Blaſio Rolin,protonotario ſanctę ſedis apoſtolicę & presbytero,& tamẽ dicit ſe tantũ eſ-
ſe naturalem,quod non eſt verùm,nam filius presbyteri dicitur ſpurius. Ita dicit Bart.in l.fi.in j.col. ff. de his
32 *Inceſtuoſus.* qui.vt indig.& dicit Bal.in l.ij.C.de epiſc.& cleri.* quòd natus ex clerico in ſacris dicitur inceſtuoſus. quem
33 Alex.in apoſtil.ad Bart.in d.l.fi.allegat.* ſed ſic eſt quòd tales inceſtuoſi & ſpurij nõ merentur legitimari per
reſcriptum principis,vt in aut.quibus modis natura.efficiantur legiti.circa finem.& ita tenet Pet. de Ancha.in
dicto conſilio ccxlj.in princi.igitur cum falſum expreſſerit, & ſe dixerit naturalem cũ ſit ſpuria & inceſtuoſa,
non debet eidem prodeſſe dicta ſua diſpenſatio.

ITem etiam dicta Barbara in ſua ſupplicatione dicit ſe eſſe natam ex Nazaria Iaquelin ſoluta tunc,& tamẽ nõ
eſt verũ,quia dicta Nazaria erat tunc deſponſata & copulata matrimonio cũ Thoma Boquin,ex quo dicta fi-
lia eſt adulterina, quod non expoſuit in ſua ſupplicatione, & ideo dicta diſpenſatio eſt ſurreptitia , vt tenet in
terminis Pet.de Anch.in cõſilio ſuo ccccxxvij.inci.Circa primum quæſitũ.in j.colũ.& Bal.in l. præſcriptione.
C.ſi contra ius vel vtili.publicã.imò ex quo eſt ſpuria & inceſtuoſa ex duplici vitio, cum tanquam filia clerici
inceſtuoſi,& tanquam nata ex coniuncta, adulterina,& ſic ex vtroque modo ſpuria,quæ dicitur duplicata, nõ
valet ſua legitimatio,cum hæc tacuerit:non enim ſic faciliter diſpenſatur in duplici,ſicut in ſimplici. facit tex.
in c.ſi motu proprio.de præben.in vj. & cle.j.eo.titu.j.de fil.presbyte.lib. vj. & difficilius rumpitur funiculus
duplex quàm ſimplex. c.j.de treuga & pace.imò quando ſunt plura obſtantia,non ſufficit clauſula,non obſtan.
ſed requiritur quòd vnicuique derogetur in ſpecie,& in dubio non præſumitur derogatum. do. meus Iaſ.in l.
fi.in viij.col.ff. de conſtit. principũ.dixi ſupra amplè, & hoc verũ quicquid dixerit Ang. in conſilio ſuo cciiij.
inci.quidam Bartho.quem allegat do.meus in d.l.præſcriptione. in pe.col.ff.ſi contra ius vel vtilitatem publi
cam. Præpoſitus dictus Cardi.Alexan.in c.per venerabilem.§.quod autem.in xiiij. colum. qui filij ſint legiti.
nam tales adulterini non poſſunt legitimari per reſcriptum principis , niſi cum clauſula derogatoria . vt in d.
authen.quibus mod.naturales effici.legitimi.colla.vj.& dicit Pet.de Anch.in d.loco quòd non ſolùm requiri
tur expreſſio illius qualitatis,ſed etiam derogatio illius legis.

ITem etiam dicta filia Barbara nõ expoſuit in ſua legitimatione ſeu diſpenſatione dictũ Blaſiũ fuiſſe aliàs le-
gitimatũ,& natũ fuiſſe ex nephario coitu,ſcilicet ex dicto Io.Rolin Cardi.& epiſc.quod ſi expreſſum vel ex-
poſitum principi fuiſſet,non ita de facili diſpenſaſſet cũ dicta filia, & ideo in hoc videtur vitioſa dicta legiti-
matio,per notata per tex.Panor.& doc.in c.poſtulaſti.in j.nota.de reſcrip.Alexan.conſi.cxiiij.incip.Pondera-
tis his quæ narrantur in themate.in ij.col.in j.vol.do.meus Iaſon in l.j.in ij.col.C. ſi contra ius vel vtilitatẽ pu
blicã.nõ eſt enim præſumẽdũ ꝙ princeps ita de leui cõceſſiſſet ſi fuiſſet ei narratum & expoſitũ quòd iam di-
34 ctus Blaſius eius pater ſimilẽ gratiã ab eo habuerat,& ꝙ erat legitimatus,* quia princeps nõ pręſumitur velle
vltra id quod ius diſponit,& præſumitur volũtas principis talis qualis eſſe debet,vt dicit do.meus Iaſ.in l.iuſti
tia.ff.de iuſti.& iure.ſed ſic eſt ꝙ de iure in materia reſtringibili,puta in materia legitimationis ſpuriorũ, quos
iura abhorrent.§.fi.cũ gl.in aut.quib.mod.natu.effi.ſui.c.ſi gens Anglorũ.lvj.diſtin.diſpoſitio debet reſtringi
ad primam vicẽ, & primam diſpoſitionẽ.Alexã.in cõſi.xlj.incip.Breuiter.in iiij.vol.dominus meus Iaſon in l.
diuortio.§.quod ſi in anno.ff.ſol.matri.& in l.duo.§.ſi ei qui.ff.de iureiuran.

ET hoc ſatis videtur eſſe de neceſſitate principis, qui intelligere præſumitur, nec velle ꝙ legitimatus ſuc-
cedat legitimato,cùm in legitimatione ipſius patris ſit appoſita hæc clauſula , quodq́ue tota eius poſteri-
tas de legitimo matrimonio procreata ſiue procreanda &c. per quæ verba nõ cõprehenduntur legitimati , vt
ſuprà dixi, igitur &c. aliàs videtur dare princeps materiam delinquendi, cùm ſi ſemper de vno ad ſequentem
35 *Vitium naturale refrenãdũ.* ſucceſſiuè fieret legitimatio , vnde iura naſcuntur aut proueniunt , naſceretur occaſio delinquendi, quod fieri
non debet,*nam vitium naturale debet refrenari,& non ampliari,vt dicit Card.Alex.in c.per venerabilem.§.

quod

quod verò.in col.vj.xx.quæst.xij.extrà,qui filij sint legitimi. & dicit Bal.in suis statutis. in verbo, spurius.in v. §.tales incestuosos ac iniuriosos refrenandos,cum ex illis crimina oriantur.

EX quibus omnibus supradictis constat dictam Barbaram non potuisse nec posse succedere dicto quondam Blasio ex testamento vel ab intestato,ac si fuisset legitima aut debitè legitimata,imò debet excludi à prædicta successione in possessorio,siue in petitorio.

ITem & quod plus est,non est dubium quando prædicta omnia cessarent,adhuc dicta filia non succederet in feudis,cum non sit expressè dictum quòd posset succedere ad quæcunque bona,etiam feudalia, vt tenet Philip.Decius in consilio suo lxxvj.in j.& ij.col.

NVnquid ad minus debeat dotari,aut aliquid habere pro alimentis de iure ciuili?videtur ꝙ sic, cũ sit naturalis,& ideo tanquã naturalis debet alimentari.aut.licet.C.de natu.lib.Et dicit etiã Bar. in l. si quis à liberis.§.vtrum.ff.de libe.agnoscen.quòd debet alimentari,imò dicit idẽ Bar.in l.vxor.§. pater naturalis. ff. de leg.iij.*ꝙ filia naturalis est dotanda.& ita tenet do.meus Ias.in §.fuerat. in xxiiij.col.institu.de actio.maximè quando filia non habet vnde se alat aut dotetur,vt dicit Bar.in dicto §.pater naturalis. tamen quia vt ex supradictis constat & apparet quòd est spuria,& ex nephario coitu,non debet ali neque dotari à patre, & per consequens nihil habere poterit de iure ciuili,vt est tex.in aut.ex complexu.C.de incestis nuptiis. 36 *Filia naturalis dotanda.*

DE iure tamen canonico videtur secus,quia vt dicit tex.in c.cũ haberet.ext.de eo qui duxit in matrimoniũ quã polluit per adulteriũ.vbi gl.fi.& dicit Bal.in l.fi.§.si à socero.ff. quæ in fraudẽ credi. * ꝙ de æquitate canonica pater potest donare spurio vt habeat pro alimentis, & potest eidẽ legare vt pro alimentis habeat,vt dicit Cy.in l.non etiã.C.de admi.tu.& Imo.in l.Lucius.§.j.ff.de leg.ij.ꝙ spuria debet dotari.¶ Quãdo autẽ pater possit donare filio spurio,& quãdo nõ,& quomodo,vide amplè per Calcaneũ in cõsi.suo lx.& in cõsi.lviij. Et si pater donauerit filio suo spurio,cui applicetur,vide in l.j.C.de natu.liber. de cuius intellectu vide Philip. Corneũ in l.hæreditas.C.de his quibus vt indig.& ꝙ nõ sit sublata lex illa in cõcubina, & in spuriis ex cõcubina,tenet Azo.in summa eo.ti.Alb.& Odofre.in d.l.j.& Bar.in cõs.cxix.inci.do.Dominic⁹.*Gui.pape.q.sua cclxxx.qui dicit ꝙ vidit iudicari ꝙ nõ,& cõsului in casu emergenti in cõsi.inci. Nobilis quodã vir Cypria.&c. 37 *Spurii de iure canoni.alimẽtari debet.*

IMò plus dicit Marti.Lauden.in titu.apud iudicẽ vel domi.queſt.feud.in c.j.& Card.Alex.in c.j.§.similiter.de capi.corradi.*ꝙ stante statuto vel dispositione,quòd vasalli teneantur pro maritãda filia domini,quòd etiã imponi possunt pro maritanda filia spuria,quod est notãdum,cũ filia spuria debet alimentari,& per consequẽs dotari,cum bonum argumentum sit de alimentis ad dotem,prout tenent dicti doctores. 38

ECce nunc ꝙ iura ciuilia & canonica sunt contraria in hoc,sed vt dicit gl.in d.l. cum haberet. extrà, de eo qui duxit in matrimonium. in fi. quòd ex quo dispositio iuris ciuilis est rigorosa,& fuit hoc dispositum de rigore iuris ciuilis,ꝙ videtur inductum in detestationem criminis.Dispositio verò canonica est inducta de æquitate canonica,quæ vigorem sumit à iure naturali, à quo educatio filiorum est. prima distin. c. ius naturale. & ex instinctu naturæ procedit quòd dispositio canonica præfertur dispositioni iuris ciuilis. & hoc etiam est quia de iure ciuili æquitas præfertur rigori.l. placuit. vbi docto.C. de iudic.c.j.de transac.& hæc etiam tenent Cardi.Floren.& Alexand.in d.c.cum haberet. & docto. ibi, ideo videtur ꝙ dicta Barbara ad minus de bonis dicti quondam sui patris debet dotari. *AEquitas rigori præferenda.*

SED quid habebit pro dote,& quomodo debeat dotari,cũ de iure ciuili naturalib⁹ tãtũ duæ vnciæ ex substãtia debeãtur.tex.in aut.licet.C.de naturali.liberis.& hoc ꝓ alimẽtis,cũ ibi dicat tex. huiusmodi enim naturales filios pasci boni viri arbitrio est necesse.*Et de alimẽtis ad dotẽ sit bonũ argumẽtũ, vt dicit Card.Ale. in d §.similiter.& de iure canonico idẽ sit in natis ex dãnato coitu, quod quidẽ ius canonicũ de æquitate ꝓcedens præfertur iuri ciuili.d.c.cum haberet.& ibi glo.& doc. ¶ Dicendum est quòd prædicta Barba.ad minus pro sua dote habebit duas vncias ex substantia tota dicti quondam Blasij sui patris, & erit illa dos loco suorũ alimentorũ in vita filij post mortẽ,aut ipsius dos erit agnatorũ quibus potest relinqui. ita tenet Martinus Lauden.in tract.suo legitimationum.in xxij.colum.ibi,an pater possit filiam spuriam dotare. 39 *Arg. de alimentis ad dotem.*

SEcundò videndum est an dicti Ioan.Barbara,Pierrota,Petrus, & alij filij legitimi & naturales dicti quondam Sebastiani Rolin eorum patris legitimati habeant iustam causam se opponendi executioni guardiæ in bonis dicti quondam Blasij.

ET primò * videndum est de legitimatione dicti quõdam Sebastiani eorũ patris, quæ fuit facta per Philippum ducem Burgundiæ, an sit valida, hoc est, primò an dux Burgũdiæ habuerit potestatem legitimandi. certum est quòd dux Burgundiæ recognoscebat christianissimũ regẽ Francorũ in superiorẽ, cum esset de paribus Franciæ, & primus inter pares Franciæ, & ideo aduertẽdum est cum quæritur an duces possint legitimare & habeant potestatem legitimandi.Pau.de ca.in cõsi.suo cxcvj.in consiliis nouis, in impressione noua,incip. Super j.dubio.consuluit in hac materia de duce Mediolani Francis. de Are.in cõsi. xlviij.in xxxiij.col.Barb.in consi.xxiiij.in xxv.col.in ij.vol.Felin.in c.quæ in ecclesiarum.in xij.col.extrà,de constitu. Alexan.in consi.ij. in iiij.col.in j.vol.sed concludendo in hoc dico ꝙ aut dux Burgundiæ habuit ex priuilegio christianissimi regis Francorum,& tũc nõ est dubium ꝙ potuit,quia istud licet sit reseruatum principi, potuit tamen cõcedere rex Franciæ licet hæc sint reseruata.c.quod translationem.extrà,de offic.deleg.sed quia non apparet de priuilegio,cum nunquã fuerit,non est amplius disceptandũ,vt credo, nec ista potestas legitimãdi venit in generali concessione ducatus.ita tenet Pau. de cast.in dicto consil.cxcvj.nam vt dicit, duces perpetui ex sua potestate ordinaria quo ad bona sita in eorum territorio etiam si superiorem recognoscant possunt legitimare, hoc est habilitare siue dispensare,secundum Anto.de But.in c.per venerabilem.extrà, qui filij sunt legitimi. & dicũt domini de Rota decisione sua cc. 40 *An duces possint legitimare.*

ITem quòd *inferior à papa vel imperatore non potest legitimare quo ad hęreditates,aut alia, Pau. in d.cõsi.dicit quòd aut domini temporales seu seculares & perpetui volunt legitimare non obstãte aliquo impedimento à lege vel cõsuetudine ipsius ducatus vel comitatus,& sic possunt,vt habetur in c.per venerabilem.§. insuper.extrà,qui filij sint legiti.& tũc per hæc posset dici quòd dux Burgũdiæ potuit legitimare quo ad hũc. 41

§ fi. quo ad præiudiciũ suiipsius, inquantũ dicitur in isto. §. ꝙ in bonis presbyteri bastardi succedit princeps in hæreditagiis: aut volũt legitimare nõ obstante impediméto introducto à iure ciuili, scilicet ꝙ legitimati præferantur agnatis & cognatis, & aliis ab intestato venientibus, & tunc non possunt legitimare contra tale impedimentum, nec etiam in iurisdictione & territorio eorum habilitare. ita tenet Cardi. Alexan. in c. per venerabilem. §. quod autem. in colum. cxj. extrà, qui filij sint legitimi.

EX quibus supradictis cõcludẽdo ꝙ legitimatio facta ꝑ Philip. ducẽ Burgũdię nõ est tãtę efficaciæ ꝙ per illam dictus quõdã Sebastia. Rolin successisset, si nũc esset viuus, d. Blasio in prçiudiciũ agnatorũ & cognatorũ, sed tamẽ in prçiudiciũ ipsius ducis seu tenẽtis ducatũ, scilicet quia eidẽ Blasio dictus Sebastian. succedere potuisset in hæreditagiis in præiudicium ipsius principis, qui succedere debet, per tex. in hoc §. fi. intellige prædicta, nisi aliud obstaret, prout statim dicam. dixi de prædicto dubio alibi plenius, scilicet in §. præcedenti.

SED quis istorũ præferri debeat? non est dubiũ ꝙ nullus istorũ excludit agnatos & cognatos, sed an dicta Barbara nõ extan. aliis agnatis & cognatis excludere deberet dictos Ioannem, & Petrũ, & alios filios dicti quõdam Sebastiani, qui veniũt tãtũ per repræsentationem, & non aliàs, per cõsuetudinem nostrã, an verò deberent excludere dictã Barbarã? vidimus hìc antè legitimationẽ dictę Barbarę esse surriptitiã in pluribus, & legitimationem dicti Sebastiani viribus carere propter defectum potestatis legitimantis, & credo quòd quãdo dicta legitimatio nõ fuisset surreptitia, quia in nullo deficiebat quo ad legitimantem, quia, vt constat, fuit christianissimus Ludouicus xij. Francorũ rex & dux Burgundiæ, qui prædictã Barbarã legitimauit, qui potestatem legitimandi satis habere dicitur in suo regno, & in hoc non est dubiũ, maximè quo ad temporalia, & hoc non eundo per mẽdicata suffragia. est tex. ad literã. in d. c. per venerabilẽ. extrà, qui filij sint legi. in §. insuper. vbi expresse hoc tenet Ant. de But. per illum tex. Et hoc maximè quia de facto imperatorem nõ recognoscit, nec aliquem superiorẽ in temporalibus. Et maximè legitimãdo dispensatitiã legitimationẽ facere potest, hoc est dispensare ꝙ nõ obstan. vitio illegitimi. quòd talis succedat, vel habeat alia iura legitimationis, quæ legitimis dãtur & deferuntur. Ita tenet Cardi. Alexan. in d. c. per venerabilem. §. quod autem. in cxj. col. extrà, qui filij sint legiti. sed fortius dico quòd rex Franciæ est monarcha in suo regno. Plenè dixi in §. ij. eod. titu. *Des successions des bastardz*, in versicu. nunquid autem rex Franciæ, igitur &c.

Rex Franciæ monarcha in suo regno.

SED iterũ incidẽter hìc quæro an hęc legitimatio, quæ est per christianissimum regem nostrũ facta de prædicta Barbara sit & præsumatur facta tanquã per regẽ, an verò tanquã per ducẽ? In hoc credo ex quo ducatus Burgũdiæ peruenit ad regẽ nõ tanquã ad Ludo. sed tanquã habentẽ coronã regni, ꝙ tũc nõ teneat ducatũ de ꝑ se, nõ ꝙ dicatur dux Burgũdię, sed veniat sub corona, ex quo deberet regi regulis & legibus coronę, quia addita fuit hæc patria regno accessione, ita quòd est vnũ regnũ cũ primo, & tũc quãdo princeps quid facit in hac patria, non dicitur facere tanquã dux, sed tanquã rex, & ideo deberet regi regulis & legibus regni Frãcię, & hisdẽ regulis & priuilegiis quib⁹ regnũ regitur esset gubernãda, quia regnũ est quid vniuersale. Ita not. Bar. in l. si cõuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. actio. secus quãdo ꝓuincia nõ additur accessoriè, puta ducatus Mediolanẽ. quẽ nũc christianissimus rex Frãciæ tenet, quia nõ tenet tãquã rex sed tãquã Ludoui. Aurelianẽ. qui de iure ꝑ successionẽ huic ducatui tanquã ꝓximior succedere debebat, & ideo illa patria nõ debet regi nec gubernari legibus & regulis regni Frãciæ, ex quo adhuc in litteris regiis quæ sunt in ducatu Mediolanẽ. & quæ statutũ ducatus Mediolani tangũt, nõ dicitur simpliciter, Ludouicus dei gratia Frãcorũ rex, sed cũ additione, dux Mediolani & c. Et ideo semper dicitur in literis regiis illius patriæ, Ludouicus dei gratia Frãcorũ rex, dux mediolani, imò sigillat ibi rex in cera rubea, quod nõ facit in ducatu Burgũdiæ, quia simpliciter dicit, *Loys par la grace de Dieu roy de France*, nec aliquid aliud additur, & sigillatur, *de cire iaulne*, quę dicitur cera crocea. Et ideo nõ est dubiũ ꝙ ea quæ facit in ducatu Burgũdiæ, facit tãquã rex, nõ tãquam dux, nec debet dici rex Frãciæ dux Burgũdiæ, * cũ nõ amplius sit ducatus, sed nunc cũ sit addita regno accessoriè perdidit nomẽ ducatus, & cõtinetur sub appellatione regni Franciæ, & ideo cũ hæc Barbara sit legitimata à rege, sua legitimatio est maioris autoritatis quã legitimatio dicti quondam Sebastiani. & intellige prædicta si non esset surreptitia, sed ex quo est surreptitia nullius est efficaciæ & momenti, vt dictum est hìc antè.

Regnum quid vniuersale.

41 Ducatus Burgũdiæ non plus ducatus.

SEqueretur ergo quòd ad ea quæ cõpetere possunt regi aut principi, seu duci Burgũdiæ ex successione dicti quondam Blasij, cum fuisset presbyter bastardus, scilicet quo ad hæreditagia, quòd potiùs deberet præferri quondam Sebastianus Rolin, si viueret. Et sic nunc eius filij quã dicta Barbara, cũ sua legitimatio sit surreptitia, quæ si esset valida in allodialibus, esset nociua principi, cum legitimatio ex parte concedentis est fauorabilis cũ tractatur de præiudicio concedentis, quo casu latè interpretatur. Notat Lapus in c. fi. de filiis presbyter. in vj. Anto. de But. & Panor. in c. at si clerici. de adulteriis. Cardi. Alexã. c. per venerabilem. extrà, qui filij sint legiti. in ij. col. ex quo sequitur quòd si dicta Barbara fuisset debitè legitimata, quòd in hoc successisset. Ex quo ergo non est debitè legitimata, quòd alij filij dicti quondam Sebastiani succedere debent in his quæ competunt principi tantum & non aliàs, nihil tangendo de agnatis.

SED tamen videtur adhuc dicendum quòd sicut dicta Barbara nõ potest aliquo modo prætendere successionẽ dicti quondã Blasij sui patris, ita nec minus possunt filij dicti quondã Sebastiani, nã vt dictũ est, supradictus Sebastia. fuit filius spurius reuerẽdi do. Io. Rolin Card. natus ex Anna de Goix, & dictus Blasius ex Alexia Regnier, licet enim sint ex eodem patre, tamẽ sunt ex duabus cõcubinis, ex quo adinuicẽ succedere nõ possunt, licet ambo legitimati. Glo. est multũ notabi. in l. hac parte. ff. vnde cognati. quã ad hoc alleg. Ang. de Arretio in tracta. suo de testamentis. in glo. in verbo, intestatus decedere. in ix. col. Matthæus Matthesilanus in suo trac. successionũ ab intestato. in iij. col. Idem Ang. in §. j. insti. de inoffi. testa. Ex quo ergo pater dicti Ioan. Rolin & aliorum huic Bla. succedere non potuisset, ideo nec ipsi eius filij ab eo descendentes, & si dicatur quòd isti non sunt huiusmodi, nec succedunt aut succedere intelliguntur per repræsentationem sui patris, sed tanquam existentes de eius posteritate in legitimo matrimonio procreata, ex quo succedere possunt dicto Blasio, virtute clausulæ in sua legitimatione appositę, quódque tota eius posteritas de legitimo matrimonio procreata siue procreanda in bonis suis quibuscunque ei iure hæreditario succedant & succedere valeant. Et sic

hoc casu

hoc casu non succedunt ex persona patris, sed ex sua, cum pater sit sublatus de medio, & sic solum subintrant locum patris, hoc est gradum, ita quòd succedunt aut succedere possunt æqualiter cum aliis patruis. Ioan. Fab. in §. cæterum. instit. de legitima agna. successi. & §. cum filius. instit. de hære. qui ab intesta. defe.

AD hoc dico & respondeo ꝙ istud non potest esse in hac patria ducatus Burgundiæ, cũ in casu succedatur per repręsentationẽ, vt est tex. §. *en toutes successions*. suprà tit. *Des successiõs*. ¶ Itẽ hoc nõ potest esse verũ, nec habere locũ, etiã quia quando dicitur ꝙ filius subintrat gradũ patris, istud debet intelligi quando pater habebat gradũ, aut facere potuit, cũ priuatio præsupponit habitũ. l. decẽ. ff. de verb. obl. Cũ ergo pater nõ habuit gradũ, quomodo filij possunt subintrare gradũ, qui nũquã fuit in esse, nec in rerũ natura? nã etiã quia excluso antecedẽti, excludũtur descendentes ex illo, vt est tex. in l. fi. C. de natu. libe. qui tex. est multũ expressus. vbi si filij naturales excluduntur à successione, filij filiorũ naturalium, & alij descẽdentes etiã si sint legitimi & naturales excludũtur. Hinc per illũ tex. dicit Bal. & do. meus Ias. in l. Gallus. §. quidẽ recte. ff. de libe. & posth. * ꝙ sicut pater ꝓhibetur aliquid relinquere filio spurio, ita nepoti, q̃uis legitimo & naturali. Istud tenet Pau. de ca. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posth. no. Alex. in cõsi. suo lxxiiij. in iij. vol. quod incipit, Circa primũ dubiũ. Et istã dicit esse veritatẽ do. & pręceptor meus do. Ias. veritatis amator, in l. hæreditas. in ij. col. C. de his quibus vt indig. Faciũt q̃ dixi suprà in tit. *des fiedz*. §. *en choses feodales*. in quæst. nũquid fœmina succedat in feudo. vbi dixi ꝙ sicut non succedit in regno Frãcię, ita nec masculi ex ea descen. & dicit Bal. in l. j. C. de sum. tri. & fide catho. * quòd nõ plus virtutis potest esse in causato q̃ procedat ab influenti potentia causæ. & ideo dicit Raphael Fulgo. in cõsi. suo xij. ꝙ mortifera radix non potest stipitẽ vel ramũ fructiferũ vel virentẽ facere. Facit tex. in §. ex diuerso. in aut. de hære. ab intest. & ita etiã tenet Lud. Bologni. in addi. ad Mathesillanum, in trac. suo successionũ ab intesta. in lj. col. Ex quo ergo dicti Ioan. Barbara & alij filij dicti quondam Sebastiani Rolin causantur ab infecta radice, & quæ admitti non posset ad successionem dicti quondam Blasij, etiam si ambo viuerent, non possunt esse melioris conditionis quàm dictus Sebastianus à quo causantur. Ex his ergo supradictis exclusa est dicta Barbara, & pariter dicti filij quondam Sebastiani Rolin.

43 An pater possit relinquere nepoti ex spurio.

44

EX quo nunc videndum est an filij dictæ quondam Ioannæ Regnier sororis legitimę & naturalis dicti quondam Blasij se debitè, & iustè opposuerunt, ita ꝙ iustã causam habuerunt seipsos opponendi cõtra dictam Barbaram & filios dicti quondam Sebastiani, & taliter quòd possint obtinere in possessorio contra dictam Barbaram & filios dicti quondam Sebastiani Rolin.

ET videtur quòd sic, quia vt dicit tex. legitimationis dicti quondam Blasij, dictus Blasius fuit legitimatus à Christianistimo rege Frãcorum cũ clausula de qua suprà dictum est sæpæ, quódq; tota eius posteritas de legitimo matrimonio procreata seu procreanda in bonis suis quibuscunque eidem iure hæreditario succedãt, & succedere valeant, nisi aliud quã defectus nataliũ, pręfatus repugnet prędicto defectu, quẽ prorsus abolemus iure, cõsuetudine, lege, statuto, edicto, vsu generali vel locali regni nostri ad hoc cõtrariis, non obstan. quibuscunque. Nã non est dubium ꝙ existentes de eius posteritate in legitimo matrimonio procreati possunt & debent venire ad successionem dicti quondam Blasij. Sed sic est ꝙ filij dictæ quondam Ioannæ Regnier sunt de eius posteritate, cum in successionibus & substitutionibus comprehendantur tam nati ex linea fœminina quã masculina. l. generaliter. C. de institu. & substitutio. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. Philippus Francus in repetitione c. si pater. in quinquagesima colum. de testamen. in vj.

ITem * posteritas & genus idẽ sunt, vt dicit Alex. in addi. ad Bar. in l. j. ff. de iure immuni. * sed appellatione generis continetur & frater. l. cũ quid. de interdi. & releg. & Philip. Frã. in d. l. si pater. in j. col. Si ergo frater, ergo & filij fratrũ, cũ filiis per repręsentationẽ eadẽ iura cõsignãtur in successionibus quæ & patri, vt suprà dictũ est, ergo cũ cõtineatur frater seu ex eo descendẽ. ergo & ipsa soror seu ex ea descendentes, * cũ appellatione fratris cõtineatur soror. l. Lucius. §. quęsitũ. ff. de leg. iij. l. tres fratres. vbi do. meus Ias. plenè. ff. de pac. Et põderanda sunt hæc verba, eidẽ iure hęreditario succedãt, q̃ cõprehẽduntur tã ex testamẽto q̃ ab intestato. * hęreditatis appellatione idẽ cõtinetur qđ successionis. l. quędã. §. is autẽ. ff. de eden. Bar. in l. pater. §. mater. ff. de leg. iij. Soci. in consi. suo. ccl. in pe. col. sed quãdo fit mentio simpliciter de successore, aut ꝙ talis succedat, potius debet intelligi de successione ab intestato q̃ ex testamẽto, vt probatur ex rub. iũcto nigro. C. cõmunia de succes. Soci. in consi. suo xxx. in ix. col. ad minus si causa testati cõprehendatur, nõ est dicendũ ꝙ etiã causa intestati nõ sit cõprehensa, imò potius cõprehenditur quã causa testati. Ex quo videtur dicendũ ꝙ dicti cognati deberent præferri aliis præcedentibus, scilicet dictæ Barbaræ & filiis dicti quondã Sebastia. Rolin, & sic ꝙ sunt proximiores habiles ad succedendũ, ex quo sunt saisiti de bonis de quibus mortuus est vestitus & saisitus dictus quondam Blasius eorũ auunculus, ex quo contra prædictos deberẽt obtinere in possessorio & etiam in petitorio.

45 46 Posteritas & genus idem.

47

48

VNum est quod multum obstat inter alia, quia vt in positione casus dictũ est, dictus quondã Blasius tẽpore suæ legitimationis factę erat clericus, & in sacris, prior cõmendatarius sancti Syphoriani, ex quo iam prælato ius erat quæsitũ in bonis mobilibus, cũ dicat tex. nostræ cõsuetudinis ꝙ bastardo presbytero decedenti succedit prælatus in mobilibus, & princeps in immobilibus. nã per cõsuetudinẽ nostrã ius acquiritur prælato in bonis mobilibus defuncti præsbyteri, tale quòd declaratur eius hęres habilis & proximus ad ei succedendũ in mobilibus, & ideo cũ per consuetudinem nostram succedere debeat in talibus, eidem debetur ad minus ex testamento legitima, cũ vero hæredi debetur legitima. titu. institutionis, vt dicit textusmet nostræ consuetudinis, in titu. *des successions*. §. iij. qui incipit, *Vn chascun habile a faire testament.*

EX quo ergo cum si esset bastardus simpliciter tempore mortis, successisset prælatus, nunc verò super legitimatione excluderetur prælatus, aut ecclesia, quæ eidem succedere debet, sequeretur quòd talis exclusio esset prælato aut ecclesiæ præiudicialis ipso non citato & nõ cõsentiente, quod videtur fieri nõ posse. arg. tex. in l. ij. & fi. iuncta. l. pe. & fi. ff. de nata. restituẽdis. nam dicitur in d. l. ij. ꝙ liberto natalibus restituto patronus non succedit, ideo princeps non solet natalibus restituere nisi patrono consentiente, & inuito patrono, & non consentiente non potest restitui. d. l. pe. & fi. quia patrono debetur legitima non existentibus filiis, sic etiam debetur prælato legitima, ad minus in bonis præsbyteri bastardi, ex quo dicendum est quòd non

potuit legitimari in præiudicium ipſius prælati, eo non citato & non conſentiente.

49 *An laicus clericum legitimare poſſit.*

ITem etiã*quod fortius eſt, dictus Blaſius nõ potuit legitimari à rege, cũ princeps ſecularis nõ poſſit legiti-
mare clericũ baſtardũ. quod probatur: primò, quia legitimatio eſt volũtariæ iuriſdictionis, prout tenent doc.
in c.per venerabilẽ.ext.qui filij ſunt legiti.vbi Anto.de But.in iiij.col.Pa.in iij.col.Anto.de Roſellis in trac.de
legitimatiõe.in ij. libello. col.iiij.Signorolus de homodeis in cõſi.ſuo cxxxj.inci.Factũ ſic ſe habet.in v.col.p
tex.in §.& generaliter. in aut.quib.mod.natu.effi.ſui.Raphael Cumanus in cõſi.clxviij.incip. Reuerendus pa-
ter.in pe.col.in prin.in clericũ exerceri nõ poteſt, quia clerici etiã in minoribus iuriſdictioni laicorũ nõ ſubue
niunt.c.ij.de foro cõpe.c.cũ non ab homine.de iud.c.nullus clericus.xj.q.j.imò in cõtrariũ nõ valet cõſuetudo
c.clerici.ext.de iu.& hoc etiã habet locũ in iuriſdictiõe volũtaria, prout tradit Pet.de anch.in cõſi. ſuo cccxxj.
incip.Primũ dubiũ non eſt vanũ. vbi dicit ꝙ regula quæ ponitur in l.fi.ff.de iuriſ. om.iud. habet etiã locum
in voluntaria iuriſdictione.per tex.in cle.ne Romani.§.porrò.de elec.& idem tradit Alex.in conſi.lxvij.incip.
Cõſideratis.in vlt.col.in j.vol.& facit quia actus volũtariæ iuriſdictionis debent fieri corã iudice cõpe.l.j.& l.
fi.C.de emanci.lib.l.ſecundum dominum.C. de dona.ergo ſequitur ꝙ laicus clericum legitimare non poteſt.

50 COnfirmatur*quia legitimatio arrogationi æquiparatur.Bal.in l.j.in iiij.col. verſi.itẽ quæro.C. de iure au-
reo.annullo.alleg.l.iubemus.C.de natu.libe.tradit Ro.cõſi.cxciiij.inci.in propoſita.in iiij.dubio. vnde ſi-
cut decretũ nõ poteſt princeps ſecularis interponere inter nõ ſubditos, ita videtur in legitimatione, & ita ar-
guit Bal.in d.l.j.C.de iure aureo.annulo.facit ad hoc quia autoritas quæ debet præſtari clerico in bonis eccle
51 *Tutor datus à laico nõ habet poteſtatẽ in bonis ecclesiæ* ſiaſticis, debet præſtari per iudicẽ eccleſiaſticũ, & nõ ſecularẽ,* vnde tutor datus à iudice ſeculari non haberet
poteſtatẽ in bonis ſpiritualibus vel eccleſiaſticis, nec poſſet integrare perſonã pupilli clerici, vt no.Pe.de anc.
in c.fi.de iudi.in vj.per gl.ibi, in verbo, eiuſdẽ.& ſequuntur ibi Dominicus de S.Geminiano, & Philp. Fran.de
Peruſio.ad minus vt dicit Bal.in l.generaliter.in fi.C.de epiſ.& cleri.& ideo cũ iſta legitimatio reſpiciat perſo
52 nã,*quia legitimatus reſtituitur natalibus & famæ, vt no.Bal.in d.l.j.C.de iure aureo.annulo.& habilitatur ad
honores & dignitates, iſta nõ videntur poſſe fieri in perſonã dicti Blaſij à principe qui nõ habuit autoritatem
in perſonã eius tanquã ſit perſona eccleſiaſtica, & maximè vt ſit legitimatus quo ad bona eccleſiaſtica, hoc eſt
ad bona quæ dictus Blaſius habuit & habet, quæ prouenerũt ex beneficis ſuis, quæ eccleſiaſtica dicuntur, ita ꝙ
prẹlatus in illis ſuccedere debet.& quòd princeps ſecularis nõ habeat poteſtatem legitimandi clericum, tenet
53 Ant de But.in c.per venerabilem.in iiij.col.extrà, qui filij ſint legi.*vbi concludit ꝙ actus legitimationis non
poteſt in non ſubditum exerceri, per illum tex. & idem Bald.in d.l.j.C.de iure aureo.annulo.colum.ij. dicens
quòd licet legitimatio ſit voluntariæ iuriſdictionis, non tamen poteſt fieri de non ſubiectis.& idem Bald. in l.
qui in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nup.nec in tali caſu habet locum prorogatio, cum legitimatio ſit de reſerua-
tis principi, vt dicit Anto.de But.in d.c.per venerabilem.in iiij.col.verſi.ij.actus legitimationis.per illum tex.
in verbo, inſuper. & idem Panor.ibi, in iij.col.& latiùs in vj.colum.vbi inducit illum tex. in §. inſuper. & idem
54 *Reſeruata principi nõ poſſunt prærogari.* tenet Pet.de Anch.in cõſi.cccxxj.ſuprà alle.*ſed ſic eſt ꝙ in reſeruatis principi nõ poteſt fieri prorogatio.tra-
dit Anto.de But.in c.j.ij.&in pe. col.extrà, de offi.deleg.ergo ſequitur ex prædictis quòd chriſtianiſſimus rex
Franciẹ, qui dicitur imperator in ſuo regno & monarcha, tanquã princeps ſecularis nõ potuit legitimare dictũ
Blaſium clericum, cum non eſſet ſuæ iuriſdictionis, maximè in bonis eccleſiaſticis, hoc eſt prouenientibus ex
beneficio, ex quo cum prælatus in illis ſuccedere debeat, non eſt dubium quòd non poteſt dicta legitimatio
ſic facta prælato præiudicium afferre, & iſta videtur eſſe concluſio Philippi Decij in conſilio ſuo. cl. qui ad
plura motiua pro parte contraria facta reſpondet.

IN aliis verò patrimonialibus quæ nõ ſunt bona eccleſiaſtica, ſed patrimonialia, nunquid valet legitimatio?
videtur quòd ſic, per ea quæ dicit Bal.in l.eã quã.in vij.col.C.de fideicõ.verſi.conſueuit eſſe quæſtio. & Ra
phael Cuma.in conſi.clxviij.cũ reſpiciat in hoc bona quẹ ſunt ſub rege, & ideo dicit Bald.in c.cũ veniſſent.in
pen.col.extrà, de eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſeruãdẹ.quòd rex Frãciæ poteſt ordinare ſuper bonis
clericorũ in Frãcia, cũ omnes res in Francia ſint de territorio regis Frãciæ, & ideo dicit ꝙ in actionibus reali-
bus etiã inter clericos iudicatur in Francia ſecundum cõſuetudinem regni. ¶ Poſſet dici quòd adhuc hæc legi
timatio quæ fit de clerico per principẽ ſecularẽ quo ad ius ſuccedẽdi ſit valida, nã licet princeps non poſſit ha-
bere iuriſdictionẽ in clericũ, vt dictũ eſt, ſi tamẽ ſit in eo aliquod obſtaculũ introductũ per ſuã legẽ, poteſt il-
lud obſtaculũ remouere, etiã in præiudiciũ tertij.iſtud probatur in l.quæris.de nata.reſtituẽ.ff.eo.maximè quia
hoc caſu tollit quoddã obſtaculũ datũ à lege, quod poteſt, vt per plura tenet Franci.de Curte.in cõſi.ſuo feu-
dali.conſi.j.in x.& xj.col. ¶ Et quòd ſit valida quoad bona maximè in quibus princeps ſuccedere debet, hac
ratione probatur, nã aut ſunt bona immobilia, aut mobilia: ſi immobilia, & tunc etiam per conſuetudinẽ no-
ſtram ſunt bona quæ cõpetunt & ſpectãt principi de quo legitimauit illa legitimatio quæ eſt donũ principis.
Bal.in l.j.C. de iure annulo.in j.col.& in l.ij.circa fi.ſi quid in fraudem patro.vbi alleg. tex.in authen.itẽ ſi quis.
C.de natu.libe.ſiue beneficium, cum ſit actus cuiuſdam facultatis. Calderinus in conſi.iij.circa fi.in titu.qui fi
lij ſint legi.debet in præiudicium ipſius principis latè interpretari, & largiſſima interpretatio eſt fienda contra
55 concedentem.no.Inno.in c.dilecti.de donatio. & ideo ſi princeps cõcedat bona vacãtia, videtur cõcedere cũ
inſtrumẽtis, mãcipiis & omnibus pertinẽtiis eorũ, vt dicit Bal.in l.beneficium.ff. de cõſtitutio.principũ.& ibi
dominus meus Iaſon, & plura per Feli.in c.cauſam.in ix.& x.col. de reſcrip.ita ꝙ teneat legitimatio in præiudi
cium ipſius principis, qui ſi non legitimaſſet dictum Blaſium, illi in dictis bonis patrimonialibus ſucceſſiſſet,
per tex.conſuetudinis ducatus Burgundiæ in hoc §.fi.

ET ſi dicatur quòd iſtud ius, ſcilicet ꝙ presbytero ſacerdoti ſuccedat princeps in bonis immobilibus ſeu hẹ
56 *Princeps non p̃ſumitur velle derogare iuri fiſci.* reditagiis, eſt ius fiſci, cũ fiſcus in hoc ſit ſucceſſor, ex quo non reperitur dignus qui talia bona iure ſucceſ-
ſorio habere poſſit, & ideo ex quo expreſsè princeps de hoc nõ fecit mentionem, quòd non videtur per hoc
prẹiudicare fiſco,* cũ princeps in dubio non præſumatur velle derogare iuri fiſci, niſi intantum quantum ex-
preſſam fecerit mentionem.c.ſuper eod.de offic.delega.Alexan.in conſilio ſuo lxxxvj. in fi.in j.volu.allegans
Anto.de But.in c.vt debitus.de appel. ex quo ergo princeps in ſua legitimatione non expreſsè fecit mentionẽ
de iure

de iure cōpetenti fiſco, per talem conſuetudinem, videtur quòd hęc legitimatio non ſit fiſco præiudiciabilis & ſic ipſi principi. ¶ Ad hoc poteſt reſpōderi, quòd de hoc ſatis expreſſam fecit mentionē cū dixerit iure, cō ſuetudine, ſtatuto, vſu generali, vel locali regni noſtri, ad hoc contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

AVT verò ſunt bona mobilia, & in hoc idem videtur, quia vt dicit Panor.in c.cū dilecti.extrà, de iure pa Atro, quē refert & ſequitur Fráciſ.de Curte antiquior in cōſi. ſuo xxvij.in xj.col.in fi.* φ clericus in bonis 47 De bonis patrimo.clerici. patrimonialibus cenſetur vt laicus. idem voluit, idem Pan.in c.cōſtitutus. extrà, de religi.domibus.poſt Ant. & Io.de Imol.in cle.j.vt lite pendēte, nō diſtinguēs, an ſint mobilia aut immobilia, ex quo nec etiā nos diſtin- 48 guere debemus.arg.l.de prætio.ff.de publica.* & maximè cū in bonis patrimonialibus non ſuccedat nec ec- cleſia, nec prælatus, nec illa futuro ſucceſſori reſeruētur, imò in illis ſuccedūt parētes cōſanguinei, vt eſt text. & ibi doc.in c.relatum.l e.ij.extrà, de teſta.& doct.in c.j.de ſucce.ab inteſt.vt habetur.xij.q.iij.c.quicūque, vt ſtatim infrà dicā, ex quo ergo in talibus princeps ſecularis habet poteſtatē, cum in illis clerici non gaudeant priuilegiis eiſdem conceſſis, imò ſubſunt imperatori ſeu principi, & in eis iudicari debet ſecundum conſtitu tiones & ordinationes principis, vt dictum eſt ſuprà, non eſt dubium quòd in talibus valebit & tenebit legiti matio principis ſecularis, licet legitimatus ſit clericus.

EX his ergo antedictis videtur quòd legitimatio dicti quondā Blaſij, quo ad bona patrimonialia ſit valida, & ſit præiudiciabilis & principi legitimāti, & prælato ſeu eccleſiæ, qui in hoc nō potuerūt contradicere, cū nullū prætēdere poſſunt dānū aut intereſſe, cū vt dixi & ſtatim dicā in illis nō ſucceſſiſſent nec ſuccedere poſſent, ſed videndū eſt quę ſunt illa quę ſint patrimonialia, & mihi videtur φ duodecim centū franci, eidem quōdā Blaſio donati per quōdā do.Cardinalē eius patrē, ſint & debeant cōputari inter bona patrimonialia, nā nō ſunt bona ex beneficiis dicti quōdā Blaſij ꝓueniētia, & hoc ſatis videtur eſſe clarū, cū eſſent eidē quōdā reuerēdo Cardinali debita, per Nicolaū baſtardum de la haye, qui nūquam tenuit dicta beneficia, quæ tenuit dictus quondā Blaſius, cum ergo clarū ſit φ dictus Blaſius habuit dictas xij. centum libras ab alio, quā à ſuo beneficio, non eſt deueniendum ad coniecturas, cum in certis & non certis locus ſit coniecturis.

ITem alia ſunt bona patrimonialia, ſeu bona quę certiſſimè cōſtat nō eſſe ex fructibus ſuorū beneficiorū.ſ. ex duobus mille & cētū libris quę ꝓuenerūt ex terra & ſeignoria de Marigny, quę fuit redēpta per eū, tanq̄ habēs ius à chriſtianiſſimo rege, qui ſuccedere debebat dicto quōdā Nicolao, dicto baſtardo de la haye, ex qui bus mille & quinquaginta libræ cōpetebāt & ſpectabāt Alexiæ Regnier, matri dicti quōdā Blaſij, eo φ dicta terra fuerat acquiſita ꝑ dictū quōdā baſtardū de la haye, eius maritū cōſtante matrimonio inter ipſos, ex quo per cōſuetudinem noſtrā ducatus Burgūdiæ, dimidia pars, dictæ Alexiæ cōpetebat & ſpectabat, & poſtmodū iure ſucceſſionis dictæ quondā Ioannæ cōtinet, eius filiæ legitimæ & naturali, & ſic nūc dictis eius filiis, qui ſunt cognati & proximiores legitimi & naturales: qui in talibus videlicet in dictis xij.cētum libris habent ius ſuccedendi. vt ſatisfacit glo.in authē.licētiā.C.de epi.& cleri.& in mille & 50. libris habent ius quærelādi & petendi tam dicto quondam Blaſio ſi viueret, quàm nunc hæredibus eius ſeu ſucceſſoribus.

ET in his bonis patrimonialibus non ſuccedunt nec ſuccedere poſſunt, aut ſaltē ius non habēt, neq; præla- tus, neq; eccleſia, neq; ſucceſſor in beneficio, cū vt dixi in bonis patrimonialibus clerici ſuccedant primò deſcēdētes, ſi ſint, & poſt eos collaterales agnati ſeu cognati, etiā vſque ad decimum gradum, & maximè quan- do ſunt clerici ſeculares, vt eſt tex.in §.ſi quis autē.in authen.de eccle.titu.colla.ix.xij.q.v.c.fin.Dyn.in tracta. ſucceſſio.ab inteſtato. in vlti.colū. de cleri.& c.Matth.matheſil.in tracta.ſuo ſucceſ.in xlij.colum.& Nico. de vbal.in tract.de ſucceſ.clerico.tam regularium & ſecularium.in x.& xj.col.per no.in c.j.de ſucceſſio. ab inte- ſtato. & per not.per Inno. in c.cum tibi. extrà, de verb. ſig.& in authen. de eccle.titu.§.presbyteros. & in d. authen.licentiam.inde ſumpta.C.de epiſco.& cleri.

ET in iſtis bonis patrimonialibus, & aliūdè quæſitis, non debet haberi ratio expēſarū, ſed tātū expen.debēt deduci & detrahi de bonis eccleſiæ, quia cum ſeruiat eccleſiæ, ab illa debet alimenta percipere. c. cum ſe- cundum.extrà, de præb.ita tenet Io.de Imol.c.in officiis.in vj.col.extrà, de teſta.

IN aliis autē bonis prouenientibus ex fructibus ſuorū beneficiorū, quis ſuccedere debeat, dic φ ex quo plu- ra beneficia habebat, videlicet prioratū S.Symphoriani, in loco cuius poſt eius mortē eſt vnus tātū ordinan dus, videretur φ bona quæſita ex fructibus illius beneficij, reſeruantur futuro ſucceſſori, & quòd in bonis ſuc ceſſor in beneficio ſuccedere debet, ſeu bona illa illi debent reſeruari.c.relatū.*le ſecond*.extrà, de teſta.

IN aliis autē beneficiis, puta in beneficio curato S. Ioānis de Luzia ſeu S.AEmiliani, & in decanatu ſancto- rum Andochij, & Fœlicis de Sedeloco, quæ habet & habuit à ſolo epiſcopo, ſuccedit ſolus epiſcopus, & bo na ex fructibus illorum beneficiorum quæſita ſunt epiſcopo, & in illis ſuccedere debet, ita facit text. in d.c. relatum, & ibi in terminis.Henri.bohic argu.eorum quæ no.in c.vnico.§.pen.& fin.vt eccle.benefic.debet ta men inter eos fieri diuiſio, per congruam æſtimationem, vt in ſimili dicitur in c.cum in officiis, & in c. re- quiſiſti.extrà, de teſtamen.

EX his ergo videtur, quòd cū prioratus S.Symphoriani Heduen. ſit multum pinguis, & valoris mille libra- rum, & beneficium curatum S. Ioānis de Luſia cum decanatu de Sedeloco ſit valoris ſeu reditus ſingulo anno ducentarum librarum, quòd epiſcopus de duodecim centum libris, debebit habere ducentas libras, fa- cta diuiſione ſecundum congruam æſtimationem.

EST aduertendum quòd habebat aliud beneficium, ſcilicet de Draceyo, quod eſt valoris ſex viginti libra- rum Turonen.ſingulo anno, quod quidem beneficium eſt beneficium regulare, ſpectans ad præſentationē prioris S Symphoriani, & ad inſtitutionem epiſcopi Heduen. quis in bonis prouenientibus ex fructibus talis beneficij ſuccedere debeat, an ſucceſſor prior, an verò prælatus? videtur quòd inter eos de his eſt fienda diuiſio æqualiter, argu.c.cum in officiis.& c.requiſiſti.extrà, de teſta.& ita videtur tenere Henri.bohic. in d.c.relatū ibi, aut ab epiſcopo & congregatione. & tunc diuidunt inter ſe, ſed tu dic quòd ex quo in talibus beneficiis ſimplicibus, ex priuilegio & cōſuetudine regularibus, illius ordinis epiſcopus non ſuccedit, quod priuilegium vidi quòd prior & conuentus S.Symphoriani ſuccedant in talibus.

Cõmendæ fiunt in vtilitatem cõmẽdatarij.

MIhi tamen videtur dicendũ, ꝙ etiã omnia bona ex fructibus dicti prioratus proueniẽtia ſint & cõpetant epiſcopo, & nõ reſeruentur futuro ſucceſſori. Nã vt dictũ eſt in principio in poſitione caſus, dictus quõdã do. Blaſius tenebat dictũ prioratũ S. Symphoriani in cõmendã, & ideo cũ vt dicit Ludo. Roma. in cõſi. ſuo cccl. inci. in caſu propoſitæ cõſultationis. in ij. col. & in vtilitatẽ cõmendatarij fuit facta cõmenda, vt in caſu hodierno omnes fiunt cõmendæ, vt dicit idẽ Lud. & conſtat etiã ex his verbis in literis apoſtolicis appoſitis, & de reſiduis illius fructibus reditib⁹, & prouẽtibus, iuribus, & obuẽtibus liberè diſponere & ordinare, prout veri ipſius priores diſponere potuerũt. quando datur beneficiũ prælaturæ in cõmendã ad vtilitatẽ commendatarij. fructus ſeu bona prouenientia ex fructibus non reſeruãtur futuro prælato, ſed cõmendatarius facit fructus ſuos ad inſtar depoſitarij, ad cuius gratiã ſeu vtilitatem factũ eſt depoſitũ, & ex depoſita re fructus perceptos ſibi lucrifacit, niſi poſt moram poſtquam perceptos dare debet deponenti. caſus eſt in l. die ſponſaliorum. §. qui pecuniam. ff. depoſiti. & ita dicit debere intelligi glo. in c. nemo deinceps. de electio. in vj. & hoc conſiliũ allegat etiam dominus de ſancto Geminia. in conſi. ſuo xvij.

SE D nunc ex qno bona nõ reſeruãtur fururo ſucceſſori, cũ nõ dicatur prȩlatus, vt vult gl. in d. c. nemo deinceps. de ele. in vj. ergo ei ſuccedit epiſcopus, cũ per conſuetudinẽ noſtrã, baſtardo ſacerdoti ſuccedit epiſcopus ſeu prælatus. ¶ Sed quicquid dicat Lud. Ro. mihi videtur, ꝙ veritas eſt in cõtrariũ, videlicet ꝙ licet dictus prior tenuiſſet & habuiſſet prioratũ in cõmendã, quod nihilominus bona proueniẽtia ex fructibus dicti prioratus debẽt futuro ſucceſſori reſeruari, & hoc, quia nõ videtur ꝙ cõmendatarius poſſit dici magis priuilegiatus, q̃ proprius intitulatus: qui cenſetur in morte potius vſurarius q̃ dominus vt tenet Nico. de vbaldis in tract. ſuo ſucceſ. ab inteſtato cleri. regula. & ſecu. in xij. col. Et hoc ratione probatur. Nã vt cõſtat ex tenore bullæ apoſtolicæ dictus quondã do. Blaſius protonotarius nõ erat cõmẽdatarius ad minus tẽporalis, de quo loquitur gl. in d. c. nemo. imò perpetuus obtinẽs iura veri prioris dicti prioratus, ergo vt dicit, dicetur prælatus. & iura loquẽtia in verò prælato habuerũt locũ in dicto cõmẽdatario, nec in hoc caſu habebit locũ gl. in d. c. nemo. nec
59 do. de S. Gemi. & Federi. de ſenis in tracta. de permutatione, q. xv. vbi dicit. * ꝙ finita cõmenda beneficiũ non dicitur vacare per mortẽ cõmendatarij, quia cõmenda non facit eũ prælatũ, quia illa iura habẽt locũ in cõmẽdatario tẽporali, & nõ perpetuo. & ꝙ iſte do. Blaſius protonotarius fuerit cõmendatarius perpetuus, & quòd pro vero priore habeatur, ita ꝙ omnia iura loquẽtia de prælato habeãt locũ in eo, demonſtratur ad oculũ ex tenore eius bullæ apoſtolicæ, nã vt dicit tex. in l. ſancimus. ibi, niſi pacti tenore reclamauerit. C. de fideiu. & in l. ad probationẽ, C. de proba. in verſi. tenor. deſignat. & in c. tenor. & in c. recepim⁹. de priuileg. c. ex tenore. de teſtamen. c. ex tenore. de foro competen. * & verborum tenor ſeu ſeries demonſtrat omnis diſpoſitionis naturam & ſubſtantiam. facit, quia vis verborum & tenor inueſtituræ ſequendus, vt dicit Bald. in proœmio feudo. & in c. j. de duobus fratribus à cap. inueſtitis.

60 Verborum tenor demõſtrat diſpoſitionis naturã

ADDITIO. De huiuſmodi tenore inueſtiturȩ, quomodo ſit tenẽdus & ſeruãdus, vide Matt. de affl. in conſti. regni Siciliæ quæ incipit, probationũ defectus. in fi. in ij. lib. * ¶ Or ſic eſt nunc ꝙ dictus Blaſius protonotarius habuit vera iura veri prioris. & illam poteſtatem quã habere debet aut poteſt verus prælatus, igitur &c. & quòd iura veri prioris habuerit pater, cũ dicatur in principio bullæ apoſtolicȩ: vacationis incommodo deplorare noſcuntur. ex quibns verbis cõſtat quòd papa prouidet vacationi illius beneficij, ergo non dicebatur amplius vacare, & ſic dictum beneficium non poterat dici vacans, tempore quo dictus Blaſius tenebat in commendam, quod eſt contra naturam commendatarij temporaliter, vt habetur in d. c. nemo deinceps. de electione. & Federicus de Senis in dicto tractatu.

ITem dicitur in dictis literis apoſtolicis ſeu bullis commendæ, ſeu hæc verba ponuntur. Nos de gubernatione vtili & idoneo eidem monaſterio &c. Ex quibus verbis apparet, quòd dictus quondam dominus protonotarius erat gubernator dicti prioratus.

ITem etiã dicitur in dictis literis apoſtolicis ſeu bullis cõmẽdæ, & de reſiduis illius monaſterij ſeu prioratus ftuctibus, reditibus, & prouentibus, iuribus & obuentibus vniuerſis: liberè diſponere & ordinare, prout veri ipſius prioratus priores diſponere potuerunt, curã, & adminiſtrationẽ dicti prioratus, ſibi in ſpiritualibus & tẽporalibus plenariè cõmittendo, ac faciendã ſibi à cõuentu obedientiã ac reuerẽtiã debitas & deuotas, in ſeruitia & iura ab eis ſibi debita exhiberi. Ex quibus verbis, ſi bene ponderantur, ſequitur ꝙ in eo habent locum omnia iura loquentia de vero priore & prȩlato, & ꝙ omnia iura loquẽtia de prælatis veris, habent locũ in iſto commendatario: quẽ papa fecit verum prælatum, facit quod voluit Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. & in l. ſi maritus in magiſtratu. §. legis. ff. de adul. & in l. iij. §. ſi emancipatus. ff. de contratab. & quod voluit Bal. in l. ſi quis. C. de natu. lib. & in l. ciues. C. de appel. & in l. Ruffinus. C. de teſta. mili. & in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & in l. ex ratione. ff. de excu. tuto. & in l. ij. C. de iure aure. anulo. & per prædicta ita tenuit in terminis And. ſicu. in cõſi. ſuo ij. in ij. volu. inci. ſapienter & præclarè ſcribitur. vbi quo ad fructus non facit dubium, imò quòd plus etiam dicit, ꝙ hoc habet locũ quo ad iuriſdictionẽ, quia vt ibi dicit, cõmendatarius abbas ſub verbis prædictis, dicitur verus prælatus, etiã quo ad iuriſdictionẽ, quod eſt multũ notãdũ. Et hoc cõprobat, quia vt dicit, non eſt dubiũ quòd cõmendatarius, ſub verbis prȩdictis dicitur verus prælatus, quo ad fructus, ita ꝙ liberè de his diſponere poſſit, idem erit quo ad iuriſdictionem, cũ iuriſdictio cõnumeratur inter fructus prælaturæ & beneficij, per id quod voluit glo. quã doc. communiter reputant ſing. in c. cum olim. extrà, de ma. & obe. qui voluit * quòd collatio beneficij, cõnumeretur inter fructus prȩlaturæ, ergo ſequitur quòd multò fortius connumeretur inter fructus exercere iuriſdictionem. argu. eius quod voluit glo. ſingu. in l. de iure. ff. ad munici. & ideo dicitur verus prælatus. ¶ Facit, quia dicitur in bullis commendæ, quòd papa committit ei curam & adminiſtrationem dicti prioratus, in temporalibus & ſpiritualibus plenariè, verbum plenariè alterat dipoſitionem, & videtur facere commendatarium verum prælatum dicti prioratus, * verbũ enim plenariè importat plenã, liberã, & abſolutã adminiſtrationẽ. vnde dicit glo. valde ſing. c. ij. xj. diſti. ꝙ iuriſdictio epiſcoporũ eſt ſemiplena, ſed certum eſt quòd iuriſdictio papæ eſt abſoluta. c. cuncta per mũdũ ix. q. iij. ergo apparet ꝙ ſignificatũ teneat illud verbum plenariè. & adducit quod voluit tex. in c. præterea. de offi. dele. vbi verbum plenariè importat

61 Collatio benefi. fructus

62 Plenariè verbũ quid importet.

portat liberã potestatẽ,& sic cũ habeat plenariã administrationẽ in spiritualibus & tẽporalibus,sequitur quod est verus prælatus.Et ideo cũ sit prælatus, quia nõ est dubiũ ꝙ bona prouenientia ex fructibus dicti prioratus debẽt reseruari futuro successori,per iura hîc antè alle.cõtra Lud. Ro. in d. cõsi. qui in hoc satis malè locutus est.& quando gl.in d.c.deinceps.dicit ꝙ cõmẽdatarius nõ est prælatus,intelligitur de tẽporali cõmẽdatario,& nõ de perpetuo.vt dicit Sicu.in d.consi. ¶Ex quibus cõcludẽdo dico,ꝙ episcopus non succedit nisi in bonis prouenĩẽtibus ex fructibus aliorũ beneficiorũ,quæ tenebat dictus prior,& nõ in bonis ꝓuenientibus ex fructibus dicti prioratus.cũ talia reseruentur futuro successori.Audiui tamẽ trãsactionem esse inter episcopũ Heduen.& religiosos sancti Sympho.talẽ, ꝙ episcopus nõ succedit dictis religiosis beneficiatis, seu habentibus beneficia regularia depẽdẽtia à dicto prioratu, sed illã nõ vidi: & ideo posset visa illa transactione dubitari, an deberet episcopus succedere in bonis prouenientibus ex cura de Draceyo, quã tenebat dictus quondam Blasius,quod quidem beneficium est regulare,dependens à dicto prioratu,an verò prior dicti prioratus,nihil di co cum non viderim transactionem.quicquid sit tamen in hoc casu scio quòd episcopus successit pro rata.

Restat nunc aliud dubiũ , quia episcopus seu alius prælatus ordinarius succedit dicto Blasio in mobilibus, nũquid succedãt quilibet in parte sua,& pro rata in terris,& seignoriis S.Sympho.de Beba, & de Masicres emptis per dictũ quondã Blasiũ,à nobili & potẽti viro.do.Francisco Rolin Balliuo Heduen.eo maximè quia fuerunt tales terræ & seignoriæ emptæ cum pacto de retrouendendo,videretur quòd sic.quia habemus tex.nostræ consuetudinis in titu. *Des rentes uendues a reachat*.§.j. qui dicit quòd, *rentes uendues a reachat sont meubles*,ex quo ergo hîc est pactum de retrouendendo,debent inter mobilia computari.

SED credo quòd in hoc casu non habeat locum text.dictæ consuetudinis, quia consuetudo cum sit stricti iuris,non deberet extendi,nec verba illius interpretari.

SED sic est ꝙ lex nostrę cõsuetudinis , loquitur tãtũ in reditibus venditis,& nõ in terris & seignoriis, quę sunt multum diuersa.nam tex.dictæ cõsuetudinis posset habere locum,quãdo essent venditi reditus simpliciter super aliqua terra,puta si dictus Blasius emisset centum libras Turonen.super dictis terris cum pacto de retrouendendo ipsas terras,ad hoc hypothecando & affectãdo,tunc hoc casu inter immobilia cõputarentur, sed secus est in hoc casu,cum realiter dictas terras & seignorias quæ sunt immobilia vendiderit,nec est dicẽdum quod pactũ de retrouẽdẽdo appositũ,potuerit alterare & mutare naturã illarum rerũ , cũ sit natura illius rei & naturalis ꝙ sit immobilis,naturalia enim mutari non possunt.§.sed naturalia.instit. de iure natu. ✻ & ars imitatur naturam inquantum potest.§.minorem.insti. de adop. sed sic est quòd natura fieri non potest,quòd terra seu seignoria simpliciter sit res mobilis , cũ sua natura habeat & territoriũ & iurisdictionem , ex quo cũ habeat terrirorium , non potest fieri mobile. ergo nec ars istuc facere potest, quod secus est in reditibus annuis simpliciter venditis super aliqua terra,quia videtur esse quoddam ius abstractum,& non ipsa res,& ideo disputant doct.de iure,an reditus annui perpetui inter mobilia vel immobilia computentur , sed non disputant , an pactum de retrouendendo appositum in venditione rei immobilis , faciat illam mobilem , non credo etiam quòd hoc possit fieri cum (vt dictum est) ars imitetur naturam , & ideo cum de natura rei sit ꝙ res sit immobilis.quæ non potest mutari , per ipsam naturam , ideo nec per artem, & ideo in dictis terris & seignoriis seu dominiis acquisitis,nõ succedet prælatus tãquã in re mobili , cũ nõ sit res mobilis imò immobilis. 63 *Aras imitatur naturã inquantum potest.*

SEd nunc videndũ est,an saltem succedet prælatus qui eidẽ succedere debet, ex eo quòd dicat illas terras & seignorias fuisse acquisitas,ex bonis prouenientibus ex fructibus beneficiorum.& quid præsumendũ est videlicet quòd fuerint acquisitæ,ex bonis prouenĩẽtibus ex fructibus suorũ beneficiorum,an vero ex suo patrimonio?Videtur dicendũ quo ad bona acquisita ex fructibꝰ prouenientibus ex beneficio , quòd in eis succedit ecclesia,per nota.per docto.in d.c.relatũ.*le second*.extrà,de test. vnde facit tex. in c.sacerdotes. xij. quæstione. iiij.quòd acquisita de bonis ecclesiæ potest vendicare & facit tex.in c'j.xij.q.iij.vbi indistinctè dicit textus de quolibet clerico,quòd quæcunque acquisierit de bonis ecclesiæ , debet ecclesiæ conferre,aliàs punitur , vt ibi not.& faciunt quæ not.in c.episcopus.x.q.ij.&.xij.q.vlti.c.fixum.& quæ not.c.inquirendũ.extrà,de pecu.cle. & faciunt quæ not.in.c.clericus.in.c.duo sunt genera.xij.q.j.& c.quia tua.in fi.eadẽ causa & quæst.& not.Archi.in.c.statutũ.§.assessorẽ.de rescriptis.lib.vj.Io.de lig.in clemẽti.gratiæ.de rescriptis in clemen.& hanc partẽ tenet Panor.in repe.c.cũ esses.in viij.col.extrà de testa. per plura iura quæ ibi ad propositũ adducit: vbi plus dicit,qđ de dictis bonis nõ potest clericus testari,quãdo sũt bona prouenĩẽtia ex beneficio,ex quo habet administrationẽ,imò,quòd plus est,etiã Panor.ibi videtur idẽ tenere esse in nõ habẽte administrationẽ,ꝙ cũ nõ sit ad propositũ,nõ insisto:sed ex quo sumus in casu in quo dictus quõdã Blasius habebat administrationẽ, & videtur esse de iure quòd bona prouenĩẽtia ex fructibꝰ suorũ beneficiorũ reseruari debẽt ecclesiæ,imò de illis nõ posset testari,& sic quòd quæsita in talibus bonis,etiam futuro successori reseruari debent vt dictum est.

ISTud videtur esse de iure,sed tamẽ videtur esse aliud de cõsuetudine huius ducatus Burgũdię,quia hæ nostræ cõsuetudines fuerunt factæ, in scriptis redactæ,& postmodũ approbatę,per tres status huius patriæ, scilicet per nobiles,ecclesiasticos,& plebeios,& postmodũ post talẽ approbationẽ fuerũt cõfirmatæ à principe,& eis data fuit vis & autoritas legis,ita ꝙ pro lege habentur,quæ vsq;nũc fuerũt obseruatæ, tã in bonis seculariũ, quàm ecclesiasticorũ,maxime clericorũ seculariũ,& nõ regulariũ:ita ꝙ vsque nũc obseruatũ est ꝙ in illis succedũt parẽtes & cõsanguinei proximiores& habiles ad succedendũ.Et sunt saisiti de bonis relictis per viros ecclesiasticos,ac si essent relicti per seculares,vt videmus.ex quo ergo idẽ dicendũ est quòd cõsuetudo nostra ducatus Burgũdiæ in tit.*des successions*.in §.j.habebit locum in bonis ecclesiasticorũ:ita quod proximiores habiles ad succedendũ,sunt saisiti post eorũ mortem de omnibus bonis relictis per eos, & esset nimis larga restrictio ad dictũ.§.j.in tit.*des successions*.dicere quòd dicta cõsuetudo tantũ intelligitur de bonis laicorũ,cum hęc cõsuetudo fuerit facta tã per clericos quam laicos, & sic eo quòd promiscue fuit facta,debet ligare & laicos & clericos,etiã in his quæ nõ sunt in potestate laicorũ,Fran.de Areti.in c.qđ clericis.in vlti.col.extrà,de fo.con pe.Feli.post Ant.de but.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.xxix. col. extrà de consti.Ale.in consil. suo xcj.in primo. vol.Et quia multi practici dicunt istam esse communem obseruantiã,ita ꝙ (vt dicunt) vident obseruari quod

clerici habentes administrationem de bonis prouenientibus à fructibus beneficiorũ,in quibus habent administrationem testẽtur,videretur quòd etiã iura cõsuetudinaria in successione ab intestato seruarẽtur,& seruari debeãt in successionibus eorũ, sicut in successione ex testamẽto,hoc est,ꝙ sicut de bonis prouenientibus ex fructibus taliũ beneficiorũ possunt testari sicut de aliis bonis prouenientibus ex suo patrimonio,vt his dieb⁹ vidi obseruari in reuerẽdo do.Philip.de Bouton priore S. Germani & S.Saturnini de Bosco,& priore prioratus S.Petri de monasterio,qui testatus est de omnibus suis bonis, maximè ex beneficiis suis prouenientibus, non dimittendo,nec relinquendo pro rata successoribus in beneficiis, secũdũ tex.in c.relatũ.le.ij.extrà,de testa.ꝙ etiã in talibus debẽt succedere eorũ cõsanguinei habiles ad succedẽdũ,sicut succedũt in bonis ꝓueniẽtibus ex patrimonio.& hoc non est sine dubio,an potuerit dictus prior S. Petri de monasterio & sanctorum Germani & Saturnini testari de fructibus ex dictis prioratibus,in quibus erat tantũ commendatarius. dixi suprà quòd prior seu prælatus commendatarius,ita facit fructus suos,quòd nõ reseruantur futuro successori,ergo de his potuit testari. ¶ Sed aduerte quia prælatus habens administrationem in vita,æquiparatur vsufructuario,ergo disponere potest de fructibus ex suis beneficiis perceptis,vt tenet glo.in c. præsenti in ver.reseruari.de officio ordi.& ita se habet cõmunis cõsuetudo & cõmunis obseruantia,de qua Inn.in c. cũ in officiis. per illã glo.extrà,de testa.& Hugu.in c.episc.xij.q.v.& Philip.Francus in repe.c. cũ esses.in xxv. colũ.xxvj.& seq.de testa.in vj. & licet cõsuetudo generalis prædicta approbet, videlicet ꝙ prælati seculares de fructibus ex suis beneficiis perceptis testari possint,non propterea sequitur quòd si non testati fuerint,quòd proximiores eis succedant ab intestato,imò deciditur totum contrarium,vt dicit glo.in d.c.præsenti.per text.in d.c.relatum.le.ij.extrà,de testa.ex quo nõ credo ꝙ dicta nostra consuetudo in §.j. in titu. *des successions*, habeat locum in bonis prouenientibus ex fructibus beneficiorum in quibus clerici & beneficiati habent administrationem,& in beneficiis in quibus habent successorem,qui de iure succedere debet ab intestato, secundum c. relatum.le.ij.extrà,de de testa. quia licet consanguinei possent dici tali viro ecclesiastico proximi & proximiores,non tamen in talibus bonis prouenientibus ex talibus beneficiis possunt dici habiles ab intestato,cũ expressè dicant iura superius allegata,ꝙ in illis consanguinei nõ sunt habiles ad succedendũ ab intestato,imò ecclesia & successores in beneficio,& sic cũ non simus in terminis illius consuetudinis,non debet habere locũ illa cõsuetudo,nec sequitur,possunt de illis testari,ergò in illis ab intestato succedũt consanguinei proximiores,quia in morte & post vitã tales reputãtur vsuarij,& sic trãseũt ad successores, vt dicit glo.in d.c.præsen.in gl.reseruari.& Imo.Philip.Francus & alij in locis hìc antè alle. ¶ Vide Boeriũ in cõsuetudine septenæ Bituricẽ.ti.de test.§.vj.in fi.vbi loquitur de hac generali cõsuetu.q̃ maximè dicit esse generalẽ in regno Frãc.

NEC obstat ꝙ dicta cõsuetudo fuit facta à laicis & viris ecclesiasticis simul,ergo debet ligare viros ecclesiasticos,verum est in illis bonis in quibus cõsanguinei proximi sunt habiles,quia cõsuetudo debet intelligi secũdum ius commune.l.ij. C.de noxa.c.cũ dilectus.de consuetu.ergo cũ de iure cõmuni cõsanguinei non sunt habiles in talibus bonis,nõ fiet extensio vltra & contra dispositionẽ iuris , cũ consuetudines nostræ debeant interpretari tantũmodo secũdum dispositionem iuris & nõ vltrà,nec cõtrà,nec pręter, vt habetur in fine seu conclusione nostrarũ cõsuetudinũ, & multũ esset hæc cõsuetudo cõtra libertatẽ ecclesiasticã si fieret talis interpretatio seu extẽsio,vt haberet locum etiã in talibus bonis,ex quo nõ valeret,cũ talia bona prouenientia ex talibus beneficiis sint priuilegiata , nec sint de iurisditione principis laici,licet alia sint vt dixi in pluribus locis,& habetur per Bal.in c.cum venissent.extrà,de eo qui mitti.in posses.causa rei seruandæ.

QVO ad acquisita verò ex aliis bonis quę habebat,aut habere poterat,puta ex donatione,legato,vel alio modo ex suis parentibus aut propinquis in hoc casu , vt supra dixi,in talibus succedentibus,proximi & propinqui consanguinei ipso extante legitimo,vt suprà dixi.& probatur in d.c.relatum.& in c.j.de successione abintestato.& ideo etiam in bonis acquisitis ex talibus bonis patrimonialibus succedunt,aut succedere debent eius consanguinei proximiores,quando certũ est quòd ex bonis patrimonialibus acquisiuit. facit c. quicunque.xij.quæstione iiij.& notatur in dicto c.inquirendum.extrà,de peculio clerico. & in c.sint manifestæ. xij.quæstione j.Philippus Francus in repe.c.cùm esses.in xxvj. colum.de testa. in sexto,sed quia in casu nostro non est certum quòd ex talibus acquisiuerit,sed solum aduertẽdum est quòd verificetur per processum,quòd dictus Blasius habuerit dicta bona,de quibus suprà:scilicet duodecim centum libras Turonen. ex donatione eidem facta per reuerendissimum quondam dominum Ioannem Rolin eius patrem, & viginti vnum centum libras ex rea chatu terræ,*& seigneurie de Marigny*, & tunc dictus quondam Blasius fuerit in culpa,ita permixtim vtendo rebus ecclesiæ & propriis , vt in c.sint manifestæ.xij.quæstione j.illa bona præsumuntur acquisita tã ex suis bonis patrimonialibus,quã ex bonis ecclesiæ,& ideo debent diuidi inter ecclesiã & cognatos clerici,qui in talibus successissent . vt dictum est, & hæc intellige quando facultas dictorum bonorum patiebatur illam acquisitionem,iuxta nota. per Inno.in c. cum in officiis.extrà, de testa.& facit quod in simili nota. glo.in l.cũ oportet.C.de bonis quæ lib.& Spec.in titu.de accusatio.§.primo.ver.quid sit de peculio.& ita tenet Panor.in dicta repetitione c.cum esses.in x.colum.extrà,de testa.& in his debet arbitrari iudex quantum sit patrimonium clerici,& quot sint eius reditus,& quantum potuerit lucrari de artificio , & quot sint bona & reditus ecclesiæ,vt de his plenè notatur per Imolam in c. cum in officiis.& Philippum Francum in repe.c. cum esses.in xxvij.col.de testamentis.in vj.cum ergo dictus quondam Blasius habuerit duodecim centum libras ex donatione sui patris , & mille libras & quinquaginta quas tenebatur dare & restituere dictæ quondam Alexiæ eius matri,& sic per consequens Ioannę continet eius sorori,matri filiorum dicti magistri Antonij Garnier,qui ius habebant in dictis mille francis & quinquaginta, præsumitur acquisitio facta de dictis mille francis & quinquaginta,primò vt tollatur sinistra suspitio contra eum, ne videretur velle retinuisse id quod non erat suum,sed alienum. Et postmodum reliqua acquisita præsumantur pro medio fuisse acquisita,tam de bonis scilicet ecclesiæ quàm de duodecim centum libris, & quòd in dubio præsumendum sit quòd acquisita fuerint ex dictis,mille libris & quinquaginta quæ fuerunt per dictum Blasium acquisita, probatur.nam vt dictum est hìc antè,illa spectabant,& pertinebant primo dictæ quõdam Alexiæ Reguier,cum sit certum quòd

tempore

tempore acquisitionis dictę terrę,& seignoriæ per bastardū de la haye dicta quondā Alexia erat eius vxor,ex quo cū cōstāte matrimonio fuerit facta acquisita,media pars spectabat ad eā, & ideo cū fuerit post mortē dicti bastardi eius mariti redēpta,& reachata,licet rex illi successerit,& sic dictus quōdā Blasius ex iure regio,p cū empto dimidia pars pretij tātū regi spectabat.& altera dimidia dictę Alexię , & sic ex duobus mille & cētū frācis qui fuerūt dati p reachatu dictę terrę,mille & quinquaginta debebāt cōpetere & spectare dictę Alexię, & p cōsequēs Io.cōtinet,matri dictorū filiorū.& sic illi mille frāci & quinquaginta,quoad dictū Blas. erāt alterius & nō pertinebāt sibiipsi,imò iniustè erāt apud ipsum,& iniusto titulo detinebat, & ideò cū appareant dicti filij,qui satis docēt illas pecunias quę eisdē cōpetebāt fuisse penes illū , nec videatur iniustè acquisiuisse p ecclesia,potiùs sunt præsumēda talia acquisita fuisse ex illis bonis,quā ex aliis.Et ideò talibus repetentibus debent dari & restitui,& primò, & principaliter adiudicari, iuxta notata per Panor.in d.c.relatum. *le second*, in fi.extrà,de testa. & hoc maximè in ecclesia quæ sicut proprias res amittere nō debet,ita rapacitatis ardore alienas inuadere nō debet,vt dicit Greg.in registro,& ne ecclesia quę cultrix iustitię esse debet aliquid faciat, aut fieri patiatur cōtra iustitiā.de alie.feud.c.j.§.j.in vsibus feudorum. & ibi Aluaro.& in hoc casu ecclesia locupletaretur cum aliena iactura,quod ius naturale non permittit.l.nam & natura.ff.de condictio. indebiti. Gregori'.

DEreliquis autē acquisitis,quæ excedūt dictā summā dicēdum est,quòd præsumūtur acquisita,ex aliis bonis propriis sibi donatis,quā ex bonis ecclesiæ, & sic fiet diuisio p media parte. & quo ad hæredes dicti quondam Blasii pro media parte, & quo ad ecclesiā pro alia media parte, vt dixi,licet videatur dicendū quòd debet haberi ratio redituū beneficij & patrimonij, & debet dari pro rata portio hæredibus. per no.in c.j.xij. quæstione.iiij.alia autem portio quæ debet dari ecclesiæ, debet diuidi inter plures ecclesias vt ei plus detur à qua maiores reditus percipiebat,quia quādo nō cōstat ex quibus reditib⁹, debet præsumi ex reditib⁹ cuiusli bet,vt vult textus & Panor. in dicto c.relatū in vlti. col.in glo.fi.extrà,de test.¶ Aduertant tamē ecclesiastici,quia tex.in d.c.relatū.*le second*,de testa.non loquitur de bonis acquisitis per ecclesiam. Et multum differunt,& ad textū in c.j.de successione ab intestato. dicit tex.cū glo.quòd si fuerint acquisita intuitu personæ spectant & tradantur in ius alterius cui deficiunt, si non habeant consanguineos & agnatos. cogitandum est. Sed cui incūbat onus probandi,an hæredi quod sint bona prouenientia aliūde quā ex beneficiis,an verò prælato,in hoc casu crederem quòd hæredes tenentur probare,quòd habuit bona propria aliūde quā ex beneficiis,& hæc probatio, præsumptio erit quod acquisitio fuit facta ex illis. ita tenet per multa Soci. in consilio suo ccxvj.incipiente,accurratè,profecto & diligēter,in j.col.& ibi ponit etiā quando habet plura beneficia, quomodo sit præsumendum ex fructibus cuius beneficij acquisiuerit.recurre ad eum,si casus euenerit.

SED dicere possent officiarij regij,qui se opposuerunt prædictæ gardiæ,quod quecūq; dicta sunt pro filia, scilicet pro dicta Barbara impubere,in materia gardiæ habent locum in allodialibus, & non in feudalibus vt sunt acquisita per dictū quondam Blasium,quia in eis non succedunt naturales etiam legitimati,vt est textus.in c.primo.§.naturales.si de feudo fuerit controuersia.in vsibus feudorum. Et quia hæc materia fuit aliàs satis disputata in casu emergēti, & multi cōsuluerunt,non insisto.Sed quod plus, imò etiam si dicta filia fuisset bene legitimata,& instituta in omnibus bonis etiam si fuisset legitimata expresse,ad feuda cū clausula nō obstante.§.naturales.si de feudo fuerit cōtrouersia.adhuc in terra seignoria sancti Symphoriani,quæ est de feudo ecclesiæ scilicet prioratus sancti Symphoriani,nō potuisset dicta filia succedere,quia vt dicit Bal.in l.generaliter.§.fi.C.de insti.& substi.& Frā.cur.in cōs.xiij.in fi.ij.col.* princeps nō potest legitimare quo ad emphyteusim ecclesiasticā, & bonū est argumētū de emphyteusi ecclesiastica,ad feudū ecclesiasticū, per ea quæ not. Spe.in ti.de feudis.§.qm̄.ver.xl.vbi dicit ꝙ feudū & emphyteusis,sunt eiusdē cōditiōis & naturę, de qua materia per do.meū Ias.in l.j.& x.xj.& xij.colū.C.de iure emphy.& quia nō multum vrget, ex quo vt dictū est dicta legitimatio dictæ Barbare nō valet,nec ex ea succedere possit,etiam in allodialibus vt dixi suprà,multo ergo minus in feudalibus,& emphyteuticis ecclesiasticis,non amplius insisto. 64 Princeps non legitimat quo ad emphyteu ecclesiasticā.

SEd ad quos debeant pertinere hæc bona feudalia,an ad proximos cognatos,inquantū ex pecuniis eorum seu ꝓpriis pecuniis dicti Blasij fuerūt acquisita,an verò ad principē seu dn̄m feudi, videretur quòd ad regē cōpetere deberēt,quia vt dicit Azo in rubrica,quib⁹ mo.nat.effi.legiti.& Alex.in consi.suo.ij.in iij.col.in j. vol.* naturales etiā legitimati sunt infames: & domin⁹ cōcedēs aliquā rē alicui in feud.dicitur ei cōcedere dignitatē:cū vt dicit Alua.in c.quis dicatur dux comes §.i.in procemio feudorū.* feudatarius dicitur,id est fidelis,vel valuasor dicitur,quasi dignus stare ad valuas dn̄i,& eas intrare propter bn̄ficiū ꝙ à dn̄o accepit.Et ideò cū tales sint infames,& porte dignitatū infamibus nō pateāt.l.ij.C.de digni.lib.xij.ideò nō possunt tenere feuda prædicta.dicit Alua.in locis hic antè allegatis.& do.me⁹ Ias.in procemio feudo.in x.col.in vsibus feudo. 65 Feuda 66 tarius Valuasor.

ITē*nemo potest tenere in toto regno Frāctę, & maxime in ducatu Burgūdiæ feudū,nisi sit nobilis,& istud obseruatur notoriæ in toto regno.Sed bastardi,& naturales,nō sunt nobiles,vt dicit Bal.in l.humilē.C.de incest.nup.Alua.in c.j.§.cæteri,in iij.col.quis dicatur dux marchio comes.* nec per legitimationē eis datur nobilitas,cū sit præeminētia,quæ à principe cōceditur.& dicitur feudū antiquū,quod est nobile,hoc est sūt multi anni quòd est factū vt sunt terræ & seignorię debeba,nec nouū feudū dicitur nobile,quia nemo ictu oculi fit nobilis,no.gl.in l.stēmata.ff.de gradi.nisi p principē,& ideo cū in hac patria ducat⁹ Burgūdiæ feuda nō dātur nisi nobilib⁹,talia feuda dant & cōcedunt dignitatē,cū vt dicit Bal.in.c.cū dilect⁹.in vj.col.extrà de fide instr. do.meus Ias.in procemio feudo.in xxxv.col.feudū nobile nobilitat possessorē,quod nō potest facere in hoc casu,cū non habuerit licentiā à principe acquirendi feuda.Cū ergo tales bastardi,etiā legitimati sint infames, & sic eis non pateant porte dignitatū,non possunt tenere nec acquirere feuda,imò si tales acquisierint,tunc ex quo est apud indignos,debet ab eis auferri & fisco applicari,argumento eorum quæ suprà dicta sunt. 67 Infrā cia soli no- 68 biles possūt tenere feuda.

ITem etiam adhuc sicut requiritur,quòd legitimatus ad hoc vt in feudis succedat quod expresse fiat mentio,vt tenet Philippus decius in consi. suo lxxvj.Ita etiam quando legitimatur,vt quis ei succedere possit, nec sufficit generalis & vniuersalis, cum talia feuda non comprehendat , vt tenet Decius in dicto loco allegans,Signorolum de homodeis in quodam consi.

NIhil aliud dico,ſed tranſeo ad aliud dubium, an ſcilicet dictus magiſter Antonius Garnier nomine ſuorũ filiorum,& tutorio nomine illorũ filiorũ qui prætẽdũt hæreditatẽ eis delatã potuerit propria autoritate occupare omnia bona dicti quõdam reuerendi do. Blaſij Rolin,& illa occupando inciderit in pœnam.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& in l.extat.ff.quòd metus cauſa.Ioan.de Imol.in c.cũ in officiis.in vj.col. poſt Ant. de Bu.extrà,de teſta.proſequitur & examinat hanc materiam. Et facit duos caſus principales. Vnus eſt & primus
69 Caſus qui eſt in terminis noſtris, * quando ſcilicet deceſſit prælatus ſeu clericus ſecularis ab inteſtato ,& tunc dicit quòd ſi hæres clerici vel prælati occupat ea quæ conſtat fuiſſe clerici & prælati,clarũ eſt quòd potuit,& nullam pœnam incurrit. Aut occupat illa quæ cõſtat eſſe eccleſiæ,vel de quibus eſt dubiũ an fuerint eccleſiæ, & tũc nõ poteſt occupare,aliàs cadit in cõſtitutionẽ ſi quis in tãtã.C.vnde vi.& in edictũ diui Marci,de quo in l. extat.ff.qđ met⁹ cauſa. ¶ Sed nũc iacẽt hîc leges atq; ꝓphetę,quę bona dicãtur eſſe eccleſię,& quę clerici,& quę prælati,nã ſi ſint aliqua bona quę cõpetãt eccleſiæ,puta calices,ornamẽta,literę,redditus eccleſiæ,aut alia mobilia expreſsè & ſpecialiter ꝑtinẽtia ad ipſam eccleſiã,tũc in hoc caſu intelligitur dictũ Imolę, ſi verò ſint aliqua bona,puta pecunię vel alia ſupellectilia quæ ad ornamẽtũ ſuæ perſonę fuerũt empta ex pecuniis prouenientibus ex fructibus ſuorum beneficiorum iam perceptis,vel alia acquiſita ex talibus pecuniis,tunc ſunt illius clerici, & fuerunt illius prælati,ita quòd effecti ſunt domini,& per conſequens ad hæredem ſpectent,quẽadmodũ ſi eſſent de bonis ſuis patrimonialibus,& in hoc caſu non incidũt in cõſtitutionẽ l.ſi quis in tantam. nec in aliis pœnis ſupradictis.& hoc eſt quia in talibus filij dicti Antonij videntur eſſe hæredes, etiam ab inteſtato,cũ vt dictũ ſit,ſupradictus Blaſius protonarius,erat commẽdatarius ad vtilitatem ſuiipſius, ita quòd fructus fecit ſuos taliter quòd futuro ſucceſſori reſeruari non debent,vt dicit Lud. Ro.in d.conſi.cccl.incipiente,in caſu propoſitæ conſultationis.& poſſet reſponderi ad id quod dicũt doc.poſt tex.& glo.in c.relatum.& in c.cũ in officiis.extrà,de teſta.& in c.fi.de peculio clerico.vbi Imo. & alij ꝙ textus in iure dicẽtes ꝙ prælatus ſucceſſor in beneficio ſuccedit ab inteſtato prælato in bonis eccleſiæ vel in bonis acquiſitis intuitu eccleſię nõ dicũt ꝙ ſuccedũt in fructib⁹ ſuorũ beneficiorũ iã receptis,quia tales nõ ſunt bona eccleſię nec acquiſita intuitu eccleſiæ, ſed ſunt bona clerici & prælati qui effectus fuit dominus dictorũ fructuũ ꝑceptorũ, vt dicit Io.& Lau.in c.duo ſunt.xij.q.j.facit.c.ꝑuenit.extrà,de fideiu. ¶ Si verũ ſit,eſt magna limitatio ad prædicta iura,ſed credo verũ ſic,cũ vt iam antè dixi in tex.in c.relatũ.tex.in d.c.j.de ſucceſſio.ab inteſtato. nõ dicãt ꝙ bona acquiſita ex fructibus beneficiorum acquirantur futuro ſucceſſori in beneficio, imò dicit tex.in d.c.relatũ. ꝙ bona acquiſita per eccleſiam reſeruantur futuro ſucceſſori.& text. in d.c.j.de ſucceſſio.ab inteſtato dicit ꝙ ſi ſint acquiſita per clericũ & intuitu eius perſonæ,ſi de illis non diſpoſuit in vita, quòd altari cui deſeruit ſanctificẽtur,& in ius eius tradãtur,niſi habuerit cõſanguineos & agnatos,quia tales ſuccedũt ab inteſtato,& admittuntur ad ſucceſſionem,& non eccleſia,vt eſt textus in c.vltimo.xij.q.vlti. & xij.q.iij.c. quicunque. & §.ſi quis epiſcopus.in authen.de eccleſia.titu.& glo.expreſsè in d.c.j.& communiter omnes illam ſequuntur. cũ ergo in ſucceſſione dicti quondam Blaſij non ſint aliqua bona quę poſſint dici res eccleſiæ,ſed ſolùm quædã mobilia intuitu eius perſonæ acquiſita,& alia bona immobilia non intuitu eccleſiæ empta, nec de rebus eccleſiæ empta,ſed de ſuis propriis pecuniis,& maximè de pecuniis ſupradictis,ſcilicet de duodecim centum libris eidem donatis,& de pecuniis habitis ex reachato de Marigny,licet dictus magiſter Antonius prædicta bona occupauerit,non incidit in aliquam pœnam.

AVT verò dictus prælatus deceſſit ab humanis cõdito teſtamento,& tũc quia nihil ad ꝓpoſitũ,dic vt per Io.de Imo.in c.cũ in officiis,ſuprà alle.in tit.de teſt.Et prędicta mihi viſa fuere ſcribenda in prædicto caſu ſine ſalario,ex quo ſi quid minus bene dictũ,parcẽdũ eſt,cũ ſi pecuniæ pro præmio & ſalario fuiſſent, fortè latiùs inſudaſſem, ſed tãtũ hæc pro ſtudio camerario & extraordinario paucis diebus in hãc formam redegi.

SED proſequendo materiam huius §.quæro. Pone quòd presbyter delinquat, cui debeant bona eius quæ veniunt confiſcãda applicari? vide gl.& doc.in c. quia diuerſitatẽ.in verbo,pręter.extrà,de conceſ.præben.

DES MAINS MORTES. RVB. IX.

HOſtienſis in ſumma.titu.de natis ex libero ventre.ver.fi.& Cy.in authẽ.ſed epiſcopalis dignitas. C.de epiſco.& cleri.quærit quid dicatur manuſmortua.& vide Guil.pape quæſtione ſua ccclxj.

1 *Seruitus quo iure inuenta.* QVæritur * primò quo iure fuit inuenta ſeruitus? Text. in c.vj.die. xxxvj.diſtin. dicit ꝙ inuenta fuit propter ebrietatem.Bart.cepo.in tractatu ſuo ſeruitutum,in prin.in ij.& iij.col. dicit quòd poteſt dici ꝙ fuit inuenta diuerſo iure diuerſis reſpectibus.vide eum. ¶ Et quia hîc dicit, *Des mainſmortes*, aduerte quia vt dicit Spec.in tit.de feudis.§.ij.verſi.ij.quæritur. iſta vocabula magis moribus ciuitatũ & vtentiũ intelliguntur emanaſſe,quã à iure ſcripto,quoniã natura quotidie noua nomina edere de-
2 *Nomina diuerſa colonorũ ſeruientiũ.* properat.l.ij.§.ſi quid.C de vete.iure enue.* Et ideo aduerte, quia plura ſunt nomina colonorum & ſeruientium.Nam quidam ſunt aſcriptitij, quidam ſunt cenſiti, quidam perpetui,quidam conditionales, quidam inquilini,quidam originales,quidam ſimplices,quidam ruſticani,quidam liberi.

3 *Aſcriptitij.* ET de his omnibus ponit glo.in rub.C. de agrico.& cenſi. lib.xj.Sed aduerte * quia aſcriptitij ſunt qui per ſcripturam ſolo aſcripti ſunt, id eſt conſcripti, quaſi aſcriptitij,id eſt ad ſolum per ſcripturam aſtricti.Sed
4 *Requiſita ad hoc vt quis ſit aſcriptiti⁹.* dic quòd ad hoc * quòd quis ſit aſcriptitius plura requiruntur. Primò quòd publica ſcriptura interueniat, in qua ſcriptura hoc contineatur,quòd expreſſim promittat domino ſoli quòd nunquã à ſolo recedet, nec puncto quidem à ſolo ſeparari debet.vt C. de agric. & cenſi.l.cum ſcimus.§.primo.& l.colonos nunquã.lib.xj. ¶ Secundo,quòd interueniat ſecundò alia ſcriptura poſt illam ſcripturam, in qua cõfiteatur vel deponat ſe aſcriptitium eſſe.quæ confeſſio interueniat ſine omni neceſſitate. & tunc ex vtroque genere obligationis,id eſt primæ ſcripturæ & ſecundæ,ſcilicet confeſſionis,talem eum eſſe qualem inter acta depoſuit, vt in prædicta l.
5 *Quod aſcriptitius non ſit ſeruus.* cum ſcimus.§.j.nec enim ſola ſcriptura ſufficit, nec ſola confeſſio, nec aliud adminiculũ,niſi illa duo prædicta interueniant,vt in prædicta l.cum ſcimus. ex quo cum plura deſiderentur ad conſtitutionem alicuius actus, ſi vnum tantũ interuenerit,nõ ſufficit.l.Fulcinius.§.cum autẽ.ff.ex quibus cauſis in poſſeſſio.eatur. ¶ Ex quo apparet quòd aſcriptitius non eſt ſeruus, cùm vt dicit tex.in l. nec ſi volens.C. de libera.cauſa. quòd ſcribens

se seruum cum esset liber multum præiudicium sibi generat.facit text.in l.liberi, & l.interrogatam. C. de libe-ra.causa.eodem titulo hîc antè allegato.

Patet etiam aliis modis quòd ascriptitius non est seruus,imò est liber, quia vt constat,seruus vendi potest sine peculio & cum peculio.l.quoties.ff.de contrahen.emp.l.ne diutius.C.de agrico. & censi. lib xj. ascriptitius autem nunquã venditur sine terra.l.ij.C.de agri.& censi.¶Itẽ quis potest esse ascriptitius sine peculio, & tamen ascriptitius nunquã est sine terra.d.l. cũ scimus,& l.ij.C. de agri.& censi. Hinc est ꝙ dicitur ascriptus glebæ,ita quòd nunquã à terra etiam puncto recedet.d.l.colonos.C.de agri.& censi. Itẽ ascriptitius testatur, vt facit tex.in l.si presbyter.C.de episco.& cleri.seruus autẽ nullo modo potest testari.§.seruus.instit.qui testa. face.possunt.ex quo dico quòd isti homines manusmortuæ huius nostrę patrię,potius assimilentur in hoc seruis q̃ ascriptitiis,quia etiam testari non possunt,vt infrà hoc eo.tit.§. *L'homme de mainmorte ne peult disposer.* tu dic quòd etiam ascriptitius,de his quæ habet à domino testari non potest,sed tantum de suo, vt habetur & no.in prædicta.l.si quis presbyter.inter viuos etiã non alienat ascriptitius.l.penul.C. in quibus causis colo.do minos &c.lib.xj.quod tamen facit homo manusmortuæ,prout infrà dicetur in hoc tit.§. *L'homme de mainmorte peut uendre.* vbi plenè.¶De his ascriptitiis ponit Guil.Benedicti in sua repeti. c. Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam.nume.ccccclvj.de testa.vbi ponit etiam de aliis colonis infrà positis. *Ascriptus glebæ.*

6 Alij coloni * sunt censiti, qui dicuntur quasi censibus ascripti: constituuntur vt ascriptitij, scilicet gemina scriptura interueniente, licet quidam dicant quòd vnica scriptura sufficiat,in qua scriptura requiritur ꝙ obligetur ad certum censum prętandum,*& differunt censitus & ascriptitius,quia censitus tenetur ad certum censum præstandum,ascriptitius autem ad incertum,puta tertiã vel quartam partem fructuum ex fundo prouenientium,quæ dicuntur de censito.probantur per l.ij.C.in quibus causis colo.lib. xj.& per l.iij.C.de appari. magi.mili.lib.xij.& l.omnes omnino.C.de agri.& censi.lib.xj.& l. quicunque.C.de re.mili. in quibus iuribus, maximè in d.l.ij.probatur quòd in hoc casu requiritur scriptura.Et an tales possint testari,videtur*quòd nullo modo possunt testari.per l.vlt.C.in quibus cau.colo.l.quemadmodum.C.de agrico.& censi.lib.xj.& in d.l. ne diutius.& sic idem sunt censiti,quod censibus ascripti.Et ideo posset dici quòd de terra,quam laborant ad censum,quòd nullo modo possunt testari. Alij dicunt quòd possunt inter suos testari, qui scilicet sunt de sua familia,inter extraneos non.l.cognouimus.C.de hęreti.& maniche.l.si quis.C.de incestuo.& inutili.nuptiis. *Cẽsiti q.* 7 8 *An possint testari.*

Secundum prædicta videtur ꝙ quilibet qui recipit terrã ad certũ quid præstandũ, quòd possit dici colonus cẽsitus.i.cẽsibus ascriptus,ex quo nõ amplius posset testari.Sed dic ꝙ hoc nõ est verũ, quia ad hoc vt quis fiat colonus cẽsitus,requiritur quod sit scriptura geminata,vt dictũ est in ascriptitio, aliàs non dicitur colonus censitus, sed tantum erit censuarius,aut censualis,prout infrà dicetur,qui differt ab hoc colono censito. *Cẽsuarius. Cẽsualis.*

Tertiò*dic alij sunt coloni perpetui,de quibus loquitur tex.in l.vnica.C.de mẽdicantibus vali.lib.xj. Mirabilis pro certo est hæc seruitus. Nã cũ olim essent statuti certi reditus,ex publico designati,tẽpore famis pro miseris,& debilibus personis,quidam validi erant,& bene sani,& fortes in membris, simulabãt miseriam corporum & dementiam,& debilitatem, & partem redituum percipiebant,aliàs verum panẽ debilibus,& miseris auferebant,diminuendo præbendam,aut aliàs victum veris miseris, quos tales Ioannes de Platea in rub. C.de mendican.validos appellat spalnados,gatiatos,& goliardos,siue truandos, in vulgari galiaffos appellat. Si tales reperiebantur,aut in lucem proderentur,per aliquem tali inquisitori qui hãc simulationem in publicũ deduxerat,si erant liberi qui talia fingebant,in suo perpetuo habebat colonatu,si erant serui,primus dominus eis carebat,& delatori assignabantur,& hi differunt à seruis,quia hi seruiunt perpetuò,& non eius filij,serui verò,& eius liberi sunt perpetuò.l.diffinimus.C.de Agrico.& censi.lib.xj.Et ideo vt tales truandi euitentur,debet rector prouĩciæ,quærere conditiones personarum,in ciuitate existentium, & quos inuenit agricultores, vel ad officia aptos, ad illa eos exercenda remittere debet, & eorũ segniciem ad meliorem mutare vitam, vt in authen.de quæstore. §. volumus.cum pluribus.§. sequen.col.vj. qui tex.loquitur de his qui solùm sunt vagabundi, & nullam debilitatem habent,licet simulent. Hoc enim christianissimus rex Francorum Ludouicus duodecimus,suo tempore ad practica deduxit.Videns enim multos in suo regno esse tales truandos,ipsos pluries per prouincias interpellare fecit,vt se exercerent quibusdam artificiis, quod si non per eos esset factum, prouideret postmodum.Videns autem tales nolle à sua lasciuia,& truandia discedere, nec se velle exercere ad aliqua artificia,plures iussit mittendos,& ducendos suis propriis expensis & stipendiis,cuidam nautę seu capitaneo maritimo nomine Preiehan,ad puppim trahendã,quod vulgariter dicitur,*mener en galee pour tirer la rame*, & sic pluribus spanaldis, galiaffis,& truandis,prouinciam seu regnum suũ purgauit, quod pro certo,plusquam æquissimè & sanctissimè factum credo.plures tales mendicantes seu truandi his diebus currunt, qui se simulant debilitatos in corpore,& sub colore petendi eleemosinam furantur, & bursas seu crumenas scindũt, & vt dixerunt quidam capti in carceribus huius ciuitatis pro talibus delictis,sunt plures qui se inuicẽ intelligunt,cũ tamẽ capiuntur per nos,capi aut cognosci possunt, acriter puniuntur. Et etiã his diebus fuerunt quinque aut sex fustigati,per hanc ciuitatẽ Heduẽ.& alius ad mortem condemnatus,propter plures reiterationes. 9 *Coloni perpetui. Nomina mendicantium validorum.*

Quartò dic * quòd sunt alij coloni qui dicuntur conditionales,qui propriè sunt coloni,colonariæ conditionis, qui scilicet præcedente promissione in scriptis vel sine scriptis, perpetuò iure colonos se esse in fundo promittant,vt postea per xxx.annos in fundo permaneãt. Facit text. in l.cũ satis.§.cũ autẽ.C. de agric. & cẽsi.¶Hodie verò per hanc nostram cõsuetudinem, aut quis moratur in loco,& promittit esse hominem, & statim efficietur huiusmodi conditionis. Aut verò non præcessit promissio, & tunc requiritur annus, vt infrà hoc eodem titu.§. *L'homme franc qui ua demeurer.* Primò & secundò sunt aliquę differentiæ inter ascriptitium & conditionalem,quas non curo referre. 10 *Coloni conditionales.*

Quintò dic * quòd alij sunt coloni qui sunt simplices, qui aut sunt partiarij aut nummis colunt, & tunc cum tales nulla conditione teneantur,non insisto,dico tamẽ quòd sunt qui colunt terram alicuius, aut certa mercede constituta,aut certa parte fructuum,prout facit text.in l.cùm in plures.§.messem.ff.locati & cõdu.& idem,de inquilinis simplicibus. 11 *Coloni simplices.*

Q iij.

12 *Inquilinus ſimplex.* SExtò dic * quòd etiã ſicut dictũ eſt quòd ſunt coloni conditionales,ita etiam ſunt inquilini cõditionales, qui parum differunt à colonis conditionalibus.*Sed tu dic quòd eſt differentia,quia propriè colonus cõ

13 *Inquilini conditionales.* ditionalis eſt qui cũ ſua familia in fundo inhabitat ſicut ſuperius dictum eſt,nec à fundo recedere poteſt. Inquilinus verò conditionalis eſt ille qui colens fundum alibi inhabitat.Dicit enim tex.in l.diffinimus.C.de agri.& cẽſi.quod licet in nomine differãt,tamẽ pene illorũ eſt eadẽ cõditio,ideo dicit pene,quia inquilin⁹ cõditionalis ſe præſcriptiõe xxx.annorũ defẽdit,quia cũ alibi habitet,nõ põt dicit quòd ei⁹ agnatio vel cognatio in fũdo remaneat.l.cũ qui.C.de fun.rei priuatæ.l.oẽs.C.de præſcri.xxx.vel.xl.annorũ. quod nõ eſt in colono,qui ex quo ei⁹ agnatio vel cognatio in fundo remanet nõ poteſt ſe præſcriptione defẽdere,vt l.cũ ſcimus.§.vltimo.C.de agri.& cẽſi.li.xj.¶Quãdo aũt colon⁹ poſſit præſcribere,vide Bal.in l.male agitur.C.de præſcri.xxx.

14 *Colonus & inquilinus quomodo differant.* vel xl.annorũ.& ibi apoſtil.Alex.*Dic ꝙ inquilinus dicitur qui cõduxit domũ vt ibi ꝑpetuò moretur,& ſtetit per xxx.annos dicitur cõditionalis,colonus verò qui fundũ cõducit, vt dictũ eſt. Facit ad hanc differentiã l.rẽ pignoris.ff.de acqui.poſ.Faciũt quæ dicit do.meus Iaſ.in §.item ſeruiana.in iiij.col.poſt Aretinũ inſti.de actio.

15 *Originarii.* SEptimò dic*quòd ſunt alij coloni qui dicuntur originarij, qui ex aliquibus cõditionibus nati ſunt,& propriè eſt qui non ex ſe,ſed quia ratione ſuæ originis,id eſt ſuorum prædeceſſorum,à quibus habet originem, vendicat aliquis ius in eo tale quod habebat in ſuos prædeceſſores. De iſtis originariis loquitur textus in d.l. cum ſcimus.circa finem.vbi dicitur quòd in iure nati.& in l.cum ſatis.§.cum autem.C.de agri.& cẽſi.lib.xj.& in l.mulier.& in l.originarios.& in l.quemadmodum.C.eo. & in l.edicimus.C.de murilegulis.lib.xj. Dicã infrà in hoc tit. *en lieu & condition de mainmorte.*

NVnquid autẽ requiritur quòd ſint nati in fundo,vel alibi,faciunt textus in d.l.cum ſcimus. & in l.cum ſatis.Dicam infrà in dicto §.Hos ſuprà nominatos ponit Ioan.de platea in l.fi.C.de agri.& cenſitis.

16 *Villani.* OCtauo dic*quòd ſunt alij qui dicũtur villani:& iſti aut ſunt reddẽtes,aut manentes, aut angarij, aut perãgarij,aut homines aliorũ,aut recõmẽdati.Rofredus in libellis ſuis in iure ciuili, fol.cxv.in tit.*des villains*, ita eos nominat:ſed poterunt hominibus huius patriæ in aliquibus adaptari cum his quæ ſtatim dicam.

17 *Reddentes.* DIcit enim*primò Rofredus in dicto loco,& hæc ſit pro nona ſpecie ſeruientium,quòd reddentes ſunt qui nihil aliud domino faciunt,niſi quod reddunt gallinas vel ſpalas porci,vel porcum, vel agnum , vel librã piperis,vel ceræ,vel aliquid tale in paſchate domini,vel in natiuitate domini,& hos reditus quidã præſtãt pro prædiis quæ habent à dominis,& eſt contractus, do vt des.Quidam præſtant pro perſonis,& nulla prædia habent à dominis, vt dicit Rofredus in dicto loco quòd de his vidit in pluribus partibus , & nullum aliud ſeruitium præſtant,nihil tamen pro prædictis allegat.

18 *Manẽtes.* MAnentes*ſunt qui in ſolo alieno manent in villis quibus nec liberis ſuis inuito domino licet recedere,ſicut(vt dicit Rofredus)ſunt multi & Bononiæ & in villis Neapoli.Iſti manentes pręſtant aliquos credo certos reditus,& faciunt certa ſeruitia.¶Item etiã vt dicit,manẽtes ſunt qui xxx. annis in ſolo alicuius ſuperſederũt & dominus ſoli eos pro manẽtib⁹ habet,& manẽtia ſeruitia,vel reditus,vel operas,vel collectas,& ꝓ maridanda filia,& pro aliis,ſicut dictum eſt ſuprà de iuſtitiariis in titu.*Des iuſtices.*§.*Le droict de indire*.ab illis per triginta annos receperunt & ſcientibus & patientibus ipſis,poteſt dici ſecũdũ cõſuetudinem noſtrã ſi ſteterint & manſerint per annũ,per tex.noſtræ conſuetudinis,in hoc titu.*L'homme franc.le ſecond*, vbi dicitur

19 * quòd ſi homo frãcus mãſerit in loco manuſmortuæ per annũ,efficitur illius conditionis , & tenetur ad illa ſeruitia & onera ad quę alij tenentur,puta ad corueas,tallias,& alias operas. dicit etiã Rofredus quòd ſi tales manſerint alibi voluntate domini, ſi tamen ſemper retinuit ſeruientia manentia ſunt manentes , & poſſet dici in hac patria ꝙ omnes qui ratione foci & loci ſoluunt aliquid domino,ſunt manẽtes, puta in pluribus locis debẽtur cẽſus ratione foci & loci,Gallinæ,coruecatæ,& alia huiuſmodi.De pręd ictis etiã nihil allegat Rofred.

20 *Angarij.* ANgarij* ſunt qui ſeruitiũ faciũt propriis expẽſis,puta tot operas in ſeptimana,& dicit Rofredus ꝙ vulgariter in multis partibus dicitur angaria.Et tales villani qui faciunt operas cũ perſona & ſuis expen. vulgariter vocãtur augarij,& quòd faciant ſuis expenſis, eſt arg.ff. de oper.libe.l.ſuo victu. vnde dicitur in paſſione domini:Et angariauerunt quendam Simonem Cyreneum.

21 *Perangarij.* PErangarij * ſunt qui faciunt operas ſuis expẽſis,& etiã ſoluũt reditus patrimonij. De iſtis habemus in l. ij.§.ad perangariã.C.de epiſc.& cleri.& habemus per doc.in l.nemineˊ. C.de ſacroſ.eccle. Et de angariis habetur in tit.quẽadmo.ad ciuilia munera indicuntur.C.l.j.lib.xj.& ff.de mune. & hono.l.munerũ.§.patrimoniorum. & quod ibi dicit de angaria, intelligas de perangaria . De his præſtationibus,quæ propriè in vulgari noſtro dicuntur coruecatæ,dicam infrà in hoc titu.§.*Gens de condition mainmortable.*

ADDITIO. De his vide per Matthæum de afflictis in conſtitutio. regni Siciliæ quæ incipit, erroris.in iij. lib. vbi ponit an tales poſſint clericari ſine licentia ſuorum dominorum, prout eſt de hoc conſuetudo Niuernen. *

22 *Homines aliorũ.* HOmines * aliorum dicuntur vulgariter homines feudi, qui non ſunt reddentes aliquid,nec ſunt manẽtes, nec angarij, nec perangarij,ſed ſunt fideles & vaſalli,& tales nihil præſtant,niſi quãtum re vera vaſalli,de quibus ſupra dictum eſt titu.de feudis per totum.

23 *Recommendati.* REcommendati * ſunt qui veniunt de aliquibus partibus & habitare volunt in ciuitate aliqua,eligunt patronum domini ciuitatis,& ſe eſſe ſuos recõmendatos,vt habeant defenſionem dominij,& eidem ſingulis annis ſeruiant in paſchate,& natali, ſcilicet dãdo gallinas,vel librã piperis,vel quid aliud. & dicit Rofredus quòd de iſtis multi inueniuntur apud Neapolim in villis eorum,& Bononiæ, iſti nihil de iure debent conferre,ſed Neapolitani ab illis multa exigũt,& ferè omnia quæ domini exigunt à vaſallis, prout dicit Rofredus in loco hîc antè allegato. De vaſallis nihil hîc dico,cum ad plenum dixi ſuprà in titu.de feudis.

24 *Homines de mãſata.* NOno dic * quòd ſunt alij homines, qui dicuntur homines de manſata , quãdo ſcilicet dominus dat alicui mãſum cũ diuerſis poſſeſſionibus,& ꝓpter hoc ille facit ſe hominẽ domini,& ad certũ ſeruitiũ tenetur.& talis homo de mãſata qui eſt ratione poſſeſſionũ,ꝑſona tamẽ eius erit libera ſecũdũ cõſuetudinẽ regni Frãcię, ſi dimiſſa mãſata aliò ſe trãsferat, ꝓut dicit Spec.in titu.de feudis.§.quoniã.ver.decimonò quęritur.ibi,eſt autẽ manſata,

mansata,*& propriè sunt homines huius patriæ qui dicũtur manusmortuæ, prout dicitur in §.j. huius tit.quia nulli in hac patria sunt serui corpore, prout nec homines de mansata,qui sunt tantum serui ratione possessio-num,& dimittendo possessionem efficiuntur liberi, vt habetur infrà in §. *L'hõme de mainmorte peult desauouer son seigneur*.de natura istorum infrà prosequendo titulum dicam amplius. 25 *Manus mortuæ.*

ET aduerte ꝙ in prosecutione huius tituli videmus de hominibus subiectis quadruplici subiectiõe,aut quia sunt iustitiabiles,aut talliabiles,aut manumortabiles,aut corueabiles,aut sunt subiecti vna subiectiõe,aut ex tribus,aut ex duabus,aut ex vna tantũ,de quibꝰ omnibus dicã infrà in hoc tit.§.*gens de conditiõ mainmortable.*

§. PRIMO.

AV *duchié de Bourgongne n'a nulz hommes serfz de corps.*

VIde hoc ꝙ in comitatu Niuer. sunt serui corpore, cũ sit rubrica in eorum consuetudinibus, *des seruitudes corporelles*. & tamen est propinqua huic patriæ, & etiã est comitatus depen-dẽs à ducatu,ratio est in prõptu,secũdũ quod dici potest, quia vna patria potest esse magis priuile giata q̃ alia,nã de iure possunt esse serui,qui aut fiunt,aut nascuntur,secundũ qđ habetur in §. serui. insti. de iure personarũ & tamẽ vt dicit Bar.in l.hostes.in iij.col.ff.de captiuis & postli.reuersis. secundũ mores moderni tẽ-poris,& cõsuetudinis antiquitus obseruatæ inter christianos quantũ ad personas hominũ,nõ obseruantur iura captiuitatis & postliminij,vel vendũtur,nec habẽtur serui captiui, sed quantũ ad res,sic cui cõsuetudini (vt di-cit) standũ est,& hãc cõsuetudinẽ obseruãt Burgundi tanq̃ veri christiani,*qui etiã fuerunt primi christiani to tius Galliæ, imò rex Clodoueus fuit christianus hortatu & persuasione Clotildis eius vxoris, quæ erat neptis Gaudobaldi Burgundionũ regis,vt refert Guaguinus in suis historiis,*qui cũ essent primò christiani,& eis in baptismate sal in ore apponeretur dicebãtur per Gallos salsati,qđ nomẽ hac de causa vsque nũc retinuerũt, cũ per Gallos dicantur & appellentur, *Bourguignõs salez*. ¶ Vel etiã dici potest*ꝙ ex differentia locorũ potest quãdoque discrimẽ iuduci.gl.in l.superuacuã.C.de tẽp.in inte.resti.petẽdę.qđ tamen dicit ibi tex.esse absurdũ. vide.l.ideóq;.ff.de eo qđ certo loco.& ff.de offi.procõ.& leg.l.j.& ij.vide Bal.& Sali.in d.l. superuacuã.qui nõ soluunt contrariũ,sed resident in loco quòd diuersitas locorum non debet inducere diuersitatẽ iurium . Tu dic quòd sicut medicus obseruat tẽpora & loca,ita etiã iuriscõsultus.dixi suprà in tit.*des confiscations*.§.ij.in fi. 1 *Burgundi primi Christiani Galliæ.* 2 *Burgundi salsati.* 3 *Differentia locorũ an inducat iniuriam.*

MIhi videtur ꝙ hæc consuetudo cõtrariatur cõsuetudini sequẽti,in §.*L'hõme de mainmorte peult desauouer son seigneur*.quia vt videmus per illã cõsuetudinẽ semper homo manusmortuæ est manusmortuæ,& ser uus corpore,nisi renũtiauerit dño, & petierit se esse francũ hominem principis , priuatio enim præsupponit habitũ.l.decẽ.ff.de verb.obl.l.si decẽ.ff.de sol.c.ad dissoluẽdũ.ext.de despõsa.ĩpuberũ.c.cũ accessisset.extrà,de cõstitutio.cũ vulga.ex quo ergo est seruus ante desauouamẽtũ,qđ patet, quia efficitur liber per tale desauoua-mentũ,dicendũ est ꝙ videtur ꝙ hæc cõsuetudo nõ sit vera. ¶ Tu dic quòd est verũ ꝙ nullus est homo seruus corpore perpetuò & incõmutabiliter, sed bene est seruus corpore per spatiũ tẽporis.s. pro tẽpore quo tenet hæreditagia existentia in loco manusmortuę,eo ꝙ præstat operas personales , & in multis assimilatur seruis,vt inferius suis locis opportuniùs dicetur.Io.Fab.in §.fi.insti. de donatio.dicit quòd homines talliabiles ad volũ tatẽ nõ sunt serui quo ad personã, quia possunt liberè discedere,bonis tamen dimissis , & dicit quòd videtur quoddam genus seruitutis, quòd non possunt recedere nisi bona dimittãt.l.ij.C.de donatio. dixi plenè infrà in §.*L'une des seigneuries n'aquiert point sur lautre*.in gl.in verbo,*ua demeurer en autre lieu de mainmorte.*

ADDITIO. Sed quia sunt diuersæ cõsuetudines in regno Frãciæ ita quòd sunt aliquæ quibus cauetur ꝙ homines eorũ vbicunque accedant sunt quolibet anno talliabiles in certa summa,vt in pa-tria Niuer.in qua domini volũt prætendere quòd possunt quolibet anno imponere talliã super suos subditos, & in quẽlibet illorũ vsq; ad quinq; solidos,vbicũq; sint,an illa cõsuetudo extẽdatur ad eorũ subditos existen tes extra eorũ territoriũ?tenui & cõsului in patria nostra ꝙ nõ,scilicet ꝙ homines serui existentes in ducatu Burgundiæ,& ibi manẽtes,nõ possunt talliari secundũ cõsuetudinẽ patriæ Niuer.quia cõsuetudo nõ cõprehẽ-dit subditos extra territoriũ,prout nec statutũ,vt tenet Rochus de curte,in repe.c.fi.in cxxviij.col. versi. xiij. quæro de consuetudine.de quo per Hippolytum de Marsi.in repe.l.fi.nume.ccxlij.de iurisdi.omnium iudicũ.*

§. SECVNDO.

L'*Homme de mainmorte ne peult prescripre franchise & liberté contre son seigneur, par quelque laps de temps, qui face demeurance & residence hors du lieu de main-morte quelque par que ce soit.*

IDem in comitatu Burgun.Si nulli sunt serui corpore in Burgũdia,vt in §.pręcedẽ.dictũ est,& solũ sint serui ratione possessionũ , ex quo possunt dici de mãsata , & ideo dimittẽdo possessionẽ effi-ciũtur liberi,vt dictũ est in rubrica. qũo possit stare hæc nostra cõsuetudo ? Mihi videtur ꝙ debet solũ intelligi qñ homo manusmortuę tenet hęreditagia existentia in loco manusmortuę,quia per quẽcunq; lapsum temporis non potest præscribere libertatem , cum sit seruus ratione possessionum & hære-ditagiorum,ex quo ergo semper tenet hæreditagia seruilis conditionis,licet non moretur in loco seruilis con-ditionis,sed franco,non potest præscribere libertatem.

IN TEXTV IBI, *L'homme de mainmorte.*

NOtãter*dicit,*l'homme de mainmorte*, quia per hoc non prohibetur quin filij nati ex homine manusmor-tuæ,dummodo sint nati in loco franco,qui ibidem accepit vxorem francam, possint tempore effici franci, & præscribere libertatem,imò credo ꝙ tales statim & incontinenti quòd sunt nati ex ventre libero, & in lo-co franco,sunt liberi,cum filius in Burgundia non sequatur conditionem seruilem patris,nisi sit natus in loco seruili,vt dicitur in consuetudine sequenti,ibi,*en lieu & condition de mainmorte*.& multum ponderanda sunt illa verba.& faciunt pro hoc casu multa quæ dixi in §.sequen. 1 *Filij manusmortuæ loco frãco nati sunt liberi.*

QVæro quid de homine talliabili,an possit se præscriptione xxx. vel xl. annorũ à tali tallia tueri? & pone casum quẽ ponit Gui.papę.Titius recognouit se esse hominẽ talliabilẽ alicuius , postmodum ex eo na- 2 *Talliabilis an se præscriptio tueri possit.*

tus eſt Sempronius,qui ignorauit dictũ Titium eius patrem cognouiſſe ſe eſſe hominẽ talliabilem, ſicut probabiliter potuit ignorare,poſtquam eã recognitionẽ non fecit.l.fi.in.fi.ff.pro ſocio.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.qui quidẽ Sẽpronius fuit in quaſi poſſeſſione libertatis ſpatio xl. annorum,abſque eo,ꝙ dictũ ſeruitiũ, vel aliquã talliã ſoluerit,& pro homine franco,& libero,& non talliabili ſe geſſit,an dici debeat liber & francus à tali talliabili cõditiõe?tex.in l.ij.cũ gl.ſuper verbo,bona fide.C.de præſcri.longi tẽporis,quæ pro libertate videtur facere ꝙ ſic,& ibi hoc tenet q.iij.in ſũma ita tenet Gui. pape quæſtio. ſua cccxvj.vbi dicit ꝙ ex hoc talliabilis poteſt parificari huiuſmodi aſcriptitio,qui acquirit libertatem ſpatio xl.annorum,vt per gl.in l.omnes C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum.quam Bal.& Ang.ibi approbant. quòd tamen videtur tenere contrarium Rofredus in libellis ſuis in iure ciuili,in titulo de conditionalibus colonis,vbi dicit quòd ſerui ſeu coloni cõditionales poſſunt acquirere libertatem,præſcriptione,& tales poſſũt æquiparari illis qui ſunt ſerui, & homines manuſmortuæ,ſecundum quòd dicitur in hoc eo.tit.§.*L'homme franc qui va demeurer.le ſecond.*de hac conſuetudine vide Cynum in l.j.in ij.quæſtione.C.vbi cauſa ſtatus agi debet . vide Paulum de caſtro in l. ſi is qui pro emptore.§.ſi ſeruus.ff.de vſu.vbi ponit quando dominus amittit ſeu perdit poſſeſſionem ſerui exiſtentis in fuga.

IN TEXTV IBI. *Ne peult preſcripre.*

DVbitari poſſet an hoc ſit verum in homine manuſmortuæ,qui eſt tantum homo manuſmortuæ per habitationem vnius anni in loco manuſmortuæ,de quo in §.vj.huius tituli incipiẽte, *L'homme franc*,& videretur quòd non,ex his quæ dicit Alex.in conſi.ſuo xxxiiij.in v.vol. vbi concludit * quòd licet ciuis origine non poſſit ſua voluntate ſe liberare,& ei reuuntiare,non tamen ſic eſt in ciue ratione incolatus & domicilij, quia poteſt ſe liberare,ſe & ſua transferendo in alium locum.l.incola.*la ſeconde.*& l.domicilium. & l.nihil.ff.ad muni.cogita,quia verba noſtræ conſuetudinis ſunt ſatis generalia.

1 Ciuis origine & ratione incolatus.

IN TEXTV IBI, *Par quelque laps de temps.*

QVæro nunquid*per hęc verba non obſtãte pręſcriptione,vel præſcriptione ſemota,tollatur pręſcriptio xl.annorũ,de qua in l.omnes.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum . vbi dicitur quòd aſcriptitius poteſt præſcribere libertatem ſpatio xl.annorum.& ibi gl.Bal.& Ang.in l.ſi quis decurio.C.de decu.li.x.dicit ad tex.ibi,nulla præſcriptione,ſubaudiendum eſſe,niſi ſit præſcriptio xl.annorum, vt.C. vbi decurio.vel coartal.l.ſi quis coartalis.& d.l.omnes.C.de præſcri.xxx.vel xl.annorum.& hoc eſt notabile,ſecundum eũdem, quòd ſtatutis dictantibus,quòd inſtitutionis dotium nulla currat præſcriptio , intelligatur enim niſi ſit præſcriptio xl.annorum,vt in d.gl.& ibidem Ang.in l.cum ſatis.C. de agri.& cenſi.lib.xj.in tex.ibi,quicunque emerit. dicit, præſcriptione tamen xl.annorũ liberatur.ſecundum gl.ibi,quod eſt notandum,ſecundũ eundem Ang.ad quę-

1 Nõobſtan.præſcri.clauſula hæc an tollat præſcri.xl. anno.

2

3 ſtionem,dicit ſtatutũ*quòd inſtrumenta dotalia executioni demandentur,nulla præſcriptione obſtante,quantuncũque anni effluxerunt,quòd non obſtante his verbis obſtabit pręſcrip.xl.annorum.pro quo facit l.j.C.de coarta.lib.xij.& quod notatur in l.ſi quis decurio.la.iij.C.de decu.lib.x.& hæc dicit Vitalis de cãpanis in tractatu ſuo clauſularum,in quinto fol.ver.clauſula,nulla præſcriptione obſtante,ſed volui videre Angelum in dictis locis,qui nihil dicit,bene verum eſt quod Ioãnes de platea in.d.l.ſi quis decurio. & in d.l.ſatis hoc tenet, melius tamẽ in d.l.ſi quis decurio.tenet prædicta. ¶ Aduertendum tamen eſt,ad ea quæ dicit in dicta l. ſi quis

4 decurio.vbi dicit*quòd ſi lex aut ſtatutum dicat quòd actiones ſint perpetuæ,ita quòd nõ præſcribãtur,quòd tũc præſcribi poſſunt ſpatio quadraginta annorũ,prout dicit d.l.omnes.C.de præſcri.triginta vel quadraginta annorũ.ſed ſi dicatur,nulla præſcriptiõe obſtãte,ꝙ etiã præſcribi nõ poſſunt ſpatio quadraginta annorũ, & tũc ceſſabit diſpoſitio.l.omnes ſuprà allegatæ cũ opinionibus Ang.& aliorũ.¶ Adde Io.Franciſcũ balbũ in tractatu ſuo de præſcrip.in v.parte quintę partis principalis,coll.xxvj.& lxxvij.ibi,nono quæro,vbi plenè.

5 An præſcrip. centum annorum.

ET ad hoc vide Ang.in l.j.C.ne rei dominicę vel templorũ.vbi plus dicit, * quòd etiã ſi ſtatutũ dicat quòd nulla præſcriptione obſtãte,vel præſcriptione ſubmota,quòd per hoc nõ excluditur præſcriptio centũ an-

6 norũ.Idem Lud.Ro.in l.j.ff.de vſu.& hoc per tex.in l.j.C.ne rei dominicæ vel tẽplo.Nam vt dixit Ale.in cõſi.ſuo Iv.in fi.in j.vol.ſi ſtatutum dicat* quod inſtrumenta poſſint executioni demandari,nulla temporis præſcriptione obſtante,non poterãt tamen mitti executioni poſt tempus cẽtum annorum. Vide ad prædicta Bal. in l.omnes.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum.Et in c.j.§.præterea.in tit.de capitulis conradi. Alex.in l.nemo poteſt.in fi.de leg.j.Ang.in l.nõ ſolum.ff.de vſu.Gui.pape.q. ſua ccccix. Faciunt quæ plenè dicit Ale. in conſi. xvj.inci.In cauſa & lite vertente.in vij.col.in v.vol.Et facit tex.multum ſingularis quem omnes allegãt . vt de cętero nõ fiãt commutationes.in §.j.cum gl.in verbo, præſcriptione.colla.v. & vide adhuc do.meũ Iaſ. in l.j. in.viij.col.C.de ſeruis.fugi.Vide Fran.de arc. in conſ.ſuo xv.in pe.col.

7 Lex cõmunis tollit omnem præſcrip ſtatutũ nõ.

ADuerte*quia quãdo lex cõmunis prohibet præſcriptionem , tollit etiam præſcriptionẽ tãti tẽporis,cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium.Panor.in c.cum ex officij.extrà,de pręſcri.Io.and.in c.cũ inſtãtia extrà,de cẽſi.Panor.in c.ſuper eo.extrà, de parochiis . Si verò ſtatutum vel pactum tolleret præſcriptionẽ in materia præſcriptibili,nõ tollit hãc præſcriptionem tãti temporis,cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium. Bal. in l.j.C.ne rei dominicæ vel tẽplo.Bal.in l.omnes.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorum.Feli.in.d.c.cum ex officij.in prin.extrà,de præſcri.Florianus in terminis in l.hæc autẽ iura.ff.de ſerui. vrba.prædio. credo quòd in hoc caſu ſumus in caſu præſcriptibili,cum de iure,homo talliabilis à tali cõditione præſcriptione poſſit libe-

8 rari.Guido pape q.cccxvj.dixi ſuprà,in tit.*Des iuſtices & droictz d'icelles.*§.*Le droict de indire.*in gl.*nouelle cheualerie.*Faciũt quæ infrà dicẽtur,*ex quo per præſcriptionem tãti temporis cuius initij memoria non extat,in cõtrarium tolletur cõditio ſeruitutis,& franchiſia acquiri poſſet.

ADDITIO. Aduerte tamẽ quòd ex quo cõſuetudines noſtræ habent vim legis,vt patet in concluſione & approbatione facta per principem,quòd in caſibus in quibus prohibet præſcriptionem, idem eſt ac ſi prohiberetur per ius cõmune,cum ibi ſit lex, vt tenet Franciſcus balbus in ſuo tractatu de præſcri.in v.parte quintæ partis principalis.in iiij . quæſtione ibi, ſi verò prohibitio fiat per ſtatutum.dic idem quòd in prohibitione legis, quia ſtatutum eſt lex in loco . c. ius ciuile.j. diſtinctione . Et aduerte maximè quòd

quando

quando afficitur res, hoc est quòd præscriptio introducitur ratione rei quę non est apta ad pręscribendū, etiam tollitur præscriptio centenaria & tanti temporis &c. de qua questione amplè per Franciscum balbum in dicto tractatu, in dicta quinta parte quintæ partis principalis, in ix. quæstione, vbi plures allegat, quos vide. Et vide etiam Mat. de affli. in constit. regni Siciliæ quæ incipit, cum satis. in ij. notabili, vbi videtur tenere quòd talis præscriptio tanti temporis non tollitur. *

NVnquid autē* per statutum possit fieri ꝙ nulla præscriptione possit seruus ascriptitius aut aliàs seruus liber fieri, cōtra l. omnes. C. de præscri. xxx. vel. xl. annorū. vbi habetur ꝙ persona possit vti præscriptiōe xl. annorū, cū gl. quæ est ibi, quæ dicit ꝙ seruus ascriptitius potest fieri liber præscriptiōe xl. annorū. Ang. in l. j. C. ne rei dominicę vel tēplo. dicit ꝙ valet statutū ꝙ nulla pręscriptio opponatur, * imò licet princeps nō possit facere ꝙ præscriptio non currat, nisi cū clausula, nō obstāte tali lege, vt habetur in aut. quas actiones. C. de sacsan. eccle. tñ lex municipalis siue statutū potest hoc facere sine prędicta clausula, secūdū Bal. in d. aut. quas actiones. Et istud per multa tenet Vitalis de cāpanis in dicto tract. in loco hìc antè alle. vbi etiā quęrit * an sicut per statutū potest tolli præscriptio, ita etiā per pactū possit tolli. De quo amplissimè per Feli. in rub. ext. de præscrip. in v. & vj. col. vidi scriptū in quibusdā cōsuetudinibus meis, quas aliàs in studio scripsi, quas sibi vsurpauerunt Io. Thierry, & Hugo descousu, ꝙ aliàs fuit iudicatū in parlamēto Belnen. & cōfirmatū in Frācia, ꝙ homo manusmortuæ potest præscribere franchisiā seu libertatē si moretur aut manserit in loco franco per triginta annos, tā per se q̄ per suos prædecessores, & dicitur quòd fuit iudicatū in causa hæredum Ioannis Iulliot pro successione Ioannis hardi contra dominū du rux, anno do. M. ccccxxvij. Quicquid sit, nō credo ꝙ ita fuerit iudicatum, quia istud est contra hanc consuetudinē, quæ omnino seruanda est, cum habeatur pro lege. * Ideo ex prædictis apparet quòd spatio triginta annorū non potest præscribi franchisia. ¶ Itē & maximè, quia non erat in potestate domini agere contra hominē manusmortuæ de successione quæ nondum euenerat, ergo non valenti agere non potuit currere præscriptio contra dominum, qui non habebat causam agendi in manumortua. ¶ Facit l. j. §. si quis autem propter inundationem. ff. de itinere actúque priuato. facit l. cum notissimi. §. illud. C. de pręscrip. xxx. vel xl. annorum. dixi amplè infrà in tit. *des censes*. §. ij. *

9 *Præscriptio an poßit tolli statuto.*

10

11 *An pacto.*

12 *Franchisia.*

13 CRederem* si homo manusmortuæ steterit aut manserit per se, aut suos prædecessores in loco franco per xxx. annos nulla hæreditagia manusmortuæ tenendo per se, aut suos negotiatores & familiares, quòd præscripsit franchisiam seu libertatem: secus si tenuerit hæreditagia manusmortuæ per alterum, quia etiam si steterit per xl. annos in loco franco, quòd adhuc non potest dici præscripsisse franchisiam. Facit ad prædicta l. cum scimus. §. j. C. de agri. & censi. lib. xj. & quæ dicit Rofredus in libellis suis super iure ciuili. in titu. de conditionalibus colonis.

IN TEXTV IBI, *Hors du lieu de mainmorte.*

1 QVid si steterit* per quadraginta annos in loco manusmortuæ, & nulla onera manusmortuæ præstiterit domino, puta quia ibi fuerit tentus & reputatus liber & francus, an hoc casu præscripserit libertatē cōtra dominū? Dixi aliàs in cōtingētia facti scribēdo pro amico, & pōderabā hāc cōsuetudinē in illis verbis, *hors du lieu de mainmorte*, ꝙ ex quo nihil erat dispositum quando morabatur tanquam liber & francus in loco manusmortuæ, quòd iste casus remanebat in pispositione iuris communis, cum esset omissus à consuetudine nostra, tam per l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. & per l. si extraneus. de cōdi. indebiti. quàm quia scriptum est in fine nostrarum consuetudinum in conclusione, ibi, *& oultre plus*. quàm ꝙ de casibus nō expressis in consuetudinibus nostris recurrendum est ad ius commune. Or nunc est* quòd de iure communi libertas pręscribi potest per quadraginta annos. l. omnes. vbi gl. & doc. C. de præscri. triginta vel quadraginta annorū. Gui do pape q. cccxvj. dixi suprà, in glo. præcedenti. ¶ Itē pōderabam §. quartū in hoc titulo incipiente, *Vng meix assis*, vbi habetur* quòd mēsus manusmortuæ potest per vsantiā effici liber, ergo & homo existens in eo, aliàs cōsuetudo prima quæ vult quòd nulli sunt serui corpore in Burgūdia, non esset vera, & dicebam quòd si esset ita quòd talis homo qui moratur per triginta aut quadraginta annos in loco & māso manusmortuæ, nō præscriberet libertatē, nunquā ille §. iiij. haberet locum, & illa cōsuetudo in hoc esset frustratoria, & corrigeretur, quod nō est dicendū, quia aliàs sequeretur quòd per extensionē & subauditionē quæ fieret ad hāc consuetudinem corrigeretur ille §. iiij. in illo articulo quo ad vsantiam, & iura sic non debent corrigi. gl. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. de ele. do. meus Ias. in l. emācipata. C. qui admi. & in aut. nouissima. in. xj. col. C. de inoffi. test. Barba. con. xij. in x. col. in j. volu.

2 *Libertas præscribitur xl. annis.*

3

ITem quòd de vno dicitur, de alio negari videtur. l. cum maritus. vbi doctores. C. de procu. c. susceptum. de rescri. Et dicit Bal. in l. ij. circa medium. C. de sacrosan. eccle. quòd vno reprobato reliqua confirmantur. Et dicit etiam tex. in l. tribunus. in §. fi. ff. de test. mili. Cū ergo hìc negetur seu prohibeatur præscriptio in vno casu, scilicet quando moratur extra locum manusmortuæ, ergo est permissa in aliis casibus, scilicet quando moratur in loco. Faciunt plura quæ dicit Feli. in c. nónne bene dicimus. de præsump. & do. meus Iason in l. sed & si quis. ff. de vulga. & pupilla. substi.

IN TEXTV IBI, *Quelque part que ce soit.*

DIc quòd ista cōsuetudo nō habet locum si homo manusmortuæ manserit Romę, * ex quo ad eam confugientes sunt liberi. in aut. vt liberi decetero. §. fi. colla. vj. & l. in vrbe. & ibi gl. & doc. ff. de statu hominū. Et ita etiam tenet do. meus Iason in l. Barbarius. in j. col. vbi pondera primo. ff. de offic. præto. post Fulgo. & Albericum ibi. * Idem est in ciuitate Tholosana & Bituricen. quia serui ad eam confugientes nō possunt prosequi à dominis, secundum consuetudines earum, imò ibi sunt liberi. 2

1 *Romam fugientes sunt liberi.*

IVxta prædicta quæro, * Quidam seruus manusmortuę terrę castri canini (qui sunt serui sequelę, ita quòd prosequi possunt etiā si morētur in loco franco vsque ad quinque solidos singulo anno) iuit ad ciuitatē Romanam, vel ad ciuitatē Bituricen. vel Theolosanā, & ibi mansit per multos annos, tandē moritur habēs bona in dictis locis, scilicet in loco manusmortuę, & in loco mansionis, & alibi in alio loco franco, quis succedet illi, & quomodo? Non est dubium quòd in bonis existentibus in loco manusmortuæ, quòd dominus succedit si nō

3 *Quæstio.*

habeat alios parentes in ſua cōmunione. ¶ Quantum ad alia bona, quæ ſunt in loco habente immunitatem, & priuilegiū franchiſiæ diſtinguendum eſſet, an illa immunitas ſcilicet priuilegiū, ſit introductū de iure ciuili, vt eſt in ciuitate Romana, & tunc hic dicitur, *quelque part que ce ſoit*. an hæc verba videantur comprehendere locum immunem ſeu priuilegiatum de iure, etiam licet non dicatur, non obſtante tali lege. Cogita ex his quæ dicit Bal. in authentica, quas actiones. C. de ſacroſan. eccle.

4 *Regula.* COgita tamen, quia vt dicit gl. quæ ad hoc allegatur in l. ſciendū. ff. qui ſatiſda. cogā. & ibi do. meus Iaſ. in princi. iiij. col. & in l. j. §. ſed ſi mihi. in iiij. col. ff. de verb. obl. & in l. poſtq̄. in fi. C. de pac. *licet lex generaliter loquatur, non tamen intelligitur loqui in materia, in qua habemus legem particularem & ſpecialem. Et iſtam eandē regulā, tradit idē do. meus in l. fratres. in ij. col. C. de inoffi. teſt. & in l. iuſiurandū. in fi. ff. de iureiuran. & in l. hac conſultiſſima. in iij. & iiij. col. C. qui teſta. facere poſ. Feli. in c. j. in vij. col. ext. de reſcri. Et ita tra-
5 dit, per l. in teſtamentis. vbi Sali. C. de teſta. ¶ Hinc eſt ꝙ cū clerici priuilegiū ſpecificū & particulare ſeu ſpeciale habeāt, lex quantūcunq; generaliter loquēs non comprehēdit eos. Sic ergo ex quo ciuitas Romana habet priuilegiū ſpeciale in hoc introductū de iure, licet lex noua particularis generaliter loquatur, non tamen videtur cōprehendere illū locū ſpecialiter priuilegiatū, licet dicat generaliter, *quelque part que ce ſoit*.

DIcerem idē eſſe in incolis huius noſtræ ciuitatis Heduē. ex quo ciues illius reputātur liberi, & etiā iuribus nobiliū vtūtur, cū feuda tenere & acquirere poſſunt, prout ſuprā dixi in tit. *des fiedz*. §. vij. *& ſelon la nature d'iceluy*. vbi etiam dixi quod incolæ gaudent priuilegiis ciuiū. Et vt habetur in fine harum conſuetudinū in concluſione, princeps non intendit per has cōſuetudines præiudicare illis qui habent priuilegiū ſpeciale in contrarium. Ex quo dicendum eſt quòd hæc verba non excludunt illos qui ad noſtram ciuitatem Heduen. confugiunt, & ibi per longum tempus acquirunt incolatum, & conſului in caſu emergenti.

AVT verò iſtud priuilegiū eſt introductū per conſuetudinē loci particularis. puta in ciuitate Bituricen. & Thoſon. & tunc arguendo in quē. ſ. comprehendēdo vtrūque locū priuilegiatum, videtur primo dicendū ꝙ dominus poſſit accipere bona ſui hominis, etiā exiſtentia in loco priuilegiato, in quo etiam deceſſit prædi-
6 *Seruus* ctus homo manuſmortuæ. *nā ſeruus in fuga exiſtens ea quæ acquirit, acquirit domino. l. j. §. per ſeruū qui in fu-
7 *fugitiu° acquirit domino,* ga eſt. ff. de acqui. poſ. l. arboribus. §. de illo. circa. fi. ff. de vſufru. *& idē in monacho qui ratione monaſticæ obedientiæ, etiā ſi fugitiuus ſit acquirit monaſterio. vt eſt bonus tex. in c. quāto. de offi. ordi. & in c. abbates xviij. q. ij. & eſt gl. in c. j. de infanti. & langui. expo. ponit Inno. in c. cū olim. l. ij. de priuilegiis do. Abbas in c. fi. de re-
8 gularibus. *idem ergo dicendū eſt in homine manuſmortuæ, vt id quod acquirit etiā extrà territoriū domino acquirat, & facit ad propoſitū conſuetudo noſtra. in fi. *quelque part que ce ſoit*. quia ex hoc ſemper reputatur homo manuſmortuæ, quo ad dominū cēſendus eſt tanq̄ fugitiuus. Secundò, quia habemus vt dictū eſt cōſuetudinē Burgundiæ, vt in tit. iſto §. xv. quæ dicit ꝙ dominus capit in loco frāco & mobilia, & hæreditagia, nā ex
9 quo ſimpliciter dicit in loco franco, intelligitur quocūq; ſit ille locus frācus, ſiue ex originali ſtatu ſui, cū *ab initio omnes res cenſerentur liberè vt infrà dicā. §. *un meix aßis &c.* ſiue per priuilegiū, vt antè dictū eſt, quia ex quo indefinitè loquitur, quę equipollet vniuerſali, etiā in ſtatutis maximè, quādo nō eſt maior ratio in vno quā in alio, vt tenet Bar. in l. qui ędificiū. ff. de ſerui. vrba. prædio. cum ergo cōſuetudo noſtra quo ad effectū ſit vniuerſaliter intelligenda, cōprehendet etiā caſum priuilegiatū, vt eſt tex. valde notabilis. quē ibi Bal. not. in l. in fraudem. §. fi. ff. de teſta. militis. quidam doctores aduocati in hac ciuitate Heduen. tenuerunt hanc opinionem, & dixerunt mihi ſe ita in facto conſuluiſſe, ſed non vidi conſilia eorum.

10 EGO teneo cōtrariū videlicet *ꝙ dominus manuſmortuæ, non poſſit capere bona exiſtentia in loco frāco, quōcūque ſit priuilegiatus, dūmodo ille locus ſit extra territoriū ducatus Burgūdiæ, pluribus rationibus.

Caſus. PRimò quia diſpoſitio noſtræ cōſuetudinis huius ducatus Burgūdię, non poteſt extēdere effectū ſuum extra territoriū ſuū, vt eſt bonus caſus in l. ex ea cauſa. ff. de poſthu. per quē tex. ita in notabili caſu dicit Bar. in l. j. in xj. col. C. de ſum. trini. & fide catho. & ideo in caſu noſtro emergenti, cū quidā terræ caſtri canini habitaſſet per quadraginta annos & vltra, tā per ſe quā per ſuos prædeceſſores extra dictū locū, dixi & cōſului ꝙ ſtatutū cōſuetudinariū illius loci, non poterat extendere effectū ſuum extra ſuū territoriū. legibus vul. ſcilicet. l. extra territoriū. quæ eſt. l. fi. ff. de iuriſ. om. iud. l. j. cum ibi not. per doctores. C. de ſumma trini. c. vt animarum periculis. de cōſti. in vj. c. à nobis. de ſententia excō. in antiquis, virtus enim & potentia cauſę efficiētis inſpicienda eſt, vt poſſit agere in paſſum, & in ſuſcipientē materiā, nec poteſt cauſa finita producere effectū infinitum, ſed ſicut limitatur potentia cauſæ, ſic effectus debet etiā limitari. ff. de adop. l. ſi arogator. & de tut. & curā. datis ab his. l. pupillo. de excu. tuto. l. iuriſperitos. §. cū oriundus. facit multū ſig. tex. in l. dum vnus. §. is qui. ff.
11 de bo. auto. iudi. poſſi. vbi tex. facit *ꝙ diſpoſitio generalis non extenditur ad bona ſita extra territorium. facit ꝙ notatur. in l. non ſolum. §. & qui teſtamento. ff. de excuſā. tut. ſed potentia & autoritas conſuetudinis, ſeu ſtatuti huius patriæ, non ſe extendit vltra proprios faſces. l. duumuirum. C. de decu. lib. x. ergo nec effectus eius vltra protrahetur, nā extra territorium ſuum, quilibet rex cenſetur vt priuatus, & ad inſtar priuati habetur, & tunc lex eius, vel conſuetudo ſuæ gentis: non ſe protendit ad loca quę nō ſunt ſuæ ditionis. ita dicit Lapus. Abbas in conſi. ſuo xxxvj. quòd ſituatur immediatè poſt allegationem xcj. in ſuis allegationibus..

12 *Liber-* ITem etiā aduertendū eſt *ꝙ in interpretatione alicuius diſpoſitionis dubię, ea interpretatio faciēda eſt quæ
13 *tati im-* fauet libertati, cū ſit omnibus reb° inæſtimabilis libertas & fauorabilior. l. libertas. ff. de regu. iur. *cū liber-
14 *petrationib° fauendum.* tas dicatur pia cauſa. & *bonū ſit argumētū de libertate ad piam cauſam. notat Bar. in l. proximè. ad fi. ff. de his quæ in teſta. delen. & in l. ſi vnus. C. de teſta. & eſt tex. in l. j. circa finem. ibi ad hanc pietatis rationem. C. de ſeruo pig. dato manumiſſo. vbi Bal. ad hoc notat. ita etiam ad prædicta allegat do. meus Iaſ. dicta iura in d. l. ſi vnus. vbi plenè. C. de teſta. & in l. quidam æſtimauerunt. in iiij. colum. ff. ſi certum peta. & in l. j. §. ſi quis ita. in quinta colum. ibi, circà illud. ff. de verbo. obli. & in l. ſi ſtipulatus eſſem abs te. in quarta colum. ibi, in quæſtione Bar. ff. de verbo. obli. & in l. ſi priuſquam. in xvij. col. ff. de noui operis nuntiatione. & in l. j. in iij. colum. C. de
15 *Similiter & piæ cauſæ.* procu. & in l. dedi. *la premiere*. §. idem erit. ff. de condi. ob cauſam & in l. captatorias. in pen. colum. C. de teſt. mili. *& in dubio fauendū eſt piæ cauſæ. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. & pro ea fienda eſt interpretatio tam in iudican-

in iudicando,quàm in conſulendo.c.fi.de re.iudi.l.ſunt perſonæ.ff.de reli.& ſump.funerum.do.meus Iaſ.in l.
centurio.in xvij.col.ff.de vulga.& pupil.vt ergo faueatur libertati,interpretandæ ſunt noſtræ conſuetudines,
vt nõ ſe extendant ad locum illũ priuilegiatum,ſeu ad quemcunque locum exiſten. extra territoriũ huius du-
catus Burgundiæ. ¶ Sicut videmus quòd etiã in multis aliis fauetur libertati. * Nã ſi ſeruo moueatur quæſtio 16
ſuper cauſa ſtatus ſeu libertatis, lite penden. pro libero habebitur. l.ordinata. in prin. ff.de libera. cauſa.l.ſi is
qui.§.ſi ſeruus.ff.de vſu.l.lite ordinata.C.de liber.cauſa.

ADDITIO. Vide Mat.de affli.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit,probationum defectus. in viij.& ix.
notab.in ij.lib.* ¶ *Itẽ etiam ſi fiat confeſſio contra libertatem, non valet,quia facta cõ 17 *Cõfeſ*
tra naturã,id eſt contra naturalem ſtatũ hominis introducta fuit, & ideo vt merè odioſa venit reſtringenda. *ſio cõtra li*
regula,odia reſtringi.de regulis iuris.in vj *Item fauore libertatis quis poteſt licitè venire contra proprium fa *bertatẽ nõ valet.*
ctum ſuum,vt notatur per Bal.in l.j.C.de libera,cauſa.quod alias regulariter de iure non licet.l. mortem. per 18
illum tex.cum ibi not.ff.de adop.

ITem etiam *intantum fauet ius libertati vt poſſit præſcribi,vt dicam infrà ſtatim:nec tamen contra ſcilicet 19 *Cõtra*
libertatẽ vllo tempore præſcribi poteſt etiam per mille annos:videlicet vt homo liber ſeruus fiat,vel in ſer *libertatem*
uitutem redigatur ex tempore.l.fi.C.de long.tempo.præſcrip.quæ pro libertate. iuncta gl.in l.ij. C.de inge. *non poteſt*
manumiſ.quę de mille annis facit mentionẽ.& eſt ratio,*quia præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit, ſed *præſcribi*
liber homo non poteſt poſſideri, igitur.etiam dicam latius infrà.§.L'*omme franc qui va demeurer*,qui eſt §.vj. *vllo tempore.*
qui,videtur ſtatuere contrarium in hac patria,& faciunt quę dicit Martinus de fano.in ſuo tractatu,de homu- 20
ſia.in ij.quæſtione.

ET licet *vt hic antè dicitur,non poſſit præſcribi contra libertatẽ,tamen de iure cõmuni libertas aduerſus 21 *Liber-*
ſeruitutem præſcribitur ſpatio.xx.annorum, etiam ſine titulo,vt eſt tex.valde notabilis in l.ij.C.de præ- *tas contra*
ſcrip.longi tẽporis,quæ pro libertate competit,quem cõmendat Panor.in c.licet.in fi.extrà,de coniug.ſeruo. *ſeruitutem præſcribi-*
*& ad illã præſcribendum ſufficit ſolummodo negligentia nõ petentis.vt in l.ſi is qui pro emptore.§.ſi ſer- 22 *tur.*
uus.ff.de vſu .l.j.C.de longi tẽporis præſcrip.quæ pro liberta.*imò ad præſcribendum libertatẽ ſeu liberatio- 23
nem ab aliquo iure,non requiritur poſſeſſio,vel quaſi,prout dicit Bar.in l.ſicut.in fi.in ver. ſed ad præſcriben
dum.C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorũ.& vide Bar.in l.ſi ædes.ff.de ſerui.vrba.prædio.& in l.j.C.de ſerui. & a-
qua.ergo hæc noſtra conſuetudo eſt contra ius cõmune,ſic ergo eſt interpretanda,vt minus lædat ius cõmune
quam fieri poteſt.faciunt quæ dicit Alex.in l.fi.§.in cõputatione.& ibi dominus meus.C.de iure delibe.cum
vul. ſatis ergo eſt quòd hæc conſuetudo operetur in territorio huius conſuetudinis, hoc eſt in patria huius
ducatus Burgundiæ,nec extra territorium extendatur. ¶ Et ideo ex prædictis dicerẽ quòd ſi aliquis haberet
bona,extra territorium ducatus Burgundię,quòd etiam poſt viginti annos dominus non poſſet capere in illo
loco,ſi verò haberet in ducatu Burgundiæ poſt quadraginta annos,ſi ſemper ſtetiſſet in libertate, tam per ſe
quam per ſuos prędeceſſores,poſſet pręſcribere libertatem: intellige dimittendo hæreditagia, quia licet non
fecerit renuntiationem cum ſolennitate,de qua infrà in §.nono incip.*l'homme de mainmorte*.tamen ex diutur-
nitate temporis præſumitur vt dicam in d.§.ix.vbi ad plenum dicetur.

ET ideo cum ſemel eueniſſet caſus in hac ciuitate Heduen. de quodam, qui ex quo eius auus erat origine *Caſus.*
de loco caſtri canini,qui quidem receſſerat à quadraginta annis à dicto loco, dimittendo hæreditagia &
iura ad locũ Voulenay prope Belnã,qui quidẽ locus de Voulenay eſt frãcus liber,& immunis ab omnibus ſer
uitutibus,præſtationibus,& ab omni ſeruitute,& in illo loco dictus eius auus manſerat,in quo quidẽ loco na
tus fuerat ipſe qui inquietabatur,& eius pater,qui quidẽ inquietabatur à quodã domino illius terræ de caſtro
canino ſuper eo ꝙ dicebat,quòd homines illius loci,erant ita ſerui quòd poſteri in infinitũ ad quẽcũque locũ
ſe trãſſerant,ſinguli tenebũtur dare & ſoluere domino quinque ſolidos,tamen quia negligẽtia domini nõ fue
rant ſoluti prædicti quinq; ſolidi à quadraginta annis citra,fuit dictũ conſulendo,ꝙ talis præſcripſerat liberta-
tem contra dominum:& ꝙ præſumptio erat quòd ſe aduohauerat hominem francum principis cũ ſolennita-
te de qua in d.§.ix.infrà eodem tit.quæ quidem ſolennitas,præſumi debebat ex diuturnitate temporis,tamen
nihil fuit decíſum per ſententiam,ſed per compromiſſum.quæ nota,cum caſus euenerit.

FAciunt ad deciſionem ſupradictæ quæſtionis,*quia ex quo quis manſit in aliquo loco per multos annos, 24
puta per decẽ,aut pone per triginta,dicitur ibi conſtituiſſe domiciliũ.gl,in l.ij.C.de incolis.lib.x.Panor.&
Are.in c.ꝙ clericus.in ij.col.extrà,de foro cõpe.plenè per Feli.in.c.dilectus filius.l.ij.extrà,de reſcrip.pleniſſi-
mè per Marianũ Soci.in c.fi.extrà,de foro compe.in iij.iiij.v.& vj.col.non aliter diſputo, ſed ſic eſt ꝙ locus
domicilij potius inſpicitur,q̃ locus originis,ita quòd ſi ſit alia conſuetudo in loco originis, & alia in loco do-
micilij,inſpicitur conſuetudo domicilij,ita tenet do.meus Iaſ.in l.ſi arrogator in xvij.col.ff.de adop.cum ergo
conſuetudo ſit in ciuitate Bituricen.quòd habitans ibi ſit liber, attendenda eſt prædicta conſuetudo quo ad
eum,maximè quo ad bona ibi exiſtentia. & iſtam partem tenuerunt plures aduocati Heduen.quorum opinio
nem credo eſſe veriorem,quicquid ſit ſcriptum hìc antè.ſi caſus eueniret eſſet quæſtio pro amico.

ET per prædicta etiã dixi,ꝙ mulier ſerua quæ exiuit à patria Niuer.& fuit nupta in ducatu Burgundiæ homi *Nota.*
ni franco,licet ab humanis deceſſerit ſine liberis in domo eius mariti,ꝙ dominus originis non potuit nec
poteſt venire ad locum francum,virtute cõſuetudinis noſtrę,& ibi capere ſucceſſionem illius mulieris,quia cõ
ſuetudo Niuernen.non habet locũ extra ſuum territorium,vt dictum eſt antè, & effecta eſt illa mulier franca
per conſuetudinem,vbi bona eius ſunt ſita quæ ſunt franca,ideo non erit locus manuſmortuę,quis ergo illi mu
lieri ſuccedet,parentes eius ei non ſuccedunt qui ſunt in patria Niuernen.quia ſeruus non ſuccedit franco? cre-
derem quòd ſi non habeat parentes francos in Burgundia,aut alibi,quod ſuccedet vir,per text.C. vnde vir &
vxor.& poſt eum fiſcus.

IN conſuetudinibus meis antiquis eſt allegatus Parpaille, qui fuit præceptor meus Taurini, & allegatur in l.
j.C.de ſeruis fugi.ſcio ꝙ non eſt impreſſus: & tamen eum allegat Ioannes Thierry qui nunquam eum vidit,
nec audiuit,nec eius dicta legit,cũ ſit adhuc ſtudẽs in vniuerſitate Valẽtina,vt ipſe dicit in ſua epiſtola, in fi.&

licet eundẽ Parpaille audiuerim,tñ nolui eũ allegare,cũ nõ habeã,nec illũ audiuerim ſuper d.l.j.C.de ſer.fu.

§. TERTIO.

EN lieu & cõditiõ de mainmorte l'ẽfãt enſuyt la cõditiõ du pere, & nõ pas de la mere.

IDem in comitatu Burgundiæ & in multis locis regni Franciæ eſt hæc conſuetudo, vt dicit Rofredus in loco infrà allegan. Contrarium eſt in comitatu Campaniæ, quia partus ſequitur ventrem, niſi vnus illorum ſit nobilis, quo caſu filius ſequitur conditionem illius.

MArtinus de phano, multum ſingulariter & ampliſſimè hanc materiam diſputauit, in tractatu ſuo, de homuſia. in iiij. quæſt. & illum refert Guido pape, & allegat in deciſionibus ſuis, quæſtione ſua cccxij. & dicit
1 Rofredus in libellis ſuis, ſuper iure ciuili. folio cxv. in titu. de originariis colonis, * ꝙ de conſuetudine regni ſi homo meus accipiat fœminam tuam, & naſcitur filius, ꝙ talis natus ex tali tua fœmina, erit homo meus probant hæc multa iura per eum in dicto loco inducta, poſt quorum iurium allegationem Martinus de phano
2 in loco hîc antè allegato concludit * ꝙ filius mei hominis natus, & conceptus, antequã pater exiſteret meus homo, ex hoc ſolo ꝙ pater ſuus meus eſt, non debet meus cenſeri filius. argu. l. ij. C. de libertis & eorum libe. ſi verò natus eſt filius ex homine iam facto meo ſecundũ conſuetudinẽ, meus homo eſt, & fortunam paternã
3 agnoſcit. dicam infrà. §. v. & vj. * ſed ſecundũ diſpoſitionem iuris diſtinguendum eſt, an natus ſit ex matre libera, an verò ex matre quæ eſt fœmina alterius, ſi ex matre libera & filius liber erit, vt in l. fi. C. de agri. & cenſi. lib. xj. Si verò ex matre quæ eſt tua fœmina, iura plus fauent domino patris, quàm domino matris. l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. & ita concludit multum notabiliter Martinus de phano, in dicto loco poſt longuam iurium diſputationem, quæ omitto, cum habeatur ſatis apud nos, vide etiam ad prædicta quæ dicit Ludo. Roma. in conſi. ſuo ccclvj. vbi videtur dicere quædam, quæ faciunt contra hanc conſuetudinem.

2 Filius mei hominis an ſit meus.

QVomodo autem de iure, partus ſequatur conditionem patris vel matris, vide Io. de platea. in l. eos. C. de decurio. lib. x. ¶ Sed quia hic in tex. dicitur, *en lieu & condition de mainmorte.* quid ſi in alio loco, puta in loco franco naſcitur filius ex plebeio & ex muliere nobili, an erit iſte filius nobilis, an plebeius tantum? dicam infrà in §. *la femme de mainmorte.* vbi tractabitur, an nobilitas trahatur ex parte matris.

De nato ex parte plebeio & matre nobili.

ADDITIO. Vide in hoc Matth. de affli. in conſtitu. regni Siciliæ quæ incipit, diuinæ iuſtitiæ. in iij. lib. in fi. vide etiam amplè Benedicti in repeti. c. Raynu. in verbo, de clara. *

4 QVia etiã hîc dicitur, ꝙ partus ſequitur cõditionẽ patris. dic tamẽ * quod in animalibus fœtus ſequitur matrem, nõ patrẽ. l. idem Põponius. §. idẽ ſcribit ſecundò. ff. de rei ven. ¶ Quæro. in curia mea ſemper conuerſatur gallus Philippi de campo florido. & gallina vna alba quæ eſt honorabilis viri Antonij chappet procuratoris regij quæ fecit ibi ouum, quod fouit: & ouiſauit ibi gallina nigra quæ eſt Leonardi regnault, ex quo natus eſt pullus in curia mea, quæritur cuius ſit pullus, an mihi cõpetat, an verò Philippo de campo florido domino Galli, an Antonio chappet domino gallinæ quæ ouũ fecit, an Leonardo regnault domino Gallinæ quæ ouum ouiſauit & fouit. Signorolus de homodeis in conſi. clxviij. tetigit hanc quæſtionem, & concludit, quod domino galline Leonardi, quæ ibidem ouum ouiſauit & fouit, & licet elegans & multum ſubtile conſilium in hoc caſu fecerit, neſcio tamen quid intendebat, ſuper hoc tempus occupando cum conſilia non fiant niſi in his quæ in facto eueniunt, & vbi eſt pro labore præmium. ¶ Vidi poſtmodum Boerium allegantem illud cõſilium in conſue. ſeptenæ Bituricen. titu. de conſue. prædio. §. v. in fine gl. fina.

4 Fœt⁹ ſequitur matrem. Quæſtio curioſa de pullo.

IN TEXTV IBI, *En lieu.*

¶ Vide textum in l. cum ſatis. ibi ſancimus. & ipſum ſemel in fundo nata &c. C. de agri. & cenſi. lib. xj.

MEritò etiam dicitur, *en lieu & condition de mainmorte.* quia ſi libera mulier nubat homini ſeruo, aut manuſmortuæ in loco tamen franco commoranti, partus efficitur liber, quia iſta conſuetudo requirit duo copulatiuæ, videlicet * ꝙ iſta mulier nubat homini manuſmortuæ, & quòd ille homo ſit in dicto loco manuſmortuæ, quia tũc cõtra iuris diſpoſitionẽ ſequitur patrẽ, vbi de iure ſequi deberet ventrẽ, & hoc eſt, quia mulier nõ ignorat mariti conditionẽ, & ideo videtur ſe illi adaptare. cum maritus ſit in loco manuſmortuæ commorans & non poteſt ignorare mariti conditionẽ. Sed vbi mulier ignorat vinculum ſeruitutis, eius ignorãtia facit partum liberum. c. fi. extrà, de clandeſti. deſponſat. ¶ Sicut * vt videmus ſi presbyter in loco in quo ignoratur ꝙ ſit ſacerdos, nubat mulieri eius ſacerdotiũ ignorãti, liberi nati ex illo matrimonio erunt legitimi, propter ignorantiã alterius cõiugũ, quia cõtraxerunt in facie matris eccleſiæ. facit tex. in c. ex tenore. extrà, qui filij ſint legitimi. ibi tamen gl. videtur arguere in cõtrariũ, ſed vide quę dicit ibi. ¶ Fui interrogatus à domino de Alõna, qui ſucceſſionẽ petebat cuiuſdã; filiæ, quæ erat filia ſui hominis, & cuiuſdam mulieris liberę, quę acceperat eũ in ciuitate Heduẽ. pro homine franco, & ſemper eũ reputauit liberæ cõditio. ex quo dixi ꝙ eius filia nõ poterat ſequi cõditionẽ patris ſed ſolũ matris. poſſet tamen dici ꝙ ipſe & ſua poſteritas ſunt manuſmortuæ vſq; in infinitũ: facit in argumentũ. l. cũ ſcimus. §. illud. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & C. de murile. l. fi. lib. xj. pro opinione tamẽ pręced. facit ius cõmune. l. fi. C. de libe. cauſa. l. partus. C. de rei vẽ. l. mulier. & l. ne diutius. C. de agri & cenſi. Spe. in ti. de feu. §. ij. ver. quinto cogita. cũ caſus euenerit. ¶ Audiui à quibuſdã ꝙ fuit iudicatũ cõtrariũ. ſ. ꝙ etiã pronepos natus in loco franco, vbi eius pater & auus nati fuerãt ex homine manuſmortuæ. qui ibidẽ acceperat vxorẽ frãcã, debebat reputari manuſmortuę. Sed dixi ꝙ nõ erat verũ nec quod poſſibile erat ꝙ talis ꝓnepos natus in loco frãco, in quo eius pater & auus erãt, eſſet talis cõditionis cuius erat proauus: qa licet ſua origo eſſet nata loco manuſmortuæ, nõ tñ iſta origo deſcẽdebat ad ꝓnepotes, cũ nati eſſent in loco frãco, & ex hominib⁹ libere cõditionis, qa filius manuſmortuę nõ ſequitur cõditionẽ patris de iure qñ pater eſt ſeruus ſed tantũ iſtud de cõſuetudine. Et ideo cõſuetudo debet intelligi prout ſonat. ſ. qñ natus eſt in loco manuſmortuæ & nõ in loco frãco, vt hîc antè dixi. ¶ Sed ex motiuis pręcedẽtib⁹, videtur * ꝙ ſi naſcatur etiã in loco frãco, ex muliere tñ ſerua ſicut ex hoĩe ſeruo, & ſic ex patre & matre manuſmortuæ ꝙ debeat reputari ſeruus, ex quo ad min⁹ debet ſequi vẽtrẽ ꝑ ratiões hîc antè dictas, & hoc cũ ſit caſus omiſſus, remanet in diſpoſitiõe iuris cõis, vt dixi in infinitis locis & diſpoſitiõe iuris cõis partus ſequitur vẽtrẽ. dixi hîc antè in j. gl. ſed hoc caſu an erit ſeruus domino manuſmortuæ patris, an verò dño matris, cogita ex his q̃ dixi hîc antè in j. gl. huius §. §. quarto.

1 De nato ex ſeruo & libera loco ſerui.

2 De filiis presbyteri coniugati.

Caſus facti.

3 Natus ex ſeruo & ſerua in loco frãco quem ſequatur.

§. QVARTO.

VNg meix aßis en lieu de mainmorte, & entre meix mainmortable eſt reputé de ſemblable condition que les autres mainmortables dudiƐt lieu ſ'il n'y a tiltre ou vſance au contraire.

INTEXTV IBI, *Vng meix.*

QVis dicatur manſus, vide Bar. in l. ſi ita. in fi. ff. de auro & argento lega. vbi dicit * quòd manſus dicitur 1 *Manſus*
quantum quis cum vno pari boum laborare poteſt, vt in c. j. extrà, de cenſi. & habetur de hoc termino *quis.*
in c. j. §. ſi quis de manſo. ſi de feu. fue. controuer. in vſibus feu. ſi tamen legetur manſus, & aliquid ſit additum,
an veniat in legato, vide ibi.

ISta conſuetudo eſt introducta, eò quòd illud * quòd eſt intra fines alicuius territorij, præſumitur eſſe de fini 2 *De eo*
bus illius territorij cuius ſunt fines, vt vult Bal. in rub. C. de contrahen. emp. in xxij. q. per. l. res ſacra. §. fi. ff. *quòd eſt in*
de contrahen. emp. accedat quod dicit Pau. de caſt. in l. j. ff. de acqui. poſ. vbi elicit * quòd loca quæ ſunt intra *tra fines* 3 *territorij*
fines, præſumuntur eſſe cõmunitatis cuius ſnnt fines. accedat etiam ad hoc, nam ille qui fundat ſe in toto ter-
ritorio, ſiue in tota curia, fundat ſe in qualibet parte territorij ſiue curiæ, quia idem iuris eſt de toto quo ad
totum, quòd eſt de parte qno ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei ven. & in c. ſi diligenti. de præſump. per quem 4
tex. dicit ibi Hoſti. * quòd cõmunitas & domini tẽporales, fundant intentionẽ ſuam de iure cõmuni, quo ad res
ſitas intra limites ſuæ terræ. faciũt not. per Io. and. in c. j. in fi. de offi. archi. iſta dicit Soci. in conſi. ſuo. lxxxvj.
in ij. col. quòd eſt repetitum in conſi. ſuo clxvj. dic tamen in his eſſe habendam conſiderationem ſequentem.

NAm aliquando deſignantur fines in rebus ſeu prædiis priuatorũ, & tunc de natura finiũ eſt includere quic *De finibus*
quid eſt intra fines. & ita loquitur Bal. in dicta rub. C. de contrahen. emp. ex quo in dubio res incluſæ in- *priuatorũ.*
trà fines præſumuntur eſſe illius naturæ cuius eſt ipſa res.

ALiquando & ſecundò res ſunt infrà fines territorij alicuius domini vel caſtri, nec poſſidentur per aliquẽ *De finibus*
nec apparet cuius ſint, & tunc dominus illius territorij habet intentionẽ ſuam fundatam, quòd ſunt illius, *dominorũ.*
domini, & eius conditionis & naturæ cuius ſunt res ipſius territorij, & ita eſt intelligendum dictum Pau. de
caſt. in l. j. ff. de acqui. poſſeſ. neſcio tamen ſi iſtud in caſu iſtius conſuetudinis, poſſet intrepidè affirmari, cũ mi-
rabile ſit quod vna res libera (cùm omnis res pręſumatur libera) præſumptione iudicetur ſerua. Et ſic cùm hic *Omnis res*
duæ ſint præſũptiones, videretur ex quo prima eſt fortior, ſcilicet quòd omnis res pręſumatur libera, eo quòd *præſumi-*
prouenit ex originali ſtatu rei, prout dicit dominus meus Iaſon in l. ſi priuſquam. in ix. col. in prima lectu. & in *tua libera.*
ij. lectu. in. xiij. col. ff. de noui operis nuntiatione. quòd aliam pręſumptionem tollet: * cum fortior pręſumptio 5
tollat aliam. ita do. meus in l. iam hoc iure, in ſecunda col. ff. de vul. & pupi. Alex. conſi. ciij. in v. col. in. j. vol. niſi
eſſet hęc noſtra conſuetudo, quę tollit primam pręſumptionem. Crederẽ quòd potius illi ſtandum eſt pręſum
ptioni ſupradictę: eo tamen quia noſtra conſuetudine corroboratur, ſtandum eſt huic pręſumptioni.

ALiquando & tertiò res ſunt ſitę infrà fines alicuius territorij, & pręſumuntur eſſe illius cuius ſunt fines
quò ad iuriſditionem, nõ autem, quò ad dominium rerum particularium: & ita loquitur Hoſtien. in di-
cto c. ſi diligenti. quem ibi ita declarat Panor. vbi amplè Henri. bohic, qui facit duo membra inter dominos
temporales & eccleſiaſticos.

ALiquando & quartò pędia ſunt ſita intrà fines territorij, & cuiuſdam domini, & poſſidentur per aliquas
perſonas particulares, etiam non ſubditas, & non habitantes in territorio dicti domini, & tunc hoc caſu
dominus non habet intentionem fundatam, quò ad dominium rerum particularium, quę per alios poſſiden-
tur, ita tenet in terminis Panor. in d. c. ſi diligenti. bene tamen reſpectu iuriſditionis, habet intentionem fun-
datam. probat per multa Sozi. in con. ſuo cxxvij. in iij. col. quod eſt repetitum in conſi. ſuo. clxxxij.

ALiquando & quintò & vltimò ſunt aliqui homines tenentes & poſſidentes prædia, in territorio alicuius
domini: & dominus petit quòd illa recognoſcant tenere in feudum, vel in emphyteuſim, vel in cenſum,
vel quòd ſint tributaria, vel quòd ſint manuſmortuæ, aut aliàs, & tunc hoc caſu videndum eſt quid dicẽdum.
Nam primo inſequendo conſuetudinem noſtram, ſi omnes homines ad cuius territorij teneant pędia eorũ
tributoria, & manuſmortuæ conditionis pręter vnum aut duos vel tres, & tunc dominus illius territorij habe
bit intentionem ſuam fundatam contra iſtos duos aut tres, quod eorum pędia & hęreditagia erunt illius con
ditionis cuius ſunt aliã. ita eſt intelligenda hęc noſtra conſuetudo. facere videtur tex. in l. ij. C. in quib. cau. co
loni. lib. xj. Et iſtud videtur tenere Io. Fabri in ſuo breuiario in l. j. C. de ſum. tri. & fide catho. in iii. col. ibi, ſed
tu potes dicere quod quilibet. vbi dicit * quòd quilibet qui habet territorium limitatum ab antiquo, eſt funda 6
tus de iure communi infrà metas eiuſdem, ad exercendum in qualibet parte eius, quod in toto vniuerſaliter
exercet. ff. de ver. ſigni. l. pupillus. §. territorium. ff. ad munici. l. qui ex vico. l. forma. §. ſi quis veniam. ff, de cenſi.
l. ius dandi. ff. de tu. & cura. da. ab his. l. duumuirum. C. de decu. lib. x. imò plus dicit, quòd omnia cenſentur tene
ri à domino territorij. ſecundum Spec. in tit. de loco. §. nunc aliqua. verſi. lxxxvj. & in §. fi. quib. mo. feu. amit-
ta. & videtur ſatis expreſſum in c. quo iure. viij diſt. ¶ Aut verò nulli homines ſoluunt cenſum, aut tributũ, vel
ſunt cõditionis manuſmortuæ. Et ideò ſi dominus velit eos cogere vt ſe tales recognoſcant, nõ poteſt. & ideo
dicit Hoſt. in c. minus. extrà, de iureiu. * quòd etiam ſi quis poſſidet prædia inter regnum & prouinciam ali- 7
cuius domini, non poteſt aſtringi ad fidelitatem, quia non præſumitur feudatarius. niſi probetur. nam ſecun-
dò cũ iure primæuo naturali omnis perſona & omnis res præſumitur eſſe libera. c. iuſgentium. j. diſt. facit quòd
no. gl. in c. quãquam de cenſi. li. vj. Et ideo dicit Panor. in d. c. minus. * quòd reges, duces, & alij domini tempo 8
rales, non habent intentionem ſuam fundatam, ſuper ſingularibus rebus ſituatis & extantibus in eorum domi
nio, niſi aliter probent.

ADDITIO. Vide in hoc Bertr. in ſuis conſiliis. cõ. ij. nu. x. in. iij. parte. * ¶ Ex quo cum ſemel fuiſſent vo- *Caſus fa-*
cati tenentes in feudum in hoc bailliuatu Heduen. quod vulgò dicitur. *le ban & arriere ban* *cti.*
pour faire les monſtres. ex quo tenebam, & teneo terram & ſeignoriam De prelay, fuit mihi dictum per domi-

num bailliuum, quòd ego tenebar præſtare fidelitatem, ex quo erat iuriſditio in dicta terra, quia tamen vt ei dixi omnis res præſumitur allodialis, & etiam prædeceſſores mei tenuerant illam terram tanquam allodialē, quod dicitur vulgariter, *de franc alleu.* dixi quòd ad principē ſpectabat probare talem terrā eſſe feudalē, & non mihi incūbebat onus probandi ipſam eſſe allodialē, quia habebam præſumptionē pro me, quæ ex originali ſtatu prouenit. & faciūt quę dicit do. meus Iaſ. in l. ſi prius. in xiij. col. in. j. volu. & in ſi. le&u. ff. de noui oper. nun. & in l. ex hoc iure. in ij. col. ff. de iuſti. & iure. & ideo dicit Bal. in c. cæterum. in finalibus verbis. extrà, de iudi.
9 *quòd nulla res præſumitur eſſe feudalis, niſi probetur. faciunt & alia quæ adduxit ad notabilē quæſtionē, de qua in hoc vlt. artic. Iacobi. de ſancto Georgio in tractatu ſuo feudorum, in ſua inueſtitura. in ver. dictiſque vaſalli promiſerunt. in iiij. colum. vbi plenè, quæ omnia nota, quia ſunt notanda. ¶ De materia huius glo. vide Boerium in conſuetudine Bituricen. titu. de conſuetu. reten. rerum feu. §. vlti. in glo. an rex, & alij domini tēporales. ¶ Vide Benedicti. amplè in ſua repetitio. c. raynutius. in verbo & vxorem nomine Adelaſiam. in ij. concluſione. nume. cccxj. vſque ad. cccxv. de teſta. extra.

10 *Caſtrū quādo præſumatur feudale.* 11 SED tamen idem Iacob. in dicto tracta. in ver. de caſtro rubrimontis. in. iij. col. dicit* quòd ſi in caſtro ſit iuriſdictio annexa, ratione iuriſdictionis præſumitur feudale, crederem hoc eſſe verum, niſi hoc eſſet præſcriptum per tantum tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium. Quo* quidem tempore præſcribuntur etiam reſeruata principi. dixi plenè ſuprà in tit. *des iuſtes & droictz d'icelles. §. le ſeigneur hault iuſticier.* in glo. *& la preuue eſtre ſienne.*

Quæſtio. QVæro, pone quòd quidam ruſticus capiat à domino quēdam manſum, ſub aliquibus chargiis & oneribus deſignatis: poſt quarum ſpecificationem dicitur in literis conuentionis, quòd ſoluendo dictas chargias, dictus ruſticus tenebit manſum, *franchement & quittement, ſans autre charge ou ſeruitude quelconque.* an per hoc ille manſus ſit liber à manumortua, licet ſit ſituatus inter alios manſos manuſmortuæ? Caſus eſt in
Caſus facti. facto inter dominum Dalonne, & de Villiers, contra Antonium guinet: & dixi quòd illa clauſula generalis tollit quaſcūque alias ſeruitutes non ſpecificatas nec deſignatas, & ideo cùm non ſit dictum in principio, quòd teneret illum manſum ad manum mortuam, quòd per illam clauſulam generalem ſublata eſt manuſmortua, quia ſumus in caſu in quo eſt titulus in contrariū, & ideo talis non reputabitur, plura dixi quæ alibi dicam.

IN TEXTV IBI. *De mainmorte.*

1 DIC idē in fūdo decimali, vt videtur facere tex. in c. j. de præſcri. in. vj. & in c. ij. de reſti. ſpolia. in. vj. licet in contrarium videatur facere notabile. Panor. in c. cum in tua. extrà de deci. vbi dicit quòd * præſcribens decimas omnium prædiorum parrochiæ excepto vno, præſcriptio non extenditur ad illud prædium. & Inno. in c. tua. extrà, de deci. & hoc quia tantum præſcriptum quantum poſſeſſum. quod extendit Panor. in exercente vnum actum iuriſditionalem, an videatur acquirere vniuerſalem iuriſditionem. quòd ſuprà dixi in rubr. *des iuſtices.* in fi. j. glo. in addi. ibi poſita incip. aduerte quia iudex. dixi amplius in caſu emergenti.

IN TEXTV IBI, *S'il n'y a tiltre.*

1 *De habente titulum exceptionis.* POne quòd* aliquis homo moriatur in aliquo loco manuſmortuæ, & habeat titulum exēptionis ſeu franchiſiæ, à domino quòd ipſe & omnia bona ſua ſunt franca, an intelligitur tam de futuris quàm de præſentibus? Fui interrogatus, & inueni conſilium Barto. multum ad propoſitum, in conſilio ſuo lix. incip. commune. & illud poſtea inueni allegatum per Barba. in conſilio ſuo lj. in vij. colum. in ij. volu. vbi allegat ad ſoluti. quæſt. videlicet, an qui poteſt tenere quæcunque animalia, in paſcuis poſſit tenere etiam futura animalia, & vide eum ibi plenè. vide etiam Gui. pape quæſtio. ſua ccccxxxix. Iſte caſus fuit mihi propoſitus de quodam qui fuit manumiſſus, & tempore manumiſſionis poſſidebat vnum manſum, an ſi poſtea acquiſierit alium manſum ſeruilis conditionis efficiatur in parte ſeruus, & in parte liber, an verò in totum liber, an in totum ſeruus. cogita ex his dictis per doct. in locis hîc antè allega. & per ea quæ dixi in §. vj. huius tit. in gl. *& ſa poſterité a naiſtre.* in fi. & uide quæ trahantur ad futura per do. meum Iaſo. in l. iij. §. illud quoque. ff. quod quiſque. de quo feci mentionem. in §. j. ſuprà de confiſcationibus. quando dubitaui, an confiſcatio trahatur ad futura.

IN TEXTV IBI, *Ou vſance au contraire.*

QVomodo poteſt ſtare hæc conſuetudo, cum ſecunda huius titu. cum hîc dicat quòd manſus ratione cuius homo in Burgundia eſt ſeruus, & non ratione perſonæ. vt ſuprà. §. j. poteſt vſantia effici liber & francus, & tamen in illa ſecunda conſuetudine dicitur, quòd homo manuſmortuæ non poteſt præſcribere libertatem contra dominum. cur tam variè & quomodo talia poſſint concordari? dixi aliqua in §. ij. eodem titulo. ſed non mihi, ſatisfaciunt, & vt dixi iſte §. multum facit, quod ſi homo manuſmortuæ ſteterit per triginta annos in loco manuſmortuæ, non præſtando ſeruitia, quod præſcribit libertatem. dixi in dicto §. hîc non repeto.

§. QVINTO.

L'Homme franc qui va demeurer en lieu de mainmorte & il prent meix & deuient par conuention homme de ladicte condition, il demeure incontinent homme mainmortable pour luy, & ſa poſterité a naiſtre.

¶ Idem in comitatu Burgundiæ, & in comitatu Niuernenſi.

IN TEXTV IBI, *L'homme franc.*

1 *Frāci homines qui.* QVi dicantur franci homines? Guido pape in deciſio. ſuis q. ſua cccxiij. dicit* ꝙ franci homines dicūtur dupliciter, vno modo qui liberi ſunt à præſtatione alicuius homagij, ſic quod tali conditione nunquam fuerint aſtricti. inſti. de inge. in prin. vel ſi ſint aſtricti, ſed pacto ſeu remiſſione, aut principis reſcripto, vel præſcriptione fuerunt à tali conditione liberati, pacto ſcilicet & remiſſione, vt habetur inſti. de liberti. in §. j. & in §. multis. Principis reſcripto. vt habetur in l. j. & ij. C. de iure aureo. annulo. & de nata. reſti. Præſcriptione ſcilicet vt per tex. in l. ij. C. de lon. tem. præſcri. quæ pro liber. & dixi ſuprà in §. ij. huius tit.

Alio

ALio modo dicuntur franci qui recognoscunt se homines alicuius nulla causa adiecta, & homagium simplex faciunt alicui bannereto, vel militi, vel alteri nobili, siue se astringendo ad aliquod seruitium. & de istis hominibus videtur loqui Martinus de fano in tractatu suo de ho.& homagiis.in ij.quæstione.

VErbum*enim francum idem est quòd liberū, prout dicit glos.nota. pragmaticæ sanctionis in proœmio. 2 Francus.
in verbo, francorum, quæ multum bene explanat, vnde dicti sunt franci, * seu vnde dicta est francia, ex 3 Frāci vnde dicti.
quo, ibi dicit, quòd franci dicti sunt liberi quia noluerunt subiici imperatori, nec eidem tributa soluere, vel aliàs dicuntur franci, eo quòd Valentinianus imperator eos francos appellauit. id est feroces & fortes. vnde Isidorus etymo.lib.ix.*Roma graues generat Græcia leues, Africa versipelles, Gallia natura fortes, ingenióq; 4 Isidorus.
acres, prout latiùs ponit glos.hîc antè allegata.

IN TEXTV IBI, *Demeurer.*

INtellige quòd sufficit quòd ibi continuè conuersetur cultiuando mansum quem accepit, etiam si teneat focum & larem in loco franco, faciunt quæ dicit Felinus in c.dilectus.ij.in vij.colum.de rescrip.& in c.quoniā. de offic.ordinarij.dixi in meo monologio, in litera.H, antè A.

IN TEXTV IBI, *Meix.*

QVi dicatur mansus, vide in c.j. extrà, de censi. & in §. si quis de manso. de controuer. inuesti. in vsibus feud.dixi suprà non repeto.

IN TEXTV IBI, *Et deuient par conuention homme mainmortable.*

VIdemus hîc ꝙ ex consuetudine nostra quis efficitur homo manusmortuæ per pactum seu conuentionem. Quæro*quid de iure nunquid homo francus seu liber possit fieri seruus per pactum seu conuentionem? 1 Liber an possit fieri seruus pacto.
Marti.de fano in dicto trac.de homa.in j.q.disputat hanc quæst.ad partes. Ideo nō aliter disputo. & vide Gui. pape q.sua cccxv.vbi quærit an si homo confiteatur & recognoscat se esse hominem talliabilem, an talis simplex confessio præiudicet, & quid operetur iuramentum vide ibi. & idem Guido pape in quæst.sua cccxiiij.videtur satis concludere quòd quis potest fieri seruus pacto & conuentione. Specu.in titu.de feudis.§. quoniam super homagiis & fidelitatis. Io. Fabri in §.penul.institu.de iure personali.

ADDITIO. Aduerte quòd in recognitione personali requiritur causa, in reali non.& quando talis conuentio valeat, vide Matth.de afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, probationum defectus.in j.notabili.in ij.libro. *

VIde amplè de materia huiusmodi per Guil.Benedicti in sua repeti. c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam.de test.nu.987.vsque ad.1022.vbi amplissimè quomodo probetur talis seruitus, aut per simplicem scripturam, aut per recognitionem, seu per confessionem.

QVid autem*si quis sine causa adiecta simpliciter promittat mihi esse homo meus, nunquid valet talis pro 2
missio cū effectu, *nā pacta & conuentiones sine causa non valent.tex.& do. meus Ias.in l. creditori 3 Pacta sine causa nō valent.
tuo.C.de pac.hanc quæstionem examinat Spe.in tit.de feu.§.quoniā.versi.iiii.quæritur.vbi concludit ꝙ etiam talis promissio valet sine causa, quia causa promissionis seruitiorum intelligitur esse homagium.per tex. tamē nostræ consuetudinis ad hoc vt fiat homo manusmortuæ, per conuentionem duo alia requiruntur, videlicet ꝙ in loco manusmortuæ, residentiam faciat, & ꝙ ibi capiat mansum, & ideo non credo ꝙ si quis fieret simpliciter homo manusmortuæ, per simplicem conuentionem & promissionem absque causa, quòd talis promissio valeret.& ideo etiam dicit tex.in l.ij.C.de agrico.& censi.*quòd ascriptitius sine gleba, pacto acquiri non po 4
test. Ita etiam homo manusmortuæ sine manso.

IN TEXTV IBI. *Et sa posterité.*

IStud videtur esse contra tex.in l.transactione matris.C.de transac. vbi dicit text.* ꝙ transactio matris super 1
statu non nocet eius filiis.& ideo dicit Bald.in d.l.& Salic.* ꝙ licet quis se recognoscat in vasallum alicuius 2
istud non præiudicat filiis facit l.iij.§.pe. ff. de iureiur. ¶ De recognitione quæ fit per aliquem de aliqua re, an præiudicet hæredibus suis, vide Iacobi.de sancto Georgio, in tracta.feudorum in sua inuestitura.in verbo, dictique vasalli promiserunt recognoscere.in viij.col.ibi, subsequenter est quærendum vtrum. & in tota illa gl. recurre ad eū.quo ad materiam recognitionis quid importat recognitio, vide ad propositum huius §. quæ dicam in §.sequen.in gl.in his verbis, Et *sa posterité a naistre.* Adde Guid.pape quæst.sua cccxv.

§. SEXTO.

L'Homme franc qui va demeurer en lieu de mainmorte, & tient feu & lieu par an & iour cōtinuellement, & paye en son chef au seigneur dudict lieu des debuoirs que font les autres hommes dudict lieu, demeure pour luy, & sa posterité a naistre de ladicte condition dudict lieu de mainmorte.

IN TEXTV IBI, *Par an & iour.*

QVæro, nunquid ex longinquitate temporis quis homo alterius efficiatur? videtur primò ꝙ sic.l.eū qui. C.de fundo patrimo.lib.xii.& l.cum satis.§.cum autem.C.de agrico.& censi.lib.xj. vbi dicitur * quòd 1 Præscribuntur q̄ pacto fieri nō possunt.
stans per triginta annos in fundo efficitur colonus.& dicit tex.in l.ij.C.de agrico.& censi.quòd licet ascriptitius sine gleba pacto effici non possit, tamen potest præscribi spacio temporis. * & multa sunt quæ licet fieri non possint pacto, tamen acquiri possunt præscriptione, vt dicit Specu. in titu. de feud.§. quoniam versiculo iij. quæritur. & Marti. de fano in dicto tracta. in ij. quæst. vbi licet in contrarium arguat, tamen finaliter concludit, *quòd spacio triginta vel quadraginta annorum potest quis effici homo alterius, non autem vt di- 3
cit spatio decem vel viginti annorum, quia vt dicit tali præscriptione requiritur titulus.l.diuturna. C. de præscrip.longi tempo.decem vel viginti annorum. sed de homine libero non potest titulus interuenire. quia eius nullum est commercium.ff.de contrahen.emptio.l. si emptio.§.j. & ij.instit. de inut.stipu. ex quo ergo spatio decem vel viginti annorum non potest quis liber fieri seruus, mirandum est de hac nostra consuetudine, quæ indicit quòd spatio vnius anni quis possit fieri homo manusmortuæ.

4 Requiſita vt quis efficiatur homo manuſmortuæ. Caſus facti.

ADuerte,*quia nõ ſolum ſpatio temporis efficitur ſeruus & homo manuſmortuæ, ſed plura alia requiruntur,ſcilicet quòd habitauerit per annum in loco manuſmortuæ.Item quòd ibi teneat focum & larẽ & per annum & diem continuè,& quòd in ſuo capite & ſuo nomine ſoluat debita domino manuſmortuæ:quæ ſoluunt alij homines dicti loci,his concurrentibus efficitur homo manuſmortuæ.

ET ideo dixi quòd licet dominus Simon de aygne preſbyter de yſſiaco,epiſcopi homo liber & liberæ conditionis habitauerit etiã per.xxx.annos in loco qui dicitur,*ſainct AEmilian*,qui eſt locus manuſmortuæ,& ibi tenuerit focum & larem:tamen quia nullas terras ibi poſſidebat,nec debita ſoluit domino, ſed tantũ ibi erat tanquam vicarius cuiuſdam capellæ fundatæ,à dominis deſpyri dominis dicti loci ſancti AEmiliani, dominus illis non poterat nec debebat ſuccedere,ſed eius parentes, ſiue in bonis mobilibus exiſtẽtibus in dicto loco ſancti AEmiliani,ſiue in quibuſcunque aliis bonis mobilibus vel immobilibus,exiſtentibus in loco franco quia ibi plura copulatiuè requiruntur,ſcilicet quòd ſoluat debita aſſueta domino, quod non faciebat dictus dominus Simõ,ex quo nulla hæreditagia habebat,& ſic non tenebat locum ex quo potuiſſet ſoluere debita domino in ſuo capite,quod requirit textus conſuetudinis bene ponderatus.

IN TEXTV IBI. *Et paye en ſon chief.*

1 Nota de locatore.

QVid*de locatore qui tenet aliquã domum titulo locati,vel quãdam terram ab homine manuſmortuæ, & in cõtractu locationis eſt appoſitum,quòd tãto tempore,quo tenebit dictam domũ & terram ſoluet debita ſeruitia domino,ſiue ſint perſonlia, ſiue realia, & ſoluit talia debita nõ ſolum per annum,verum etiam per decem,&.xx.an.an,per hoc efficiatur ſeruus & homo manuſmortuæ. ¶ Videretur ꝙ ſic,per tex.huius noſtræ conſuetudinis,dico tamen quòd nõ.primò enim non ſufficit tempus.xx.annorum, ſed plura requiruntur, de quibus in tex. noſtræ conſuetudi.vnum videlicet quòd ſoluat debita in ſuo capite,& ſic cum non in ſuo capite,ſed alterius ſoluit,vdetur quòd per hoc non efficitur homo manuſmortuę. ¶ Aduerte tamen*quòd etiã qui habet domum conductam dicitur habitare,vt habetur,infrà in tit.des *foreſtz & paſturages*.§.vj. incip.*les habitans*. in glo.j.& quomodo debeat intelligi verbũ, *Demeurer*, ſuprà poſitum,an ſecundum diſpoſitionem iuris,an vero ſecundum quòd idiotæ intelligunt,vide Bal.in c.j.in prin. de ſucceſſio.feudi & Alex.in cõſi.ſuo lxxxv.col.iij.in iiij.vol quos allegat.Boeriꝰ in conſuet.Bituricẽ.tit.de iuriſd.om.iud.§.xxvj.in fi.gl.vltimę,vbi ponit quomodo verba prolata à ſtatutis vel cõſuetudinibus debeant intelligi,an ſecundũ diſpoſitionem iuris, an verò ſecundũ quòd idiotæ intelligunt.

2 Habitare an dicatur conductor domꝰ.

Queſtio notabilis.

ITem quid de illo qui venit ad capiendũ vxorẽ manuſmortuę,in domo patris vxoris,& ibi moratur per duos aut tres annos cum ſua vxore & patre vxoris,non tamen ſe intromittit de negotiis domus,niſi tanquam famulus,frater tamen vxoris ſuæ aſſociauit dictum talem,ſeu affraternizauit in bonis ſuis aduentitiis iam eidem & vxori illius obuentis,exiſtentibus in dicto loco manuſmortuæ,an ex quo cum patre ſuæ vxoris & etiam fratre tenuit focũ & larẽ,dicatur aut dici poſſit homo manuſmortuę, ita qđ dominus illius loci manuſmortuæ, eidẽ ſuccedat aut ſuccedere debeat etiã in bonis exiſtẽtibus in loco franco,eò maximè,quia illa bona vbi pater ſuæ vxoris habitabat & ſe tenebat,erãt bona matris dictę vxoris,& fratris illius vxoris,quę iã eidẽ obuenerãt per mortẽ matris,gubernabat tamẽ ea pater prout ſi mater illorũ vixiſſet? in hoc caſu nõ eſt dubiũ ꝙ licet pater adminiſtret & gubernet omnia exiſtentia in domo,tamẽ quia nõ eſt dominus bonorũ maternorũ,vt ſunt omnia immobilia dictorũ ſuorum filiorũ,quæ prouenerũt ex matre illorũ defuncta , cũ ſolum dicitur habere adminiſtrationẽ ſeu vſumfructũ bonorũ aduẽtitiorũ ſuorũ filiorũ quorũcũq;, ꝙ filij ſunt domini & penes eos dicitur eſſe proprietas,penes verò patrẽ ſolũ vſuſfructus.l.j.& ij.C.de bonis maternis.l.cũ oportet.C.de bonis quæ libe.imò hodie iure noſtro municipali pater habet ſolũ vſumfructum,filio exiſtente in minori ætate ſeu pupillari ætate: vt eſt tex.in §.*Et auſſi entre gẽs nobles*.& in §.*entre bourgeois*.ſuprà in tit.*Des enfans de pluſieurs lictz*.& ibi dixi ꝙ poſt pupillarem ætatẽ non amplius habet vſumfructũ, imò filij ſunt veri proprietarij & vſufructuarij,& ſi pater habeat adminiſtrationem, non tamen per hoc eſt dominus dictorũ bonorum aduentitiorum,& ideo non dicebatur pater illorũ facere caput,& ſic ſoluere in ſuo capite, cũ filia eſſet extra pupillarem ætatẽ,& ſic viri potens,& quæ iam contraxerat & cõſummauerat matrimoniũ , & ideo eius maritus dicebatur facere caput, & ſic onera quæ ſoluebãtur ex illa domo,ſoluebãtur pro dimidia parte,pro tali qui ibi acceperat vxorẽ,& ſic per annũ ſic ſtando effectus fuit homo manuſmortuę,ſecus autem ſi bona immobilia ex quo prætenditur ſeruitus proueniſſent ex latere patris , quia patre viuente filius non dicitur dominus bonorũ patris,& ſic nõ facit caput.quod intellige verum,niſi pater ipſe (vt communiter fieri ſolet) aſſociaret filiam ſuã, aut eius talẽ maritum francum in aliqua parte ſuorum bonorum,quia ratione illius partis dicitur facere caput & ſic poſt annum efficeretur homo manuſmortuæ,& ita dixi in contingentia facti.

IN TEXTV IBI. *Et ſa poſterité a naiſtre.*

DIcit enim Specu.in tit.de feudis.§.quoniã. verſi. v. quia ibi in hac quæſtione dicit Martinus de fano, qui allegat Martinũ de fano dicentem in ſuo tracta.q.iiij. ꝙ filius hominis mei,natus & conceptus antequam eius pater fuerit homo meus.non eſt homo meus. arg.l.ij.C. de liber.& eorum liberis. &.c.cũ redemptor. xij. q.ij.Sed ſi eſt natus ex homine iam facto meo, ſecundum cõmunem vſum homo meus eſt, & paternã fortunã agnoſcit.Et ideo bene dicit tex.noſtræ conſuetudinis. *Et ſa poſterité a naiſtre.* Dicit tamen diſtinguendum ſecundum ius quando natus eſt ex matre libera,vel ex homine meo & tua fœmina.dixi ſuprà in §.*En lieu & condition de mainmorte*.dicit tamen Iacobinus de ſancto Georgio in tracta.ſuo de homagiis in ij.colum ibi, ſecũdò quæro,quòd ad pleniorem declarationem huius materiæ, faciendi ſunt quinque caſus.

1 Caſus 2 pro declaratione quando aliquis dicatur homo alterius.

PRimus caſus*eſt ſi quando aliquis fecit mihi homagiũ,& in emendã alicuius iniuriæ conſtituit ſe hominẽ meum,& hoc caſu filius eius non erit homo meus , quia delictum patris non debet nocere filio . Ex quo dicitur,filius non portabit iniquitatem patris.& toto titulo,ne filius pro patre.& facit l.ſancimus.C. de pœnis.& .c.quæſiuit.extrà,de his quæ fiunt à maiori parte capituli.Si enim propter delictum patris filius non debet perdere bona,cum ſit ſpeciale in caſu.l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt. vbi filius portat iniquitatem patris,multominus debet perdere ſtatum & dignitatem ſuam.§.fina.in aut.vt nulli iudi.collatio.ix.

Secundus

SEcundus caſus *eſt, ꝙ non ſolum in emendam iniuriæ fecit ſe hominẽ meum, ſed etiam ſe ſubiecit mihi & 3
bona ſua, quo caſu videtur mihi ea tradidiſſe, & in meo dominio tranſtuliſſe, & iterũ poſtea à me recepiſ-
ſe. l. quiſquis. C. de noxa. & hoc caſu ſi velit abſtinere ab illis bonis, nõ tenebitur ipſe filius mihi præſtare ho-
magiũ, nec erit mihi ſubditus, ſed ſi agnoſcat illa bona, tenebitur prout alij homines conditionis illius loci, vbi
ſunt bona, quia illa bona tranſeunt cum ſuo onere. arg. l. via conſtitui. §. ſi fundus. ff. de ſerui. ruſti. prædi. dicit
enim Iacobinus, ꝙ hoc caſu dominus vendicabit illa bona ratione directi dominij. Et ſi ipſe excipiat ꝙ pater
ſuus erat vtilis dominus, replicabit dominus, ꝙ ſe velit habere illa bona, debet ſupportare onus ad quod pater
erat aſtrictus. l. ij. C. ſine cenſu vel reli. Ex quo ergo videmus multos in iſtis locis manuſmortuæ, tenere heredi
tagia in loco manuſmortuæ abſque ſolutione cenſus, cum omnia alia hæreditagia ſint cenſualia, poſſumus ven
dicare hæreditagia, vt hîc antè dictum eſt. quod vidi ſæpe in practica.

TErtius caſus *eſt, quando quis conſtituit ſe hominem meũ, quia dedi ſibi aliqua bona in feudũ vel in em- 4
phyteuſim, vt debeã eum defendere, & tunc perſona principaliter aſtringitur, & bona dicũtur interuenire
gratia cuiuſdã remunerationis. l. ſi remunerandi. ff. mandati. vnde quia veriſimiliter ita voluit prouidere filiis 5
ſuis, ſicut ſibi. l. ſi pactum. ff. de proba. Et ideo hoc caſu filius tenebitur ad homagiũ, quantuncunque velit refu-
tare illa bona, nam quemadmodum poſſum prouidere filio meo, paciſcendo vel ſtipulando. l. & hæredi. §. nos
autem. & §. Iulianus. & l. auus. ff. pac. ita poſſum ſibi prouidere, conſtituendo me hominem alicuius potentis,
ita vt ego & filij mei ab eo defendamur. * magnum eſt enim ius patriæ poteſtatis, quia videmus quòd pro- 5
pter neceſſitatem, pater poteſt vendere filium. l. ij. C. de patri. qui filios diſtraxerunt.

ITem *pater poteſt filium impuberem ſub poteſtate tutorum ponere. l. j. ff. de tutelis. ¶ *Item etiam poteſt 6 7 *Ius patriæ*
filium conſtituere ſub poteſtate & dominio alicuius domini, vt ab eo defendatur. *poteſtatis.*

QVartus caſus *vt dicit, eſt quando aliquis conſtituit ſe hominem meũ cũ dictione duntaxat, vel cũ di- 8
ctione ſolum, ex iſto caſu filius non tenetur mihi præſtare homagium *quia iſte dictiones taxatiuę ſunt 9 *Taxatiuæ dictiones.*
excluſiuę cęterorũ. Ad hoc alle. pulchrum tex. in l. non ſolũ. §. tale. ff. de liber. lega. habetur in l. qui in futurũ.
§. ſi ex altera. & in l. iuriſgen. §. pactorum. ff. de pac. & ita expreſſè determinat Ioan. Rey. in c. imperialem. §. fi.
in antepe. charta. verſi. quæro videmus, de prohibi. feudi alienatio. per Federicum.

QVintus caſus *eſt quando quidã ſimpliciter conſtituit ſe hominẽ meum, ligium nihilo ſibi dato, & tunc 10
ſi non liquet nobis de cauſa quare factum fuit illud homagiũ, quia nulla eſt cauſa expreſſa in dubio præ
ſumitur ita feciſſe, vt defendatur à domino ſuo, vt ſic eius liberi ſint aſtricti ad homagium, vt etiam ipſi defen-
dantur ab ipſo domino, & vt res potius valeat quam pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis. & c. inter dilectos. §.
cæterum. extrà, de fide inſtrumentorum. Aduerte etiam ad id quod dicit Bald. in l. j. C, de patri. qui filios diſtra
xerunt. quòd per homagium patris filius non fit homo alterius. intellige hoc eſſe verum, niſi filius poſſideat
rem ratione cuius debetur homagium. quia tunc erit homo illius cuius res, prout & erat eius pater. ¶ Item
prædicta omnia intellige, quando ſcilicet pater factus eſt homo alicuius ſcilicet per pactum & conuentionem,
quia tunc hoc caſu filius non obligatur per recognitionem patris ſimpliciter factam, niſi poſſideat rem ratio-
ne cuius factus eſt pater homo, ex quo ſatis eſt enucleatus hîc. §. in his verbis, *& ſa poſterite*, vt dixi, *a naiſtre*,
vt in §. præcedenti.

ADuerte * quòd tales filij qui ſunt ſerui poſt eorum patres dicuntur originarij, de quibus ſatis amplè dixi in 11 *Originarij.*
rubrica huius tituli.

§. SEPTIMO.

LA *femme de mainmorte qui ſe marie a homme franc, & franche.*

IDem in comitatu Niuernen. & in comitatu Burgundiæ, & in pluribus locis in Francia. ¶ Bar-
to. l. fin. C. de ver. ſigni. dicit * quòd mulier popularis, nupta in domo nobilis dicitur nobilis, & 1 *Mulier nubens nobili efficitur nobilis.*
ibi dominus meus Iaſon. Et notatur per panor. in c. ij. extrà, de fo. compe. & hoc eſt, quia efficitur.
de familia mariti, *& debet mulier fulgere radiis mariti. l. fœminę. ff. de ſenato. l. j. C. de digni. lib. xij. l. mulieres. 2
C. de incolis. lib. x. * Et hunc honorem retinet etiam mulier ſoluto matrimonio, cum remanet vidua. c. licet 3
§. mulier. de ſepul. lib. vj. l. filius. §. vidua. ff. ad munici. c. de vxore. de ſepul. c. ex parte. de foro compe. Barba. in
conſilio ſexto. in quinta colum. in j. volum. Ioannes de Platea in dicta l. mulieres. C. de inco. & in l. origine. C.
de municip. & origi. libro decimo. De hac materia vide plenè per Bonum de Curtili in ſuo tractatu nobilita-
tis. in iij. parte. nume. clxxxiiij. Et ibi dicit vnũ ſingulare, ꝙ mulier naturalis tantũ, ſi nupta ſit viro legitimo &
naturali efficitur legitima. tenet Decius in l. ij. colũ. ij. in princi. ff. de regu. iu. & dixi ſuprà titu. proximè præce-
denti. §. iij. in glo. ab inteſtat, verſic. quintus modus. * ecõtrariò verò nobilis mulier nubens ignobili viro per 4
dit nobilitatem. l. fin. C. de incolis. lib. x. Ioan. de Platea in l. j. in princi. C. de digni. lib. xij. gloſ. in l. fœminæ. ff.
de ſenato. & in l. cum ex lege. C. de nuptiis. dicit tamen Bald. in l. cum quędam puella. ff. de iuriſ. om. iudi. quòd
non ex toto nobilitatem perdit, quia in aliquibus retinet. Felin. tangit in c. nouit. in j. colum. de iudic. Nec *no 5
bilitas filiorum conſideratur, ex parte matris. Bald. in l. fin. C. de ſeruis fugi. dominus meus Iaſon in l. j. in prin-
cipio. ff. de verborum obliga. Petrus de Anch. conſilio ccclxxxix. incipiente, viſis diligenter iuribus. Bonus de
Curtili in ſuo tractatu nobilitatis. in quarta parte, numero. xxiij. cum quatuor ſequen.

ET ideo cum anno domini M. cccc v. fuerint impoſita feuagia in ciuitate Heduenſi, & ſuper hominibus hu *Mulier nobilis ignobili nubens perdit nobilitatem.*
ius ciuitatis Heduenſis, quo tempore viuebat quondã honorabilis ac vir ſapiens magiſter Petrus ſeurre
in vtroque iure licentiatus aduocatus regius in hoc balliuatu Heduen. & Montiſſinerij, ex quo tanquã offi-
ciario regio non poterat imponi in hac ciuitate Heduen. prout ita conſuetum eſt fieri. Quæ quidem fuerunt
exacta & leuata anno domini milleſimo quingenteſimoſexto, quo tempore ab humanis deceſſit dictus Seur-
re, primus maritus Pernetæ languet nnnc vxoris meæ, quòd tali tempore ex quo erat adhuc vidua, non pote
rãt feuagia exigi ab ea, quia tempore impoſitionis viuebat adhuc quondam eius maritus, qui gaudebat priui-
legio ne imponi poſſet, & tempore exactionis erat adhuc vidua. Ex quo ſuſtinui in proceſſu quòd poſt im-
poſitionis tempus, & exactionis non potuit dicta Perneta inquietari, de prædictis feuagiis. Et ita obtinui

contra Heduē.ſed fui in anno ſequēti aduocatus regius in hac ciutiate Heduē.& ideo immunitatē quā habebat
quondam magiſter Petrus Seurre habui , & illa vſus vſum prout mei prædeceſſores in tali officio vſi fuerant.
SED hîc videmus ꝙ mulier manuſmortuæ efficitur franca,ſi nupſerit huiuſmodi franco, ſed nunquid hoc
poſſit nocere quòd vxorem manuſmortuæ acceperit? Dic quod non,vt per text.in l.ſi liber.C.de liberali.
cau.& in l.fi.C.de agrico.& cen.& l.ex ingenuo.C.de agricol.& mancipiis dominicis. & l.ancillæ. C.communia de ſucceſſio.& ita dicit & tenet Specu.in titu.de feudis.§.quoniam.verſicu.xx.quæritur.& Martinus de fano.in tractatu de ho.in vltima quæſtione in fine.

§. OCTAVO

ET ſe vne femme franche ſe marie a vn hōme ſerf & de mainmorte viuant ſon mary, elle eſt tenue & reputee de mainmorte, & apres le deces de ſon mary elle ſe peult departir du lieu de mainmorte, & aller demeurer en lieu franc ſ'elle ueult, & demeure frāche cōe elle eſtoit au parauāt ce,qu'elle vint demeurer audict lieu de mainmorte,en delaiſſāt dedans l'an & le iour apres le treſpas de ſon mary le meix, & tous les heritages de ſon mary eſtans audict lieu de mainmorte.

IN TEXTV IBI, *Apres le deces.*

1 LIcet vxor*tranſeat in domicilium mariti.l.exigere dotē.ff.de iudicis.l.cum quædā puella. ff. de iuriſdictio.
omnium iudicum.tamen originem naturalem quæ inſeparabilis eſt non amittit.argu.l.cum in adoptiuis.in
penul.colum.C.de adopti.per plura tenet Bald. in conſi. ſuo cxxxix.in v.parte. & ideo bene ordinauerunt &
ſtatuerunt ſtatuentes,quòd hoc caſu mulier poſſit redire ad priorem originem.

2 Homagiū debetur ratiōe matrimonij.

PRæpoſitus nūc cardinalis Alexādrinus in procemio feudorū,in xxj.col.* dicit ꝙ quis tenetur ad homagiū
ratione matrimonij,quia vxor hominis mei efficitur mea fœmina, ex quo ſequitur ſortē viri. l. fœminæ.ff.
de ſenato.l.fi.§.itē reſcripſerūt.ff.ad municip.& l.mulieres.C.de digni.lib.xij. cū ſimilib⁹ & iſtud idē tenet Ia-
3 cobi.de S.Geor.in trac.de homagiis.in v.col.ibi.*Itē probatur ſecundū quoſdā homagiū ratione matrimonii,
dicūt tamē ꝙ Spec.in tit.de feud.§.quoniā.verſi.xx.quæritur.determinat contrariū, multū benè determinauit
hāc quæſtionem Martinus de fano in tractatu ſuo de ho.in vlt.q.qui omnia dicta per Specu.in dicto §. ponit.
4 ET hoc*quia licet mulieres ſplendeant fulgore viri.in aut.de cōſulibus.§.ſi verò colla.iiij.& C.de nup.l.fi.
non tamen debēt eius infortunio affici.l.res vxoris.C.de donatio.inter virū & vxo.extrà,de cōſuetu.c.ex
5 parte.ext.de pigno.c.ex literis.& ideo eſt tex.in l.ſed ſi iuris.ff.de donatio.inter virū & vxo.*ꝙ ex periculo viri nihil vitij mulieri accidere poteſt,tamen quia per cōſuetudinē quis efficitur manuſmortuæ, ratione hæreditagiorum quæ tenet in loco manuſmortuæ,ex quo vxor eſt in loco manuſmortuæ cū eius marito,ex quo ſunt communes in bonis,eſt æquū ꝙ tanto tēpore quo ſteterit cū eius marito, & ibi domiciliū cum eo habuerit,ꝙ ſit illius cōditionis cuius eſt maritus, cum quis per conſuetudinē noſtrā efficiatur homo manuſmortuæ,propter habitationē in loco & domiciliū vt dictū eſt in §.*L'homme franc*.primò & ſecundò.& mulier ſequitur domiciliū mariti.l.cū quædā puella,cū no.per doc.ff.de iuriſdi.om.iud. Nimirū ergo ſi poſt mortē mariti dimittendo hæreditagia,& ſic domiciliū iterū redeat ad priorē ſtatū ſuum, vt eſt text.noſtræ conſuetudinis. Et hæc quæ hîc dicuntur per textū noſtræ conſuetudinis in prin.erant olim introducta per legem Longobardā,vt habetur in gl.in l.fi.C.de agrico.& cenſi.vt etiā ibi notatur per Io.de platea , quod tantum de iure erat cōtrariū, per d.l.fi.C.de agrico. & cenſi.& pro ratione huius cōſuetudinis facit tex. in l.ingenue.& l.edicimus.C.de murile.lib.xij.& quæ dicit Bal.in l.cum quædam puella.ff.de iuriſdi.om.iudicum.Dicam in fine.

Quæſtio.

QVæro de vna quæſtione. Pone ꝙ mulier franca nubens cū homine manuſmortuæ fecerat pactū, cū marito in contractu matrimonij,ꝙ nihil habebit in bonis mobilibus & acquæſtibus,quod eſt contra conſuetudinē poſitā.ſuprà in titu.*des droictz & appartenances a gens mariez*.§.*Femme mariée ou duchie de Bourgōgne*.Poſtmodum moritur dicta mulier, cui ſuccedit dominus an habebit medietatem mobiliū,& acquiſitorū non obſtan.prædicta conuentione?Henri.Bohic in c.requiſiſti.in fi.extrà,de teſta. tenet ꝙ ſic, eo ſolum quia partes in præiudicium domini non poſſunt renuntiare legi vel conſuetudini,arg.l quos prohibet.ff. de poſtulan.¶Ego teneo totum contrarium, eo quòd tempore contractus nullum eſt ius quæſitum domino,ſcilicet
6 tempore renuntiationis,ergo poſſunt renuntiare legi.*C.de pactis.§.ſi verò. in aut.de hæredi. & fal. colum.j.
aut.ſed cum teſtator teſtamenta. C. ad legē Falci.quod quidē tēpus inſpicimus in contractibus, & ideo nullū
eſt præiudiciū,nec obſtat.c.requiſiſti.&.c.tua nobis.de teſt.quia illud fauore animæ & eccleſiæ, vt ibi dicitur,

IN TEXTV IBI. *En delaiſſant.*

1 IStud eſt æquū,*vt videmus per tex.noſtræ cōſuetudinis in princi. huius tit.§. j. In hac patria nulli ſunt ſerui
corpore,ſed ſolū ſerui ex quo tenēt bona ſeruilis cōditionis , & tenēt locū & larē in dicto loco , ſi ergo ſit
mulier ſolū homagia ratione hæreditagiorū exiſtentiū in loco manuſmortuæ,æquū eſt,vt dimittendo hæreditagia iterū redeat ad priorem ſuū ſtatū:cum res de facili reuertitur ad ſuā priorem naturā,& etiā* quia ſi impoſitum ſit aliquod onus,& incertū ratione alicuius rei,dimittendo rē debet eſſe immunis à tali onere. ſecus autem ſi onus ſit certū.Faciunt quæ dicit Bar.in l.is cū quo.ff.de aqua plu.arcen. ¶Ludo.Ro.in d. l.is cū quo. videns ꝙ Io.de Imo.ponderauerat Io.And.& Bar.eſſe contrarios, volens poſtmodū eos cōcordare dicit concordiam Io.de Imo.eſſe falſam,quia vt dicit Bar.in d.l.quando eſt impoſitum onus ratione rei, certum quòd quis non poteſt renuntiare, & credo quòd non liberetur.per tex. in l. quicunque. C. de fund.patrimo. lib. xj.Io.an in additio.ad Spec.in tit.de emphyteuſi.§. nunc aliqua.verſi. cxxviij. dicit quòd poteſt renuntiare rei & cedendo liberatur.Et iſtud videtur tenere Albericus de Roſa. in l.& ſi fortè.§. etiam de ſeruitute.ff. ſi ſerui.vendicetur.vbi dicit, nota quòd hanc ſeruitutem non debet homo, ſed res, & ideo relinquendo rem,liberatur à ſeruitute, & multum facit pro hac conſuetudine, quòd perſonæ non ſunt ſeruilis conditionis, ſed res,
3 ex quo relinquendo res,liberantur, homines manuſmortuæ à ſeruitute. ¶Et poſt ſubdit, quod eſt argumentum quod

2 De onere ratione rei impoſito.

tum quòd emphyteuta & vasallus rem relinquendo possunt se liberare. De quo dicit ipse Alber. in l. cum fructuarius. ff. de vsufruc. & in l. sicut ab initio. C. de actio. & obliga. & in l. ij. in pen. colum. ibi, item quæro nunquid. C. de iure emphyteu. Io. de Imol. in d. l. is cũ quo. voluit concordare Bar. & Io. And. dicendo ꝙ quædam est obligatio realis, ex eo ꝙ sequitur possessorẽ. Tamen trahit originẽ ab obligatione personali voluntariè cõtracta, vt est videre in accipiente in emphyteusim tũc fiscalẽ pro certa mercede. De quo casu loquitur d. l. quicunque. & gl. in l. j. C. de fundo patrimo. lib. xj. & tunc procedit opinio. Bar. aliquando est onus reale impositũ per superiorẽ à principio, vt in cẽsu & tributo, & tunc procedit opi. Ioã. And. Et ideo dicit ipse Ioan. And. in dicta additione, secus in tributis quorũ onus est reale, vt l. imperatores. ff. de publicanis. Sed vt dicit Ludo. Ro. in d. l. hæc distinctio Io. de Imo. est falsa, & ideo dicit quòd debemus sic dicere, * quòd aut quis vult cedere prædio, ad euitandam solutionem collectæ, eo quòd est pauper, & hoc casu est de necessitate fienda ipsa cessio, eo quòd excusatur pauper ab exactione collectarum. l. iij. in gl. fi. C. de annonis & tribu. lib. xij. & bene facit. l. fi. C. eodem titu. Et ideo facit illud vulgatissimum, *La ou il n'ya rien le Roy pert son droict.* pro quo facit. l. nam inanis est actio, quam communis inopia excludit. ff. de dolo malo. 4 *Nota. quãdo qs relinquere possit rem ꝑpter quã obligatus est.*

AVT quis vult cedere prædio ad euitandũ collecta, & prædium transfert in alium idoneum ad solutionem collectarum. Et hoc potest, vt voluit Bar. in l. incola *la seconde*. ff. ad municip. & aliàs si illud prædium nõ est idoneum, tenetur ipse trãsferens ad solutionem collectarum. licet ipse non possideat, quia non potuit ex sua cessione fisco obesse, vt patet. Vt est tex. notabilis in aut. sed & periculum. C. sine censu vel reliquis.

AVT vult quis cedere prędio in alium transferendo, & tunc aut fiscus illud occupando magis lucratur, quã si ille cedens toto tempore vitæ suæ collectam soluisset, & tunc hoc est clarum quòd potest per cessionem euitari collecta, vt in fi. dictæ l. is cũ quo. ff. de aqua plu. arcen. suprà alle. aut fiscus tantum non consequetur, & tunc dicit propter cessionẽ de prædio factam, quis à solutione collectæ non liberetur. Dicit pro hoc esse casum mirabilem, quem nemo allegauit in l. propter. C. qui bo. cede. pos. facit. l. hi qui. C. de rescin. ven.

TV aduerte quòd omnes tex. & omnia iura suprà alle. loquuntur in emphyteusi, censu, tributo, & collecta, quæ debentur fisco, & sic principi, & maximè in d. l. quicunque. vbi se fundat Barto. & alij. Sed non video quòd aliquid particulariter tangant quid in emphyteusi, vel censu, vel reditu, qui debetur priuato, aut alicui domino inferiori.

EX quo dic quòd cum nulla seruitus in hac patria sit personalis, sed realis, quòd semper quilibet censuarius emphyteuta, aut cuiusuis alterius conditionis, cedendo rei ratione cuius debetur census, ꝙ liberari debet ab onere. dummodo soluat vsque ad tempus cessionis. faciunt ineuitabiliter tex. d. l. cum fructuarius. & ibi Bar. ff. de vsufru. & in l. si fortè. §. etiam. ff. si seruitus vendicetur. Et ideo dicit Alber. de rosa. in dicta l. ij. in fi. pe. col. C. de iure emphy. quod emphyteuta cum teneatur ad certam pensionem, se liberare potest cedendo rei. & in hoc multum operatur consuetudo, & communis obseruantia locorum.

ET ideo cum semel casus mihi euenisset in facto, in causa illorum de Lespinasse, contra eorum dominum. qui dicebatur dominus de Mauleurier, qui prætendebat ab eis decem solidos singulis annis, à quolibet tenente logiam in quodam castro de lespinasse, in censum siue seruitium, eo quòd dicebat eos esse obligatos particulariter pro tali seruitio seu censu ratione prædictarum logiarum, dixi quòd debebant renuntiare seu cedere domino illas logias, ne amplius soluerent prædictum censum, ad quòd dicebam eos debere admitti, attenta communi obseruantia, quæ erat in dicto loco, & locis circumuicinis, attento etiam quòd prædecessores prædicti domini, coegerant & compulerant dictos habitantes, ad ita se obligandum per vim & oppressiones, & metu oppressionum non fuerant ausi contradicere. *Casus.*

ITem & quod plus, erant prædictæ logiæ eis datæ tempore Guerrarum Burgundiæ. & hoc pro tuitione & cõseruatione rerum & corporum, ꝙ ex quo nunc cessabat causa impositionis dictorũ census & seruitij, debuit etiã cessare impositũ quia guerra cessauit. ¶ Item castrũ est dirutum, ita ꝙ amplius logiæ seu cellulę ibidem existentes, de nihilo prodessent dictis habitantibus, & ad hoc plura allegaui ad propositum facietia, quę ponit Lud. Roma. in consi. suo cccxvij. vbi plenè eum videas. Et cũ peteretur à dicto domino appunctuari per iudicem, ꝙ prouisio ei adiudicaretur tempore processus, eo ꝙ dicebat esse de reditibus ordinariis domini, ex quo secundum ordinationes regias prouisio debebat adiudicari. Dixi & opposui in contrarium, pro dictis habitantibus, quòd attenta renuntiatione & cessione rei quæ debebat admitti, secundum ius & cõmunem obseruantiam illius loci, & aliorum locorum circunuicinorum. Quæ quidem fuit plenissimè comprobata, & ꝙ etiam non erant reditus ordinarij, sed extraordinarij per vim, & metum, & oppressionem impositi, quòd nulla prouisio adiudicari debeat domino. Et ita fuit iudicatum per honorabilem virum Anto. Garnier, locumtenentem generalem balliuatus Heduen. de consilio nobilis ac sapientis viri domini Ludouici Debusseul. iuris vtriusque doctoris. A qua quidem sententia fuit per domicellam de Changy, relictam domini de Mauleurier appellatum. Et nunc pendet processus in curia parlamenti Burgundiæ, nescio quid adiudicabitur. Plura alia fuerunt pro parte dictorum habitantium allegata, quæ nunc omitto.

IVxta hanc nostram consuetudinem quæro, quia hîc dicitur quòd mulier relinquendo hæreditagia & locum mariti non amplius manusmortuæ erit.

NVnquid * ad minus habebit eius vita durante doharium, hoc est medietatem vsusfructus bonorum antiquorum & hæreditagiorum mariti. Cogita, quia mihi videtur quòd non, & reperi postmodùm scriptum in consuetudinibus quõdam magistri Reginaldi Lambert, qui erat peritissimus in iure, quòd tempore suo ita fuerat iudicatum & decisum, quòd solum mulier habet medietatem mobilium & acquisitorum, non existentium in loco manusmortuæ, nihil ad hoc allegat. 5 *Nota.*

ET aduerte, quia nimirũ si remaneat franca & libera, quia mulier post mortem mariti non debet affici infortunio mariti l. res vxoris. C. de donatio. inter virũ & vxorẽ c. ex parte. de cõsuetudine. c. ex literis. de pignoribus. dicit tamẽ tex. in l. ingenuæ. C. de murilegu. lib. xij. perdit splendorẽ generis quæ nubit minori & eo. titu. l. edicimus. dicit ꝙ perdit natiuum decus. Bal. in l. cũ quædam puella. ff. de iurisdictione omniũ iudicum.

§. NONO.

L'Homme de mainmorte peult deſauouer ſon ſeigneur, & ſoy aduouer homme franc de mondict ſeigneur le duc, & ſe doibt faire ledict deſaueu, par homme de mainmorte en la perſonne de ſon ſeigneur, ſ'il le peult apprehender, & en quelque lieu que trouuer le pourra, & ſe trouuer ne apprehender ne peult ſondict ſeigneur, a ſa perſonne, il le fera au domicille de ſon ſeigneur, ou a la perſonne du chaſtelain, ou iuge du ſeigneur du lieu dont il eſt mainmortable, & doibt auoir ledict homme auec luy vn ſergent de monſeigneur le duc, garny de mandemẽt deſaueu du bailly, ou du balliage, ouquel eſt aſſis ledict lieu mainmortable, duquel ledict homme eſt extraict, & en faiſant ledict deſaueu, ledict homme doibt renõcer a ſon meix, & autres biens meubles, heritages qu'il a ſoubz ledict ſeigneur au lieu de mainmorte, leſquelz en ce cas ſont & demouront au ſeigneur de la mainmorte.

IDem in comitatu Burgundiæ, & hæc cõſuetudo eſt in Frãcia, vt dicit Specu. in loco ſtatim allegã. Cardinalis Alex. in proœmio feudorũ dicit, homagiũ ſeu ſeruitus finitur multis modis. vno modo ſcilicet renũtiatione ſeu refutatione. & cõcludit * ꝙ in hominibus qui tenẽtur ad homagiũ,

1 Homagio quomodo quis liberetur. hoc eſt qui ſunt ſerui aliquo modo ratione rei tantũ, ꝙ tales poſſunt fieri liberi renũtiando rei, ſeu cedẽdo rẽ domino. dixi ſatis in præcedẽti §. Or nũc nulli homines in Burgũdia ſunt ſerui corpore, ſed tantũ ratione rei, nõ eſt mirũ ſi dimittẽdo rẽ efficiãtur liberi, & ideo tales poterũt dici de mãſata, eo ꝙ ratione poſſeſſionũ ſunt tales, perſona tamen eius eſt libera, ſi dimiſſo manſo alibi ſe transferat, ita dicit Cardi. in dicto loco in xxiiij. col. & dicit Spec. in tit. de feudis. §. quoniam. verſi. xix. quòd de cõſuetudine regni Frãciæ talis dimittẽdo manſum efficitur liber, & liberatur à tali conditione. vide etiã ad hoc Ioan. Fabri in §. fi. inſtit. de donatio.

2 SED aduertendum, * quia vt dicit Bar. in l. is cum quo. ff. de aqua pluuia. arcend. & notat Cardinalis in dicto loco hîc antè allegato. quando quis eſt homo alterius, ita quòd tenetur ei præſtare cenſum, vel reditum ratione poſſeſſionis: ex obligatione tamen perſonali, traxit originem obligatio realis, quòd in hoc non liberatur cedendo rẽ & renuntiãdo, per l. quicunque. ſuprà in præcedẽ. §. alle. ¶ Sed pone ꝙ quis ſit effectus homo manuſmortuæ & ſit obligatus ad certum cenſum & ſeruitium ratione rei ſeu manſi quod tenet, promiſſione tamen vel conuentione interueniente, vt eſt ſupradictum in hoc titulo. §. *L'homme franc le premier.* an hoc caſu poſſit etiam cum hac ſolennitate de qua hîc ſe facere iterum liberum renuntiando rei. ¶ Videretur ex prædictis quòd non, eo quòd obligatio realis traxit originem, vt videtur ex perſonali obligatione rationis & conuentionis per quam ſtatim efficitur homo conditionis illius loci vbi manſum capit. ¶ Sed tu dic quod etiam poteſt fieri & fit liber ſeruata ſolennitate de qua hîc. quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. C. de publicia. in rem actio. igitur.

IN TEXTV IBI, *Et ſoy aduouer.*

1 A maiori ad minorem nõ poteſt fieri aduouatio. INtellige hoc * ꝙ ſit de minore ad maius, ſed ſi dux aut rex haberet homines eorũ manuſmortuę, non poſſunt ipſi homines conſequi libertatem ex deſauouamẽto, ſed ſolum ex voluntate principis, quia in vim huius aduocati ſeu aduouamenti ſeruiens ducis aut regis, remittit hominem de inferiori ad ſuperiorem, quòd non poteſt fieri de maiori ad minus. argumen. eorum quæ dixi infrà in titu. *des adueuz.* vbi non fit remiſſio de maiori ad minorem. ¶ Et ideo homines abbatiæ & monaſterij ſancti Martini Heduen. cum ſint homines regis, quòd dicta abbatia eſt de fundatione regali, non poſſunt ſe aduouare homines ducis, & nunc homines regis, quia eſſet reincidere in idem, quod fieri non debet. ¶ Et facit, * quia iſte terminus aduouare tantũ eſt quod

2 Aduouare quid. Aduocare. ad ſe vocare. quod propriæ dicitur aduocare. id eſt ad ſe venire. vt dicit text. & glo. in l. mancipia. C. de ſeruis fugitiuis. vbi dicit, quòd talis aduocatio non poſſet fieri de vno ad alium. Ideo multominus de ſuperiori ad

3 inferiorem, & ſic etiam de vno ad alium. * Sed quod de inferiori ad ſuperiorem fieri poſſit, facit quod dicit Lucas de penna in l. vna. colum. xvj. C. vt nemo ad patrocinium ſuſcipiatur. lib. xj. quod baro, vel comes non poteſt inhibere ſubditis, ne reclament aut reclamare poſſint ad ſuperiorẽ. ¶ Et de hoc iure dicunt præfati abbas & conuentus ſancti Martini eſſe in poſſeſſione & gaudentia, dixi infrà hoc eodẽ §. in gl. *leſquelz en ce cas.*

IN TEXTV IBI, *Et ſe doibt faire ledict deſaueu.*

1 Solennitas extrinſeca nõ 2 præſumitur. ADuerte quia hæc eſt ſolennitas extrinſeca * quę nõ præſumitur. l. quæcunque. §. fi. ff. de publicia. volu. aliàs dicere ꝙ veritas erat in contrarium, ſcilicet quòd ſolennitas extrinſeca præſumebatur, per tex. cum gl. in c. ea noſcitur. extrà, de his quæ fiunt à prælato ſine conſen. capituli. vbi habetur * quòd in geſtis à prælato præſumitur interueniſſe conſenſus capituli. facit tex. in l. fina. C. de fideiuſſoribus. quem allegat Bald. in rubrica de

3 fi. inſtru. C. in iij. colum. vbi dicit * quòd ſolennitas quæ eſt de his quæ ſolent fieri præſumitur. & ad tex. in dicta l. quæcunque, §. fi. ff. de publiciana. reſpondebam quòd ille caſus erat ſpecialis fauore minoris, ſicut in l. cũ oſtendimus. §. fina. ff. de fideiuſſo. vbi ſtipulatio pręſumitur fauore minoris. & hęc dixi in circulis cũ legeretur. l. ſciendum. per dominum meum Iaſonem. ff. de verbo. obli. inſequendo tamen veſtigia prædeceſſorum meorum dico, quòd talis ſolennitas non præſumitur. facit l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verbo. obliga. & ideo per hoc reprobatur gloſ. in l. actor. ff. rem ratam haberi. quæ tenet quòd in dubio præſumitur decretum iudicis interceſſiſſe. & illam reprehendit Barto. ex quo ergo dic, quòd ſi reperiatur hanc refutationem ſeu renuntiationem factam fuiſſe, & non reperiatur quòd ſeruiens ſeu apparitor habeat mandatum à balliuo vel à balliuatu, ex quo eſt ſolennitas extrinſeca, nõ præſumetur hæc ſolennitas, ſi expreſſè, de eo non appareat, ſi-

4 Regula. cut in ſimili videmus, * quòd ſi reperiatur inſtrumentum tranſactionis, & in eo non contineatur quod datum eſt vel retentum ex cauſa tranſactionis non valet, quia eſt ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur. C. de tranſactionibus. ¶ Et aduerte ad prædicta, quia ex quo aliqua qualitas vel ſolennitas extrinſeca requiritur in aliquo

in aliquo actu:ad validitatem illius non sufficit quòd pars illam in contractu apponat:nec illi standũ est, quia videtur esse apposita in modum confessionis,per verba enuntiatiua,quæ non probant qualitatem, sine qua alias actus esset inualidus.hanc regulam ponit do.meus Ias.in l.si donatione.in penul.col.C.de colla.debet ergo apponi per notarium aliàs facientem actum.

PER illam ergo regulã reprobatur etiam glo.in c.ea noscitur,suprà alleg.& illã reprehendit Bal. in l.actor. in vlti.col.ff.rem ratam haberi.illam etiam reprehendit Soci.in consi.suo.xxviij.in v.colũ.in j.volu.quẽ nota.intellige tamen,nisi notarius faceret mentionem de tali consensu in suo instrumento, qui quidẽ potuit interuenire tẽpore confectionis instrumẽti.per glo.in l.j.C.de fide instrumẽ.& iur.hastæ fiscalis. lib.x. per quã infert plura dominus meus Iason in d.l.sciendum in.v.col.ff.de verbo.obliga.cui addo,si notarius dicat in suo instrumẽto sanus mẽte,licet infirmus corpore,ꝗ adhuc ei nõ creditur,ita do.meus Ias.l.sanũ mẽte.C.de trãsactio. ¶Item etiam si notarius dicat in actis, Titius nũtius publicus retulit ex speciali commissione se citasse: quòd per hoc non probatur commissionem præcessisse : ita dicit do. meus in.§.quadrupli.in.iij.col. institut. de actio.sed quæro,pone quòd episcopus in suis litteris dicit se instituisse talem,in beneficio ad præsentationẽ talis patroni,an per hoc probetur præsentatio & stetur in hoc?dominus meus Iaso.in repetitione.l. admonendi.in v.col.ff.de iureiu.allegan.Ludo.Roma.in d.l.sciendum. & dominos de Rota decisione. ccccliij. Tu dic quòd est in decisione.ccccxxiij.in impressione noua.dicit quod sic.

SI ergo notarius qui facit instrumentum de prædicta renuntiatione, aut seruiens qui facit suam relationem, dicat in suo instrumento vel in suis expletis,omnia supradicta in textu nostræ consuetudinis,standum est illi,sed si non dixerit,& in instrumento non apposuerit prædictas solennitates,interuenisse non præsumuntur.

INtellige prædicta primò nisi post talem renuntiationem sic factam, intercesserit diuturnitas temporis : quia propter diuturnitatem,solẽnitas extrinseca præsumitur præcessisse,per textum quem ad hoc doctores reputant singularẽ in l.si filius. C.de petitio.hæredi.facit tex.in l.qui in aliena.in princip.in versi. sed & si nõ adierit. vbi Ang.& alij.ff.de acqui.hæredi.Hostiẽ.Ioã.And.& cõmuniter canonistæ.in c. Alberi.de testi. & dicit Alexan.in l. sciendũ suprà allega. quòd ista est cõmunis,istã etiam dicit esse cõmunẽ Soci.in consi.suo.clxxxvij.in iiij.col.à qua non est in iudicando,& in cõsulendo recedendum.do.meus Ias.in d.l.sciendum.in vij.col.vbi illam corroborat, & cõfirmat nouem notabilibus decisionibus.faciunt quę dicit Alexand.in consi.cxiij.in.ij.& iij.col.in.j.volu.faciunt etiam quæ dicit idem dominus meus.in l.si certis annis.in.iij.col.C.de pac.faciunt etiã quæ dicit idẽ do.meus Ias.in l.cũ aliquis.in fi.ij.col.C.de iure delibe. vbi dicit,* quòd in antiquis & ex antiquitate solẽnitas extrinseca,probatur per verba enũtiatiua,& istud tenet Alexan.in cõsi.vj.incipiente,viso themate,in vlti.col.in.j.volu.dominus me⁹ Iason.in l.ex his verbis.in ij.col.ibi quartò stringit.C.de testa.militis. 5 *Solẽnitas extrinseca quomodo in antiquis probetur.*

VNum dicit singulare verbũ Alex.in d.l.sciendũ,& in l.qui in aliena.in prin.ff.de acqui.hæredi.& in consi.j.incipi.ponderatis his de quibus in themate.in pen.col.in.iiij.vol.qui alle. ad hoc Bal.in l.j. de rebus non alienan.& in l.ij.C.si ex falsis instrumen.& in l.qui fundum.ff.de vsucapio.*quod etiam tempus mille anno.non facit præsumere solennitatem mandati requisiti.& Soci. in consilio suo ccliiij. istud dicit & tenetur in fi.ij.col.do.meus Ias.in dicta l.sciendum.in viij.colum.dicit quòd illud dictum est contra tex.ad lit. [illegible].in d.l.si filius.cogita,quia autoritas Alex.est magna. 6

ITem & maximè quòd plus est, non reperietur quòd dictus Porchini, suas scripturas manumissionis huic domino abbati præsenti, insinuauerit infrà annũ à tẽpore suæ ꝑmissionis, ꝙ facere debebat, prout est tex. ad litterã. in c. longinquitate. xij. q. ii. vbi dicit ꝙ si nõ insinuauit, ꝙ eius chartulæ manumissionis sunt inanes & vacuæ. & ꝙ perpetuò sunt redditi serui, quæ omnia importãt ipso iure, elapso scilicet anno. Or nũc est ꝙ est annus elapsus, imò sunt plusquã septẽ aut octo, igitur redditus fuit seruus perpetuò, & in illa origine in qua erat.

EX quo parentes dicti Porchini manumissi, non possunt virtute dictæ manumissionis obtinere in possessorio contra dictum dominum Abbatem successorem, aut saltem contra procuratorem regium, quòd non decido ad quem scilicet istorum ius competat.

ET ista dixi & cõsului in casu emergẽti, sed non potui tantũ clamare, quin dictus Porchini obtinuerit cõtra dictum procuratorem regiũ, & prædictũ dominum reuerendissimum abbatem sancti Martini, maximè in possessorio, quia ex quo cõstabat de manumissione & consensu monachorum, dicta manumissio operata fuit effectũ in possessorio, nec habuerunt iudices respectum ad prædicta, nescio quid esset in petitorio. Vidi etiam quòd curia parlamenti Burgundiæ in causa Arthauldi bouthier, qui emerat pratum quoddam à priore Anziaci, nullis seruatis solennitatibus, adiudicauit gaudentiam dicto Bouthier de dicto prato, contra procuratorem regiũ, eo quòd appunctauit, quòd pẽdente processu contra eũ gauderet prædicto prato, & sic nõ habuit respectum ad superius dicta. Et hoc est, quia curia Franciæ respicit in possessorio solum gaudentia facti. vt dicit Ioã. fab. §. retinendæ. insti. de interdi. col. penul. & dixi suprà, in tit. *des successions*. §. j. in gl. *saisist*.

§. DECIMO.

L'Homme de mainmorte peult vẽdre & aliener son heritage assis en lieu, de mainmorte aux gens de la seigneurie & condition dont il est. Et ne les peult vendre a homme de franche condition, ne d'autre seigneurie, se ce n'est du consentemẽt du seigneur de la mainmorte, & n'entẽd on point preiudicier, a ceulx qui ont les lieux particuliers par cours ou vsage du contraire.

ISTE. §. posset diuidi in duas partes principales, secũdum ꝙ ponit duas regulas principales, vel

I in quatuor, secundum quòd ponit duas regulas. & duas exceptiones, ponit ergo vt videmus duas regulas: vnam permissiuam, aliam prohibitiuam: ad prohibitiuam ponit duas exceptiones.

1 *Prima regula tex.* REgula permissiua *est quòd homo manusmortuæ potest vendere, & alienare hæreditagium seu mansum, & suum. situm in loco manusmortuæ, hominibus illius conditionis cuius est hæreditagium seu mansum, & durat prima pars in qua ponitur regula affirmatiua. vsque ad versiculum, *& ne les peult.*

2 *Secunda.* REgula prohibitiua *est ꝙ nõ potest vendere homini franco, vel homini alterius loci, quam illius loci mensurati. facit pro vtraq; regu. tex. in l. quoties. C. de agric. & manci. domini. lib. xj. & ibi Io. de Platea. ibi. alii autem

autem vbi habetur * ꝙ si quis ex colonis principis vult vendere agrum suum, requirendi sunt alij qui sunt de simili origine seu iure, nec admitterentur alij ad emendum, quia potius inter colonos debet fieri venditio fundi colonarij, quàm inter extraneos. & facit tex. in l. j. C. non lice. habi. metro. lib. xj. vbi dicitur * ꝙ metrofici, id est illi qui sunt positi in quadam villa mensurata, prohibentur transferre eorũ possessiones quocunque alienationis titulo in alios, quã in homines illius loci mensurati. & in hoc homines manusmortuę, assimilantur hominibus metroficis * qui proprè sunt qui de vno loco mittuntur ad alium locum mensuratum, assignando eis locum seu villam, à qua non audeant recedere, prout faciebant Romani, quãdo subiugabãt aliquam terram eis inimicam, potiores & meliores homines illius loci seu terræ ablatis sibi bonis suis, transmittebant ad alium locum, quem sibi assignabãt, secũdũ ꝙ notatur in l. certa forma. C. de iure fisci. lib. x. & in l. vnica. in prin. de Latina liber. tollenda. & in l. fi. C. de exacto. retributo. lib. x. & tales qui ibi mittebãtur poterãt vendere terrã eis assignatam, hominibus illius terræ & loci, & non extraneis. & prædictam transmissionem practicauit, & ad effectum deduxit, christianissimus rex Francorum Ludouicus xj. cum accepisset ciuitatem Atrebatẽ. ibi misit Parisien. assignando eis terram, & in loco Atrebati accepit homines potentes & meliores, quos trãsmisit in Galliam & Franciam, eis in pluribus villis & ciuitatibus assignando possessiones tales, quoniam non poterãt vendere prædictas possessiones hominibus alterius cõditionis, aut alterius loci, sed credo ꝙ prædictæ transmissiones non fuerũt vtiles, propterea bene dicit Io. de Platea in dicta rubrica, nõ licere habitato. ꝙ talis transmissio sublata fuit quia generabat scandalum, & ciuile bellum, vidi adhuc in Italia in ciuitate Mediolan. vbi fui assessor capitanei iustitiæ Mediolani, * ꝙ nemo potest emere hæreditagia aut domum in dicta ciuitate nisi sit originarius ciuis illius loci, seu illius ciuitatis ex quo cũ semel dixissem, me velle habere quandam possessionẽ in dicto loco per donum principis, mihi fuit dictum per aliquos ex maioribus ciuitatis, ꝙ opus erat impetrare priuilegium ciuitatis ad illas possessiones tenendas vltra annũ, quia tamen nõ multũ curabam. non inquisiui vlterius. & de hoc statuto Mediolan. loquitur Andr. Siculus in consilio suo xiiij. in vij. col. in ij. volu.

3

4

5 *Metrofici qui.*

6 *Mediolanen. consuetudo.*

QVantum ad secũdã regulã quæ est ibi. *Et ne peult*, pone ꝙ vendiderit aut alienauerit, an alienatio sit nulla, dic quòd nõ, imò alienatio poterit reuocari domino petente. faciunt quæ dicit Bar. & post eũ dom. Claudius de aquis in l. si quis ita §. ea lege. in vj. col. ff. de verb. obli. vbi dicit * ꝙ prohibitio alienationis ꝑ statutum vel legem impedit dominij translationem. plura ibi per Alex. & do. Claudiũ de aquis. & dicit tex. in l. fi. C. nõ lice. habita. ꝙ sicut de facto processit, de facto rescindetur. ¶ Tu dic ꝙ tenet alienatio donec sit persona reuocare volens, scilicet dominus, vt tenet Bal. in consilio suo clxxiiij. in quinta parte. in ij. col. Sed aduertẽdum, quia ex quo statutum non priuat eos amissione rei, tenetur reuocare volens restituere prętium, & potest res retineri, donec restituatur prętium. ita in terminis Bal. in l. fi. §. fi. ibi, & hoc facit ad statutum. C. communia de lega. per l. si non sorté. §. si centum. ff. de condic. indebiti. ¶ Vide Aluaro. in c. j. §. notandum in ij. de his qui feu. dare possunt, quòd qui petit rescindi contractum tenetur restituere prętium, nisi contractus iam fuerit de se reuocatus ex lapsu temporis, quòd nota, in hoc, an prohibitio alienationis impediat dominij trãslationem, considerandi sunt tres casus, quos infra dicam.

7 *Prohibitio alienationis quã do impediat dominij translationem.*

SED quæro, * an valeat tale statutum quòd tales res non possint alienari nisi in subditos. Bar. in l. filiusfami. §. diui. in iij. colum. ff. de lega. j. mouet hanc quæstionem, & facit duo membra. Primum videlicet, nunquid hoc statutum valeat respectu nõ subditorum laicorum? Secundum videlicet, an valeat respectu ecclesiarum, & an comprehendat clericos & ecclesias.

8 *An valeat nostra cõsuetudo.*

AD primum concludit & tenet quòd sic, per tex. in l. vnica. C. non licere. lib. xj. suprà alle. & per l. dudum. C. de contrahen. emp. & dicit quòd ita disputando tenuit Oldr. Ita etiam tenet Bar. in l. fi. C. de sacrosan. eccle. & in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. Istam partem secutus est Bal. in l. ea lege. C. de cõdic. ob causam. & in l. ij. de iuris. om. iudi. & in c. clerici. extrà, de iudi. & in l. si in emptione. §. omniũ. ff. de contrahen. empt. & in l. dudum. C. de contrahen. emp. Istam partem sequitur Pet. de Anch. in cõmẽto. c. canonũ statuta. ver. quæro vlterius statutũ Perusij de constitutio. Barba. in consi. xiiij. in xiij. col. in j. vol. Fortificatur hæc opinio pluribus rationibus per eundem Barba. in repetione rub. de rebus eccle. nõ alienã. Fabianus de monte S. Sabini, in tractatu de emptione & venditione. in iij. q. principali. ver. xxj. quæro ponit amplè. Io. de monte ferrato in repetitione. §. diui. in l. filiusfami. in xxvj. col. ff. de lega. j. Io. Andr. in addi. ad Spec. in titu. de rerum permuta. super rub. dicit hoc esse verum, tamen si apponatur pœna amissionis rei, quòd non valet nisi esset statutum supremi principis, quia per statutũ inferioris, nõ potest tolli dominium à priuato etiam ex causa. Vide quæ dicit do. Claudius de aquis in d. l. filiusfamilias. §. diui. in quinta colum.

STAT ergo cõclusio ex prædictis quòd valet istud statutum seu hæc consuetudo, quòd homo manusmortuæ non possit alienare hæreditagia manusmortuæ, nisi in homines illius conditionis illius loci vbi sunt sita hæreditagia. vt hìc antè dictum est.

AMplia quòd ex quo alienatio est prohibita, quòd etiam homo manumsortuæ super talibus hæreditagiis contra hominem francum, hoc est inhabilem ad tenendum talia hæreditagia, non poterit iuramentum iudiciale deferre sine consensu domini. Probatur in l. iusiurandum quòd ex conuentione. §. tutor. quã ad hoc videtur summare Bar. ff. de iureiur. Et idem Bar. in l. eum qui. §. si libertus. ff. de iureiuran. imò talis homo manusmortuæ contra francum non posset rem in iudicio deducere, ita quòd sententia præiudicaret domino in fauorem cuius sit hæc consuetudo. per tex. in l. ait prætor. in princ. quòd notat Bar. ff. de iure delibe. Specu. in titu. de actore. ver. item quòd est tutor. & in versi. quid de clericis. Et si fiat talis alienatio, impedit dominij trãslationẽ, eo ꝙ est ꝓhibitio facta à lege l. quidã. ff. de acqui. rerũ do. dicit tamẽ Io. de Imol. in l. si ita quis. §. ea. l. in iij. col. ibi, circa. iij. ff. de verb. obli. quòd sunt in hoc cõsiderãdi tres casus, quia aut prohibetur alienatio simpliciter, aut in certas ꝑsonas, aut in certũ genus personarũ. primo casu scilicet quãdo ꝓhibetur alienatio, tunc nõ impeditur dominij trãslatio titulo vniuersali. Et ideo non prohibetur hęredis institutio. l. j. C. de fundo dota.

AVT verò sit prohibitio in certas personas, vel in certum genus personarum, & licet Ioannes de Imol. faciat duo membra, dico idem esse, prout ipse etiam fatetur post, & tunc dic quòd aut per contractũ fit pro-

hibitio,& tunc non impedit dominij tranſlationem per textum.in d.§.ea lege.fallit tamen in duobus caſibus primus quando alienatio eſſet irreuocabilis.vnde impeditur manumiſſio & dedicatio in factum.l.ea quidem. cum ibi not.C.ſi mancipium ita fuerit alienatum.

9 *An maritus poſſit manumittere ſeruum dotalem.*

ADuerte ✱ ad hoc quia cum ſemel mihi eueniſſet caſus, nunquid maritus poſſit manumittere ſeu affrãchiſare ſeruum dotalem,dixi quòd ſic per deciſionem Ioã.Fabri in l.ſi dotis.& ibi tex.C.de iure dotium.ſed mihi videtur quòd poſſet ſuſtineri contrarium.& ita tenui per hîc antè dicta,maximè per tex.in l.fin.C.de rebus eccleſiæ nõ alienan.vbi habetur quòd appellatione alienationis continetur manumiſſio,ſed maritus non poteſt alienare res dotales.inſti. quibus alienare licet.in prin.& talis ſeruus computatur inter immobilia.Io. de Platea in l.ſi.in vlti.col.C.de agri.& cenſi.lib.xij.dicam latiùs infrà.

FAllit ſecundò,quando ſtipulator retinuit aliquod ius in eo l.ij.C.de iure emphy.& eſt caſus ſingularis in l. ſi cerditor.§.fi.ff.de diſtractio.pignorum.vt dicit ibi litera nullam eſſe venditionem,& ita tenet Fabianus de mõte ſancti Sabini in quarta quæſtione principali in xxiiij.col.illius queſtionis iſta eſt vera, quicquid dicat glo.in l.ea lege.C.de condic.ob cauſam.& dicit Ioannes de Imola in dicto.§. ea lege in ſecũdò not.quòd prędicta verba nullam eſſe venditionem vidit in libris pandectarum. aliàs quinque limitationes ponit ad hanc cõcluſionem Ioannes de monte ferrato in repe.§.diui.in xxxj.& xxxij.col.vbi ampliſſimè tractat hanc materiã, non aliter hîc inſiſto,ſed ſi materia tibi euenerit recurras ad eum.

AV T verò fit alienationis prohibitio per legem & teſtatorem, & tunc dic quòd impeditur dominij tranſlatio titulo vniuerſali,adeo quòd nec per hæredis inſtitutionem,nec per ſucceſſionem abinteſtato poterunt deuenire res prohibitę alienari ad tales perſonas,vel ad tale genus perſonarũ, quia fieret contra prohibi-

10 tionem.l.codicillis §.matre.ff.de leg.ij.vnde per hoc eſt notorium ✱ quòd etiam ſi homo manuſmortuæ haberet hæredes qui non eſſent ſuæ conditionis, & illius cuius ſunt hæreditagia, non poſſent illi ſuccedere neque ex teſtamento,neque abinteſtato.

11 *An ꝓhibitio alienationis impediat tranſla. poſſeſſio.*

QV I A hîc dicitur quòd ✱ hæc prohibitio impedit dominij tranſlationem,nunquid impediat trãſlationem poſſeſſionis Bald.in l.ij.ff.de iuriſdi.om.iud.dicit §.tale ſtatutum non procedit in nuda poſſeſſione facti tantùm,limitando dictum ſtatutum non habere in ea locum, & mouetur per tex.in l.j.§. ſi vir vxori. ff.de acquir.poſſeſ. Tamen poſſeſſio iuris transfertur , vt tenet in dicta l.ij. & Ludouicus Roma.in l.j.§.ſi vir vxori.ff.de acquir.poſſeſ.Dominicus de ſancto Geminia.in c.fin.in vlti.colum.vt lite pendente.in vj.dicit per illum text.ibi,etiam poſſeſſionis attentatio,& ſicut text.ibi prohibet collationẽ fieri,ex quo nõ valet,ita etiã poſſeſſionis aſſecutio,& dicit ꝙ ita tenẽt domini de Rota deciſione ſua cccxxiiij.quã allegat Franciſ.de Are-

12 tio in d.l.j.§.ſi vir.in iij.col.ff.de aquir.poſſeſ.vbi dicit✱ꝙ ſi lex velcanon impediat trãslationem dominij,eo modo impedit tranſlationem & acquiſitionem poſſeſſionis.videtur tamen dicendum quòd non impeditur tranſlatio & acquiſitio poſſeſſionis in hoc caſu noſtræ conſuetudinis,ſed nec etiam dominij tranſlatio.

13 *Domino nõ cõtradicẽte valet alienatio.*

CV M ex ✱ quo ad hoc vt hæc alienatio dicatur inualida ſeu nulla requiritur contradictio domini, antequam ergo contradicat,nõ eſt contractus ſeu alienatio nulla,& ideo ex cauſa legitima antequã dominus cõtradicat poteſt transferri dominium.ſicut in ſimili dicimus in l.ſancimus.ff.de in diem adie.& in l.ij. in prin. ff.de lege cõmiſſoria.Et ita videtur tenere Fran.de aretio in.d.§.ſi vir.Ex quo dicit eſſe cauſam propter quam contra emphyteutã non poteſt tertius opponere quod ipſe ceciderat à iure ſuo,quia verè nõ cecidit,niſi doPominus declaret ſe velle,vnde nõ poteſt à tertio excludi,ex his quæ no.Bar.in l.ij.ff.de excep.rei iudica.ex quo enim cõſenſus domini requiritur in prædicta alienatione,vt hîc antè dixi,contẽplatione domini tantũ ſit prohibita alienatio admittetur tamẽ dominus ad reuocãdũ hanc alienationẽ,vt tenet Bar.in l.peto.§. fratre.ff.de lega.ij.& faciũt quæ plenè dicit Soci.cõſi.ſuo.v.in ij.col.ver.duodecimo.Cõſidera tamẽ quia tex.noſtræ conſuetudinis dicit ꝙ ad hoc vt valeat talis alienatio requiritur ꝙ cõſenſus domini interueniat,ergo debet ꝓbari hęc qualitas ſeu limitatio.ſ. ꝙ dñs.cõſenſit huic alienationi, vt videtur eſſe poſitio illius in quem alienata eſt:

14 *Niſi dictio.*

✱qa dictio niſi poſita poſt negatiuã in lege,ſemp ponit ne lex ſit incerta.l.ſtichus.§.titio.ff.de ali.& cibariis legatis.l.ſi eũ.§.q̃ iniuriarũ.ff.ſi quis cautionib⁹.& ibi Albe.in viij.&.x.col. q̃ multũ amplè poſuit de natura illius dictionis niſi ꝑ do.meũ Iaſ.poſt Bar.in l.actione.C.de trãſac. cogita quid dicẽdũ, ergo ex quo dictus cõſenſus domini requiritur ad perfectionẽ actus,ꝙ debet eſſe ſimul cũ ipſo actu,& act⁹ cũ qualitate, ſecũdũ quòd dicit Bar.in l.Fulcinius.§.cũ hoc.ff.ex quib⁹cauſis in poſſeſſionẽ eatur.do.meusIaſ.in l.nõ ſolũ.§.ſciendũ.in.j.co.ff. de noui.operis nun.ergo ſequitur quòd per talẽ alienationẽ impeditur trãſlatio,quid de poſſeſſione, & dic vt antè dixi,ex quo fac vnã limitationẽ quòd ſcilicet per tale ſtatutũ impediatur dominij trãſlatio,tamẽ nõ impeditur acquiſitio poſſeſſionis,q̃ eſt facti.¶De hac poſſeſſionis trãſlatione nõ obſtante tali ſtatuto Iacobinus de ſancto Georgio in l. ſi tibi pecuniã.ff.ſi certũ petatur trãſit cũ Bal. in d.l.ij.ff.de iuriſdic.omnium iudicium.

Limitationes noſtræ conſuetudinis.

LImita ſecundò hanc conſuetudinem noſtram non habere locum quando alienatio fuit facta in hominem francum,qui erat francus tempore alienationis,ſed poſtmodum effectus eſt cõditionis illius cuius ſunt hæreditagia,puta quia habilitatus fuit per aliud ſtatutum,pono caſum qui mihi in facto euenit,quædã Titia mulier donauit omnia ſua bona cuidã Sempronio, qui quidẽ erat francus tẽpore donationis , & poſtmodũ illam deſponſauit,& iuit ad morandũ cũ ea in loco manuſmortuæ,vbi ſtetit cum ea per annũ & vltra, & poſtmodũ mortua eſt dicta Titia eius vxor,dominus illius loci ignorãs donationẽ prius fuiſſe factã vult occupare omnia hæreditagia illius tũc exiſten.in loco manuſmortuæ. dicit nũc talis Sempronius donatarius, talia bona fuerũt

15 *An habilitas ſuperueniẽs confirmet cõtractum nullũ propter inhabilitatem.*

mihi donata per,dictã Titiam antè matrimonium.Et licet eſſem francus tẽpore donationis, ego tamẽ effectus ſum homo cõditionis,ita vt nũc ſim habilis ad tenendũ prædicta hæreditagia, replicat dominus & dicit,quòd requiritur quòd fuerit habilis tẽpore contractus pro donatario.facit quod dicit Bar.in l.murileguli.C.de murileg.lib.xj,vbi dicit✱ quod ſtante ſtatuto ꝙ res nonpoſſit alienari in forenſes , ſi illa res deferatur forenſi ex aliquo titulo,& ipſe ſit effectus ciuis,& ſic illius conditionis quæ poteſt acquirere tales res,quòd illã poterit cõſequi.& iſtud tenet & ſequitur Fran. de aretio , & poſt eum Claudius de aquis in d.l.ſi ita quis.§.ea lege. in iiij.col.ff. de verb.obli.¶In contrarium,& pro domino tamen facere videtur tex.in l.j. C.de contrario iud.

& in l.fi.C.si maior factus sine decreto.**vbi est expressum***quòd alienatio facta illi qui preest iuri reddēdo, vel 16
per minorē sine decreto non censetur reconualescere,eo ipso ꝙ superuenit inhabilitatis cessatio,puta quia mi
nor ętas defecit,vel tēpus officij,sed necesse est ostendere de ratihabitione verbis vel signis,vel de taciturnita
te quinquennali post lapsum tempus officij,vel minoris ætatis,ad idem,facit.l.si minor.ff.de seruis exportan. 17
*vbi manumissio nulla propter respectū ꝑsonę minoris ætatis,nō cēsetur recōualidata ob hoc ꝙ cesset inhabi 18
litas,quia deficit minor ætas.Ad hoc facit tex. in c.si eo tēpore de rescriptis.lib.vj.*vbi cōcessio ꝑ principē fa-
cta nulliter,eo quòd inhabili propter defectū ętatis nō recōualescit,eo solo ꝙ inhabilitas cessat,vt qa superue
nit maior ætas.Facit tex.multū notabilis in l.inter stipulantē.§.sacrā.& in l.cōtinuus.§.cū.qs.ff.de verb.obli-
ga.& insti.de inuti.stipu.§.idē iuris.vbi est expressum* quòd stipulatio ab initio nulla propter inhabilitatē rei 19
ab initio in ea conductæ,cuius non est cōmerciū,non reconualescit propter cessationē inhabilitatis facto su-
perioris,& sic siue in casu nostro inhabilitas in hoc casu cōsideretur ex parte personæ,siue ex parte rei, nūquā
recōualescere videtur alienatio facta ab initio inhabili ex inhabilitate cessante.Et facit,quia vt dicit tex.in d.
§.cum quis,ꝙ stipulatio æstimare debet factū præteritū.Hinc est*quòd notissima est regula ꝙ in cōtractibus 20 *Regula.*
inspicimus tēpus quo cōtrahimus.l.nō omne.ff.de reg.iuris.l.fi.ff.de stipu.seruo.l.filiusfa.ff.de verb.obl.Facit
regula*ꝙ ab initio nō valuit,tractu tēporis nō conualescit.c.non firmatur.de reg.iuris. in vj.l.ab initio. ff.de 21 *Regula.*
reg.iur.do.Claudius de aquis mētione habita de his cōtractibus dicit,ꝙ si statutū imponat pœnam amissionis
rei,ꝙ dictū Bar.non est verū.Et dicit hanc esse opinionē Frācisci de are. ipse vero dicit vltrà Areti.scilicet ꝙ
si nō imponatur pœna amissionis rei,dūmodo annullet cōtractū factū cōtra prohibitionē,vel ꝙ plus simplici-
ter prohibeat,ꝙ idē est.Mouetur ꝑ ea quæ dicit Ale.post Pe.& Cy.in l.si rem meā.ff.de verb.obli.vbi dicitur
*quòd ita demū valebit talis cōtractus illo inhabili effecto habili,si cōtractus est factus sub illa cōditione, li- 22
cet Raphael cuma.tenuerit etiā ꝙ nō valet sub illa cōditione.Dicit etiā in l.fi.in pe.col.ff.de regu.catonia.* ꝙ 23
ita demū valebit talis alienatio si inhabilis efficiatur habilis ante traditionē.¶ Tu dic ꝙ ex quo in casu nō im
ponitur pœna admissionis rei,nec annullatur cōtractus,nec prohibetur simpliciter,sed cū limitatione,scilicet
nisi dominus cōsentiat,ꝙ si inhabilis efficiatur postmodū habilis tenebit.& valebit alienatio,nec poterit inua
lidari per dominū. Et cū casus euenisset ita obtinui,allegādo doctrinā Bar.ego tamē dubitabā multū, ꝙ ea quæ
hic antè allegaui allegarētur in contrariū,& in casu nostro multū faciebat,quia ꝑ aliud nostrū statutū, seu per
aliā nostrā cōsuetudinē,iste frācus seu homo liberæ cōditionis,poterat ita cōprehēdi etiā per alienationē,ꝙ in
eum poterat fieri alienatio,quia donatio ei facta,fuit facta fauore matrimonij,vt iret ad manendum & habi-
tandum in loco,ex quo poterat comprehēdi,quòd efficeretur illius conditionis,secundū quòd cauetur in vna
nostra consuetudine suprà posita in hoc titulo,quæ incipit. *L'homme franc*.le.ij.Et sic ex quo per dispositionē
illius nostræ cōsuetudinis posset in futurū comprehendi esse similis conditionis,valere debet alienatio in eū
facta tali modo,vt dictum est.¶ Secūdò quia vt dicit Pet.de anc.in c.canonum statuta.ver.quæro vlterius sta-
tutū.extrà,de constitu. *quādo ex dispositione alterius statuti.potest comprehēdi inhabilis,ita quòd fiat quo- 24
quomodo habilis, quòd tale statutum non cōprehendit eum.Et ideo dicit quòd ex quo dictat statutum Peru
sij,quòd forensis nō possit acquirere possessionem Perusij,alio statuto eiusdem municipij cauetur , ꝙ quarta
pars bonorū homicidæ debeant applicari proximiori consanguineo occisi, quòd si talis consanguineus sit fo-
rēsis,poterit acquirerē quartam bonorū in rebus immobilibus,& dicit se vidisse in facti cōtingentia. Bar.cō-
sulentem,& postmodū refert se vidisse & habuisse similem quæstionē Teruisij. Statuto Teruisino cauebatur,
quòd forēsis non possit acquirere immobilia.Aliud statutū dictabat,quòd vxore præcedente in matrimonio
vir lucretur dotem,modo vxor Teruisina prædecessit marito forensi,fuit dubitatum vtrū ille maritus forensis
possit lucrari dotē cōsistentem in immobilibus,& dicit se consuluisse quòd sic.Et idē voluit in c. statutum.§.
cum autē.de rescri.lib.vj.mouetur,*quia statutum debet in dubio intelligi,vt nō deroget alteri.Alle.Bar.in l. 25
j.§.per vim.ff.quòd vi aut clā.ita Barba.in repetitione rubricæ de rebus eccle.non alienā.in quarta limitatione.
Cogita si sint vera quæ hic antè dicta sunt.¶ Ad prædicta vide quæ dicit Boerius in consuetudine septene Bi
turicen.tit de consue.feudi.§.xxj.vbi dicit*quòd si fiat præceptū ne vendatur res extraneo, si vendatur alicui 26
extraneo qui velit effici de iurisdictione domini facientis præceptum,valebit venditio facta in eum.

Limita tertiò prædictam nostram consuetudinem,non habere locum in alienatione quæ sit in hominē fran
cum cū hac conditione vt illam vendat & capiat sibi prętium:quia tunc poterit . Facit pro hoc quòd Io.
dicit de imò.in l.apud Iulianū.§.fi.ff.de lega.j.* ꝙ licet mēdicātes nō possint acquirere immobilia, si tamē eis 27
relinquātur,possunt vendere.Et ita etiā tenet Bal.in l.cū quæstio.C.de lega.allegāt gl.singularem in c.j.de re-
ligi.do.lib.vj.imò videtur plus dicēdū, quòd etiā si dominus velit habere talia hæreditagia,quòd tenetur dare
æstimationē,cum vt dicit Bal.in aut.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.canoniste in c. in præsentia. de renun.
Bar.in l.filiusfami.§.si quid alieni.ff.de lega.j.*quòd si legetur fundus nō allibrato in ciuitate,vbi viget statutū 28
quòd non allibratus nō possit acquirere immobilia,quòd ei debebitur æstimatio.per illū tex . Ita voluit Bal.
in d.§.si quid alieni,ff.de leg.j.vbi ponit exemplum ad illum tex.relinquitur fundus alicui forensi,stante statu
to ꝙ forēsis acquirere nō pōt immobilia.Ita etiā tenuit Albe.in tractatu suo statutorū. in ij.parte.q.ij.in.j. col.

Limita quartò non habere locum in alienatione necessaria,puta in donatione in solutū creditori,si debito *Datio in*
re exacto in iudiciū fiat.Ita facit tex.& ibi plenè Alberi.de rosa.in l.alienationes.ff.familię hercis. alle. ibi *solutum.*
ea quæ dicit in quæstionibus statutorum,maximè quando fit à prouocato ad iudicium , & iudicis autoritate.
Idem Albericus in l.senatus in prin.ff.de leg.primò.Credo etiam quòd habeat locū in alienatione necessaria,
quia vt videmus quando dicimus,ꝙ princeps nō potest alienare subditos suos eis inuitis & sine eorū cōsensu,
per gl.in l.inuitus.ff.de fideicom.liber.Do. meus.Ias.in l.debitorū pactionibus.C.de pac.& in l.ij.in.xxiiij.col.
C.de iure emphy.intelligitur etiā in alienatione necessaria,quòd patet,quia vt dicit Bal.in l.ij.argu. illius tex.
C.de libe. quod si inter duos nobiles sit cōtentio de iurisditione alicuius castri, & sententia feratur pro vno,
quod non nocet populo illius castri, etiam (quod est longè præclarius) scienti causam de se agi , nisi citatus
fuerit quia eius interest pro suo consensu præstando,sicut in consuetudine nostra interest domini pro pręstā-

29 do cõſenſum. ¶ Itẽ facit quod dictũ eſt ſuprà in ampliatione huius regulæ,* quòd ꝓhibita alienatione alicu-
ius rei ſine conſenſu domini,nõ poteſt res in iudicio deduci ſine eius cõſenſu.l.ait prætor.in prin. & ibi Bar.ff.
30 de iure deliber.*imò ſuper ea nõ poteſt deferri iuramẽtũ iudiciale.l.iuſiurãdũ,qđ ex cõuẽtione, & qđ dicit ibi
Bar.ff.de iureiurã.Et ideo videmus quotidie,cũ iſti ruſtici huius patriç qui ſunt homines manuſmortuę,cũ cœ
dunt bonis propter eorũ debita,creditores nõ accipiũt bona,& hæreditagia exiſtẽtia in loco manuſmortuę,
ſed domini loci manuſmortuæ,quod eſt iuridicũ. ¶ Et hoc quia in ceſſione bonorũ nõ veniũt bona ꝓhibita
alienari,vt dicit do.meus Iaſ.in §.fi.in penul.col.inſti.de actio.& ceſſio bonorũ habet vim mortis,vt faciũt ea
quæ dicit Ioan.Fab.inſtitu.de dona.in fi.dixi infrà in hoc eodem titulo.§.xvj.in glo.& *la mainmorte a lieu.*Et
ſic etiã hæc cõſuetudo habet locum in alienatione neceſſaria,de quo tamen etiã videri poſſunt ea quæ dicun-
31 Datio in ſolutum an cõprehendatur appel. vẽditionis
31 tur per Soci.in cõſi.ſuo xxv.in ij.col.in iij.vol.* ¶ Quando * ſtatutum facit mentionem de venditione,an cõ
prehendat dationem in ſolutum,vide Philippum Decium in conſi.ſuo clx.& conſilio clxviij.& ad dicta per eũ
32 ibi recurre.& Ludo.Bologninum conſilio ſuo xxv.in iiij.col. vbi * facit differentiam inter dationem in ſolu-
tum voluntariam & neceſſariã,quoniam,vt dicit,voluntaria habetur pro venditione.dicit etiã Ioan.de Mon-
tholono cõtemporaneus & conciuis noſter Heduen.in ſuo promptuario.In verbo,vendere & venditio in gl.
33 vendidiſti.* quòd ſi verbum venditio ſimpliciter proferatur ſeu ſi ſimpliciter prohibeatur, intelligitur prohi
bitus omnis alius cõtractus,ſecus ſi prohibeatur vẽditio cũ prętio,hoc eſt mẽtione facta de prętio,quia tũc in
telligitur ſolũ ꝓhibita vẽditio.Ita dicit ſentire Pan.in c.ex parte,in fi.de poſtulã. & in c.j.in j.not.de his quæ
fiunt à prælato ſine conſen.cap.& in c.fi.in vlti.not.de accu.& facit.in l.fi.C.de prędiis curialium.lib.x.*

34 De diuiſione mãſi manuſmortuæ.

34 QVid * autẽ in diuiſione,nũquid poſſint diuidere mãſum manuſmortuæ inuito domino? Videtur ꝙ nõ.
l.cõmuni diuidũdo.in prin.ff.cõmuni diui.Videtur tamẽ in cõtrariũ per ea quæ dicã infrà in tit. *Des re
traictz,§.En uendition*,vbi dixi quòd ex quo eſt alienatio neceſſaria,non venit appellatione alienationis.

LImita quinto prędictam noſtrã cõſuetudinem nõ habere locũ,ſi homo manuſmortuæ locauerit hæredita
35 gia ſua exiſtẽ.in loco manuſmortuæ,* quia ſub verbo venditionis & alienationis nõ cõprehẽditur locatio.
36 Tex.eſt not.in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.ij.imò plus dicit glo.in verbo,extitiſſe* ꝙ ꝓhibitus alienare
37 Locatio an cõprehendatur appel. alienationis.
37 poteſt locare in centũ vel mille annos. Do.meus Iaſ.in l.manumiſſiones.ff.de iuſtitia & iure.dicit,* ꝙ ſi fiat
locatio vltra decẽ annos,ꝙ trãsfertur vtile dominiũ,per l.j.§.qui in perpetuũ.ff.ſi ager vecti.vel emphy.peta.ꝑ
Bar.& docto.in d.§.inſtituto.ff.de leg.ij.reprobata gl.ibi.Vide ad hoc eũdẽ Iaſ.in l.ex hoc iure.in vj.col.ff.de
iuſtitia & iure.in l.in prouinciali.§.ſi ago.ff.de noui operis nun.in l.iij.in cxxxij.col.C. de iure emphy.Feli.in
c.quę in eccleſiarũ. in xxxj.col.extrà,de conſti.& in c.plerumque. extrà,de reſcriptis.Imò plus dicit do.meus
38 Iaſon in d.l.manumiſſiones. * quòd locatio ad nouem annos cum pacto de reuocando eſt alienatio, per tex-
tum in §.neque illud iuncto.§.emphyteuſim.in authẽ.de non alienan. Ad hoc vide Alexan.in conſilio. lxviij.
in j.volu.quòd eſt repetitum in conſilio clxv.in ſecundò vol.Et quia ibi facit mentionem de quodam conſi-
lio.Aretini.Dic quòd eſt eius conſilium in ordine cxj.incipien. Cõſideratis diligenter. And. Barbatia in re-
petitione rubrice de rebus eccle.non alienan.in v.vj.& vij.col.Hanc quęſtionem latè diſputauit, non inſiſto.

39 ADuerte tamen ad dictum Bart.in l.ſi domus.§.fi.ff. de lega.primo. * quòd ſi fiat locatio ad longum tẽpus
cũ pacto quòd dominium non trãſeat in conductorem,valet talis locatio,& non eſt alienatio. vide etiam
quæ dicit Fabius de mõte ſancti Sabini in tractatu ſuo de emp.& venditione.in.iiij.quęſt.princi.ver. circa ter
tium.ibi notanter determinat.

ADDITIO. Vide Mat.de Affli.in cõſti.regni Siciliæ quæ incipit poſt litẽ.in vj.not.in.j. & ij.q.vbi po-
nit,an prohibitus alienare,poſſit vendere fructus rei prohibitæ alienari, aliquo tempore,
& quo tempore.*

40 Pignoratio ſeu hypothecatio an cõprehendatur appel.alienationis.

40 LImita ſexto prædictã noſtrã conſuetudinẽ nõ habere locũ in datione pignoris ſeu hypothecatione rei,*qa
nõ cõprehẽditur ſub verbo vẽditionis.Ita Bar.in l.in quorũ.ff.de pig.maximè quia cõſuetudo noſtra loqui
tur in perſonã q̃ prohibetur vẽdere,& ideo ſi fiat vẽditio valet,vt tenet ibi Bar.& do.meus Iaſ.in.l.principa-
41 lib⁹.in iij.& iiij.col.ff.ſi certũ petatur. ¶ Itẽ etiã Bar.facit aliã diſtinctionẽ, ꝙ ſi res eſt tãtũ hypothecata*qđ
nõ eſt ſpes luitionis,& tũc appellatione vẽditionis cõprehẽditur hypothecatio ſeu datio pignoris ,aut eſt ſpes
luẽdi,& tũc ſecus.Prædicta ꝓcedũt in verbo vẽditionis,& hæc ꝓcedũt in cõſuetudine,vbi eſt verbũ vẽditio-
nis etiã ꝓlatũ negatiuè,ꝙ eſt fortius,prout Spe.in tit.de emp.& vẽditiõe.§.nũc dicẽdũ.le.ij.verſi.ſed pone ſta
42 tutũ.& ibi ſequitur Io.And.tex.in l.fi.C.de reb⁹ eccl.nõ alienã.dicit*ꝙ appellatione alienatiõis cõprehẽditur
pignoratio,& ſic ꝓhibita alienatione prohibetur hypothecatio,ſeu pignoris datio, & gl.ibi exponit de.d.l.in
quorũ.ff.de pig.& ſoluit.Et dicit ꝙ lex fina.loquitur in ꝓhibitiõe facta à teſtatore vel lege:ſed.l.in quorũ.lo
quitur in ꝓhibitiõe facta à iudice.Iſtud eſt diuinare ad textũ,& cõtra textũ ĩ l.ſeruus hac lege.ff.de manumiſ.
43 titu.generali,*vbi ꝓhibitio aliena. facta à lege,teſtatore,iudice,& cõtrahẽte,iiſdẽ paſſib⁹ambulãt.Nicolaus de
Neapo.ĩ d.l.ſeruus hac lege.& Bal.in l.ea lege.C.de cõdi.cau.dicũt ꝙ illa æquiparatio loquitur ĩ illo caſu tãtũ.

ITem aliud eſt dicere ꝙ prohibita alienatione ſit ꝓhibita pignoris datio & hypothecatio, ſeu reditus conſti
tutio.aliud eſt dicere quód prohibita vẽditione talia cõprehẽdantur,cũ aliud ſub verbo vẽditionis cõtinea-
tur,vt tenẽt docto.in locis ſuprà allegatis. & iſtud eſt multùm põderandum in hac cõſuetudine noſtra, quæ in
regula negatiua prohibet tantum venditionem & non alienationem.

Caſus facti.

CVM mihi caſus eueniſſet in facto,ꝓ venerabilibus religioſis abbate & cõuentu ſancti Martini Heduen.
cõtra dominos de coluches,qui quidẽ abbas & cõuentus emerant octo francos annui reditus à Petro &
Philiberto pariſot *de Nyon ſoubz coluches*.qui quidem aſſignauerant dictos octo francos,ſuper pluribus hæ-
reditagiis quæ dicti domini de coluches dicebant eſſe in loco manuſmortuæ,& ideo quòd nõ poterãt hypo-
thecari per conſuetudinem noſtrã, dicebatur per dictos abbatem & cõuentum in cõtrarium,quòd illa loca &
hæreditagia hypothecata erãt in loco frãco,& ꝙ plus eſt ꝙ etiã ſi eſſent in loco manuſmortuæ,ꝙ nõ per hoc
debebãt collocari ſup dictis hæreditagiis pro eorũ reditu annuo,& ad cõſuetudinẽ reſpõdendo dicebã ꝓ eis
quòd cõſuetudo noſtra eſt ſtrictè interpretãda vt dicit Bal.in l.fi.C.de rebus alienis etiã in ſpecie verba in ſta
tutis

tutis & cōsuetudinibus debēt propriè intelligi,non interpretatiuè aut impropriè.Bar.in l.quicquid astringen dæ.ff.de verb.obli,sed appellatione alienationis ꝓpriè nō venit hypothecatio,sed interpretatiuè, quòd probatur primò per tex.in rub.de rebus alienis.non alienā.aut speciali hypothecatione dari,vbi propriè appellatione alienationis nō venit obligatio pignoris,quia aliàs superfluo fuissent apposita illa verba quod nō est dicendū.c.si Romanorū.xix.distinctio.¶ Secundò probatur per tex.in aut.de nō alienādis colla.ij.§.nos igitur. in versi.nec per specialis pignoris occasionē tradentur creditoribus & posteà subdit in.§. alienationis autem. nomē generale ideo posuimus,vt inhiberemus & vēditionem,& donationē,cōmutationē,& in perpetuū extēsam emphyteusim,quę nō procul ab alienatione cōsistit qui tex.probat mirabiliter ꝙ de generali significato alienatio non cōprehēdit pignoris obligationem ,iuncto dicto versi.hìc antè alle.nec per speciale, & non video ad illū textū bonum responsum.¶ Tertio facit tex.multū notab.in l.iij.C.de his qui veniā ætatis impetra.in versi.alienationē,sed etiā hypothecā.nec obstat quòd in fine tex . vtitur disiūctiua vel:quia nihilominus non propter hoc receditur à proprio significato vocabuli,vt probatur in prin.illius legis.& illū tex.* allegat Sali. 44
in l.fi.C.de rebus alienis nō alienan.¶ Quartò facit tex.in l.alienatū.ff.de verb.signi.*vbi alienatū nō ꝓpriè 45
dicitur quod adhuc in dominio vēditoris manet,sed per obligationē pignoris,remanetdo minus rei pignoratæ,vt est glossa quæ allegat ad hoc iura in l.sciendū.§.creditor.ff.qui satisdare cogantur.& faciūt quæ ibidē dicit do.meus Ias.in d.l.sciendū.§.possessor.ff.qui satisda.cog.¶ Quintò facit tex.in c.abbatibus.xij.q.ij.vbi alienare & obligare ponūtur vt diuersa.¶ Et licet prædicta procedāt in pignore cōuentionali , vt mihi dictum fuit,tamē videretur ꝙ nō habeāt locū in pignore iudiciali:tamē Albericus de rosa.in.d.l.fi.C.de reb⁹ alie. nō alie.videtur tenere ꝙ idē sit,quia vt dicit si statutū sit in ciuitate quod nō forēsis nō possit acquirere immobilia subdito,tamē creditor nō subditus alicuius subditi, potest petere se mitti in possessionē rerū immobilium illius debitoris subditi,& sibi in causam adiudicati assignari.¶ Ex quibus apparet ꝙ appellatione alienatiōis, nō cōprehēditur de ꝓprio significato & stricto hypotecatio,sed de impropriissimo & largissimo ex interpretatione,prout dicit Iacobus de beluiso in aut.de nō alienā.§.nos igitur.qui dicit qđ ita debet intelligi.l.fi. C. de reb⁹ alie.nō alienā.& istud dicit Fabian⁹ de mōte sācti Sabini in tractatu de empti.& vēdi.in quarta.q. principali.in xvij.col.illius quæstionis.ibi circa quartū vbi dicit ꝙ in statutis in quib⁹ strictè fit interpretatio,appellatiōe alienationis nō cōtinetur pignoratio,& ita etiā tenet Frācisсus de aretio in cōsilio suo cxxiiij.in ij.col. & ꝓ prædicta tenui & scripsi,ꝙ per cōsuetudinē nostrā dicti abbas & cōuētus nō poterant excludi,à prædicto reditu prætēso per eos super bonis dictorū Parisot.¶ Itē etiam quia ista cōstitutio reditus super talibus hæreditagiis,erat solum alienatio reditus seu fructus prouen.ex eis quæ quidē alienatione ꝓhibita est permissa.l. codicillis.§.instituto.ff.de leg.secundo & etiā quia videtur solū cōprehēdere partē fructuū ex re prouenietiū, ꝙ permissū est alienare etiā alienatiōe ꝓhibita.l.in ædib⁹.§.ex rebus.ff.de dona.notat Bal.in c.j.in prin.de successio.feudi.& in c.j.§.donare.qualiter olim feudum poterat alienari.nō soluo prædicta nūc , quia nondum est finitus processus,sed tamē And.Barba.in repe.rubricę,de rebus eccle.non alie.in xv.col.post prędicta videtur adducere quandā solutionē ad prædicta,quā videas, & si casus mihi eueniret, scio in iudicando quid dicerem.

Vtrum autē*possit donare.vide Bald.in consi.suo ccxxxv.in ij.parte vbi dicit quædā quæ faciunt in proposito.sed istud deciditur in dubio videlicet an sub verbo alienationis cōprehendatur donatio , & semper dixi in pluribus casibus mihi cōsultis ꝙ sic,per ea quæ dixi in §.fi.in gl.quæ incipit,*en alienation*.ibi. quid autē in donatione.in tit.*des fiedz*.Vide Bal.in terminis in l.voluntas.C.de fideicom.Alex.consi.lxxvij.col.ij.in v. volu.Ludo.Bologni consi.xxj.in penul.colum.vbi dicunt idem in permutatione.

45 Donatio an comprehendatur appellatione alienationis.

Plures alias limitationes ponit And.Barba.in d.rub. ad quem te remitto . & vide Fabianum in dicta quæstione quarta principali.versi.xxij.vbi plura ponit,quid veniat appellatione alienationis.quasdam limitationes addidit Ioannes de monte ferrato in repe.d.§.diui.xxv.cum tribus sequentibus columnis.

¶ Adde an alienatione prohibita sit prohibitū cōpromissum,vide Phili. Decium in consi.suo ccc.in ij. volu.

Septimò limita*nō habere locū in re quæ semel fuit facta alienabilis,in hominē si ācū puta quia iam fuit alienata sunt plures anni per hominē manusmortuæ homini franco, qui illā tenuit & possedit per multos annos,quia ex quo semel facta est alienabilis,semp est alienabilis. l.pater filiū.§.quindecim.ff.de lega.iij.faciūt quæ dicit Philip.Decius in consi.suo lxxviij.in pen.& vlt.col.non pono pro constanti.ideo non insisto.

46 Semel facta alienabilia,semper sunt alienabilia.

Ex quibus pro octaua limitatione,dic hanc nostrā consuetudinem non habere locū,quando mulier nubendo alicuius territorij,dat omnia sua bona immobilia in dotē, quæ non est capax aut habilis propter prohibitionem statuti, & hanc limitationem probat sic. constitutiones municipales potius æquiparantur legibus loquentibus de vltimis voluntatibus,quā de contractibus.l.seruus hac lege.ff.de manumis.gl. in l.j. C. de his quibus vt indig.quam ad hoc ibi ponderauit Bar.allegat etiam modernos post Bal.& Nicolaum de Matarellis in l.pen. C.de verb. signi.& Baldum in tit. de pace constantiæ.in verbo,nos Romanorū.& in l,ea demum C.de colla.Lud.Ro.in consi.lxv.inci.viso themate proposito.& in l.iiij,§.cato.ff.de verb.obl.& in cōsi.cxxiij. incip.circa primū.& in consi.cxc.incip.vt præsentatio.Pet.de Anc,in consi.clxij.inci.visis & diligenter consideratis.in ij. col. sed in causa dotis bona possunt alienari non obstante prohibitione testatoris , prout firmat Bar.& alij in l.filiusfamilias.§.diui.hìc antè allega . ergo in casu istius statuti poterit fieri alienatio talium bonorum in casu dotis.alias limitationes non tango,quia credo eas non obseruari in hac nostra consuetudine.

¶*An si res censualis aut emphyteutica,detur in dotem debeantur laudemia,vide Boerium in consuetudine. 47
septenæ Bituricen. tit.de consue.feudorum.§.xx. Tamen de consuetudine Franciæ in pluribus locis,vt est in prædicta septena,& in pluribus aliis,debentur laudemia ex re data in dotem.

PRO complemento dico,ꝙ statutum dispōnēs*q̀ alienatio non possit fieri in homines alterius conditio 48
nis,habet locum in muliere originaria & oriunda loco vbi sunt dicta bona prohibita alienari , quæ tamen alibi nupsit,scilicet extra territorium illius loci,quia licet retineat domicilium originis, & non dicatur forensis,secundum Bar.in l.fi.§.idem rescripserunt.ff.ad municip.censetur tamen non subdita, cum ipsi collecta seu alia munera personalia imponi non possint.l.rescripto.§.fina.ff.de mune.& hono.ita tenet Ioannes de monte

ferrato in dicta repet.§.diui.in xxviij.col.

SE D quia talia hæreditagia alienari non poſſunt,an poſſint præſcribi, vide Alex. in conſi.j.in vj.col.in iiij. volu.vide Soci.in ſuis fallentiis,in verbo,alienare.in v.charta vbi plenè.

ADDITIO. Faciunt ad hanc materiam quæ dicit Panor.in c.cum non liceat. col.ij. & iij. verſi. & circa iſtam primã partem de præſcriptio.vbi diſtinguit.quam diſtinctionẽ amplè examinat Io. Franciſcus Bal.in tracta.præſcriptionũ.in v.parte quartæ partis principalis.in iiij.q.ad quem recurre.Ego tamẽ conſulendo tenui contrariũ,& adhuc teneo:ex quo eſt actus cõtra legem,quæ cũ ſemper ſit in viridi obſeruantia,ſemper facit actum nullum,ideo talis nullitas actus,& etiam mala fides acquirentis,qui ſemper ſcit aut ſcire debet rem eſſe prohibitam alienari in homines ſuæ conditionis impediunt præſcriptionem inchoari. Et facit pro hoc text.ineuitabilis.in l.ſi in emptione.§.j.ff.de cõtrahen.emp.per Ioan.Franciſcũ Balbum ſuprà alle.ibi,quas vero vel mores ciuitatis cõmercio exerceant,earũ nulla vẽditio eſt, & cum in cõmercio non exiſtãt moribus ciuitatis nõ præſcribuntur.Cũ ergo hæreditagia manuſmortuæ moribus noſtris in cõmercio hominũ francorũ non exiſtãt,videtur quod ſint prohibita alienari,vt ſit eadem ratio de parte,quo ad partẽ ſicut de toto,quo ad totũ.Et iſta nõ ſunt ſine dubio,ex quo in fine huius cõſuetudinis videtur eſſe permiſſa præſcriptio,per hæc verba. *ou uſaige au contraire*.Et ſine illis verbis tales res nõ eſſent præſcriptibiles,ſed cũ expreſſa cõſuetudo in hoc approbet præſcriptionẽ,nõ eſt amplius hæſitandũ.& tenendũ eſt pro firmo ꝙ præſcriptio in talib⁹ habet locũ ꝓbata vſantia, ſed crederẽ ꝓ nõ ſufficeret vſãtia vni⁹,ſed requiritur vſantia pluriũ in loco.*

49 *An cõſuetudo iſta cõprehendat eccleſiam.*

AD ſecundũ ſuperius dictũ quod tangit Bar.videlicet*nũquid iſtud ſtatutũ noſtrum ſeu conſuetudo comprehendat eccleſiam,ſeu eccleſiaſticas perſonas,ita quod in eis nõ poſſit fieri alienatio taliũ hæreditagiorum exiſtẽtium in loco manuſmortuæ.dicit Bar.in d.§.diui.quòd nõ cõprehendit eccleſias, nec eccleſiaſticas perſonas.allegat Oldra.in ſua diſputatione, eò quòd vt dicit,eſt cõtra libertatẽ eccleſiaſticam. vt in aut.caſſa. C. de ſacroſan. eccleſi. & ſi realiter non attingit an tale ſtatutum comprehendat eccleſias & eccleſiaſticas perſonas,ſed ſolũ attingit an valeat,ſed tu dic quòd tale ſtatutũ non comprehendit eccleſias ſeu eccleſiaſticas perſonas,vt tenet Bar.in l.fi.C.de ſacroſan.eccle.& in l.dudum.C.de contrahen.emp.& in l.fi.C.de ſacroſan. eccle.& in l.fi.C.de exactio.tribu.lib.x.Io.And.in c.fi.de immuni.eccleſiarum.lib.vj.Panor.in c.relatũ.de teſt. Feli.in c.quæ in eccleſiarum.in xvij.col.extrà de cõſtit.& in xxv.& xxvj.col.Panor.in conſi.ſuo.xxvj.incipiente,caſus quidam officialis.& in conſi.cxj.inci.Saluatoris Ieſu Chriſti.in iij.col.in.ij.volu.Federicus de Senis in conſi.ſuo lxxxvj.incipien.ſtatuto ciuitatis Peruſinæ & arguunt omnes,eo quòd cõtra libertatem eccleſiaſticã. Io.and.in d.c.fi.de immuni.eccleſia.eo quòd eſt cõtra priuilegia eccleſiis indulta,per ſummos põtifices & imperatores.& faciunt quæ dicit Inn.in c.nouerit.de ſenten.excom.ſed conceſſum eſt in priuilegium eccleſiæ ꝙ poſſit emere,& ex ſolo contractu abſque traditione acquirat dominium.l.fi.C.de ſacroſan.eccleſiis.ergo ſtatutum in contrariũ non valet,ita etiam tenet Pet.de anchara.in cõſi.ſuo cliiij.incipiente,Optimis rationibus. & Ange.in d.§.diui.dicẽs quòd hoc hodie eſt deciſum per c.fi.& ibi per Io. And.de immuni.eccle.in vj. ¶Ad-
50 uerte,*quòd etiã illa ſtatuta dicuntur cõtra libertatẽ eccleſiaſticã, quæ auferũt eccleſiis id quòd eſt eis cõceſſum de iure cõmuni, quod difficilius tollitur quã ſpeciale. l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de milita.teſta.vide de hoc rationẽ per Lãcelotum deciũ in l.ij.§,j.in fi.ff.de iudi.& eſt gl.in c.ſi ſuper gratia.de offi.dele.lib.vi. do.meus Iaſ.in l.cẽturio.in iiij.col.ff.de vulg.& pupi.ſubſti. ¶Et quod ita ſtatutũ dicatur cõtra libertatẽ eccleſiaſticã.quãdo aufertur eccleſiis id quod eſt eis cõceſſum de iure cõmuni,tenet Imola in c.nouerit. de ſenten. excõmunica.Raphael.in aut.caſſa.C.de ſacroſan.eccle.Ale.in conſi.xvij.in iiij.volu.Bal.in conſi.ſuo.clxxiiij. in

51 *Cõcluſiones quæ ſtatuta ſint cõtra libertatem eccleſiæ.*

quinto volumi.Fac in hoc caſu tres concluſiones Prima eſt*quod ſtatutũ laicorum prohibens alienationem fieri poſſe ſpecialiter in perſonas eccleſiaſticas ſeu in eccleſia nõ valet,& eſt contra libertatẽ eccleſiaſticam,ita loquũtur omnia iura allegata ad hoc,& omnes docto.diſputãtes hanc materiam,de quibus antè dixi. ¶Fallit & limitatur niſi illa prohibitio fieret fauore filiorũ,vt quia diſponeret ꝙ pater non poſſet teſtari niſi pro tali parte etiã in piã cauſam,& hoc ſcilicet fauore filiorũ,quia etiã ſi teſtator diſponeret in eccleſia,nõ teneret illa diſpoſitio.Ita decidit Pet.de anc.in cõſi.xxv.inci.Videtur prima facie dicẽdũ.vbi ſatis amplè ꝓſequitur iſtud. Idẽ cõſulendo tenuit Panor.in cõſi.ſuo lxiij.incip.Stante quadã conſtit.vbi in terminis illius ſtatuti cõſuluit.

52 SEcunda concluſio*eſt quòd ſtatutum prohibens generaliter alienationem certo caſu fieri valet, & cõprehendit eccleſiam.Ita tenet Fede,de Senis in conſi.ſuo.xxv.& iſtud eſt quòd voluit dicere Bar. in l.d.diui. Et quòd multum prolixè examinauit & tenuit And.ſicu.in d.repet.rubricæ. in ver.accedo nunc ad ſecundum in xxxij.col.de rebus eccle.non alie.vbi probat tale ſtatutum valere per xxv. rationes multum ſubtiles. Idem Barb.in conſi.ſuo xiiij.in vj.col.cum ſeq.in ij.vol.

53 TErtia concluſio.*quòd ſtatutum ſeu conſuetudo mixta clericorum,ſcilicet & laicorum ligat eccleſiam & eccleſiaſticas perſonas.Et ideo in hoc caſu erit valida noſtra conſuetudo, cum ſit mixta laicorum ſcilicet ſimul,& clericorum,ideo comprehendit eccleſias & eccleſiaſticas perſonas,prout dicit And.Sic in d.repet. in xxv.col.vbi dicit quòd iſta eſt reſponſio & doctrina omnium doc.in dicta auth. caſſa. & in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.extrà,de conſtitutio.

EX quibus omnibus conclude indubitanter,quòd ſi homo manuſmortuæ alienauerit hæreditagia exiſtentia in loco manuſmortuę, eccleſiæ vel preſbytero:quòd dominus poterit compellere eccleſiam & perſo-

54 *Cenſualis res non poteſt alienari in eccleſiã ſine autoritate domini Admortiſſamenta.*

nam eccleſiaſticam,ad ponendum illa hæreditagia extra manus ſuas intrà annum,prout poſſet quemlibet aliũ.

FOrtius dico,*& in hoc attende, quia pluries fui interrogatus, quòd tenẽs aliquam rem cenſualem in cenſum ab aliquo domino,non poteſt illã rem alienare in eccleſiam ſine autoritate ſuperioris domini cenſualis.Idem dic in feudo.Et ideo dicit in ſpecie Henricus bohic in c.ex literis in fine ſecundæ col.extrà.de cõſuetu.quòd in regno Franciæ quãdo eccleſia tales res acquiſiuit,tenetur intra annũ à die monitionis ei factæ ponere eam extrà manum ſuam,& dicit quòd hæc notat Aſtẽſis in lib.vj.tit.xxx.de immuni.eccleſia.arti.vj.quòd nota,quia ex hoc videmus quòd eccleſiæ ſolent impetrare à principe admortiſſamenta vſque ad certã ſummam,vt inde poſſint acquirere & feuda,& res cẽſuales,ſed credo quòd iſta admortiſſamẽta nõ pręiudicãt niſi

principi

principi,& non aliis dominis habētibus feudum seu censum,quia priuilegium principis intelligitur esse cōcessum sine præiudicio tertij.Tex.gl.& Bar.in l.ij.§.merito.& §.si quis à principe.ff.de locis & itine.publi. Feli. Panor.& alij in c.super eo.de offi.dele.do.meus Ias.in l.fi.in iiij.col.ff.de consti.prin. Alex.in cōsi.ij.in.vij.col. in.j.vol.¶De isto iure in pluribus locis est consuetudo in Francia, vt in patria Turonen.vt dicit Io. Sanxō in cōsue.Turonēn.tit. De *indemnite & de coniunction*.§.j. Et si alienetur feudum in ecclesia, quomodo intra annum debeat reuocari,vide Barba.in c.cum.M.ferra.de consti.c. ex tenore.c.plerunque.c. dilecta de rescriptis. quem Pyrrhus in consuetudinibus Aurelianen.tit de feu. capite quarto allegat. ¶Et vide eundem Pyrrhum in dictis consuetudinibus in tit.de successionibus.c.xiiij.vbi ponit,an valeat tale statutum,quòd extraneus nō possit acquirere immobilia prout Mediolani.& allegat Barba.in rub.de rebus eccle.non alie.& plures. & vide Alber.Brunum in tracta.de constitutio.decretis,& consuetudinibus.in verbo,forensis.*

Sed quæro*videmus quotidie quod multi sunt homines manusmortuæ qui promouētur ad sacerdotiū, ex quo statim efficiuntur liberi.c.ex antiquis.liiij.dist.c.ex seruorum.& ibi gl.& doc.extrà,de seruis ordi.an talibus possint vendi hæreditagiā manusmortuæ,& an dominus poterit eos cogere ad ponendum illa hæreditagia extrà manus suas.Cogita,quia licet sint serui origine,tamen per presbyteratum seu sacerdotium efficiuntur franci & liberi.Et ideo sequitur illud quòd dixi suprà post limitationes.Quicquid sit,dico idē esse in personis ecclesiasticis: * quia secundum consuetudinem nostram, sacerdotium non liberat à conditione seruili, vt infrà dicam.¶Ioan.fab.instit.quibus modis ius pat.potesta.solui.quærit,nunquid*si moriatur pater manusmortuæ habēs bona in loco manusmortuæ,relicto vnico filio sacerdote,an ille filius ei succedere debeat, an vero,dominus.Et dicit quòd filius etiam in illis bonis,quia licet per sacerdotium sit extrà potestatem domini,tamen istud est quo ad sui præiudicium, & non quo ad suam commoditatem & vtilitatem. 55 56 *Quæstio.* 57

Ex quo aduertendum est,quòd non est sine dubio , an domini debeant dictis presbyteris succedere,in his maximè quæ sunt acquisita per eos extrà locum manusmortuæ,& in loco franco, quia ex quo sunt liberi & franci dicerem quòd non. vidi tamen obseruari contrarium,& hoc est,quia de hoc consuetudo nostra in hoc titulo infrà. *Le seigneur prent la succeßion du prestre*, quæ pro certo mihi videtur esse contra libertatem ecclesiasticam,vt ibi dicam.

IN TEXTV IBI, *Et ne les peult.*

Quæro,quia in hoc.§.sunt duæ clausulę seu duæ orationes,scilicet prima affirmatiua,secunda scilicet negatiua,ibi,*& ne les peult*,& in prima ponūtur duo verba.scilicet,*uendre & aliener*, in secūda vero ponitur tantum verbum,*uendre*.an istud verbum,*aliener*,positum in prima,sit & videatur repetitum in secūda clausula.Dubium est,quia magna est differentia inter verbum,*aliener*,& verbum,*uendre*,& plura comprehendit,aliener,quam verbum,*uendre*.Dico quòd ex quo sunt duæ orationes quæ reguntur à diuersis verbis, quòd verbum positum in prima non censetur repetitum in secunda,per doctrinam Bar.in l.prætor.§.eritque hæc differentia.ff.vi bono,rapto.& de materia ponit quædā do.meus Ias.in l.transigere.C.de transac.& maximè, quia secunda conclusio est odiosa,cum sit contra iuris communis dispositionem,vt dixi hîc antè.prima uero est fauorabilis,cum sit quodammodo iuri consona,in hoc scilicet quòd permittit alienationem. *Quæstio.*

ADDITIO. Vides hîc vnū casum in quo prohibetur alienatio bonorū suorum . Adde alium in administratore reipublicæ,qui non potest alienare bona sua antequam reddiderit rationem, & reliqua,vt tenet Luc.de pen.in l.vtilitas.C.de primipilo.lib.xij.& notatur in l.satis notum.C. in quibus causis pignus tacitè contraha . Item in iudiciis vniuersalibus,quando quæstio est mota prohibetur alienatio , vt dicit Bar.in l.alienatio.ff.familiæ hercis.& in iudiciis post litem contestatam, & quando possit prohiberi alienatio per statutum.vide Mat.de affli.in consti. regni Siciliæ quæ incipit, si quando contingit. in vij. not. in iij.lib.* ¶Aduerte tamen,quòd si fiat talis venditio in hominem alterius conditionis,& tradatur possessio,in eū trāsfertur possessio.Ita in terminis tenet Bal.in l.ij.in fi.ff.de iuris.omnium iudi.quem refert & sequitur Alex. in consi.suo ciij.in fi.in vj.vol.* Quia nullitas tituli etiā ex statuto proueniens, non impedit acquisitionem possessionis,vt ibi dicit idem Alex,in prædicto consi.dixi alibi in simili casu. 1

IN TEXTV IBI, *A homme de franche condition.*

Pone quòd* non inuenit aliquem illius conditionis qui velit emere,an poterit tunc alteri vendere, videtur quòd sic,per ea quæ tenet Bar. in l.qui Romæ.§. cohæredes.ff. de verb.obli. Contrarium tamen tenet Ioan.de ana.in consi.suo xlvij.Et vide Oppizoni in repeti.§.diui.in l.filius familias,ff.de lega.j. 1

IN TEXTV IBI, *Et n'entend on point.*

Consuetudo ergo particularis loci,in illo loco derogat consuetudini generali.Bal.in l.& prouincia ad finē. C.de serui.dicit tamen ibi,quòd hoc est maximè quando est fauor ecclesiæ.Bar.in l.sed si lege.§.de eo.in fi.ff.de peti.hæred.& Bald.in c.j.§.notandum.in titu. qui feu.dare pos.& Bar.in l.nemo. §. temporalis. ff. de regu.iuris.dicunt*quòd consuetudo posterior tollit priorem,intellige quando est præscripta , quia præscripta intelligitur per non præscriptā. Bald.in c.j.in j. col.de feud.cognitio.Ioan.And.tamen in c.cum ecclesiam. de electio.dicit hoc esse verum in petitorio,non in possessorio. 1 *Consuetudo posterior quādo tollat priorem.*

Nunquid ista consuetudo particularis,in aliquo loco possit probari per testes singulares? Vide Alex. in cōsi.lxxij.inci.visis & optimè discussis.in penul.col.in ij.volu.Faciunt dicta Bal.in l.j.in iiij.colum.C.de test. vide eundem Alex.in consi.lxxij.in ij.col.in j.volu.

Quomodo fit istud ꝙ ista vsantia particularis alicuius loci operetur effectum contra hanc consuetudinē, cum in fine nostrarum consuetudinum dicitur , ꝙ aliæ vsantiæ particulares non possint proponi & allegari contra has consuetudines,& hoc expressè voluit & ordinauit princeps. cogita.

SED iterum quæro,quid si tempore quo fuerunt factæ hæ consuetudines,non erat aliqua vsantia in quodā loco,sed postmodum superuenit,& ita durauit quòd est præscripta, an etiam habeat vim contra hanc nostram consuetudinem,& sic est quærere,an sit opus probare quòd illa vsantia fuerit in loco particulari, antequam hæ consuetudines fuissent in scriptis redactæ & confirmatæ per principem. *Quæstio.*

Consuetudinis huius intellect⁹. NOn credo quòd hic sit intellectus huius consuetudinis,& quòd sic debeat intelligi,scilicet quòd per hãc derogetur locis particularibus,quæ habent vsantiã in contrarium, sed credo quòd sic intelligatur:quòd si sint loca aliqua quorum vnum habeat super alios vsantiam,hoc est quòd homines vnius loci manusmortuæ vel etiam fräci, habeant vsantiam in alio loco manusmortuæ quòd possint acquirere talia hæreditagia,etiam licet non sint illius conditionis,sed alterius,aut franci aut liberi,vt videtur in pluribus locis,maximè in loco de Vitello, qui licet sint franci & liberi,& non illius conditionis cuius sint homines de Posange, tamen ibi possunt habere & acquirere hæreditagia,licet ille locus sit locus manusmortuæ.

ET inquantũ dicit,*par cours*,credo quòd intelligatur quòd homines vnius terræ manusmortuę,possunt habere hæreditagia in alio loco manusmortuæ propter connexitatem loci.& etiã homines illius terræ possint habere hæreditagia in alio loco,& hoc est in quibusdã locis particularibus propter cõnexitatẽ loci.Quæ quidẽ videtur istud operari,& istud verbũ *par cours*,videtur istud sonare,cum sit quòd homines diuersarũ iurisditionũ & diuersorũ territoriorum,qui aliàs de iure prohibẽtur habere aliquod ius vnus scilicet super aliũ, tamẽ ꝑpter cõnexitatẽ & ꝑximitatẽ loci vt simul se adiuuẽt,ꝑmittitur eis vnus sup aliũ habere, sicut videmus in tit. *Des forestz pasturages & riuieres*.in §.*Les habitans d'une uille*, vbi ad plenum declarabitur iste terminus.

IN TEXTV IBI, *Par cours.*

AAduertendum est ad quos referatur iste terminus,*par cours*,nam requiritur quòd in vtroque possit verificari.scilicet quòd vterque sit manusmortuæ,ideo videtur quod tantũ referri debeat ad id quod dicitur, *ou d'autre seigneurie* quoniã in hominibus francis ad respectumn seruorũ nõ potest esse par,seu æqualis cursus, ita quod vnus cõcurrat suprà alium,hoc est quòd si vnus ex vna terra,possit tenere terrã manusmortuæ in casu ꝓhibito, ita alius in alio.Et ideo videtur reddendo singula singulis,aut adaptãdo prędicata subiectis,vt talia sint subiecta,qualia prędicata demõstrant,quod esse debet,vt facit tex.in l.stipulatio ista habere licere.§.hi qui sunt vbi Ias.ff.de verb.obli,scilicet quòd quoad homines francos,quòd possint istud ius habere ex vsantia in contrariũ quæ potest introduci,ita quòd propter vicinitatẽ homines franci,possunt acquirere hæreditagia manusmortuæ cõtra regulã huius.§.& quo fines alterius domini quòd vnus suprà aliũ potest acquirere hæreditagia alterius domini,in vim iuris paris seu æqualis cursus,& sic pari modo seu æquali cõcurrunt in emptione huiusmodi hæreditagiorum.Et ideo debent aduertere aduocati,quando in talibus scribunt & atticulant, vt vtãtur verbis magis aptis ad casum secundum distinctionem,& diuersitatem supradictam,sed multi non aduertentes ponunt vnum pro alio,& potius ex errore eorum quam alias,nec in hoc eos excusare potuit,communis vsus loquendi quorundam,cum sit notoriè errornæus,vt patet ex hac consuetudine.*

§. VNDECIMO.

L'Homme de mainmorte ne peult disposer de ses biens meubles & heritages,par testament n'ordonnance de derniere volunté,sans le consentement de son seigneur.

¶Idem in Comitatu Burgundiæ,& Niuernen.& in pluribus locis Franciæ.

IN TEXTV IBI. *Et ne peult disposer.*

1 Intestabilis & intestatus an differant. ET sic isti serui non dicuntur intestabiles, nec dicuntur mori abintestato,quæ autem sit differẽtia inter intestabilis & intestatus,ponit Bal.in c.i.§.j.in iij.col.de succes.feu.*& ideo est casus de episcopo Heduen. qui dicit se debere succedere,omnibus clericis & presbyteris beneficiatis in sua diœcesi,qui moriuntur ab intestato,& hoc iure vtitur per doctrinam doctorum in c.relatum.le.ij.extrà.de test.& in c.cum in officiis.extrà,eodem tit.modo cum ab humanis decessit quidam presbyter curatus qui erat manusmortuæ,testamento nõ condito,& dubitatum fuerit an in isto casu episcopus ei succedere debeat,an vero dominus manusmortuæ. ¶Dixi quòd videtur quòd ex quo erat presbyter & beneficiatus,& quòd mortuus est testamento non condito,quòd intentio episcopi est fundata &c. ¶Ego tamen credo totum contrarium,cum hic sit tex.ad litteram,quod homo manusmortuæ non potest testari, ergo semper moreretur testamento non condito,& per consequẽs semper succederet episcopus,& tamen est tex.ad litteram qui videtur facere in contrariũ in.§.xx.incip.*Le seigneur de la mainmorte*,infrà in hoc eodem tit.¶Istud iacet in hoc articulo,an qui non potest facere testamentũ,dicatur mori intestatus,de quo satis in terminis huius quæstionis ꝑ Io.fabri,& Io.de platea in.§.j.in prin.insti.de hære.quæ ab intesta.deferuntur.de qua materia an & quando intestabilis comprehendatur sub verbo intestatus.Bar.in l.j.ff.de suis & legi.Alex. in l.generaliter.in prin.in ij.iij.& iiij.col.C.de insti.& in cõsi.cxv.in.jj.vol. dicam alibi plenius.Bal.in margarita,in verbo,intestatus.& idẽ Bal.in d.c.j.§.j.iij.col.de succe. feudi in vsibus feudo.hìc antè alle.¶Vide Boerium in consue.Bituricen.tit.de test.§.iij.in gl.in ver.sed quæro de quæstione multum singulari.¶Et de huiusmodi consuetudine,quæ est odiosa,appellatione intestati non continetur intestabilis.G.benedicti in simili casu,in sua repe.c,Raynu. in verbo, & vxorem,nomine Adelasiam. nu.xviii.& xix.extrà,de testamen.

2 Manusmortuæ cõdiũ nõ sũt ascriptitij. EX hoc patet*quod serui huius patriæ qui dicuntur homines manusmortuæ non sunt ascriptitij, cùm ascriptitius testari possit.facit in l.si quis presbyter.C.de epis.& cler.dixi in rub.huius tit. sed ad quæstionem huius.§.videlicet an seruus testari possit.vide Spe.in tit.de feu.§.quoniam versicu. decimonono quæritur.vbi post suam disputationem dicit,quòd consuetudo in hoc vniuscuiusque regionis seruanda est.& istud etiam dicit in ver.xxvij.Martinus.de fano,disputat etiam quæstionem in tractatu suo de homusia.in viij.quæstione.

HAE C enim consuetudo videtur procedere continuatiuè ad præcedentẽ,quia dicitur in præcedenti quòd homo manusmortuæ nõ potest alienare mansum manusmortuæ,& super hoc docto.disputant, nunquid prohibitus alienare possit hæredẽ instituere,vt habetur per doc.in l.si ita quis.§.ea lege maximè per do. Claudiũ de aquis post Alex.ff.de verb.obl.& per Barba.in repe.rub.de reb.eccle.nõ alie.sed illa disputatio doctorum,est hic apud nos per consuetudinem nostram decisa,ideo non est amplius insistendum.

3 Quæstio. POne*quòd homo manusmortuæ vidẽs quòd de bonis suis nõ põt testari qñ est in lecto egritudinis,facit donationẽ de bonis,suis aliquib⁹ ex suis parẽtib⁹,ne manusmortua sit aperta dño,& ne bona ei⁹ veniãt ad dominum

minũ iure manusmortuę,an talis donatio poterit inualidari?Io.Pet.de Ferrariis mouet hãc quęst.in forma libelli ꝓ hæreditate ab intestato delata, in gl.nullísq; superstitib⁹. in viij.col.illius gl.possent hic adduci ea quæ dixi suprà in tit.*Des droictz & appart.a gẽs*.in §. *Le mary cõstãt le mariage*,in gl.ibi, *Et des heritages*. Vide de hoc tex.in l.j.in prin.& in l.viuus.ff.si quid in fraudẽ patro.& vide Ant.de But.& ibi Barb.in c.ij. de cõsuetudine,qui dicũt,ꝙ actus factus ꝑ aliquẽ cõstitutũ ĩ infirmitate,de qua ipse moritur,dicitur actus vltimę volũtatis.

Vide G.Bendedicti in sua repe.c. Ray.in verbo, & vxorem nomine Adelasiã.nu. 956.de test. vbi dicit ꝙ tales non possunt disponere maximè donãdo. l.j.vbi Io.de Platea & doc.C.non licere habitato metropo.loca sua ad alios transferre.lib.xj.vide quę dixi in meo monologio, in verbo donatio.vbi dixi quòd donatio facta per infirmum ex peste qui statim moritur non valet,& est actus vltimæ voluntatis.

Aduerte tamen ad text.in d.l.viuus.suprà alleg.quòd tales homines manusmortuæ non possunt donare nisi bene merentibus æquiparando eos libertis, cum tamen adhuc sint deterioris conditionis,& ideo si donent alicui tanquam benemerito , probanda sunt illa benemerita, aliàs donatio est nulla tanquam simulata. Ang.in l.j.§.si pater.ff.pro dona.& cõsului in casui emergenti.

IN TEXTV IBI, *Par testament n'ordonnance.*

Pone * quòd pater emat aliquid nomine filij,& eidem tradat eo viuo,an hoc casu valeat,& sit præcipuũ filio?vide tex.in l.filiæ cuius.& ibi Bal.C.fami.hercis.& quæ dixi suprà in titu.*Des droictz & appartenances a gens mariez*, in §.*Femme mariee selon la generale*.in glo.*acquestz*,& quid de diuisione quam pater facit inter liberos assignando eorum cuilibet suam partem,vide in titu. *Des droictz & appartenances a gens mariez*, in §.*La femme qui est participante*,& ex ibi dictis cogita quid dicendum esset in hoc casu,si pater sic faceret,intellige quo ad extraneos,& in præiudicium domini,quia quo ad suos,aut alios secum manentes,& qui aliàs eidem de iure succedere debent vel secundũ consuedinem,potest testari.arg.l.si quis presbyter.C.de episc.& ita tenet Ioan.Fab.in §.seruitus est constitutio.insti.de iure personarum.

IN TEXTV IBI, *Sans consentement de son seigneur.*

Quæro de quæstione multum notabili, quidam homo manusmortuæ & eius vxor in contractu inter viuos , & pacto inter eos inito faciunt se adinuicẽ hæredes hoc modo , scilicet quòd volunt quòd vnus sit hæres alterius superuiuentis,casu quo non habeant filios ex proprio corpore natos,in præsentia eorum domini consentientis, & præstantis consensum , an si postmodum vnus illorum moriatur, sit alter hæres ? dixi in casu emergenti * quòd cum hæreditas in contractu dari non possit. Barto. in l.tale pactum.§.fi.ff.de pactis. & pacto inter viuos quis fieri hæres non potest.l.hæreditas. C.de pactis conuentis.do.meus Ias.in d.l.tale pactum.& in l.licet inter priuatos.C.de pactis.Ioan.de Imol.in rub.de testamen.in pen. & vlti. col.vbi dicit idẽ si in donatione inter viuos aliquis dat partẽ hæreditatis, quòd talis cõtractus nõ valet. ¶ * Si tamen fiat quis hæres in contractu in certa re secus , vt consului in casu emergenti,in successione nobilis viri Cypriani de Rabutin,consilio incipien.(vt iam suprà dictum est)Nobilis quondam vir dominus Cyprianus de Rabutin. allegando Oldr. consi suo.cxxxix. vbi multa pulchra dicit.& istam opinionem sequuntur multi,quos allegat do. meus Ias.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obli.

Quæstio notabi.

1 Hæreditas nõ potest dari pacto.

2

ADDITIO. Consilium suprà allegatum est in ordine meorum consiliorum.xxxix.& incipit, factum tale est,nobilis quondam vir.*

Nec in hoc facit seu aliquid operatur cõsensus domini , quia iste consensus dñi non potuit supplere defectũ solennitatis testaméti,& defectũ contractus ratione personæ, cũ inter virum & vxorem de iure & cõsuetudine sint prohibiti tales contractus,imò solus princeps superior,potest tales defectus supplere cõfirmando aut aliàs consentiendo.doc.maximè Anto.Panor. & Bal.in c.j. de transactio. domi . meus Ias.in l.& quia. quã legit cũ l.more.in vij.col.ff.de iurisd.om.iud.& ideo domin⁹ est hæres,& aperta est manusmortua domino.

Ego nunc credo contrarium,& quòd consensus domini in hoc facit valere tale pactum,sicut dicimus de eo cui succeditur,quod de eius voluntate potest fieri pactum de futura successione, vt dicit do. meus Ias.in l. fi.in vij. limitatione.C.de pac.¶ Sed quid in casu,qui sæpe euenit, vbi vna filia vnius domus exit extra domũ patris,& in locum illius ponitur altera,quæ remanet in societate,an hoc casu reputabitur filia cõmunis , & ita illi succedatur sicut si esset vera filia naturalis & legitima?aut an succedat talis filia in domo alterius recepta patri & matri alterius filiæ,in cuius locum est posita?¶ Videtur quòd non,quia licet sit communis in bonis per huiusmodi associationem,quæ fit ponendo eam in locum alterius,non tamen est propriè de proximis parentibus,ex quo eidem non conueniunt ea quæ sunt necessaria ad hoc vt quis succedat alteri, ideo videtur in ea deficere ius succedendi quò ad illos cum quibus est in communione,& quo ad suos proximos parentes,quia non est in societate cum eis, ex quo videtur quòd si in dicta domo vbi est, sint aliqui parentes , cum debuisset succedere filia in locum cuius est posita,quòd hæc illis non succedet,nec illi succedunt,existentes in communitate cum ea,nec eius parentes:& sic quòd in his est aperta domino manusmortua,eo quòd si non valuit expresse pactum de succedendo alicui,cui non succeditur de iure,vt hic antè dictum est , multominus tacitè,saltem nec tacitè,cum par sit virtus taciti & expressi . l.cum quid.ff. si certum petatur . ¶ Sed quicquid sit , ego credo quòd quo ad ius filiationis , scilicet quò ad patrem & matrem alterius filiæ in cuius locum est posita, aut ius fraternizationis,in locum cuius sororis est posita,ex consensu & voluntate alterius, quæ exiit domum, & aliorum proximorum parentum filiæ exeuntis,quòd talis filia quæ in locum illius est posita,habet iura & filiationis & fraternizationis ex conuentione & tractatu inter eos facto , per l. quidam cum filium. ff. de verbo.obligatio. ita quòd sicut filia naturalis & legitima si semper in domo remansisset illis successisset, & dominum manusmortuæ exclusisset , ita etiam hæc filia in locum illius posita, illis succedere debet. Eo etiam quòd qui in locũ alterius ponitur , habet illa & eadem iura quæ habebat ille in cuius locum ponitur, vt dicit Alex.post alios in l.qui quadringenta.ff. ad Trebellianum. & idem Alex. & do.meus Iason in l. in prouinciali.§. primo.ff. de operis noui nuntiatio.Ex quo enim dicta filia est in locum alterius posita , quid operatetur hoc,nisi quòd illa iura quæ habebat altera filia in cuius locum ista est posita,fuit in locum suũ translata?

quoniam illa poſitio,ſeu traductio in locum alterius non debet eſſe fruſtratoria, eo etiam quia ſurrogatum ſapit naturam illius in cuius locum ſurrogatur.vulgata.l.ſi eum.§. qui iniuriarum.ff.ſi quis cautionibus. aliàs ſequeretur quòd altera filia remaneret indotata.cogitatis,quia non eſt ſine dubio, & conſului amplè in caſu emergenti,hic tamen non firmo,ſed materiam cogitandi habebunt poſteri.

§. DVODECIMO.

GEns de mainmorte eſtans communs en biens ſ'ilz ſe ſeparent & diuiſent,ilz ne ſe peuuent reunir ne remettre enſemble ſans le conſentement du ſeigneur du lieu de la mainmorte,& ſ'entend la ſeparation entre gens de mainmorte,quant il ont party & diuiſé leurs meubles & heritages,& qu'ilz ſont ſeparez d'ũg feu & d'ũg pain.& font demeurance ſeparée chaſcun en ſon chief.

ISta conſuetudo etiam obſeruatur in comitatu Burgũdiæ,& in comitatu Niuernen.imò in comitatu Niuerneñ.vno ſeparato,omnes dicuntur ſeparati.

IN TEXTV IBI, *S'ilz ſe ſeparent & diuiſent.*

De veſtib. quotidianis & feſtiuis. QVæro,an in hac diuiſione veniant veſtes quotidianæ,& feſtiuæ & quomodo in talibus debeat fieri? dic quòd quotidianæ ſunt omnibus habentibus præcipuè,ſed feſtiuæ ſunt diuidendæ, habebit tamen quilibet ſuas feſtiuas ſi voluerit,ſed debent eſtimari non quantum conſtiterunt, ſed quantum tempore diuiſionis valebunt,ita in ſimili Bart.in l.j.§.ſed nec caſtrenſe.in penul.col.verſi.vlterius quæro,pone quòd pater.ff. de colla.bono.& ita tenet Paul.de ca.in conſi.ſuo ccclv.inci.Ad primum videtur in impreſſione noua. vbi e-
1 tiam dicit*quòd dotes filiarum alicuius ex ſociis debent ſuper communitate ſolui & accipi,per plura per eum alleg.& allegat Bal.in trac.ſuo de duobus fratribus.antè finem,in duobus locis.Vide amplè Decium in conſi. ſuo lxvj.lxvij.& lxviij.in j.volu.vbi de materia idem tenet Soci.in conſi.ſuo ccxiij.in v.col.ibi,circa aliam du-
2 bitationem,*ſi tamen vnus ex ſociis acceperit vxorem,& ex ea habuerit dotem antè omnia debet deduci de ſocietate,& detrahi de bonis communibus tanquam æs alienum,ita tenet Specul.in tit.de iudi.in iiij.parte.in §.ſequitur.verſi.quid ſi à communione,& Soci.in d.conſi.ccxiij.in v.col.hîc antè alle. ¶ De materia communionis & diuiſionis bonorum communium dixi ſuprà in tit.*Des ſucceſſions*.§.*Le teſtateur par teſtament*.in glo. *meilleur de lautre* verſi.inſequendo quod dicit eſſe verũ Bal.in conſi.ſuo.ccclxxxvij. in iij. vol.ſi probetur dotem fuiſſe verſam in vtilitatem communem,aliàs non.

IN TEXTV IBI, *Ne ſe peuuent reunir ne remettre.*

NAM hoc eſt,eò quòd ſtatim diuiſione facta,ius eſt acquiſitum domino,ex quo amplius non ſunt in communione,& ideo ſine eius conſenſu ſeipſos reunire non poſſunt. facit in ſimili quod dicit Ang. in l.iuriſ-
1 gentium.§.adeò.ff.de pactis.vbi dicit*quòd ſi ex contractu debeatur gabella fiſco, contrahentes non poſſunt recedere à contractu in præiudiciũ fiſci,cui debetur gabella vel laudimiũ.arg.l.inſulam.§.fi.& l.ſi mulier diuertit.ff.ſol.mat.faciunt quę dicit Iaco.de S.Georgio in tractatu ſuo de roydis ſiue operis.in ix col.vbi dicit,po-
2 *Nota.* ne * ꝙ domini terrarum per conſuetudinem vel ſtatutum ex venditione habeant aliquod ius ventæ ſeu laudimij,duo homines alicuius domini celebrauerunt contractũ venditionis, deinde ex interuallo receſſerunt ab illo,an poſſint in præiudicium domini?concludit per multa quòd non,quia per venditionem ius eſt iam quæſitum domino,faciunt quæ dicit Ioan.Fab.in §.j.in prin.inſti.de emp.& vendi.

Quæſtio. LImitãtur tamen prædicta vna limitatione,ſcilicet niſi poſt contractum celebratum inter partes,ipſe partes incontinenti per pactum reſoluerent ipſum contractum, quia tunc per hoc non poteſt prætendere dominus ius fuiſſe ſibi quæſitum ex primo contractu. argu. l. plerique. ff. de ritu. nup. & dicit Pau. de caſt. in d.l. iuriſgentium.§.adeò.ff.de pact. quòd dicerentur incontinenti reſoluere, quando reſoluunt antequam diuertant ad extraneos actus.facit optimè text.cum gloſ. in l.duos.§. fina.ff. de duobus reis. vel diceretur incontinenti feciſſe,iuxta ea quæ habentur in l.bonæfidei. C. de pactis. faciunt quæ dicit domi. meus in l.lecta.ff.ſi certum petatur.in x.& xi,colum.vbi plenè.

SED quæro,quid ſi poſt factã diuiſionẽ & executan.denuò cõmuniter & pro indiuiſo poſſideãt omnia eorum bona,an cenſeatur inter eos inducta recõmunio ſicut prius?videtur ꝙ ſic,per tex.in l.itaque.ff.pro ſocio.& pro certo hoc verum eſt in hominibus liberę conditionis,vt dicit Lud.Roma.in conſi.ſuo ccccxviij.incip.in eo quod quæritur, ſed per conſuetudinem ſecus in hominibus manuſmortuæ, & ſeruilis conditionis, credo tamen quòd ſi fuerint per xxx. annos,quòd eſt inter eos communio in petitorio, & per annum in poſſeſſorio.per ea quæ dixi ſuprà in §.j.& in tit.*des ſucceſſions*.in duobus aut tribus locis.

ITem quia tex. dicit, *reunir & remettre.* quæro an ſicut qui ſemel fuerint in cõmuni ſi ſe ſepararunt nunquã poſſunt ſe reunire, ita etiam ſi qui primò nunquam fuerunt in communione poſſint ſe in cõmunione ponere ſine licentia domini? videtur ꝙ non,cum à pari iudicentur actus cuiuſque confectio atque reſolutio.l.ab emptione.ff.de pactis.l.ſi ad reſoluendam.C.de prædiis minorum. Ludouicus Roma.in dicto conſilio, credo tamen quòd cum ſtatutum noſtrum ſit exorbitans in hoc à iure communi, quòd non extendetur in caſu non expreſſo,& quòd caſus omiſſus remanebit in diſpoſitione iuris communis.

EX quo etiam dixi,ꝙ licet aliquando fiat aliqua ſeparatio bonorum mobilium aut acquæſtuum, puta quia vnus habet bona mobilia & acquæſtus,ſeparatim à ſuis fratribus & communibus in bonis, ſi tamen non ſit ſeparatio bonorum etiam immobilium,ſecundum tex. noſtræ conſuetudinis, quòd ſi vnus ex illis habeat domicilium ſeparatum,& faciat acquiſitiones ſeparatas,imò etiam fuerit facta ſeparatio mobilium tantum, & habeat aut poſtpoſuerit aliquem ex ſuis parentibus, qui eidem ſuccedere debent, eundem tanquam parentem & propinquum mittendo,quòd per hoc videtur eundem ſecum reunire,& iterum ſecum aſſociare, quod poteſt hoc caſu,eo quòd ad hoc vt ſit prohibitus reunire,requiritur ſeparatio mobilium & immobilium,quæ nõ interuenit in hoc caſu,conſului pluries.

IN TEXTV IBI, *Et s'entend separation.*

DE hoc verbo intelligitur, qualiter debeat capi in statuto, vide Alberi. in suis statutis in prima parte, quæstio. xij. Vide dominum meum Iasonem in l. Item acquirimus. in quinto notabili. ff. de acquiren. possess. vbi quandoque importat veritatem, quandoque fictionem. *Intelligitur verbū.*

QVæro de quæstione de qua fui interrogatus. quidā ab humanis decessit relicto filio quodā cū matre superstite, fecit, diuisionem bonorū mobiliū cū matre, immobilia autē ipse & eius mater, dederunt in solutum creditoribus quodā sui patris & mariti eius matris, & separatim habitauerūt, nūc moritur mater, petit filius successionem illius, dicit dominus manusmortuæ ꝙ locus est manusmortuæ, eo ꝙ nō sunt communes in bonis, & ꝙ diuiserunt eorum bona, & separatim morantur, replicatur ex parte filij quòd consuetudo quantum ad diuisionem & separationem dicit plura esse requisita copulatiuè ad hoc vt dicatur separatio, scilicet ꝙ fiat diuisio bonorum mobilium & hæreditagiorum, nā non fuit facta diuisio hæreditagiorum, ergo non conueniunt verba consuetudinis, per consequens nec dispositio illius. replicatur ex parte domini, quòd illa consuetudo debet intelligi quando sunt bona mobilia & immobilia, quæ veniunt in diuisione, sed hîc cū non sint immobilia cum sint data in solutum, igitur de illis non fiet diuisio, cum priuatio præsupponat habitum. l. decem. ff. de verb. obl. cum vulg. cogita. quia dixi quòd erat aperta manusmortua domino. *Quæstio.*

VTrum hæc clausula, *Et s'entend separation*, intelligatur etiam in §. sequenti, hoc est dicere, quòd si homines manusmortuæ non simul morantur, sed sit vnus qui faciat habitationem separatam, non tamen in suo capite, sed vt mercenarius, an dicatur simul morari cū suis parentibus, ita quòd ei succedat si moriatur ab intestato? hoc quotidie videmus euenire in pluribꝰ qui vadūt ad famulandū, vel etiā qui deseruiūt in beneficiis tāquā vicarij, ex quo tales ibi faciūt habitationē separatā, an sit aperta manusmortua domino in talibus, ex quo constat eos habere animum redeundi, cū sint ibi ad tempus, etiam si per decennium ibi manerent non cōtrahunt domicilium, secundum Felin. in c. j. cum dilectus. *Le second*, extrà, de rescrip. & Barba. in c. quod clericis. in viij. col. extrà, de foro compe. ¶ Item ex quo semel fuerunt in communione bonorum & habitationis, adhuc præsumuntur esse, nisi constet eos esse separatos, quod non potest esse quo ad bona, nisi diuiserint quo ad habitationem, nisi quilibet faciat habitationem separatam in suo capite, vt dicit hîc tex. quod non facit mercenarius aut vicarius alicuius beneficij, igitur cogita. dicam infra plenè. in §. sequen. in casu emergenti.

ADuerte licet hîc dicatur & ponatur exemplum in illo qui tanquam vacarius aut mercenarius seruiuit in aliquo loco, non dicitur à suis parentibus separatus ratione habitationis & domicilij. Tamen idem mihi videtur dicendū etiā in illo qui alio loco franco moratur, & ibi habet domū propriā quam emit, aut aliàs, & ibi tenet focū & larem separatū ab aliis suis parentibus, quia etiā hoc casu nō dicitur ita separatus, nisi fuerit facta realis separatio bonorum, ꝙ nō debeant eidem succedere proximi parentes. Cùm licet ibi habeat domicilium ratione incolatus, tamen non per hoc amisit domiciliū originis, quòd est hîc in cōsideratione. Ita quòd quis non dicitur perdere illud nisi per illam separationem bonorū, aut per expressam renuntiationē quæ non interuenit hoc casu. Et nō est inconueniens quòd quis habeat plura, vt dixi infrà in. §. sequen. in glo. *sinon.*

IN TEXTV IBI, *Qui sont separez.*

QVæro de quæstione. Pone quòd pater aliquis habet filium, & filiā quā maritauit dote ei data, ita quòd fuit exclusa aut virtute statuti, vel virtute pacti, vel aliàs, quia pater iussit eam esse tacitam & contentā. Ita quòd ampliùs nihil petere possit, & illam dotē acceptauit, erat tamen adhuc in domo cum fratre, mortuo patre dicti frater & soror, se volunt reunire sine consensu domini, an possint? ¶ Videtur ꝙ sic, quia textus nostræ consuetudinis, expresse ponit per plura requisita quæ copulatiuè requiruntur, ad hoc vt dicantur separati seu diuisi, nam primò cōsuetudo dicit quòd homines separati & diuisi non possunt se vnire sine consensu domini, & postmodum ponit declarationem istius separationis, declarando ꝙ separatio in hoc casu intelligitur pluribus interuenientibus, quæ quidem copulatiuè sunt posita, ex quo requiritur concursus omnium copulatorum. l. si hæredi plures. ff. de hære. institu. §. si plures. instit. de hæredi. instituen. l. si stipulatus fuerit. x. aureos. ff. de verborum obligatio. maximè quia istæ copulatiuæ ponuntur circa plures orationes respectu certi dispositi in diuiduo, prout dicit Bart. & do. meus Ias. in l. j. in prin. in iij. & iiij. col. ff. de iustitia & iure. Or nunc ponuntur istę copulatiuę respectu certi dispositi, scilicet ad denotādū quid dicatur separare & diuidere, ergo omnium copulatiuè ad id requiritur concursus. plura ibidem dominus meus allegat ad propositum. Sed vide Feli. in c. ij. in x. col. extrà, de rescriptis. & in specie quasi videtur decidere Alexan. in consilio suo xlviij. incipiente, rubri. de vacatione patris & filij & c. visis & optimè digestis. in j. volu. quod est repetitum in consilio ccxiiij. in ij. volu. vbi dicit quòd si requiratur habitatio patris & filij, & communio per copulatiuam, quòd requiritur concursus vtriusque, ex quo ad finem separationis requiratur diuisio bonorum & habitationis, non sufficeret in casu nostræ consuetudinis vnum illorum. Cùm ergo in casu nostro non fit diuisio habitationis, non sumus in casu nostræ consuetudinis. Et ideo hoc casu se reunire possunt sine consensu domini. *Quæstio.*

§. DECIMOTERTIO.

GEns de mainmorte ne peuuent succeder l'ung a l'autre sinon culx demeurans ensemble, & estans en communion de biens.

IDem in comitatu Burgūdiæ & in comitatu Niuernē. ¶ In comitatu verò Cāpaniæ est diuersitas hominum manusmortuæ, quia aliqui sunt quibus parentes succedunt, aliqui quibus dominus in mobilibus & hæreditagiis, aliqui quibus dominus in mobilibus, aliqui in hæreditagiis tātū & ideo quilibet dominus debet probare cuius istarū cōditionū seu specierū sint eorū homines, vt habetur. tit. j. §. iij. iiij. v. & vj.

LIcet ergo simul habitent, si tamē nō sint cōmunes in bonis, vnus non succedit alteri, vt tenet Iacobi. de S. Georgio in tract. suo de roydis. seu operis. in viij. col. ibi, quid de tali casu. vbi ponit casum multum notabilem, videlicet stante hac cōsuetudine seu statuto, si pater habeat filium & filiam, & filia contenta vel aliàs per pactum sit exclusa à successione, si moriatur pater relicto filio, deinde filius relicta sorore, qui semper habitauit

cum eo.ex quo non ſunt in bonis communes,non ſuccedit ſoror fratri,quod nota,quia eſt hic copulatiua, cuius vtriuſque copulati requiritur concurſus.dixi hîc anté.§.proxi.in fi.& multum in hoc caſu facit deciſio Alex.hîc in conſuetu.præceden.alle.ſcilicet in conſi.xlviij.in j.vol.repetito in conſi.ccxiiij.in ij.volu.vbi dicit ꝙ ſi requiratur habitatio & communio per copulam, requiritur cõcurſus vtriuſque ad verificationem diſpoſiti. faciunt ea quæ dicit do.meus Iaſ.in l.j.in princi.in iij.& iiij.col.ff.de iuſti.& iure.

1 Inter patrem & filium nulla cõmunitas.

SED an hæc conſuetudo habeat locũ in filio vel filia ſeorſum habitãte à patre , ita ꝙ etiã ſit excluſus filius vel filia à ſucceſſione,vel etiã à legitima.videtur ꝙ hæc cõſuetudo nõ habeat locũ in filio, & ꝙ ſi haberet locũ in filio,nũꝙ̃ filius ſuccederet,* quia inter patrẽ & filiũ nulla eſt cõmunitas, vt dicit Bal. in l. cũ oportet, verſi.quæro.C.de bonis quæ libe.dixi ſuprà in tit.Des *ſucceßions*.§.vj.in gl.pe.ergo nunquã filius ſuccederet patri ſuo manuſmortuæ,licet etiã habitaret cũ patre.cũ illa pars copulatiuè ſcilicet.*& eſtans en cõmunion de biẽs.* non poſſet in filio verificari,ergo ſequitur ꝙ hæc conſuetudo in filio non habet locũ , quia cũ non cõueniant verba diſpoſitionis,nec etiã diſpoſitio.tex.in l.iij.§.toties.ff.de dã.infec.Alex.in cõſi.xvij.in j.col.in j.vol.Barba.in cõſi.ij.v.col.in j.vol.¶Sed ſic eſt ꝙ in filio hæc verba non conueniunt ſcilicet,*& eſtans en cõmunion de biens*.cũ inter patrẽ & filiũ nulla ſit cõmunitas,ergo nec vlla diſpoſitio.¶Itẽ etiã ſequeretur ꝙ ſi haberet locũ in filio,quòd nunquã filius excluderetur per habitationẽ,quia habitatio patris eſt habitatio filij,vt dicit Bal. in l.j.§.illud.C.cõmu.de manu.& do.meus Iaſ.in l.filius paciſcendo.in j.col.C.de pac.Alex.in conſi. xlviij. in ij.col.in j.vol. & ibi multa dicit Alex. quæ multũ faciunt ad corroborationẽ vel impugnationẽ huius noſtræ

2 cõſuetudinis.¶*Itẽ aduerte,quia dicitur ꝙ inter patrẽ & filiũ nulla eſt cõmunitas,imò videtur ꝙ ſic, cũ dicatur ꝙ eſtimũ patris cẽſetur eſtimũ filij.gl.eſt no.in l.ij.C.qñ & à qui.lib.x.do. meus Iaſ.in l.filius. & Feli. in c. afferte.in ij.col.ext.de præſum.& Alex.in d.cõſi.xlviij.in ij.col.& do.Feli. in c.j.de magiſtris . ex quo videtur ꝙ quo ad hoc hæc clauſula,*& eſtans en cõmunion de biens.* poteſt in filio verificari,ex quo ſi ſit cõmunio , ergo poteſt eſſe diuiſio.& ſatis ad hoc faciũt dicta Alex.in dicto cõſi.xlviij.hîc antè alle.¶Itẽ ſi hoc eſſet verũ ꝙ filia ſeorſum habitãs à patre eſſet excluſa in totũ tã à ſucceſſione,ꝙ̃ à legitima , ſic ſtatutũ quod non poteſt directo in totũ tollere legitimã filiis.Bal.in l.j.C.de ſumma trini & fide catho. Alber.de Roſate in l. quoniã in prioribus.C.de inofficio.teſta.Soci in conſi.ſuo xxx.in col.j.tolleret per indirectũ. & ſic quòd non poteſt fieri directo,fieret per indirectũ,contra tex.in c.tuæ.de procur.glo.in c.j.de conſan.& affini.de qua regula dixi in trac.meo,de maledictione creaturarum irrationabilium.in iiij.principali dubio ibi,tertiò ad hanc partem accedat.

3 Legitima nõ videtur tolli ſtatuto.

¶* Item nunquam videtur tolli legitima per ſtatutum. niſi expreſſè de ea fit mentio. Salic.in l.ſancimus. C.de nup. Franciſ.de curte in conſi.ſuo xxxix.in iij.& iiij.colum.ſed hîc nulla eſt facta mentio de legitima, ergo filia & filius etiam ſeorſum habitãtes à patre,& non exiſtentes in cõmunione ſaltem non excludentur à legitima.& faciunt quæ dicit Soci.in conſi.ſuo ccxxx.in ij.colum.verſi.confirmatur hoc idem. vbi poſuit an diſpoſitio excludens à ſucceſſione.excludat etiam à legitima.

ET multũ ſunt põderanda verba huius cõſue.qñ dicit,*ne peuuẽt ſucceder*.qm̃ per hęc verba videtur eſſe ſublata legitima,cũ ex quo nõ poſſint filij ſuccedere,ergo nec hæreditatis petitionẽ intẽtare,ſine qua hæreditas peti nõ poteſt.l.j.& iij.ff.de peti.hæredi.ſed ipſa hęreditatis petitio tolli poteſt,cũ ſit iure ciuili inducta.l.itẽ veniunt.§.cũ aũt.ff.de peti.hæredi.ergo ſublata via per quã venitur ad bona,tollũtur & ipſa bona. ſublato enim medio,ſine quo ad extremũ perueniri nõ poteſt,& ipſum extremũ in effectũ ſublatũ eſſe videtur. Nã ſublata querela per quã peruenitur ad hæreditatis petitionẽ,ipſa hęreditatis petitio ſublata eſſe videtur.l. ſancimus.§.vlt.C.de inof.teſt. & ſublato iure reſtitutionis, per quod venitur ad reſciſſoriã , & ipſa reſciſſoria ſublata videtur.l.in honorariis.§.ſed cũ reſciſſa.ff.de actio.& oblig.& etiã ſublato iure offerẽdi.p quod venitur ad pignoratitiã,ſublata videtur ipſa pignoratitia.l.cũ notiſſimi.C.de præſcrip.xxx. vel xl.annorũ. & notatur in l.ſi finita.§.poſtea aũt.ff.de dã.infec.Et ex his vidẽtur quidã tenere ꝙ etiã legitima poteſt tolli in totũ,de qua materia dixi remiſſiuè ſuprà in ti.*des ſucceſſiõs*.§.ij.gl.*la tierce partie des biẽs*.Sed magis ad ſaturitatẽ, vide Pau. de ca.& do.meũ Iaſ.in aut.nouiſſima.C.de inof.teſt.Dy.in regula indultũ.de reg iur.in vj. Bal. & Salic. in d.l. ſancimus.C.de nup.Bal.in l.cũ lege.C.de epiſ.& cleri.Bal.in l.j.§.ius naturale.ff.de iuſti.& iure.Ang.in l.quod de bonis.§.fi.ff.ad legẽ Fal.Federi.de Senis.in conſi.lxxv.& in cõſi.cclxxv.Ludo.Ro.conſi.ccxxxij.& in conſi. xxxij.Pau.de ca.in conſi.lxxvj.& in conſi.ccxxxij.Old.in conſi.clxx.Albe.de Roſa.in trac.ſtatutorũ, in ij.parte.q.ciiij.Pau.de ca.poſt alios in l.Titio centũ.§.Titio genero.ff.de cõdi. & demõ.eundẽ Pau. in cõſi. lxxviij. incip.pro clariori reſpõſione.vbi dicunt ꝙ quando quis à ſucceſſione alicuius excluditur,etiã eidẽ non debetur legitima etiã ſi ſit deſcẽdẽtibꝰ,quæ deciſio eſt ad literã,ad clarè inducẽdũ per tex.huius cõſuetudinis ꝙ etiã dictis filiis cũ ſint excluſi à ſucceſſione non debetur legitima , licet expreſſè non fuerit dictũ ꝙ ſint excluſi à legitima,cũ vt dicit Benedicti in loco hîc ſtatim allegãdo.nu.50.habet locum etiã in filiis, ex quo approbat ſtatuta etiã in foro conſcientiæ,deferentia omnem ſucceſſionem primogenito, & priuantia alios filios legitima. quæ cum habeat aliquã rationẽ ſcilicet fauoris & conſeruationis domus, tamen non mihi placent, & mihi videntur multũ iniqua,licet vnus ex filiis illo caſu hereditatem paternã accipiat, multò magis debet ſtatutũ huiuſmodi iniquũ cenſeri,in quo filius in totũ excluditur , & hæreditas perueniret ad extraneũ in totũ , & ideo quicquid ſit,credo ꝙ huiuſmodi ſtatutũ, ita intelligendo eſſet iniquiſſimũ. Et ideo cũ multi ſint tenentes opinionem contrariam, videlicet ꝙ legitima in totum tolli nõ poteſt,vt Richar. malumbre, de quo per Cy. in l. ſancimus.C.de nup.cũ quo trãſeunt & ſequũtur cõmuniter citramõtani.quos Itali vocãt vltramõtanos in d.l. ſancimus.& etiã Albe.de Roſa.in ſuis ſtatutis,q.ciiij.Bal.in l.cũctos populos,C.de ſum.trini.& fide catho. & in l.cũ lege.C.de epiſ.& cle.& in d.l.ſancimus.Ant.de But.in c.Raynu. de teſta.deciſio Tholoſana . quæſtio. cccccxxxvij.& plures hincinde alleg.Soci.in conſi.ſuo cl.in j.& ij.col.in j. vol. vbi videtur concludere ꝙ cum aliqua rationabili cauſa poteſt in totum tolli puta ingratitudinis vel familiæ conſeruandæ , & agnationis ſecundum Bal.in d.l.cum lege.& Io.de Imol.in d.l. Titio centum. §. Titio genero.ff. de condi. & demonſtra. & in hac opinio.videtur eſſe Decius in conſi.ſuo cvj.in vlti.col.& in conſi. xix.in pe.& vlti .colum.in ij. volu. Et cum in hoc caſu non ſit cauſa rationabilis,cum non ſit quæſtio de conſeruanda familia & agnatione, nec

ſit ratio

sit ratio aliqua quæ possit esse valida, ꝙ extraneus admittatur antè filios saltē in legitima, nō video hanc cōsuetudinē esse iustā & rationabilē: si intelligatur etiam in filio, qui nihil habuit à patre pro legitima, ita ꝙ hoc casu non obstan. dicta cōsuetudine si nihil habuit à patre puta dotē aut donationē propter nuptias, poterit petere legitimā, & in ea se facere manutenere in Gallia, vt dixi suprà in titu. *des successions*. in §.ij. in gl. *la tierce partie de ses biēs*. Quicquid adhuc sit, nō credo ꝙ causa cōseruationis familiæ, & agnationis nō sit legitima, & sufficiēs ad tollendū in totū legitimam iure naturę debitam, quoniam iura naturalia per iura ciuilia immutari non possunt.* Quid dicendū, cogita. Ang. tamen in consi. suo cv. incip. statuto cauetur ꝙ si aliquis. in fi. dicit, ꝙ quādo dicitur* ꝙ qn̄ quis est successurus ab intestato alicui, si nō relinquatur ei legitima, potest illā petere. & hoc casu videtur ꝙ per statutū tolli nō possit, sed quādo nō est succes. tunc ei legitima non debetur: exemplū ponit in filio deportato, sic ergo videtur idem dicendū in isto filio, qui non est successurus ab intestato, per istud statutū, ergo etiā nō debetur legitima. hęc nō mihi satisfaciūt ad omnia supradicta, si casus eueniat in facto & sint pecuniæ pro salario, fortè latius insistam, communis obseruantia tamen in hoc multum operatur, quæ etiam idem in filio & filia quàm in aliis ita obseruatur, secundū quā interpretabitur hæc consuetudo, vt dicit Soci. in cōsi. suo cxj. in iij. col. ¶ Credo quicquid dicatur de obseruantia, ꝙ filius aut filia seorsum habitās à patre, & habens separationē diuisam, vel etiā habeat bona alibi nō cōmunia cū patre, si petat successionē in totū, ꝙ malè agit, si verò petat legitimā sibi iure naturæ debitā, optimè agit, cū hęc cōsuetudo eos solū excludat à successiōe, & non à legitima. & ideo quo ad hoc recurrendū est ad ius commune. & istud est verissimum de iure, quòd intellige verū dummodo non habuerit legitimā viuente patre, puta in filia quæ viuente patre fuerit maritata, & habuerit dotē quę habetur loco legitimę, prout suprà dixi tit. *des successiōs*. §. xij. in gl. *ne retourne point*. ver. j. 4

Nota.

In cōtrariū faciūt quæ dicit G. Benedicti in sua repe. c. Raynu. in verbo, & vxorē nomine Adelasiā. nu. xlv. & xlvj. ext. de test. vbi tenet ꝙ exclusus à successione per statutū, aut cōsuetudinē, est etiā exclusus à legitima. dicit tamen idem ibidem. nu. lxiiij. quòd stante tali cōsuetudine liberi non excluduntur, sed solum alij parentes, quoniā vt dicit cum successiones sint de iure positiuo, vt dicit Bal. in l. meminimus. C. de legiti. hære. consuetudo in eis multum potest, nisi reperiatur prohibita derogare iuri communi.

IN TEXTV IBI, *Sinon culx demeurans ensemble.*

HAEC dictio*(*si nō*) tantū īportat quātū nisi. ¶ Quero qn̄ dicatur simul morari? vide Bar. in l. quintus. ff. de annu. lega. Alex. plenè in cōsi. suo lxxvj. cū seq. vbi plures in hac materia cōsuluerūt. in iiij. vol. ad quos recurrendum est, cum casus euenerit, & communiter do. meus Ias. præceptor meus in l. j. C. de transactio. 1

ADDITIO. Aduerte ꝙ talis cōmoratio de qua in hac cōsue. debet esse corporalis, vt facit tex. in simili tex. in c. fi. de clericis nō resid. & vide in hoc Mat. de affli. in consti. regni Sici. quæ incip. vt participatio. in ij. col. dicit tamē Alber. Brunus in tracta. de cōsti. in verbo, forensis. versi. statutū. ꝙ forensis non fundat, ꝙ filia nupta extra locū originis nō mutat primū domiciliū. alleg. Bar. in l. fi. §. pen. col. j. ff. ad municipales.* ¶ Sed quæro,* quid de clerico residēte in beneficio vel in beneficio deseruiente tanq̄ vicario, aut alicui nobili aut prælato seruiente, qui tamen non diuisit bona cum cōsanguineis vel parentibus, an dicatur seorsum habitare, an semper cum ipsis habere domicilium? cogita ex his quæ dicit Felin. in c. dilectus filius. le. ij. extrà, de rescri. dicam statim in casu emergenti. Ista quæstio de qua hîc, fuit decisa per curiā supremā parlamēti Burgundiæ, contra dominum balliuum Cadrellen. prætendentem manummortuā cuiusdam vicarij mortui in loco beneficij, & hoc fuit anno domini M.cccccxx. in arrestis pronuntiatis in natiuitate domini. 2 *Quæstio.*

ADuerte tamen, quia in curato videtur quòd faciat habitationem separatam in suo capite, quod requiritur, vt dicitur in §. præcedenti. quòd tamen non facit vicarius, qui est in beneficio vt mercenarius & famulus, & cum tales non possint dici facere habitationem in suo capite, non sunt diuisi, & ideo succedunt adinuicem. dixi hic antè in §. præcedenti. in glo. *& s'entend.*

HOdiè fui interrogatus de casu qui sæpe euenit. Quidam presbyter manusmortuæ ad causam terræ Perreciaci venit ad habitandum in loco de Montmort, qui est etiam manusmortuæ, & stetit in commendataria S. Antonij de Tholono, tanquā admodiator, sunt decē aut quindecim anni, sed fuerūt plures & diuersæ admodiationes, tandem ibi mortuus, habens plura bona mobilia, sed nunquā diuisionē fecit cū fratribus & nepotibus, multa bona etiā immobilia, saltē terras & possessiones in dicto loco vbi morabatur acquisiuit. Nunc dominus de Clugny, tanquā prior Perreciaci dicit se eidē debere succedere. Dominus de Montmort, dominus dicti loci vbi mortuus est, petit bona existentia penes se, dicunt hæredes quòd debent esse hæredes, eo ꝙ nunquā fuit facta diuisio inter eos, & quòd dicuntur semper simul morari, ex quo non perdidit nec amisit domicilium originis, per illam solam habitationem, quā fecit talis in dicto loco tanquam admodiator. quid iuris? ¶ Videtur primò dicendū ꝙ in hoc casu locus sit manusmortuæ, & quòd manusmortua est aperta domino, quoniam ex quo talis moratus fuit in dicto loco manusmortuæ, & seorsum à suis parentibus, videtur quòd non habeat quæ sunt requisita per consuetudinem, quia requiritur (vt hîc videmus) ad hoc vt vnus succedat alteri ꝙ morētur simul. constat enim ꝙ morabatur alibi, ex quo maximè ibi stetit per decē annos, & continuè cōuersatus fuit, ratione cuius cōuersationis & habitationis acquisiuit domicilium. facit text. in l. j. C. de inco. lib. x. maximè quando stetit per decēniū. facit quod dicit Bart. in d. l. lex Cornelia. §. domū. ff. de iniur. & Bald. in l. j. C. de inco. lib. x. vbi dicit * ꝙ ad acquirendū incolatū seu domiciliū per incolatū sufficit decēniū. no. gl. in l. hæres absens. ff. de iudi. & ideo quòd ex quo stetit per decenniū alibi, ꝙ nō dicitur ampliùs, morari cum suis parentibus, & ideo non est locus consuetudini. faciūt quæ dicit Feli. in d. c. dilectus filius. le. ij. in vij. colū. ibi, ad domiciliū sortiendū. extrà, de rescri. Et sic videtur ꝙ ex quo stetit in dicto loco de Montmort per decenniū, ꝙ ibi acquisiuit domiciliū, & sic ꝙ nō ampliùs dicitur morari cū suis parētibus, ex quo dominus illius loci de Mōtmort, vbi mortuus est, debet habere ea quę sunt penes se, p tex. nostræ cōsuetu. in hoc eo. tit. arti. x. & domin⁹ originis debet habere alia bona. ¶ Dico tamē ad vtrūque ꝙ nullus prædictorū dominorū debet aliquid habere in successiōe dicti prędicti presbyteri, quātū enim ad dominū loci vbi mortuus est, audiui ꝙ ille locus est nō manusmortuæ. & ꝙ homines de Tholono possidēt ibi terras, & possessiones tāquā existētes in loco

Casus.

3 *Quantū tēpus requiratur ad acquirendū domiciliū per incolatum.*

de Labergement,quẽ tenent & reputãt frãcũ quo ad eos & illo vtuntur,& audiui ꝙ aliàs fuit lata ſentẽtia,& ideo ex quo commendataria S. Anto. eſt ibi poſita,dicẽdũ eſt ꝙ nõ eſt mortuus in loco manuſmortuæ. Sed etiam prædictis ceſſantibus dico, ꝙ per hoc nullus iſtorum dominorum poteſt excludere parentes, etiã licet ſteterit & habitauerit extra domũ ſuę originis per decem, quindecim,aut viginti annos,cũ ibi nõ ſteterit animo cõtinuo habitandi, ſed tanquã mercenarius,& ſic animo recedendi mercede finita, & ideo cũ ibi ſteterit per tempus determinatũ ſine declaratione animi, nec actu ſignificatiuo quòd ibi velit perpetuò manere,nõ dicitur acquiſiuiſſe incolatum ſeu domicilium per incolatũ.ita Bal.in l.eſt verũ.C.de incolis.lib.x.& Ang.in l. hæres abſens.§.j.ff.de iudi.per.l.ex facto.§.fi.ff.de hære.inſtit.& l.nihil.ff.de capti.& hoc tenet Maria.in c.fi. extrà,de foro cõpe. & Feli.in d.c.dilectus filius. & Feli.& Maria. in dictis locis ſatis reſpõdẽt ad iura quę dicũt,ꝙ per incolatum per decẽnium acquiritur domicilium, quia ſoluunt ꝙ in aliquo caſu poteſt eſſe, ſed non eſt inconueniens ꝙ quis habeat plura domicilia, & ꝙ præualeat, ponũt ibi amplè,& etiã aliis modis ſoluunt. quæ in mediũ adducta cũ fuiſſet quęſtio,ſed poſſunt ibi videri etiã,ideo nõ repeto,& quia in cõſilio meo ſcripſi ne videar bis occupaſſe mẽbranas, non inſiſto,ſed omnia videri poſſunt per Maria in d.c.fi. qui multa in hoc dicit, quæ ſunt neceſſario videnda,cum ſimilis caſus occurrit, & ex prædictis concluſiuè dixi quòd* cum mercenarius ſeu admodiator videatur morari in loco ſuæ admodiationis, ad tempus determinatum, ſecundũ ſuam admodiationem quòd non dicitur ibi acquirere domicilium per incolatum,etiam per decennium.in hoc caſu multum iuuant quòd nullas poſſeſſiones ibi acquiſiuerat, nec antiquas quas in loco originis habebat alienauerat,imò ſemper illas communes tenuerat. in ſimili,caſu de vicario in beneficio ſeu admodiatore in beneficio,ſeu aliis rebus fuit iudicatum in Burgundia, vt audiui & dixi ſuprà proximo.§. in gloſ. *& ſ'entend*, & ideo non eſt à iudicato recedendum.

4. Mercenarius an acquirat domiciliũ per incolatum.

ADDITIO. Aduerte quod presbyter beneficiatus,non dicitur habere domiciliũ in beneficio,quòd tenere facit per vicarium ſi habeat aliud beneficium in quo reſideat. per plura tenet Bertran.in conſilio ſuo cj.in iij.parte. *

IN TEXTV IBI, *Et eſtans en communion de biens.*

1 Qui dicantur cõmunes in bonis.

ADde quòd * appellatione communium in bonis,continentur ſolum & comprehenduntur illi qui ſunt ſin omnibus bonis communes,non autem qui ſunt in certis bonis communes,adeo quòd ſtatuto loquente de cõmunibus in bonis,ſolũ cõprehendũtur illi qui ſunt in omnibus bonis cõmunes.ita tenet Alexã.cõſi.ſuo
2 xl.incip.inſpectis verbis ſtatuti.in ij.vol.Et aduerte, ꝙ * per communicationẽ fructuũ non cenſentur aliqui cõtrahere ſocietatem vel communionem.Alex.in addi.ad Bar.in l.ſi patruus.C.communia vtriuſque iudi. idem Alex.in conſilio ſuo xxiij.incip.viſis dubiis.in j.vol.quem vide ibi.

§. DECIMOQVARTO.

LE ſeigneur demeure ſaiſy des biens de ſon homme mainmortable, quand le cas de la mainmorte aduient.

IDEM in comitatu Campaniæ. ¶ Iſta eſt poſſeſſio ciuilis de qua ad plenũ dictũ eſt in §. *le mort ſaiſiſt le uif*,in titu.ſuprà *des ſucceſſions*,& poteſt dominus dicere ſe veſtitũ & in poſſeſſione poſt mortem ſui hominis.& per hoc videtur ꝙ tenetur tanquã ſucceſſor ad omnia debita ſui hominis, de quo dicam infrà in.§.ſequẽ. ¶ De hac ſaiſina.vide G.Benedicti in ſua repe.c.Rayn.in verbo,& vxorem nomine Adelaſiam.nu.950. de teſta.dicit tamen ibi.nu.951. quòd ſubditus non poteſt intentare caſum nouitatis,contra dominum in his quæ ritè gerit in vim ſuæ iuriſditionis. ¶ Quid in admodiatore alicuius terræ,qui habet omnes fructus & emolumenta à domino, an poſſit dicere ſe ſaiſitum contra quoſcũque? videtur quod non,eo quòd non poteſt dicere ſe ſaiſitum niſi ex iure ceſſo: & ideo videtur quòd hæc poſſeſſio non tranſeat in ipſum,vt dixi ſuprà titu.*des ſucceſſions*,§.j.in glo.*ſaiſiſt*,in princi.& etiam quia videtur eſſe ſolum locator,qui non poſſidet quo ad extraneos,vt dixi infrà titu. *des cenſes*,§. vj.incipien.*le ſeigneur cenſier*.in gloſ. *contre le tenementier*,&c.vidi tamen in quibuſdam quòd tales admodiatores in talibus caſibus ſe fecerunt manutenere,ſed bonum eſſet quòd in eorum admodiatione,apponeretur quòd quo ad omnes fructus percipiendos,dominus conſtituit procuratorem ſpecialem,& in rem ſuam.

De admodiatore terræ alicuius.

VIdetur tamen quia ex quo eſt admodiator,quòd habet aliquod ius in fructibus,ſaltem cuſtodiam quòd plus ad vtilitatem ſuam ideo in vim huius iuris & cuſtodiæ videtur habere generale mãdatum,ſicut in ſimili dicimus de vſufructuario,vt per do.meum Iaſ.in l.j.§.vſufructuarius.ff.de no.ope.nun.Cogita.

ADuerte tamẽ quoniã ex quo domini terrarũ,percipiunt ſucceſſiones ſuorũ hominũ manuſmortuę,quòd ſimiliter princeps in caſu ſimili debet habere ius ſucceſſionis in vim manuſmortuę,ſuper dominis habentibus talia iura,vt dicit Guido pape.q. ſua ccclxij. ad quod deberent aduertere domini terrarum. ¶ Aduerte etiam quòd ſi ſit quæſtio de libertate,aut ſeruitute in qua quis prætendit ſe liberum, & aliquis dominus prætendit eum ſeruum, ꝙ prouiſio ſeu reuerentia maximè in caſu dubio,debet potius adiudicari prætendẽti ſe liberum,quam domino prætendenti eum ſeruum,per tex.qui multum faciunt in l.lite ordinata.C.de liber.cauſa.& in l.ordinata.C.eo.cũ etiã libertati ſit fauendũ.dixi ſuprà in §.ij.huius tit. in glo. *quelque part que ce ſoit.* ¶ Dixi etiã in quodã cõſi.quod feci,quod eſt nu.liiij.& incipit,ex narratis.ĩ cõſi.lxvj.inci.aliqua terra.nu.liiij.

IN TEXTV IBI, *Saiſy,*

Ponit quaſdam deciſiones ad hoc.do.meus Iaſ.in d.l.more.& in l.ſi ideo.C.de his quibus vt indig.

SED quia hæc nõ multũ faciũt ad propoſitũ,non multũ inſiſto, cũ hoc poſſit tãtũ intelligi in prouiſione,
quæ poſſit fieri de beneficio per legatũ ex ſua ordinaria poteſtate,nõ autẽ in hoc caſu qui omnino eſt diſſi
milis,quia hic agitur de iure cõceſſo per legatũ,quòd nõ ſibi cõpetit neq; ſpectat ſua ordinaria poteſtate,ſed
ſolum ex priuilegio apoſtolico,de his quæ ſunt ſupremo principi reſeruata in ſignum ſupremę poteſtatis, quæ
non prorogantur,vt dictum eſt,nec extenduntur,vt dicit glo.in d. clemen.ij.maximè cũ iſtud in præiudicium
ſit ſuperioris,cum eius poteſtas extenderetur vltra eius voluntatem,quòd fieri non debet,cum actus agentiũ
vltra eorum voluntatem operari non debet.vulg.l.non omnis.ff.ſi certum petatur.

Diſpenſationes pluſ quã odioſæ. ET maximè iſtud eſſet minus quã iuridicũ,ꝙ diſpẽſationes quæ ſunt pluſquã odioſę,cũ etiã ſi tãtũ ius com
mune lędãt,& nõ ſint in præiudiciũ alterius,tamẽ debẽt ſtrictæ interprætari vt dictũ eſt ſuprà,maximè cũ
talis diſpẽſatio fiat ab inferiore,qui ex permiſſione ſummi pontificis diſpẽſat cõtra legem,cui aliàs ipſe ſubeſt,
nã hoc caſu etiã in materia fauorabili,nõ poteſt extẽdi.Ita tenet Feli.in c.poſtulaſti.in xij.col.extrà,de reſcrip.
allegãs quẽdã Modernũ magnæ autoritatis, qui mouetur per tex.in c.ꝙ dilectio.extrà,de cõſan.& affi.vbi di
ſpẽſatio in materia fauorabili facta per legatũ de latere,ſtrictè interprętatur,maximè quia ſi fieret hęc interprę
tatio.videretur quòd legatus vteretur omnino plenitudine poteſtatis quã haberet cõcedẽs,quòd nõ præſumi-
21 Diſpenſatio ad duo incompatibilia ſine cauſa. tur cõceſſum vt dicit Inno.in c.dudũ.le.ij.ad fi.ibi itẽ ſi papa.de ele. * nã diſpẽſando quẽ ad duo incõpatibilia
ſine cauſa,eſt vti plenitudine poteſtatis vt dicit Feli. in dicto loco, quòd non debet facere papa, ſi ergo faciat
legatus ſine cauſa,vt eſt videre in hoc caſu, & velit extẽdere extra ſuam prouinciam, eſſet nimis infringere ius
commune,quod non poteſt legatus in talibus,vt ſuprà dictum eſt,igitur &c.

ITem dico ꝙ hoc nõ obſtat,quia licet collator ſit de prouincia ſibi decreta,tamẽ in hoc nõ eſt vis,quia in ta
libus non attenditur locus,vnde eſt is ad quẽ ſpectat beneficij collatio, ſed locus vbi ſitum eſt beneficiũ,vt
dicit tex.in clemẽ.j.& ij.de ſupplen.negli.prælato.quos ad hoc alle.Lud.Rom.in conſi.ſuo ccclxj.in ij.colum.

ADDITIO. Illud cõſiliũ cũ vno alio refert & ſequitur Feli.in c.poſtulaſti.in fi.extrà,de foro cõpetẽ-
ti.quæ cõſilia vide cũ multum faciant ad propoſitũ.* ❡Cũ ergo huiuſmodi beneficiũ ſit
ſitũ extra ꝓuinciã decretã dicto legato,& illud cõferre nõ poſſet dictꝰ legatꝰ ergo nec ſup eo diſponere poteſt.

22 Legati poteſtas. ET faciunt * pro hac opinione , quia legatus non poteſt exercere poteſtatem ſuam extra prouinciam ſibi
decretam,prout tenet Specu.in titu.de legato.§.nunc videndum quòd faceret,ſi effectus ſuę poteſtatis tra
heretur extra ſuam prouinciam , cum effectus in omnibus ſit inſpiciendus .notatur in c.nuper.de bigamis. &
Specu.in titu.de calumnia.in fine.

ITtem facit,quia vt dictũ eſt poteſtas diſpẽſandi ad duo incõpatibilia,& quòd ſecularis poſſit habere benefi-
cium regulare,licet illa diſpenſatio fiat in perſonã diſpenſati,tamẽ videtur effectualiter inſpicere locũ,& ſic
aut beneficiũ regulare,aut ſecũdũ reſpectũ primi,vt ſuprà dixi.& ideo ſi tale beneficiũ ſit extra territoriũ di-
23 Indulgentiæ. ſpẽſantis,nõ cõprehẽdetur in diſpẽſatione,cũ vt dicit Albe.de Roſate in d.l.fi.de iuriſ. omniũ iudi.* ꝙ indul-
gẽtiæ datæ per epiſcopũ ſuis ſubditis pro opere ꝙ fit extra ſuã diœceſim,nõ proſunt etiã ſuis ſubditis,licet da
re indulgentias ſit voluntarię iuriſdictionis,cũ licet dentur perſonis, tamẽ quia principaliter inſpiciunt loca,
non proſunt etiam ſubditis.Sic etiam hæc perſona ſic habilitata ad tenendũ beneficiũ regulare, tamẽ quia iſta
habilitatio,in hoc principaliter videtur inſpicere beneficium ſeu locũ,per ea quæ ſuprà dixi, videtur quòd tra
here non poſſit effectum ſuum extra ſuum territorium,hoc eſt extra territorium diſpenſantis.

24 Habilitatio perſonæ. ET facit * quòd dicit Bar.in l.j.C.de ſacroſan.eccle.in vij.q.ibi,quęritur an talis perſona. quòd ſi habilite-
tur perſona inhabilis ad aliquem actum faciendum , quæ alias de iure erat inhabilis, ſi talis habilitatio fiat
25 Legitimatio. ab inferiori à principe, non trahit effectum ſuum ad res ſitas extra territorium.* Et ideo legitimatio facta ab
inferiori à principe,vel ab vna ciuitate non extenditur ad bona ſita extra territorium illius ciuitatis.Ita Barto.
ibi & Inno.in dicto c.per venerabilem.

ADDITIO. Ita etiam tenet Bal.in ſuis ſtatutis in verbo autoritas.in fine.* ❡Et Io.de Imo.& Panor.
in dicto c.cum olim.ſatis reſpondent ad doctrinam Bart.in d.l.j.in ver. ibi, ſeptimò ſuprà
pro parte contraria alle.quæ non multum obſtat vt conſtat ex diſtinctio. doctorum.Ibi plura alia fundamen-
ta poſſent fieri de doctrina Barto.in dicto loco,quæ pro certo omnibus bene conſideratis,non multum ſtrin
gunt in deciſione huiuſmodi dubij.

FAcit etiam pro hac mea opinione illud ꝙ dicit Ant.de But.in c.per inquiſitionẽ in fi.de electio.quẽ refert
26 Feli.in c.poſtulaſti.in ij.col.de fo.cõp.vbi dicit,* quòd legatus nõ poteſt habilitare,ita vt habilitatio ope-
27 Habilitatio beneficij. retur alibi,& ideo vt dicit ibi Feli.* habilitatio bñficij facta ratione loci læſi nõ opatur effectũ vltra illũ locũ.

REſtat nunc reſpondere ad alia fundamenta pro parte contraria adducta,ſcilicet ad l.magis puto.§.illud.&
28 Reſpõdet obiectis ad capitulũ magis puto. l.propter litẽ.§.j.& l.cũ vnus.§.is qui.& c.poſtulaſti.Dico * quòd illa iura nihil faciunt ad propoſitũ , cũ
illud faciant poteſtate ordinaria,quæ eſt multum fauorabilis,non autem ſic debet eſſe in poteſtate cõceſſa di
cto legato,quę eſt delegata in his duobus caſibus , in facultate diſpẽſandi ad duo incompatibilia, & diſpenſa-
tione pro ſeculari ad regularem. Et ſic cum hæc poteſtas ſeu facultas ſit odioſa, cum ſit contra ius & priuile-
gia , non debet extendi extra limites ſui priuilegij , & ſic non extendere effectum ſuum extra limites ſuæ po-
teſtatis,vt in c.ſtatutum.in fin.extrà,de priuilegiis.Et Soci.in ſuis fallentiis,in verbo,iuriſdictio voluntaria,in
cxj. regula.& dicit gl.multũ notabilis in c.cum ordinẽ.extrà,de reſcri.quã adhuc notat ibi Feli.ꝙ limitata cau-
29 ſa priuilegij,facit priuilegiũ nõ poſſe trahi extra limites ſuos,cũ dicat glo.iũcto text.* ꝙ priuilegiũ ordini Ci-
ſtercien.

stercien.cōcessum super decimus non extenditur ad res acquisitas post concilium, cum priuilegium sit limitatū ad decimas super rebus quas tunc habebant tempore concilij. facit regula vulgaris, quòd limitata causa &c. l.in agris.ff.de acqui.rerum do.quam regulam extollit Feli. in d.c.cum ordinem. & in c.cæterum.in iiij.colū. extrà, de rescriptis.& dominus meus Iason in l.age.C.de transac.

ADDITIO. Facit, quia priuilegium non trahitur ad res post acquisitas.c.cū capella, extrà, de priuilegiis. de quo arg.vide amplè Matthæum de affli.in consti.regni Siciliæ quę incipit, circa violentiarum.vbi ponit quid in priuilegiis & præscriptione.Et quid in contractibus, vide eundem Matthæum in constit.regni Siciliæ quæ incipit, dignum, in quinto nota.in tertio lib.*

Item etiā *potest dici qđ in illis casib⁹ principaliter sentē. seu decretū tāgit ꝑsonā.& nō rē, & ideo ꝑsona tanq̃ dignior trahit ad se rem,& idē dicendum est de c.postulasti, quia sentētia magis afficit personā q̃ rem vt in omnibus similib⁹ dicit Lud.Ro.in cōsi.suo xxxix.vbi dicit esse hāc rationē prædictorū, cū ergo in talib⁹ sentētia seu decretū nō fiat respectu rei principaliter, nō est mirū si trahat effectū suū extra territoriū ꝓferētis seu exercētis talē actum, ꝙ secus est in casu nostro, nō enim ratione talis aut talis beneficij quis dispēsatur ad duo incōpatibilia, sed dispēsatur, eo quòd secūdū est incōpatibile cū primò, quia nō persona dat impedimētū ad tenendum tale beneficiū, sed secūdū est impedimētū respectu primi, dicit Geminia.in d.c. cum ex eo.de ele.in vj.quæ decisio pro certo decidit hunc casum in terminis iunctis his quæ supradicta sunt, nō sic est in aliis casibus, quando enim datur tutor nō datur respectu rei sed respectu personę quādo interponitur decretū in alienatione, non fit quòd res de per se sit non alienabilis, sed ex quo est in manibus pupilli qui prohibetur alinare.Item quando profertur sententia priuationis beneficij, nō respectu beneficij ꝙ beneficiū sit impedimentum propter quod debeat illo priuari tenens, sed persona quæ tale quid cōmisit, ex quo priuari debet beneficio,& ista sunt plusquam clarissima quæ euidenter apparent & demonstrantur ad oculum. 30

AD decisionē *Inno.in d.c.per venerabilem.ꝙ episc, dispēsans illegitimū potest vbiq; ꝓmoueri, nō est dubium quòd respicit solū personā,& nō fit respectu rei: vt in hoc casu nostro, ꝙ satis clarū est. * ad text.& decisionē Io. de Imol.in c.cū olim. extrà, de cler. cōiug.ille tex.nō nocet, quia ille talis natus in sacerdotio apud Græcos, est approbatus legitimus per summum pontificem habentem potestatē & vniuersalē iurisdictionem in toto orbe, vt supra dixi, sed non est sic in legato, cum nō habeat nisi in sua prouincia per priuilegium. Nam eandem potestatē habet papa apud Latinos, imò maiorem quā habeat in hoc apud Græcos. ergo si talē apud Græcos habilem reputauit, non est dubium quòd etiam reputari debet habilis apud Latinos, quòd non est sic in legato, non enim habet legatus in Francia aliquam potestatem extra Franciā,& sic in Sabaudia, ergo licet reputet aliquem legitimum & habilem ibi, scilicet in Francia, non sequitur quòd alij suæ iurisdictioni nō subiecti illū reputent habilē.Si enim illi de Sabaudia reputarent talē habilitatū à legato Franciæ habilē in Sabaudia approbarent iurisdictionē legati in eorū patria in hoc casu, scilicet in huiusmodi dispensatione ad duo incompatibilia lædendo ius commune, vltra voluntatem summi pontificis,& sic prorogarent iurisdictionem in his quæ sunt reseruata summo pontifici, quòd fieri non potest, vt suprà dixi,& etiam in hoc fieret prorogatio in his quæ summus pontifex sibi reseruauit, quòd non potest, vt suprà dixi,& in præiudicium supremæ potestatis, cùm vltra intentionem suam, quòd fieri non potest vt suprà dixi, igitur &c. 31 Respondet decisioni Inno. 32 Ad Io. de Imol.

ET ad decisionē Inno.in c.pastoralis extrà de priuilegiis.& Bal.in aut.hoc ius porrectū.C.de sacrosā.eccle.& in.l.j.C.de cōtrahen.emp.hæc decisio est multū notabilis ī hac materia, maximè ex quo mihi fuit relatū, quòd collator est de prouincia decreta dicto legato, sed tamen videtur cōtra.l.si prædiū.C.de prædiis.& ideo in hoc vacillauerunt Io.And.Panor.& Henricus Bohic, qui multas opiniones recitauerūt, sed tamē aliud est hic in casu nostro.cùm si ibi sufficiat autoritas episcopi, vbi ecclesia est sita quæ alienat rē, etiam existētem in aliena diœcesi, est quia episcopus diœcesanus ecclesiæ habet curam illius ecclesiæ cū sua dote.x. q.j.c. regēda.&.c.decretum.eo.ideo ipsius principaliter interest ecclesiam non depauperari,& ideo non episcopus prædij, sed ipse visitat & procurat, facit c,fi.de cēsibus.& ideo non est mirandū.si in hoc casu sufficeret autoritas diœcesani,& tamē adhuc licet ex prædictis videretur dicendū, quòd si collator esset immediatè subiectus summo pōtifici,& quòd in alienationibus fiendis per dictū collatorē requiriretur autoritas summi pontificis ꝙ etiā iste legatus in Francia tantū potuisset dare autoritatem alienandi res existentes extrà suam prouinciam, & sic apponere manū ad res existentes extrà suam prouinciam,& sic videtur quòd idem sit dicendum in hoc casu. Ad aliam decisionem Inno.

TAmen adhuc in hoc casu aliud est,& est ratio penitus diuersa, quia in casu nostro non competit facultas legato dispēsandi ad duo incompatibilia, vt dixi, nec dispensandi secularem de beneficio regulari, vt dixi suprà, sicut competit diœcesano ordinaria potestate interponere autoritatem in alienatione rei ecclesiæ factę per inferiorem.c.abbatibus.xij.q.ij.c.in vēditionibus.xvij, q.iij. imò prædicta competunt dicto legato iure speciali, scilicet ex priuilegio sibi concesso à summo pontifice, quæ non extēdere debent effectum suum extrà limites dicti legati, ne absurda supradicta sequantur, quia fieret prorogatio de reseruatis summo pontifici.

ITem quia volūtas summi pōtificis extēderetur vltrà eius velle,& sic facultas dispensandi in talibus quæ est odiosa extēderet effectum suū contra omnia iura mundi volentia dispensationes non debere extendi etiā si tantū ius commune lædant, vt suprà dixi.arg.nunc est quòd istæ dispensationes ledūt ius commune igitur &c.

ITem in illa decisiōe videtur Hēricus Bohyc,& alij plus tenere cōtra Inno.cū autoritas vtriusq; requiratur.

Item etiā illa res sita in alio loco est accessoria ad ecclesiā sitam & diœcesim, non autē sic est in hoc casu, cùm vnaquæq; ecclesia sit principaliter de p se cōsiderāda,& sic cū sit de per se cōsiderādū tale beneficiū habēs suā administrationem distinctam, cura illius spectat ad diœcesanum, vbi situm est.faciūt tex.& doctores in clemen. quia regulares.§.eodē.de supplenda negligentia prælatorū. cū his quæ dicit Hēri. Bohic in dicto. c.pastoralis.

ET ita dico & cōsulo ego Bartho.de chasseneū iuriū doctor aduocat⁹ regius in balliuatib⁹ Heduē. & Mōticinerij, saluo saniori cōsilio,& ita obtinuit ille ꝓquo cōsului cōtra opiniōes multorū q̃ cōtrariū cōsulerūt. Finis consilij.

AD quæstionē tamen suprapositam redeundo ad propositū, videretur adhuc insistendum, & posset dici, ꝙ etiam ista manumissio domini originalis facta de seruo, trahat effectum suum ad bona sita extrà suū locum

& in alio loco manuſmortuæ,cũ etiã videatur quodãmodo reſpicere habilitatẽ perſonę in his quę ſunt ordinata per cõſuetudines,puta in ſucceſſione,in alienatione rerũ manuſmortuę,in præſcriptione libertatis,in rei vnione,in teſtificatione,& in aliis actibus in quibus homines manuſmortuę vltra francos onerãtur, & in illis actibus videtur etiã ꝙ perſona ſit ſubiecta ſeruituti, cũ ſemper textus noſtri loquãtur in perſonã & in rẽ,quia ſemper dicitur, *L'hõme de mainmorte*,vel *Gens de cõdition &c.* quę verba potius denotãt perſonã eſſe ſubiectã oneri, quã res,ad minus ꝙ ſicut res eſt ſubiecta, ꝙ etiã perſona eſt ſubiecta, & ideo ſi perſona tanquã ſubiecta eſt habilitata , illa habilitatio trahet effectũ ſuũ etiã extra territoriũ,maximè cũ ſeruus origine alicuius domini nõ poſſit fieri ſeruus alteri⁹ domini habitatione aut pacto,quin remaneat prima ſeruitutis macula, quia quãdo dicitur ꝙ aliquis poteſt fieri ſeruus alicuius habitatione tẽporis,aut pactione,intelligitur de homine frãco vt ſatis colligitur ex tex.noſtrarũ cõſuetudinũ,eo.tit.§.v.& vj.Et ad §.j.hui⁹tit. vbi dicitur, ꝙ nulli ſunt,homines ſerui corpore in Burgũdia reſpõderi poteſt ꝙ illũ eſt verũ, ꝙ incõmutabiliter & perpetuò nulli ſunt ſerui corpore,quia dimittedo bona poſſunt eſſe & fieri liberi ſine alio facto domini,vt dicit Io. Fab.in §.fi.inſtit. de dona.ſed tantũ quãtũ inhærent rei & tenẽt,& poſſidẽt res ſunt ſerui corpore, aliàs viderẽtur in hoc titulo multi articuli contrarij. de quibus ſuprà dixi. ℭ Nondum vidi euenire caſum in facto, ſed ſi eueniret, credo quòd multi eſſent huius opinionis , quòd ſufficeret manumiſſio ſeu affranchiſatio domini originalis , & multum faciunt quæ dicta ſunt in dicto conſilio , in prima parte , maximè quia dominus originis manumittendo ſeruum ſuũ manumittit ordinaria poteſtate,¦& ideo trahit effectum ſuum ad res & bona ſita extra territorium d.l.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.d.l. cum vnus.d.l.ea c. poſtulaſti ſuprà allega.

EX quo ſpolatio ſeu ceſſio bonorũ habet vim mortis,& eſt ſimilis morti vt dicit Io.Fab.in §.fi.inſti.de donatio.ideo videtur ꝙ cũ ꝑ huiuſmodi deſauohamẽtũ quis ſit ſpoliatus omnib⁹ bonis exiſtẽtib⁹ in locis manuſmortuæ, ꝙ ideo in omnib⁹ locis eſt aperta manuſmortua dominis,ideo ꝙ habet locũ effectus hui⁹ cõſue.

Quæſtio. SED quęro,quid ſi homo meus manuſmortuę,vadat ad morãdũ in loco frãco,& ibi plura bona acquirat, & etiam plura bona acquirat in alio loco manuſmortuæ,nõ tamẽ ibi habitat , neque eſt homo manuſmortuæ illius loci,ſed ſolum ibi acquiſiuit bona, cuius ſunt hæc bona an domini originis,an domini illius loci vbi ſunt bona cuius nõ eſt homo neq; origine,neq; habitatione?videtur ꝙ nõ ſint domini originis,quia capit tãtũ bona in loco frãco exiſtẽtia,& in loco originis.videtur etiã ꝙ nõ ſint illius domini vbi ſunt bona,quia cõſuetudo noſtra nõ cõſiderat acquiſitionẽ bonorũ in hominẽ manuſmortuę, niſi ſit homo,aut origine,aut habitatione,iſte quo ad illũ dominũ vbi tãtũ acquiſiuit bona nõ eſt huiuſmodi,igitur quia ex quo ei nõ cõueniũt verba huius noſtrę cõſuetudinis, ergo nec diſpoſitio.tex.in l.iij.§.toties.ff.de dãno infecto. Alex.in cõſi.xvij. in j.col.in j.vol. ℭ Hæc quæſtio,nõ ſunt multi dies euenit in facto in ſucceſſione cuiuſdã hominis domini Dalonne & de villers,qui eſt dominus originis,dicebat ꝙ omnia bona vbicũq; eſſenr,deberẽt ad ipſum ſpectare cũ ſemꝑ habitauerat in loco frãco,nõ eſt dubiũ ꝙ iſte caſus nõ eſt deciſus ꝑ cõſuetud.ideo remanet in diſpoſitione iuris cõmunis.l.cõmodiſſimè.ff.de lib.& poſthu.l.ſi extraneus.ff.de cõdi.ob cauſam.ſed etiã diſpoſitione iuris videtur dicẽdũ ꝑ motiua in quæſt. tacta in §.pręce.qđ quilibet domin⁹ acciperet id qđ eſſet penes eũ, ſed tamẽ cõmuniter tenetur cõtrariũ.Et ita iudicatũ fuit ꝑ curiã,qđ ſi vadat ad habitãdũ qđ do.vbi bona acquiſiuit nihil habet niſi ibi habitauerit,ſed dñs originalis illa capiet, etiã ſi ſint ĩ loco manuſmortuę,qđ nota.

Alia quæſtio. SED fortior inſurgit quæſtio.Pone quòd homo meus manuſmortuæ origine,vadit ad habitãdũ in alio loco manuſmortuæ,& ibi acquirit bona, acquirit etiã in alio loco manuſmortuæ in quo nõ habitat, nec etiã eſt homo origine ad quẽ ſpectẽt exiſtentia in tertio loco,an ad dominũ illius loci vbi ſunt,an ad dominũ habitationis,an ad dominũ originis. ℭ Quãtum autẽ ad dominũ loci vbi ſunt ſita & ſituata bona immobilia & mobilia,videtur ꝙ nullo modo ad dominũ loci,vbi ſunt ſita & ſituata ſpectent, quia cõſuetudo noſtra conſiderat ſolũ quo ad acquiſitionẽ ꝙ ſit homo aut habitatione, aut origine,quãtũ ad illũ dominũ nõ eſt huiuſmodi,igitur &c.Quãtũ ad do.loci originis,videtur ꝙ ad ipſũ nõ ſpectẽt,quia cõſuetudo noſtra tãtũ loquitur & diſponit,quòd capiat bona quę ſunt in ſuo loco manuſmortuæ,& ĩ loco frãco,iſta nõ ſunt huiuſmodi igitur &c.

QVid dicendum in hoc caſu communis vſus & practica habet, quòd quilibet dominus capit ea quę ſunt in ſuo territorio,etiã licet ibi nõ habitauerit,nec ſit homo illius loci origine,& facit, quia dominus loci originis ſuccedens per ſtatutum non capit niſi ea quæ ſunt in ſuo territorio,ita etiam dominus habitationis, ergo ad illum tertium dicuntur pertinere,& hoc eſt quantum ad bona immobilia & mobilia.

33 Actiones & nomina adhærẽt 34 perſonæ creditoris.

SED quid de nominibus debitorum, Bartholo. de Sali.in l.cunctos populos.C.de ſum.trini.& fide catho. dicit ∗ quòd actiones perſonales inhærent perſonæ creditoris,adeo quòd ab eius perſona euelli non poſſunt.l.iij.& ibi bona glo.ff.pro ſocio.l.quis ergo caſus.ff.de pecu. & dicit Soci.in conſi.ſuo xxxvj. in iiij.colũ. per illud dictum Bartholo.de Salice. ∗ quòd actiones & nomina etiã extrà cõtracta,nõ dicũtur bona extra territorium ſita,cũ non occupẽt locũ,nec circumſcribãtur, ſed ſunt iura perſonæ creditoris cohærentia,& eius oſſibus affixa d.l.iij.& d.l.ſi quis ergo caſus facit l.j.§.hæres.ff.ad Trebel. & etiam talia bona cẽſentur eſſe intra territoriũ,vbi eſt perſona,licet vere non ſint in loco ſeu non circumſcribantur loco,vt l.caſus.ff.de lega.ij. & l.fi.C.de præſcrip.longi tempo. Tamen adhærere oſſibus creditoris intelliguntur, & ſic n loco in quo creditor eſt defunctus videntur fuiſſe,& ex iſto fundamẽto Iacobi.de S.Georgio in tractatu de roydis. in iiij.&

35 in v.colum.videtur concludere, ∗ quòd nomina debitorum ſpectant ad dominum loci, vbi mortuus eſt ſeruus creditor,& non ad dominum loci vbi ſunt debitores,videtur tamen facere aliquam differentiam,an dicta nomina competant pro re mobili, & tunc ſit verum illud quòd dicit: an pro re immobili , & tunc ſecus , quia ex quo coierunt in territorium,ſecus eſt dicendum,ſcripſi in his duabus quæſtionibus & conſului. Et quia caſus non ſunt deciſi,non aliud hic infero,ſed videbuntur conſilia , cum tempus affuerit.

LApus allegatione ſua xcij.inci.in Chriſti nomine amẽ,in primis videndũ eſt,in fine dicit quòd nomina debitorum ad illum locum pertinent vbi actio de iure & de facto fieri poteſt,quia ſi ibi eſt collata ſolutio,& ibi reperitur debitor.l.ex facto.§.rerum autem.ff.de hære.inſtit.l.quæro.ff.de ſolutio.contra opinionem illorum qui dicunt nomina debitorum non debere eſſe localia,ſed eſſe vbique locorum,per l.ſi fideicommiſſum. §.tractatum.

§.tractatum.ff.de iudi.Cùm iura incorporalia vbique videantur esse.l.fi. C. de longi temporis præscriptio.l.ad hoc.ff.de leg.ij.in gl.ibi,in principio.

IN TEXTV IBI, *Et la mainmorte a lieu.*

QVero*qñ dicatur habere locũ manusmortua.Primò dic ꝙ habet locũ qñ moritur aliquis homo manus mortuę nullis relictis filiis aut liberis in potestate illius,aut nullis hęredibus habitãtibus cũ dicto defuncto,& nullã cõmunionẽ haben.in bonis vt dictũ est. Idẽ dic si renũtiauerint bonis suis,vt dicit Io Fabri.in fi. insti.de donationibus.Idẽ si bona hominis manusmortuæ confiscantur,vt §.fi.suprà de confiscationibus. *1 Manusmortua quãdo habeat locũ.*

IN TEXTV IBI, *Tant en meubles.*

AN istud sit verũ,siue sint ibi perpetuò mãsura,siue nõ.Bal.in c.j.in prin.de pace tenẽda.per illũ tex. quẽ dicit esse singularẽ ad hoc,dicit*ꝙ mobilia cẽsentur esse de territorio loci vbi reperiuntur quòd est contra illud ꝙ dicit Bal.in l.mercatores.C.de cõmerciis & merca.vbi dicit*quòd bona mobilia cõcernũt personã,& nõ locũ vbi sita sunt.de quo per Alex.in cõsi.suo xxxj.in j.vol.& idẽ Alex.in cõsi.suo xvj.in iij,col.in j.vol. dicit*ꝙ mobilia quæ nõ sunt ibi perpetuò mãsura.sed ad tẽpus puta mercãtiæ,nõ cẽsentur esse res illius territorij vbi reperiũtur,per l.si ita legatũ est.ff.de leg.iij.l.debitor.ff.de pigno.l.ex facto.§.rerũ.ff.de hære.insti. secus si ibi sint ꝑpetuò mãsura.Credo illud esse verũ de iure,sed de cõsuetudine nõ credo ꝙ ad hũc effectũ fieret hęc distinctio.¶ Dixi in casu emergẽti, ꝙ licet quidã homo manusmortuæ habuisset multa bona & debita tã in loco originis,quàm in loco habitationis,tamen ex quo dominus habitationis vbi mortuus est dictus homo erat debitor illius hominis, quòd dominus originis succedet in illo debito per dominum loci manusmortuæ vbi mortuus est, quia ex quo dominus est francus, dicitur esse debitum in loco franco debitum . Et faciunt quæ dixi in §.xv.in gl.ij. & §.j.in titu . *des confiscations*. vbi posui quomodo sit accipiendum nomen debitoris,& cuius territorij,an territorij creditoris,an debitoris. *1 Mobilia 2 cuius loci cẽsceantur. 3*

IN TEXTV IBI, *Homme ou femme originellement.*

ISTud est,quia* causa originalis præfertur accidẽtali.l. qui habet.ff. de tutelis.l.filio quẽ pater.ff.de liberis & posth.Barb.cõsi.xxvij.in vj.col.in j. vol. Faciũt quæ dicit Io.de Imo.in cõsi.suo xxv. vbi sunt duo consilia in vno,vbi videtur quodãmodo limitare prędictã regulã.& etiã do.me⁹ Ias.in l.si arrogator.in xvij.col.ff.de adop. vbi cõtra hanc regulã adducit gl.multũ notabilẽ in c.statutũ.§.cum verò.in verbo, vnã dietam de rescriptis in vj.quæ dicit* quòd vbi reperitur locus originis & domicilij, semper haberi debet respectus ad locum domicilij,& non originis,de qua gl.ibi do.meus Ias.& Fran.de Aretio in consi.suo lxxvij.incip.Ratio scribendi distingue tamen vt per marianum in c.fi.in v.vj.& vij.col.extrà,de foro competenti. *1 Originalis causa accidentali præfertur. 2 An locus originis an domicilij sit præferẽd⁹*

ADuerte tamen ad textũ multũ notabilẽ in l.libertus.§.præscriptio.ff. ad municipales. vbi habetur* quòd præfertur locus originis.& not.& vide do.meum Ias.in dicto loco.& in l.iij. ff.de offi.asses. ¶ Fui hodie interrogatus de quæstione tali. mulier aliqua franca fuit maritata in loco manusmortuæ, & stetit solũ cũ eius marito per sex menses,tandẽ mortua est,quæ habet bona in loco franco.Quæritur, an dominus talis loci manusmortuę,eidẽ in bonis existẽtibus in loco frãco succedere debeat,videtur quòd nõ,ꝑ consuetudinẽ nostrã, quia ex quo ille dominus loci in quo mortua est,nõ est dominus originis,nõ eidẽ succedere debet.quoniã vbi nõ cõueniũt verba,nec etiã cõuenit dispositio.l.iij.§.hoc autẽ.ff.de neg.gest.dixi alibi. ¶ Ego tamẽ dixi quòd dominus illius loci vbi dicta mulier incœpit esse manusmortuæ,& sic vbi manusmortua originẽ habuit,succedet dictę mulieri etiã in bonis existẽtib⁹ in loco frãco,& cũ fuerit maritata homini seruo,est serua.Et sic seruitus habet originẽ in loco vbi fuit cõiugata,ex quo dominus illius loci succedit etiã in bonis existẽtibus in loco frãco.Itẽ cõsuetudo nostra debet intelligi in casu,in quo potest esse homo manusmortuę origine & domicilio:vt satis videri potest,sed hìc est alius casus nõ decisus per cõsuetudinẽ.ecõtrariò deueniendum est ad aliàs quę dictãt ꝙ dominus manusmortuæ succedit in totũ homini suo,cũ nõ habeat aliũ dominũ prętẽdẽtem ius. Sed in hoc videretur obstare illud quòd dictũ est in gl.*& les heritaiges*,suprà hoc eo.§.vbi dicitur quòd vnusquisque dominorum capit quòd in suo territorio est,ita quòd si vnus repudiat non accrescit alteri. *3 Quæstio.*

SED quæro Pater aliquis manusmortuæ venit ad morãdum in locũ de Prelay,qui est etiã terra manusmortuę.& ibi accepit vxorẽ,ex qua habet liberos,vnus ex istis liberis efficitur sacerdos,& vadit ad morandũ & habitandũ in loco frãco,vbi acquirit plura bona an hæc bona sint,& in eis succedat dominus manusmortuę originalis sui patris,an verò dominus originalis illius loci de Prelay,in cuius terra natus & conceptus est dictus sacerdos.Habui hanc quæstionem in proprio meo facto,sed tamen huic successi,tanquam dominus originis filij,& non patris.Ex quo nihil aliud dico,si casus eueniat pro amico,scio quid sim dicturus. *Quæstio.*

§. DECIMOSEPTIMO.

QVand gens de mainmorte vont de vie a trespas, suruiuant l'ung de leur parent prochain qui leur doibt succeder demeurant auec eulx en communion,les aultres qui semblablement pour raison doibuent estre leurs hoirs & leurs doibuent succeder viennent a leur succeßion,auec celuy qui demeure auec eulx par le moyen d'iceluy.

ET sic quis * cõsequitur per aliũ quòd per seipsum cõsequi nõ potest, sicut videmus de filio adoptiuo,qui cum de iure digestorũ non succedat patri naturali abintestato, si sit institutus potest intẽtare contratabulas alio cõmittente edictum, prout est ibi text.in l.non putauit.§.in adoptionem. ff.de contratabu. quem ad hoc ponderauit Barto. in l.si emancipati. in vlti.colum.C.de colla. Et dominus meus Iason allegat in l.Gallus.§. & quid si tantum.in ix.colum.ff. de libe.& posthumis. & ideo etiã videmus quòd nepos emancipatus propter alium nepotem in potestate consequitur vt ei per patruum emancipatum conferri debeat,quòd nõ consequeretur,si solus esset emancipatus,per Bar.& do. meum Ias.in d.l.si emãci. in iij.& iiij.col.vbi multa ponit quæ quis cõsequitur ex persona alterius quæ ex sua cõsequi nõ posset. Faciunt quæ dicit idem dominus meus in l.j.in ix.col.ff.de acqui.pos. per l.qui pater.ff.de acquiren.hæred.de qua per do.meum Iason.in l.emancipata.in iij.colũ.C.qui admit.ad bon.& idem do.meus Ias. in l.posthumo. *1 Casus quib⁹ quis consequitur per aliũ quòd ꝑ seipsum cõsequi nõ potest.*

in fi.ij.col.C.de bono.poſ.cõtratabulas.Facit tex.in l.illud.§.j.ff.de bono.poſ.contratabulas. ¶Simile eſt in legato,vbi non capax capit propter capacem.notat gl.in l.ſi quis duo.ff. ſi quis cau.& facit pro hac conſuetudine tex.in l.cum ſcimus.§.illud quoque.C. de agri. & cenſi.lib.xj. qui textus multum facit pro ratione huius conſuetudinis.facit quia incluſus trahit ad ſe excluſum.dixi ſuprà in titu.*Des ſucceßions*.§.xij.in gl.*ne retourne point*.verſi.vlterius quæritur.Et facit etiam tex.in l.Ariſto.in fi.ff. quæ res pig.& in l.ij.& ibi not.ff.de admini.tut.dixi ſuprà titu.*Des droictz & appartenances a gens mariez*.§.vij.in glo.fi.verſi.ſed adhuc.

Quæſtio notabilis. SED quæro de vna quæſtione. Moritur aliquis qui habet aliquem ex ſuis parentibus in communione cum ipſo, qui cum moritur habet alios in eodem gradu, qui per ſeipſos eidem ſuccedere non poſſent, ſed ſolum ſuccedunt medio illius qui eſt in cõmunione, dicit ſe nolle eſſe hæredẽ. nec velle ſuccedere,an alij poſſint eidẽ ſuccedere,non obſtante eo ꝙ dictus exiſtens in cõmunione nõ vult vti iure ſuo? ¶Videtur ꝙ ſic,per tex.in l.ſi poſt.§.fi.ff.de bono.poſ.cõtratabulas.vbi dicit tex. Cũ enim ſemel beneficio aliorũ fuerint ad id beneficium admiſſi,iam nõ curant,petant illi necne bonorum poſſeſſionem contratabulas.Et ita videtur tenere do.meus Iaſ.in l.poſthumo. in iij.col.C.de bono.poſſeſ.cõtratab.vbi dicit ꝙ ex quo inſtitutus beneficio præteriti poteſt contratabulare teſtamentũ,nõ tamen poſſet præteritus approbare teſtamẽtũ,ita ꝙ impediat inſti-
2 tutũ cõtratabulare.In contrarium facit,quia lex in l.nonnunquã.ff.de leg.præſtãdis.facit * ꝙ quãdo nõ priuilegiatus conſequeretur priuilegium ratione priuilegiati, ſi priuilegiatus non vult vti iure ſuo, non priuilegiatus non poterit vti,& ideo inſtitutus qui beneficio præteriti contratabulas tenetur ſolum ad legata coniunctis, ſi præteritus velit contratabulare,aliàs eo abſtinente tenetur ad legata omnibus, vt eſt tex.in d.l.nonnũ
1 quam.qui text. ad hoc allegatur per do.Iaſ.in d.l.poſthumo.in iij.col.ideo aliter non decido, ſed relinquo cogitandum de reſponſione ad illum tex.ſi teneatur contrarium,quòd credo verius.

notabilis. ITem his diebus fui interrogatus de quadam quæſtione multũ notabili,erant tres fratres in vna domo,quorum vnus habebat filiam & filium, filia ſe maritauit,extra domum patris, & à domo receſſit ſine licentia ſui patris,vel omnibus bonis paternis,maternis,fraternis & ſororinis, renuntiauit,moritur pater iſtius filiæ, moriuntur & fratres illius patris,relectis tamen filiis & filiabus,moritur & frater illius filiæ,dicunt filij fratrum patris dicti filij mortui,nos debemus ſuccedere iſti filio,quia ſumus in communione cum eo,& ſemper habitauimus cum eo.dicit eius ſoror,ego medio veſtro licet non habitauerim cum eo,tamen debeo ei ſuccedere,quia fui vocata per vos & ſic cum ſim vocata per vos,debeo ei ſuccedere,& vos omnes excludere.dicunt alij conſanguinei qui ſunt fratres patrueles, iſtud eſſet verum ſi eſſes in pari gradu nobiſcum,ſed ex quo non es in pari gradu,ſed diuerſo,imò tali ex quo ſi te vocaremus eſſemus excluſi, non potes per nos vocari,quia per hoc priuilegium noſtrum & ius noſtrum eſſet nobis damnoſum.

¶Quid dicendũ:tu ex prædictis collige tria dubia.Primũ,nunquid ſoror vocetur per iſtos fratres patrueles.

¶Secundũ,nũquid ad minus iſti fratres patrueles ſuccedere debeant ea ſorore excluſa,an ipſa,& ꝓ qua parte.

TErtium an ſit in hoc caſu manuſmortua aperta domino in ſucceſſione huius fratris,& iſtud reſultat ex ſolutione aliorum.

AD primũ videtur dicendũ quòd iſti fratres patrueles vocant ad ſuccedendũ prædictam ſororẽ,quantũ ad ſucceſſionẽ fratris ſui prædefuncti,intellige etiã ſiue ſint patrui, ſiue filij patruorum, quia iidem cũ nullos alios antè ſe habeant,& veniãt per repreſentationem,vt ſupra dictũ eſt in tit. *Des ſucceßions*.§.x.& quòd dicti patrui ſeu eius filij vocẽt ſororẽ defuncti exiſten. extrà cõmunionẽ ſatis cõſtare poteſt, nam ſtatutũ ſeu conſuetudo noſtra requirit tria copulatiuè,ad hoc vt vnus ex parẽtibus vocet aliũ , primum ꝙ vocãs ſit cõmunis in bonis cũ defuncto,& quòd ſit de proximis parẽtibus.Tertiò quòd ſit de illis qui ei ſuccedere debẽt, nã cum filia ſit cognita,licet ſit de ꝓximis parẽtibus nõ eſt tamẽ de illis qui ſuccedere debẽt,ergo alij ſunt de illis quia vno gradu excluſo,ſequitur aliꝰ ꝗ ſubintrat locũ primi,& dicitur ꝓximꝰ in gradu.cũ ergo cõcurrãt in patruis ſeu filiis eorũ,nõ exiſtẽtibus patruis,nõ eſt dubiũ ꝙ iſta filia vocabitur per eos & ſtatutũ ſuũ ſortietur effectũ.

3 Proximꝰ quis dicatur. QVicquid ſit teneo contrarium,& dico quòd omnia requiſita in ſtatuto non ſunt in patruis, ſeu eorũ filiis.Primò quia de iure ciuili non eſt dubium * quòd proximus eſt ille quẽ nemo præcedit.tex.in l.proximus.ff.de verb.ſigni.ſed iſti patrui ſiue filij eorum non ſunt proximi,quia ſoror eos antecedit in gradu,cum ſit de iure ciuili in ſecundò gradu cum fratre,patruus in tertiò,fratres patrueles in quartò. ¶Item non ſunt tales qui ſuccedere debent cum ſorore,quia ex quo ſoror præcedit eos in gradu debet ſuccedere,& non ipſi, ex quo cum eis non conueniant verba ſtatuti,ergo nec diſpoſitio illius.l.iij.§.toties.ff.de dam.infe.Alex.in cõſi. xvij.in j.col.in j.vol.Barb.in conſ.ij.in v.col.in j.vol.cum ſimilibus.

NEC obſtant adducta in contrariũ per quẽdã qui voluit dicere quòd iſtud verbũ,*prochain*, poſitum in ſtatuto ſeu cõſuetudine noſtra,debet intelligi ſecundũ communem vſum loquẽdi,eo quòd verba ſtatuti de-
4 bent intelligi ſecundum cõmunem vſum loquendi,*cum communis vſus loquẽdi ſit præferendus omni regulæ,ſeu omni conſtitutioni gl.no.in l.liberorũ appellatione.§.ꝙ tamẽ caſſius.in verbo,non cõtinebuntur.ff.de leg.iij.pro qua gl.facit tex.in l.ſemper in ſtipulationibus.la.j.ff.de regu.iur.Bar.in rub.ff. de noui ope.nun.cum vul.ſed de communi vſu loquẽdi iſtud verbũ, *prochain*,nõ intelligitur de illo qui alios antecedit in gradu,ſed de illo qui eſt conſanguineus vel affinis dato ꝙ ſit remotior in gradu , vt eſt videre per ipſum vſum igitur eſt verũ dicere ꝙ iſta qualitas vendicat ſibi locũ in iſtis patruis & fratribꝰ patruelibꝰ,attẽto cõmuni vſu loquẽdi.

Vſus loquẽdi præferendus omni regulæ. ITem proximus eſt qui eſt primus poſt repudiationem alterius præcedentis,vt dicit tex.in l.poſt conſanguineos.§.interdũ.in fi.ff.de ſuis & legi.hære.ſed ſic eſt ꝙ nulla eſt melior repudiatio quã illa quæ fit per renũtiationem in caſu prædicto.Cũ ex quo ſe ponit per renuntiationem extrà communionẽ,videtur repudiare ſucceſionem aliorum exiſtentium in cõmunione,ergo per hanc repudiationem ſequens eſt proximus , ex quo in eo habent locum verba conſuetudinis vt in iſto. Cogita,quia non eſt ſine magno miſterio in filia renuntiãte.

AD primum reſpondeo,& dico quòd non eſt verum quòd communis vſus loquendi ſit de illo qui non eſt proximior,ſed etiam remotior , dummodo ſit conſanguineus vel affinis , quia per hoc eſſet interpretari conſuetudinem noſtram,quòd non eſt permiſſum,imò prohibitum,niſi ſecundũ diſpoſitionem iuris, & tunc

diſpoſiti

dispositio iuris est in contrariũ,vt dictũ est,igitur non est permissa talis interpretatio,& maximè quia cõmunis vsus loquendi est extrinsecus intellectus,prout dicit Iac.Butriga.in prooemio,ffforũ.& in l.j.in aliquibus lectis.ff.de fide instru.ex quo dicit do.meus Ias.in rub.ff.de noui ope.nũ.in iiij.col.* ꝙ si in statutis esset clausula ꝙ statuta intelligerẽtur nullo extrinsecus addito,vel quòd statuta propriè intelligerẽtur absq; aliqua interpretatione,nisi secundũ iuris dispositionẽ,quòd cõmunis vsus loquẽdi non præfertur significationi verborũ appositio:ũ in illis statutis, ex quo ergo statuta nostra nullo modo possunt interpretari nisi secundũ dispositionẽ iuris.& dispositio iuris est ꝙ proximus ille quẽ nemo antecellit in gradu, nõ est dicẽdũ ꝙ hìc cõis vsus loquẽdi præferatur significationi hoc casu,maximè quia vt dixi nõ reperietur talis cõmunis vsus loquẽdi apud peritos, ꝙ requiritur cũ periti cõdiderint statuta nostra,ita Feli.in prooemio decretaliũ.in v.col. & ex dictis Feli.ibi cõsiderandũ est quomodo cõmunis vsus loquẽdi possit probari, & ꝙ qui eũ allegat probare debet,vt ibi per eũ. *§ Cõmunis vsus loquẽdi quando non præfertur.*

Item non obstat illud quòd dicit idem aduocatus , quòd licet patrui & fratres patrueles non sint tales,qui succedere possunt ab intestato prædicto filio eorum fratris,& de iure, quòd tamen impropriendum est verbum vt succedere possint scilicet ex statuto,& non ex dispositione iuris.

Breuiter vt omnia fundamenta per eũ adducta tollantur , necessariũ est dicere ꝙ istud verbũ succedere intelligitur aut ex testamẽto,aut ab intestato.ex testamẽto nõ potest dici, quia homo manusmortuæ non potest testari de bonis suis,ergo dicitur ab intestato,quia omne verbũ intelligitur per prius , & nõ per posterius. do.meus Ias.post Bal.in l.j.in ij.& iij.col.C.de succes.& tunc non est nunc dubiũ ꝙ istud verbum , succedere scilicet ab intestato intelligi debet secundũ dispositionem iuris, nisi reperiatur statutũ in contrariũ in hoc dispositioni iuris,ꝙ nõ inuenitur in nostro libro cõsuetudinũ seu statutorũ,nec est fienda aliqua interpretatio,nisi secundũ dispositionẽ iuris,vt habemus in fine nostrarũ cõsuetudinũ. sed de iure nõ reperietur cautũ, ꝙ patrui & fratres patrueles sint proximi ad succedendũ de iure existẽte sorore defuncti, cũ soror præcedat,igitur est proxima,ex quo succedere debet,si ergo sit proxima quę succedere debeat secũdũ dispositionẽ legis,& sit exclusa per statutũ nostrũ seu cõsuetudinẽ,non est dubiũ ꝙ isti patrui seu fratres patrueles,nõ sunt proximi qui succedere debẽt,ergo eis non cõueniunt verba statuti,ex quo nec debet cõuenire dispositio,& sic stabit cõclusio ꝙ non vocabunt patrui seu fratres patrueles sororem , quia non sunt proximi succedere debentes cum ea. *Succedere verbum.*

Ex prædictis patet solutio secundi dubij,ꝙ ex quo isti patrui nõ sunt proximi parẽtes qui succedere debent mortuo,quòd non succedunt isti defuncto,sed excluduntur, & per consequens solutio etiã tertij dubij, ꝙ domino in successione huius est aperta manusmortua exclusis patruis fratribus patruelibus , & sorore defuncti. & audiui quosdã aduocatos vidisse in facto. Ad aliud dubium suprapositũ de repudiatione quæ videtur facta per renuntiationem præcedentem cogitabis,quia non est sine dubio.

SED tenendo ꝙ ista filia vocetur,dic duo, primò ꝙ per hoc patrui ipsa vocata nõ debent excludi , licet sit prior in gradu,eo ꝙ vt dicit Bar.per illũ tex.in l.si post mortẽ.§.fi.ff.de bono.pos.cõtratabu.& in l.amicissimos.§.fi.ff.de exeu.tut.*beneficio mihi cõpetenti ex iure alterius non possum vti contra eum , ex quo ergo hæc soror erat exclusa per statutum,quia nõ erat in cõmunione cũ fratre, & nunquã fuisset admissa ad hæreditatem fratris nisi medio illorũ,nõ est dicendũ ꝙ possit vti illo beneficio cõtra eos.¶ Multũ obstat in hoc successoriũ edictũ,quia primò vocantur priores in gradu,post quos admittũtur sequen. & nõ antè nisi dicatur ꝙ ex quo aliud obstat,scilicet statutũ ꝙ vult quòd isti vocãtes succedunt vnà cũ illis vocatis,vt videtur elici ex statuto,ex illis verbis,*uiennẽt a succeßion auec celuy.* põderãda sunt hæc verba,*auec celuy.*ꝙ ille qui vocat alios succedat simul cũ vocatis.& fuit ita prioritas gradus offuscata per statutũ.& si dicatur quòd inferatur iniuria huic filiæ, eo quòd sequentes in gradu admittantur cum ea,videtur quòd imò est summa æquitas , ꝙ benefacienti benefaciamus.l.sed si & lege.§.consuluit.ff.de peti. hæred. ex quo ergo statutum videns quòd ista filia habuit illud beneficiũ à patruis, voluit quòd in aliquo patrui recompensarentur,& ideo illos vocat ad successionem defuncti vna cum filia,& sic non erit successorium iuris scilicet in quo consideratur prioritas gradus, vt prædixi,sed erit successorium edictũ ipsius statuti,vbi talis prioritas nõ videtur considerari, sed tantum communio. pro certo ista est truffa,& est mirabilè successorium edictum , quod nunquam fuit excogitatũ à statuentibus, & etiam quia essent plura specialia quæ circa vnum concurrerent, quod est prohibitum de iure. gl.in l.j.C. de dotis promis.esset enim vnum speciale quòd ille qui non est proximus succederet. 6 *Benefacienti benefaciendum.*

¶ Item quòd admitteretur remotior in pari gradu cum proximo.

Item ex omnibus supradictis esset nimia interpretatio verborum quę est prohibita in statutis.do.meus Ias. in l.non dubium. C. de legi. fuit tamen dictum per dictum aduocatum , ex quo videtur sequi absurditas & iniquitas,eo quòd priuatur quis successione quæ sibi competit secũdum dispositionem,videtur quòd ista interpretatio sit permissa,prout videtur tenere Alex.consi.suo lij.in j.volu. *Nimia interpretatio euitanda.*

SED pro certo dictum est ex quo in fine nostrarum consuetudinum prohibitum est consuetudines nostras interpretari nisi secundũ dispositionem iuris,tollentur illę interpretationes & impropriationes quæ sunt contra omnem iuris dispositionem.

REstat nunc videre pro qua parte & portione admittetur filia ad succedendum cum patruis & filiis patruorum si casus esset quòd admitteretur,tangit in fine sui consilij,sed ex quo non teneo quòd admittatur,nec quòd patrui nec filij patruorum succedant illi defuncto,sed dominus manusmortuæ,non insisto,nè tamen videar occultator alienæ laudis hìc post insero opinionem illius aduocati,quam videas.

CIrca casum mihi transmissum duo vertuntur dubia. primum est nunquid filia maritata & separata à domino virtute communionis patruorum suorum,vocetur ad hæreditatem fratris sui mortui . Secundum est & quidem difficile pro qua portione admittetur si vocata sit per patruos.

QVO ad primũ mihi videtur ꝙ nulli dubiũ , quin ista filia vocetur & repellatur per patruos suos ad hæreditatem fratris sui mortui licet separata,moueor primò,quia omnes qualitates requisitæ in statuto nostro,in illo articulo.*Quand gens de mainmorte.*in titu.*des mainsmortes.*verificantur & habent locum in patruis istius filiæ,igitur cum omnia requisita à statuto concurrãt,nulli dubium quin locus sit statuto,& ꝙ requisita à

ſtatuto concurrant patet,quia eſt verum dicere quòd iſti patrui ſunt communes in bonis cum fratre ſororis.Itẽ ſunt proximi iſtius defuncti.Item ſunt de illis qui debent ſuccedere. Igitur cum iſta concurrant nec plura requiruntur à ſtatuto,nulli dubium quin ſtatutum ſuum ſortietur effectum, nec mirum quòd iſta filia poſſit per alios quòd per ſeipſam non poſſet,quia ſic videmus in caſu.l.illud.in §.j.ff.de bonorum poſſeſſio. contratabulas,vbi filius qui eſt inſtitutus nunquam poſſet habere bono .poſſeſ. contratabulas,niſi beneficio poſthumi nati vel naſcituri præteriti,qui quidem poſthumus præteritus aperit edictũ huic filio inſtituto,ſic in ſimili iſta filia quę erat penitus incognita per ſtatutum,eo quòd non erat in communione virtute communionis patruorum ſuorum admittetur ad hæreditatem fratris ſui præmortui,quia ſtatutum videns quòd erat valde iniquum, & nequaquam conſonum,imo iuri contrarium quòd illi qui erant ſucceſſuri ab inteſtato priuarentur hæreditate proximorũ ſuorum,ob id quòd non erant cõmunes in bonis illud reſtrinxit & limitauit, vt haberet locũ in omnino ſeparatis tãtum,ita quòd nulli proximi reperirẽtur,quòd tunc ſtatutum uires ſuas obtineret, ſecus vero vbi aliqui proximi reperirentur cõmunes in bonis,quia virtute cõmunionis iſtorũ proximorum alij proximi qui erant ſucceſſuri abinteſtato vocarentur.Igitur dato quòd iſtud non eſſet de iure,cum ſtatutũ expreſſè concedat illis illud beneficium,non recedemus à verbis ipſius ſtatuti,cum in claris non ſit opus coniecturis.

ITem cũ ſtatuta noſtra debeant intelligi prout iacent & ad litteram,vt cauetur in fine ſtatutorum, imo dico fortius,quòd iſti patrui non poſſent in præiudicium iſtius filiæ repudiare iſtam hæreditatem,& facere quòd eſſet locus manuſmortuæ.moueor per vnam notabilem & communem deciſionem doctorũ quam ponunt.in l.poſthumo.maximè do.meus do.Iaſ.may.in.iij.col.poſt medium.C.de bono.poſ. contratabu.vbi dicit quòd
7 *Deciſio notabilis.* cõmunis opinio doctorum eſt,*quòd filius præteritus non poſſet approbare teſtamentũ in quo ipſe eſt præteritus in præiudicium filij inſtituti,& ſic facere ꝙ alius inſtitutus non poſſit contratabul.mouentur per textum notabılem ad litterã.in l.ſi poſt.§.fi.ff.de bono.poſſeſ.cõtratabu.vbi dicit tex.ad litterã. cum enim ſemel beneficio aliorũ fuerint ad id beneficiũ admiſſi,iã non curãt,petant illi necne bonorũ poſ.contratabu.Nõ obſtat modo ſi diceretur quòd imò nõ eſt verũ,quòd omnes qualitates requiſitæ,à ſtatuto cõcurrant in iſtis patruis,& ſic quòd non ſit locus ſtatuto,ſed manuimortuæ,quia licet vna ex tribus qualitatibus requiſitis cõcurrat in illis,ſcilicet cõmunio bonorum,tamen aliæ duæ in illis deficiunt, quia iſti patrui nõ ſunt proximi,prout
Proximi qui. requirit ſtatutum propter iſtam ſororem quæ illos antecellit vno gradu.illi enim dicũtur proximi,quos nemo antecedit.tex.in l.proximus.ff.de verb.ſig.vbi dicit tex.ꝙ proximus eſt ille quem nemo antecedit, igitur &c.

ITem deficit in eis alia qualitas quia non erant ſucceſſuri abinteſtato huic defuncto,prout requirit ſtatutũ,& ſi diceretur quòd ſtatutũ non vtitur iſto vocabulo ab inteſtato . dicendum eſt quod ſatis intelligitur, eo ꝙ
8 *Succedere.* in ſtatutis verba debent capi propriè,& ſtrictè.l.iij.§.hæc verba cum vulgaribus.ff.de nego.geſt.*ſed verbum ſuccedere propriè & ſtrictè capiendo intelligitur ab inteſtato,vt in titulo de legiti.hære.C.igitur &c.

Communis uſus loquendi. ET iſtis nonobſtantibus dico quòd iſtud verbũ,*prochain*,redactum in ſtatuto debet intelligi ſecundũ communem vſum loquendi,nam verba ſtatuti debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi,communis enim loquendi vſus eſt præferendus omni regulæ ommique conſtitutioni.gl. eſt no.in l.librorum appellatione.§.quòd tamen caſſius.in verbo,non cõtinebuntur.ff.de lega.iij.pro qua gl.bene facit tex.in l.ſemper in ſtipulationibus.la premiere.ff.de reg.iur.Bar.in rub.ff.de noui ope.nun.Et idẽ Bar.in l.labeo,ff.de ſuppellectili lega.do.Iaſo.in l.ij.§.appellata.in fi.ff.ſi cer.peta.cũ vul.Sed *de cõmnni vſu loquendi iſtud verbũ,*prochain*
9 *Prochain,quis dicatur.* non intelligitur de illo qui alios antecellit in gradu,ſed de illo qui eſt conſanguineus vel affinis, dato quòd ſit remotior in gradu, vt eſt videre per ipſum:igitur eſt verum dicere quòd iſta qualitas vẽdicat ſibi locum in iſtis patruis attento communi vſu loquendi.

SEcundò non obſtat quòd dicitur de verbo ſuccedere,quòd intelligitur ab inteſtato propriè,ſed in ſtatutis verba debent capi propriè igitur &c . Quia reſpondeo quòd illud quòd dicitur quòd in ſtatutis verba debent interpretari ſtrictè,& propriè eſt verum quando per talem interpretationem minus recederetur à iure cõmuni,ſi vero recederemus à iure communi capiẽdo verba propriè tunc largo modo & impropriè debent capi,vt reuertamur ad ius commune,argumento eius quòd notat do.Ale.in l.ſi conſtante.in iij.colum poſt prin. ff.ſol.mat.eſt quaſi deciſio do.Abbatis,in c.dilectus.in ij.col.de conſuetudine, ſed ſic eſt quod ſi caperemus iſtud verbum ſuccedere propriè,vt intelligatur ab inteſtato,eſſet locus manuſmortuæ , & ſic corrigeretur ius commune in duobus ſcilicet in ſucceſſione & libertate,igitur & c. ¶ Item & ſecundò iſtud ſtatutum cum ſit dubium debet intelligi ſecundum præcedens ſtatutum , quo cauetur quòd qui ſunt communes in bonis & ſimul habitantes poſſunt ſibi adinuicem ſuccedere,aliàs ſecus,igitur verbum ſuccedere in ſtatuto poſteriori poſitum,debet intelligi de ſucceſſione quæ defertur à ſtatuto,propter communionem bonorum & habitatio-
10 nem communem,non autem de illa quę defertur abinteſtato,*quia ſtatutũ poſterius,recipit interpretationem declaratiuã per aliud præcedens,ne in eodem ſtatuto reperiantur contrarietates,ita not. Bal.in l.fi.C.per quas perſo.no.acqui.ſed in eo tit.*des mainſmortes*.eſt vnus articulus,*que gens de mainmorte ne peuuẽt ſucceder l'ung a l'autre,ſinon eulx demeurans enſemble & en communion de biens*.igitur verbum ſuccedere poſitum in poſteriori articulo ipſius ſtatuti debet intelligi ſecundum præcedens ſtatutum,vt intelligatur verbum ſuccedere ex ſtatuto propter communionem,ne videantur ſtatuta contraria,quòd profecto eſſet,ſi intelligeremus verbũ,*ſucceder*,abinteſtato quia inde non eſſet locus ſtatuto ſed manuimortuæ & eſſet ſublatum præcedens ſtatutum,
11 quòd non eſſet dicendum.*Item verba dubia accipiunt intellectum à præcedentibus,vt l.ſi ſeruus pluriũ. & l.qui filiabus.ff.de leg.j.Abb.in c.multa de voto.¶ Item verba ſequentia debent intelligi per pręcedentia,& ſecundum qualitatem verborum præcedentiun.arg.c. quòd ſedes de reſcri. & l.fi.§. cui dulcia.ff.de vino triti.
12 *Verba dubia in ſtatuto quomodo intelligenda.* oleoque lega.¶ Item*quando aliquod verbum dubium reperitur in ſtatuto,ſicut eſt iſtud verbum ſuccedere, quòd poteſt intelligi propriè videlicet ab inteſtato,vt dixi & impropriè,videlicet ex ſtatuto & ex teſtamẽto, licet regula ſit quòd in ſtatutis verba debent capi propriè.vt.l. non aliter.ff.de leg.iij.&.l.j.§.ſi quis nauem.ff. de exerci.ver.ſi in re dubia & in dicta lege.iij.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.tamen iſtud fallit,ſi de mente diſponentis aliud appareat,vt d.l.non aliter.ff.de leg.iij.

Additio.

ADDITIO. Et faciunt ad hoc quæ dicit Mat.de Affli.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit,poſt citatio-nem.in ij.not.in ij.lib.Et quomodo in talibus poſſit apparere de mente ſtatuentium vltra proptietatem verborum,vide ibidem eundem Matthæum,vbi etiam ponderat abſurditatem,vel iniquitatem. *¶Sed ſic eſt quod de mēte diſponentis dicitur ſatis apparere,ſi capiēdo propriā ſignificationē, talis ſignificatio induceret iniquitatem & abſurditatem,tunc certè non eſt talis ſignificatio propria capienda,ſed impropria etiam,in ſtatu.iſta eſt nota.deciſio Bar.in repe.l.omnes populi.in xx.col.in fi.& prin.ſeq.ff.de iuſti.& iu.& ſic eſt quòd ſi acciperemus propriā ſignificationem iſtius vocabuli ſuccedere, ꝙ intelligitur proprie abinteſtato, reſultaret maxima iniquitas,quia eſſet locus manuſmortuæ,& priuarentur conſanguinei hæreditate iſtius prędefuncti,quòd eſt de directo contra dicta iura,quia hæreditas debetur proximis & conſanguineis ſecundū gradus prærogatiuam,per totum tit.C.de legi.hære.& habetur in tit.de hære.quæ ab inteſta.defe.inſti.

ITem capiendo talem ſignificationem corrigerentur duo iura,ſcilicet ius ſucceſſionis,& ius libertatis, quòd non eſt in dubio dicendum.per legem præcipimus.C.de app.

ITem dato*quod ſtatutum debeat interprętari ſecundum ius commune,ſecundum Alb.in c.cauſam.de reſcriptis.& per Bar.in dicta repe.l.omnes populi.in xx.col.in prin.tamen iſtud limitat Bald. notan. in l.maximum vitium.in vj.col.C.de lib.præte. eſſe verum niſi appareat quod per talem interprętationem corrigatur ius commune:ſed ſic eſt quòd ſi interprętaremur iſtud verbum ſuccedere ſecundum ius commune,corrigeretur ipſum ius:duobus,vt dixi,ſcilicet in ſucceſſione & in libertate,igitur &c. 13 *Interpretatio ſtatutorū quomodo fienda.*

ITem*in ſtatutis debet accipi illa interprętatio quæ nos reducit ad ius commune, etiam ſi talis interprętatio 14 ſit impropria.arg.eorum quæ no.do.Alex.in l.ſi conſtante. in iij.col.poſt prin.ff.ſol. mat. ¶Ex iſtis videtur quòd prima difficultas ſit penitus ſublata,& ſic quod talis filia vocetur ad hæreditatem fratris,ſui virtute cōmunionis patruorum ſuorum per ſtatutum.

QVO ad ſecūdum videtur primò dicendum,quòd iſta filia poſtquam fuit vocata quòd debeat excludere patruos ſuos quia eſt in proximiori gradu, puta in ſecundò, patrui vero in tertiò, ſed ſucceſſorium edictum defertur omnibus proximis,ſecundum tamen gradus prærogatiuam,ita quòd proximiores in gradu excludunt poſteriores,vt no.in l.j.per totū tit.C.de ſucceſ.edi.& latiſſimè per doc.in l.qui ſe patris.C. vnde lib. ¶Or iſtis non obſtantibus puto,quòd imò iſta filia non excludat patruos ſuos,moueor,*quia beneficio mi- 15 hi competenti ex iure alterius non poſſum vti contra eum d.l.ſi poſt mortem.§.fi.ff.de bono.poſ. contratabu. & ibi latè Bar.l.amiciſſimos.§.fi.& ibi Bar.in pulchro caſu.ff.de excu.tuto. ſed ſic eſt quòd iſta filia erat penitus excluſa per ſtatutum,eo quòd non erat in cōmunione cum fratre,& nunquā fuiſſet admiſſa ad hæreditatē fratris ſui,niſi beneficio iſtorum patruorū,igitur &c.¶Nec obſtat ꝙ dicitur de ſucceſſorio edicto, quia dico illud habere verū,niſi aliud obſtaret,ſed ſic eſt qđ obſtat ſtatutū,quod vult ꝙ iſti vocātes ſuccedāt vnà cū illis vocatis,vt clarè elicitur ex ſtatuto in illis verbis,*uiennent a ſucceßiō auec celluy*,pondera verbū,*auec celluy*,vult ergo ſtatutū ꝑ iſta verba,*auec celluy*,quod ille ꝗ vocat alios ſuccedat ſimul cū vocatis,& fuit iſta prioritas gradus offuſcata per ſtatutū.¶Nec dicendū eſt ꝙ aliqua iniuria inferatur huic filiæ,imò eſt ſumma ęquitas quod benefacienti & nos benefaciamus.l. ſed & ſi.§. cōſuluit.ff.de pet. hære. igitur ſtatutum videns ꝙ iſta filia habuit iſtud beneficiū à patruis,voluit ꝙ patrui in aliquo recōpenſarentur, & illos vocat ad hæreditatē iſtius defuncti ſimul cū iſta filia, & ſic non erit ſucceſſoriū edictum iuris,in quo conſideratur prioritas gradus vt prædixi,ſed erit ſucceſſoriū edictū ipſius ſtatuti vbi talis prioritas nō cōſideratur,ſed tantūmodo cū ſtatutū illius expreſſè cōcedat iſtam facultatem ſuccedēdi ſimul cum vocatis,vt dixi.¶Reſtat poſtremo dubium,pro qua parte & portione admittatur talis filia cum ſtatutum non aſſignet illi portionem,in hoc dubio dico, quòd cum ſtatutum illam admittat virtute communionis patruorum,nec ſibi aſſignat partem,quòd intelligitur illā vocare pro virili parte portione.Moueor in ſimili,quia videmus quòd in dubio plures intellūgitur viriliter obligari & viriliter ſtipulari:vnde ſi plures ſtipulantur ſummam vnam,intelliguntur ſtipulari viriliter.& ſic pro æqualibus portionibus.l.reos.§.cum in talibus.ff.de duobus reis.ſic etiam eſt dicendum in caſu noſtro.¶Item quando lex vocat aliquos ad ſucceſſionem, in dubio vocat eos pariter & æqualiter.l.j. cum ibi not. C. communia de ſucceſ.per ea quæ not.in §.ſi plures ſnnt gradus.inſti.de leg.agna.ſucceſ.igitur &c. ¶ Item & tertiò quia videmus quòd ſi plures condemnantur vnà ſententià, non cenſentur in dubio condemnari inſolidum ſed tantum pro virilibus partibus,dato quod quilibet teneretur inſolidum.l.Paulus.*la ſeconde.* cum ibi nota., per Bar.ff.de re iudi.& l.j.C. ſi plu. vnà ſenten. &c. & ſic etiam videtur dicendum in ſtatuto, cum nullam faciat mentionem de portionibus,& illas admittat ad ſucceſſionem. In dubio eſt dicendum per prædicta, quod vult illos admitti pro virilibus portionibus. Ita videtur mihi dicendum per prædicta, ſalua tamen opinione melius & ſanius intelligentis. *Dubium.*

IN TEXTV IBI, *Les autres.* *Alij dictio*

ADuerte quia iſta dictio alij eſt repetitiua ſimilium. gl.in l.ſi fugi.C. de ſer.fugi. dixi ſuprà tit.*des iuſtices & droictz d'icelles*.§.vij.ver.& aduerte.Ergo intelligendum eſt ꝙ tales qui vocantur per alios ſint homines manuſmortuæ,& nō franci aut liberę cōditionis,vt poſſet eſſe in ſorore hominis manuſmortuæ nupta homini franco,aut aliàs.In cāpania tamē licet habeāt conſuetudinē,ꝙ ſeruus non ſuccedit franco nec econtra, ſi vnus reuocet alios in ſucceſſione hominis manuſmortuę vocat etiāfrācos,& ita practicatur,vt vidi in pluribus proceſſibus,licet videatur cōtra illā conſuetudinē.Cogita ſi caſus euenerit,quia non eſt ſine dubio.¶Euenit caſus hodie ex quadā muliere quæ deceſſit ab humanis, & in mortis articulo habuit filium qui ſuperuixit tantum per dimidiā horā, & bene probatur ꝙ illo die dicta mulier habuit filiū qui fuit baptizatus, ſed quis eorū ſuperuixerit nō probatur,& ideo dominus manuſmortuæ dicit ꝙ debet dictæ matri ſuccedere.Pater verò dicti filij dicit ꝙ debet ſuccedere eius filio in mobilibus & conſanguinei dicti filij exiſtētes in cōmunione cum eo in hæreditagiis,& ſic volūt expellere dominū manuſmortuæ.Bar.in l. quòd de pariter mortuis. ff. de reb. dub.dicit ꝙ in dubio pręſumitur filius primò mortuus,& ideo incūbit hęredibꝰ ꝓbare cōtrariū.& de materia ꝓbatiōis huius articuli,& quid pręſumēdū ſit,vide amplè in cōſ.meis,cōſ.inci.nobilis dominus Ant.debuſſul. *Caſus.*

§. DECIMOOCTAVO.

Gens de condition mainmortables, talliables hault & bas, corueables à volunté, iuſticiables en toutes iuſtices, ne ſont point receuz en teſmoignages pour leur ſeigneur duquel ilz ſont hõmes & ſubiectz des deſſusdictes conditiõs, ou de trois, ou de deux d'icelles.

Conſuetudo tamen comitatus Niuernẽ. habet. *Que gens de ſeruile condition ſont receuz & admis en teſmoignage en tous cas, & tant pour leur ſeigneur, comme contre leur ſeigneur, excepté en matiere criminelle contre leur ſeigneur, & en matiere de franchiſe pretendue par aucun des hommes de condition contre le ſeigneur.*

IN TEXTV IBI, *Mainmortables.*

VT dictũ eſt in rubrica, cõſuetudo noſtra facit mentionẽ de quatuor conditionibus hominis ſubiecti, quare aũt ſubiecti, quia dominus habet in eis iuriſditionẽ tantũ, de quibus per gl. & doc. in l. idonei. ff. de teſti. canonizata. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. idonei. & facit l. eos quæ eſt. l. iiij. C. de teſti. canonizata. iiij. q. iij. dicto. c. ſi
1 teſtes. ver. eos. Et ideo videtur ibi dicere Albe. de Roſa. *quod ſi rex habeat cauſam ꝙ nullus de regno poſſit teſtificari pro eo, tenet tamẽ oppoſitũ cũ Cyno qui tenuit cõtrariũ in d. l. & in l. etiã. C. eo. vbi dicit ꝙ iſtud ꝙ dicitur in l. idonei. nõ habet locũ in rege, duce & comite, puta hoc eſſet durũ & incõueniẽs, quia ſequeretur maximũ abſurdũ ꝙ tales principes & domini perſæpe de iure ſuo probare nõ poſſent. facit l. quoniã in fi. C. de hereti. ¶ Et ad l. idonei. reſpõdẽt omnes quòd loquitur in ſubdito ratiõe dominicę, vel patrię poteſtatis, nõ aũt iuriſdictionis tantũ. & ita dicit Cy. tenere Pet. in d. l. eos. & Bar. in l. idonei remittẽdo ſe ad no. per Cy. in d. l. eos. idẽ tenet Spe. & Io. And. in tit. de teſte. §. j. ver. nũquid ergo ſocer. & ver. nũquid vaſallus. & ita itiã tenet Ant. de But. in c. in literis. ext. de teſti. & ita refert & ſequitur Alex. in cõſi. ſuo lxxxviij. inci. qm̃ omne datũ optimũ. in iij. col. in v. vol. vbi dicit ꝙ ita de cõſuetudine obſeruatur. ¶ De vaſallo aũt ponit Spe. in loco hic ante alle. & Albe. de Roſa. in l. idonei. ff. de teſti. ¶ Sed quõ famulus poſſit eſſe teſtis pro domino ſuo, & in quibus caſibus, vide plenè in deci. Tholoſa. deciſio. iiij. vbi plenè per Auffre. quẽ vide. ¶ Sed an dominus pro ſubdito poſſit eſſe teſtis, vide Bar. in d. l. idonei. & no. in c. cauſam q̃ ext. de offi. dele. ¶ Quid aũt de aſcriptitiis. vide Io. Fab. in §. teſtes autẽ. inſti. de teſt. ¶ Et de ſeruitoribus vide Pa. in c. in literis. extrà de teſti. ¶ Et an prohibitus teſtificari in cauſa ſui ſubditi contra Titium poſſit pro illo deponere. vide Bar. in l. legibus. ff. de teſti.

Subditus an poßit teſtari pro domino.

ET ideo clarè patet quòd conſuetudo noſtra habuit hunc reſpectum, quòd ſubditus ratione iuriſditionis tantum non ſit prohibitus teſtificari pro domino, quia in fine dicit, quod ſit ſubditus ex duabus conditionibus de prædictis hic enumeratis.

2 *Talliabiles ad voluntatem.* AVT verò *ſunt ſubiecti quia talliabiles ad volũtatẽ Io. Fab. in §. ſi nõ aliquis ex teſtibus. ff. de teſt. videtur tenere quòd homines noſtri corpore, aut talliabiles ad voluntatẽ nõ poſſint eſſe teſtes pro eorũ dominis. tu dic hoc eſſe verum, quando ſunt adhuc ſubiecti in alia conditione, vt dicit conſuetudo. ¶ Et aduertendũ quia conſuetudo noſtra dicit talliabiles. *hault & bas.* quod quidem homines ſunt in hac patria talliabiles, & horum duplex eſt conditio, quia alij ſunt talliabiles ad voluntatem, alij abommati.

3 LIcet enim *vt dicitur & ſonat vocabulũ, dominus poſſit talliare homines ſuos ad voluntatẽ, non poteſt tamen vltra modum conſuetũ. facit l. j. & ibi Ioan. de platea. C. in qui. cau. colo. cenſi. lib. x. & in l. cum ſatis. §. caueat. de agri. & cenſi. lib. xj. C. & dicit Roffre. in libellis ſuis ſuper iure ciuili. in tit. de offi. iudi. quo ſubuenitur cenſito & vaſallo ſi dominus exigit vltra quam debeat exigere, quòd ad hoc vt poſſit tale officium implorari, requiruntur duo. Primò, quòd ſit cenſitus vel aliàs ſubiectus hoc eſt talliabilis. Secundò, quòd exigatur aliquid vltra quàm ſit conſuetum.

4 *Talliabiles qui.* ET dicũtur *talliabiles qui ita ſe recognouerũt, quibus propterea imponi poteſt tallia, quia ad ea & aſtrinxerũt, & ſic dicitur tallia alludẽdo etymologiæ vocabuli, vt ſic nomẽ ſit cõſonans rei, & horũ hominũ modus ſeu vſus potius moribus & ex vſu antiquo q̃ alio iure naturali vel gentiũ fuit introductus & aduẽtus, & talis modus fulcitur iure poſitiuè, propter pactiones & ſtipulationes quæ interueniũt, quibus mediantibus quis obligare perſonã & conditionem deteriorẽ facere nõ poteſt. l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. ita tenet Guil. de monte Lauduno, & Zabarel. in cle. paſtoralis. §. rurſus. de re iudi. vbi loquuntur in genere de ſubiectione & de obligatione perſonæ. quos refert & ſequitur Guido pape quæſtio. ſua cccxiiij.

5 *Qui dicuntur abõmati.* ABommati *ſunt qui omnes de vno villagio debent certam ſummam determinatam & taxatam domino, & per ipſos de villagio cuilibet imponitur portio ſecundum magnitudinem prædiorum, quia illi qui poſſident magna prædia plus debent portare, quã illi qui poſſident minora. l. pro locis. ff. de anno. & trib. lib. x. & dicit ibi Io. de platea quòd magnitudo cõſideratur reſpectu fructuum qui ex illis locis percipiuntur. l. fi. C. de allu. ff. de euic. l. j. ff. de cenſi. l. cum poſſeſſor, ibi pro modo prædiorum. & huius conditionis ſunt homines de Auxeyo iuxta ciuitatem Heduenſem. qui ſunt ſubditi venerabilibus viris dominis decano & capitulo Heduẽſi in omni iuſtitia, & cum hoc debent talliam abommatam. ¶ Quæſitum fuit, & adhuc nunc dubitatur, nũquid poſſint eſſe teſtes pro procuratore dictorum dominorum in loco Dauxei. Dixi quòd ex quo de quatuor cõditionibus hic antè in conſuetudine noſtra nominatis, non erat niſi vna, ſcilicet quia ſunt iuſtitiabiles, quòd poterant eſſe teſtes, quia licet ſint talliabiles, non tamen ſunt ad voluntatem, quòd requirit conſuetudo noſtra. cum dicit, *hault & bas.* ſed abommati ideo poſſunt & debent eſſe teſtes, & edictum de teſtibus eſt prohibitorium, ideo non eſt extendendum extra ſuos proprios terminos.

6 *Quomodo ſoluant tallias.* SED quæro *in prædictis abõmatis an licet ſoluẽs non poſſit cõueniri pro ſe, an poterit cõueniri pro aliis, qui nõ ſoluerũt. Tu dic ꝙ ſi talis tallia imponatur villagio ſimiliter pro rebus, abommatis, ꝙ tunc illud ꝙ non poteſt ſoluere vnus, ſoluet totũ villagium, quia ad hoc totũ villagium remanet obligatũ. l. proponebatur. ff. de iudi. l. mancipiũ. ff. quod cuiuſque vniuerſi. no. & ꝙ per vnum non ſoluitur, alij cogentur ſoluere. ſed eis aſſignabitur poſſeſſio pro qua ſoluitur. l. iiij. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & C. de exacto. tribu. l. fi. ſecundum Bar. in l. ſemel. C. de apochis. libro x. ſi verò cuilibet de vniuerſitate imponatur, vnus pro alio non tenetur ipſo

iure

iure.l.legatorũ.in prin.ff.de leg.iij.&.l.j. circa prin.C.vt nullus ex vicariis pro alienis debitis teneatur. lib.xij.
sed propter defectum non soluentiũ posset fieri superindictum nouum,& sic per consequens alij grauarentur.
vt not.in rubro & nigro.C.de superindi.lib.x.& ita loquitur gl.in l.semel.C.de apo.lib.x. & ita etiam debet
intelligi.l.actores.C.de exac.trib.lib.x. ¶Sed an singuli pro toto debito vniuersitatis vel collegij possint cõ-
ueniri vide Albericum de rosa.in l.j.in.fi.ff.quòd cuiusque vniuersitatis no.vbi etiã ponit quomodo sit con-
sulendum creditoribus vniuersitatis quando nihil habẽt in communi,& vide quæ dixi suprà tit. *des iustices*.§.
iiij.in gl.*sur les hommes*,ver.sed iterum dicit tamen Alber.in d.l.j.quòd pro debito vniuersitatis,nõ potest fie-
ri executio realis,aut personalis,contra singulares personas.

ALij sunt homines manusmortuæ,& sunt hi quibus de consuetudine nostra domini succedunt,quando mo- *Manus-*
riuntur sine liberis vel parentibus existentibus in communione cum eis.de quibus dicam infrà in hoc tit. *mortuæ*
§.*le seigneur prend la succeßion de mainmorte.* *qui.*

IN TEXTV IBI, *Taillables hault & bas.*

HIC antè vidimus quòd domini in hac patria habent aliquos homines quos talliare possunt,nam istud ius
est ius regale,quæ sunt regalia in vsibus feudorum.*Sed quæro nunquid istud ius sit de iure licitum , hoc 7 *An li-*
est nunquid princeps seu alius habens ius principis in hoc possit exigere tallias ab hominibus suis.Bal.in l.ne- *ceat princi*
minem.C.de sacrosan.eccle.dicit quòd principes debent se primo præmunire de eorum marsupio,& si mar- *pibus tal-*
supium eorum non sufficiat possunt subditis imponere collectam,idem Bal.in c.conquerente.ad finem extrà, *liare sub-*
de offi.ordi.dixi.suprà.in titu.*des iustices & droictz d'icelles*.§.*le droict d'indire & imposer*.in.j.glos. *ditos.*

ADuertendum tamen ad dictum Alberi.in l.de quibus.in penul.charta.ff.de legi. vbi tenet quòd * nedum 8
principes à vasallis feuda tenentibus,sed etiam ab aliis suis subditis possunt exigere collectam pro defen-
sione suæ patriæ,& dicit Ang.in consi.suo.ccvj.inci.inter ordinamenta,ꝙ princeps seu habẽs alia iura regalia
propter necessitates publicas patriæ,potest à subditis suis etiam inuitis exigere præstãtias, & ideo vt videmus
in hac patria,*cum Christianissimus rex noster Franciæ in ducatu Burgundiæ nullas tallias exigat , tamen de 9
triennio in triennium pro necessitatibus suis exigit præstantias,quæ dicuntur in vulgari nostro.*empruntz*. *Emprũtz.*

SEd quæ*possit esse causa quare principes & duces Burgundiæ,& nunc reges Franciæ,qui sunt duces, nul- 10
las exigant tallias in Burgundia,nam vt videmus hæc patria est talliabilis subditis & feudatariis principis,
cum omnes habeant subditos suos talliabiles,& si iterum talliarentur duplici onere grauarentur,quòd nõ de-
bet fieri.l.nauis onustæ.§.cum autẽ.ff.ad leg.rhod.de iactu.l.titia.§.qui inuita.ff. de leg.ij. & ideo dicunt And.
de isernia,& Alua.in c.j.in tit. quæ sunt rega.in vsibus feu.quòd allegat Iac.de sancto Georgio in trac. homa-
giorum.in x.col.quòd licet imperator vel rex possit imponere subditis suis,superindictum subsistente publi-
ca necessitate.l.j.C.de superindi.lib.x.tamẽ vt subditi teneãtur dominis suis in simili causa præstare indictum,
certè imperator vel rex non potest à subditis illorum dominorum exigere superindictũ, ne ipsi homines du-
plici onere grauentur.Et ideo vt videmus princeps ducatus Burgundiæ,tallias ordinarias in Burgundia non
exigit,cum debeatur dominis,sed cùm præstantiæ,non debeantur dominis, nec fieri possint per dominos su-
per suis subditis,ideo duces Burgundiæ possunt illas facere,sed debent fieri pro defensione patriæ, & publica
necessitate,& sic cùm causa,aliàs princeps peccat,vt tenet Andre.in rubrica,quæ sunt regalia.

CIrca hanc*materiã talliarũ quæro de vna quæstione . videmus ꝙ licet Christianissimus rex Frãciæ qui est 11 *Quæstio*
dux Burgundiæ,in ducatu Burgundię prout in aliis ducatibus & comitatibus sui regni nullas exigit tallias,
tamẽ de tribus annis in tribus annis præstãtias quæ dicũtur *empruntz*.exigit,an ad tales præstãtias teneãtur no- 12 *Præ-*
biles huius patriæ.*aduertendũ est ꝙ hæ pręstãtiæ dicũtur in vulgari nostro *fouages*.ideo dicuntur à foco,hoc *stantiæ.*
est quòd quilibet tenẽs focũ & larẽ tenetur ad has præstãtias.Et ideo si teneãt focũ & larẽ videtur ꝙ teneãtur *Fouages.*
ad dictas præstantias.Nã*si imponatur onus patrimoniale, tenẽtur etiã nobiles pro his quæ possidẽt, & etiam 13 *Nobi-*
si imponatur collecta pro rebus,tenẽtur nobiles pro his rebus quæ sunt in illo loco,prout tenet Albe.in rub. *les quãdo*
ff.de mune.&honori.circa xj.char.ibi,sed quæro nunquid nobiles excusantur à muneribus. ¶Mouetur pri- *teneãtur*
mò per tex.in l.& qui originẽ.in §,j.ver.cæteri.& per l.rescripto.§.fi.ff.de muneri.& honori . ¶Secundò mo- *ad colle-*
uetur,quia nobiles tenentur ad onera personalia.§.penul.in aut.de defenso. ciuita. ergo multomagis debent *ctas.*
teneri ad munera patrimonialia,quia persona est dignior cunctis rebus.l.sancimus.C.de sacrosan.eccl. ¶Ter
tiò facit,quia nobiles circa cõmoda & honores cõmunitatis participãt , quia adæquati sunt nobiles plebeis.
l.ij.§.deinde cũ post.ff.de origi.iuris.Cũ ergo participãt in cõmodis , dignũ est & iustũ ꝙ etiam participent in
oneribus & incõmodis.l.secundũ naturã.ff.de reg.iur.*Et tamen aduerte ꝙ doctores legentes gaudent immu 14 *An do-*
nitate ꝙ ad prædicta munera non tenẽtur.l.medicos.C.de professo.& medi.lib.x. ex quo videretur dicendũ, *ctores legẽ*
*ꝙ nobiles genere deberent etiã prædicta immunitate gaudere.l.proximos.C.de proxi. sacro. scrinio.lib.xij. 15 *tes te-*
¶Dic tamen ꝙ nõ sequitur.quia priuilegia debent esse suis limitibus cõtenta. licet ergo cõcedatur à iure im- *neãtur ad*
munitas doctori legenti , non tamen sequitur ꝙ eodẽ priuilegio debeãt gaudere milites . ex quo videtur di- *collectas.*
cendũ,ꝙ si fiat collecta ꝙ nobiles tenẽtur ad contribuendũ , putarẽ hoc esse verũ, quando nobiles possident
allodialia,quia credo quòd pro illis possunt collectari,secus autẽ si possident feudalia,vel de pertinentiis feu-
daliũ,ex quo in illis iã in pluribus grauantur erga principẽ:vt dixi in tit.de feudis.§.*le uaßal est tenu*.in gl.j.ne er
go duplici onere grauentur,non tenentur ad aliquod onus ratione bonorũ feudaliũ. ita videtur tenere Iaco-
binus de S.Georgio in tractatu homagiorũ.in pen.col. vbi videtur etiã facere quandã distinctionẽ & ponere
quandam theoricam , quando nobiles volunt se prætendere immunes à prestatione collectarum , aut scilicet
præscriptione vel consuetudine, & ipse dicit ꝙ cõsuetudo patriæ multũ in hoc facit. cùm ergo de cõsuetudine
huius patriæ nobiles nõ teneantur ad prædictas collectas,non aliter insisto.& dixi aliqua supra tit.*des enfans de*
plusieurs lictz.§.iiij.in gl.j.in prin.Et vide etiam Albe. de Rosatæ in rub.ff.de mune. & hono.in vij. col. ver.
sed pone quòd aliquis habet homines censuales. Concludit etiam ibi Iacobi. de sancto Georgio quòd cõsue-
tudine potest induci quòd domini terrarum possint cogere subditos suos vt veniant ad faciendum custodiã
in eorum castro nocturnam,vel diurnam,licet de iure videatur quodammodo impugnare.

16 *Nota.* ITem dictũ eſt hîc antè ꝙ*ſunt aliqui domini qui habent aliquos ſuos ſubditos qui eis ſunt talliabiles; alij ad voluntatẽ,alij abõmati,puta quia omnes de vno villagio tenentur ſingulis annis ad quinquaginta libras, dominus cõcedit immunitatẽ vni ex illis qui tenẽtur ſingulis annis ad certã talliã ratione prædiorũ,in eorum villagio exiſtentiũ,an illa immunitas ſeu exẽptio præiudicet aliis, ita ꝙ teneãtur inſolidũ ſolucre illã quãtitatẽ de quinquaginta,an verò ipſe dominus terræ tãtominus capiet à dictis hominibus ſuis.Bal.in l.ſi vnus.§.ſed ſi generaliter.ff.de pac. & Ang.in d.l.ſi vnus.§. itẽ ſi pactus. dicũt ꝙ talis immunitas ſeu exẽptio nõ præiudicabit cæteris.Et iſtud tenet Spe.in tit.de cenſibus.§.nũc dicendũ.verſi.quid ſi vniuerſitas.Henricus Bohyc in c.paſtoralis.ext.de priuilegiis.melius iſtud examinatur per Pa.in c.accedentes.in pen.col.extrà, de præſcriptio. Et vide Feli.in d.c.accedẽtes in penul.& vlt.col.qui ponit nouẽ cõcluſiones. mihi tamẽ plus placet doctrina Pa. qui diſtinguit,quia quando dicitur ꝙ quando onus imminet pluribus non inſolidũ, ſed pro virili portione,& tunc aut incumbit ex contractu,aut vltima voluntate,aut ex diſpoſitione iuris communis , aut ex cõſuetudine. ¶ Primò caſu vno exẽpto per creditorẽ,alij tenẽtur pro virili portione,& non inſolidũ.faciũt dicta Spe.in loco hîc antè allegato.facit l.j.C.ſi plures vnà ſententià.ſecus autẽ ſi fuiſſent obligati inſolidũ.vt.l.ſi. ff.de duobus reis nota.Bar.in l.ab omnibus.ff.de lega.j.facit tex. in l.vnica.C. vt nullus ex vicario.pro alienis vicari. debi.teneatur.lib.xj.vbi tex.dicit ꝙ exigere onera ab vno pro facto alterius eſt contra naturalẽ æquitatẽ. ¶ Secundò verò caſu principali quando ex vltima voluntate, tunc exemptio conceſſa vni aggrauat alios , ita quòd alij aliquando tenebũtur inſolidũ.tex.eſt in d.l.ab omnibus.in prin.ff.de lega.j. ¶ Tertiò caſu principali quãdo ex diſpoſitione iuris dicit Panor.*quòd ſolus imperator in temporalibus, & papa in ſpiritualibus,poſſunt immunitatem & exemptionem in præiudicium aliorum concedere , alij vero inferiores qui non habent iura imperialia licet poſſint concedere in præiudiciumipſorum concedentium,tamen in præiudicium aliorum hoc facere non poſſunt,per not.per gl.in l.vacuatis.C.de decu.lib.x.per Bar.in l.ij.ff.de iure immunitatis. cùm ergo Chriſtianiſſimus Rex Franciæ habeat iura imperij, cum nullum in temporalibus recognoſcat ſuperiorem c.per venerabilem.extrà qui filij ſint legitimi.ſi concedat exemptionem alicui, iſta conceſſio erit in præiudicium aliorum,& non in præiudicium ipſius.nam rex habet iura imperij, quia ſicut in omni iuramento intelligitur excepta perſona imperatoris.§.ſi.de pace iura.firman.& dicit ibi Bal.quòd idem eſt in rege.

Diſtinctio Panormi.

17 *Immunitatem in præiudiciũ alteri⁹ quis concedere, valeat.*

ADuerte ad ea quæ dicit And.de Iſernia in c.j.in tit.de vaſallo decrepitæ æta.de quo memini in tit. *des ſucceſsions des baſtardz*.§.iij.in gl.*ab inteſtat*.quando diſputaui,an rex Frãciæ poſſit legitimare.& faciunt quæ dicit Corſetus in apoſtillis ad Panor.in c.quæ in eccleſiarum.in ij.col.extra de conſtitutio.

SI verò virtute ſtatuti ſint obligati, puta quia ſtatuto cauetur,quòd ciuitatenſes teneantur ſoluere ſalariũ poteſtati ciuitatis,tunc ſi vna villa eximatur ab illa obligatione, reliqui verò ciuitatenſes tenebuntur ſoluere integrum ſalarium.ita tenet Bar.in l.ab omnibus.in prin.ff. de lega.j. plenè per And.Siculum dictũ Barbatiam in conſi.ſuo xiij.incip.ſapienter ſcripſit Plato in Timeo.in ij.volu.vbi plenè examinat per duas colũ. per Ang.de Aretio in §.ſed noſtra in ij.col.inſti.de ſucceſ.libertorum.

QVartò caſu principali quãdo tenentur virtute conſuetudinis,dicit Panor.in d.c.accedentes.quòd idem eſt ſicut ſi erant obligati ex contractu,allega.not.per Ioan.And.in additio. ad Spe. in præallegato titu. de cenſibus.§. nunc dicendum vbi dicit, ꝙ ſi virtute conſuetudinis forenſes qui veniunt ad habitandum in ciuitate ſunt immunes,ab omnibus oneribus per ſtatutum nouiter conditum,non poterit fieri quòd obligẽtur ad onera eis inuitis,per not.per Bar.in l.quod ſemel. ff. de decre. ab ordine faciendis . Et iſtam diſtinctionem refert & ſequitur Iaco.de Sancto Geor.in tracta.ſuo de homagiis.in xij.colum.

Quæſtio. VLterius quæritur , dictũ eſt hîc antè ꝙ multi ſunt domini qui habent homines eorum talliabiles , & imponitur tallia per æs & librã . Pone nunc quòd quidam dominus vel baro,habet quoſdam homines qui conſueuerunt ſoluere annuatim eidem certam quantitatem pecuniarum,puta centum , & illa centum conſueuerunt homines ſoluere per æs & libram , modo contingit quod dominus dietim de bonis immobilibus deſcriptis in æſtimo acquirit pro quibus ſoluebatur illa penſio.

QVæritur nunc,an ipſe dominus pro rebus acquiſitis à ſuis hominibus teneatur cõtribuere in omnibus, vel ſaltẽ tantominus accipere de illa penſione quam poſſent ſupportare de onere collectæ dicta prædia, per eũ acquiſita Iacobinus in tractatu de roydis ſeu operis, in xij.col .cũ ſequẽti.decidit hanc quæſtionem per deciſiones Io.Andreæ in c.nõ minus.extrà,de immunitate eccleſiarũ.vbi dicit.ꝙ ſi dux,marchio vel comes recipiat ab aliqua cõmunitate.certã penſionẽ,puta centũ annua,& poſt modũ eximat aliquã perſonã de illa cõmunitate ab onere prædicto,debebit tantominus percipere de illa pẽſione quantũ potuiſſet illa perſona exẽpta dare,& ad deciſionẽ Io.de Imo.in l.ab omnibus.ff.de leg.j.ſatis reſpõdet,ex qua deciſione Io.Andreæ cõcludit,ꝙ dominus terræ debet tantominus percipere,quantum poſſunt ſupportare prędia per eum acquiſita, quia ſuo facto fuit diminutũ ęſtimũ populariũ,vnde ſicut quãdo cõcedit immunitatẽ vni vel duob⁹,tãtomin⁹ debet percipere,ita & iſto caſu,cũ culpa ſui fuit diminutũ æſtimũ.dicit tamẽ ſe dixiſſe in quæſtione facti quòd ſecus eſſet ſi prædia emphyteutica quæ tenebãtur ab illo domino,cecidiſſent in cõmiſſum propter non ſolutũ canonẽ,vel alia ratione,tunc dominus terræ nõ deberet tãtominus percipere de annua pẽſione , quia culpa emphyteuticorũ vtile dominiũ fuit cõſolidatũ cũ directo.iuxta l.ij.C.de iure emphy.non pono hoc pro conſtanti,quia credo quòd veritas eſt in contrarium,cùm res tranſeat cum ſuo onere etiam in fiſcum,dixi ſuprà.

IN TEXTV IBI, ... *Corueables a volunté*

EX hoc infero,ꝙ ſi habeãt homines corueabiles,nõ tamẽ ad volũtatẽ, ſed ad certas corueas limitatas,ꝙ nõ ſunt à teſtimonio repellẽdi,cũ tex.tantũ loquatur de corueatis ad volũtatẽ.Mat. de affli. vocat hos angarios & perãgarios,& hos dicit à teſtimonio repellẽdos,& idẽ dicit de villanis qui dicũtur illi,qui in rure habitãt & faciũt opera ruralia.ita dicit in cõſti.regni Sici.in conſti.quæ inci. proſequentes. in vj.& vij.not. in ij.lib. Sed redeũdo ad noſtros corueabiles ſeu angarios , an tales debeãt admitti ad teſtimoniũ ferendũ dic quod.*

Villani qui dicantur.

18 *Corueabiles.* AVT verò*ſunt corueabiles tantum,vel etiam cum aliis duabus conditionibus, vel cum vna ex prædictis. & iuxta prædicta quæro de quinque.

Primò

PRimò videlicet*quid dicatur coruata,tu dic quòd nihil aliud videtur nisi vna opera coadiuuans,ideo cor 19 *Coruata quid.*
uata dicitur de coadiuuo, & est propriè coadiuuatio diurna id est vna operatio diuina.l.j.ff. de ope.lib.
vbi dicitur*quòd opera est vnum diurnum officium,& intellige artificialiter,hoc est respectu diei artificialis.l. 20 *Opera quid.*
ij.ff.de annuis leg.iuncta.l.ij.§.fi.cum ibi not.per gl.ff.de verb.sig.*qui obligatur ad operam siue coruatã, te- 21
netur eam præstare de die,& non de nocte,vt iuribus suprà.alle.nisi tamen obligatus reperiretur ad præstan-
dum de nocte,quoniam tunc hoc facere teneretur,iuncta.l.si prius.in prin.ff.de aqua plu.arcenda.Ita dicere.vi
detur Bar.satis expressè in l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indebi.in j.q.Ita dicit Guido pape quæstio- 22 *Coruate officiales.*
ne sua.ccccIxxij.vbi etiam dicit quòd harum coruatarum,* aliæ sunt officiales.quæ sine doctrina alterius sciun
tur,vt est arare,fodere,secare blada,falcare,fœna recolligere & sic de similibus . Et iste sunt merè personales,
quia a persona duntaxat præstantur.❡ Quæ sunt de iure prohibitę & ideo videntur esse odiosę vt dicit.G.be
nedi.in sua repe.c.ray.in verbo condidit.j.nu.xxvj.extrà de test.

ALiæ sunt*artificiales quæ cum doctrina alterius sciuntur vt est scribere,pingere,ædificia construere,& sic 23 *Artificiales.*
de similibus.Et iste etiã sunt merè personales, hoc probatur in l.legatis seruis.§. si ex officio.ff.de leg.iij.
❡De diuisionibus operarum vide Io.fab.insti.de acqui.per arrogationem.in prin.ibi scire debes.& in l. non
sortem.§.libertus.ff.de condi.indebi.

ETiam de his diuisionibus operarum vide Iac.de sancto Geor.in l.liberti libertęque.C.de ope.lib.vbi dicit
quòd quædam sunt officiales seu obsequiales.Et istæ debentur personæ,vt seruire in mensa , associare per
ciuitatem,assurgere venienti &c.Aliæ sunt fabriles,& artificiales,inter quas facit differentiam,& iubente pa-
trono,libertus inuitus tenetur alteri præstare.licet non possit cogi ad se obligãdum alteri , quòd an sit verum
vide infrà in ver.Quartò quæro.Et pro istis dominus propter necessitatem suam,potest exigere pecuniam ab
hominibus suis,& conuertere ipsas operas ad pecuniam,sed si non subsistente sua necessitate vellet cogere ho
mines suos ad sibi præstandum pecuniam in recompensationem talium coruearum,hoc facere non posset de
iure,imò tanquam male tractans suos subditos posset priuari feudo : vt dicunt Bal.& Pau.in.l.j.C.de ope.lib.
alle.per eundem Iacobi. in loco,suprà.citato.

ALiæ sunt*operę seu coruatæ quæ ab animalibus & pro animalibus fiũt,vt est ducere blada per asinos vel 24 *Reales.*
boues,charreare molas molendinorum,vel materias pro ædificio castri vel fortalitij,& tales vidẽtur me-
rè reales,quia à rebus hoc est animalibus præstantur.

ALiæ sunt*quæ ab hominibus & suis animalibus præstantur insimul vt quòd homo habens animalia , ipse 25 *Mixtæ.*
animalibus suis teneatur dominũ adiuuare,& tales dici possunt mixtę,sicut diximus in simili materia mu
nerum.l.mune.in prin.§.mixta.ff.de mu.& hono.Ita dicit do.Gui.pa.in d.sua.q. qui dicit se recollegisse ex his
quæ not.per Azo.in tit. de ope.lib.Et per Cy.in l.liberti.C.eod.& in gl.in l.si non sortẽ.§.lib.ff.de cond. in-
de.& quæ ibi notantur per Bar.

QVantũ ad hos homines corueabiles sunt in hac patria diuersarũ conditionum . Et inter alios sunt quæ-
dam in terra & seignoria de saulinis,quæ est iuxta ysiacum episcopi,distans à dicto loco per vnam leu-
cam,vbi sunt qui sunt ita corueabiles,quòd de tribus dietis debent vnam domino,& si sint tres homines in do
mo vnus debet continuè seruire & facere operas domino,& de tribus gerbis debent vnam domino. Conclu-
siuè dominus percipit tertiam partem omnium fructuum prouenientium ex operibus suorum hominum . Et *Parcerãt.*
dicuntur in vulgari nostro ad conditionem,*de parcerant*,nescio aliud intelligere nec istum terminum scirem a-
lio modo interpretari,nisi quòd dicatur quòd sint coloni partiarij.

SEcundò quæro,*cuius sumptibus debeant præstari operę,an sumptibus domini,an verò sumptibus homi- 26 *Sũptibus cuius præstande sunt operæ.*
nis & subditi.Bal.in l.liberti.in fi.iij.colum.C.de oper.libert.distinguit,aut operæ præstantur ex curialita
te,& tunc subditus & homo debet habere recompensationem in alimentis. arg.l.in rebus.§. possum. ff. com-
moda.Aut verò operæ præstantur ex necessitate,& tunc debent præstari sumptibus & expen . ipsius hominis
& subditi.l.suo victu.ff. de ope. liber. & istam distinctionem refert & sequitur Iac. de sancto Geor. in trac.de
roydis.in iij.col.ibi,cuius autem expen.dicit tamen Bald.in d.loco,& Iacobi.vbi suprà.quòd multum attendi
debet consuetudo quæ in hoc multum operatur,ita etiam dicit Guido pape quæstione sua.ccxvij. Alber.ve-
rò de rosa.in d.l.liberti.in ij. col.dicit quòd operarũ quædam sunt certę,quędã incertę,operæ certę præstantur
patrono,incertę præstantur victu liberti,quod tamen nõ firmat,eo quòd cùm libertus in operis certis scit quid
debeat operari,& ideo potest sibi prouidere de victu,in incertis non sic.dicit etiam quòd Iaco. de arena,& a-
lij moderni tenent quòd libertus semper suo sumptu facit operas.tu dic in hoc multum operari consuetudinẽ
quæ attendenda est,vt dicit Guido pape in d.q.ccxvij.& faciunt quæ dicit Hostien.in summa,titu.de censibus.
§.quibus censsus soluendus sit in.iij.col.faciunt etiam ad prædicta quæ dicit do.meus Iason in l.si non sortem.§
libertus. in x.col. vbi etiam quærit an vasalli teneantur ire ad exercitum sumptibus domini.

TErtiò quæro,*an dominus possit cogere hominem suum, vt vadat ad faciẽdum operas extrà territorium 27 *An quis cogi possit præstare operas extrà territoriũ.*
& iurisdictionem ipsius domini:Iaco.de sancto Georg.in d.trac.de roydis.in ij.col.dicit se pluries consu-
luisse quòd non.quia in promissione operarum,tacitè intelligitur quòd præstentur in loco seu territorio.vbi
consueuit habitare homo & subditus suus.alleg.tex.quẽ dicit optimũ in l.quod nisi.cũ.l.seq.ff.de ope.liberto.

ADDITIO. Vide Matth.de Afflic.in constitu.regni Siciliæ quæ incipit,quia frequenter.in iiij. notabi.
in iij.lib.& vbi ponit quòd si subditus deneget præstare talia seruitia,quòd potest per do
minum incarcerari,quod non credo verum quo ad nos,quia tenetur via ordinaria & per iudicem compellere
subditum ad hoc,aliàs est vis.vt est tex.nota.in l.credit.ff.ad l.iul.de vi priuata.*❡Adde ad prędicta duo.vnum 28
videlicet*quòd si homo debens tres coruatas seu operas vadit ad certum locum pro præstando, & prædictas
correas faciendo,& tam in eundo quam redeundo exponit vnum diem,quòd talis dies computabitur in nu-
mero coruatarũ quas facere debet.per l.quod nisi.§.ex prouincia.ff. de ope.libert.ita tenet Guido pape.quæ-
stio.sua.ccxvij.in ij.arti.

29 ITem adde,* quòd ſi homo & ſubditus præſtando operas deſtruat inſtrumēta ſua arabilia, puta ligones vel aratrū, dominus nō tenetur ad refectionem.glo.eſt notabilis in l.quoniā liberi.in fi.C.de teſti. quæ allg. tex. in l.ij.ff.ad legem rhodiam de iactu.Ita tenet Iacobi.de ſancto Georgio in tracta. ſuo de roydis,in.iij.col. & dominus meus Iaſon in dicto.§.liber.in.xj.colum.

30 QVartò quæro,* de quæſtione quæ ſæpe euenire poteſt.Homo meus qui tenebatur mihi ſingulis annis præſtare vnam operam ſeu coruatam,deceſsit relictis tribus filiis qui etiam ſunt homines mei,& ſe diuiſerūt, ita quòd diuiſim & ſeparatim habitant,vtrum quilibet ipſorum fratrum inſolidum mihi tenebitur ad vnam operam?an vero quilibet eorum teneatur pro virili,an vero pro hæreditaria portione?Guido pape format hanc quæſtionem in quæſtione ſua.ccccclxxij. & ſe remittit ad Martinum de fano, in trac. ſuo. de homuſia.Spec.iſtud latè examinat in tit.de feudis.§.quoniam ſuper homagiis.in.xvij.q. ampliſſimè Iacob. de ſancto Georgio in.d.ſuo trac.de roydis.in j.ij.& iij.col.vbi finaliter concludit quòd aut operæ debentur ratione alicuius manſi,ſeu ratione aliquorum prædiorum,puta quia certę operę ſunt aſſignatæ ſuper ipſo manſo vel ſuper prædiis,& tunc ille ad quem trāſeunt prædia tenebitur ad illas operas,aut operæ debentur ratione homagij ſeu ratione perſonæ obligatæ ad homagium,& tunc quilibet filiorum tenebitur inſolidum quando habitant diuiſim & ſeparatim,& an operæ debeantur ratione prædiorum, vel ratione homagij,deprehendi poteſt ex viſione conſignamentorum quæ ſunt in manibus dominorum vel receptorum.

ADuerte etiam ad vnum quòd dicit do.meus Iaſon in.§.item ſeruiana.in xxj.col.inſtitu.de acti.quòd dominus in caſu neceſſitatis poteſt exigere prætium loco operarum ſeu coruceatarum,& in illo caſu operę incertę tranſeunt ad extraneos.

31 Quæſtio. QVintò quæro,* an ſi homo meus debeat duas vel tres operas vel correas,vtrū me iubente poſſit cogi eas præſtare alteri?Cōclude ſic per l.non ſortē.§.libertus.in fi.ff.de condi.indebi. & ibi dominus meus Iaſon in x.col.vbi plenè per eū.& per Iacobi.in trac.de roydis,in princ.Contrarium fuit iudicatū in curia parlamenti inter homines de Brangiis,& dominam de Lugny, qui cùm plures homines qui tenebantur ad correas,cùm ſuas correas & ſufficien.per vnam partem ſuorum hominum feciſſet facere quod volebat,quòd adhuc alia pars faceret ſuis officiariis,imò aliquando compellebat illos qui iam fecerant:fuit dictum quòd non tenerentur ad correas niſi pro antiquis hæreditagiis,& ſi viginti homines ſufficiebant vno anno,non poterat compellere triginta illo anno,ſed expectandum erat pro alio anno, nec poterat aliis cedere ius dictarum corvearum.¶ Et quia dicit tex.prædictæ noſtræ conſuetudinis.*Corueables a voulunte*.Intellige, quia dicta volūtas

32 ſit iuſta,licita,& ordinata.* Cum omnis generalis & indeterminata conceſſio debet referri ad iuſta & licita. per ea quæ dicit Io.fabri.in §.prætium inſti.de emptio,& venditio.ibi, & hæc procedunt. facit glo.in l. penul. ff.de receptis arbitris.in verbo,imperare.& quando ſunt exceſſiuæ,debet recurri ad arbitrium boni viri,& ſic ad iudicem,vt in ſimili dicitur de procuratione ad volūtatem,vt nota. in c.quanto. in glo.in verbo, indulgemus,extrà de cenſi.& faciunt quæ dicit Bart.in l.thais.§.ſororem.ff.de fideicom.liber.& vide Feli.in c.j.col. xvj.extrà,de conſtitutio.& per do.meū Iaſ.in §.in bonæfidei.in v.vj.& vij.col.inſti.de actio. ¶ Sed in terminis & in propoſito quales debeāt fieri huiuſmodi coruatæ,videatur tex.in l. eius. cū quatuor legibus ſequentibus.ff.de operis libertorum.vbi etiam tangitur per gl.de operis certis & incertis.& in dictis legibus ſatis declaratur quæ ſint conſideranda in præſtatione dictarum coruceatarum.¶ Vide plené per G.Benedicti in ſua repetitio.c.Raynutius.in verbo,condidit.j. nu. xxj. vſque ad xxv. de teſtamen. & intellige quòd ſine turpitudine & periculo vitæ præſtari poſſint. l.hic demum.ff.de ope.liber.

ET ideo vt dicit Bonus de Curtili in ſuo trac.nobilitatis,in iij.parte.nu.cxiij.per l.interdum. ff. de oper.liber.ſi homo manuſmortuæ,efficiatur doctor,aut etiam notarius principis, non tenetur ad prædictas correas.notatur in l.patronus.C. de oper.liberto. quòd dignitas ſuperueniēs liberat à præſtatione operę ſeruilis. & idem Bal.in l.quiſquis.in fi.verſi.vlt.C.de epi.& cleri.quòd dignitas ſuperueniens quandoque facit & operatur vt quis ſe excuſare poſſit ab eo quod promiſit. ¶ Hinc per hoc videretur dicendum, quòd comes ſubditus duci ſi efficiatur rex,quòd excuſatur ab homagio & fidelitate,ſed tamen vt dicit Bal.in l.procu. C. de edendo.dignitas ſuperueniens non operatur in his quæ iam ordinata erant,dicam alibi.

33 ADDITIO. Aduerte etiā ꝙ homines literati non ſunt exempti à debitis obſequiis & iuſtitiis exhibēdis domino temporali.Panor.in c.pen.de cle.coniug. Et facit, quia dignitas ſuperueniens non liberat ſeruum à ſeruitute.l.non idcirco minus.& l. non mutat.C. de liberali cauſa.etiam ſi dominus ſcripſerit ſeruo,vt habenti dignitatem.l.iubemus.C.de liberali cauſa.intellige ergo tantū prædicta in operis perſonalibus,quæ honeſtæ fieri non poſſunt à conſtituto in dignitate.*

34 ADde an ſi homo meus ceſſauerit à præſtatione operarū mihi debitarū per duos vel tres annos,poſſim agere contra eū ad ipſas operas præteritas?Vide Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de verb.obli.Et do. meū Iaſ.in l.ſtipulationibus.ſuper §.operarū.quam legit ſimul cū d.l. & Iaco.de S.Geor. in trac. de roydis.in prin.vbi cōcludit ꝙ ad æſtimationē operarū præteritarū agendū eſt, & nō ad ipſas operas intellige qn̄ fuerūt neceſſariæ,& petitæ fuerūt tēpore debito,& per hominē fuerūt recuſatę,quia tunc poteſt agi ad pretiū ſeu æſtimationē illarū,aliàs verò ſi aliquis haberet ducētos homines debētes ſibi correas,& ſufficiāt ei centū coruceę, non poteſt petere aliis æſtimationē illarū, ſed tantū debet illos reſeruare in anno ad ſubleuandū & ſuportandū alios,qui anno præcedenti fecerāt correas. ita fuit iudicatum in curia parlamenti Burgundiæ.anno domini M cccccvij.pro hominibus de Brangiis,contra dominā dicti loci,& ideo dic ꝙ dictæ coruceatæ,ſeu operę debētur,ſi dominus indigeat & operari faciat,& pro menſura ſeu qualitate rei requirentis operam,& non aliàs.

IN TEXTV IBI, *Iuſtitiables en toutes iuſtices.*

HIC patet ergo quòd homines ſubditi ratione iuriſditionis repelluntur à teſtimonio pro dominis eorum vt dixi in j.gl.huius §.dicit tamen Panor.in c.ij.vt lite non conteſtata.quòd ſubditus in cauſa domini admittitur,quod eſt notandum,vbi non eſſet hæc conſuetudo, prout in multis locis in Francia. Et in caſu huius conſuetudinis requiritur quod ſint.*

Aut

AVT verò sunt*iustitiabiles in omni iustitia,& tunc dominus habet potestatē coercendi eos,& pœnas & 34 *Iusti-tiabiles.*
mulctas eis imponendi,vt patet ex not.per Bar.in l.pompo. scribit si vni.ff.de re iud. & in l.j.ff. si quis ius
dicenti nō obtēpera.& ibi Bar.do.meus Ias.*pœnæ enim & mulctæ sunt cōmoda iurisditionis.no.Bar. in l.fi. 35 *Mulctæ cōmoda iurisdictionis.*
ff.sol.mat.& Lud.Ro.in consi.suo lxx.inci.Visis themate & q.in iiij.col.in vlt.dubio. & videmus ex hoc ꝙ in
hac patria domini habentes iurisditionē solent habere vtilitatem ratione defectuū quos committunt & fa-
ciunt subditi,scilicet pro qualibet contumacia simplici vij.solid.cum dimidio. de qua vtilitate facit mentionē
Io.Fab.in l.cūctos populos.in viij.col.C.de sum.tri.& fide catho.& faciūt quæ notāt Cy.Bal.& Sali.in l.j. C.
de requi.reis.& quæ dicit Bal.in l.j.C.de fructi.& litiū expen.in iij.col. vbi dicit ꝙ banna domini sunt fructus
iurisditionis.faciūt quæ dicit Azo.in summa.C.de pœnis.Et dicit Albe.de rosa in l.si verò negotiū.in iiij. col.
ff.sol.mat.ꝙ tales condēnationes sunt in fructu iurisditionis,ideo nō immeritò si non faciat fidē pro domino.

SED quæro nūquid dominus habens merū & mixtū imperiū, & infimam iurisditionē in subditum suū,qui
dicitur tunc iustitiabilis in omni iustitia,an possit homini & subdito suo imponere pœnā mortis?& confis-
cationē bonorū,si qualitas delicti hoc exposcat?Raphael Ful.in cōsi.suo j.inci.illustris dominus Comes Pa-
piæ.consuluit in facto emergenti ꝙ sic.Iaco.de sancto Geor.in trac.suo de roydis,in iij.col.alle.vltro Fulgo.gl.
quam dicit optimā.in l.vnica.C.ne sine iussu prin.certi iudi.liceat confiscare.Et aduerte ꝙ sicut abbas potest
vendicare monachum suum,ita dominus hominem suum.Ang.& Bal.in l.j.§.per hanc.ff. de rei vendi.& Albe.
ibi ponit de modo formādi libellum,vbi dicit quòd potest aliquis peti tanquam suus subiectus in genere,nō
declarando causas subiectionis,in processu tamen declarari oportet,vt not.per Inno. in c. cum inter nos. ex-
trà,de re iudi.Et ita etiam dicit in l.si in rem. ff. de rei vendica. & de medio concludendi ponit etiam Iaco-
bi.de sancto Georgio.in loco hîc antè allegato.

ET sic videmus de his quatuor conditionibus, & aliqui aliquando reperiuntur habere has quatuor condi-
tiones,aliquando reliquas dimissa manumortua, & illi dicuntur liberi,quia succedunt adinuicē,nec succe-
dit dominus nisi in defectu hæredū,quia tunc sunt bona vacantia,aliquando dominus non habet iurisditionē
etiā in illis conditionibus manusmortuæ , secundū diuersa loca,prout practicè poterit practicans conspicere.

SED quia hîc dicitur in hac patria homines talliabiles ad voluntatē,quod dicitur *hault & bas*.an dominus *Quæstio.*
aliquis imponens hanc talliā singulis annis,possit illā imponere etiam clericis primæ tonsuræ? ista quæstio
nunc ventilatur in balliuatu Auxeti,inter venerabiles dominos abbatem & conuentū Reomen.quod dicitur
montier sainct Iehan.contra aliquos ex suis hominibus prætendentes se exēptos, ex eo ꝙ vt dicunt sunt clerici
primæ tonsuræ.De qua materia vide Spe.in titu.de cle.cōiu.§.j.& vide quę dicit Abbas antiquus in c.ex parte
de cle.coniu.Bal.in magarita,in verbo,clericus.Bertha.de Firmo in suo singu.trac. de epis.in vij. parte princi-
pali,in iiij.col.versi.item verum nisi sit coniugatus.Scripsi plenè in contingentia facti,sed quia tunc erat quę-
stio de possessorio, ex quo iustificabant homines dicti loci quòd ita vsi fuerant,non potui obtinere in posses-
sorio.Dicam latiùs in consi.quod feci in materia,quod ponam in consiliis meis.

IN TEXTV IBI, *Ne sont point receuz en tesmoignage.*

VIdes hîc hos angarios,hoc est corueabiles,& talliabiles,& iustitiabiles,& manusmortuæ,non esse admit-
tendos in testimoniū pro eorū dominis. Alios multos à testimonio repellendos ponit Matth. de affli. in
constitu.regni Siciliæ quæ incipit,mores dissolutæ.in iij.lib.vbi ponit xlij.casus,in quibus repellitur testis à te-
stimonio.Et inquantum ponit de famulo,qui nō admittitur,limita in duobus casibus vt per Hippo.de Marsi.
in singularibus suis, singulari quinto incipiente, regula est ꝙ familiaris . Sed pone ꝙ fuerunt recepti & exami-
nati,an faciant aliquam probationē?videtur ꝙ sic,quoniā vt dicit Bal.in l.maritus.in prin.versi.vlterius quæ-
ro.ff.de quæstio.testis qui non debuit examinari examinatus facit iudiciū.& dicit idem Bal.in c.j. de confessis,
circa princi.quòd minor qui ratione ætatis non debet examinari,examinatus facit iudicium solenne.& ad hoc
faciunt plura alia,quæ per Hippolytum de Marsiliis in singu. suo 198. incip. testis qui non debet. vbi tandem
concludit quòd si antequam examinetur,non fuerit oppositum de inhabilitate testis , si examinetur valet eius
dictū,secus si fuerit oppositum antequā examinetur,prout communiter fit, sed tamen in casu huius consuetu-
dinis,& in omnibus aliis vbi ius prohibet testimoniū aliquorū negatiuè,credere ꝙ etiam si non fuerit oppo-
situm nisi generaliter,prout fit cōmuniter,ꝙ etiā iudex non debet stare dicto talium testiū sic prohibitorum
negatiuè.¶Et de materia,quando probatio quæ non debet admitti si admittatur valeat , vide eundem Hip-
polytum in consi.suo xxij.nu.xxiiij.& do.meum Ias.in l.si posthumus.§.si quis ita.ff. de lib.& posth. ¶Hæc cō-
suetudo tamen videtur esse limitanda,& restringenda in casu , vbi aliàs probatio haberi non posset ad eruen-
dam veritatem, per tex.in l.serui responso.ff.de testi.faciunt ad hoc quæ dixi suprà in tit.*des iustices*.§. v. in gl.
s'il n'a grace du prince.nu.173.& 174.vbi dixi ꝙ vbi aliàs probatio est difficilis,admittuntur testes,qui aliàs nō
admittuntur,& istud comprobat ex multis Hippo.de Marsi.in consi.suo v.nu.xxj.& in consi.xxvij. nu.x. & in
consi.xliiij.nu.viij.& in consi.lxj.nu.xxv. & in consi. cxv.nu.x.& in consi.cxxvij.nu xxxv. quod tamen intelli-
ge secundum quod dicit Hippoly.in consi.cij.nume.vij.nisi testis disponat super eo quòd fecit,quoniam nun
quam eidem creditur,etiam licet probatio sit difficilis,aliàs admitti non deberet.*

IN TEXTV IBI, *Pour le seigneur.*

INtellge etiam si dominus eorum non sit in causa principalis persona, sed tantum habeat cōmodum, aut affe
ctionem.arg.eorum quæ dicit do.meus Ias.in l.dictantibus. in ij.col.C. de testa.vbi dicit ꝙ in casu testis nō
admittitur,si causa eum principaliter tangat. idem si habeat commodum aut affectionem , vt de procuratore
aduocato,proxeneta,fideiussore,& similibus.Cogita cum casus euenerit.

§. DECIMONONO.

LE seigneur de mainmorte qui a prins les biēs de son hōme de mainmorte,redeuable ou
cen sable a autruy,qu'il auoit en lieu franc, en son viuāt,est tenu le mettre hors de ses
mains,dedans l'an & le iour apres le trespas de sondict homme de mainmorte.

Cenſualis domini priuilegia.

VNde hoc quòd dominus qui non poteſt dici ſeruilis conditionis ſed Frācus, hæreditagia ſui hominis in loco franco exiſtentia non poteſt retinere in manibus ſuis, ſed ea debet extrà manus ſuas ponere intra annum ſi ſint cenſualia, quia dominus cenſualis per conſuetudinem noſtram non cogitur habere alium niſi ſibi obligatum, vt in tit. *Des ſucceßions*.§.ij. & iij. Nam dominus cenſualis eſt multum priuilegiatus in hoc, quòd nihil poteſt in re cenſuali fieri in ſui præiudicium expreſſè, dicto.§.ij. ergo nec etiam tacitæ.

IN TEXTV IBI, Redeuable ou cenſable.

FAcit ad hoc quod habetur. in c. vlt. extrà de decimis, ibi, committantur alii excolendæ, & faciunt quæ dixi ſuprà titu. *Des baſtardz*.§.j.in.glo.fi.

IN TEXTV IBI, En lieu franc.

1 Quæſtio. QVæro* an dominus capiat bona ſui hominis manuſmortuæ exiſtētia in eccleſia? Iſta quæſtio pluribus & diuerſis vicibus euenit in Burgundia, & audiui nobilem & potentem virum. d. Franciſ. Rolin balliuum huius balliuatus Heduen. dicen. ſe aliàs obtinuiſſe quòd ſic, contra do. Ioā. d'Amboiſe epiſcopum Lingonē. in cauſa cuiuſdam ſui hominis preſbyteri, qui erat homo manuſmortuæ, ad cauſam loci & terræ de Sauoiſy, & erat vicarius loci, qui multas pecunias abſconderat in eccleſia, quæ poſtmodum reuelatæ per quendam conſanguineum dicti preſbyteri, dictum fuit quòd ex quo erant pecuniæ dicti preſbyt. cui ſuccedere debebat dominus, quòd etiam in his quæ erant in eccleſia ſuccedere debebat. Et faciunt quæ dicit Alex. in conſi. ſuo. cxj. incip. Ponderatis verbis. in j. col. in. j. vol. vbi dicit, ꝙ licet eccleſia ſit exempta ſeu locus eccleſiæ, tamen ſemper remanet de territorio. Et ideo (vt dicit) iudex ſecularis punit delictum cōmiſſum in eccleſia ſecundū legē ſuā, illud conſilium Alex. ad plura alia induxit, quę nūc omitto, maximè ad ceruum, vel aprū, qui capiūtur in eccleſia, an dn̄s ſecularis debeat habere ius ſuū, ſicut ſi caperētur in alio loco ſuę iuriſdictionis. Cogita ex antè dictis.

§. VICESIMO.

LE ſeigneur prend la ſucceßion du preſtre de mainmorte en meubles & en heritages, ſ'il n'y a parens qui luy doibuent ſucceder, demeurans en communion auec luy.

IDem in comitatu Burgundiæ. in tit. *Des mainmortes*. vbi ſeruatur iſta conſuetudo. Et an hæc conſuetudo ſit contra libertatem eccleſiaſticam, & hoc potuerunt ſtatuere ſtatuentes. *Dixi* ſuprà. in tit. *Des ſucceßions des baſtardz*.§. *Quant le preſtre baſtard*. ¶ Sed quæro, epiſcopus Heduen. habet ex conſuetudine obſeruata in toto ducatu Burgūdiæ, quòd ſuccedit omnib⁹ præſbyteris ſuis beneficiatis decedētibus ab inteſtato, an ſi quis preſbyter manuſmortuæ beneficiatus moriatur, teſtamento non condito, ſit epiſcopus hęres? an vero dominus manuſmortuę? Dixi. ſuprà in.§.xj. inci. *L'hōme de mainmorte*. ſed pro epiſcopo eſt tex. in fine harū conſuetudinum, in his verbis. *Et auec ce declairons que nous n'entēdons point ſoubz umbre deſdictes couſtumes deroguer aucunement ne preiudicier, en autres choſes a noz droictz, ne außi aux droictz de noz ſubiectz qui ont & peuuent auoir par priuilege de nous ou de noz predeceſſeurs, & deſquelz ilz ſont en iouyſſance & poſſeſſeurs paiſibles*. Cū ergo epiſcopus Heduen. ſit vſus tanto tempore &c. videtur ꝙ hæc conſuetudo non debeat in beneficiatis habere locum, ne ſit contra priuilegiū epiſcopi, cū tantum tempus habeat vim priuilegii &c. ſed ſolū debeat intelligi in ſimplicibus preſbyteris, iuncto eo ꝙ hæc conſuetudo in beneficiatis videtur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, ſi eſſet prælatus, & ſic contra. c. relatum ij. extrà, de teſta. Audiui in preſbytero curato fuiſſe iudicatū contra epiſcopū Lingonen. pro domino manuſmortuæ ſecundum hanc cōſuetu. in curia parlamenti Burgundiæ. Non aliter inſiſto, cum non fuerim rogatus ſcribere pro epiſcopis. ¶ De qua conſuetudine meminit Io. Fab. in §. cū aliquis. inſti. de teſta. vbi dicit ꝙ teſtamentum hoc caſu probatur per duos teſtes. & Guido pape in conſiliis ſuis conſi. ccxliiij. quod eſt in iij. vol. qui alle. Cy. in aut. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſ. & cle. & in l. voluntariæ de excu. tut. & Inn. in c. acceden. extrà, de priui.

HOC tamen ius quod prætēdit epiſcopus Heduē. habere ex cōſuetudine, fuit limitatū & declaratū per ſupremā curiā parlamenti Burgundiæ, in caſu in quo beneficiatus non haberet proximos parētes, ſed tantū eſt intelligēda & poteſt habere locū prædicta cōſuetudo, quādo beneficiatus eſt albin⁹, in quo caſu poteſt prętēdere ius albinagij per principē, quoniā ſi ſit ſacerdos, epiſcopus in mobilibus dicit ſe debere ſuccedere, ſi verò habeat parētes ꝓximos, clarū eſt ꝙ debēt ſuccedere de iure. tex. eſt in c. j. de ſucceſſio, ab inteſt. & facit c. relatū. *le ſecōd*. ext. de teſt. ¶ Et faciūt dicta per G. Benedi. in ſua repe. c. Raynu. in verbo, & vxorē nomine Adelaſiā. nu. xviij. & xiij. extrà, de teſta. vbi dicit hāc conſuetudinē eſſe odioſam, & cōtra iuris diſpoſitionē. c. quicūque. xvij. q. iiij. vbi parentes præferuntur eccleſiæ in bonis aliunde quæſitis. Et facit quod dicit Panor. in c.

1 Eccleſia ſuccedit clerico ſine cōſanguineis decedenti. quia diuerſitatē de cōceſſio. præbendæ. in fi. vbi dicit, *ꝙ clerico decedente ſine cōſanguineis, eccleſia vbi fuit intitulatus ſuccedit. Loco cuius eccleſiæ epiſcopus prætendit ſe habere ius. Et ideo non eſt dicendum ꝙ etiā excludat parentes, cū diſpoſitio iuris ſit in contrariū. & dixi ſuprà in tit. *des ſucceßions des baſtardz*.§.v. in cōſi. ibi poſito quaſi in fi. Et ita fuit dictū in cauſa hæredū quondam decani Belnen. de corrobeuf. Nec etiā talis conſuetudo quam dicunt epiſcopus Heduē. & alij prætendentes habere ius ſuper ſuis beneficiatis, poteſt allegari in Burgundia in vim conſuetudinis, cùm non ſit ſcripta in libro noſtro. Et ideo cum diſpoſitio iuris ſit in contrarium, exiſtentibus proximis parentibus nihil operatur illa conſuetudo.

ET de hac etiam deciſione eſt tex. in l. licentiam. C. de epiſ. & cle. & intelligo hoc tantum procedere poſſe in bonis mobilibus, quia in immobilibus officiarij non patiuntur ꝙ eccleſia ſuccedat, vt dicit Gui. Benedicti in loco præallega. nu. 834. & 835. extrà, de teſta. vbi ponit quomodo hoc caſu ſit probandus clericatus, ſeu alia qualitas. in vim cuius ponitur ſucceſſio. quæ nota.

2 Quæſtio HOſtienſis in ſumma, in tit. de natis ex libero ventre, ſeu de agricolis, in fi. * quęrit. conſuetudo eſt in aliquibus caſtris & locis, ꝙ ſi ruſticus decedat ſine filio, vel deſcenden. dominus totum occupat iure peculij, an valeat ipſa conſuetudo: & dicit ꝙ ſi præſcripta ſit, ſeruanda eſt, quia & Iudæi propter loci conſuetudinē, habēt ſub ſuo dominio Chriſtianos. vt notat ipſe de Iudæis, in rub. de ſeruis Iudæorū & ſaracenorū. Poteſt enim (vt dicit) dominus allegare ꝙ ab initio hoc pacto fuerit ſic natus, ad quod probandum inducit conſuetudinem,

* quæ

*quæ optima est legũ & dubiorũ interpres.extrà,de consuetudine.c.cũ dilectus.& in l. cũ de in rem verso.ff. de vsur.& dicit tex.expressè in l.si de interpretatione.ff.de legi.& faciunt quæ notat idem Hostien.in summa, de censi.§.quis census.Et ad hoc in Leui.xxv.c.vbi dicitur.Terra quoque non vendetur in perpetuũ,quia mea est,& vos aduenæ,& coloni mei estis.Et dicit frater Ioannes in summa confessorũ,in titu.de successio. ab intesta. quæst. cxxj. Quid si sit de consuetudine terræ ꝙ mortuo homine sine filio, dominus totũ accipiat. Et dicit ibi talem consuetudinẽ esse reseruandam,insequendo opinio.Hostiẽ.& prædicta refert,& sequitur Gui do pape quæst.sua ccclxj.& dicit Bal.in l.j.C.de hære.decur.naui.cohar. militũ. ꝙ nobiles habentes homines succedunt ipsis descendentibus sine legitimo hærede, quia cuius ipsi sunt, eius omnia sua esse recognoscant.l. fi.C.in quib.cau.colo.do. accus.poss.lib.xj.dictum est suprà antè eo.tit.§.xv.sed hìc latius extendit, quia etiam loquitur de homine suo sacerdote.Dicam in fi.Aduerte etiã quoniam vt dicit Ioan.Fab.instit.quib. mod. ius patriæ potestatis soluitur.quòd mortuo subdito sine hærede succedit dominus terræ iure manusmortuæ. 3 *Consuetu legum interpres.*

IN TEXTV IBI, Demeurans en communion auec luy. *Quæstio.*

QVæro,pone ꝙ pater aliquis habeat filiũ legitimum & naturalẽ, qui tamen non habitat secũ, sed seorsum & separatim,an succedat patri.an verò dominus? Videtur per textũ nostrũ ꝙ nõ succedat,eo quòd est partitus,diuisus,& separatus à patre.Et ita tenet communis practica huius patriæ, sed mirandum in hoc casu quòd per istud statutum filius priuetur legitima in totum,quod videtur esse contra dispositionem iuris, & contra communem omnium tenentium filiũ non posse priuari legitima per statutum in totum, vt tenet Bald. in l.j.C.de sum.trini.Alber.de Rosa.in l.quoniam in prioribus.C. de inoffi.testa. Salice. in l.sancimus. C. de nup.de quo per Soci.in consi.xxx.in j.colũ. ¶Et ideo cum euenisset casus sequens, de quo fui interrogatus, videlicet cùm essent tres fratres manusmortuæ existentes in communione, qui omnes habuerunt liberos, vnus tamen illorum habuit tantum duas filias,quæ fuerunt maritatæ extra domum, & ibi steterunt per multos annos, antequam eorum pater ab humanis decessisset: mortui sunt tandem tres fratres relictis filiis duorum aliorũ fratrũ in communione, & mortuus est vltimo loco pater dictarum duarũ filiarum,quæ sunt extra communionẽ,& quæ non morantur in communione cùm patre, volunt succedere patri,dicunt consanguinei filij fratrũ quòd ipsi succedunt,& non dictæ filiæ, dicunt dictæ filiæ quòd vocantur per eos. Et posset hìc posita disceptatio,de qua dixi suprà eo. in §.xvij,incipien. *Quand gens de mainmorte vont de vie a trespas.* ibi. Item his diebus fui interrogatus.vsque ad finem.Sed vlterius potest dici,quòd ex quo istæ sunt filiæ legitimæ,& naturales,quibus debetur legitima,quòd non potest eis tolli legitima per statuta seu consuetudines nostras, cũ legitima in totum tolli non possit per statutum,vt tenent communiter docto.maximè Bald.in l.j. C. de sum. trini.& fide catho.Soci.in dicto consi.xxx. ¶Ego dicerem in hoc casu, quòd licet dicatur quòd non existentes in communione,& non simul habitantes nõ simul succedant,quòd tamen si filius aut filia nõ habitẽt cum patre,ꝙ licet non succedant vniuersaliter patri,tamen debent habere legitimã.Et ꝙ hoc sit verũ probo,nam licet consuetudines nostræ dicant,ꝙ habitatio separata excludat filiũ aut filiam à successione patris, non per hoc excludetur filius vel filia à legitima,ex quo specialiter de legitimo non facit mentionem, prout dicit Sali.in l.sancimus.C.de nup.alleg.l.si quando.C.de inoffic.testa.Et ita tenet Frãcis.de Cur. senior in cõsi.xxxix. inci. Visis diligẽter & animaduersis.in iij.& iiij.col.vbi dicit ꝙ si statutũ excludat filiã simpliciter à successione patris,si non specialiter excludat eam à legitima non dicitur exclusa à legitima, ergo idem erit in hoc casu,dixi suprà,in §.xiij.incip.*Gens de mainmorte ne peuuent succeder*,nihil vlterius insisto, cum sim circa alia impeditus quæ mihi maius lucrum afferent. Aduerte tamen ad dicta per Franci. de Aretio in consilio suo xix.ij.colũ. vbi prohibitio alienationis non extenditur ad legitimam.

SED pone ꝙ pater aliquis manusmoutuæ habeat filiũ sacerdotẽ,nũquid succedere debeat patri? vide Ioan. Fab.insti.quib.mod.ius patriæ pote.solui.in prin.& Iacobi.de S. Georgio in trac.de roydis in iiij.col.imò dic ꝙ etiã dominus succedit homini suo manusmortuæ,etiã si sit clericus,presbyter,vel in dignitate constitutus,& hoc tam de iure vt in c.ex antiquis.liiii.dist. in gl.in verbo,peculij. faciunt quæ notãt Inno. Hostien.& Io.And.in c.de seruorum.de seruis non ordi.& in c.j.de succes. ab intest.vbi tex.glo. & doc.de consuetudine habemus hìc in hac consuetudine,& nõ est mirũ si hìc disponatur super bonis clerici,quia de cõsuetudine regni Franciæ omnes res sunt de territorio regis, vt ibi dicit Bal. in c.cum venissent. in iij.colũ.extrà,de eo qui mitti.in possessio.causa rei seruandæ.dixi latius suprà titu.*Des successions des bastardz*.§.fi.Dixi in casu emergenti,quòd si pater habeat filium sacerdotem habitantem seorsum à patre, & in quodam beneficio deseruientem,quòd si moriatur filius talis,licet nullam cõmunionem cùm patre habeat, vt dixi pluries, tamen pater & eius fratres eidem succedent, & non dominus. Quia licet non habeat communionem cùm eis existentem in esse.habet tamen naturalem à qua non fuit facta aliqua separatio,vide antè in §.xiij. *Filius sacerdos an succedat patri manusmortuæ.*

ADDITIO. In comitatu Niuernen.est consuetudo quę dictat ꝙ homines seruilis conditionis non possunt facere eorũ filios clericos, nec presbyteros sine expresso consensu dominorũ, & si faciant,sunt emendabiles arbitrariè, imò quod plus est dictat cõsuetudo Niuernẽ. quòd possunt cogi per dominos ad defaciendũ,vt vtar verbis consuetudinis,*a deffaire*,id quod fecerunt sine dicto congenio & licen. quãtum ad simplices clericos, quod non est possibile sine degradatione, quia per tonsuram clericalem imprimitur caracter,qui non debet ita de facili tolli,& hìc inuenio consuetudinem satis irrationabilem,idem videtur esse in regno Siciliç,& Nepotalitano,vt in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, ascriptitios & errores. in iij.lib.& ibi Matthæus de afflictis ponit quid de iure dicendum. *

§. *VICESIMOPRIMO.*

ES lieux ou lon a acoustumé prendre feur mariage, le seigneur de la mainmorte pręd pour le feur mariage de la femme mainmortable, les heritages qu'elle a soubz luy, & ou lieu de sa mainmorte, ou autãt vaillant qu'elle emporte en mariage, ou choiz de la dicte femme.

RAtio huius conſuetudinis, quia ex quo iſta mulier ſe tranſfert extra locum, dominus perdit mu-
lierem ſuam, & ideo ſicut per mortem occuparet omnia bona ſua, vt dictum eſt, ita etiam quãdo
perdit eam, idem dic eſſe ſi in loco domini ſe maritaret homini alterius conditionis, quia ſemper
his caſibus dominus perdit ſuam mulierẽ, cum ſequatur conditionem mariti, & omnia quæ ha-
bet mulier, pręſumũtur eſſe illius domini cuius eſt mulier. l. fi. C. in quibus cauſis coloni dominus
accuſa. poſſunt lib. xj. in l. j. C. de hæredi. decurio. niſi tamen homo alterius conditionis, vellet eſſe illius condi
tionis cuius eſt mulier, & manere erga vxorem, quia tunc non erit locus conſuetudini, *de feur mariage.* argu. l. j.
C. de impo. lucra. deſcript. lib. x. & l. murileguli. cùm ibi nota. C. de murileg. lib. xj.

Quæſtio. QVæro de quæſtione quæ quotidie euenit, ſit permutatio de vna filia ad aliã in aliquo loco, puta aliquis
capit filiã in vna domo & dat ſororẽ ſuam in illa domo, & ſunt ambo in loco manuſmortuæ, nunquid
in hoc caſu ſit locus conſuetudini, *de feur mariage?* tu dic ꝙ ex quo nihil perdit, quia loco ſuæ fœminæ habet
aliam, ꝙ non, & ita cõmuniter obſeruatur. ſed plus audiui, quòd ſi fœmina nunc manuſmortuæ, quæ ex permu
tatione eſt tranſlata in alium locum manuſmortuæ, moriatur ibi ſine filiis, ꝙ manuſmortua non eſt aperta a-
licui domino, & practici mihi dixerunt quòd ita obſeruatur, neſcio vnde hoc, nondum tamen vidi in facto.

NEſcio tamen quæ ratio poſſit eos mouere, niſi ꝙ vna eſt ſubrogata in locũ alterius, & ideo vnaquęque ſa-
pit naturã illius in cuius locũ ſubrogatur. Notatur plenè per do. meũ Iaſ. in l. ſi eam. §. qui iniuriarum. ff. ſi
quis cau. ſed hoc caſu nulla poteſt eſſe ſubrogatio, imò ſolum eſt permutatio iuris vnius mulieris ad aliam. ex
qua permutatione vnaquęque perdit rem quam habebat in loco ſuæ originis. Et ideo eſt locus huic iuri *de feur
mariage.* cum illa perſona quæ erat illius domini ſit alterius, & econtrà, ex quo ſequitur effectus alienationis. Et
ideo habebit locum diſpoſitio huius §. cum permutatio ſit alienatio. l. fi. C. de rebus alie. non alie. Ex quo di-
xi quòd aduenïente morte vnius poſt matrimonium conſummatum, aperta eſt manuſmortua illi domino qui
eſt dominus mariti, cum ſit effecta illius conditionis cuius & maritus per matrimonium. vt dixi ſuprà in plu-
ribus locis, igitur &c. Dicam alibi plenè per ea quæ conſului in caſu emergenti.

IN TEXTV IBI, *Au choiz de ladicte femme.*

1 In alternatiuis eſt electio debitoris. ADuertendum eſt, ꝙ hìc eſt alternatiua, & ideo merito ſi ponatur in electione mulieris, cũ ſit in hoc debi-
trix talis iuris. * & ideo cũ in alternatiuis ſit electio debitoris. l. plerunque. §. fi. ff. de iure dotiũ. l. ſi in em-
ptione. §. pen. ff. de contrahen. emp. materia plenè tractatur in l. lucio. in gl. j. ff. de leg. ij. & ibi Bar. notabiliter
faciens diſtinctionẽ Bal. in l. qui duos. ff. de leg. ij. & Io. de Imo. in l. plenè. §. pen. ff. de lega. Dyn. in regula, in al-
ternatiuis. de reg. iuris in vj. Et in hac materia in contractibus, limitãda eſt regula prædicta, niſi alternatiua eſſet
adiecta in fauorem creditoris. Iſtud voluit ſingulariter Bar. poſt Guil. de cug. in l. quãuis in prin. per illum tex.
ff. de pigno. acti. Et propterea infert ibi Bar. ꝙ ſi promiſiſti mihi ſoluere centũ in paſchate, vel dare pignus ſuf-
ficiens, ꝙ ego poſſum præciſè te cogere ad ſoluendũ, quia illud de dandis pignoribus fuit adiectũ in fauorem
mei creditoris, vnde electio non debet eſſe debitoris, quia aliàs illud quod eſſet appoſitũ in meũ fauorẽ, redun
2 An idẽ ſit in beneficiis. daret in meã læſionẽ, quod eſſet contra illã. l. quamuis. & contra. l. quod fauore. C. de legi. ❡ Et ex his poteſt
decidi quæſtio quã decidit do. meus Iaſ. in §. huic autẽ. in iij. col. inſtitu. de actio. de illo, * qui promiſit alicui ꝙ
poſſit accipere vnum aut duo plauſtra lignorum de nemore ſuo, vtrum ſit in electione promiſſoris impedire
ne ſecundum capiat? Et hæc poſſunt etiam fundari ſuper eo quòd ex quo iſta permiſſio eſt beneficium ſeu gra
tia, an in beneficiis ſeu gratiis alternatiuis ſit electio debitoris. De quo per Ang. in dicto §. huic autẽ. & Bar. in
dicta l. Lucio. Bal. & Imol. in l. qui duos. qui allegant text. in l. ij. C. de caſtrenſia. libro xij. quem dominus meus
3 Electionem habẽs vſque ad quantũ tẽpus poſſit eligere. Iaſon in dicto §. vbi dicit eſſe mirabilem, & feciſſe ei maximum honorem. * Et ibi ponit dominus meus Iaſon
an vtrunque ſit in obligatione, & an vtrunque poſſit peti, & vſque ad quantum tempus poſſit eligere ille qui
habet electionem, quando non eſt ſtatutus terminus. vbi dicit quòd etiam poſt ſententiam, & in ipſa execu-
tione. Et quia hoc caſu admitteretur libellus domini petentis, aut hæreditagia ſua ſibi adiudicari, aut tantum
eidem ſibi dari quantum fuerit eidem datum in matrimonio, vt videtur tenere in ſimilibus dominus meus
4 Alternatiuæ ſex. Rerum. Perſonarũ. Temporis. Locorum. Locorum & rerum ſimul. Rerũ perſona. & loco Iaſon in l. ſtipulationum quædam. §. qui illud aut illud. ff. de verborum obliga. in fine illius §. allegando Specu.
in titu. de libelli oblatio. §. ſequitur. verſicu. quid ſi libellus. Et quia Io. Fab. & Io. de platea, & Ange. * ponunt
ſex alternatiuas, videlicet alternatiuam rerum, & iſta huius §. eſt huiuſmodi, quia debentur hæreditagia, aut
tantum quantum maritata importat à domo. Alternatiuam perſonarum ſeu inter perſonas poſitam quæ qui-
dem propriè, quandoque tamen reſoluetur in coniunctam, de qua per tex. & glo. in l. cum quidam. C. de ver-
bo. ſigni. Alteram & tertiam alternatiuam temporis, de qua in l. ſi ſtipulatus fuero decem, aut xv. ff. de verbo.
obliga. & in l. ſi ita relictum. §. fina. ff. de lega. ij. Quartam locorum, vt in l. iij. §. qui ſtichum. ff. de legatis ij.
Quintam locorum & rerum ſimul. d. l. iij. §. perinde. ff. de legatis ij. Sextam rerum, perſonarum, & locorum. Et
in omnibus his alternatiuis, aut in pluribus aliis quæ poſſunt eſſe ſi electio ſit creditoris, quod ſæpe fit in plu-
ribus iuribus debitis vni alternatiuæ, vt in domino cenſuali, qui habet ius aut retinendi, aut laudemia haben-
di, tenetur vnum eligere, nec poteſt alternatiuè concludere. l. vbi autem non apparet. §. qui illud. & quod ibi
5 Bar. ff. de verbo. obli. l. Stichum aut Pamphilum. in princi. ff. de verbo. obliga. * Et vnum ſimpliciter petendo
videtur vnum eligere. l. ſi is qui. ff. de legatis ij. faciunt quæ dicit do. meus Iaſon in d. l. ſtipulationum quędam.
6 §. qui illud aut illud. ff. de verbo. obliga. * vbi ponit an valeat libellus. peto talem rem coram vobis domino iu
dice, aut veſtro locumtenente, & ibi vtrum admittatur iſta alternatiua: & licet Raphael Comenſis in conſilio
lxiij. incipien. Vicarius quidam, conſuluerit quòd non. Ita quòd proceſſus inde factus corruat, quoniam libel-
lus eſt incertus, ratione perſonæ iudicis ad quem ſit relatio. tamen dominus meus Iaſon ibi tenet contrariũ,
per tex. ad literam quem dicit pro hoc facere. in c. conſtitutus. extrà, de in integrum reſtitu. vbi dicit admitti
talem libellum, peto talem venditionem nullam, vel me reſtitui ad redimendum rem venditam in quantum
7 venditio teneret. & ille text. quotidie allegatur ad hoc * quòd quando quis probabiliter dubitat, de iure ſibi
competente, poteſt alternatiuè plura remedia in libello concludere. Et ſequitur ibi Abbas in vlti. colum. in
prin. Idem Abbas in c. cum olim. *le ſecond.* in x. notabili per illum tex. de priuileg. & tenent Ioan. Fab. Ang. &
alij

alij in §.sed iste.insti.de actio. etiam tenet Gui.pape in quæst.sua cliij. vbi dicit indistinctè admitti hanc alternatiuam, peto talem contractum rescindi, & si rescindatur, peto in integrum restitui, de qua decisione dixi suprà in tit.des droictz & appartenances a gens mariez.§.vicesimotertio in gl.des le terme.

§. VICESIMOSECVNDO.

Gens de mainmorte, qui se absentent de la seigneurie de mainmorte, peuuent retourner a leurs heritages & les recouurer dedans dix ans. durant lequel temps de dix ans, le seigneur peult mettre desserueurs esdictz heritages, & faire les fruictz siens, & iceulx dix ans passez lesdictz heritages demeurent au seigneur, pour en disposer des lors en auant ainsi que bon luy semblera.

ADuerte, quia de iure quãdo prædia deserta per peregrinatores alicui assignãtur, antiqui domini per edicta vocãtur, qui intra sex menses veniẽtes prædia recuperãt, & debita cuncta persoluũt, sed per dictũ tẽpus si cõtumaces extiterint, is cui facta est assignatio perpetuò possidebit, & soluet tributa futura, nõ præterita. est tex.& ibi doc.maximè Io.de platea.in l.locorum domini.C. de omni agro deser.lib.xj. sed si nõ fuerit citatus, habet bienniũ ad recuperandũ.l.qui agros.C.eo.de omni agro deser.lib.xj. & ideo dicit Io.de platea, * quòd in prædiis tributariis præsumitur obliuio possessionis, & animus desinendi possidere per bienniũ, vt vult gl.fi.in l.licet, C.de acqui.possessio. secus autẽ in aliis quæ non sunt tributaria.l. clã possidere. §.qui ad nũdinas.ff.de acquiren.possess. nisi tamen diuturnitas tẽporis vt decem annorũ illud induceret, vt no.gl.magna.in fi.in l.j.C.de seruis fugiti.& l.furtũ.§.fundũ.ff.de vsucap. & d.l.licet, ex quo ergo per consuetudinem nostram imponitur tempus.x.annorum, non est disputandũ an talia prædia sint tributaria, vel non, quia quomodocunque sit, semper est statutum tẽpus x. annorum ad hoc vt priuentur isti coloni, & dicit ibi Io.de platea, * quòd aliud est agrum derelinquere, aliud deserere. qui enim ipsum derelinquit, ipsum ex pœnitentia non reuocat.l.j.ff.pro derelicto. sed qui deserit, reuocat intra biennium, si sit tributariũ de iure sed de consuetudine intra decenniũ, vt hîc antè dictum est. ¶ Sed si dominus manusmortuæ nullos percepit fructus per decenniũ, an ante decennium volens recuperare teneatur ad tributa præterita? dic quòd sic. secus si dominus fructus perceperit, aut tributa ab alio exegerit, quia non est æquum, *d'un sac prendre deux moultures*. Vide de hac consuetudine Io.Fab.in §.fi.in fi. institut. de donatio. vbi dicit * quòd homines talliabiles ad voluntatem possunt recedere bonis dimissis. & non sunt amplius serui. & dixi suprà hoc eo.titu.§.nono.in prima glo.

1 *Obliuio possessiõis.*

2 *Derelinquere agrũ & deserere differũt.*

3

ADuerte etiam, quia dominus manusmortuę, potest cogere hominem suæ manusmortuæ, aut quemcunque alium colonum, vt terras suas colat, vt in suo dominio maneat, relinquendo terras alienas, vt dicit Lucas de penna.in l.secunda.C.de censib.libro xj. quod intellige verum, nisi sit vsantia generalis in contrariũ in vim *de par cours*. quòd homines vnius terræ & dominij possunt habere terras in alieno dominio propinquo, quæ vsantia in similibus habet locum in manumortua §.iiij.suprà hoc eodem titulo.

ADDITIO. In regno Siciliæ & Neapolitano habent aliam consuetudinem, quia possunt eos reuocare intra tres menses si sint in prouincia, & si extra prouinciam intra sex menses, vt habetur in constitutione regni Siciliæ, quę incipit, quisquis. in iij.libro. Et ibi Matthęus de affli. ponit priuilegia rusticitatis, & etiam in quibus sunt deterioris cõditionis. & etiam posui priuilegia rusticitatis in Catalogo gloriæ mũdi.in xj.parte, in xxxvij.consideratione.

IN TEXTV IBI, *Demeurent au seigneur.*

Quæstio.

QVæro, an si post decennium antè quàm tamẽ dominus disposuerit de hæreditagiis existentibus adhuc in manu sua homo manusmortuæ redierit, possit se iterum intromittere in dictis hæreditagiis, & illa vt prius habuerat tenere, & si se intromiserit, an tertius possit eum expellere, volens soluere canonem, aut saltem possit dominus eum expellere?

ADuertendũ primò quòd ex quo iterum est paratus soluere canonẽ, quòd tertius non potest ei opponere de canone nõ soluto, nisi cõstiterit de volũtate domini, qui declarauerit quòd vult dicta hęreditagia, cecidisse in cõmissum, & quòd vult ea remanere sua, ita vidẽtur velle in simili, de emphyteuta cessante soluere canonẽ per trieniũ Bar.Bal.& Sali.in l.ij.C.de iure emphyteu.& do.meus Ias.in ij.col. vbi etiam tenet * quòd propter canonem nõ solutũ post trienniũ res ẽphyteutica nõ reuertitur ad dominũ ipso iure, sed ita demũ si dominus voluerit, & voluntatẽ suã declarauerit, & ita videtur tenere gl.parua in l.ij.ff.si ager vectig.vel ẽphyt. plura ad prædicta alleg.do.meus Ias.ibi. ¶ Et videtur multũ facere tex.in c.potuit.extrà, de locato. sic inducẽdo, * nã quotiescũque quis priuatur ipso iure suo, nõ admittitur ad purgationẽ moræ. iuxta no.in l.fi.in summa.ff. de verb. obli. & in l.si post tres.ff.si quis cautio. Sed sic est quòd vbi quis priuatur iure suo per cessationem solutionis canonis potest purgare morã, vt est tex. in d.c.potuit.extrà, de locato, ergo quãdo quis priuatur iure suo, propter cessationẽ solutionis pensionis non intelligitur ipso iure, sed si dominus voluerit. ita etiã tenet Bal.in l.solẽnibus. C.de rei vẽdica. Panor.in cõsi.clxxiij.incip.in causa quæ vertitur. & Alex.in cõsi.clxxiij.incip. Viso themate & scripturis.in ij.vol. ex quo ergo purgauit morã, antequã dominus declarauerit volũtatẽ suã, videtur quòd dominus nõ possit eũ expellere mora purgata. ¶ Credo ergo quòd veritas sit in cõtrariũ, ex quo tex.nostrę cõsuet.dicit. *Demeurẽt au seigneur*, quę sunt verba præsentis tẽporis, ex quo priuatur ipso iure, nec requiritur sentẽ.secundũ gl.in l.amissione.§.qui deficiũt.ff.de capitis diminutione, & maximè quia dicit tex. *Pour en disposer des lors en auãt*, quę verba satis denotãt quòd nõ requiritur sentẽtia, imò ipso iure priuatur iure, & ideo nõ poterit purgare morã.

1 *Quomodo cessans soluere canonẽ per-* 2 *dat rem emphy.*

SED iterum quæro, an talis homo manusmortuæ, qui fuit per decem annos extra locum manusmortuæ, & stetit in loco franco, si hæreditagia eius sint alteri data, post decem annos efficiatur liber & francus, ex quo amplius non habet hæreditagia manusmortuæ? Si dicatur quòd non, est contra text. in §.primo suprà in princi.huius titu. vbi dicitur quòd in Burgundia nulli sunt serui corpore, videtur ergo quòd sunt serui ratione rei, cũ ergo talis non habeat aliquãm rem manusmortuæ, videtur quòd non debeat dici seruus, & per consequens

francus. si dicatur quòd sic, ergo sequitur quòd præscribitur libertas contra §. secundum, suprà hoc eodē titu. Des retraictz.

RVBRICA X.

1 *Ius contractus protomiseos.*

Istud ius retractus * dicitur ius protomiseos, id est ius congrui, prout dicit And. de Barulo in l. prædia. C. de locatio. prædio. ciuilium. lib. xj. super quo iure Federicus constitutionem nouam edidit quæ incipit, sancimus amodo in omni prouincia, & in omni ciuitate, quòd si quis forte ex parentela communem agrum habeat quam quidem constitutionem commenti sunt Mathæus de afflic. Neapolita. & Bal. de Perusio, de quibus in hoc tit. suis locis opportunis faciam mentionem, nec laudem eorū occultabo, ne par furi videar. ¶ Et vtrum sit permissum, ponit quædam Roma. in consi. suo xxij. dicam infrà.

2 *Retractus triplex. Consuetudinarius.* ¶ Sed aduerte, * quòd triplex est retractus. Quidam consuetudinarius, vt hic, & de quo fit mentio in c. constitutus. de in integ. restit. & in l. dudum. C. de contrahen. emptio. & in c. Titius. si de feudo defuncti fuerit controuer. & in l. j. ff. de priuile. creditorū. & in l. imperatores. cum gl. & ibi Bar. ff. de pac. & in l. milites prohibentur. ff. de re milita. in c. j. in prin. de aliena. feudi paterni. & in c. j. §. porrò. qualiter olim feudum poterat alienari. *Legalis.* ¶ Alius est legalis, de quibus in multis casibus vt infrà dicetur, scilicet in domino census, in emphyteuta, in fisco & in prædiis metrophicis, de quibus dixi iam in hac rub. in prima expositione. *Conuētionalis.* ¶ Tertius est conuentionalis, de quo in l. ij. & l. si à te. & ibi docto. C. de pac. inter empto. & vendi. de quo dixi suprà titu. *des rentes uendues a reachat.* §. j. & in quodam consilio quod feci super hac re.

ET ex hac consuetudine nostra, vt infrà videbimus, est hìc vnus casus, vbi quis præfertur in emptione alicuius rei, nam hìc consanguineus præfertur cæteris. alius est in xvj. incip. *la femme ne peult mettre hors de ses mains.* suprà in tit. *Des droictz & appartenances a gens mariez.* alius est in casu l. j. C. de metalla. lib. xj. vbi princeps præfertur in emptione metallorū. & dicit ibi Bar. ꝙ per illā legē colonus debet potius vendere fructus domino quā alteri, & ita etiā tenet Ludo. Ro. in l. j. ff. sol. mat. ¶ Sic etiam est alius casus in fisco vendēte rem cōmunē cū priuato, quia socius præfertur. l. ij. C. de cōmuni. re. aliena. l. vnica. C. de vendi. rerū fisca. cū priuato. lib. x. Et ibi dicit Alex. in apostil. ꝙ fiscus debet prius requirere sociū. ¶ Item hęres emphyteutæ debet præferri in renouatione inuestituræ, vel cōmissionis emphyteusis. Dixi infrà in tit. *Des censes.* §. fi. in gl. fi. ¶ Alius est in l. cōgruit. & in l. prædia. C. de locatione prædiorū ciuilium. lib. xj. vbi præfertur colonus in talibus prædiis. ¶ Itē metrophici præferūtur in prædiis metrophicis, vt per tex. in l. j. nō lic. habita. lib. xj. Et facit tex. in l. quēadmodum. C. de agrico. & censi. lib. xj. ¶ Item est alius casus in c. ex rescripto. extrà, de locato.

§. PRIMO.

QVand l'homme ou femme a vendu son heritage ancien, le plus prochain du lignage du costé dont meut l'heritage, le peult reacheter dedans l'an & iour en rendant le pris, & les fraiz raisonnables.

DE hac consuetudine & glo. j. vide Boerium in consuetu. septenæ Bituricen. titu. de consuetudine retractus. §. j. vbi ponit super quo sit fundata.

1 *Iure cōi nemo cogitur emere nec vēdere*

Ista consuetudo est quasi generalis in tota Gallia. ¶ Super hac consuetudine generali regni Frāciæ cōsuluit in pulchro casu Lud. Bolog. in cōsi. suo xxv. qui dicit in iiij. col. ꝙ est magis secundū ius cōmune quā cōtra ius, * nā licet de iure cōmuni regulariter quis nō cōpellatur emere vel vēdere, nisi ad votū suū. l. nec emere. C. de iure delibe. tamē ratione cōsanguinitatis & cōiunctionis, lex cōmunis vult ꝙ magis vēdatur ꝓpinquis, q̄ extraneis iusto pretio. l. ad officiū. & ibi Bal. C. cōmuni diuidū. Et voluit Salic. in l. dudū. C. de cōtrahē. emptio. Et voluit Bal. in l. ij. in fi. C. de rescin. vēdi. vbi dicit hoc esse verū, dūtamē det iustū pretiū. & idē voluit etiam Lud. Ro. in l. j. in ij. col. ff. de in ius vocā. vt cāt. vbi ponit priuilegia coniunctionis. & est bonus tex. in l. j. ff. de priuileg. credi. vbi cōiunctus pręfertur extraneo licitatori pignoris. & ideo valet hæc cōsuetudo, cōtra d. l. dudū. C. de cōtrahen. emp. Et ꝙ valeat probatur ꝑ textū, & in d. l. dudū. cū dicit, nisi specialiter. vnde dicit ꝙ istud ius ꝓhibitū est generaliter, nisi specialiter vel specialis loci consuetudo hoc permittat. Ergo ex quo est. consuetudo, seruāda est. & ita tenet Bal. ibi, & Host. in c. constitutus. extrà, de resti. in integ. Et Bal. in l. j. C. communi diuidun. vbi dicit ꝙ etiam per pactum potest committi istud ius. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obli. l. iiij. §. vbi verò. ff. de pig. actio. Ergo etiam potest per consuetudinem & præscriptionem, cum æquiparantur, secundum Bal. in l. j. C. de serui. & aqua. & quod potest pactum, potest & consuetudo, seu statutum. Facit gl. in rub. C. de decretis decurio. lib. x.

ADDITIO. De materia quando quis cogatur vendere, vide do. meū Iaso. in d. l. nec emere. vide etiā quæstionem Tholosa. ccccxlvj. vbi quis potest cogi ad vendendum victualia, maximè frumentū tempore caristiæ. *

Consuetudo nostra fundatur lege diuina.

ET videtur esse fundata hæc cōsuetudo de iure diuino, cū vt habeatur Hie. xxxij. c. vbi dicitur eme agrū, tibi enim cōpetit ex propinquitate vt emas, vt habetur Leui. xxv. c. vbi dicitur: Si atenuatus fuerit frater tuus, & vendiderit possessiunculā suā, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. etiā habetur Ruth. iiij. c. nā nostra interest habere res maiorū & prædecessorū nostrorū, secundū gl. in l. j. in verbo, & reipublicæ interest. ff. sol. mat. quæ alleg. l. libertus qui soluendo. ff. de bonis liber. & l. j. §. si quis in fraudem. & in §. & aliàs videamus. ff. si quid in frau. patrono. & in l. si in emptionem. ff. de minori. qui tex. est multum notabilis ad hoc ꝙ minor in hoc restituitur. & tex. in c. constitutus. extrà, de in integ. restitu. Et illam affectionem seu interesse considerauit Barba. in consi. suo xiij. in ij. col. in j. volu. allegando d. l. si in emptione.

ADuerte, quia etiam filij in honorem & memoriam patrum & suorum prædecessorum tenentur conseruare hæreditatem, & illis lares paterni dulces videri debēt exemplo Naboth, de quo habetur iij. Reg. c. pe. qui cum à rege Achab, vt vineam, quam iuxta palatium habebat, accepta meliori, aut pretio iustiori, ei venderet, accersitus fuisset, respondit, propitius sit mihi dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. & de his vide Gui. Benedicti in repeti. c. Raynu. in verbo, in eo. testamēto relinquens. nu. xxxiij. & xxxiiij. de test. ¶ Vide ad hoc Ioā. Sanxon in consuetudi. Turonen. titulo, *des retraictz.* §. j. in gl. j. vbi etiam ponit an currat minori

minori,& an minor in hoc restituatur. Aduerte tamẽ quia oportet agnatos esse aduisatos, quia istud tempus
labitur silentio.Boerius in prædictis consuetudi.tit.de consuetu. retractus.§.j. ¶Et quòd minor restitui pos-
sit,videtur esse tex.ad litteram in d.c.constitutus.extrà, de integrum restitutio. *

ADde quòd vsque ad hæc tempora non videram in hac patria impetrari restitutionem in integrũ in tali ca-
su,etiam in minore,sed his diebus domicella Claudia Martin,impetrauit vnam à custode sigillorũ pro re-
ge in vrbe Diuionen.in fauorem suorum filiorum minorum , contra venerabiles viros dominos decanum &
capitulum ecclesiæ Heduen.hinc scribens pro ecclesia:dixi videri primò dicendum quòd talis restitutio in in-
tegrum dari nec concedi posit,saltem per simplicem custodem sigillorum,& mouebar his rationibus.

PRimò eo quòd cõsuetudines nostræ ducatus Burgundiæ sunt approbatæ à Christianissimo rege nostro,
& illas iurauit obseruare pro legibus,& fuerunt factæ in conuocatione trium statuum patriæ,& de consen
su illorum,& sic transierunt in vim pragmaticæ, ex quo non potest illis derogari,per quamcunque clausulam
quæ apponi possit.notatur per glo.in aut.qua in prouincia.in verbo,omni priuilegio.C. vbi de crimine agi o-
portet.iuncta gl.in l.iubemus nulli.& aut.sed & permutare.C.de sacrosan.eccle.Et ex quo etiam sunt confir- 2 *Clausula non obstante.*
matæ per principem,non possunt tolli,nec illis derogari,cum clausula, non obstante.*Cum clausula non ob-
stante,non posit tollere consuetudinem seu depositionem confirmatam per principem, vt tenet Felin. in c.
constitutus.col.iij.extrà,de rescriptis.Faciunt quæ dicit Alexan.in consi.cxxv.in.x.col.in.j.vol.

ADDITIO. Adde Matth.de Afflic.in consti.regni Siciliæ quæ incipit,clemẽtiæ.in ij.notabi.Et aduer-
te ad vnũ,quòd princeps iurat seruare statuta patriæ,& per tale iuramentum dicitur confir
mare statuta & consuetudines patriæ,vt tenet Hippol.de Marsiliis singulari suo.lxxij.incip.iuramentũ.*¶Et
etiam quia consuetudines nostræ sunt iuratæ per principem, qui iurauit in introitu & aduentu patriæ seruare
statuta,priuilegia nostra,& consuetudines,ideo non præsumitur tollere etiam per clausulam non obstan.ple-
nissimè per do.meum Iaso.in l.fi.C.si cõtra ius vel vtili.publicam.& Ro. consi.suo.vij. Eo etiam quòd elapso
anno est acquisitum ius emptori antiqui hæreditagij incommutabiliter, ideo non potest tolli per principem.
notatur per doc.in d.l.fi.C.si contra ius vel vtili. publicam. Et sic nõ potest princeps, nisi tamen ex plenitudi
ne potestatis hoc faciat,quod an facere posit,nõ insisto ex doctrina doctorum.in d.l.fi.*tamen plenitudo po 3
testatis nunquã præsumitur nisi expressè dicatur.notatur per do.meũ Ias.in l.quãquam.col.ij. C.de testa.mili.
& ibi dicit,*princeps debet rarò vti hac clausula.alle.Bal.in l.ij.C.de cõmuniũ rerũ aliena.&*ꝙ populus Ro 4 5
manus nũquã vsus fuit,nec hæc forma reperitur in iure ciuili.vt dicit Bal.in ti.de pace Cõstantiæ. in xxvij.col.

ADDITIO. Faciũt plura quæ in simili adducit Matth.de afflic.in cõstitu. regni Siciliæ quæ incipit,in- *Plenitudo potestatis nõ præsumitur.*
strumentorũ robur. in xij.q.j.notabilis, vbi quærit an princeps posit dispẽsare cõtra suas
constitutiones,etiã iuri cõmuni contrarias,& reducere partes ad ius cõmune,quando est iam ius quæsitum par
ti,& in præiudiciũ partis cum ius est quæsitũ,& ibi per multas bonas rationes tenet quòd non,nisi ex graui &
rationabili causa,quẽ vide cũ casus euenerit de rescripto principis cõtra suas cõstitutiones post ius quæsitũ par-
ti.Sed tamẽ in hoc casu videtur tenere in alio loco ꝙ possit restituere minorẽ,vt habetur in cõstitutiõe q̃ inci.
minorũ iura.quę est in ij.lib.in j.nota. ex quo ibi quærit intra ꝙ tẽpus minor debeat petere talẽ restitutionẽ.*

ET ideo multo minus potuit custos sigillorũ hanc in integrũ restitutionem contra consuetudinẽ nostram
concedere,qui non potest esse nisi legatus,non à rege,sed à cãcellario tantũ,*qui quæstor dicitur, aut prę 6
fectus prætorio simpliciter.* Cũ etiam ipse cancellarius, hoc est præfectus prætorio, non potest vti hac clau- 7 *Cãcellarius est qui olim præfectus prætorio.*
sula,non obstan.quia peculiare est solius principis esse supra leges.no.Ang.& Imo. & do.meus Ias. in l.nemo
potest.ff.de lega.j.qui quidem ibi tenet in col. ij.*ꝙ præfectus prætorio,qui æquiparatur regibus,non potest
vti clausula,non obstan.imò potest solus princeps non recognoscens superiorem, vt est Christianissimus rex 8 *Præfe-*
noster.c.per venerabilem.qui filij sint legi.Et solus in hac patria potest vti hac clausula,non obstan.dicit tamẽ 9 *ctꝰ prætorio æquiparatur regibus.*
tex.ij.gl.in l.j.ff.de offi.præfecti præto.*quòd præfectus prætorio,& sic cancellarius potest restituere in in-
tegrũ.* Cardi.tamen,qui æquiparatur regibus secundum gl. in d.l.j. etiam si sit legatus de latere, non potest
vti tali clausula,vt notatur per do.meũ Ias.in d.l.nemo potest.& in l.omnes populi.in j.lectura.ff.de iusti.& iu 10 *Cardi-*
re.& per Corse.in apostil.ad Panor.in c.j.in j.nota.extrà,de rescript. & ibi Feli. quoniam vt ibi * dicit,omnia 11 *nales æqparantur*
tendentia ad violationem iuris sunt prohibita legato.

ET si dicatur pro parte dictæ restitutionis quòd princeps potest in hoc ex plenitudine potestatis,*cum etiã 12 *regibꝰ.*
princeps possit tollere dominium alteri ex plenitudine potestatis. not per per do.meum Ias. in d.l. fi. C.si
contra ius vel vti.pub.Et eo quòd est apposita clausula in dicto rescripto,non obstante consuetu.ducatus Bur
gun.dictante in contrarium,quæ habet vim clausulæ,de plenitudine potestatis,vt tenet do.meus Iason in d.l.
quanquam.in ij.colum.C.de testa.militis.

ET ꝙ ex quo est cõmissa custodia sigillorũ alicui,videtur ei princeps dedisse talẽ potestatẽ quã habet cãcella
rius,cũ vt dicit Bal.in c.scripta.extrà,de fide instrumẽto.in fi.ꝙ omnia quæ cõsueuerũt cõmitti cãcellario
imperatoris,videntur & præsumũtur cõmissa ei cui imperator cõmittit sigillum suum tanquã proprię personę. *Solus princeps derogare potest*

AD hoc est facilis responsio :primò vt satis constat ex ordinationibus regiis,& ex potestate & cõmissione
quã habẽt prædicti custodes sigillorũ,nõ habẽt eandẽ potestatem quã cancellarius, imò limitatã in his so
lũ quæ cõcernũt mandata iustitiæ,& nõ priuilegiorũ, aut derogationis illorũ,quoniã ad solũ principẽ superio
rẽ spectat derogare per eũ cõcessis aut cõfirmatis,ergo multo fortius,cũ nõ est verisimile ꝙ tales custodes sigil
lorũ per quãtuncunque generalẽ & liberã administrationẽ quã habeãt aut habere possint,etiã in derogãdo iu
ri,possint iuri speciali per principẽ iurato,& quod trãsit in cõtractũ,& in pragmaticã derogare,quia ex hoc se-
queretur illicitũ,quod nũq̃ esset cõcedẽdũ,vt aliquid illicitũ fiat.arg.l.si procurator.post mediũ,in verbo,quo-
niã nihil de hoc mandasse videtur.& ibi doc.ad hoc notãt.ff.de cõdi.indebi.Nã huic consuetudini iuratæ de-
rogando videtur facere incidere principẽ in periuriũ,& sic in pœnã,ex quo nõ extẽditur nec extẽdi potest eius
potestas,licet sit generalis.nota.per Albe.de rosa.in l.iij.si procurator.ff.ꝙ quisque iuris. & per do.meũ Iaso.
in l.iusiurandũ qđ ex cõuentione.§.procurator.in ij.col.ff.de iureiu.& etiã quia vt dictum est,cancellarius etiã

talem clauſulam non obſtante apponere non poteſt hoc caſu, igitur nec cuſtos ſigillorum. Et quoniam vt dixi plura obſtantia, videlicet quia conſuetudo tranſit in pragmaticā, & eſt iurata & confirmata per principē, non ſufficit vna clauſula non obſtāte. ſed requiruntur plures, ſcilicet non obſtan. tali cōſuetudine iurata confirmata per nos, & cōſenſu per nos præſtito de nō illi derogando. arg. eorū quæ no. Bal. in l. ſi nō lex eliaſcētia. ff. de hære. inſti. quē alle. do. meus Iaſ. in l. fi. in vij. col. & in l. j. in iiij. col. ff. de conſtitutio. principum.

13 *Literæ cōtra ſtilū curiæ impetratæ ſūt ſuſpectæ.*

ET etiā quia talis reſtitutio in integ. eſt cōtra ſolitū ſtylū reſtitu. in integ. eo ꝙ dicit nō obſtante conſuetudine ducatus Burgundiæ, quod nō eſt ſolitū fieri cū vt dicit do. Ant. de But. & Panor. in c. quod ſuper his de fide inſtru. * literæ cōtra ſtylū curiæ impetratæ ſunt ſuſpectæ de falſo, per tex. ibi, in c cū teneamur. de præben. faciunt plura alia quæ dicit Feli. in c. ex parte. verſi. ſtylus curiæ. extrà, de reſcrip. c. quam graui. de crimine falſi. facit c. porrecta. de confirmatio. vtili vel inuti. ¶ Ex quibus dixi prædictam reſtitutionē in integ. etiā fauore minoris ætatis impetratā non eſſe interinendā. Neſcio quid tandem fiet, quia ſub iudice lis eſt. & conſului amplè in prædicto caſu, Facit etiā quia ex quo minores tractant de lucro captando, & non de damno vitādo ꝙ non ſunt reſtituendi, vt tenet Pau. de caſt. in l. fi. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſaria.

ADDITIO. Ex quo ad tex. in d. c. conſtitutus. extrà, de in integ. reſti. eſt facilis reſponſio, quoniam ibi illud ius retractus ſolum cōpetebat, ex quadā conſuetudine ſimplici, quę non habebat vim legis, prout hæc noſtra conſuetudo, ſaltem non habebat vim pragmaticę, nec iuramento firmata erat, prout eſt noſtra conſuetudo, quæ eſt maioris roboris, & efficaciæ, quā ſimplex conſuetu. Et licet vt in fi. harum conſuetudinū, & in cōcluſione dicatur quòd habet vim legis, ideo poteſt contra illā reſcribere princeps, prout faceret contra legem cùm clauſula non obſtan. vt notatur in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & ibi per do. meum Iaſo. poſt alios. & per Feli. in c. quæ in eccleſiarum extrà, de conſtitutio. tamen quia eſt facta cum conſilio curiæ, & procerum, vt habetur in fine harum conſuetudinum, ideo requiritur clauſula expreſſa non obſtā. faciens mentionem de huiuſmodi conſuetudine, vt dicit Archi. in c. j. de conſti. in vj. & poſt eum Bald. in l. humanum. C. de legi. dixi infrà in d. concluſione, in glo. in verbo, *en grand nombre.* *

14 *Ratione vicinitatis conſideratur intereſſe.*

ADuerte * quia intereſſe ratione vicinitatis cōſideratur, prout dicit gl. in d. l. ſi in emptione. quæ alle. l. ſi cui fundus. ff. de leg. ij. & dicit Bal. in l. ſi fundū. C. de rei vēdi. ꝙ in condēnatione fructuū habetur ratio vicinitatis loci. Facit tex. in l. hoc iure. §. ſi aqua quoti. & eſtiua. vbi alueus fluminis recedētis ratione vicinitatis acquiritur proximo vicino. Multò ergo fortius ſi habeatur cōſideratio ratione cōſanguinitatis & affinitatis, nec eſt mirandū ſi quis primò cōpellatur vēdere conſanguineo quā extraneo, quia multa ſpecialia ſunt introducta fauore cōſanguinitatis quæ non ſunt in extraneo, de quibus aliqua per Feli. in c. literas. in pe. col. extrà, de præſump. per Lud. Ro. in l. j. in ij. col. ff. in ius vocā. vt etiā per Mat. de affli. pleniſſimè per quatuor columnas & vltra. in cōmento conſtitutionis Fede. ſuper iure protomiſeos. ſuper rubrica illius conſtitutionis nouiter editæ.

Communio & connexitas.

COmmunio etiam & connexitas multū operantur, vt patet per ea quæ dicit do. meus Iaſ. in l. j. C. de trāſac. & in l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. Faciunt quæ dicit Feli. in c. j. extrà, de præſcrip. Quia non multum ad propoſitum non inſiſto, ne propriam materiam derelinquam.

INTEXTV IBI, L'homme ou femme.

1 *Ius retractus an habeat locum in rebus ab eccleſia emptis, ſeu venditis.*

QVæro quid * ſi eccleſia emat, vel ſi clericus vendat aut emat, an habeat locū ius retractus, primò quando res eccleſię vendūtur, vel quādo eccleſia emit, videtur ꝙ nō habeat locū ius retractus, quia lex ciuilis vel laicorū cōſuetudo nihil poteſt diſpōere de reb. eccle. vt in c. quę in eccleſiarū. & ī c. eccleſia S. Marię. extrà de cōſtit. ¶ Tu dic ꝙ ſi eccleſia emat, ꝙ etiā cōſanguineus proxim⁹ habebit ius retractus, quia iſtud eſt approbatū per eccleſiaſticos, qui fuerūt vocati quādo hę noſtrę cōſuetudines fuerūt in ſcriptis redactę, cū vt apparet in initio ſeu procemio, tres ſtatus huius patriæ fuerunt cōuocati. Sed an poſſit fieri ꝑ ſtatutū ꝙ iſtud ius non competeret clericis. Philip. Decius in conſi. ſuo. cclxxv. in iij. & iiij. col. in ij. vol. tenet quòd ſic. ¶ Item ex quo ſtatuitur in regno Franciæ per principem ſuper hæreditagiis, tale ſtatutum ligat etiam terras & hæreditagia eccleſiæ, cùm omnes res ſint de territorio principis in regno Franciæ, prout dicit Bal. in c. cùm veniſſent. in iij. col. extrà, de eo qui mitti. in poſ. cauſa rei ſeruandæ.

SEcundò verò quādo clericus emit vel vendit ꝓ ſeipſo, & nō ꝓ eccleſia, videtur adhuc ꝙ idē ſit ꝙ in eccleſia. Ex quo ius quod eſt in rebus eccleſię, eſt in bonis clericorū, vt notat Inn. in c. fi. extrà, de vita & hone. cleri. ¶ Itē quia laici nihil poſſunt diſponere cōtra perſonas eccleſiaſticas. xcvj. diſtin. c. bene quidē. & doc. in c. fi. extrà, de vita & honeſta. cleri. & in c. eccleſia S. Mariæ. extrà, de cōſti. facit doctrina Hoſti. in c. fi. de ſo-

2 *Lex municip. non cōtinet clericos.*

2 lutio. vbi dicit * quòd lex municipalis etiam fauens clericis vel eccleſiaſticis perſonis non continet perſonas eccleſiaſticas, niſi ſit approbata per papam d. c. bene quidem. &. c. quæ in eccleſiarum. extrà, de conſtitu. ſecus in legibus imperialibus, quia illæ ligant, etiam ſi non ſint approbatæ per papam, dummodo ſint fauorabiles eccleſijs x. diſtin. c. j. & ij. xxxvij. diſtinc. c. ſi quid. de priuilegiis. c. ij. de noui oper. nun. c. j. & hoc firmat Cyn. in l. j. circa fi. C. quæ ſit longa conſuetu. vbi concludit quòd conſuetudo papæ non ligat clericos. Et hoc videtur tenere Innocen. in c. auditis. extrà, de in integrum reſtitutio.

IN cōtrariū tamē ꝙ clerici ligētur hac cōſuetudine, & ſi emāt, ꝙ cōſanguineus habebit res emptas ꝑ eos iure retractus, ꝓbatur, quia hæc cōſuetudo nō eſt inimica canonibus, ergo eſt etiā ſeruāda quo ad clericos, vt dicit glo. in c. cæterū. de appellatio. quia etiā appellatione ciuis veniunt clerici, vt no. Bart. in l. j. ff. ad municip.

3 ¶ Item etiam facit, * quia lex municipalis diſponens per verba generalia, non infringens eccleſiaſticam libertatem, ſtringit eccleſiaſticas perſonas. Ita dicit Bart. in l. j. C. de ſumma trini. & fide catho. per c. cum veniſſent. extrà, de eo qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruā. & per c. cū cauſam. extrà, de re iudic. ¶ Itē & in hoc caſu allegatur deciſio in terminis in c. conſtitutus. extrà, de reſtitutio. in integrū. vbi cōſuetudo ciuitatis ſuper iure cōgrui ſeu retractus comprehendit etiam clericos illius ciuitatis, & hoc videtur tenere Cy. in l. neque. C. de hæredi. inſtitu. quē refert ibi Bal. Io. de Imo. tamē & Panor. in d. c. conſtitutus. intelligunt hoc eſſe verū, quādo ius cōgrui ſeu retractus reſpicit cōmodum clericorum. alleg. Ioā. de Imo. quod no. Io. And. in c. dilecti. extrà, de foro

4 competen. & in c. fi. de offic. deleg. lib. vj. Et ſic videtur ſecundū Io. de Imo. * ꝙ clericus poſſit ab alio petere ius congrui

ius congrui ſeu retractus,ſed ab eo peti non poſſit.Et pro hoc facit quod no.gl.in c.nouit.ſuper verbo,quicũ
que.de iudiciis.*vbi eccleſia poteſt inducere legem cùm pro ipſa faciat ſed eam in ſe recipere non teneatur.x. 5
diſt.c.lege.Sed pro certo iſto modo clericus non ſeruaret æqualitatem quæ ſeruari debet,iuxta ea quæ haben
tur.in l.fi.C.de fructi.& litium expen.& eſſet contra illud præceptum,patere legem quam tu ipſe tuleris.Dicit
tamen glo.in c.intelleximus.de noui ope.nun.*quòd leges quæ canonibus non contradicunt tanquam cano 6
nes ſunt ſeruãdæ,& intelligũtur à papa.cõfirmat d.c.bene quidẽ.& ibi Bar.Et tenet Fede.de Senis cõſi.xcvij.

EX quo concludendo ſequitur*quòd clericus ligatur iure congrui ſeu retractus,cum tale ius non ſit contra 7 *Clericus ligatur iure congrui.*
canones,imò permiſſum.vt in d.c.conſtitutus.& hoc communiter ſequuntur doctores maximè hoc eſſe
debet,quia clerici ſubſunt principi,quo ad temporalia.aut.preſbyteros.C. de epiſco.& cleri.maximè in regno
Franciæ cum omnes in regno Franciæ ſint de territorio principis,vt tenet Bal.in c. cum veniſſent. in iij.col.
extrà de eo qui mitti, in poſſeſ.cauſa rei ſeruandę.Et prædictas quæſtiones voluit examinare Matth.de Afflic,
in dicto trac. de iure protomiſcos, in §.j.& in §. vlti.vbi ampliſſimè de eccleſia, & perſonis eccleſiaſticis , an
in eis habeat locum iſtud ius congrui ſeu retractus, & dicit Bal.de vbaldis in commento de iure protomiſeos,
in iiij.col.quòd conſuluit iſto anno cõtra clericum.Satis facit contra eccleſiam & clericum conſilium Bal.ccc.
in j.parte,in impreſſione noua.Quando ſtatuta laicorum ſeruentur in curia eccleſiaſtica,vide Boerium in con
ſuetudine Bituri. tit. de iuriſd.omnium iud.§.xj.in gl.prima.

ITem quæro de quæſtione quam vidi de facto.Pater habens filium minorẽ etiam in ætate ſex aut ſeptẽ an- *Quæſtio.*
norum,vendidit aliquod hæreditagium antiquum ſuorum parentum , quidam ex conſanguineis exiſtẽtes in
pari gradu cùm patre emerunt illud hæreditagiũ,poſt dictam emptionem pater nomine filij impetrauit à prin
cipe litteras regias per quas princeps illũ fecit habilẽ ad acquirendũ, & illum emancipat pater in vim dictarũ
litterarum,dando ei in præmium emancipationis certam ſummam pecuniarum,poſtmodum ex illa pecunia ſic
eidem data,in præmium emancipationis vult retrahere nomine dicti filij dictum hæreditagium ſic emptum à
conſanguineis etiam exiſtentibus in pari gradu cum patre,an poſſit? Et credo quod non, nam talis infans eſt
minor ſeptennio , vt eſt in caſu poſito, & ideo de iure contrahere non poteſt,quia non multũ à furioſo diſtat.
§.pupillus.inſtit. de inuti.ſtipulatio. ¶Et maximè ſi ſit infans qui fari non poſſit etiam ad ſui vtilitatem.l.mu-
lier.& ibi doct.ff. de verb.oblig.l. ſeruum.ff.rem pupilli ſaluam fore.Ang.& alij in dicto.§.pupillus.in vl.col.

IMò facit tex.in l.ſi venditor.§.ſed & ſi pupillus.vel filio quem in poteſtate habet. & ibi,quia nõ eſt emptio.
ff.de in diem adiectio.vbi eſt* quòd filiusfa.non poteſt emere fundum à parentibus venditum , & ratio eſt, 8 *An filius minor poßit retrahere rẽ per patrẽ venditam.*
quia pater & filius eadem perſona cenſentur.l.cum ſeruus.§.fi.C. de impube.& aliis ſubſtitutio. §. ei verò qui
tuo iuri.inſti.de inuti.ſtipulatione.¶De maiore verò an poſſit rẽ venditã per patrem retrahere,ſatis amplè per
Henricum bohic,in c.conſtitutus.de in integ.reſtitu.& per Ludo.Bolog.in conſi.ſuo.xliij.vbi tenẽt quòd ſic,
ſed in minore in hoc caſu credo alias eſſe incapacitates , quia ſcilicet ex quo pater ſeu mater vendiderunt ſi fi-
lius acquirat, videtur acquirere patri aut matri,eo maximè,quia pecunia prouenit ex patre, q̧ donauit in prę-
mium emancipationis,in qua pater ſuccederet per conſuetudinem noſtram,ſuprà in tit.Des *ſucceßions*.§.vj.v-
bi pater & mater ſuccedunt filio in bonis prouenientibus ex eis,nec prodeſt habilitatio facta per principem,
cùm ſit facta poſt venditionem factam,& ſic in præiudicium alterius proximi,quo caſu non tenet reſcriptum
principis.l.ij.§.merito.ff.ne quid in loco publico.nec poteſt reſcriptum principis in præiudicium tertij retro
trahi.Alex.conſi.xxxv.in iiij.volu.nec etiam capacitas ſuperueniens prodeſt,quæ conſiderari debent tempore
venditionis,vt dicit tex.noſtrarum conſuetudidum infrà.§.v.incipien.*ledict an & iour a compter &c.* non autẽ
illa quæ ſuperuenit , aut ſuperuenire poteſt pendente anno , ſecundum Bart. in l.vſusfructus.in fi.ff. de ſtipu-
la.ſeruorum.vbi dicit*quòd ſi quis ſit inhabilis tempore electionis,non iuuatur ex habilitate quæ ſuperuenit 9 *Habilitas à quo tempore cõſideranda,*
antequam adminiſtret.& Feli.in c.poſt ceſsionem.col.j.de proba.dicit quòd habilitas perſonæ debet conſide
rari tempore quo actus incipit,& perſonæ applicatur,idem & amplius in c. cum dilectus de accuſ. vbi decidit
per multa* quòd capacitas perſonæ conſideratur eo tempore quo diſpoſitio ſortitur effectum,& ideo cũ tem 10
pore venditionis dictus minor non fuerit capax,non potuit poſtmodum fieri capax ad effectum retrahendi,
maximè in hoc caſu per priuilegium principis in præiudicium tertij,aliàs hoc caſu ſequeretur abſurdum,& ſta-
tuta debent intelligi in capace & habili,vt dicit Bald.in l.j.§.fi.ff.quod cuiuſque vniuer.nomine & hoc caſu ſi
capacitas ſuperueniens pendente anno repelleret proximos,conſuetudo eſſet in pendente,& dependeret à vo
luntate tertij,qui vellet ſe efficere capacem,quòd fieri non debet.cum ſtatutum debet ſortiri effectum à tẽpo
re ordinato,non autem eſſe in pendenti.ita Bart.in l.ij.ff.de in diem adiec.Alex.amplè in additio.& Bar.in l.
fi.ff.de regula Catoniana.Item etiam capacitas ſuperueniens nihil operatur poſt ius alteri quæſitum.tex.& ibi
Bar.in l.fi.§.quod ſi fortè.C.de epiſco.& cle.& fuit ſtatim à tempore venditionis alteri capaci ius quæſitum,&
ille tunc minor excluſus cùm non eſſet capax , & ſic cùm ſemel excluſus per admiſsionem alterius in perpetuũ
excluditur,licet poſtea ſit ſublatum impedimẽtum.l.quãdiu.la.iij.ff.de acqui.hære.l. æquiſsimum.ff. de bono.
poſſeſ.ſecundum tabu.l.Titius.ff.de teſta.militis.¶Faciunt ad prædicta.l.ſi filiusfa.ff.de verb.oblig.l.quæ le
gata.ff.de reg.iur.l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hæredib.inſtitu.quia cùm in initio ſit alteri ius quæſitum,nõ
poterit iſtud quæri decætero.argu.l.vſus fructus.ff.de ſtipu.ſeruo.

ALia eſt incapacitas quæ reddit filium inhabilem ad retrahendum rem venditam per patrem,ſcilicet ſi fue-
rit ingratus,vt tenet.G.Benedi.in ſua repeti.c.Raynu. in verbo, in eodem teſtamento relinquens. ij.nu.
xxvij.de teſtamen.

IN TEXTV IBI. *Vendu.*

INtellige quòd vendiderit & tradiderit,quia ſi venditionem fecit à qua ſtatim diſceſſum eſt,non haberet lo
cum ius retractus,vt dicit Io.fab.in §.j.in princ.inſti.de emptio.& vendi.dicam infrà.in §.fi.in tit.des *cenſes*.
videtur tamen quòd per ſolam venditionem ſit completa venditio.inſti.de emptio.§.j.facit l.quidam.ff. de fi-
dei commiſ.liber.ff.de in rem verſo.l.ſi pro patre.§.idem quęrit.& l.j.§.ſi rem.ff.depoſi.quæ omnia allegat Io.
Fab.in dicto loco.¶Quid ſi dederit in ſolutum? dic idem,vt per Philip.Decium in conſi.ſuo.clx.col.x.idem

V v.

1 Datio in solutū an sit venditio. tamen Decius cōsi.clxvij.tenet quòd in casu c.ad nostrā.de emptio.& vendi.* datio in solutū non sit vēditio, nec idem iudicatur de vno sicut de alio. Cogita in casibus emergentibus ex dictis suis quid dicēdum.vide tex. in l.si prædium.C.de euictio.ibi,nā huiusmodi contractus vicem venditionis obtinet.& ibi Ioan.Fab.qui di-
2 cit * quòd sicut proximior potest de consuetudine rem venditam retrahere, ita in solutum datam.argu.l.eleganter.in prin.ff.de pigno.actio.Sed cū verba statuti seu consuetudinis sint strictè intelligenda.Bart.in l.quicquid astringendæ.ff.de verb.obli.videretur aliud dicendum in hac nostra consuetudine,quæ videtur esse contra dispositionem iuris, vt dixi suprà in prin. vide Ludo. Bolog.in consi.suo xxv. qui dicit hoc esse verum in
3 An si detur res in æstimata pro alia æstimata sit vēditio. datione in solutum voluntaria. ¶Item aduerte * quòd si detur vna species inæstimata pro alia æstimata dicitur venditio, ita quòd habet locum hæc consuetudo, vt dicit idem Bologninus in prædicto consil. colū.iij.& ideo hoc casu habet locum in permutatione, vt ibidem dicit.

ADDITIO. De huiusmodi materia æstimationis,quando faciat emptionem,vide Bald. & alios, & dominum meum Ias.in l.ex conuentione.C.de pactis.vbi facit regulam cum quatuor limitationibus. eundem Bald.in l.si inter virum.C.de iure do.vide Bar.amplè,& post eum Alex. in l.si vt certo.§.nunc videndum.ff.commodati.vide text. multum notabilem in l.fi.ff.quibus ex causis in posses.eatur.vbi ponit quatuor casus quos assimilat emptori:& inter alios,quando est quæstio inter aliquos de aliqua re quæ est in lite,si detur vni æstimata habetur pro empta,maximè quando datur autoritate iudicis & vocata parte,quia aliàs si pars esset absens,requireretur licitatio,secundū Bal.in l.ordo.C.de executio.rei iudicatæ. Et maximè habetur pro empta quando ita datur quòd non ipsa res restituatur,sed pretium , vt tenet Bar.in d.l.si vt certo.§.nunc vidēdum.& ibi Alex.ff.commodati.Soci.in consilio lvij.inci.stantibus.versic.tertius casus.& in consi.ix.incipien.prosequendo ordinem.versic. viij. & versic.xij.& in consi. cclxxxix.incipien.difficultas non parua.in princ.in ij.vol. Areti.in consi.lxxxiiij.& idem Soci.in suis fallentiis,in regula cxlj.versic.æstimatio.Bertrandi in consi.
4 cclxij.in iij.parte.* ¶Item intellige de vera venditione,nō de nulla, vt tenet Boerius in consuetu.Bituricen. tit.de consuetu.feudorum.§.xviij.per ea quæ ibi dicit in glo.quasi in fi.¶Quid * si dimittatur penes possidentem ex causa trāsactionis aliquo dato vel recepto?dic q nō est alienatio,vt dixi infrà tit. *des censes*,§.j.in glo.in verbo,*retenue*.In additione ibi posita,& titu.*des fiedz*,suprà posito,§.fi.in glo.*en alienation*.

5 ADDITIO. Vide in hoc Bertran.in consi.suo cccxxj.in j.parte.* ¶Dicit tamen Philip.Decius in cōsilio ccc.quòd prohibita alienatione prohibetur & compromissum. ¶ * Quid in donatione?dic quòd si est mutua, quòd sic,quia dicitur venditio.Guido pape singu.suo D.ccclxxviij.ibi, si duo donent sibi.& idem in donatione ob causam.idem Guido pape.q.xlviij.quoniam ex ea debetur laudemium.

QVid si detur ad reditum annuum?vide infrà in tit.*des censes*,§.iiij.in glo.ibi,in verbo,*sur heritage*, in fi. vbi allegatur Io.Fab.in §.j.insti.de emptio.& venditione. ¶Quid si venditio annulletur seu declaretur nulla? Io.Fab.in l.ij.C.quando liceat ab emptione discedere.dicit quòd si declaretur nulla, ex causa de præterito,quòd non debentur laudemia:secus si ex causa de futuro. *

IN TEXTV IBI, *Son heritage*.

Dictio suū quomodo intelligenda. ADuerte quia ista dictio,suum,debet intelligi de illo qui est verus dominus, & qui habet verum dominiū, cum verba in statutis debeant capi propriè & in proprio significato , & non fictè seu impropriè.l. si quis aliquid dari.C. de his qui veniam ætatis impetra. vbi dicit quòd verba debent intelligi naturaliter, &
1 non ciuiliter.Et ideo aliàs volui dicere * quòd hæres beneficio inuētarij, si vendat rem hæreditariam in vim beneficij inuentarij non vt propriam,eius proximus non debet habere eam in vim huius retractus,quia nō dicitur propriè dominus,sed impropriè,ex quo non est simpliciter hæres,sed cū adiectione.per ea quæ dicit Frācis.de Are.& post eum do.meus Ias.in l.patris & filij.in j.nota.ff.de vulg.& pup.¶Et sic etiā quia non est hæ-
2 res naturalis,sed ciuilis.¶Item * in multis differt à simplici, vt no.in l.scimus.§.& si præfatam.C. de iu.delib. vbi dominus meus Ias.ponit septem casus in quibus differt à simplici,si ergo differunt in aliquibus,non sequitur quòd vnus sit alius.Cum si sit dissimilitudo in aliquibus,& similitudo in aliquibus,ergo non est identitas,
3 Nullum simile idem. cum * nullum simile sit idem.Bar. in l.quod Nerua.ff.depo.ergo si sit similitudo, ergo est improprietas,cū vt
4 dicit idem do.meus in l.de quibus.ff.de legi.*similitudo est subauditus intellectus, & ideo p impropriationē. ¶Item aliud est vnum simplex,aliud cum qualitate,vt dicit Præpositus in c.ad id.de spōsa.vt ibi. ¶Item ex doctrina Barto.in d.l.scimus.§.si præfatam.!est differentia an hęres beneficio inuentarij vendat rem vt hæres,
5 an simpliciter vt propriam.ex quo videtur innuere * quòd si vendat vt hæres, quòd non est propria,& ideo non videtur quòd sit dominus.& illam distin.Bart.sequuntur ibi omnes. ¶Item glossator Accur. in d.l.fi.in
6 Dictio quasi. computatione.in glo.cōfundātur.* vocat eū quasi hæredē,ergo nō est verus hęres, cùm dictio, quasi,denotet
7 improprietatem.l.ait prætor.§.item.& ibi glo.ff.ex qui.cau.ma. & dicit etiā Bal. in d.l.fi.§.eo. * quòd hæres beneficio inuentarij non habet merum nomen hæredis,sed bene habet vtilitatem & effectum,& satis probat eo quòd non repellitur à vendicando rem propriam alienatam per defunctum, ex eo q hæres non possit venire contra factum defuncti,sed ex eo q intantum consequitur ex bonis defuncti.& sic ex regula, ex qua persona quis sentit lucrum &c. sed non est idem esse talem, & haberi pro tali.Bart. in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adul.dominus meus Iason in l.prætor ait.§.siue autem.ff.de no.ope.nun. vbi dicit quòd aliud est esse dominū, aliud loco domini.alleg.l. interdū fur.§. qui tutelam.ff. de fur.l.qui fundum.§. si tutor.ff.de emptore. ¶Item istud ius quod quis habet ex beneficio inuentarij est ius speciale apud nos, cum à principe impetretur, vt suprà titu.*des successions*,§.fin.ergo non ita solidum nec firmum sicut ius veri hæredis.Est tamen quædam apostil. ad Bald.in impressione noua , in d.§. & si præfatam. quæ tenet quòd est verus dominus . & videtur pro hac opi.facere dictum Bar.in l.debitori.in prin.C.de pac.vbi dicit quòd actio quam hæres beneficio inuentarij habet contra defunctum est extincta ipso iure,sed propter beneficium inuentarij durat effectus &c. consului amplè in casu emergenti pendente in curia parlamenti Burgundiæ.

8 EX hoc patet * quòd non habet locum ius congrui seu retractus in rebus mobilibus , nisi sint affixæ domui,prout dicam infrà.

Sed

SED iuxta hoc * quęro, an habeat locũ si vẽdantur fructus pẽdẽtes? videtur ꝙ sic, quia fructus pẽdẽtes inter immobilia cõputantur, cũ pars fundi esse cẽsetur. l. fructus. ff. de rei vendi. Bar. in l. ij. §. prædiũ. ff. de pig. idem Bar. in l. j. §. cũ filiusfami. sub cõditione. §. cũ fundũ. ff. de verbo. obli. Ang. in cõsi. cccxxxj. inci. pro cõsultatione. intantũ etiã quòd actio quę datur ad fundũ, scilicet rei vendicatio, datur ad fructus, sed hîc dicitur de hæreditagiis, ergo idẽ dicẽdũ de fructibus pendẽtibus in eis. Bal. in c. j. in vlti. col. de pace tenen. dicit quòd * si fructus sint pendentes, puta si vendatur frumentum in herba, vel nondum secatum à terra, vel vinũ existens in vua, tunc iudicandum est de eis ac de fundo, & inter res immobiles computantur. si autem sint separati à solo, licet nondum sint de spica excussi, vel de vuis nondum sit expressum vinum, idem dicendum est prout de mobilibus, & tunc in hoc non habet locum ius retractus. 9 *Ius retractus an habeat locũ in venditione fructuum pendentiũ.* 10

ITem * quærit Bal. de pulchra quæstione in l. ea demũ. C. de colla. stãte hac cõsuetu. ponamus quòd inter aliquos post mortẽ sint bona mobilia ad vnũ, immobilia ad aliũ, modò euenit quòd aliquis Sẽpronius emit quendã fundũ Titij, quẽ proximior potest retrahere, sed tamẽ ipso viuente Sẽpronio nõ retraxit, sed eo mortuo retrahit & offert pretium, an istud debeat iudicari mobile, an verò immobile. Bal. dicit quòd debet iudicari mobile per tex. in l. ij. §. id quoque. ff. de colla. bono. eo quòd istud ius retrahẽdi habet originẽ & causam inter viuos, vnde consuetudo talis magis accedit contractui quàm vltimæ voluntati. nota ea quæ ibi dicit, quia quotidie in infinitis casibus euenire possunt. 11 *Quæstio.*

ITem quęro, quid si vẽdãtur in pretiũ pedagia, guidagia, salmagia, & gabellę, an in istis habeat locũ ius retractus? videtur ꝙ sic, quia ista veniũt ratione immobiliũ, vt patet ex no. ꝑ Bal. in c. ij. de feu. cogni. in vsi. feu. & in c. j. quę sint regalia. istę enim gabellæ soluũtur ratione soli publici ex trãseũtibus. vt in c. super. de verb. signific. & in l. j. ff. de publicanis. & soluũtur ꝑ securitate itinerũ, secũdũ Bal. in d. c. j. quæ sint rega. vbi dicit referẽdo Odofr. in aut. habita. C. ne filius ꝑ patre. * ꝙ soluens pedagia nõ potest capi pro represaliis. facit quod dicit idem Bald. in c. j. conuenticulas. de pa. iur. firmam. * quòd colligens pedagia debet tenere itinera tuta, aliàs tenetur de robaria, vel exhibere malefactorem. & idem dicit ipse in c. j. in vij. col. de his qui feu. da. pos. prædicta dicit Matt. de affl. in cõmẽ. suo super iure ꝓtomiseos, in glo. tota hæc lex. in iij. col. cuius verba hîc inserui. *An in pedagiis venditis.* 12 13

ADDITIO. Vide etiam Guido. pape. q. ccccxiij. & dixi suprà in titu. *des iustices*. §. iiij. in glo. *indire & imposer*, versic. adde Bal. in titulo. *

QVærit vlterius idem Matthæus * an istud ius congrui seu retractus habeat locum si vendatur vsusfructus fundi, & dicit quòd sic, quia vsusfructus pars fundi est & consequenter est res immobilis. vt in l. iij. ff. vsufru. quemadmodum cauea. in l. abeuntes. ff. de lega. ij. l. cum filius. §. dominus. ff. de verbo. obli. & l. quã tuberonis. §. in peculio. ff. de pecu. & in hoc casu concurrit consanguineus cũ proprietario. arg. eorũ quæ dicit Guil. de Cu. in l. imperatores. ff. de pac. & facit. l. fi. C. de iure emphyteu. ista dicit Matth. de affli. in dicto suo commento super iure protomiseos. in glo. quæ incipit, tota hæc lex. in iij. col. 41 *An in venditione vsus fructus.*

QVid autem si vsufructuarius acquirat proprietatẽ, an consanguineus præferatur illi? Bal. in l. si maritus. C. de inoffi. test. Pau. de cast. in consi. clxxxix. incip. videtur dicendum dictam dominam. ¶ Vide Boerium in consuetu. Bituricen. titu. de consuetudi. retractus. §. iij. & Franciscum de crema singulari suo. lvij. ¶ Item quid si vendatur vsus, habitatio, vel vsus fructus? Alex. in consi. lij. in. j. parte. in fine.

QVæro vlterius, * aliquis habet in domo sua vnam magnã columnam affixam, vel habet statuam, & vult illam vendere, an habeat locum ius retractus? videtur quòd sic, quia ista omnia sunt immobilia, eo quòd affixa sunt terræ. l. datio. ff. de actio. emp. l. & rerum mixtu. ff. de vsur. l. fideicommis. §. pen. ff. de leg. ij. maximè si perpetuò ad vsum ædificij sunt deputata. vt in l. fundi. in princ. & in. §. labeo. ff. de actio. empti. ¶ Cõtra tamen videtur verius quando sunt separatæ ab ædificio, nam tunc tanquam res mobiles dicuntur & iudicantur. per id quod no. glo. in d. l. fundi. & ideo non habet locum ius retractus quando separantur à domo, & venduntur separatim. ita dicit Matthæus de Afflictis in dicto loco, in vj. colum. ¶ Vide Pyrrhum in consuetudine Aurelianen. titu de retract. venditionis. capite. xxiiij. ¶ Vide etiam Albericum de Rosate in l. prima. §. si quis. de naui. ff. de vi & vi armata. vbi dicit quòd mobilia solo affixa censentur vt immobilia, ex quo dicit quòd vendita vinea videtur venditum torcular solo affixum. 15

ITem quæro, vtrum * proximior possit rem retrahere pro parte? & videretur esse dicendũ quòd sic, quia cui permittitur quod plus est, à fortiori quod est minus, sed proximiori permittitur totum fundum redimere, ergo à fortiori partem, cum etiam habeamus regulam quòd idem iuris est de parte quo ad partem, sicut de toto quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. cum similibus. 16 *Retractus an pro parte fieri possit.*

COntrarium tamen credo verum, quoniam emptio & venditio fuit contracta vno pretio, quia nõ tenetur reuendere nisi totum reuendat. l. quod autem. §. fi. ff. de in diẽ adie. Non enim est verisimile emptorẽ partem vnam velle, si aliam non haberet, cum res non afferat tantam vtilitatem in parte respectu partis, quantã cũ toto respectu totius. Præterea si res posset pro parte redimi, sequeretur quòd quis inuitus in cõmunione stare cogeretur, contra l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. l. fi. C. commu. diui. imò non valet pactum factum in contrariũ. l. in hoc iudicio. §. si centũ. ff. cõmu. diuidun. facit etiã, quia consuetudines & statuta sunt stricti iuris, secũdũ Bar. in l. constitutionibus. ff. ad munici. Bar. in repe. l. Cæsar si est. Bar. in viij. ff. de publicanis. voluit Bal. in l. j. C. de succes. edicto. licet aliquãdo statuta sint bonæfidei, quando sunt interposita super aliqua materia quæ est bonęfidei, puta super contractu bonæ fidei illũ approbando, vt voluit Bal. in c. j. extrà, de constit. qui idẽ dicit esse in officio iudicis. Si ergo statuta & consuetudines regulariter sunt stricti iuris, ista consuetudo quæ loquitur in toto non erit in parte extendenda, cũ sit odiosa, quia contra ius cõmune, & sic restringenda. l. cũ filius. ff. de lib. & posthu. c. odia. de reg. iuris. in vj. & quòd res empta vno pretio nõ possit pro parte redimi, voluit Bar. in terminis, in l. cui vsusfructus. in fi. ff. de vsufru. lega. idẽ Bar. in l. si quis aliã. ff. de sol. Bal. in l. ij. C. de pac. inter emp. & vendi. appositis. & quòd res non possit pro parte redimi, fuit pronuntiatũ arrestũ in parlamento Burgundiæ ad vtilitatẽ greffarii, contra Ioannẽ Mongin. ¶ Vide Boeriũ in cõsuetu. Bituricen. titu. de consuetudine retractus. §. vlti. in fine, & post eundem Boerium vide Ioan. Sanxon in consuetu. Turo-

nen.tit.*des retraictz*.arti.xxij.fo.xcix.Et Pyrrhum in consue.Aureliauen.tit.de retrahendis venditionibus.capite.xxx.ibi est consuetudo talis quòd retractus non pro parte,sed insolidum fit.

IN TEXTV IBI, Ancien.

1 Antiquũ hæreditagium quid dicatur.

QVæro,*quid dicatur antiquum hæreditagium?dic quòd dicitut illud quòd est acquisitum ab aliquo ex antecessoribus nostris,sicut dicitur feudum antiquum esse, quòd est acquisitum ab aliquo ex antecessoribus.Ita tenent & dicunt omnes,maximè Bal.Alua.Præpositus,& do.meus Ias.in procœmio feudorum,in sexta diuisione feudorũ.Et quomodo istud possit probari,vide Phili Deciũ in cons.suo.lxxxviij.in j. & ij.col. vbi notabiliter.¶Si in statuto esset verbum patrimoniale,non comprehenderetur acquisitum à patruo, vel aliis transuersalibus.vt tenet Phili.decius in consi.cclxxv.in vlt.col.in ij.vol.Et quid dicatur antiquum,dixi suprà.in tit.*des droictz & apparten.a gens mariez*.§.vj.in gl.*anciens*.

ITem quæro,pater aliquis & eius vxor constante eorum matrimonio acquirunt aliquã domum,moritur pater relictis pluribus filiis & filiabus,& maximè relicta quadam filia maritata,quæ fuit dotata viuente patre & matre,& renuntiauit bonis paternis & maternis,relicta etiam eius vxore quæ tãquam tutrix, vendidit dictã domum sic acquisitã,nunc quia ista domus fuit vendita nomine dictæ vxoris & suorũ filiorũ,cui ius est acquisitum in illa domo pro dimidia parte,vult nunc altera filia quæ renuntiauit bonis paternis, retrahere dictã domum,an possit illam retrahere pro dimidia parte tantũ,an vero in totum? Ista quæstio est in facto, & quo ad mediam partem non est dubiũ,quòd illud dicitur antiquum hæreditagium quo ad filios.ex quo ergo nomine illorum fuit vendita,non est dubiũ quòd pro illa media parte, retrahere potuit tanquã proxima & proximior quo ad totam domum.ex quo commodè diuidi non posset,videtur adhuc quòd competat ius retractus. cogita ex his quæ dicit Pet.de Ancha.in consi.suo.clx.

Quæstio. SEd quero,aliquis consanguineus meus proximior,emit à me quoddam antiquum hæreditagium,nõ est dubium quòd est acquisitum,quia est contractus emptionis factus in vita prædecessoris,imò vxor haberet dimidiam partẽ,si esset acquisitum constante matrimonio:vult post modũ talis cõsanguineus vendere alicui extraneo,an vnus de consanguineis habeat in illo hæreditagio ius retractus? videretur vt dictum est quòd non,
Nota. quia dicitur esse nouum acquisitũ factum,per illum consanguineum qui vendit.¶Tu dic quòd etiam si transiret per mille manus,quòd semper cõsanguineus si veniret intra annum,debet habere ius retractus. Et potest vendicare ab vltimo emptore,nã bene verum est,quòd si ille consanguineus qui emit ab antecessore tenuisset in manibus suis,ex quo erat proximior non potuisset ab eo vendicari.Sed ex quo iterũ vendidit extraneo, poterit alius consanguineus virtute iuris retractus redimere,etiã si per mille manus transiret.arg.glo. in l.ij.C. de rescin.ven.& in l.minor.in prin.ff.de euic.& in l.in causis.in fi.ff.de mino. p quas ita tenet Ludo. Bologni. in consilio.suo.xxv.in iiij.col.¶Vide Boerium in consue.Bituricen.tit.de consue.retractus.§.j.in gl.ij.

ITem etiã aduerte,quòd si quis vendiderit hæreditagium antiquum cum pacto de retrouendendo,& vigore dicti pacti illud recuperauerit.si post recuperationem sic factam iterum vendiderit,agnatus in hac secunda venditione habebit ius retractus,cum res recuperata,virtute dicti pacti quando est necessaria rei venditio dicitur eadem res,& retinet priorem naturam.dixi suprà.in §.xxv.incip:*la femme ne participe point aux heritages*.in tit.*des droictz & appartenances a gens mariez*.& tenet Philippus decius per plura in consi.suo.lxxxviij.¶Sed quid si recuperauerit filius per rescisionem,eo quòd fuerat pater deceptus vltra dimidiam iusti pretij, & hoc post annum à tempore venditionis,an sit iterum antiquum hæreditagium,consului in casu emergenti,& tenui quòd non,eo quòd post primam venditionem ex quo fuit annus elapsus,exiit extrà familiam,ita quòd semel extinctum est ius retractus quo ad illos de illa agnatione,& maximè hoc casu, cùm si recuperetur per hæredẽ, eo quòd deceptus vltra dimidiam nõ est necessaria rei vendicatio,sed voluntaria, ex quo erat in facultate emptoris supplere verum valorem,& non restituere hæreditagium.tex.gl.& doctores in l.ij.C. de rescindenda vendi.amplè dixi & consului in casu emergenti consi.inci.ex processu moto &c.

IN TEXTV IBI, Le plus prochain.

1 SEd quid* si sint plures proximiores,qui sint in eodem gradu,& velint retrahere omnes rẽ indiuisibilẽ,puta cameram vnam quæ est indiuisibilis,quid fiendum?dic quòd istud inter proximiores est sorte dirimendũ quis admittatur.arg.not.per Bar.in l.si duobus.C. communia de leg. & per Feli.in c.capitulum sanctæ crucis, col.xviij.extrà de rescriptis.& ita tenet Io.sanxon in consue. Turonen.titu.*des retraictz*.articulo.vij.& arti.v.

ET sic iste numerus singularis comprehendit pluralem,vt in simili dicitur de primo currente in brauio, ꝙ qui primò ingressus fuerit castrum habeat tantum.Nam si plures simul ingressi fuerint habebunt præmiũ omnes,idem si detur præmium occidenti hominem talem,nam si plures eum occidant,habebũt omnes præmium,vt habetur per Guiliel.Bene.in sua repeti.capituli.Raynu.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.numero.608.609.& 610.extrà de testamentis.

ADuerte quòd etiam si dictum fuisset simpliciter,quòd cõsanguineus venditoris haberet rem venditam iure retractus,quòd nihilominus adhuc intelligeretur de proximiori.per Bal.Sali.& do. meum Ias. in l.fi.C. de verb.signi.plenissimè hoc disputat do meus Ias.in l.non solum in prin.ff.de no.ope.nun.aliquid per eundem in l.j.in fi.C.vnde vir & vxor.& in l.transactione la ij.C.de transa.¶Nunquid autem filius possit retrahere rem alienatam per patrem,quia Henri.bohic.plenè disputauit hanc materiam in c. constitutus. extrà de in inte.resti.non aliter insisto.vbi concludit quòd sic.istud etiam tenet Lud.bolog.in consi.suo.xiiij.¶Sed quæ-
2 An ipsemet vendens retrahere possit rem venditam. ro,*an ipse homo qui vendidit retrahere possit,si nullus alius veniat intra tempus debitum ad retrahendum? videtur quòd sic,quia nullus est magis proximus sibi,modo consuetudo loquatur de proximo, ergo retrahet. argu.l.iij.C.de contrahen.& commit.stipu.¶Contrarium tamen est veriùs,vt.l.post mortem.ff. de adop.faciunt no.in c.nosti de elec.& l.j.C.ne fiscus rem quam ven.lib.x.& l.ratas.C.de rescin vendi.& l.cum pater.§. libertis.ff.de leg.ij.& l.si mandauero.& ita tenet Raynun.de marliano in suo tra.de retractu. ¶Item aduerte
3 *quòd si cùm antiquo hæreditagio in vna venditione sint mobilia & acquisita, omnia veniunt in retractu per consuecudinem Aurelianen.& quid de iure vide Pyrrhum in consue.Aurelia*.ti. de retractu vendi. cap.xxiiij.

dixi

dixi in glo. præce. ¶ Item si filius vendiderit rem patris,& ei succedat, an possit retrahere . vide Boerium in
loco hîc antè alle.titu.de consue.retrac.§.iij.in fi.glo.

SED pone ꝙ * sunt duo fratres,quorũ vnus est maior natu,alter minor.& simul volũt habere ius retract⁹ 4
dicit tamẽ maior natu,ego debeo habere,quia ex quo sum maior natu,sum præferẽdus.Io.Fab.in §.si plu
res sunt gradus,insti.de leg.agna.succes.soluit dubia quæ in prioritate gradus solui possunt,& dicit fratres cõ-
sanguinei simul admittũtur, sed ex vtroque latere præfertur his qui sunt ex vno latere tãtũ.vide eũdẽ ibi qui
dicit ꝙ primò admittũtur illi,ex parte quorũ deuenerũt bona vẽdẽta quod dicetur infrà.vbi de hoc est cõsue
tudo,& hîc. ¶ Quãdo ꝓximiores sunt pares, quis eorũ pręferatur,vide Alex.cõsi.xxvij.in iij.dubio.in vj.vol.
vbi dicit,ꝙ si vnus est magis cõiũctus seu ꝓximior,ille præfertur,si verò sunt pares,sed vnus sit coniunctus &
consors,præfertur,aliàs pariter admittuntur,nisi vnus præoccupasset litẽ cõtestando,quia tunc melior est cõ-
ditio sua,& præfertur cæteris.Pau.de cast.in cõsi.suo cccxxxiij.incipien.In Christi nomine, in hoc passu duo
sunt.& mouetur,* quia tale ius redimendi rem alienatam est indiuiduum . notat Bar.in l.cũ vsusfructus.ff. *5 Ius retractus est indiuiduũ.*
de vsufruct.legat.& per consequens acquiritur cuilibet in solidum.l.ij.ff. de verborũ oblig. & per consequens
debet esse locus præoccupationi per litis cõtestationẽ l.si pluribus.ff.de leg.j.l.ex duob⁹.la.ij.ff.de duob⁹reis.

SED quęro * an bastardi veniãt ad ius retractus virtute huius statuti,dic ꝙ nõ.quia bastardi nõ habent iu- *6 An bastardus habeat ius retractus.*
ra sanguinis secundum Bar.in l.fi.C.de verb.sig.nec possunt dici agnati vel cognati.l. spurius.ff. vnde co-
gnati.nec appellatione cõiunctorum veniunt bastardi,secundum Io.And.& Inno.in c.nulli. de rescriptis, nec
arma domus possunt portare,secundum Bal.in l.generaliter.C.de insti.& substi.dixi suprà titu.*Des successions
des bastardz*.§. *Le bastard ou bastarde*, in prima glo.Matth. de affli. tamen in commento constitutionis super
iure protomiscos in j.§.in penulti.col.limitat hoc duobus modis.

PRimò nisi sint legitimati,quoniã legitimatio tollit omnem maculam & omnem defectum.§. si quis verò
filios in authen.quib.mod.naturales efficiuntur legitimi.& in §.si quis verò.in d.authen.colla.vj.dixi ple
nè suprà in tit.*Des successions des bastardz*,in §.iij.cuius initium est.*Le bastard ou bastarde*,in fine.do.meus Ias.
in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthumis.

SEcũdò limitat,nisi aliàs se haberet communis vsus loquẽdi, qui in regione versetur.quòd bastardi portãt
arma domus,& cognominãtur cognomine domus suorũ parentum,seu vocãtur de casata. puta * in regno *7 Bastardi in Frãcia sunt de familia.*
Franciæ bastardi gloriantur in hoc,quòd vocentur bastardi talis domus,& portant arma domus.vnde dicit ꝙ
apud tuscos bastardi sunt de domo,& hoc est vt dicit,quia communis vsus loquendi præfertur proprię signi-
ficationi.l.cum de lanionis.§.asinam.ff.de fundo instructo instrumentoque leg.l. librorum.§. quòd tamen cas
sius.ff.de leg.iij.non credo quòd secundum hanc limitationem, obtineret bastardus ius retractus in iudican-
do. Cogita quid fiendum,si casus eueniret.

PLenè de hac quæstione per Philippum Decium in consi.suo cclxxv.in iiij.& v.col.in ij.vol.vbi tenet quòd
nõ.Et eius opinionẽ credo veriorem,quam tenerẽ in iudicando,etiã in legitimatis . ¶ Quòd bastardi in
Francia sint de domo & familia,& quòd cognominentur sub cognomine domus,tenet Guido. pa.deci. sua.
ccccclxxx.Aduerte quia Boerius in suis cõsue.Bituricen.ti.de cõsue.retractus.§.j. in gl.fi. videtur tenere quòd
etiam naturalis admittatur ad istud ius,& etiam adoptiuus,intellige de naturali,nisi sit feudum, vt tenet Ioan.
Sanxon in consue.Turonen.tit.*Des retraictz*.§.j.

SED quid * de legitimis & naturalibus,natis ex parentibus bastardis,an habeant ius retractus tanquam con *8 An legitimi nati ex bastardis.*
sanguinei dic quòd nõ, quia nulla consequentia dicitur illegitima ex causa corrupta siue ex illegitimo nascẽ
di principio,vt in l.fi.C.de naturali.libe.Et ita tenet per plura Mat.de affli.in loco hîc antè allegato,in.xij.col.
faciunt quæ dixi in tit.de feudis,suprà.§.v.inci.*En choses feodales*.in prima gl.quando dixi,an sicut fœmina ex-
cluditur à successione feudi,ita eius filij masculi debeant excludi.Et ibi conclusi quòd sic.

SED quęro,* sunt plures venientes per ordinem,primus non vult redimere rem venditam,quid fiendũ sit 9
per alium?Cy.in l.manifestissimi.C.de fur.dicit quòd vltimus debet instare, vt præcedens vtatur iure suo,
& petere à iudice vt præfigatur sibi tempus ad vtendum iure suo,intra quòd si non vsus fuerit primus,poterit
secundus redimere rem venditam iure retractus.arg.l.penul.ff.de cura.bonis dando. ita dicit Albe. de rosa. in
prima pagina suorum statutorum quæstione sua.xc. ¶ Istud tamen non videtur mihi tutum, vt dicã infrà in.§.
seq.* ¶ Vide Ioannem Sanxon in consue.Turonen.titu.*Des retraictz*.arti.v.in gl.ibi,oritur & alia quæstio.

NEC potest * primus facere per pactum cũ emptore quòd non retrahet . Et si fecerit tale pactum non no- 10
cet secundo in gradu.ita tenet Cy.ibi,ita etiam tenet Mat.de affli.in dicto suo commento, in.§.primo, in
decima col.vbi ad plenum.nam si vnus ex parentibus nolit vti tali iure.accrescit volentibus vti.argu.l.si ex plu
ribus.ff.de legi.hære.& l.penul.C.quãdo non petentium partes.ita dicit Matthæus in loco hîc antè allegato. *11 Quæstio.*

SED quæro,* proximus quidam in priori loco accepit ab emptore ne retraheret viginti frãcos,vel quid a-
liud,secundus videns quòd proximus non retrahit vult retrahere , an teneatur soluere emptori illos vi-
ginti francos datos proximiori ne retraheret?videtur quòd sic,quia ex quo retinuit rem venditam,& pro il-
lo iure soluerit dictam summam,videtur quòd debeat recuperare ab alio retrahente . argumento tex. in l. em-
ptor.ff.de rei vendicatio.& l.cum autem.§.iulianus.& §.fina.cum.l.sequen.ff.de ædil.edicto. ¶ Teneo cõtra-
rium,quia ex quo habemus consuetudinem nostram,infrà quòd proximus non potest cedere alicui ius retra-
ctus in præiudicium remotioris in totum,sic nec in parte,cum idem sit de toto quo ad totum , sicut de parte
quo ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vendica.

CAutius ageret si retraheretur à primo emptore,& iterum eidem venderet,sed esset fraus , cui est obuian-
dum,& si fieret statim venditio præsumeretur fraudulenta ex breuitate temporis,do.meus Ias.in l.de pu
pillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de noui.ope.nun.& dixi.suprà in titu.*des droictz & apparte.a gens mariez*. §. iij.
in gl.*des heritages*.Vide Boerium in dictis consue.tit.de consuetu.retractus.§ iiij.

SED quæro.* an agnatione proximioris,excludatur ille qui erat proximior tempore cõtractus initi, hoc est 12
tempore venditionis factæ,qui tamen nõdum petierat ius retractus,videtur quòd sic,quia huic proximiori

nondum erat ius quæsitum,cum nondum cœperat agere.§.quòd si facto testamento insti.de leg. agnato.succes 13 sio. ¶ *Et ideo si nascatur aliquis proximior ipsi venditori qui ante eius natiuitatem habet alium proximiorem,quæritur,quis istorum præferatur? videtur ꝙ ille qui erat proximior eo tẽpore quo ius retrahendi defertur.l.j.§.proximus.ff.vnde cognati.facit pro hac parte.l.si filiusfa.ff.de verb. obli.dixi suprà in hoc co.§.in gl. *L'homme ou femme*.versi.Itẽ quæro de quæstione.Et adde quæ notantur.xviij.q.j.In principio, maximè si post mortem venditoris sit filius natus,quia non dicitur vnquam fuisse in patris potestate.l.j.ff. de colla. dotis.l. si pater.ff.de suis & legi.l.fi.ff.de assigna.liberto.Quidã dicere vellent quòd neuter retrahet propter perplexitatem.l.si Titius.ff.de verb. obli. Alij dicerent quòd is qui prius agere cœpit.d.l. si Titius & Seius.ff.eo.l.si vero.ff.de pecu.l.quoties.C.de rei ven. ¶ Videtur quòd imò filius,quia vix fieri potest quin esset conceptus,&

14 Proximior dicitur etiã ille qui est in ventre. ideo quoad sui commoda habetur pro iam nato.l.qui in vtero.l.penu.ff.de statu homi.*Et etiã dicitur proximior qui in ventre est. l.j.§. si quis proximior.ff. vnde cogna. & sic haberet prædictum ius. facit.l. quid consanguineo.§. proximum.& l.si vino.ff.de suis & legi.& l.fi.ff. vnde cogna. etiam si proximior iam retractasset per supradicta.

SEd maius est dubium, si appareat filium tempore venditionis nondum fuisse conceptum.argumento.l.primę.§.si quis proximior.ff.vnde cog.& l.Titius.ff.de suis & legi.hære. quo casu fortè venit dicẽdum esse locum præuẽtioni retractando.dicta.l.Titius & Seius.& l.si vero.& l.quoties suprà. allega. hîc tamen nihil conclusiue dico,sed tantũ causa dandi materiam cæteris cogitãdi. consului in casu emergenti, nihil nũc dico,& ex causa.vnum verbum dicit Boerius in consue.Bituricen.tit.de cõsue.retractus.§.ij. ¶ Intellige scilicet dummodo aliàs sit habilis ad succedendum,quoniam si esset monachus,aut aliàs inhabilis ad succedendum,non haberet ius retractus,vt dicit.G.bene.in repe.c.Ray.in gl.& vxorem nomine Adelasiam.nu.220.de test.

IN TEXTV IBI, *Dont meut l'heritage.*

1 Proximitas respectu cuius attẽdi debeat. QVæro *an rectè sentiant qui dicunt non debere haberi respectus in retractu quo ad proximitatẽ ad venditorem,scilicet vt intelligatur cum loquitur de proximiore,quòd non sit proximior venditori, sed intelligitur de proximiore illius à quo originaliter processit hæreditagium,verbi gratia. Titius dominus fundi tusculani decessit relictis duobus filiis,Męuio,scilicet & Sempronio,qui sibi successerunt,& præsertim ipse Sempronius in dicto fundo tusculano.Sẽpronius deinde decessit relictis etiam duobus filiis,scilicet Petro & Ioanne,qui Ioannes sibi successit in dicto fundo tusculano.tandem dictus Ioannes vendidit cuidam extraneo dictum fundum,ad cuius retractum concurrunt dicti Petrus frater dicti Ioannis, & ipse Męuius ipsorum fratrũ patruus,nũquid in hoc casu debeat præferri dictus Męuius,& an sit proximior? videtur quòd sic quia est proximior Titij à quo primordiabiliter fundus procesit,quia illius filius, & hoc videntur determinare illa verba. *Le plus prochain du lignage du coste dont meut l'heritage*. Et multum facit ratio propter quam fuit introducta hæc consuetudo,quia interest nostra habere res maiorum nostrorum.de qua suprà.dixi in j.gl.huius.§.

COntrarium tamen est verum,scilicet quòd proximitas debet attendi,& considerari ad illum à quo mouetur fundus per venditionem,& sic ad venditorem,nec verba aliter sonant, imò hæc verba solum fuerunt apposita propter hoc,quia potest esse quæstio inter duos proximiores; ex quibus vnus non esset ex latere, ex quo processit fundus.verbi gratia.Ioannes de quo suprà,habet alium fratrem ex latere matris,quæ nihil attingebat Sempronio & Titio,quod tamen faciebat Petrus,qui erat frater Ioannis ex latere patris,ex quo voluit consuetudo,quòd in hoc præferretur ille qui erat ex latere illius à quo primordialiter descẽdit,& proximior

Quæstio. tamen venditoris dummodo esset ex latere à quo primordialiter procesit fundus. ¶ Et facit quoniã ex quo ad Ioannem peruenit,non amplius dicitur ex bonis Sempronij per aditionem (quæ semper est in Burgundia statim mortuo defuncto) nec hæreditas,vt tenet do.meus Ias.in l.eius.§. quòd si stipulatus.ff. si certum peta. & in l.j.§.veteres.ff.de acqui.posses.Sed dicitur nunc esse ex bonis & in bonis Ioannis. idem do.meus Ias. in l.recõiuncti.ff.de leg.iij.vbi dicit quòd aliud est hæreditas,& aliud sunt bona. Et ideo cum sit de bonis ipsius Ioannis,& vendat,debet considerari proximitas illius qui vendit,habẽdo respectum ad lineam,ex qua dicitur antiquum hæreditagium immediatè & non mediatè,quoniam inspicimus causam immediatam.

IN TEXTV IBI, *Le peult racheter*

AN ista facultas transeat ad hæredes, vide Boerium in consue.Bituricen.ti.de consue.retractus.§.iij.Et an facultas transeat ad hæredes,vide quæ dixi infrà.§.fi.huius libri ante conclusionem,in gl.fi. Et hæres venditoris potest retrahære.Ioannes Sanxon tit.*Des retraictz*.§.sexto.fo.xcij.

Rachat° qua actiõe aget, & coram quo iudice. QVæro qua *actione,an personali,an reali,an mixta? & hoc seruit ad videndum quis in hac materia est iudex,an iudex loci vbi res est situata,an iudex cõtractus, an verò iudex vbi persona à qua debet fieri retractus habet domicilium,& sic iudex domicilij personæ debentis facere transportum rei sibi venditæ proximo in vim huius consuetudinis.Et videtur primò quòd actione personali:quoniam vt certum est*omnes cõ

2 Cõditiones omnes personales ditiones sunt personales.§.appellamus.instituta,de actioni.Specula. in titulo,de primo & secundo decreto.§. quinto,versiculo,sed nunquid missus.sed ista actio quæ competit proximiori est conditio ex consuetudine, quia non est cautum quo genere actionis agatur,sicut declarat Io.Fab.in §.ex non scripto.in iiij.col.ibi, circa quartum.insti.de iure natura.gentium, & ciuili.Spe.in tit.de feu.§.fi. circa medium. Gui. pape decisione sua cclvij.ibi,sed nónne in casu proposito.Et facit tex.& ibi Bar.in l.vnica. ff.de condi.ex lege. ¶ Secundò facit

3 *quoniam per actiones personales petimus id quod nobis debetur, & sic agimus ad id quod non est nostrũ, sed nobis debitum.do meus Ias.in §.quædam.in iiij.col.circa finem.institu.de actio.cum ergo proximior agat id quod non est propter contractum venditionis factum cum emptore, sed petat id quod sibi debetur, est

4 Actiones reales præsupponunt dominium. dicenda personalis. ¶ Tertiò facit quia constat emptorem esse obligatum ipsi proximiori ad rem restituendã, & licet non ex contractu,tamen ex quasi contractu,ex quo nascitur actio personalis mediante obligatione.§. item si inter aliquos.institu.de obli.quæ ex quasi contractu nascuntur.iuncta l.iij.§. est autem. & ibi gl. magistralis.ff.ad exhi.nec potest diei realis, cùm * actiones reales præsupponunt dominium, vel quasi ex parte agentis.l.in rem.ff.de rei ven.quod nõ habet proximior,sed emptor ratione venditionis,igitur &c.& ideo nõ

t

erit iudex situationis rei cum non sit realis,nec etiam iudex loci vbi contractus fuit celebratus,eo quòd agitur
ad rescissionem & resolutionem contractus vt tenent siuguraliter Bal.& Pau.de cast.in l.ij.C.vbi & apud quos 5 *Quod corã iudice domicilij.*
restitutio in integrũ peti possit.vbi dicit quòd primò anno quo fuit Paduę,respõdit doctori * & ideo erit iu-
dex loci domicilij cum sit generalis & ordinarius.cle.j.vbi glo.in verbo.subditos.de foro compe.Imò etiam
si sit absens poterit citari coram eo ꝙ est semper ordinarius.Panor.in c.fi.in xiij.col.de foro compe. ibi,secũ
do casu principali.Pau.de cast.in l.fi.C.vbi in rem actio.Dicam latiùs infrà.§.xj.

SED an proximus debeat se facere?an vero requiratur procuratorium speciale ad petendũ huiusmodi ius?
videtur quòd sufficit ꝙ sit procurator tantum generalis, cũ persona procuratoris personã domini repræsen
tet.l.ita autẽ.§.gessisse.ff.de admi.tu.dixi.suprà titu.*Des droictz & appartenances a gens mariez*.§. v. in princ.
Quidam tamẽ dicere voluerunt, quòd requiritur procuratorium speciale,ex quo est quæstio de pascíscendo
in genere,& de faciendo actus obligatorios ex parte vtriusque, quod fieri non potest sine mandato speciali.
tex.est in c.qui ad agendũ.§. procur.de procu.in vj.do.meus Ias.in l.transigere.C.de trãsact. Bal.in l.mãdatũ
in ij.col.C.manda.Spec.in titu.de emp.& vendi.Et si requiratur specialitas,tunc persona, res,& causa sunt ex-
primendæ,vt dicit Bar.in l.si quis mihi bona.§.sed vtrum.ff.de acquir.hære.& in l.filiussa.ff. de dona.& in l.
j.§.inter filium.ff.de falsis.Ex quo etiam videtur quòd persona coniuncta pro coniuncta non admittetur etiã
cum cautione de rato.do.meus Ias.in l.exigẽdi.C.de procu.Et in hoc casu ratificatio post annũ nihil operare
tur,ex quo actus debet fieri intra annũ,per tex.in l.bonorum.ff.rẽ. ra.habe.l.fi.ff.quis ordo in bonorũ posses-
sione seruetur.c.nõ solent.ij.q.vj.Alex.consi.cxxxv.in ij.vol.Bal.in l.j.in xiij.col .C.qui admitti.& ibi Barto.
& Bal.in l.fi.C.ad Macedonianum.¶ Aduerte ad vnum quòd dicit Bal.cõsi.suo ccclxxxv.inci.Visis omnib⁹,
in iiij.vol.& Decius in consilio suo iij.in j. vol. * quòd si consuetudo vel statutum dat specialem iurisdictio- 6
nem,vel iudicem in aliquibus causis,exclusis quibuscunque aliis iudicibus,ꝙ etiam videtur exclusus habens iu
risdictionem ordinariam & generalem:de quo vide Boerium in cõsuet. Bituricẽ.titu. de iuris.om.iudi.§.ij.in
glo.fin.quasi in fi.Ex quo videtur dicendum, ꝙ apud nos in causis concernentibus sigillum cancellariæ balli
uus sit exclusus,quòd non est verum,per l.iij.ff.de offic.præsid.& in his cùm sint pares,est locus præuentioni.
Et cum iurisdictio cancellariæ videatur esse quædam iurisdictio delegata ad causas concernentes sigillum,po-
test conueniri per ordinarium, per tex.secundum communem intellectum,& ibi Panor.& Card.Alexã.in c.vt
debitus honor.extrà,de appellatio. vide Areti.in c.cæterum.col.iij.de iudiciis.faciunt ad prædicta quæ dicit
Paris de puteo in tracta.de syndicatu.in litera A,in verbo,arbitrium.fol. xxij. Nota ꝙ ita aliàs allegaui in pro
posito, & faciunt ad prædicta contra iudicem cãcellariæ quæ dicit Boerius in consuetu.Bituricen. titu.de iu-
risdi.omnium iudi.§.v.in glo.licet de consuetudine.

IN TEXTV IBI, Dedans l'an & iour.

DOminus meus Ias.in l.ij.in xxix.col.C.de iure emphy.dicit hunc terminum vnius anni esse inductum à iu *Terminus hic à iure inductus.*
re.per tex.in c.si Titius.si de feudo fuerit controuersia,per quem dicit Bal.notandũ esse & tenendũ mẽ-
ti, pro agnatis proximioribus seu pro consortibus, qui habẽt ex dispositione iuris,legis,vel ex forma statuti
potestatem reuocandi alienata per alios agnatos vel consortes,quia perdunt ius suum, nisi illud intra annum
consequantur,cum alioquin silentio cõtractus confirmetur.Faciunt quæ dicit idem do.meus Ias.in l. prætor.
§.si aliquando.in iiij.col.ff.de noui.ope.nun.& ideo dicit Bald.in d.§.Et refert do. meus Ias.in dictis locis, ꝙ
oportet parentes esse sagaces & bene aduisatos, ne patiantur labi tempus anni. Philippus Decius in cõsi.suo
cclxxv.in fi.in ij.vol.Idem do.meus Ias.in l.petens.in iiij.col.vbi addit alios tex.C.de pac.Feli.in c.quæ in ec-
clesiarum.in xxij.col.extrà,de consti.* Nam annale silentium habet vim refutationis,scientia scilicet mediã- 1 *Silẽtiũ annale.*
te.tex.in §.porro. qualiter olim feudum poterat alie.& in l.ij.ff.quis ordo in bono.pos.serue.& in l.j.§.largiùs
ff.de succes.edicto. & tex.in l.iiij.C.qui admi. Facit text.in d.c.si Titius.vbi est casus similis ad propositum.&
in l.j.C.de anna. excep.

ADDITIO. Aduerte , quoniam ex quo hìc assignatur certus terminus ad hoc faciendum,post termi-
nũ videtur esse prohibitum,vt tenet Matt.de affli.in cõsti.regni Sicilię.quæ incipit, pœnã
corũ.in ij.not.in iij.q.in viij.requisito.in ij.lib.& istud docet in pluribus.Et aduerte,quia vt dicit idem Mat.in
cõsti.regni.Siciliæ quæ incipit,prædecessorum.in iij.lib.dicit ꝙ hic terminus vnius anni constituitur à iure in
multis casibus.* ¶ Et quia dicitur scientia mediante,videndum est an istud tempus currat à die scientiæ tan-
tùm,an à die contractus.Dicam infrà in §.v.inci.*ledict an & iour est a compter.*

SED quæro,quidã consanguineus habens facultatem redimendi, vltima die comparet, & præsentat pecu-
nias emptori,qui quidem emptor recusauit recipere,an poterit facere citare de nocte coram iudice ad reci
piendum dictas pecunias,& ad faciendum eidem trãnsportum in vim iuris retractus?tractãt omnes in l.nõ mi
norẽ.C.de transa.qui actus fieri possint de nocte.Quantum ad hũc casum licet videatur ꝙ citatio de nocte fie
ri non possit regulariter,vt not.in d.l.nõ minorem.Credo tamẽ ꝙ hoc casu fieri possit,nã licet citatio die fe-
riata fieri nõ possit l.more.ff.de iuris.om.iudi.tamẽ hoc fallit quãdo res esset tempore peritura.l.j. & ij.cũ ibi
not.ff.de fer.Faciunt notata in c.consuluit.de officio dele.& in simili tenuit Sali.in d.l.non minorem.in solu-
tione quæ debet fieri circa diẽ , quia potest offerri pecunia de nocte,& operabitur illa oblatio interruptionẽ
præscriptionis statutariæ,aut ex pacto.* Et facit,quia quando periculum est in mora, receditur à regulis iuris 2 *Propter periculũ,à regulis iuris cõmunis receditur.*
communis,vt per plura tenet dominus meus Iason in l.de pupillo.§. si quis riuos.ff.de noui ope. nun.& in l.
si priusquam in vlti.colum.ff.eodem titu.faciunt quæ dicit Felin.in c.ex parte.in iij.col.& in fi. extrà,de offic.
deleg.Faciunt quæ dicit idem dominus meus Iason in l,ij.in v.col.ff.de iuris.om.iudi.

SED quæro,aliquis vendit aliquam rem extraneo , & lapsum est tempus redimendi , post tempus lapsum
emptor vocauit proximum vt veniret ad redimendum,nunquid possit postmodum ei opponere quòd tẽ-
pus redimendi est lapsum?Bar.veronen.in cautelis suis cautela sua lxxxviij.quæ incipit,si petens se mitti.dicit
quòd non,& refert dominus meus Iason in l. de pupillo.§. seruo.in j.col. ff.de noui ope.nun. qui dicit quòd
istud est verum & notatu dignum.

3 Tempus hoc an currat minori

SED an istud tempus currat minori, vide Gui.pape.q.sua cclvij.ibi,sed an illud tempus.Dicit tamē Alexā. in cōsi.suo xxiiij.in fi.in iiij.vol.* ꝙ tale tempus à statuto vel lege municipali præfixum non potest consensu partium prorogari,ꝙ not. ¶ Istud idem tenet Io.Sanxon in cōsuet.Turonē.titu.*De retraictz*,arti.j.vbi prædicta alle.Et quomodo currat istud tēpus,vide Boerium in loco hic antè alle. titu.de consue.retractus.§.j.

ITtem aduerte quòd ex quo est præscriptio annalis,quæ est inducta à statuto seu consuetudine, quòd nisi in hoc casu proximus retrahere volens cōtestatus fuerit litem, sed solum aut extraiudicialiter interpellauerit, aut etiam conuenerit emptorem,& non prosecutus fuerit, & steterit absque alia prosecutione per annum, ꝙ hæc præscriptio annalis statutaria non erit perpetuata, sed solum interrupta: & sic si currat aliud tantū tēpus quātū erat ab initio,absque eo ꝙ fuerit prosecutus ius suum retractus, & exclusus erit à dicto iure.per ea quæ dicit Bal.in l.sicut in j.& ij.col.C.de præscri.triginta vel quadraginta annorū Bal. & Ale.in l.si seruum.§.sequitur de eo videre.ff. de verb.obli. vbi dicit de interpellatione extraiudiciali, an interrumpat præscriptionem statutariam.Et vide do.meū Ias.in §.pœnales.in xxj.& xxij.col.insti.de acti.

ADDITIO. Vide Matt.de affli.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, minorū iura in j.not.& etiā de quæstione præcedēti vide Bar.& Sali.in d.l.sicut in rem. vbi est materia. & ita dixi pluries in cōtingentia facti de multis qui intentauerant ius retractus, & antè litem contestatam dimiserant prosecutionem per annum integrum,quòd ius eorum retractus amiserunt. * ¶ Ex quibus semel dixi, quòd cum quidam interpellasset emptorem hæreditagij antiqui & pecunias præsentasset, & consignasset in manibus notarij recipientis instrumentum de interpellatione & consignatione, ex quo non fuerat prosecutus ius suum nisi post tres aut quatuor annos à tēpore interpellationis,quòd non debebat audiri. Et aduerte etiā, quia vt dicit Ias.
4 præceptor meus in l.si.ff.de eo per quem factum erit. * ꝙ per interpellationem extraiudicialem non interrūpitur præscriptio statutaria.Et idem dominus meus Ias.in d.§.pœnales.in xxij.colum.

CRedo tamē ꝙ si fuerit in processu, & sic habuerit actionē nouam subrogatam in locum primæ,per vocationem emptoris in ius ꝙ erit perpetuata, secūdū tex.singularem in l.quod debitori.ff.de donatio. causa mortis.de quo per do.meum Ias.in l.certi condictio.in fi.viij.col.ff.si cer. petatur. Sed credo quòd hoc tantum casu esset, quando post annum elapsum consentiret emptor quod consanguineus adhuc posset retrahere,quia tunc facta postmodum oblatione intra illum secundum annum illa actio esset perpetuata.

Casus.

FVI interrogatus de casu sequenti.quidam tam nomine suo quā fratris,se fortem faciendo pro eo promittendo facere ratificari venditionem per eum factam, vendidit aliquod hæreditagium antiquum pro pretio trecenta.librarum Turonen.frater verò nomine cuius in parte fuerat venditum,ratificat dictam venditionem mediante summa quinquaginta librarum Turonen. an cōsanguineus retrahens dictum antiquum hæreditagium,teneatur restituere dictam summam quinquaginta librarū Turonen. cū dictis trecentis libris? ¶ Credo ꝙ non,nam nō est dubium ꝙ primus venditor frater se fortem fecit pro fratre,& promisit facere ratificari contractū venditionis per iuramentum per eū præstitum,ex quo tenetur præcisè. gl. est in l.si pecuniam.§.si seruum in verbo,necesse.ff.de condic.ob causam causa data.de qua per do.meum Ias.§.item si quis postulante.col.ij.insti.de actio.Et ideo ex quo iurauit tenetur præcisè ratificari facere, si ergo frater ratificauerit etiā licet quid vltra habuerit,est in consideratione.Item etiam ex quo venditio fuit facta per fratrem nomine fratris,& sequuta est ratificatio,retrotrahitur & maximè ratihabitio negotiorum ad illud tempus reducitur seu refertur in quo contracta sunt.l.donationes.C.de dona.inter virum & vxorem.facit regula ratihabitionem. de reg.iuris.in vj.vide infrà hoc eodem ti.§.v. ¶ De hac dictione infrà an sit exclusiua vel inclusiua,vide in c.j.de clericis coniuga.& in c.pia.de exceptio.& quæ notantur & dicuntur per Albericum de rosate in l.quòd ius. C. de procu.vbi ponit dictiones exclusiuas & inclusiuas.

IN TEXTV IBI, *En rendant.*

ADuerte,quia debet offerre,& in eius recusationem debet pretium consignare, & deponere in manibus iustitiæ.vt l.acceptam.& ibi Cy.Io.fab.Bal.Ang.& Sali.C.de vsu.& l.si rem alienam.§.fi.& ibi Bar.& Ale. in additio.ff.de pig.& l.si obsignatione.& ibi doc.C.de solu.& dicit Io.fab.in.§.ex non scripto.in ij.co.versi. circa quartum.insti.de iure naturali.quòd quæritur domino & proximiori ius in re vendita,per oblationē & consignationem pretij,sed tu dic quòd in hoc casu ex quo proximior vult aliquod ius consequi debet offerre.consignare,& deponere,& quomodo fieri debeat,vide do.meum Ias.in l.si ita quis promiserit.§.sciētia cauit.in tertia parte.ff.de verb.obli. ¶ Et si realiter offerat,cōsignet,& deponat,& immediatè recuperat,videtur renuntiasse depositioni & consignationi,vt dicit Io.fab.in d.l. acceptam.alle.l.debitor.ff. de vsur.& l.j.C.qui potio.in pig.habeantur.& l.si priusquam.C.de distra.pig.& dicit Ang.de perusio. in d.l.j. quòd si recuperetur pecunia quæ deposita est,est perinde ac si nō fuisset consignata.Et aduerte quòd cōsuetudo loquitur per gerundium,quando dicit,*en rendant*,quòd idem est quòd reddendo,& tamen gerundium importat necessitatem, prout amplè docto.in rub.C.de edendo.& ibi do.meus Ias.post alios,& etiam importat conditionem.Bar.in l.j.in vlti.col.ff.de condi.& demon.& in l.si tu ex parte.ff.de acqui. hære. debet illud necessario & in forma specifica adimpleri,aliàs si sit defectus in pretio,non habet proximus actionem cum statuta sint stricti iuris, & qui cadit à syllaba,cadit à toto.ideo caueant retrahere volentes,ne deficiant in consignatione fortis principalis etiam in modico,quia non obseruarent formam,ex quo actus esset nullus.* ¶ De materia huiusmodi oblationis,plenè dixi in consilio statim allegando in gl.seq.

IN TEXTV IBI, *Le pris.*

INtellige quòd istud pretium sit de pecunia vsuali,quoniam si esset declamata oblatio & consignatio,nō esset valida,& etiam si pecunia esset falsa.notant docto.post gl,in l.omnes in verbo,nō habet.C.de hære.Bar. Bal.& Alex.in apostil.ad Bar.in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig.actio.Io.fab.in.§. item pretium.insti.de emp.& vendi.& ibi Ang,Are. ¶ De cursu vero monetę declamatę in Frācia siue sit debilis,siue non,vide Io. fab.in aut.hoc nisi debitor.C.de solutio. ¶ De materia huius gl.vide Boerium in consue.septenæ Bituricen.tit. de consue.retentionis.in §.iij.in gl.fi.Et de mentione in pretio vide eundem in dicto tit.§.ij. ¶ Vide etiā eundem

dem Boeriũ in d.tit.§.iiij.vbi dicit quòd quando pretiũ est certum & liquidatũ, tenetur consignare re aliter id ꝙ certũ & liquidũ est,si verò sit incertũ & nondũ liquidatũ sufficit cõsignare,& offerre soluere residuũ ꝙ liquidabitur p tex.multũ singularẽ & peculiarẽ in hoc apud practicos Galliæ in l.statuliber rationẽ.ff.de statuli ber.& istud nota quia seruiet tibi ad multa,maximè ad illã oblationẽ generalẽ quæ cõmuniter fit in talib⁹ cõsignationibus,quia nihil operatur,nisi quando pretium non est certum.& ita pluries dixi in contingentia facti.*

QVæro,quid*veniat appellatioue pretij? dic quòd continetur quicquid datũ est,etiã si non sit pecunia.ff. 1 *Pretij appel. quid veniat.*
de cõtrahen.emp.l. fundi partẽ dimidiam. Et ibi Bal. qui plura ad hoc allegat.l.tenetur.§.j.ff. de actio. emp.facit tex in l.debet.ff. de ædili. edicto l. in tantum.cum duabus legibus sequentibus.ff. de liberali causa.l. si venditor.ff.de seruis exportã.facit tex.in l.si non fuerit.§.j.ff.pro socio.& in l.si ea pactione.C.de vsu.& in l. penul.ff.de hære.vel actio.vendita.tamen hìc non cõtinetur datum proxenetæ,ex quo datur non ex voluntate venditoris,sed emptoris.facit tex.in l.ij.ff.de proxene.imò dicit Albe.de rosa.in d.l.fundi partẽ. quòd preces quæ quandoque fuerunt circa venditionem sunt pars pretij.j.q.j.c.sunt nonnulli.& dicitur concordare illud quod vulgariter dicitur.nulla res carior est,quam quæ pretio empta est.& pro hoc.l.si sterilis.§.si tibi.ff.de actio.emp.l.cum duobus.ff.pro soc. *Vulgare dictum.* ¶ Et ideo aliàs dixi,ꝙ pretiũ datũ etiam non scriptũ, vel si quid sit solutũ pro vinis quæ cõmuniter esse solẽt in venditionibus,quòd debet solui & reddi,& sic offerri.vide.infrà eo.tit. in gl.fi.& cõsului in casu emergẽti.vide etiã Boeriũ in prædictis cõsue.tit. de cõsue. retẽtionis rei ũ feudaliũ.§.ij

SEcundò quæro iuxta prædicta,multi faciunt in cõtractu venditionis apponere certum pretium, & residuũ valoris rei etiam æstimatum ad certam summã donant emptori.quæritur quomodo consanguineus poterit *Quæstio.* isto modo redimere,cùm*in donatione non habeat locum ius retractus;ergo ex quo videtur quòd vna pars 2 rei est donata,videtur quòd in illa parte nõ habeat locum ius retractus.dicit tamen Panor.in c.fi.in iij.col. extra de alie.mutandi iudicij.quòd quando pars rei venditur,& pars donatur quòd præsumitur contractus simulatus. ¶ Ex prædictis hìc antè dictis videretur quòd hæc clausula,& quòd plus valet,dono,apposita in contractu sit pars pretij per l.fundi partem.ff.de contrahen.emp.& per dictum Albe.ibi.

NVnquid*autem hæc clausula,& quod plus valet.dono,impediat rescissionem contractus, in quo quis est 3 *Clausula,&c. quod plus valet,dono.*
deceptus vltra dimidiã iusti pretij? Bar.& alij in l.si quis cum aliter.ff.de verbo.oblig. vide Panor.in c. cũ causam.extrà de emp.& vendi.vbi dicit quòd quãdo dicitur,ꝙ plus valet dono,siue in parua,siue in magna quãtitate,quod tunc impeditur rescissio contractus.Et dicit etiam Alex.in consi.cxxv.incipien. visis & cõsideratis statutis in.vij.col.in j.volu.quòd etiam si scienter donet, impedit rescissionem contractus. ex quo dicit ꝙ cautela est,quòd in contractu apponatur ex certa scientia,sciens talem rem valere plus,donat illud plus,& dicit Bal.ita dixisse in l.ij.in septima quæstione.C.de rescinden.venditione.de hac quæstione vide Bal.in cõmento constitutionis super iure protomiseos.in finalibus verbis.vbi dicit, quòd quando est data certa quantitas pretij,& reliqua est donata,quòd videtur quòd pro rata pretij recepti debeat solui.ita videtur not.glo.in l.penul.ff.de ædili.edi.& videtur in l.si quod ex Pamphila.& in l.qui solidum.§.primo.ff.de lega.ij.

ADDITIO. De huiusmodi maiori valentia,in contractu venditionis an donari possit,vt propter hoc contractus non præsumatur illicitus,vide Bertrandi in consi.suo.clxvij.in j.parte,quasi in fi.& dicit idem Bertrandi in consi.suo.ccclxxxiiij.in ij.parte quòd maior valentia etiam in excessu dupli,potest irreuocabiliter donari per minorem,& valet nisi in hoc quod appareret eum plus donare, quam crederet. Et etiam idem Bertrandi in consi.suo.lxix.eadem parte.ij.dicit quòd illa maior valentia in contractu permutationis,etiam si in triplo excedat potest donari.dicit tamen idem Bertrandi in consi.ccxxxvj.in ij. parte quòd hæc clausula.quòd plus valet donat,facit præsumere contractum simulatum.*

SED an retrahens*possit petere fructus rei emptæ ab emptore.Io.Fab.in §.actionũ in ij.col.ibi.Et ista faciunt secundũ eum ad quæstionem.insti.de actio.dicit quòd non, nisi à tempore litis contestatæ, cùm fru- 4 *Fructus an peti possint in retractum.*
ctus non veniant in actione stricti iuris nisi à tempore litis contestatæ:& conditio ex consuetudine est stricti iuris.Et hoc verum,vt fructus sed vt interesse seu partem rei sic,saltem à tempore moræ.vide plenè Alb. de rosa te in prima parte suorum statutorum quæstione sua.xcvii.Gui.pa.in quæstione sua.cclvij.ibi,sed nónne in casu proposito. ¶ Dic hoc esse verum,nisi retrahens esset in mora prosequendi, & discontinuata esset instantia ex mora & negligentia retrahentis,vt dicit Pyrrhus in consue.Aurelianen.tit.de retractu venditionis,capite. xxxj.

QVia dicitur * *En rendant le pris*, an sit necessaria consignatio.vide ex his quæ notantur in l.si à te.C.de 5 *An requiratur consignatio pecuniæ.*
pac.inter empto.& vendito. & in l.ij.§.fi.C.de iure emphy. vbi docto. ponunt,maximè do. meus Ias.in lxxxv.& sequenti col.quando sufficit sola oblatio ad euitandum pœnam. ¶ Faciunt ad materiam quæ notantur per omnes.in l.acceptam.C.de vsu.vbi Alex.in apostillis.ad Bar. quærit, an sufficiat pecuniam offerre in sacculo.uide ad hoc Bar in l.cùm seruus.ff.de condi.& demonstra. Alex.in consi.cij.in iij.col.in.j.volu. Romanum consi.cccx.& cij.in fi.dixi aliàs & consului in casu emergenti,qui nondum est decisus. ¶ Adde*quòd etiam sufficit offerre de nocte dummodo sit vltimum tempus,seu vltima nox anni,quia habet annum integrũ. 6 *Potest offerri de nocte.*
ita dicit Sali.in l.non minorem.C.de transac.& dixi plura de hac materia oblationis in consi.meo inci.quia casus.& vide Boerium in locis hìc antè alle.tit.de consue.retentionis feudorum.§.iij. ¶* Et aduerte etiam, quia 7
si nesciatur verum pretium,sufficit offerre certas pecunias, & offerre perficere si maiori pretio reperiatur rem fuisse emptã.vide Boeriũ in loco hìc antè alleg.tit.de cõsue.retractus. §.iiij. ¶ Aduerte tamen quòd oblatio generalis nihil operatur vt dixi in d.consi.& vide Iac.de sancto Geor.in l.quidã æstimauerũt.in fi.ff.si cer.pet.

ADuerte*tamẽ ad supra dicta,quia ex stylo & consue.pecuniæ realiter cõsignantur,& deponũtur penes cu- 8
riam,imò remanẽt penes curiã,& ita se habet cõmunis vsus,stylus, & cõsuetudo qui in hoc ita obseruantur.dixi in gl.præcedẽti.sola oblatio tamẽ sufficit ad cõstituẽ dũ quẽ in mora.Alex.in consi.cxxx.inci. in causa strazarolorũ.in iiij.col.in iiij.vol.& debet esse prædicta oblatio realis,quia verbalis nõ prodest, vt dicit ibi Alex.& in cõsi.seq.in vlti.col.& in cõsi.xxj.incipien.viso processu satis lõgo.in penul.col.in.j.vol.Barba.in cõsi.xxxvj.in.xviij.col.& seq.in ij.vol.Roma consi.clxiij.in fine.& ad superius d.vide Fran.de aretio.consi.lxiij. Ancha.consi.cccxxxj.& Alex.in consi.cvj.col.vij.versi.non obstat.& consi.xcviij.col.penul.in iij.volu.

9 *Quale pretiũ requiratur.* SED quæro * quale sit istud pretium quòd debet reddi & restitui, an verò istud pretium secundum valorẽ rei, an verò pretium quod inuenit venditor ab emptore? pone casum. Sempronius aliquis vendidit rem pro xv. vel xx. consanguineus petit illam iure retractus, & offert decem pro valore, dicendo esse verum valorem rei, dicit emptor ego inuenio viginti, ego volo tantùm, quid iuris? Bal. in l. ij. C. de rescinden. venditio. in lectura dicit hunc consanguineum debere dare pretium quòd venditor habuit ab emptore, sed videtur dicere contrarium in l. ad officium. C. communi diuidun. dominus meus Iason in l. iij. in vij. col. ver. & propterea per hunc textum. C. de iure emphy. Dicam latius infrà in §. fi. huius tituli.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit subiectorum nostrorum. in iiij. nota. in tertio libro. *

IN TEXTV IBI, *Les fraiz raisonnables.*

Expen. in re retrahenda facta reficiẽdæ. NAM istud est æquum, * ꝙ sumptus reficiat, si qui facti sunt in re empta. facit tex. in l. intra vtile. §. fin. ff. de mino. Et ideo dicit Alber. de Rosa. in d. §. fi. qui incipit, vendentibus. ꝙ ille textus facit, ꝙ si res vendita extra agnationem possit recuperari per proximiorem agnatum ex consuetudine, & emptor in re empta fecit expen. vtiles & necessarias, quòd volens recuperare tenetur eas refundere. Ita etiam dicit in prima parte suorum statutorum, quæstione sua. xcvj. Et sicut minor repetit iure speciali contra ius commune, & refundit expen. vt in dicto. §. fi. sic & ille qui vult recuperare ex consuetudine vel statuto, recuperat contra ius commune. l. dudum. C. de contrahen. emp. faciunt ad prædicta. l. si sine hærede. §. interposito. ver. item respondit. ff. de admini. tuto. l. penul. in prin. ff. locati.
2 * si tamen iste emptor in fraudẽ volentis recuperare faceret nimis magnas expen. & onerosas, tunc secus esset. l. si seruos. ff. de pig. actio. l. sed an vltro. §. j. ff. de neg. gest. l. in fundo. ff. de rei vendit. & in l. imperatores. ff. de in diem adiectione. Et ideo dicit Albericus in dicto loco, quòd putat cautum & vtile volenti recuperare, si denuntiet emptori quòd nullas faciat expen. quoniam eas recuperare intẽdit. arg. eorũ quę ipse notauit in l. si fundi. C. de rei ven. ¶ Vide etiã ad prædicta Io. de Platea in l. excellẽ-
3 tia. C. de eroga. milita. anno. lib. xij. vbi dicit * quòd tales expen. quãdo sunt magnæ debent ꝓbari per scripturam, vel alio legitimo modo, per illũ tex. secus autem si sint paruæ, quia statur iuramento, secũdũ Bar. in l. j. §. officio. ff. de tutelis & ratio. distrahendis. ¶ Et quomodo probentur expen. per iuramentũ, vide do. meũ Ias. in l. fi. §. in computatione. in ij. col. C. de iure delibe. & in repeti. l. admonẽdi. in xlviij. col. ff. de iureiur. Alexã.
4 *Proxenetæ data non reficiũtur.* in consi. xlv. in ij. col. in j. vol. * Si autem interuenerit mediator seu proxeneta, cui emptor aliquid dederit nõ tenetur soluere proximus. ꝑ tex. in l. debet. ff. de ædil. edic. Et l. ij. ff. de proxenetis. Ang. Areti. in §. duplũ. in penul. col. insti. de actio. & in l. j. §. videamus. ff. de vsu. vbi ponit materiam quando teneatur proximus ad expen. ¶ Et nunquid ille à quo res vendicatur teneatur fructus restituere. vide Guil. pape decisione cclvj. in ij. colũ.
5 *Expen. in soluendo vinum.* ¶ Vide quæ dixi. suprà titu. *Des rentes uendues a reachat.* §. j. ibi, secundum est. in additione. ¶ * Quid de expẽ. quæ fit ex communi vsu patriæ puta quæ fit in bibendo, vt sunt vina quæ soluuntur per emptorem an proximus teneatur soluere. Nam apud eos licet nihil dicatur, nec sit aliquid scriptum in cõsuetudinibus nostris, tamen communiter solent emptores, & venditores aliquarum rerum semper apponere vina, & solent emptores soluere talia vina. Et ideo cùm contractus simpliciter factus intelligatur secundum consuetudinem, licet vina non sint apposita in instrumento, tamen quia de consuetudine solent solui per emptorem, tenetur consanguineus retrahere volens illa soluere. arg. nota. per Bar. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. vbi dicit ꝙ contractus simpliciter celebratus, intelligitur secundum consuetudinem, faciunt infinita allegata per do. meum Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. col. iij. ff. si certum peta. Barba. consi. suo. lxvj. col. iij. & in c. cum. M. Ferrarien. in. xvj. charta. col. lxj. extrà de constitu. & ibi Feli. in. iij. col. & in c. ex literis. col. vij. extrà de fide instru. Et ideo licet pretium tale non sit in instrumento, debet tamen solui, quia plus valet quod agitur & c. l. j. C. plus valere quod agitur. ¶ Idem etiam si sit aliud pretium re vera, quod non est positum in instrumento. Sali. & in l. fi. & ibi do. meus Ias. C. de iure emphyteu. consului iu casu emergenti. ¶ Dic etiam quòd aggeres & fossata sunt impensæ necessarię. Ioan Sanxon in consuetudi. Turonen. tit. *Des droictz de retraict*, articulo. xiiij.

6 *An instrumentũ emptionis.* ITem quæro, an parens proximus qui petit rem venditam ab emptore sibi restitui iure retractus, debeat soluere instrumentũ emptionis. Albe. de rosa. in l. dissolutæ. C. de condi. ex lege, dicit quòd expen. instrumentorum & chartarum spectant ad ipsum, & de iure emptor tenetur soluere instrumẽtum emptionis, quia istud instrumentum ad probationem iurium suorum, stare debet penes ipsum emptorem. vt in c. j. extrà de probatio. ex quo videtur quòd retrahẽs non tenetur illas soluere, eo quòd ad ipsum emptorem spectant. faciũt ad prædicta quæ dicit Bar. Veronen. in tractatu de simulatione contractuum. in sexta præsumptione.

TAmen aduerte quia ex quo hîc de consuetudine nostra, tenetur facere cessionem seu transportum de iure suo acquisito per emptionem. Et cedendo seu transportando tradit litteras emptionis, tenetur coniunctus soluere illas chartas seu instrumentum. ¶ Et aduerte ꝙ retrahens tenetur soluere, & ab eo petendi sunt, & non à venditore. facit tex. in l. Titius la premiere. ff. de actio. emp. vbi loquitur in euincente. vide Pyrrhum in consue. Aurelianen. tit. de feudis. capite quinto. vide pariter Boeriũ in cõsue. Bituricen. tit. de cõsue. feudorũ, & censu. §. iij. & dixi infrà in tit. seq. §. j. in gl. longa. in additione ibi posita. & in tit. de consue. retractus. §. iiij. vbi ponit quas expen. & missas possit repetere. & vide ibi quid in datis proxenetæ seu mediatori.

§. SECVNDO.

SE vng autre du lignage dont procede ledict heritage vendu, & qui ne soit point le plus prochain au reacheteur, & veult reacheter ledict heritage vendu dedans l'an & le iour, le plus prochain dudict lignage le peult retraire & reacheter de luy, ou de l'acheteur, dedans le premier an & iour.

ISTA consuetudo est quasi generalis in tota Gallia. videtur tamen in aliquibus contrariari consuetudo Niuernen. & multæ aliæ consuetudines, cùm diceret quòd in venditione facta vni ex consanguineis etiam in vlteriori

in vlteriori gradu non est locus iuri retractus.

COncludit Ioan.Fab.in §.si plures.insti. de leg.agnato.succesio * quòd proximior semper præfertur, po- 1 *Proximiore recusante retrahere, locus est remotiori.*
test etiam tamen remotior retrahere si primus nō retrahat,& potest remotior interpellare proximiorem vt retrahat,vel declaret animum suum,an velit retrahere:qui si recusauerit,sequens non habet annum integrū computandi à repudiatione sed residuum anni.argumento.l.fi.C. qui admit. ne in infinitum tempus extendatur.l.xj.§.si quis decem.ff.de leg.iij.qui bona.§.fi.C.de sacrosan.ecclesiis.cum similibus. Vide quæ in hoc dicit Gui.bene.in sua repe.c.Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam.nu.156.& 606.vbi dicit quòd in consuetudine Parisiensi præfertur qui primo citari fecit.¶ De materia huius §.& quando sunt in eodem gradu,quis præferatur vide.Boerium in consue.prædictis.tit.de consue.retractus.§.ij. vbi amplè ponit quis dicatur proximior,& quomodo remotior potest interpellare proximiorem,dixi suprà.§. primo huius tituli. in gl. *Le plus prochain.* Et an remotior post repudiationem proximioris,habeat tantum residuum temporis,vel integrum annū.¶ Et aduerte ad ea quæ ibi dicit idem Boerius.quòd dictum Ioan.fab. debet intelligi quando fratres simul veniunt,secus si vni primo fuisset deliberata,quia tunc alij non admitterentur.

ADuerte tamen quòd ista interpellatio non videtur esse alicuius effectus:quia ex quo proximiori datur annus ad retrahendum,per beneficium quòd à consuetudine vim legis habente sibi datur, non est illi auferendum,regula iuris indultum. de regu.iuris in vj.nec credo quòd talis terminus possit per iudicem abbreuiari,nec eidem possit per iudicem præfigi minus tempus,quia hoc casu inferior tolleret legē superioris. & quicquid dicant alij,ego semper fui in hac opinione, sed in hoc prouideat sibi remotior,quòd offerat antè annum non expectata oblatione proximioris. & hoc casu anno elapso si proximioris non superueniat, ius est acquisitum remotiori qui obtulit.

SED pone * quòd vnus consanguineus vult retrahere,puta remotior,& citare facit emptorem ad recipien- 2 *Quæstio.*
dum pretium,offert pecunias,consignat & deponit,prout solitū est antè annum, oritur quæstio inter eos, eo quòd ille qui emit,allegat quòd non emit.interim labitur tempus vnius anni,an istud tēpus currat isti consanguineo.Bal.Sali.& Pau.de cast.in l.contra maiores. C.de inof.testa. ex notatis per eos videntur ibi tenere quòd non,eo quòd non habet scientiam certā & firmam antè exitum controuersiæ.& Bal.ibi in specie quærit de hac quæstione quā decidit.vide eū.Vide etiam Gui.pa.q.sua.cclvij.in prin. ¶ Vide Boerium in consue. Bituricē.tit.de consue.retractus.§.primo in gl.j.&.§.tertio.in gl.magna.vbi dicit quòd proximior agnatus qui recepit venditionem pro se & alio agnato remotiori,præiudicat sibi in iure prioritatis retractus.¶ Sed iterum *Quæstio.*
quæro,an si Sempronius emerit antiquum hæreditagium à Meuio,& possederit per sex menses,& postmodū eidem Sempronio moueatur quæstio per Titium,super proprietate aut possessione dicti fundi, ita quòd necesse fuerit fecisse expen. An si consanguineus velit retrahere,teneatur ad tales expensas,Ioan.Sanxon in consue. Turonen.*des retraictz*,arti.v.fo.xcij.mouet hanc quæstionem,vbi tenet quòd sic.

§. TERTIO.

SE l'heritage est vendu a vn du lignage,qui ne soit du costé dont il est mouuant,ou que ce soit vendu a l'un du lignage, & du costé mesme dont il est party, s'il y a plus prochain parent que l'acheteur, & du costé dont est mouuant ledict heritage,il le peult reacheter dedans ledict premier an & iour,en rendant le pris & les fraiz raisonnables.

ISta consuetudo viget etiam in multis locis Franciæ,& maximè in comitatu Niuernensi.¶ Ioā- 1
nes Fabri in §.ita demum.instit.de hære.quæ ab intesta. deferun. dicit * ꝙ si res sit vendita alicui de genere in remotiori gradu.ꝙ proximior potest retrahere virtute cōsuetudinis. & dicit ꝙ ille §.facit ad hoc Et dicit etiam istud esse expressum in feudis.§.Titius.si de feudo defuncti contentio sit.facit l.vnū ex familia.§.j.ff.de leg.ij.cū ibi no.Et faciūt ad prędicta quæ dicit Pet.de anch. in consi.suo ccclxxj.ꝙ incipit, Antè omnia videndū est.cū sequenti consi.¶ Boerius in consue.Bituricen.tit. de consue.retractus.§.iij.allegat Pet.de ancha.hic allegatum,& non Ioannem.Fabri.vide allegata per eum.

SED quæro an iste secundus * emptor,seu consanguineus qui est proximus in gradu,qui retrahit ab alio re- 2 *Quæstio*
motiori,qui iam retraxerat ante annum,teneatur soluere consanguineo remotiori à quo retrahit ante annum & diem expen.factas per eum in retrahendo,scilicet in instrumentis,& chartis confectis super primo iure,an verò tantum expensas factas per primū emptorem, nam proximus consanguineus habuit annum ad retrahendum de iure,in quo non potuit præiudicare remotiori in totum ipsum auferendo, ergo nec in parte illius commodi quod habebat,ex quo in facto dixi.quòd cum remotior non interpellauerat proximiorem, sed absque interpellatione antè annum retraxerat rem venditam per consanguineum,quòd consanguineus proximior veniens antè annum non tenetur soluere expeñ. factas in dicto retractu per ipsum remotiorem, facit l. si quis domum.§.idem quærit.ff.locati.& in l.quibus diebus.§.j.ff.de condi.& demon.quia dicit text. in dicto §.idem quærit.hoc euenire posse.perspicere debuit.quòd not.dixit tamen mihi quidam quòd istud erat contra textum nostræ consuetudinis.Cogita.

QVia hìc dicitur, *Se l'heritage est uendu a un du lignage qui ne soit du costé dont il est mouuant*. Aduerte ꝙ si fiat venditio alicuius fundi proximiori.quòd alij remotiores non possunt petere ius retractus. ¶ Primò quia in hoc casu ratio statuti cessat,quæ est vt non exeat extra agnitionem,nam ex quo est in manu proximi de agnatione, non habet locum dicta consuetudo. & hanc dicunt Albericus de rosate & alij esse rationem huius consuetudinis seu statuti.ita dicunt in l.ad officium.in fi.C.communi diuidundo.¶ Secundò. * quia nō 3
dicitur alienari quando transfertur in proximum consanguineum, quod patet. videmus quòd si testator prohibuit rem alienari,dando sorori non videtur alienare.l. cum voluntas. C. de fideicom.l. vnum ex familia.§.ij. ff.de lega.ij.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij.glo.in c.apostolica, in verbo, alienare extrà, de his quæ fiunt à prælato sine consensu &c.

§. QVARTO.

SE l'heritage vendu n'eſt retraict par parent du lignage dont il eſt mouuant, l'ung des parens de quelque coſte que ce ſoit, le peult retraire dedans l'an & iour, ſe ledict heritage eſt vendu a homme qui ne ſoit du lignage.

IDEM in Comitatu Niuernen. & in multis locis Franciæ. Ioan. Fab. in §. ſi plures. inſti. de legi. agnato. ſucceſ. in fi. dicit quòd ille. §. inducitur ad quæſtionem, de * conſuetud. proximus poteſt retrahere rem venditam à ſuo proximo extraneæ perſonæ, pone quòd ſunt plures qui veniunt ad retra- *1 Quid, ſi plures eiuſdẽ gradus retrahere volunt.* ctum, qui ſunt eiuſdem gradus, quidam tamen attinent ex parte patris, aliqui ex parte matris, quis eorum præferetur? dicit quòd ſi ſunt plures in quibus ſit eadem ratio, omnes admittuntur vt ſi ſint eiuſdem gradus. Et qui æquè ad ſucceſsionem admitterentur, & in hoc vtrinque coniunctus excluderet fratrem ex vno latere tantũ. Et ſi nulli ſint vtrinque coniuncti, tunc agnati in quæſitis ex parte patris, agnati in quæſitis ex parte matris. l. de emancipatis. C. de leg. hære. vltrà fratres & fratrum filios, ſuccedunt proximiores pro æquali portione. aut. poſt fratres. C. communia de ſucceſ. ſic dicit eſſe ſeruandum in retractu de iure, ſed dicit quòd de conſuetudine ſi ſint æquales, vt fratres conſanguinei, vel ex eis deſcenden. quòd æqualiter admittentur. ſi non ſint coniuncti conſanguinei, tunc illi qui attinent ex parte illius à quo bona deuenerunt vendenti admittentur. Si verò nulli ſunt attinentes ex illo latere, alij ex alio latere non veniunt ad prædictum ius. Et dicit quòd ita ſeruatur de conſuetudine. Tu tamen hîc vides quòd in hoc vltimo caſu conſuetudo noſtra eſt in contrariũ, quia ſi non ſint ex parte illius à quo deuenerunt bona, admittuntur alij qui non ſunt ex illa parte, dummodo ſint parẽtes, & in hoc caſu proximi etiam præferuntur cæteris.

PER hãc conſuetudinem quę poſt agnatos in bonis agnatorum admittit cognatos, & econtrà, dicerẽ quòd cùm ius retractus & ius ſuccedendi quo ad proximtatem æquiparentur, ita quòd conſuetudo ſuprà poſita in tit. *des ſucceſsions*. §. viij. ex identitate rationis iſtius. habet tantum locum quando ſunt parentes ex latere patris quoad bona paterna, & ſic in bonis maternis, quoniam ſi deficiant parentes ex vno latere, admittuntur alij ex alio latere, in omnibus bonis vndecunque prouenientibus.

ADDITIO. Albericus de Roſate ſuper ſtatutis quæſtione. xcviij. in prima parte dicit quòd ſi maritus vendat fundum vxoris, quòd nec conſanguinei mariti veniunt ad retractum, quia non eſt fundus eorum antiquus, nec conſanguinei vxoris, quia vxor non vendidit, ſed non credo iſtud verum, eo quòd maritus vendens fundum vxoris, non poteſt vendere niſi nomine vxoris, & ideo ſi venditio teneat, conſanguinei vxoris venient ad retractum, & ita conſului contra Albericum, in caſu vbi mulier ratificauerat vẽditionem, cum venditio aſſumat effectum à ratificatione, vt dixi in. §. ſequenti, in gloſ. prima. vbi etiam dixi quòd actus non eſt actus primi gerentis, ſed ratificantis. *

§. QVINTO.

LEdict an & iour eſt a compter des le iour du vendage de l'heritage vendu, ſans auoir regard a quelque reachat, qui ſoit donné par l'acheteur.

IDEM ferè in tota Gallia quoad ius reachatus, quia non impedit ius retractus. In comitatu tamen Niuernen. currit tempus à tempore adeptæ poſſeſsionis, & à tempore reachatus paſſati, ſi ſit reachatus. ¶ Quid de iure? vide Boerium in conſue. Bituricen. titu. de conſuetudine retractus. §. j in gloſ. prima. & quæ dixi infrà *Quæſtio.* in glo. fi. ¶ Sed quæro, pone quòd venditione facta mouetur quæſtio inter emptorem & venditorem. quæ longo tempore durat. An interim currat tempus proximiori? vide eundem Boerium in eodem lib. eod. titu. & §. & glo. quibus ſuprà. vbi videtur concludere quòd non, ſecundum Cy. in l. contra maiores. C. de inoffi. teſta. & dixi in. §. ij. huius tituli.

QVis dicatur annus, dixi ſuprà in tit. Des *fiedz*. §. primo. Sed quæro quid dicatur dies, & quando incipiat? *1 A quo die cõputetur ille annus.* Io. Fab. in §. primo. inſti. de emp. & vẽditio. in prin. dicit * quòd poſt perfectã venditionem & traditionem ſecutam, ius retractus competit proximiori, non obſtante pacto & tractatu de retrouendendo, ſi tamen venditio eſſet conditionalis computatur à die euentus cõditionis. l. cum notiſsimi. §. illud. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. anno. ¶ Ita tenet Albericus de Roſatę in ſuis ſtatutis, quæſtione xcviij. in fine, in prima parte. * ¶ Faciunt quæ dicit Guilielmus de cug. in l. j. ff. quando actio de peculio eſt annalis. per illum tex. & per. l. Caius. ff. de excuſa. tuto. & facit. l. bouem. §. ſi ſub conditione. ff. de ædili edi. Et ita facit Bal. in commento conſtitutionis ſuper iure protomiſeos. in iiij. col. in contrarium allegat quædam Gui. pape in quæſtione ſua. cclvij. vbi plenè per eum. Et contra hanc conſuetudinem eſt conſuetudo Niuernen. quę dicit tempus incipere à die reachatus paſſati, & non antè. & plenè per Mat. de Affli. in ſuo commento conſtitutionis ſuper iure protomiſeos. in gl. licet enim ſupradictis. in ſeptima col.

Quæſtio. SED quæro. martius aliquis vendidit die nona menſis Februarij fundum ſeu antiquum hæreditagium ſuæ vxoris, ſe fortem faciendo pro ſua vxore, promittẽdo ratificari facere per eius vxorem, vxor poſtmodum noluit ratificare, niſi mediante ſumma quinquaginta librarum turon. an iſta ſumma debeat reſtitui per cõſanguineum retrahentem, & an tempus currat à tempore primæ venditionis aut ratificationis? ¶ Quo ad primũ dixi in primo. §. huius tit. in gl. *dedans l'an*. ſed adhuc videtur aliud eſſe in vxore, quia in illo caſu tenuit venditio, cũ res aliena vendi poſſit. l. rem alienã. ff. de contrahen. emp. in hoc verò caſu non tenuit prima venditio. §. j. inſti. quibus alie. licet vel nõ. & notatur ibi amplè per docto. ¶ Imò etiam maritus vendendo rem mulieris, licet teneatur de euictione, tamen poterit ipſa rem per eum venditam vendicare, veniendo contra factum ſuum, vt tenet Alex. conſi. ſuo. cix. in iiij. vol. dixi alibi.,

ET ideo videtur quòd ratificatio ſit illa, quæ dat robur contractui, in hoc caſu mediante iuramento mulieris. vt tenet Ang. & Porcus in dicto. §. primo. & dixi ſuprà in §. xiij. incip. *Deniers de mariage aſsignez*. in gloſ. fi. in tit. Des *droictz & appartenances a gens mariez*. cùm ergo ex hac ratificatione mediante iuramento oriatur

oriatur actio,& ius acquiratur emptori, & non alias, dicitur negotium perfici ex isto secundo actu, & non ex primo, ergo consanguineus debet consequi ius suum retractus ex secundo contractu, & non ex primo, quia etiam hæc ratificatio facit quòd negotium ratificantis dicitur,& non primi vendentis. vt tenet Spe. in tit. de iudiciis. §. ij. ver. ratihabitione. de iudiciis. & Bart. in l. si pecuniam. C. de nego. gestis. ¶ Quod satis etiam apparere potest ex eo, quod faciendo quòd in se est etiam si pœna fuerit apposita, tamen debet excusari promittens factum alienum, quoniam sufficit quòd procuret,& non sit in mora per plura tenet Decius in cōsi. suo. cccxiiij. in secunda parte in. iij. col. in. ij. volu. & ideo actus non est actus primi gerentis, sed ratificantis.* ¶ Ideo in casu emergenti, dixi quòd consanguineus volens habere ius retractus, qui non consignauit prædictam summam quinquaginta librarum, datam secundariò pro ratificatione, non sufficienter consignauit, sed tamen Gui. pape finaliter concludit quòd istud est de iure meliùs, per textum quem dicit bene facere inducendo suo modo in. l. ij. §. biduum. ff. quando appellandum sit. ¶ Cùm ista quæstio mihi in facto secundo euenisset, in quo maritus vendiderat nomine vxoris, promittendo illam ratificari facere, dixi quòd ex quo* ratihabitio negotiorum reducitur seu refertur ad tempus in quo contracta sunt. l. donationes. la premiere. C. de dona. inter virum & vxo. & eo quòd *ratihabitio retrotrahitur,& mādato comparatur. c. ratihabitionem. de reg. iur. in vj. quòd erat inspiciendū tempus contractæ venditionis, & non ratificationis. Sed ex quo in hoc casu maritus non potest vēdere rem immobilem vxoris suę sine eius consensu, qui debet interuenire in ipso actu certo tēpore, scilicet tempore venditionis, ratihabitio sequens non retrahitur vt actum cōfirmet. vt in l. quid ergo. ff. de his qui notan. infa. vbi Bar. & dixi plura in tit. *Des droictz & apparten. agens mariez.* §. viij. in glo. *Se ce n'est du consentement*, quòd hoc casu ex quo ratihabitio non retrotrahit, quòd dicta venditio habebit effectum à ratificatione, & nō à primo contractu. Et idem dixi in casu simili, quando mulier vendit rem suam immobilem sine autoritate sui mariti, quia tempus currit à tempore autoritatis interpositæ, & non à tempore venditionis, quia venditio fuit nulla sine autoritate. 2 *Ratihabitio mandato æqui* 3 *paratur.*

EO etiā quia licentia & autoritas mariti videtur esse data pro forma contractus. in §. j. suprà tit. *des droictz & apparten. a gens mariez.* ergo cum non interuenerit forma, ratihabitio sequēs non facit reconualescere actum nullum. vt tenet per plura Barba. in consi. xlij. in viij. col. in j. volu. Et aduerte ad vnū quòd dicit Decius in regula, semper qui non prohibet. ff. de regu. iur. in fi. ibi, quartò regula principalis, quòd actus nullus non potest ratificari vt valeat à tempore, quo nulliter factus fuit, sed bene potest ratificari, vt valeat ex nunc tempore ratificationis, ergo inspiciendum est tempus autoritatis interpositæ. Sed videretur quòd hoc casu si nulla est venditio, ergo & autoritas sequens, quæ non interuenit in ipso contractu, nihil operabitur.

VLteriùs facit pro hac secunda opinione, quòd ex quo omnibus integris manentibus cōuentum est de augendo pretio in ratificatione, quòd recessum est à priore contractu,& noua emptio intercessisse videtur, vt dicit tex. l. pacta conuenta. ver. Paulus notat. ff. de contrahen. emp. Et ideo petens ius retractus debet petere id quòd est in ista secunda ratificatione, dummodo fiat antequam sit ius acquisitum consanguineo, quòd est ex requisitione iuris retractus. ¶ Facit pro hac vltima opinione ꝙ dicit Luc. de pen. in l. ij. col. ij. C. de iure fisc. lib. x. ꝙ quotiescunque ex consensu alicuius pendet vt aliquid valeat, si eius consensus accedat tacitus vel expressus, dummodo tale sit quòd à iure non reprobetur ꝙ priùs factum sit, etiam si primo non valeat, tamen modo quasi ex nouo consensu valere incipit, vt ex nunc non ex tunc valet. l. obseruare. §. fi. ff. de officio procō. l. sed & si. ff. ad Trebellia. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de dona. inter virum & vxo. l. ij. C. communia vtriusque iudicij. Et præcedens consensus ad hunc vltimum trahitur. l. per fundum. ff. de ser. rusti. prædiorum. Ex quo cùm contractus de quibus hîc, suum effectum & vigorem capiant à ratificatione & consensu mariti aut vxoris respectiuè. dicendum est quò habebitur respectus ad contractum vltimum,& non ad primum. Cogita quia ita tenui & consului, licet quidam voluerint tenere contrarium.

SED an istud* tempus vnius anni currat a die venditionis factæ, an a die scientiæ, an a die denuntiationis. Tu aduerte quòd consuetudo comitatus Burgundiæ,& Niuernen. declarant tempus, scilicet à die possessionis adeptę,& bene, quia non dicitur alienatum nisi tradita possessione. dixi suprà de feu. §. *en alienation.* Mat. de afflic. in commento constitutionis super iure protomiseos. in §. vt intra triginta dies. plenissimè examinat hanc materiam. ¶ Videtur tamen quòd currat etiam ignoranti, * quia tempus præfixum in fauorem alicuius currit etiam ignoranti. glos. in c. statutum. de præben. in vj. Panormi. in c. quia diuersitatem. extrà, de concessio. præben. ibi, nota tertiò. Et etiam quia istud tempus est continuum, ideo videtur currere ignoranti. Barto. in l. genero. ff. de his qui not. infa. domi. meus Iason in §. rursus. in xiiij. colum. instit. de actio. Et facit quia hæc consuetudo est ius non scriptum,& contra ius vt hîc antè dixi. in §. primo huius titu. non immerito si currat ignoranti. argumento. l. mariti. §. quinquennium. ff. de adulte. Et ista est veritas in pratica. ¶ Et istam opinionem tenet Boerius in suo commento consue. Bituricen. titu. *Des retraictz.* §. j. in glo. fi. & Ioan. sanxon. in consuetu. Turonen. in titu. *Des retraictz.* §. j. quæstione viij. 4 *An a die scientiæ an venditionis.* 5 *Tēpus fauorabile currit ignoranti.*

COntrariū tamen ꝙ non currat nisi à tempore scientiæ, videtur facere gl. in c. j. qualiter olim feudū poterit alienari. super verbo, per refutationem. Et videtur bonus tex. in c. j. quo tempore miles. Et ibi gl. in verbo, annum quæ est notabilis. Nam ex quo istud tempus tacitè inducit quandam tacitam refutationem, nō currit ignoranti, vt in §. porrò. in tit. qualiter olim feu. pote. alienari. in vsibus feudorum. facit l. annuus. ff. de calum. Facit, quia is qui nescit experiendi potestatem non habet. d. l. annuus. in fi. & ij. q. vj. biduum. & ff. de edil. edic. l. cùm sex menses. & quando tempus statutum à lege vel statuto currat ignoranti, vel non, vide do. meum Ias. in l. quandiu. post Alex. in iij. col. C. qui admitti. eundem Alex. in consi. suo xiiij. in ij. col. in ij. vol.

ET licet hîc dicatur tantum à die venditionis computari terminum, intelligi debet scilicet sciētiæ,& ita interpretari. arg. tex. in l. iij. §. si quis hæredi. ff. de statu libe. & ita dicit Bar. in d. l. genero. in vlt. colum.

ADDITIO. Quomodo & in pœnis & in contractibus ignorantia excuset, vide Alciatum in tractatu de verborum & rerum signi. quasi in fine primi libri.* ¶ Cogita tamen ad dictum Boerij in loco hîc antè allegato. titu. de consue. retentio. §. primo. vbi dicit quòd oportet agnatos esse aduisatos

ne patiantur labi tempus, vt iam suprà dixi hoc eodem titu.§.j.in prima glos.in princi.

ADuerte quòd non sufficit scire factum, nisi sciat eius modum & quantitatem, plena enim scientia requiritur, & quòd facti series non ignoretur. vnde si parentes sciant factam esse venditionē, & ignorent de certo pretio, non currit tale tēpus vnius anni, quia sine pretio contractus venditionis esse non potest. Notat Cy. in l.j.C.de contrahen.emp.§.pretium.Insti.de emp.& ven.quia debet certificari de pretio ille cui cōpetit ius retractus.arg.l.fi.C.de iure emphy.quia eo quòd non habet notitiam eorum quæ sunt de substantia, non dicitur sciuisse, sed ignorasse.l.multum.ff.de condit.& demonstra.l.si quis extraneus.§.fi.ff.de acquir.hęredi.Idem si proximus sciret factam esse venditionem, sed ignorat esse perfectam.

6 Perfectio venditionis triplex. ET aduerte * quòd triplex est perfectio. Prima est quoad conuentionē, hoc fit cùm contractus à partibus est absolutus siue conditionaliter, ita quòd non liceat pœnitere.l.sicut ab initio.C.de actio.& obli.Secūda est perfectio quo ad dationem & obligationem, quæ etiam rei periculum ad se trahit.ff.de periculo & commo.rei vendi.l.necessario. Tertia est perfectio quo ad agnitionem, quo ad rei traditionē, & pretij numerationem.& ista est postrema & finalis perfectio, & plus dicitur perfectio quam aliæ supradictæ, quia id est perfectū quòd ex omnibus eius partibus constat esse perfectū.ff.de origi.iur.l.j.&.ff.de pac.l.ab emptione.&.l.j.& ij.C.quando non liceat ab emptione discedere. Rebus ergo integris existentibus aut nondum perfectis, non incipit currere tēpus vnius anni ex antè dictis. Considera ergo quòd requiritur vera scientia facti, scilicet contractus perfecti.

7 ¶ Adde * quòd perfectum non est quod in vsu esse non potest, & pluribus modis aliis dicitur. Ex quo notarius dans instrumentum non perfectum non dicitur falsarius. de his omnibus vide Lucam de penna in l.prima, vt nemo ad suum patrocinium, libro vndecimo.C.

8 Scientia facti duplex. Vera. SED quęro qualiter probabitur ista scientia facti, dic quòd duplex est sciētia. quædam est vera, quędam est præsumpta. Vera scientia est ad quam peruenitur per sensum corporis, & ista dicitur vera scientia, quæ dicitur infallibilis notitia, & veritas quæ per sensum acquiritur, secundum Bal. in l. scire leges.ff.de legi. vbi dicit quòd scientia est infallibilis notitia veritatis, & scientia consistit in medulla rationis, & non in cortice scripturarum.j.q.ij.c.marchion. Faciunt quæ dicit Bar.in l. admonendi.ff. de iureiur.allegās.l.qui testamēto in fine.ff. de testa.& l.testium.C.de testibus.

9 Præsumpta. ALia est * scientia facti præsumpta quæ aliquando sumitur ex consanguinitate.l.octaui.ff.vnde cog.l.de tutela.C.de in integrum resti.mino. Aliquando ex vicinitate.l.si vicinus.C.de nup.& in l.filium cum.ff.de his qui sunt sui vel alie.iu. Aliquando ex eo ꝙ publicè scit vel publicè scitur.secundum gl. si tutor. C.de peri.tut. & in aut.qui semel.C.quomodo & quando iudex. Aliquando ex fama, siue ex eo quòd publicè dicitur, vt in l. cum quidam.§.quòd dicitur.ff.de acqui.hære.& ibi Bart.in l.is potest.ff.de acqui.hæreditate.

10 11 Gradus inter scientiā & ignorātiam. SED aduerte * quia scientiæ veræ terminus oppositus est inscitia siue ignorantia * inter quæ extrema, scilicet scientiam & ignorantiam sunt gradus intermedij. Primus quidem gradus est dubietas, quæ per inuestigationem causatur. Hæc quidem non est species, sed est quoddam medium, per quod peruenitur ad inuestigandum.gl.est in l.j.C.de procu.& in rub.de iuris & facti ignorātia.& in l.si testator.ff. de testa.& in l.iij.C.qui. ad libe.procla.non licet

12 Dubietas. * dubitans tamen magis comparatur ignorāti quam scienti, secundū quòd dicit Bart. in l.fi.in§.j.C.de fur.plenissimè per do.meum Ias.in l.quādiu.in.ij.col.C.qui admi.per eundem in l.iij.§.genera.ff.de acqui.posses.in l.error.in prin.C. de iuris & facti ignorantia.in l.si per errorem. in fi.ij.col.ff. de iurisdi. omnium iudicum.

13 Suspitio. SEcundus gradus est * suspitio, per quam animus incipit adhærere, per tex. in l.in lege aquilia si delictum.ibi. ad suspitionem iudicem adducam.ff.ad legem aqui.& in l.absentem.ff.de pœnis ibi, suspitionibus condemnari.& in l.iij.§.eiusdem.ibi.quod aut cui credas.ff.de testi.& hoc tangit Bar.in l.fi.ff.de quæstioni.

14 Opinio. TErtius gradus est * qui dicitur opinio, per quam animus iudicis maximè adhæret, & nihil deest nisi confessio partis, vt habetur in tex.in.l.j.post principium.ff.de quæstioni.ibi, dum dicit ad quæstionem tunc deuenitur cum suspectus est. Ita dicit Bar.in l.admonendi.in iiij.col. ff. de iureiu. Et sic opinio dicitur illa quæ non per sensum, sed per probationes, & media concludendi acquiritur

15 Vehemēs opinio. Credulitas. * & vocatur vehemens opinio, seu credulitas, secundum Bart.in l.pater.ff.de acqui.hære.& de opinione est textus in l.j. ff. de interro. actio.vbi pro hoc dat intellectum ad l.ij.§.quod obseruari.C.de iura.calum.vbi est verbum credit, quod ita exponitur.

ADDITIO. De huiusmodi credulitate potest testis deponere etiam in alio casu, vt dicit Hippolytus de Marsiliis in singulari suo.xix.incipiente, tu scis clarùm est. Et aduerte quòd hæc vehemens opinio, consona veritati idem operetur quòd certitudo, secundum gl.in l.si quis extraneus.§.sciendū.in gl.fi.& ibi Bal.ff.de acqui.hæred.de qua Hippolytus de Marsiliis in consi. liij.numero.15.*

16 SED an * possit peti istud ius retractus tempore fructuum colligendorum? Vide quæ dicit Ale.in l.qui Romę.in prin.in vlti.col.ff.de verb.obli. ¶ Vide Gui.pa.decisione sua.cclvij.in j.col.vide etiam quæ dixi suprà titu.*des rentes uendues a reachat*.§.j.ibi, secundum est.

SED an quis possit purgare moram post breue tempus? vide Alex.in consi. suo. xxiiij. inci. inspecto processu in penul.col.in iiij.vol.& in d.consi.dicit in fi.quòd tale tempus à statuto præfixū, vel lege municipali non potest consensu partium prorogari, & plura ad hoc allegat.

IN TEXTV IBI. *Sans auoir regard.*

IStud non videtur esse iuridicum, ex quo donec sit tempus reachatus transactum, non videtur esse res vendita extra familiā, & agnationē cōmutabiliter & incōmutabiliter. Et ideo videtur quòd nō sumus in casu rationis huius cōsuetudinis, vt antiquum hæreditagium non exeat familiā & agnationē, & hac prædicta ratione videmus quòd in multis locis Francię, non currit tale tempus nisi post tempus reachatus. Cur tā variè & quare secus hic & secus alibi.

Gratia redēptiua. ¶ Credo quòd statuentes nostri, habuerant respectū ad id quòd cōmuniter praedicatur & solet fieri in hac patria, scilicet quod perficitur vt communiter contractus, & contractu perfecto datur gratia redemptiua, quæ cùm non sit de contractu nec in eo apponatur, non videtur impedire perfectionem contractus, vt videtur tenere Alex.in consi.suo.x.in j.vol. Et Francis.curtius consi.suo.xij.& dixi suprà tit. *Des rentes*

rentes uendues a reachat.§.j.ver.tertium est &c. Et ideo contractu perfecto est ius petendi acquisitum consanguineo,ex quo non est expectandum tempus reachatus.

SED iterum quæro,an si sim in processu contra consanguineum meum de fundo,quem dico ad me specta re,& consanguineus vendat, an si succumbam, possim venire ad ius retractus etiam post lapsum anni?videtur quòd sic,ex his quæ dicit Io.Fab.in §.qui autem.insti.de excu.tut. *Quæstio.*

SED si ius reachatus retinuit,vendat post modum illud an tunc consanguineus habebit ius retractus in illo iure sic vendito?videtur quòd sic,quia ex quo venditor sibi retinuerat ius reachatus , seu ius redimendi,res non erat incommutabiliter apud emptorem, & sic non erat incommutabiliter extra familiã ,ex quo erat spes quòd ad familiam redire posset in vim iuris redimendi retenti.Cum ergo nunc in vim venditionis huius iuris,res vendita exit extra familiam,videtur quòd vnus ex consanguineis potest retrahere illud ius sic venditum, ac si vnus ex proximis iam retraxisset qui iterum venderet. ¶ Ego tamen semper dixi contrarium, eo quòd tale ius redimendi non impedit retractum,ergo cum sic fuerit amissum pro parentibus tale ius , non habent amplius recursum si vendatur post annum à tempore primæ venditionis.

§. SEXTO.

LE parent ne peult,vendre ne aliener a autruy,le droict de retraict de l'heritage, s'il n'est du lignage.

IDEM dicunt cõsuetudines comitatuũ Burgũdiæ , Niuer.& in consuetudinibus Aluerniæ titu. *Des droictz ou retenue*.§.xij.& dicit cõsuetudo balliuatus de Chaulmont en Bassigny . *Que lon ne peult faire paction ou conuention au preiudice du prochain lignage*.Alio modo limitatur & intelligitur in consuetudinibus ducatus Aurelianen.vt habetur in titu.*Des matieres de retraict lignagier*.§.cclxxvj.& sequen.Et istud quòd hîc dicitur est de iure,quia vt dicunt Alber.de Rosate & alij in l.ad officium C.commu.diui.in fin.quòd cessaret ratio statuti & consuetudinis, si cederetur illud ius tertio. Et ita etiam ibi Bal.& Sali.in d.l.ad officium. Idẽ tenet dominus meus Ias. in l.j.§. fi.in iiij.col.ff.de noui ope.nuntia.Et Barba.in consi.lj.in xxiiij.colum.in j.volu.allegat Pau.de cast.in quodam consilio, sed aduerte,quia est consilium nouum in prima parte consiliorum nouorum.in impressione noua,quod plenè ponit diuersitatem inter hęc duo.* Et quia non est cessibile,an sit transmissibile? Vide do. meum Ias. in d.§.fi.in iiij.col.& Mat.de afflictis in commento constitutionis super iure protomiseos.in §. vt intra triginta dies.in ix.col. ¶ Sed aduerte,quia vt textus nostræ consuetudinis dicit,quòd est cessibile in consanguineos, ideo etiam erit transmissibile , quia tunc hoc casu non cessat ratio statuti seu consuetudinis. Et vide ad supradicta Roma. in consi. cccclxxxiiij.in cipiente.Hoc quòd vicinus. ¶ Barba.in dicto cõsi.lj.in j.vol.in xxiiij.col.quærit,*quid de iure redimẽdi,quod datur alicui virtute pacti de retrouẽdendo,an tale ius possit cedi alicui? & cõcludit ꝙ sic.probat per text.in l. j.§. vsufructuarius.ff. de noui oper.nunc. vbi habens ius ingrediendi in fundum debitoris propria autoritate, potest illud cedere.& ibi Bar.dicit illum tex.melius ad hoc facere,quam tex.de mundo. Plura ad hoc allegat quæ multum faciunt,quem videas. *1 An ius retractus sit transmissibile.* *2 Ius redimẽdi an sit cessibile.*

NVnquid*autem istud ius possit cedi fisco? Dic quòd nõ , quia istud est priuilegium concessum contra ius commune cõsanguineo,quod quidem non potest cedi fisco per priuatum.Ista est glo.in l.res.§. lites.ff.de iure fisci.Ita dicit Fran.luca.de Parma.in lxxij.priuilegio fisci. *3 An fisco possit cedi.*

§. SEPTIMO.

SE le parent qui reachate l'heritage vendu,vend l'heritage racheté par proximite a autre qui ne soit du lignage,le plus prochain,ou autres parentz successiuement comme dessus le peuuent reacheter,en maniere que dessus est dicte.

IDEM in Comitatu Niuernen.& ferè in omnibus locis Franciæ, vbi vigent consuetudines retractus. ¶ * Nam ius retractus competens coniuncto vel consanguineo, adeò est fauorabile, quòd etiã si trãsiret per mille manus, potest vendicari ab vltimo emptore. arg.gl.in l.ij.C.de rescinden.venditione.& in l.minori.in prin.ff.de euic.& in l.in causę.in fine.ff.de minori. ex quo vt antè dictum est in præcedẽti.§.non potest cedi extraneo. Ita dicit Ludouicus Bologninus in consilio suo.xxv.in v.col.quem videas. *1 Ius retractus quam fauorabile sit.*

IN TEXTV IBI, *Vendu.*

INtellige in venditione vera, & non nulla scilicet quia non interuenerit pretium, aut alias vt videre poteris ex his quæ dicit Boerius in consue.septenæ Bituricen.tit.de consue.feudorum.§.xviij.

§. OCTAVO.

SEmblablement retraict a lieu en vẽdition de rentes & censes, & aussi se vn homme baille son heritage ancien a cense ou rente annuelle & perpetuelle, en payãt les rentes,& censes,& autre pris & charges telz qui seront.

IDEM in comitatu Niuernen.& ferè in omnibus locis Franciæ vbi vigent consuetudines retractus. ¶ Vide Boerium in consuet.septenæ Bituricen.tit.de consuetu.retractus.§.j.in glo.j.

IN TEXTV IBI, *Rentes & censes.*

IStud videtur esse in reditibus perpetuis non emptis ad tempus,quia reditus empti cum pacto de retrouendendo inter mobilia computantur,vt suprà.in titu.*Des rentes uendues a reachat* , vbi plenè dixi, quãdo reditus annui computantur inter immobilia,& ponit Matth.de afflic. in commento constitutionis super iure protomiseos,in glo.tota hæc lex.in.iij.col.& hoc etiam dicit tex. nostræ consuetudinis, & ibi quærit , an habeat

locum in re emphyteutica & feudali?vbi concludit quòd sic.dicam infrà, quãdo dicam quòd etiam proximus parens præfertur domino censuali & feudali.

IN TEXTV IBI, *Et aussi s'ung.*

Quæstio. SED quæro,de quæstione multum notabili.maritus & vxor dederunt eorum hæreditagium ad reditũ, vel vendiderunt certum reditum.super eorum hæreditagiis pro certo pretio, & se insolidum obligauerunt, ac omnia bona sua,hoc acto quòd essent duo rei debendi.aut.de duobus reis.colla.vij. venit vnus de genere venditoris,& offert pretium,& vendicat solidos reditus,venit & alius de genere alterius,& sibi vendicat etiã offerendo pretium,quæritur quis eorum admittitur primus?an ambo?Ioan.fab.in §.fi.in vlti.col.insti. de duobus reis.mouet istam quæstionem,& dicit esse notabilem.

ET cum semel hæc quæstio disputaretur inter quosdam aduocatos Heduen.dicebam quòd ex quo omnia bona mariti & vxoris erant insolidum obligata, quòd vnusquisque ex parẽtibus admitteretur pro media parte,nec est cõtra consuetudinem,quia reditus potest diuidi,hoc est quòd quilibet illorum habebit dimidiã partẽ redituum,intellige prædicta si vxor habeat hæreditagium antiquum,puta quia habebat hæreditagia,aut pecunias datas in dotẽ sortientes naturã hæreditagij,& etiam maritus habeat antiqua hæreditagia, quia si vnus illorũ non haberet antiqua hæreditagia,non admitteretur ad retrahendũ,sed parẽtes alterius.& dixi hoc cõtra Io.fab.& quia dixi me non legisse alibi,hac quæstionẽ,dixi mihi quidã aduocatus quòd Albe.de rosa.in j.parte statutorũ.q.xcviij.decidit hãc quæstionẽ,& dicit quòd neuter admittitur,sed parcat mihi ei⁹ authoritas,quia credo quòd multũ erret.cogita si casus eueniat. ¶ Hæc cogitatio est facilis,quia essent cõsiderãda quæ hic antè dicta sunt,& si vterq; haberet bona antiqua,quòd parẽtes vniuscuiusq; admitterẽtur pro rata:cõtra Alber.

Quæstio. si verò vnus tantũ haberet antiqua hæreditagia,parentes illius admitterentur. ¶ Sed iterum quæro,pone quis vendidit reditum annuum,super suo fundo antiquo seu hæreditagio, qui intra annum non fuit retractus per parentes proximos,postmodum venditor vendidit prædictũ fundum,seu antiquum hæreditagium emptori annui reditus,& pretio dicti annui reditus cõputato cum certa alia summa.an si parentes illius velint prædictum fundum retrahere,possint etiam retrahere reditum annuum,an verò prædictus reditus annuus,qui fuerat emptus antè debeat remanere emptori?Bal.in l.si vendidisset.C.si antiquior credi.pignus vẽdi. dicit quòd

Res sua nemini seruit. licet res sua nemini seruiat.l.in re communi in fundo.ff.de serui.vrbanorum præ.cum vulg.& sic quòd ex quo habebat seruitutem factus est dominus,videtur quòd seruitus sit extincta,tamen hoc casu quia non est factus dominus,incõmutabiliter remanet seruitus & hypotheca. Quidam aduocatus mihi semel dixit, quòd ex quo erat augmentatio pretij in venditione,quod non erat ampliùs habẽdus respectus ad primã vẽditionẽ sed ad secundam,& sic quòd secunda venditio fundi comprehendebat totum,in quo erat ius retractus tam ex duobus francis annui reditus primò vẽditis,quam in fundo per,l.pacta conuenta.versi.Paulus notat.ff.de contrahen.emp. sed ille tex.nihil facit,quia sunt duæ venditiones duarũ rerum,vna scilicet annui reditus duorum francorum,& altera fundi,nec vna habet aliquid in alia, ex quo tempus anni quo reditum annuum erat transactum,quòd retrahendo fundum postea venditum,non erat locus iuri retractus,quo ad dictos duos francos annui reditus.

1 Cõtrari⁹ Paul.de cast.veritatis amator CONtra etiam dicta Bal.in d.l.si vendidisset.suprà allega. videntur facere dicta Bal. more solito sibi cõtrarij in l.si maritus.C.de inoffi.testa.quem suprà alle.vbi*si habens vsumfructum emat proprietatem, & cõsanguineus retrahat proprietatem,retrahit etiam vsumfructum.Sed Pau.de cast.veritatis amator in lecturis,licet fuerit satis periculosus in consiliis,tenet contra Bald. ibi, & etiam Cyn. tenet quòd vsusfructus reuiuiscit, nec extinguitur cùm proprietate recuperata per consanguineum, maximè in vim nostræ consuetudinis, quæ non transfert ius in consanguineum,sed solum facultatẽ retrahendi,quod adhuc est minus quàm si rescinderet contractum, quo casu, vt dicit Bald. in dicta l.si maritus. non confundetur vsusfructus, quando rescissio non extenditur vltra rem venditam.

2 Reuocatio contractus an extinguat vsumfructũ. ET facit contra Bal.doctrina Albe.de Rosa in l.dominus.ff. de vsufru.vbi dicit* quod si reuocatio contractus habet causam præcedentem veram, vel præsumptam de iure, reuocato iure proprietatis non extinguitur vsusfructus. per d.l. si maritus. vt est etiam hoc casu,vbi habet causam præcedentem præsumptam ex iure nostro municipali. & ideo reuocata proprietate non extinguitur vsusfructus, aut non habet causam præcedentem de iure veram vel præsumptam,& tunc hoc casu reuocata proprietate reuocatur & vsusfructus.

ET hanc opi.contra Bal.in casu statuti de quo hîc,tenet Ang.in d.l.si maritus.in fi. Vel etiam secundum Salice.in d.l. si maritus.eo quòd rescissio contractus,est soluto pretio & mediante solutione pretij, cùm tãtum sit pretium de proprietate solutum,ideo tantummodo retrahetur proprietas, cùm si non fuerit venditus vsusfructus,ergo non põtest de eo reddi pretium,& sic non habent locum verba consuetudinis in vsufructu, per consequens nec consuetudo, ex quo semper remanebit vsusfructus, licet retrahatur proprietas, vt tenet Salice.in dicta l.si maritus. in fi. Et opinio. contra Bald. dicit æquiorem & tenendam Boerius in consuetudi. Bituricen.§.iij.versi. quæritur vnus habet. ¶ Aliam solutionem ad id quod dicitur. quòd res sua nemini seruit,ponit Guido pape decisio.sua cccccxxv. quam suprà retuli in titu. des *mainsmortes*.§. xv. in glos. addita. in verbo.*mainmortables*.

§. NONO.

EN *vendition d'heritage ancien vendu par decret, retraction a lieu comme en aultre venditiõ,en la maniere dessusdicte dedans l'an & le iour a compter du iour de l'interposition du decret.*

IDem in patria Turonen. ¶ In comitatu Burgundiæ est consuetudo contraria quo ad parentes, qui non habent ius retractus in hoc casu,quo ad dominum autem censualem & dominum fundi secus, quia dominus habet ius prælationis,aut capit laudemia ad eius voluntatem.

Quæstio. QVid in hac patria, an si vendãtur per decretum res censuales, & dominus sit opponens in subhastatione,an possit habere prælationis ius,aut laudemiorum?ista quæstio est in hac ciuitate Heduen.& videtur quòd

quòd habeat ius laudemiorũ,quia ex quo eſt vẽditio ſeu alienatio,dominus in prædictis debet habere laude-
mium.per tex.in l.fin.C.de iu.emphy.& per conſuetudines noſtras in tit.ſeq.dicã ibi fortè latiùs,quia credo
ꝙ quęſtio iſta in hac ciuitate Heduẽ.his diebus terminabitur. tamẽ aduertendũ eſt ad id quod decidit Alber.
de Roſa.in d.l.fi.in pen.col.ibi,quærit etiã.& do.meus Iaſ. in d.l.fi.in xij.col.in ij.q.ibi,iſta deciſio eſt multũ
ſingularis.multa pro vna parte adduxi,quæ hîc nõ inſero,& ex cauſa.dixi tamẽ ſi dominus nõ ſit emptor,li-
cet ſit opponens,ꝙ ſi vẽdatur res per decretũ,ꝙ habebit dominus ius laudemij,imò ꝙ plus eſt,& in hoc pẽ-
dent leges & prophetæ, * ſi res alienata per decretum redimatur iure retractus ab emptore per cõſanguineũ, 1
quòd adhuc ab iſto conſanguineo debet ſolui laudemium domino cẽſuali,& ꝙ ſit verũ probatur,nã ſi res ad-
iudicetur per iudicem alicui,adhuc dominus poteſt eã retinere ſecundũ additionem Petri Iacobi in titu. de
actione in rem pro re emphyteu.quæ cecidit in cõmiſſum.in j.addi.ſi ergo ſeruetur in hoc ius pro domino cẽ
ſuali,cur non etiam ius laudemij?cũ ius retentionis & laudemij à pari procedũt, quo ad voluntatẽ do. Alber.
de Roſate.in j.parte ſtatutorũ. q.xcv.dicit ꝙ proximus retrahens ab emptore extraneo debet adhuc ſoluere
laudemium.facit quia eſt nona vẽditio.l.ſi ſeruus.§.cũ igitur.ff.de euictioni. ¶Alber.in dicto loco facit quã
dam diſtinctionẽ,ſed quo ad nos nõ facit ad cõſuetudinẽ noſtrã.idem Alb. in l.ſi duobus.§. ſed quæritur.C.
cõmunia.de lega.ſed quo ad nos dicendum eſt,ꝙ nõ debetur laudemium, ex quo nõ dicitur per conſuetudi-
nes,quòd ex omni venditione rei cenſualis debeatur laudemium, ſed dicit ſolum, an debeatur laudemium,
vel non,& quomodo inſpiciendus eſt vſus patriæ & regionis, cùm ergo ex vſu patriæ non debeatur in tali ca
ſu,& ita obſeruatum eſt,non eſt recurrendum ad ius commune,eo quòd in hoc diſponit approbando vſum &
obſeruantiam patriæ in ſuis locis.Audiui in aliquibus locis obſeruantiam eſſe, quòd media tantũ laudemia
ſoluuntur,non vidi illam obſeruantiam probatam,ideo non inſiſto.Boerius in conſuetu.Bituricen.titu. de cõ
ſuetu.retractus.§.v. dicit quòd de conſuetudine obſeruatur opin.Alber.vbi plus dicit, * quòd etiam laude- 2
mia debentur domino,ſi proximior quittauit ius ſuum emptori mediante pecunia. Idem etiam ſi emptor ſup
pleat iuſtum pretium,quia ex ſuppletione,debentur laudemia.

1 Laudemiũ à retrahente ſoluendũ.

Laudemia quãdo debeantur & quando non.

SED videtur facere in cõtrariũ quod dicit do.meus Iaſ.in d.l.fi.in xj.col.vbi dicitur * ꝙ ex alienatione ne- 3
ceſſaria non debetur laudemiũ,prout etiã dicit Bart.& Alber.in l.& ideo.in prin.ff.de condi. furti. ¶Sed
alienatio quę fit ex adiudicatione eſt neceſſaria,vt eſt text.in l.ſi pignori.quaſi in fine.ff.familiæ herciſcũdæ.igi
tur &c. * ¶Itẽ plus videtur facere iſtud quod dicit idem dominus meus Iaſ.in d.l.fi.in x.col.ibi,ſed antequã
veniam ad quæſtiones.vbi dicit * ꝙ quando ſecundus emphyteuta emit à primò de conſenſu domini, nõ re- 4
quiritur alia reuocatio,nec debet ſolui laudemium.& ita quòd Io.de Ana.ita conſuluit in conſilio xc. & Pe-
trus de Anchara.in cõſi.lxiij.incipi motiua iudicis.ex quo ergo erat dominus in proceſſu,ſi conſenſit interpo-
ſitioni decreti per iudicem in vltimum appretiatorem,videtur quòd non debeat habere laudemium.cogita in
hoc,quia ad hoc dico, quòd hoc eſt verum, quando alienatio eſſet neceſſaria ex parte ẽptoris,ſeu illius in quẽ
poſſeſſio rei transfertur per titulum,puta in diuiſione,nam ille qui cogitur diuidere ex quo ei adiudicatur vna
pars,tunc in caſu cùm neceſſariò teneatur habere illam, per textum ex illo titulo non ſoluit laudemium, ſe-
cus autem in venditione rei cenſualis,quæ vendetur propter non ſolutum canonem, quia ille qui emit non eſt
emptor neceſſarius,etiam ſi eſſet qui caperet in ſolutum,adhuc tenetur ſoluere laudemium,idem ergo fortius
in proximo qui retrahit,quia non eſt emptor neceſſarius,ſecus eſt in diuiſione,vt infrà dicam plenius, quan-
do dicam an in diuiſione habeat locum ius retractus.

3 Ius retractus an & quãdo habeat locum in inſolutũ 4 datione.

SED quæro. * pone ꝙ aliqua res detur in ſolutum creditori, an in hoc caſu habeat locum ius retractus? vi- 5
detur quòd non,quia ex quo conſuetudo loquitur in emptione & venditione,non debet extendi ad alios
contractus.& ita tenet Specu.in terminis.in titu.de emptio.& vendi.§.ij.incip.nunc dicendum eſt.in v.col.ver
ſic.ſed pone ſtatutum eſt in aliquo loco.ita tenet Philippus Decius in cõſilio xviij.in ij.colum.dominus meus
Iaſon.in l.j.in iiij.col.ff.de re.permutata.Alber.in l.j.ff.de fun.dot.& in l.peto.§.prædium.ff. de leg.ij.& in j.
parte ſtatutorum.quæſtio.ſua lxxxviij.Guido pape quæſtione ſua cclvij.in fin.

VIdetur in hoc caſu fienda conſideratio,an hęc datio in ſolutum ſit volũtariè,aut ſit neceſſariè.ſi fiat neceſ
ſariò,puta in caſu ſubhaſtationis rerum pignoratarum ſeu hypothecatarum, tunc videtur ꝙ de iure non
habeat locum ius retractus,per ea quæ nota.conſuluit Roma.in conſi.ſuo cvij.incipi. circa id de quo quæritur.
ex quo dicit Alber.de Roſa.in ij.parte ſtatutorũ in quæſtio.ccvj.& Bal. in c.j.in fine.in titu.de alie. feud. * ꝙ 6
ſtatuta loquentia de venditione vendicant ſibi locũ in datione inſolutum.ita etiam tenet Io. Fab.in l.ſi præ-
dium.C.de euictio.& idem etiam tenet Pau.de caſt.in conſi.ſuo incip.in Chriſti nomine, amen. ſuper primũ
videtur dicendum.quod refert & ſequitur do.Lud.Bologni.in conſi.ſuo xxv. in iiij.col. ¶Sed aduerte, quia
credo iſtud eſſe de iure,ſecus de conſuetudine noſtra,quia idem in alienatione neceſſaria,vt hîc in hoc tex.no
ſtræ cõſuetudinis,ſed poteſt dici ꝙ iſtud debet intelligi quãdo datur res inſolutum æſtimata, per ea quæ dicit
Pau.de caſt.in l.j.C.de re.permu.& per Bal.ibi,& Sali.vbi plus dicit, * ꝙ quãdo in cõtractu interuenit ſpecies 7
nõ æſtimata ex vna parte,& ex alia ſpecies æſtimata,ꝙ eſt cõtractus emptionis & vẽditionis.per l.pretij cauſa.
C.de reſcinden.venditio.ita per plura Lud.Bolog.in dicto conſilio xxv.& pleniùs in conſilio xxj.

ET ibi reſpondet & dat ſolutionẽ ad doctrinã Spec.& Io.And.in dicto loco hîc antè alle.quia ibi Spec.lo-
quitur quãdo nõ interuenit in datione in ſolutũ neq; pretiũ,neq; ſpecies æſtimata quę habetur loco pre-
tij,vt ibi dicit,& eũ videas,ſecus autem vbi interuenit pretiũ,puta quãdo datur aliqua res alicui creditori in ſo
lutũ ꝓ tali ſumma,nã in hoc caſu eſt pretiũ ex quo eſt emptio,vt ibi per eum. faciũt ad hãc quęſtionẽ quę dicit
Alex.in cõſi.ſuo lij.in j.vol.& Bal.in cõſi.ccc.in j.parte.Raphael Cuma.in cõſi.xxix.in fi.incipi.quidam Florẽ-
tinus.Alex.qui plenè diſputat in conſi.ſuo lij.in j.vol.Fulgo.in cõſi.cxxxiiij.in ij.col plura alia alle.Bologni.in
dicto cõſi.xxj.in fi.in ſpecie decidit hanc quæſtionem Io.de Platea in l.j.C.de fun.patrimo.lib.xj.faciunt quæ
dicit Fran.de Aretio in cõſi.xxxij.col.ij.verſic.nec obſtat.& in conſi.cxxiiij.verſic.concedo æquiparationem.
* nam quicquid dicitur aùt ſtatuitur in emptione,habet locum in datione inſolutum.Cy.Bal.& Sali.in l.libe- 8
ra.C.de ſenten.plus dicit Bald.in l. à diuo pio.§. ſi pignora.ff. de re iud. & ibi Alexan. quòd ſicut non valet

emptio & venditio ſine pretio.inſtit.de contrahen.emp.§. pretiũ.ita etiã datio inſolutum. faciũt ad prædicta quæ dicit Pau.de caſt.in conſi.clx.in nouis conſiliis.Io.de Imo.in cõſi.viij.in vlt.col.verſi.circa tẽpus.¶ Aduerte,quia Io.Sanxon in conſuetu. Turo,tit.*des retraictz*.arti.xxiiij.vbi eſt contraria conſuetudo,allegat dictũ Spec.& ſtat cũ eo,& cum Luc.de penna in l.fi.col.ij.C.de prædi.curia.lib.x.ex quo eſt conſuetudo pro eis.

9 *An in* 10 *permutatione.* QVid autẽ in permutatione,*an in ea habeat locũ ius retractus? Alex. in conſi.ſuo lxxvij,inci.in Christi ſaluatoris nomine.in ij.col.in v.vol.alle.Bal.in l.j.C.de re.permu.in verſi. ſcias.dicit* ꝙ ſtatutũ loquẽs in permutatione non comprehendit venditionem, quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris , licet contractus permutationis & venditionis ſint ſimiles.l.fi.ff.de re.permu.l,ij.C.de rerum permu.ergo idẽ erit dicendũ econtrariò,cum eadem videatur eſſe ratio in vno ſicut in alio.dicit tamen ꝙ illud non eſt verũ,quando ſtatutũ prohibet venditionem contra ius commune , quia tunc ſtatutũ prohibens venditionẽ contra ius commune comprehendit etiam permutationẽ. ita dicit eſſe glo.ſingularis, ad hoc in l.fi. C. de prædiis curia.lib.x. & ita tenet Bald. in aut.ei qui.circa vltimã chartã.C. de bo.auto.iudi. poſſi. cum aliis per eũ ibidem alle. Sed ſic eſt ꝙ in caſu noſtrarũ conſuetudinũ prohibetur venditio in extraneos , niſi requiſitis parentibus contra ius cõmune, ſcilicet contra l.dudũ.C.de contrahẽ. emptio. ergo ſtatutũ ſeu conſuetudo noſtra prohibens venditionẽ in hoc caſu, etiam comprehendit permutationẽ.Iſtud eſt magnum fundamentũ. ſed tamen Mat.de affli. in cõmento conſtitutionis ſuper iure protomiſeos, in gl. Licet enim ſupradicta multũ vrgeant pro hac opi. tamen veritas eſt
11 in contrariũ in permutatione,& hoc probatur.*decuriones prohibentur vendere res immobiles eorum , ſed permutare & donare poſſunt.l.iij.C.de prædi.curia.lib.x.plura alia fundamenta ad hanc partem adducit Mat. de affli.in dicto ſuo commento ſuper iure protomiſeos.in glo. licet enim.in iiij.col.ibi, nono notat ex tex.ex quibus tenet ꝙ nõ habet locũ ius retractus in permutatione,quia non eſt emptio.& ita etiã tenet Io.de platea in l.fi.in ij.col.C.de prædi.curia.lib.x.prædicta dic eſſe vera,niſi interueniret fraus,prout tenẽt omnes hîc antè alle.maximè Lud.Bolo.in conſi.ſuo xxv.vbi plenè.¶ Vide quæ dixi infrà §.fi.in gl.*font eſchange*.

12 *An in donatione.* SED quid*in donatione, an in ea habeat locũ ius retractus?Alex.in dicto conſi.lxxvj.in v.vol.dicit idẽ eſſe in donatione, ſicut in permutatione.Sed Federi.in ſua cõſtitu.ſuper iure cõgrui ſeu protomiſeos,dicit prędictũ ius retractus,nõ habere locũ in donatione inter viuos,cauſa mortis &c.vbi dicit,cauſa verò dotis,vel donationis propter nuptias,vel ſimplicis donatiõis,vel donationis cauſa mortis,vel ex teſtamẽto,vel ex permutatione,vel ex trãſactione,parentes & extranei omnes poſſunt alienare. & de ſingulis iſtud eſt iuridicũ.de per-
13 mutatione,qđ dictũ eſt de donatione ſimplici,facit.quia*prohibita vẽditione nõ eſt prohibita donatio.facit. tex.in l.j.C.de fun.patrimo.lib.x.quem alle.Bal.ibi facit tex.in l.fi. C.de prædi. curia. lib.x. & ita etiã tenent Cy.& Bal.in l.voluntas.C.de fideicõ.& ita tenet Matth.de affli.in dicto cõmento. in §. licet enim.in iiij. col. vbi idẽ dicit in donatione cauſa mortis.¶ Adde ꝙ Benedictus de Plumbi.in l.ſi vſumfructum.ff. de libe.cau. dicit quòd etiam prædictum ius retractus,habet locum etiam ſi donetur vel in dotem detur,per illum tex.

14 *An in* 15 *trãſactione.* QVid in tranſactione an habeat locum ius retractus?Matth.in dicto loco,in viij.col.dicit ꝙ non,quod patet,quia*ſub nomine venditionis non comprehenditur tranſactio,ſicut in ſimili dicimus , ꝙ licet feudum non poſſit alienari ſine conſenſu domini,tamen de eo poteſt fieri tranſactio.c. ſi vaſallus de ſuo feudo.in tit.ſi de feu.fue.controuer.vide tamen ibi And.de Iſer.in pe.col.& vide prædicta in c.j. de controuerſia inter vaſallũ & aliũ de beneficio.& per Spec.in tit.de arbi.§.reſtat.verſi.ſed nunquid vaſallus.

ADDITIO. Vide Ioan.Sanxon in conſuetu. Turonen.in tit.*des retraictz*.in xxiiij.arti.Sed vltra eum, tu dic quòd dimiſſio rei exiſtentis in lite,ex cauſa tranſactionis nõ eſt alienatio. tex.eſt & ibi doctores, maximè do.meus Iaſ.in l.ſi pro fundo.C.de tranſactio.dixi in titu.*des cenſes*.§.j.in gl. *retenue*. Et facit quoniam vt dicit Bar.in l.j.C.de reſcinden.venditione.& in l.ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obli. remedium dictæ l. ij. non habet locum in tranſactione . Et an ex ea debeantur laudemia, vide Bertrandi, in conſilio cccxxj.numero ij.in prima parte.

16 *An in cõpẽſatiõe.* ITem quærit Matth.in dicta.viij.col.quid *in cõpenſatione an habeat locũ ius retractus ſeu cõgrui:& dicit ꝙ aut præcedit aliquis contractus in quo habuit locũ ius retractus & in partem pretij vult debitũ compenſare,& tunc habet locum ius retractus ſeu congrui vtilis tantũ.ff.de liber.cau. aut nullus cõtractus præceſſit, tũc
17 non habet locum ius retractus,*quia cõpenſare eſt donare,vt in l. Iulianus ait.ff.de cõdi. & demonſtratio. no. docto.in l.ſi fundũ.§.Titio fundum.ff.de leg.j.& in l.dediſſe.ff. de verbo.ſignifica. ¶ Aliàs in caſu emergenti dixi ꝙ habens aliquos reditus emptos per eum aut eius prædeceſſorẽ ſuper hæreditagio . ſi poſtmodum acquirat hæreditagiũ pro aliqua ſumma,ita ꝙ non amplius teneatur ad reditũ,ꝙ in illa emptione noua hæreditagij,habet locũ ius retractus ex hac noua venditione,quæ comprehendet etiam reditus antè emptos, quia illi reditus dati ſeu compenſati. dantur loco pretij,quod ſufficit,vt dixi antè,in gl.*le pris*.§.j.huius titu.& iſtud ſecundum pactum hîc appoſitũ,ꝙ reditus prius empti ſint extincti ratione huius venditionis, eſt loco pretij.l. fundi partem dimidiam. ff.de contrahen. emp.ita ꝙ eſt noua venditio.l. pacta conuenta. verſicu.Paulus.ff. de contrahen.emp.& ibi. per docto.¶ De huiuſmodi.l. pacta conuenta.verſicu. Paulus.vide amplè per Albert. Brunũ in ſuo trac.de augmẽto rebuſq; additis,in iiij. cõcluſione ſubalterna tertiæ cõcluſionis principalis, vbi copioſè multa adducit,quæ faciũt ad huiuſmodi materiã.Et dicit Bal.in argu.d.l.fundi partẽ dimidiam.ꝙ qui petit reſtitui aduerſus ſeu contra contractũ,videtur petere reſtitui contra pactũ vel clauſulã appoſitam in con-
18 tractu.& vt dicit Ioan.Fabri in §.pretium in prin.inſti.de emp.& vendi.*ꝙ illud quod promittitur in contractu de ſatisfaciendo cum pretio eſt loco pretij. & ideo ſi emo rem mihi hypothecatam pro minori pretio,ratione hypothecæ cum pacto ꝙ ſit extincta,illud pactũ eſt loco pretij.ita etiam dicit Ioan.Fab.in §.itẽ pretium. inſtit.eo.vbi vltra dicit ꝙ ſi ſit actum in vendendo rem ꝙ ſatisfacias creditoribus, quòd ſi pretiũ non ſit certũ non debentur ventæ,neq; laudemia.ſecus ergo ſi pretium ſit certum.arg.eorũ quæ dicit in d.§.pretium.

19 *An in diuiſione.* ITem quæritur,*quid in diuiſione an habeat locũ ius retractus.puta ſi vni venit in parte vna domus,an habeat locum ius retractus?Poſſet poni caſus qui poſſet euenire in facto . Sunt plures conſanguinei ſimul in communione qui veniunt ad diuiſionem , fortè ſunt in quarto gradu cum duobus fratribus . Iſtis conſanguineis in partem

in patrẽ datur domus antiqua, veniũt consanguinei istorũ duorũ fratrũ qui non erãt in cõmunione, sunt tamẽ proximiores, & petunt illã domũ iure retractus, nũquid debeãt habere? ¶ Videtur ꝙ sic, quia diuisio vicẽ emptionis continet. C. cõmunia vtriusq; iudi. l. diuisionẽ. cũ l. vij. ff. cõmuni diui. nã * & quod prohibetur alienare, prohibetur cõmuni diuidũdo agere. ff. de castren. pecu. l. ex castrẽsi. dicũt aliqui ꝙ eo procurante est alienatio, secus si socius prouocat. arg. l. ij. C. de fundo dotali. ꝙ l. cum in fundo. §. si fundũ. ff. de iu. do. & l. inter omnes. C. de præd. mino. sed hoc non est verum, quia regulariter nemo cogitur stare in communione. l. fi. in fi. C. de litigio. ff. de condi. inde. l. si sortem. §. si centum. l. iubemus nulli. j. responso. C. de sacrosan. eccl. *Casus.* 20

Item quia per diuisionẽ aliquid obuenit alicui, qui dicitur habere partẽ suã quã primo in cõmuni possidebat, iuxta notata in l. ij. ff. cõmunia prædiorũ. * & sic diuisio nõ est alienatio, quod patet etiã, quia feudũ non potest alienari & c. Sed diuidi sic, nisi feudũ marchiæ, vel ducatus. §. præterea ducatus. de prohibi. feu. aliena. per Federic. facit. l. j. §. j. ff. de rebus eorũ. l. fisci. §. pe. ff. de petitio. hæredi. & vide Lud. Ro. in consi. suo clxxxij. qui dicit, ꝙ de diuisione soluitur gabella, stante statuto ꝙ de omni alienatione soluatur gabella. ¶ Vide quæ dixi suprà tit. des *fiedz*. §. fi. in gl. *en alienatiõ*. versi. videndũ est. & in additiõe ibi posita, vide etiã Guido pape. quæst. xlviij. Et an ex diuisione debeatur laudemiũ, vide quæ dixi suprà tit. sequen. §. fi. & Boeriũ in consue. Bituricẽ. titu. de consuetu. feudi & censꝰ. §. vj. in gl. magna. vide domi. Iaso. in l. fi. col. xij. C. de iure emphy. 21

Item quæritur vlterius, quid si alienatur res per aliquẽ ex cõsanguineis alicui emptori, quæ quidẽ res sit censualis, si proximus postea retrahat, an iste emptor à quo retrahitur, & proximus retrahens teneantur soluere laudemia de proximo? vide quæ dixi hìc antè in principio huius §. de emptore. vide Alber. de rosate. in l. si duobus. §. sed quia nostra maiestas. C. commu. de leg. & in prima parte suorum statutorum. quæst. cxv. *Quæstio.*

§. DECIMO.

AV reachat & retraction des heritages, soient censables ou feodaulx venduz, le lignagier sera preferé au seigneur feodal, ou censier, toutes & quantes fois que l'un des lignagiers a faict diligence, d'auoir la retraicte de l'heritage vendu, le vẽdeur & l'acheteur ne peuuent faire conuention ensemble, pour empescher ladicte retraicte au preiudice du lignagier.

Ista consuetudo est in comitatu Niuernensi, & ferè in omnibus locis Franciæ, vbi vigent consuetudines retractus.

IDem in cõsuetudinibus quasi totius Frãciæ scilicet ducatus Aurelia. in tit. *des retraictz*. §. cclxxxvij, Et in ducatu Aluerniæ tit. *de retraict ou retenue*. §. xv. Et vide de hoc articulo in cõsuetudinibus vicecomitatus & præposituræ Parisien. in tit. *de retraict lignagier*. §. clxxxiij. & §. clxxxv. & in consuetudinibus Bituricen. in tit. *du retraict lignagier*. §. vlt. Idẽ in consuetudinibus balliuatus Melden. in tit. *de retraict*. §. cxiiij. Et quantũ ad vlti. arti. ꝙ non potest fieri pactio in præiudiciũ proximi. Idem in consuetudinibus balliuatus de Chaulmont en Bassigny. ¶ Idem in cõsuetudinibus Turonen. & vide Io. Sanxon in suo commento super dictis consuetud. titu. *Comme hommage se doibt offrir a son seigneur*, c. fi. in fine. vbi videtur tenere contrarium stante consuetudine nostra, & Turonen. in locis vbi viget talis consuetudo.

IN TEXTV IBI, *Au seigneur feodal.*

PER istum textum pondero duo. * Primũ ꝙ etiã ius reachatus & retentionis cõpetit domino feudali per cõsuetudinẽ, ad quod multi nõ aduertũt, & etiã videtur ꝙ istud fit de iure, per tex. in §. porrò. in tit. qualiter olim feudum poterat alienari, tamẽ do. meus Ias. in l. iij. in iiij. col. ibi, iuxta supradictum notabile. C. de iure emphyteu. voluit tenere cõtrariũ, videlicet ꝙ dominus præfertur consanguineo. Et ita tenet etiam Alber. de Rosate. in l. imperator. la ij. ff. de pactis. Sed licet illud posset sustineri in emphyteusi, nõ tamen idem est in feudo & censu. & aduerte quia tex. in d. §. porrò. nihil facit quòd de iure communi habeat dominus feudi, sed tãtùm allegat quandam consuetudinem quæ tunc erat, quam non approbat. Dicam alibi. *1 Ius reachatus cõpetit domino feudi.*

DICIT tamẽ Guil. Benedicti in sua repetio. c. Rayn. in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiã. nu. 858. de testa. quòd in ciuitate Caturcẽsi, est cõsuetudo quòd domini feudales nõ habẽt ius prælationis, quia etiã non possunt retinere feuda. eo quòd tenentur alios inuestire vt ibi amplè etiam de principe qui non potest retinere feudũ sibi cõfiscatũ. Sed videtur quòd iste textus nõ probet quòd ius retentionis cõpetat domino, sed solum ius reachatus & retractionis, quæ sunt diuersa, licet videatur quòd nũquã potest alio modo intelligi iste tex. nisi quòd dominus nõ præfertur in iure retẽtionis, habẽti ius retractus aut reachatus. ergo à cõtrariò si nõ sint qui habeant tale ius retractus aut reachatus, videtur quòd dominus sit admittendus, in iure quod sibi cõpetere potest, quod non potest esse aliud nisi ius retentionis. ¶ Et quantũ ad hoc * quòd dominns habet ius retentionis, an istud sit à tempore contractus, an à tempore denuntiationis & notificationis, & intra quod tẽpus, an intra annum, an verò intra xl. dies. Nam neutrũ istorum video decisum, neque per dispositionem iuris, neque per consuetudinẽ, nisi arguamus à simili, quod potest esse in vtroque. Nã primò potest esse cõsuetudo, quòd intra annũ possit quis retinere. §. Titius. si de feudo defuncti cõtentio sit. & §. porrò. qualiter olim feudum poterat alienari. Sed hìc expressè nihil deciditur per cõsuetudinẽ nostrã, * nisi dicamus, quòd in hoc. §. ius retractionis & retractus seu reachatus æquiparantur. Ex quo ergo ius retractus est vnius anni, ideo etiam videretur idem esse in iure reachatus, quod melius diceretur ius retentionis. Sed in hoc dic, quòd hìc in hoc §. non parificantur ius retentionis & ius retractus, sed tantũ parificantur ius feudi & ius censuali. ideo tempus determinatum in iure retentionis census, extendetur ad retentionem iuris feudalis, vt dixi in fine harum consuetudinum, in conclusione, in glo. *interpretẽes*, versic. decima conclusio. & ideo etiam curret tale tempus à tẽpore denuntiationis. Cum ergo in Burgundia tempus iuris retentionis in censu, sit quadraginta dierum post denuntiationem, idem erit in tempore iuris retentionis in feudo. *2 Ius retẽtionis à quo tẽpore competat domino.* *3 Ius retẽtionis & retractus an æquiparentur.*

4 Feudalis cẽsuali præfertur in retentione.
5 Ordo scripturæ.

SEcundò * ꝙ in prædicto iure retentionis dominus feudi præferri debeat domino censuali, posito quòd sit res feudalis & cẽsualis vni. quod an possit esse, dicã infrà. in tit. *Des censes*. §. iii. inci. *Lon peult mettre cense sur cense*, & hoc hîc probatur ex ordine literæ seu scripturæ, quoniam vt dicit Bal. in l. aduersus. C. de fur. * ꝙ qui prior est in ordine scripturæ, præsumitur prior in tẽpore. & Bal. in l. j. C. de impub. & aliis substitu. quòd in dubio datur regula ex ordine verborũ. Et vide Feli. in c. cũ dilecta. in iij. col. in versi. ordo scripturę. extrà, de rescrip. vbi plura allegat ad hanc materiã. Dicit tamen vnum post Bal. in j. l. C. de edicto diui Adria. tol. quòd si vna res non potest competere nisi vni, & sint plures nominati, ille primus nominatus erit præferendus. Cogita. ¶ Et de materia ordinis scripturæ, vide do. meum Ias. in l. ij. §. prius. ff. de vulga. & pupil. substitu. in penul. col. & Francis. Are. in consi. cliij. Panor. in c. dilectus filius. extrà, de præbendis.

6 Ordo intellectus.
7 Laudemia an ex venditione rei feudalis.

ADuerte tamẽ ad tex. in c. decernimus. extrà, de iudi. vbi non attẽditur ordo scripturæ. Et vide Bal. in fi. C. de hære. insti. & in. l. j. in iiij. oppo. C. de his quæ pœnæ nomine. vbi dicit * ꝙ potius ordo intellectus, debet attendi, quã ordo scripturæ. Cogita. ¶ * An ex vẽditione rei feudalis debeãtur laudemia domino, de cõsuetudine nostra nihil disponitur, ergo ad ius cõmune recurrendũ est, vt in fine cõclusionũ istarũ cõsuetudinũ dicitur, & etiã quia casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. cõmodissime. ff. de lib. & posth. l. si extraneus. ff. de condicti. ob causam. Quid ergo dicendum est de iure? an dominus debeat habere laudemia? dic quòd non, vt videre potes per Boerium in consuetud. Bituricen. titu. de cõsuetud. feudi. §. v. valeret tamẽ consuetudo quòd aliquis dominus exigeret pro inuestitura rei feudalis. posset etiam argui quòd sic, cùm ex re emphyteutica debeantur, & de emphyteusi ad feudum bonum est argu. plene per dominum meum Iasonem in l. j. colum. xj. C. de iure emphyteu. dixi in princi. huius glo.

Quæstio.

QVæro de quæstione quæ euenit his diebus in hac ciuitate Heduẽ. Aliquis vendidit quãdam domũ antiquam extraneo, antequã cõsanguineus vẽditoris peteret dictã domũ sibi dari iure retractus, ille extraneus emptor iterum reuendidit primo venditori cõsanguineo, post quã reuenditionem iterum primo venditori factã per extraneũ, consanguineus fecit citare extraneum qui priùs emerat, petendo prædictã domum sibi transferri iure retractus, dicit extraneus, non ampliùs sum dominus, ego iterũ reuendidi primo venditori, agas cum eo. quæritur, an hæc secunda reuenditio, possit impedire & tollere ius retractus quod fuit acquisitum cõsanguineo, per primã vẽditionẽ factã? dictũ fuit per aliquos ꝙ dictus extraneus, & primus vẽditor teneretur iurare, an ista secũda vẽditio nõ fuisset facta in fraudẽ iuris retractus, & iuramẽto præstito si cessaret fraus, ꝙ ex quo ratio cõsuetudinis cessat (quę est vt bona antiqua exeãt familiã & agnationẽ,) quod cessare debet cõsuetudo, cũ cessante causa, cessare debet & lex. c. cũ cessante. de appel. & ideo nullũ erat ius retractus, quia rediërat ad illũ qui est in pari gradu, imò potiori gradu. hæc quæstio fuit in terminis facta per do. Alber. de Rosa. in prima parte suorũ statutorum, in lxxxvij. q. vbi dicit * quòd si antequam fuerit oblatum pretiũ emptori perillos de agnatione, primus vẽditor redemerit, quòd sit potior cõditio ipsius redimentis. per l. fi. C. de rerũ perm. per l. quod dicitur. §. sed si impensis. ff. de impensis in reb. dota. factis. l. fi. ff. rerũ amota. l. si mulier. ff. sol. mat. l. ex hoc edic. §. si quis. ff. de aliena. mutandi iudicij causa facta. si verò agnati præuenerunt pretium emptori offerendo, tunc non est licitũ vẽditori redimere, quia præuẽtus est. alleg. in argu. l. si quis postea. ff. de iudi. l. si post mortem. §. fi. ff. de bono. posses. contra tab. l. insulam. in fi. ff. sol. mat. l. stipulatio. ff. de iure do. l. filio. ff. de lib. & posthum. l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pac. l. is qui. ff. de confes. & l. qui pœnitet. & ff. de in ius vo. l. quãuis. & hanc quæstionem allegaui, ex quo cessauit processus. ¶ De hac recuperatione quid operetur, & quando debeat fieri, vide per Philippum Decium consilio suo clx. in fi. vbi dicit quòd debet fieri antè litem motam, vel antè quam aliquis ex proximioribus obtulerit pretium, vide Boerium in consuetud. Bituricen. titu. de consuetudine retractus allegantem Alber. hîc per me allegatum.

8 Vẽditor quãdo præferatur agnatis.

IN TEXTV IBI, *A faict diligence.*

Quæstio notabilis.

QVæritur de quæstione quæ euenit inter nobiles & potentes viros. Quidam nobilis & potens vir vendidit venerabilibus dominis decano, & capitulo Heduen. quater cẽtum libras annui & perpetui reditus, cum pacto de retrouendendo ad annũ tãtũ, quas assignauit in genere super omnibus suis bonis, & cũ hoc fuerunt plures rustici qui fuerunt fideiussores & principales, & quilibet illorum insolidum vendidit super omnibus suis bonis &c. Et cùm tandem hoc deuenisset ad notitiam cuiusdam consanguinei, prędicti nobilis venditoris, venit ad hanc ciuitatem Heduẽ. & ibi applicuit die. xx. Februarij, & die sequenti quæ fuit xxij. de manè in capitulo prædictorum venerabilium exprɇsse pro huiusmodi negotio congregato, petiit transportũ sibi fieri, offerendo & consignando pecunias pro summa debita, sed antè huiusmodi requisitionem per eum factam in ipso capitulo, & in introitu, & initio quidam ex canonicis rogauit dictos dominos de capitulo, vt pro & nomine nobilis venditoris eidem vellent dare, & prorogare terminum redimendi dictas quatuor centum libras ad decennium, quod & fecerũt. Quæritur an ista prorogatio termini, seu datio de nouo ad redimendũ intra decennium, noceat alteri retrahenti in vim iuris retractus? videtur ꝙ non, quia ex quo dictus consanguineus fecerat suam diligentiam, emptor & venditor nõ potuerũt quid facere in præiudicium prædicti iuris. Or sic est nunc, quòd satis fecisse dicitur suam diligẽtiam, cũ à loco Cabilonen. vbi morabatur, huc & ad hanc nostram ciuitatem Heduen. applicauerat & venerat pro huiusmodi negotio, & sic iam facto suã voluntatẽ declarauerat, quod magis est quã verbo, vt dicit do. meus Ias. in l. de quibus. col. viij. ff. de legi. * vbi dicit nõ esse differentiã, an declaretur voluntas verbis an factis. per illũ tex. & per tex. in l. Paulus. ff. rem ratã haberi. ita vt dicit ꝙ fortior est appellatio quæ interponitur ad papam facto, quã verbo, puta accipiendo iter ad papã. c. dilecti. & c. vt debitus. de appel. hinc dicit, * ꝙ facta sunt fortiora ad declarãdũ voluntatem, quã verba, quę sæpe proferuntur contra intẽtionem proferentis. in c. dilecti. de appel. & in c. æstimant. xj. q. iij. secũdũ Pan. in cõsi. ccxxiij. incip. Illud de iure quæritur. in pen. col. in princ. & facit text. in l. si tamen. §. ei. ff. de ædili. edic. & dicit Barto. & post eum do. meus Ias. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nun. quòd etiam vbi requiritur factum, scilicet in nuntiatione noui operis, ad impediendum ne quid postea fiat, aut in appellatione vt impediatur postmodũ, & quę facta fuerint post tanquã attentata reuocentur, sufficit arreptio itineris. per plura iura ibi

1 Voluntatem declarari verbo aut facto an differant.

per cum

per eū allegata. Ex quo videtur dicendū ꝙ etiā hoc casu prædictus dominus volēs retrahere, satis, & ad sufficiētiā videtur fecisse diligētiā per arreptionē itineris ad actū faciēdū & deueniēdū, ita vt post huiusmodi diligētiā vēditor & emptor non possint quid amplius facere in pręiudiciū iuris retractus. Et multū faciebat in hoc casu pro retrahente, ꝙ venditor & retrahens sunt de balliuatu Cabilonen. & dictus retrahēs ad huiusmodi actū faciendum, à loco Cabilonen, secum adduxerat locumtenen. ipsius balliuatus Cabilonen. Ex quo satis videbatur facta protestatio coram iudice partium, quòd accipiebat iter ad huiusmodi negotium. quòd multum operatur, vt dicunt Bar. & Iason in dicto §. si quis ipsi prætori. ff. de noui operis nuntiatio.

EGO tamē credere dicendū, ꝙ ille nobilis in hoc casu nō debeat habere ius retractus, nisi sub cōditiōe reachatus. Primò quoniā vt cōstat, dicti domini venerabiles dederūt prędicto vēditori ius reachatus, antequā dictus cōsanguineus petiisset illud transportū sibi fieri: & sic nō est eidē ius quæsitū. vt tenet Alber. de rosa. in i. parte suorū statutorū. q. lxxxvij. de qua dixi in gl. pręcedēti. Ex quo vēditor & emptor potuerūt inter eos facere quicquid voluerint, imò etiā posset cogi cōsanguineus singulis annis dare reachatū, vēditori soluēdo arreragia debita, propter infallibilē obseruantiā & modū cōsuetū & solitū fieri infallenter, à tēpore cuius initij memoria nō extat in contrariū in dicto capitulo Heduē. s. ꝙ ineternū & perpetuò datur reachatus vendētibus reditū annuū dictis venerabilibus. Et istud vsq; nūc, & vsq; ad hæc tēpora, sine aliqua difficultate apud d. capitulū fuit obseruatū. Ex quo nobiles patriæ facilius audēt eisdē venerabilibus vendere reditus annuos. Et ideo quia quod solitū est fieri per eos debuit obseruari. arg. eorū quæ de solitis dicuntur, vt per do. meū Ias. in l. certi cōdictio. §. si nūmos. ff. si cer. pet. Et facit *quia frequētia actus facit ꝙ actus irreuocabilis sit reuocabilis. l. si olim 3 *Frequētia actus.*
in fi. C. locati. Io. de Imo. in l. si finita. in prin. ff. de dāno infe. sic ergo hîc in hoc capitulo, licet cōtract⁹ vēditionis redituū post annū & reachatū, sit in patria cōsuetudinaria, & de iure irreuocabilis. tamē frequētia actus in prædicto capitulo facit ꝙ semper sit reuocabilis. soluēdo principale & arreragia, quæ frequētia actus obligat dictos dominos de capitulo, ergo & illos ad quos trāsit res, cū res trāseat cū suo onere, nec pl⁹ iuris in aliū quis trāsferre potest, q̄ habeat, iuribus vulgatis. & ideo cū istud sit in obseruātia in hoc loco, & morib⁹ vtentiū obseruetur, est tātæ efficaciæ ꝙ tolleret statutū in cōtrariū. Ita tenet per multa. do. meus Ias. in l. rē nouā. in j. & ij. col. C. de iudiciis. & sic cū dicatur ꝙ post annū primū reachatus, vēditor sit exclusus, ita ꝙ emptor possit semper retinere rē venditā, intellige nisi aliud sit de cōsuetudine introductū, scilicet ꝙ etiā semper sit consuetū in loco fieri transportū de re empta, nō obstan. lapsu reachatus. Cū sicut ea quæ de cōsuetudine & cōmuni obseruantia pręsumūtur esse apposita, ita etiā omnia intelligūtur excepta, quę de cōsuetudine solēt esse & fieri. do. meus Ias. in l. iij, in viij. col. C. de iure emphyteuti. In proposito facit vna singularis decisio Bal. in addi. ad Spe. in rub. de loca. quā alleg. & sequitur do. meus Ias. in d. l. si nūmos. ꝙ locatio in emphyteusim simpliciter facta per prælatū, tamē censetur facta in tertiā generationē, si erat ita cōsuetū. sic etiā emptio reditus annui per illos de capitulo simpliciter facta, intelligatur cum reachatu perpetuò, cū ita sit consuetū fieri. Multa alia hîc dici possent quæ omitto, cum non fuerim alio modo consultus, & sub iudice lis est. Vnum tamen nolo hîc omittere quod iam suprà dixi, *quòd annuus reditus, venditus non iusto pretio etiā post lapsum tempus reachatus est 4
perpetuò reachatabilis & redimibilis. ita tenet Iacobi. de S. Geor. in l. mutuum. in j. col. ff. si cer. pet. dixi suprà in titu. *Des rentes uendues a reachat*. §. j. in additione incipiente, tamen vide Philippum Decium.

IN TEXTV IBI, Le vendeur & l'acheteur.

ECCE ergo quòd *non possunt facere emptor & vēditor per pactum, quòd consanguineus non habeat 1
eius retractus. ℂ Imò etiam non possunt facere partes, quòd proximus habeat maius tempus quàm anni & diei, quod quidem tempus partes prorogare non possunt, ad instar temporis instantiæ causæ, vt tenet Alexā. in consilio. xxiiij. in fine. in j. volumine. multominus diminuere, ex his quæ notantur in regula indultum, & ibi per Dyn. de regulis iuris. in vj. *

SED quæro* quid, de quæstione multum vtili. Quidam vendidit domū cū pacto vt non transeat dominium in emptorē, nisi quousque sit solutum pretium, an interim consanguineus proximus possit domū petere iure congrui seu retractus? Matth. de affli. in dicto suo commento. §. licet enim. in vj. colū. quærit de hac quæstione, & dicit quòd videtur quòd sic, nā licet tex. in l. cū manu sata. §. nemo. ff. de cōtrahē. emptio. dicat ꝙ per dictum pactum desinit esse venditio, & ꝙ transit in aliū cōtractū, scilicet pignorantium vel commodantium, vt dicit glo. tamen hoc est verum quando illud vltimum pactum, potest transfundere præcedentem cōtractum in aliquem validum contractum, sed quando per hoc pactum annullatur primus contractus, nec fit transfusio in aliquem, tunc annullatur pactum, & remanet primus contractus. Martinus dicit ꝙ hoc habuit à quodā domino Ioannæ de Bentiuolis, qui allegabat quoddā consilium Pau. de cast. quod dicit se non vidisse, qui quidem Pau. cōsuluit, quòd si fiat donatio causa mortis vxori, pręsentium, & futurorū, cū iuramento & pacto, ꝙ non possit reuocari donatio, ꝙ si illud pactum facit illam donationem inter viuos. ꝙ ex quo tolleret liberam testandi facultatem, ꝙ nō conuertetur in donationē inter viuos, sed remanebit donatio causa mortis, & tolletur pactum, & remanet pactū nullum. Licet Martinus nō alleget illud cōsilium est tamen consiliū Pauli lxxvj. quod incipit, notandum est quòd præfatum statutum in consiliis nouis. in impressione noua. sic ergo in casu isto de quo queritur, nō potest resultare aliquis cōtractus validus, remanente dicto pacto meritò cōtractus erit perfectus, vt cōsanguineus possit petere dictam domum iure retractus, non obstante dicto pacto. ℂ Facit ad hoc quod voluit Ang. in quodam suo consil. ij. ad illud propositum de venditione facta pacto apposito ꝙ non transeat dominium. & quod not. idem Ang. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pac. vbi dicit *quòd contrahentes non possunt facere ꝙ vera stipulatio nō sit stipulatio, licet possunt facere vt habeat ef- 3
fectum nudi pacti. & sic nō possunt facere quòd vera emptio nō sit emptio, licet possunt aliquid diminuere de eius effectu, & sic patet ꝙ hoc casu habebit locum ius retractus. & licet videatur quodammodo dictum Bald. in rub. C. de contrahen. emp. in contrarium, tamē Matth. ibidem plenè respondet, concludendo ꝙ non obstāte dicto pacto, proximus habebit domum iure retractus, aliàs vt dicit esset aperta via fraudibus, nam qui vellet fraudare proximum iure retractus, emeret cum dicto pacto, & secretò postea solueret pretium, & sic nun-

quam proximus haberet ius retractus quod nõ est cõfitendũ, cũ semper fraudibus sit resistendũ, ne aliquibus fraudes prosint.l.ij.C.qui milita.non possunt.lib.xij.cum vulg.& ibi per eum.

Quæstio. ITem quæro, pone quòd quidã vendidit domũ iusto pretio, prout declarabit Titius, vel quãti pretij Titius æstimauerit.secundũ quod not.in l.fi.C.de cõtrahen.emp.an istud pactũ tacitè impediat ius retractus, si Titius sit mortuus antequã declarauerit? videtur primò ꝙ nõ impediat ius retractus, imò quòd cõsanguineus habebit ius retractus, quia valet venditio pro decẽ, & quanti plus valet.vt in l.hæc venditio.§. fi.ff. de contrahẽ. empt. ¶ Contrarium tamen videtur verius de rigore iuris, nam iste contractus non est contractus emptionis, sed est innominatus, ex quo oritur actio præscriptis verbis, & sic non habet locum ius congrui. pro hoc facit quod dicit Bald.in l.contractus.C.de fide instru.in ij.col.ibi, quæro de secunda perfectione. vbi dicit quòd ex quo pretium non est specificè declaratũ, nõ est venditio, & dicit quòd ita dicit Azo in summa. insti. locati.& dicit ꝙ hoc dictum non est alibi, ex quo ergo pretium non est specificè declaratum, non est venditio.vt in §. pretium.insti.de emptio.& venditio.& in l.fi.C.de rescinden.venditione.& iste contractus resoluitur in contractum innominatum hoc modo, do tibi rem hanc, vt pretium eius mihi iustũ dones, & sit cõtra cum cui res data est agere possum, ad illud pretium actione præscriptis verbis, vt dicunt Azo & Bal.ita tenet etiam Lud. Ro.in l.sciẽdum.in tertia charta.ff. de verb.obli.sed ipse multum miratur de Bal. qui non allegauit ad propositum glo.in l.si vt certo.§.nunc videamus.in verbo, locato, ff.commodati.tex.in l.si tibi polliendа.ff.de præ-
4 scrip.verbis.instit.de locato.§.& quæ res diximus.ver.qua de causa.vbi deciditur * quòd si res sit locata pro mercede (quæ postmodum inter contrahentes iusta fuerit declarata) iste contractus non erit locato, sed contractus innominatus, do vt des, & ideo ad pretium declarandum agitur præscriptis verbis. & ideo concludit Matthæus de afflictis in dicto loco suprà allegato, quòd non habebit locum ius retractus.

LIcet istud possit esse verum de iure, tamen de cõsuetudine nostra videtur quòd etiam in tali contractu habeat locũ ius retractus. nã habemus consuetudinẽ hîc antè positã dictantẽ, quòd si aliquis dederit hæreditagium suum antiquum alicui, vt singulis annis ei det certum quid annuum, habebit locum ius retractus, ita ꝙ proximus dando illud annuum habebit rem datam hoc modo, & tamen est contractus innominatus do vt des vt in §.viij.ergo sicut statuitur & disponitur per consuetudinem nostram, quòd ius retractus habeat locum in tali contractu innominato do vt des, idem propter similitudinẽ erit dicendum in omnibus contractibus inno-
5 minatis do vt des, prout est in hoc casu nostro, * cum consuetudo loci procedens in certo casu procedit ad casum similem ex identitate rationis etiam contra ius commune. multò ergo fortiùs in hoc casu cùm non sit cõtra ius cõmune, sed præter, & faciunt ad propositum quæ dicit Fulg. in l.de quibus.ff.de legi. de quibus dominus meus Ias.in d.l.in iij.col.ubi solus Ful.hic.& hæc materia posset multũ amplè disputari, & esset casus pro amico si euenerit in facto, sed reuertendum esset in hoc fundamento, ad dominum meum Iasonem in dicto loco, quem nunc aliter non decido, ne fortè in casu emergenti mihi præiudicare possit.

IN TEXTV IBI, *Au preiudice du lignagier.*

1 Nota. BEne tamen potest facere in præiudicium sui, & etiam aduerte, * quòd emptor antèquã proximus petierit ius retractus, potest dare licentiam venditori de retrahendo, quia est dominus rei sibi vẽditæ, & potest facere in re sua quicquid vult.l.in re mandata.C.mãdati.l.etiã §.licet.ff.sol.mat.de qua regula per do. meũ Iasan
2 l.j.in fi.C.qui testa.facere possunt.&.C.ne fiscus vel respu.* & facit etiã, quia proximus nõ habet ius in re vẽdita nisi à tempore petitionis & oblationis pretij, sed post oblationem factam & receptionem petitam, non potest emptor venditori terminum dare, siue reachatum ad habendum suam rem, quia per petitionem ius est quæsitum peteti in re, taliter etiam quòd constituitur in mora.l. qui dicere.ff. de sol.& sic in præiudicium retrahentis nõ potest aliquid emptor facere.l.electio.§.si absente.ff.de noxa.c.à nobis.cum ibi no.de simonia

Quæstio. SED quæro, pone ꝙ cõsanguineus proximus dedit licentiam suo consanguineo vendendi cui velit, an iste talis qui dedit talem licentiam possit postea agere iure retractus cõtra emptorem? videtur ꝙ sic, quia nondum competebat ius retractus antè venditionem, ergo ei iuri quod nondũ competebat renunciari non potuit l.est repudianda l.qui superstitis.ff.de acqui.hære.l.si ita scriptum.§.si sub conditione.ff.de leg.ij.l.speciem.C. quę res pigno.obl.possunt, itẽ quia cũ emptore nihil actũ est, ergo emptor nihil potest accipere de pacto facto cum res inter alios acta &c.& credo hoc esse verum cũ vẽditore.licet Mat.de afflı.teneat cõtrarium in suo cõmento, in glo.j.in xiiij.colũ.eo quòd pactum factum venditori prodest etiam emptori.ff. de pac.l. si tibi decẽ millia.§.pactum.& idem in duobus.§. personale.& l.iuris.gentium.§. pactorum.ff. de pac.cogita si casus eueni-
3 ret. ¶ * Itẽ quæro, si proximus dicit emptori quòd nolebat retrahere, an si iste emptor iterum vendat alicui alteri, an tunc iste proximior possit habere ius retractus, licet primo emptori renuntiasset? Iac.Rebuf.in l.vnicuique.in fi.C.de proximis sacrorum scrinio.lib.xij.post argumenta hincinde concludit quòd sic.

§. VNDECIMO.

Modus cõcludẽdi cõtra emptorem. *LE lignagier qui veult faire la retraicte dudict heritage vendu, peult agir contre l'acheteur, ou detenteur dudict heritage.*

IN TEXTV IBI, *Contre l'acheteur.*

IN hoc datur proximo conditio ex l.quæ quidem est personalis.§.sic itaque discretis.insti.de actio.& concluditur in hac actione contra emptorem hoc modo. videlicet, ꝙ est verũ ꝙ Titius à tẽpore vnius anni seu ab anno citrà, vendidit ei talem domum pro centũ scutis. Item quòd talis domus est antiqua, & antiquum dicti Titij hæreditagium. Item quòd consuetudine cauetur, quòd proximus rem antiquam venditam per consanguineũ potest intra annũ retrahere, offerendo pretium & fructus rationabiles. Itẽ ꝙ talis est proximus consanguineus Titij. Item ꝙ verũ pretiũ vẽditionis est summa cẽtũ scutorũ. Itẽ ꝙ illud pretium offert realiter, & de facto consignat seu deponit offerendo eidem emptori dare & soluere fretus rationabiles, quos fecit dictus emptor in emptione dictæ rei, ex quo petit & requirit quòd dictam rem emptã per eum velit dictus Titius eidem retradere, accipiendo pretium & fretus, & de eadem eidem facere transportum seu cessionem virtute dicti iuris retractus sibi competentis ex consuetudine. Et ita in terminis tenet Ioã. Fabr.

Fab.in §.ex non ſcripto.in iiij.col.ibi circa quartum.inſtit.de iure naturali,gentium,& ciuili.

SED quæro an iudex cancellariæ noſtræ huius ducatus Burgundiæ,ſit iudex cõpetens in hoc,quãdo inſtru- *Quæſtio.*
mentũ venditionis & emptionis eſt receptũ ſub ſigillo cãcellarię,quia aliàs nõ eſſet iudex cõpetens,& hoc
eſt clarũ,ſed cũ tale inſtrumentũ eſt receptũ ſub ſigillo,an cõſanguineus poſſit petere ius retractus corã iudice
cancellariæ.& ibi proſequi? nã ſatis dixi ſuprà in hoc eo.tit.§.j. in gl. *peult reacheter*. ꝙ hæc actio contra em-
ptorẽ eſt perſonalis,quæ cõpetit ex quaſi contractu & cõditione ex lege.Et cũ hoc caſu agatur ad diſſolutio-
nem contractus,ꝙ iudex cõtractus non eſt iudex, vt dicit Bal.& Pau.de ca.in l.ij.C.vbi & apud quẽ.cõtrariũ
tamẽ vidi aliquãdo obſeruare,quod nõ mihi videbatur iuridicũ. ¶ Per iſtã deciſionẽ aliàs volui dicere, ꝙ qñ
debitor in vim alicuius cõtractus ,impetrabat mandatũ cõtra debitorẽ ad iudicialiter exhibendũ,& exhiberi vi
dendũ literas obligatorias,& ad audiendũ dici,proponi, & allegari cauſas,propter quas dictæ literæ obligato
rię debẽt caſſari,annulari,aut cõtractus reſcindi,ꝙ hoc caſu creditor nõ poteſt obtinere prouiſionẽ debiti per
eũ prætenſi,cõtra eius debitorẽ,quæ ſolet adiudicari creditoribus in vim ſigilli cãcellarię,ſecundũ ordinatio-
nes regias, eo ꝙ cũ tali caſu agatur ad diſſolutionẽ cõtractus , videtur eſſe ſublata poteſtas iudicis cancellariæ.
¶ Ego tamen vidi in contrariũ iudicare,pro Ioanne de la barre mercatore Diuionen. contra benignũ de cyre
etiã mercatorem dicti loci. Et ita iudicauit nobilis & ſapiens vir magiſter Andreas brocard,tũc locũtenens cã
cellariæ in dicto loco Diuionen. & nunc conſiliarius in parlamẽto Burgundię.& iſtud fuit factũ de conſilio no
biliũ ac ſapientũ virorũ magiſtrorũ Iacobi arbaleſte,Ioannis de loyſie aduocatorũ fiſcaliũ in prædio parlamẽ- *Regula.*
ti, & Philip.le lieure, & ita etiam cum prædictis me ſubſcripſi & ſubſignaui, & hoc quia competit ius per mo
dum agendi, multomagis per modum excipiendi regulas iuris.

IN TEXTV IBI, *Ou detenteur.*

ISta eſt deciſio * quæſtionis. Sẽpronius aliquis extraneus emit à cõſanguineo meo antiquũ hæreditagiũ, poſt- 1 *Caſus.*
modũ illud vendidit antè annũ,an poſſem illud retrahere ab illo ſecundo emptore virtute iuris retractus? vi
detur primò ꝙ nõ,quia à primo emptore non poſſum retrahere cũ non habeat, tranſportũ enim mihi facere
non poteſt de illa re,quã non habet, nec illã retradere.arg. l.ij.§. ſi mulier.ff.ad Tertul. qui enim ſine re vadit,
nulla res ſibi cadit.l.hodiè.ff.de capi.diminutione.nõ enim à ſecundo emptore videtur, quia ſecundus vendi-
ditor nõ mihi coniungitur,nec eſt meus conſanguineus, igitur. ¶ Itẽ videtur mihi imputandũ ex quo non re-
traxi à primò.arg.l.ij.§.ſi quis.ff.ſi quis cautio.ex quo etiã res nõ eſt integra. arg.l. quòd ſi minor. §.Scæuola.
ff.de mino. ¶ Sed tamẽ dic contrariũ eſſe verũ,quia ex quo in tali re antè annũ eſt cõditio,ꝙ poſſit retrahi per
proximiorẽ,ad quencunque vadat.tranſit cũ illa cõditione.arg.tex.in l.via.§.ſi.fundus.ff.de ſeruitu.ruſti. præ-
dio.imò etiã tranſit cũ ſuis priuilegiis.c.cũ non ſit.extrà,de deci.c.ex literis.extrà, de priui. Et etiã alienatio fit
cũ ſua cauſa.l.alienatio.ff.de contrahen.emp.l.emptorem.ff.de actio. empti.facit in ſimili.l.ſed vbi.ff.de mino.
facit tex.in l.minor.ff.de euic.vbi agitur ad reſtitutionẽ contra ſecundum emptorẽ.Et intellige prædicta ꝙ re
cuperabit à ſecundo emptore pro pretio pro quo primus emptor emit,& non pretiũ quod vendidit.facit tex.
in l.poſtliminium.§.ſi is qui emerat.ff.de capti.& poſtlimi.reuerſis. ¶ Et ideo non eſt verũ id quod dicit Mat.
de affli.in trac.de iure protomi.in conſtitu.Federici.§.licet enim ibi,ſextò nota.vbi dicit,quòd ſi primus em-
ptor donauit tertio,quòd non poteſt aduocari ab iſto tertio. ¶ Vide Boerium in conſuetudine ſeptenæ Bi-
turicen.titu.de conſuetudine retractus.§.ij.vbi ponit de materia huius §.

SED qua * actione aget contra detentorem hoc eſt ſecundũ emptorẽ? tex.in l.minor.ff. de euictio. ibi, facit 2 *Actiõe*
ꝙ ſicut,proponit reſtitutionem in integrũ contra primũ,ita contra ſecundũ. & ideo videtur ꝙ ſicut cõſan- *qua cõtra*
guineo ſeu proximiori datur conditio ex l.contra primum emptorem,ſic etiã cõtra detentorẽ. crederem tamẽ *detentorẽ*
dicendũ ꝙ iſta actio ſit perſonalis in rem ſcripta , & hoc probo * actio enim in rem ſcripta ſemper cõcomita- *agendum.* 3
tur rei poſſeſſorem ſicut actio realis.l.iij.§.eſt autem.ff.ad exhi. Et ibi glo.l. metum.§.ſi.ff. quod met.cau.l.j.
§.ſi.ff.de interdic.do.meus Iaſ.in §.quædam.inſti.de actio.ſed iſta eſt huiuſmodi , quia datur contra poſſeſſo-
rem ſeu detentorẽ,non quia poſſidet ſimpliciter,ſed quia per conſuetudinẽ eſt obligatus ex poſſeſſione, ergo
eſt in rem ſcripta,nec eſt dicenda perſonalis mera, * quia tales perſonales actiones non egrediuntur perſonam. 4
l.actionum genera.ff.de actio.& obli.hinc dicuntur ſequi perſonam , ſicut lepra leproſum. do. meus Iaſ. in §.
omnium.in princi.inſti.de actio.Cùm ergo hæc egrediatur perſonam, & detur contra poſſeſſorem rei dici-
tur in rem ſcripta,& non merè perſonalis, ſed tamen illa quæ datur contra emptorem, dicitur merè perſona-
lis,vt dixi in gl.præcedenti.

SED iuxta prædicta poſſet quæri ,quid de iure retractus , an ſi quis dederit ius retractus alicui de re ei ven- *Quæſtio.*
dita ſi eã trãſferat alteri,an poſſit primus vẽditor agere cõtra ſecũdũ emptorẽ,qui nihil eidẽ primo vẽditori
promiſit?iã ſuprà dixi in tit.*des rentes uendues a reachat*.in §.j.in gl.*rentes*.ibi tertium eſt vẽditio.dixi aliquid,ſed
iſte tex.mihi videtur facere cõtra opinionẽ Alex.in conſi.x.& Franci.Curtij.in conſi. xij. & in caſu emergenti
propter illum tex. in d.l.minor. dixi quòd etiam poterat agere primus venditor contra ſecundum emptorem.

§ DVODECIMO.

POurce que ſouuent aduient,que aucuns pour frauder le parent & le lignagier,de ſon droict de retraction de la choſe tranſportée par ſon parent font eſchange , & apres reachetent l'eſchange , ſe la fraude eſt trouuée par preuue ſuffiſante , ou par le ſerment des contrahans qu'ilz ſont tenuz a en iurer , ſe la partie ſ'en raporte a leurs ſermens , ledict parent ou lignagier aura la retraction ſ'il la veult auoir ſelon la couſtume.

IDem in comitatu Niuernenſi & in multis locis Franciæ. ¶ Quia ſæpe hæ fraudes fiunt , ideo de his tractandum eſt.vt illis obuiari poſſit,& vt euitentur,cum vt dicit tex.in l.ij.C. qui milita. non poſſunt.lib.xij. ſemper fraudibus eſt reſiſtendum , imò conditori legum,fraudes multum diſplicent.C.de repudiis.l.iij.

IN TEXTV IBI, *Font eſchange.*

1 Quæſtio. Vides hîc ✱ ꝙ in permutatione nõ habet locũ ius retractus, ꝙ an ſit verũ de iure, vide Lucã de penna, & Io. de platea in l.fi.C.de prædiis curia.lib.x. Et per eundẽ de platea in l.j.col.xj.C. de fundis patrimo. lib.xj. quos alle. Boerius in conſuetudi. Bituricen.tit.de conſue.feudorum.§.xviij.in gl.pro hac conſuetudine. ¶ Sed
2 ✱quid ſi vendatur per permutantẽ res permutata, an in ea ſit locus retractus? Idem Boerius in dicto lib. tit.de conſuetudine retractus.§ j.vbi tenet ꝙ non, & ibi allegat Alberi.de roſate ad primam quæſtionem hîc antè poſitam. & vide Ludo.Bolo.in conſilio ſuo xxv. & dixi plenè in §.ix.huius tituli ſuprà poſito.

IN TEXTV IBI, *Et ápres reachetent l'eſchange.*

Cõtractus ſimulati. Iſta eſt præſumptio ſimulationis contractus, quando ſtatim res permutata retrouenditur permutanti, de qua ſimulatione multum ampliſſimè dominus Ludo.Bolo.in conſi.ſuo xxv.in ij.col.vbi in caſu emergenti ſuper conſuetudine generali Franciæ conſuluit. & quibus præſumptionibus præſumantur cõtractus ſimulati, ponit ibi plures. Ludo.Bolo. ampliſſimè per Bar.Cepolam in tractatu ſuo de ſimulatione contractuũ. vbi ponit xxvj. præſumptiones ſimulationis, & inter aliàs ponit hanc ſimulationem in xxv.præſumptione. vide etiam Bart. in conſilio ſuo lxv.incipiente, Petrus Nicole.vbi ſatis amplè. ¶ In hoc caſu tantum, quando dicitur quòd non eſt permutatio, licet partes fecerint permutationem, tenentur iurare, & non in alio, eo quod conſuetudines ſunt ſtricti iuris.do.meus Iaſon in l.fi. C. de indicta viduita.tollen. Et ideo cũ hæc conſuetudo ſit contra ius,
1 2 ✱quia habens inſtrumentum non tenetur iurare.c.ij.de probatio.✱ & qui fraudem dicit, fraudem probare debet, vt in glo.ſequen.dixi in caſu, ꝙ cùm ſemel quædam res immobilis fuiſſet vendita, cuius petebatur ius retractus per proximum, quæ tamen antequam proximus eam petiiſſet retrahi, fuit recuperata per venditorem in vim pacti de retrouẽdendo, quod ex quo dicebatur per proximum quòd illa recuperatio fuerat facta in fraudem, quòd neque venditor, neque emptor tenebantur iurare in vim huius conſuetudinis. quia ille caſus erat diuerſus à conſuetudine iſta, quæ non erat extendenda vltra ſuum caſum.

Inſtrumentũ habens nõ tenetur iurare.

IN TEXTV IBI, *Se la fraude eſt trouuée.*

1 Fraus quãdo præſumatur. NAM qui fraudem dicit, fraudem probare debet. Spe.in tit.de appella.§.nunc tractemus.verſi.ſed ſecundũ præmiſſa. & idem Spec.in tit.de donatio.§.j.verſi.item pone aliquis.per l.quoties.§.quid dolo.ff.de proba. ¶ Adde✱quod in ccxxiij.caſibus poſitis per Lucã de penna in l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi. lib.xj. præſumitur fraus, dolus, & malitia, quæ nota, cum ſint multum ſingularia. & ibi plenè quomodo præſumatur, & quomodo præſumatur eſſe extra malitiam alias præſumptam.

2 Cõtract⁹ ſimulati quomodo probentur. ADuerte tamẽ✱quia cõtractus ſimulati probantur per coniecturas, indicia, & præſumptiones, cũ huiuſmodi ſimulationes occultè fiãt, & alter de altero cõfidat, ita habetur in l.nõ omnes.§.à barbaris.ff. de re militari. & in c.illo vos.de pigno.c.ad noſtrã.extrà, de emp.& vẽdi.& no.gl.in l.j.ff. de proba.& in l. qui ex liberis. in prin.ff.de bono.poſſeſ.ſecundũ tabulas.per Inno.in c. cũ officij.extrà, de teſta. & per Alex. de Imo. in cõſi. ſuo lvij.in v.vol.cũ aliis alle.pleniſſimè per do.Lud.Bolo.in conſi.ſuo xxv.in ij.col.✱ & probatio per coniecturas dicitur euidẽtiſſima probatio.l.ſi tutor. cũ ibi no.in glo.C. de periculo tuto.l.licet imperator.ff. de lega.j.
3 Ioan.de Anania in conſi.xl.incipiente, viſis ſtatutis. Feli.in rubrica de probatio.in j.col.& Ludo. Bolog.in dicto conſi.xxvj.Soci.cõſi.xviij.col.ix.& in cõſi.cclxiiij.col.ij.verſi.ſed ad pręmiſſa. ¶ De hac ſimulatione cõtractuum in hoc caſu vide per Ioan.Sanxon in conſuetu.Turonen.titu.*des retraictz*, articu.xxiiij.foliis.cj. & cij. ¶ Et etiam Alciatum in l.ſi maior.C.de tranſactio. vbi ponit xvj.coniecturas, ex quibus probatur & coniecturatur fraus in alienationibus, & in inſtrumentis.dixi aliqua in conſi.xxv.inci.ex multis. & in conſi.xxxiij.nu. xv.& in conſi.xxxix.nu.liiij.vbi dixi quòd donatio excedens maiorem quantitatem reſpectu donantis, & donatarij eſt fraudulenta. & quia Alciatus in dicto loco addit decem ex ſe, quas reperio vtiles in practica poſt alias ſex, quæ ſunt communes, ideo hîc illas decem inſerere volui. ¶ Prima ergo coniectura ſeu primus caſus ex Alciato, eſt quando in alienatione legitimæ ſolennitates minus obſeruatæ proponuntur.l. ſi quis.C.de reſcindenda venditione.vel communis ſtylus neglectus.notatur per Feli.in c.ij.in vij.col.extrà, de reſcrip.inſolitæque clauſulæ adducuntur.c.quàm graui.de crimine falſi.l.conſtitutionibus.in fi.ff. ad municipales, quando & minimæ cautelæ fraudis meditationem arguunt, ſecundum glo. in l.ſi quis ſub conditione.ff. de conditio. inſtitu.de qua per Feli.in d.c.ij.in vij.col.extrà, de reſcri.& in c.cauſam quæ, in fine.de teſti. & per do. meũ Iaſ. in l.teſtamentum non ideo.C.de teſta.Barba.in conſi.j.in xlij.col.in j.vol.dixi ſuprà in prooemio, in prin. & in conſi.xxv.ſuprà alleg.verſi.vij.ex eo. ¶ Secundus quando in alienatione aliqua ex cauſa celebrata, ſententiam partes mutaſſent, & alium titulum prætexuiſſent, præſumitur ex variatione fraus.glo. in c.j.vt beneficia eccleſiaſtica, quod & in bigama muliere ſancitum eſt, conſtitutam ſemel dotem renuente, vt eſt tex.in authẽ.de nuptiis.§ de augmentis.iuncta glo.in verbo, vitricum. ¶ Tertius quando alienatio facta ſub nomine venditionis eſſet, nullo pretio corporaliter interueniente.l.j.§.ſi mutuam.in fi.& §.quid ſi lite.ff.ſi quis in fraudem patroni.vel modico numerato.l.per diuerſas.& ibi Bar.in ij.q.C.mandati.de qua vide do.meum Iaſ.in §.fuerat. in xvij.col.inſti.de actio.Roma.in conſi.lxxxvj.col.ij.in fi.& ſeq.Panor.in l.fi.pen.col.de aliena.mutandi iudicij cauſa facta. Et adhuc adde vnum ſingulare, quod dicit dominus meus Iaſon in l.ſi arrogator.in ix. colũ.ff.de adoptio.quòd non valet confeſſio partis de debitis in fraudem legitimæ, niſi conſtet de reali numeratione. idẽ etiã in caſu ſupradicto, quando interueniſſet pretium, ſed deinde perfecto cõtractu reſtitutũ fuiſſet.l.qui ſic.ff.de ſolutio.vbi dicit tex.qui ſic ſoluit, vt recuperet non liberatur, quemadmodum non alienantur nummi qui ſic dantur vt recipiantur. ¶ Quartus quando alienatio mixtim titulo donationis venditioniſque celebrata fuiſſet, vt ſicut tali caſu ceſſio actionũ eſt nulla, annulantque contrahentes ius ſuũ.l.ab Anaſtaſio. C.mandati ita in aliis contractibus ſaltem ſi fraudis ſuſpicio oriatur. ¶ Quintus quoties alienatio conditionem haberet ex voluntate alienantis reſolutoriam.arg.l.ſi ita quis.in fi.de leg.ij.Guil.Bal.& Cy.in l.ſi tibi.in prin.ff.de pac.idem ſi collata eſſet reuocatio in alicuius voluntatem, qui aliàs ſuſpectus eſſet, puta matris vel coniuncti. arg.l.ſi quis integras.in fi.ff qui & à quibus. ¶ Sextus quãdo alienatio inter perſonas prohibitas celebrata eſt l.qui teſtamentum.ff.de proba.tunc enim nec cõfeſſioni quidem iuratę ſtandum eſſet.l.cum quis decedens.§. pen.ff.

Probatio per coniecturas.

pen.ff.de leg.iij. ¶Septimus quando ante alienationem aliqua verba quis effutiſſet, vnde dolus argui poſſet
Bar.in l.ſi ventri.§.fi.ff.de priuileg.creditorum.¶Octauus, ſi alienatio priuatis chyrographis celebrata appa-
ret ſuſpecta. l. non intelligitur.§. tacitè.ff.de verbo.ſigni. tum quia clandeſtina,tum quia anticipata,ſeu(vt ve-
teres dicant)repetita die fieri potuit l.j.ff.de fide inſtrum.interímque chyrographum penes alienantem eſſet.
l.ſcripturas,& authẽ.ſi quis.C.qui potiores in pigno.habeãtur. ¶Nonus, quando alienationis inſtrumentũ
eo tẽpore exhibetur,quo & notarius & teſtis in eo deſcripti in humanis eſſe deſierunt,vel qui ſuperſtites ſunt
magna amicitia ei iunguntur,cui id inſtrumẽtũ bonum eſt, vt tenet Curtius in cõſi. ſuo liiij.in vj.col.vbi dicit
ꝙ inſtrumentũ diu occultum præſumitur ſimulatũ,ſecundũ Bal.in l.fraus.ff.de legi.allegãdo Iacobum de Are
na ita tenere in l.filio.ff.ſolu.matri.Alciatus alleg.conſi.lvj.quod non inuenio, ſed pro hac præſumptione ad-
ducta per Alciatum facit dictũ Bald.in loco hîc antè allegato,& dictũ do.mei Iaſ.in l.ſub prętextu.col.ij.C.de
tranſactio.vbi dicit quòd relatio inſtrumẽtorum eſt mala & malã præſumptionem inducit.¶Decimus, vt di-
cit Alciatus,quãdo ex qualitate perſonæ vel rei natura alienatio ſeu promiſſio ſuſpecta eſt,qualitas enim per-
ſonarum pręſertim inſpicienda eſt.l.cũ hj.§.ſed & pars.ff.de pactis. vt cũ quis humilis,& deploratæ vitæ obli
gationẽ exhiberet minoris ſummæ quã veriſimile eã ſperaturũ fuiſſe.l.ſi quis ex argẽtariis.§.j.ff.de edẽdo.alle
ga.idẽ Alciatus Curtiũ in d.cõſi.lvj.in fi.ſed nõ inuenio ꝙ aliquid dicat.¶Adde vndecimũ caſum quãdo non
reperitur protocollum,quoniã tunc inſtrumenta reddũtur ſuſpecta,vt dicit Bal. in l.caſſius.ff.de ſenatoribus.
pro qua opinione dicit Iacob.de S.Georg.in l.fi.nume.xxviij.C.de edicto diui Adria. tollen. ita vidiſſe iudi-
cari.dixi in conſi.lxiij.verſic.& quòd reperiatur ſuſpecta.¶Duodecimus,quando inſtrumenta ſunt recepta à
notario non fideli & malè famato,quoniam in talibus diminuitur de fide inſtrumenti,vt dicit Bald.in l.iube-
mus.in fi.C.de proba.dixi in dicto conſilio lxiij.hîc antè allega. ¶Aduerte quòd ſi in venditione apponatur
clauſula.Et quod plus valet,donat. præſumitur fraus & ſimulatio.Bertran.conſi.ccxxxvj.in ij. parte. Aduerte
etiam ad id quod dicit idem Alcia.in d.l.ſi maior.in ix.caſu.quòd præſumitur fraus, etiam ſi alienatio priuatis
chyrographis apparet.quod idẽ eſt ſi fiat corã notariò & duobus teſtibus multũ domeſticis, per ea quę dicũt
Ang.& Pau.de ca.in l.in tacitis.ff.de leg.j.quod nota,quia eſt multũ ſingulare.* ¶Et aduerte etiã,* ꝙ ſimu 4 *Ex geſtis antè vel in contractu.*
latio ſeu fraus probatur ex his quę geſta fuerũt antè cõtractũ, vel in ipſo cõtractu,nõ autẽ ex his q̃ poſt cõtra-
ctũ fiũt aut gerũtur.ita tenet Bal.in l.j.verſi.x.quęro ſi ſeru⁹.ff.ſi quid in fraudẽ patroni.& Bar.Veronẽ.in cau-
tela ſua clxxj.do.me⁹ Iaſ.in §.itẽ ſi quis in fraudẽ.inſti.de actio.in euidẽtibus.verſi.vltrà præmitto.¶Dixi in ca
ſu emergẽti,ꝙ idem dicendũ eſt ſi fiat incontinenti poſt ſcilicet quãdo eodẽ die, & corã eiſdem perſonis, vel
etiã die ſeq.per ea quæ dicit Franciſc.Curtius ſenior in conſil. ſuo liiij. & per multa alia quæ hîc non repeto.

ITEM etiam * probantur per teſtes,& iſtis teſtibus creditur contra inſtrumentum,ſecundum glo.in §.ſi ve 5 *Per teſtes.*
rò tale. in authen.de fide inſtru.colla.vj.& in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.pręſi.licet aliter dicat generaliter 6
C.de nõ num.pecunia.tamẽ Iaco.Butrig.ibi,& Bal.in l.j.C.plus valere quod agitur.tenẽt* ſimulationem in-
ſtrumenti poſſe probari per teſtes.faciunt quæ dicit Imo.in.c.ad noſtram de emptio.& venditio.facit l.mul-
tum.C.ſi quis alteri vel ſibi.& l.non eſt.C.de dona.inter virũ & vxo.& in l.ſi filij.eod.titu.¶Intellige* pręs- 7
dicta duobus modis,primo niſi contractus ſit in ſcriptis,ita quòd ſcriptura eſſet ſubſtantia ipſius contractus,
quia tunc non poſſet probari contrarium,niſi per contrariam ſcripturam,vt notatur in d.l.generaliter.C. de 8
non numera.pecunia.* nam ea ſolemnitas quę requiritur in actu gerendo & perficiendo,eadem requiritur in
actu deſtruendo.authen.ecõtra.C.de repudiis. ſicut enim in perfectione illius contractus requiritur ſcriptura
ita in deſtructione.¶Et qualiter prædicta intelligantur,vide do.meũ Iaſ.in l.ſciendum.in iiij.col.ff. de verb.
obli.vbi dicit hoc eſſe verum,quando quis vult probare contra tenorem inſtrumenti, ſecus ſi contra ſolenni-
tatem,vel præſumptionem,quia ſufficiunt teſtes.

SEcundò * intellige ſi ex ſcriptura reſultaret præſumptio iuris & de iure,quia cõtra talẽ nõ admittitur pro- 9 *Probatio contra præſumptionẽ iuris.*
batio in contrarium.vt notatur in c.is qui.extrà, de ſponſa.vbi Panor. dicit hoc verum eſſe indirectè, ſed
non directè,quia indirectè poteſt admitti probatio in contrarium.

ADDITIO. Aduerte ꝙ habens probationẽ per ſcripturã poteſt adhuc ꝓbare per teſtes,vt dicit Mat.de
affli.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit,cordi nobis eſt.in xiiij.notabili.*

ITEM & quod plus eſt. licet probatio non debeat admitti, tamẽ ſi admittitur valebit, vt dicit Inno.in c.
fraternitas.& de iſto dicto facit feſtũ Ludo. Roma.l.certi cõdictio.§.quoniã.ff.ſi certũ pet. & hoc eſt,quia
probatio quæ non debet admitti,ſi admittatur,valet.do.meus Iaſ.in d.§.quoniam.in v.col. & Alex.in ij.col.
Et idem do.meus Iaſon.in l.j.ff.de noui.ope.nuntia.

SED adhuc * prædicta intellige,niſi admitteretur probatio per cõfeſſionem partis,quia hoc caſu etiam ſi 10 *Probatio per confeßionem partis.*
eſſet præſumptio iuris & de iure, cõtra quod non admittitur probatio in contrarium, admittitur tamẽ cõ
feſſio partis.ita Panor.in d.c.is qui.do.meus Iaſ.in l.admonendi.in lec.in xviij.col.ff.de iureiurando.& in l.cũ
te.C.de tranſactio.& Feli.in c.quoniam contra falſam.in xiiij.col.extrà,de proba.de qua dicam ſtatim.Et di-
cit idem Felin.in c.vltra tertiam.in fi.extrà,de teſti.quòd poſt elapſas omnes dilationes poteſt quis probare
per confeſſiones aduerſarij, quæ poſſunt fieri in quacunque parte iudicij.

ET aduerte, * quia ex quo contrahentes habent inſtrumentum pro ſe, habent præſumptionem pro eis,ex 11
quo onus probandi transferunt in proximum,quia præſumitur pro inſtrumento.l.cum precibus.C.de ꝓ-
ba.dominus meus Iaſon in l.poſt diuiſionem.in principio.C.de iuris & facti ignorantia.Et in repetione.l.ad-
monendi.in lvj.col.ff.de iureiuran.& in l.ſciendum.in iiij.notabi.ff.de verb.oblig. Et ideo dicit ibi dominus
meus in iiij.col.quòd * ex quo quis habet præſumptionem pro ſe,volens probare contrarium,debet probare 12 *Quot teſtes requirã-*
per tres teſtes idoneos,aut per duos multum excellentes.allegat. Specu. ita dicentem in titu. de proba.§. ſi 13 *tur ad reprobationem inſtrumenti.*
verſi.vlt.nota.¶Et dicit Hippo.de Marſi.in ſingulari ſuo lxj.* quòd inſtrumentum non poteſt reprobari ni-
ſi per tres teſtes.alle.Io.de Imo.in c.cum Ioan.extrà,de fide inſtru.& Alex.in conſi.ſuo xciij.incip.In cauſa &
lite.in v.vol.Et dicit idem Hippolyt.in ſingulari ſuo lvj.quòd ad validudinem inſtrumenti requiruntur tres
teſtes.Niſi in caſu quando fit in publico,quo caſu non requiruntur teſtes.

EX quo ergo videtur ꝙ ad probandum contra instrumentũ tres testes requirãtur, aut duo excellentes, imò
14 quòd plus est, dicit gl. in verbo, adiiciatur. in d. §. si verò tale. in aut. de fide instrumẽ. in §. restat. versi. sed pone. dicit quòd duo sufficiunt per l. vbi numerus. ff. de testi. inde est * quòd dicitur, quòd si ego probo per instrumentum Titium contraxisse mecum Neapoli, & tu probas per duos testes quòd eodem die fuisset Romæ, præualent isti duo testes instrumento. Idem tenet Bal. in l. in exercendis. C. de fide instrumen.

15 *De vno teste* 16 QVid antẽ de vno teste an sufficeret? Dic * ꝙ vnus testis facit semiplenam probationem. secundũ gl. in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. in bonęfidei. C. de rebus credi. & iureiurando. * Et ideo si esset vnus testis de veritate, & duo de fama ꝙ cõtractus in veritate fuit de vendendo, licet dicat de permutatione, probata esset semiplenè ipsa simulatio, vt dicit Bal. in simili in c. j. de cõtrouer. inuesti. & Lud. in d. l. admonendi. vt no. gl. in c. j. de appellatio. & in l. ij. vbi Bar. ff. de excusatio. tuto. & in Spe. tit. de testa. §. restat. versiculo quinto.

17 ITem si testes dicãt * ꝙ præcessit tractatus de vendẽdo, & postea incõtinenti secuta fuit permutatio, tractatus enim pręcedens facit pręsumere contra permutationẽ incontinenti secutam, & illam fuisse factam in fraudẽ iuris retractus, secundũ quod in simili notant Hostiensis & Anto. de Butrio in c. ad nostram. extra de emptio. Bal. in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Guilielmus de Lauduno in clementi. ex grãdi. in §. cęterum. de vsuris. faciunt & quæ dicit plenissimè Bar, Veronen. in tractatu suo, in prima præsumptione fraudis vel simulationis contractus. & ponit Mat. de afflictis in dicto commento, in gl. nisi quis. in iiij. col. & ibidem domi. Matthæus plures alios modos cognoscendi fraudẽ. de quibus vide in locis allegatis per eum, maximè in illa quæ est, quãdo quis habet domum habentem vnum introitum & duo latera, si vendat medietatem domus retentis duobus lateribus, quia propter domus indiuiduitatem quæ non habet nisi vnũ introitũ, & ad illas partes laterales non habentur introitus nisi per ianuã quæ vẽditur, signũ est ꝙ fuit facta venditio in fraudẽ iuris retractus, ibidem adducit fundamenta Petrus de anch. in consi. suo clx. incipien. præsupponitur in themate. quem videas.

IN TEXTV IBI, *Par preuue souffisante.*

1 *Fraus quãdo præsumatur.* QVIA pluribus * modis præsumitur fraus, de quibus per Bar. in l. post contractum. & ibi per Io. de Imo. & alios. ff. de donatio. & in l. omnes. §. Lucius. ff. quia in fraudẽ credi. & per Bar. in l. si pupillus. ff. de auto. tuto. & suprà dixi, an vna ex illis præsumptionibus sit sufficiens probatio, ad hoc vt sit locus huic consuetudini. cogita ex his quæ dixi suprà in titu. *des iustices. §. l'amende de simple recousse.* in fi. illius articuli. & hîc antè in glo. præcedenti.

IN TEXTV IBI, *Ou par le serment des contrahans.*

Modus vnus probãdi fraudẽ permutationis. ECCE quomodo consuetudo nostra dat consilium deferendi iuramentum, quia credit nullum suæ salutis esse immemorem. l. fi. C. ad legem Iuliam repetun.

ISte est vnus modus probandi contractum fuisse factũ in fraudẽ iuris retractus, videlicet ꝙ proximus possit exigere iuramentũ à venditore & emptore, an cõtractus permutationis aut donationis fuerit in fraudẽ iuris retractus simulatè cõceptus. Et si ipsi iurauerit timen. eorũ conscien. & periuriũ qđ in veritate inter eos agebatur de vẽdẽdo, sed vt fraudarent proximũ iure retractus, fecerũt contractũ permutationis, isto modo probata

1 *Probatio per confessionem partis.* est fraus, * quia nulla melior est probatio q̃ per confessionẽ partis aduersę. l. qui de inoffi. in fi. ff. de inoffi. test. c. quoniã per confessionẽ. extrà de priuileg. & alibi dicitur ꝙ tantũ valet probatio per cõfessionẽ partis, quãtum per testem, vt in d. l. qui de inoffi. & in l. Titia. ff. sol. mat. & l. ij. in fi. C. de in ius vocã. & in l. cum te. C. de transactio. & in l. si de possessione. C. de transac. Et no. And. de Ysernia in c. j. in fi. de milite vasal. qui cõtumax
2 est. in c. j. qui testes sunt necessarij in vsibus feudorum. * imò quando pars confitetur, non sunt necessarij testes secũdum Andream in dicto loco, vt habetur xiiij. & xxv. ibi, quid adhuc egemus testibus? pro quo est tex. in l. illam. ibi, quid opus est testibus. C. de dona. nam confessio partis est ita sufficiens probatio, quòd licet cõtra præsumptionem iuris & de iure probatio non admittatur, tamen admittitur confessio partis. dixi in præcedenti glo. Et ita tenet Barto. in authen. sed iam necesse. C. de dona. antè nuptias. do. meus Ias. in l. cũ te. C. de transac. vbi plenè. & in l. si priusquam. in xiij. col. ff. de noui. oper. nun. & in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. in ij. col. ff. de iureiuran. in c. quoniam contra falsam. in xiij. col. extrà, de probatio.

ADDITIO. Et faciunt quæ dicit Benedicti in repetitio. c. Rayn. in verbo, si absque liber. ij. de fideicommis. substit. nu. 50. de testa. vbi dicit ꝙ si cõstet de veritate facti per cõfessionẽ partis, quę est melior probatio, etiã nõ habetur respectus ad incertitudinem libelli, aut nullitatem processus, quæ ad sententiam procedatur, maximè per curias parlamentales, quæ plus habẽt respectum ad veritatẽ facti, quã ad formalitates. Imò plus dicit Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, in causa depositi. quòd si quis recognouit signaturam suam, vel schedulam factam in scriptis, habet vim instrumenti publici, ita quòd super ea in vim confessionis potest condemnari, ita dicit idem Matthæus de constitutio. in iij. q. in ij. libro. *

3 *Confessio in præsentia partis facta.* ET istud * intellige de cõfessione partis quę fit in pręsentia partis quę acceptauit, qui cõfessio facta in absentia partis nõ acceptata non pręiudicat. Bart. in l. certum. §. si quis absentem. ff. de cõfess. vbi plenè. de qua materia vide per Feli. in c. si cautio. in iiij. & v. col. extrà, de fide instru. Et per Pan. cũ apostil. in c. mulie. in fin. extrà, de iureiu. do. meus Ias. hanc materiam plenè examinat in repetione legis, admonendi. in lviij. col. cum sequen. ff. de iureiuran. Et de confessione in præsentia partis non acceptata per partem, per eundẽ in dicta repe. in lx. col. & in l. postquam liti. C. de pact. Aliàs scripsi consulendo, non insisto.

4 ADuertẽdũ * est tamẽ, ꝙ licet cõfessio facta in absentia partis nõ inducat obligationẽ, nec sufficiat ad obligationẽ inducẽdã, tamẽ est potẽs ad probationẽ faciẽdã, vt no. Cy. in l. nec quicq̃. §. vbi decretũ. ff. de offic. procõsul. & legati. & in l. generaliter. C. de nõ nume. pecunia. per l. publia. in fi. ff. depositi. Et no. glo. in l. cũ de indebito. in fi. ff. de proba. Ex quo ergo nõ hîc disceptatur de validitate iuris agẽdi ex confessione extraiudiciali, & in absentia, sed solũ de probatione actus, sufficit ad probandũ contractũ fuisse simulatũ, cõfessio extraiudicialis partium, scilicet contrahentium, facta in absentia proximi, cùm illa vim probationis habeat, quæ
5 solum proximo requiritur, & maximè * quia confessio facta in absentia partis est valida, quãdo tendit ad declarationem actus qui erat ambiguus, secundũ Bart. in l. cùm quis decens. §. codicillis. ff. de leg. tertiò.

Additio.

ADDITIO. Imò etiam aduerte ꝙ post omnes dilationes potest ꝓbare per cõfessionẽ aduersarij, vt te
net Hippolytus de Marsi. in singulari suo. ix. incipien. communis doctorum.

ITEM ex his quę dicit quis extra iudiciũ ꝑte absẽte, inducitur vera ꝓbatio causa sui, vt dicit gl. ĩ l. Fulci. §. q d
sit autẽ. ff. quibus ex cau. in possessionẽ eatur. Faciũt quæ dicit Barb. cõsi. xj. in xiii. col. in j. vol. & gl. in §. aliæ.
insti. de actioni. vbi dicit, ꝙ in his quæ dependẽt ex volũtate nostra, statur dicto nostro plenè cũ iuramẽto. Ex
quo sequitur, ꝙ si partes iurauerint esse cõtractũ vẽditionis, ꝙ illa est plena probatio, sed si dixerint extra iudi
ciũ absq; iuramẽto, est semiplenè ꝓbatũ, * quia ad minus cõfessio extraiudicialis facit semiplenã probationẽ. 6 *Cõfessio extraiudicialis.*
Do. meus Ias. in d. repeti. l. admonẽdi. in lviij. col. ¶ Aduerte etiã, quia vt dicit Mat. de affli. in dicto cõmento.
in §. nisi quis. in iij. col. cõfessio extraiudicialis transfert onus probãdi cõtrariũ in cõfitentẽ, & cõsequẽter indu
cit probationem, vt dicit Bal. in l. causa falsa. C. de iuris & facti igno. plures. alios effectus cõfessionis extraiudi
cialis ponũt doct. suprà alleg. & Pan. & Feli. in c. at si clerici. in prin. extrà. de iudiciis. ¶ Si tamẽ talis cõfessio
fuerit iudicialis, valet etiã sine causa expressa. Pau. de ca. in l. j. C. de cõfessis, vbi dicit ꝙ habet vim cõdẽnatiõis
vel absolutionis. * ¶ Quæro, * an si iuramẽtũ fuerit præstitũ sine tactura euãgeliorũ valeat, videtur ꝙ non, ꝑ gl. 7 *An valeat iuramentũ sine tactura euangeliorum.*
in aut. iusiurãdũ quod prętatur, coll. ij. c. hortamur. iij. q. ix. & c. fi. de iuramẽ. cal. eo ꝙ tale iuramẽ. videtur esse
delatũ à iure. faciũt quę dicit do. meus Ias. in aut. sacramẽta puberũ. in iij. col. C. si aduersus venditorẽ. Et facit,
* quia propriè iuramẽtũ dicitur quãdo tãgũtur sacrę scripturę. Bal. in l. pe. §. his de pręsentibus. C. de reb. credi. 8
Iac. de S. Geor. in d. authẽ. sacramẽta puberũ. in j. col. C. si aduersus vẽditionẽ. dicit ꝙ valet etiã iuramẽtũ si iu-
retur super alio libro, vt tenet do. meus Ias. in d. authẽ. propter consuetudinẽ quæ hoc approbare potest. Et vi
de per Pan. & alios in c. fi. de iuramen. cal. & per Io. de Imo. in c. cùm cõtingat. extrà, de iureiur. * Et an valeat 9
iuramentũ in fide corporis, aut in manibus notarij, vel per dæmonẽ, vel aliàs. vide Guidonem pape consi. suo
xxxj. in vij. viij. ix. & x. colũ. vbi tenet quòd sic. Et de huiusmodi materia poteris videre Lucam de penna in l.
iij. de vendendis rebus ciuitatis. colum. iij. lib. xj. C. vbi multa succinctè comprehendit.

ADDITIO. Vide Matth. de affli. in cõsti. regni Siciliæ quæ incipit, puritatem. in iij. notab. vbi dicit ꝙ
in iuramento præstãdo per officiarios iustitię, requiritur tactura euangeliorum, idem in iu
ramento testis coram iudice, vt dicit idem Matth. in constitutione, eo qui scienter. in iij. lib. sed quomodocũ-
que iuretur, est per iur⁹, vt ibi dicit. Aduerte etiã quòd in Frãcia obseruatur ex cõsuetudine generali, ꝓpter re
uerẽtiã fidei ne violetur, quòd promissio sub fide tãtũ operatur quãtũ iuramẽtũ, & ideo vt videmus ꝙ pactũ fi
liæ mediãte dote de nõ succedẽdo cũ iuramẽto est validũ. c. quãuis pactũ. de pactis. in vj. in Frãcia obseruatur,
ꝙ idẽ si fiat pactũ cũ promissione sub fide in manu notarij de non cõtraueniendo, & ideo iudicatum fuit per
curiam parlamentalem anno Do. M. ccccxxxj. in mense Martio. & dictum per arrestũ curiæ ꝙ renũtiatio facta
per Mariã du Breullat successioni patris & matris mediãte dote sibi cõstituta erat valida, licet expresse nõ iu-
rasset. sed tantũ promisisset per fidem propter hoc præstitã in manibus natariorum non contrauenire per hęc
aut similia verba, *promettant par leurs foy pource donnée és mains des notaires &c.* *

SED quæro, pone quòd proximus detulit in iuramentum emptori & venditori an contractus inter eos fa- *Quæstio.*
ctus & passatus sit simulatus, & venditor fatetur simulationem, emptor verò nõ, & non appareat aliud de
simulatione, quòd valet confessio venditoris. Dic quòd si aliud non sit in fauorem emptoris, in contrarium,
illa cõfessio faciet semiplenam probationẽ, & tũc habebit locum iuramentũ suppletiuum. iuxta notata in l. in
bonęfidei. C. de reb. cre. & iureiu. & in l. admonendi. ff. de iureiu. ¶ Potest tamen opponi. in contrarium con
tra cõfessionem venditoris, puta quia factus est inimicus vẽditor, vel quid aliud ad repulsandũ ipsum iuramen
tum, quòd diminuat de fide ipsius vẽditoris. Nam si cõtrariæ probationes adducantur, extenuãt fidem ipsius
venditoris. no. glo. in l. j. C. qui & aduersus quos. ita tenet Matth. de Afflic. in dicto cõmento. §. nisi quis. in fi.

NVnquid autem si iuratum fuerit per contrahen. contractum non esse simulatum, an proximus adhuc post
delationem iuramenti posset probare contrariũ? ¶ Videtur primò quòd non, * quia exceptio iurisiuran
di est exceptio litis finitæ, & ideo impedit litis ingressum. c. j. de litis contest. in. vj. no. do. meus Iason in l. ait 10 *Exceptio iurisiurandi.*
prætor. la. ij. cum qua legit. l. nam & postea. ff. de iureiu. vbi dominus meus ponit practicam proponendi dictas
exceptiones, ad finem impediendi litis ingressum.

ADDITIO. Matth. de Afflic. in cõstit. regni Siciliæ, quæ incipit, exceptionis. in ij. lib. j. nota. dicit quòd
istæ exceptiones proponũtur per fines non audiendi, hoc est quòd dici debet, tu nõ debes
audiri quod tantũ est, quòd illis denegatur audiẽtia, quod quando fit, & quomodo, videri potest per eundem
Matth. in cõstitu. violẽtias in ij. notabili. in j. q. versi. quintus casus de exceptione tua non interest quomodo
impedit litis ingressum. vide decisionẽ Tholosanã, decisione. lxviij. ibi. v. regula, & quod exceptio partium sit
exceptio litis finitæ, & impediat litis ingressum, vide Hippolytũ de Marsiliis in cõsi. suo. cvij. col. ij. * ¶ * Itẽ iu- 11 *Iuramentũ habet vim diffinitiuæ*
ramentum habet vim diffinitiuæ. vt in l. ij. ff. de iureiu. & ibi notatur. & in l. si duo patroni. §. item si iurauero. 12
ff. de iureiurãdo. sed sic est * quòd sentẽtia prætextu instrumentorũ de nouo repertorum nõ retractatur. l. sub
specie. C. de re iudicata, ergo nec etiam ex dispositione testium, aut quauis alia probatione: cùm in exercendis
litibus eandem vim habent testes & instrumenta. vulgata. l. in exercendis litibus. C. de fide instru.

ADDITIO. Aduerte quòd sublata probatione & exclusa nõ tollitur probatio, quę potest fieri per in-
strumentum, vt tenet Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, exceptiones. in vj.
quæstione. ij. nota. in ij. lib. & in constitutione quæ incipit, in pecuniariis. in vij. not. in ij. lib. *

ITem iuramenaũ * habet vim probationis, vt notatur in l. non erit. §. dato. ff. de iureiu. * imo causa iureiurando 13 14 *Et vim probationis.*
decisa retractari non potest. l. j. C. de iureiuran. nunquid autem iuramentum sit propriè probatio, nõ aliter in-
sisto cũ ponat. do meus. Ias. in l. iurari. in iij. col. ff. de iureiuran. & in. §. quadrupli. in vj. col. instit. de actio. & in
l. fi. §. licentia. C. de iure deliber. ¶ * Dic prædicta esse vera in iuramento voluntario & iudiciali, secus autẽ in 15
iuramento necessario, quia tunc potest probari contrarium. in l. admonendi. ff. de iureiur. & d. l. j. C. de iureiur.
nam ex quo lex seu statutũ nostrũ, vel cõsuetudo compellit emptorem & venditorem ad iurãdum, videtur ꝙ
proximus poterit probare contrariũ, ego dicerẽ quòd ex quo hoc iuramẽtum nostræ cõsuetudinis habet vim

probationis, quia dicitur quòd si fraus fuerit probata per testes vel iuramẽtũ, quomodo dicit ꝙ iuramẽtũ est probatio. ergo ex quo est ꝓbatũ de veritate cõtractus per verã ꝓbationẽ, ꝙ nõ est ampliùs vltra quærendũ.

ET maximè quia ex quo proximus non cogitur deferre iuramentum contrahentibus nisi ex sua voluntate, ideo videtur voluntarium, ex quo nihil vlteriùs quærendum est, per ea quæ antè dixi. Et ideo dicit And.
16 Nota. de Ysernia in c.j.§. sacramentum le.ij.in additione. de consuetudine recti feudi. in vsib.feud. * quòd prætextu periurij non retractatur negotium decisum ex sacramento, sed periurus scienter puniri debet de periurio, quãdo periurium est alij nociuum.c.quicunque.vj.q.j.

ADDITIO. Videtur tamẽ dicẽdũ quòd si probata fuerit fraus & simulatio sufficiẽter, & postmodũ deferatur in iuramẽtũ rei, licet iurauerit aliter esse quã probatũ fuerit, nõ est sublatus effectus verę probationis, ꝙ iuramentũ quod habet vim probationis.l.nõ erit.§. dato suprà alle.& ibi Alex. & alij finctè tantũ, tamẽ Bal.in l.iij.C.de probationibus.nõ extinguit aliã probationẽ verã & sufficientẽ, cũ inducta ad vnũ effectũ nõ operẽtur cõtrariũ.l.legata inutiliter.ff.de alim.lega.& ficta seu pręsumpta ꝓbatio nõ tollit verã. Imò per oppositũ vera probatio præfertur fictę & præsumptę, vt est tex.in l.fi.ff.de probatio. ex quo maximè cõsuetudo loquitur alternatiuè, sufficit ꝙ actor habeat vnam ex probationibus alternatiuè mentionatis in cõsuetudine, cũ ad veritatem alternatiuæ sufficiat alterã partem esse verã.l.si is qui ducẽta.§.vtrũ.ff.de reb.dub.l. cũ quidã.& ibi notatur.C.de verb.sig.nec hoc casu de alio operabitur iuramẽtũ, q̃ ad docẽdũ de periurio iurãtis, vt tenet Alex.in d.l.aliàs.q̃ legit cũ §.procurator.qui est in l.iusiurandũ ꝙ ex cõuentione.ff.de iureiur.super ver.nec multũ interest.vbi dicit, item nota ꝙ si probatur vel iudicatur veritatẽ aliter se habere, quã iuratũ fuerit, videtur doctũ de periurio.& ideo cauere debẽt rei si videãt actorẽ habere facultatẽ probãdi, aut iã fecerint probationẽ ne iurẽt, imò hoc casu recusare possent iuramẽtũ ex quo per probationem factã aut fiendã potest detegi ꝑiuriũ.Bal.& post eũ do.meus Ias.in l.manifestę turpitudinis.ff.de iureiur.& Alex.in d.l.aliàs quã legit cũ d.§.ꝓcurator.vbi dicit, ꝙ vbicũq; potest ꝓbabiliter reus timere, ne ꝑ quãdã cõsequẽtiã suũ periuriũ arguatur, nõ cogitur iurare. Et ideo si ꝓcurator simplex q̃ nõ habet speciale mãdatũ ad deferẽdũ iuramẽtũ vel generale cũ libera, vel nõ est ꝓcurator, in rẽ suã deferat iuramẽtũ, nõ cogitur reus iurare, cũ talis dilatio nõ sit valida.d.§.ꝓcurator.& solũ operabitur, quia docetur de periurio rei, vt dictũ est, ex quo maximè cõstat de veritate in cõtrariũ, per probationẽ quæ nõ est extincta per illã dilationẽ iuramẽti, & ita dixi in cõtingẽtia facti.*

DE iuramento autem quod ex consuetudine vel statuto, defertur alicui qui ad hoc cogitur ex forma statuti, an possit probari cõtrarium, scripsi suprà in titu. *Des iustices & droictz d'icelles*, in §. *Mestiers & sergẽs.* in glo. *Sont creuz par leurs sermens.*

17 Periurus quãdo punitur de periurio. SED pone * quòd contrarium eius ꝙ cõtrahentes iurauerãt reperitur, an possent puniri de periurio? And. de Ysernia in d.c.j.§.sacramentũ. *le second.* hanc materiã plenè explicat, & quia quotidie versatur in curiis, ideo subnectam hîc eius dicta.& dicit quòd secundum vtranque cõmunẽ opinionem nõ punitur de periurio. prima est, quia aut iuratur super contractu seruando & implendo, aut de iuramento ad obligationem cõtrahẽtium faciẽdo aliquid, & tunc si nõ facit est periurus. facit textus.& ibi Bar.in l.fi.ff.de crimi.stellio. nõ tamẽ est infamis in illo casu, quãdo de præterito vel præsenti iurat, secus autẽ si de futuro ꝓmittit, quia tũc est periur⁹ & infamis.l.Lucius.ff.de his qui notãtur infamia.l.si quis maior.C.de trãsac.vbi plenè per do.meum Iasonẽ.

AVT iuratur sup lite decidẽda, vt in hoc casu nostro, & in d.§.sacramẽtũ. vbi cogitur iurare se inuestiuisse vel nõ. Et tũc hoc casu nõ punitur de periurio, sed solũ Deum habet vltorẽ.l.ij.C.de rebus cre. & iureiu.

ADDITIO. Aduerte ꝙ quo ad partẽ quæ in iuramẽtũ detulit parti aduersæ, istud est indubitãdum apud curiam parlamẽtalẽ Parisien, quæ ita iudicauit anno Do.M. cccccxij. die x. Octob.& hoc iuridicũ est, quoniã iureiurãdo delato nõ illud quęritur, quã, an iuratũ sit vel nõ remissa quæstione, an debeatur quasi probatũ sit iureiurando.& facit tex.in l.nam & posteaquã.ff. de iureiur.& in l.j.C.de reb.credi. vbi causa decisa iureiurãdo à parte delato & pręstito, prætextu partiũ retractari nõ potest, imò ꝙ plus est, etiã si pars nõ opponat iudex nõ debet admittere, cũ iudex id agere debeat ne de iureiurando cuiusquã quæratur.l. aduersus.vbi tex.ad literã.ff.de excep. Et sic cũ per transactionem sit remissa actio.vt dicit tex.in d.l.nã & posteaquã, ideo nec etiã reipublicę cõpetit accusatio, quoniã vbicũq; nõ nascitur parti actio ciuilis, nec etiã reipublicæ cõpetit actio criminalis.vt per plura tenet Hyppo.de Marsi.in consi.liij.nu.xij.vbi plura alle.& vide ad hoc Sali.in l.si abducta.in vlti.col.C.de fur.& Bar.in consi.suo cẽtesimo inci.audiui à do.Cy.& hoc est indubitatum quoad partẽ. Istud tamen arrestũ fuit anno Do.M.cccccj. declaratũ habere tantũ locũ quoad fiscũ in casu, in quo ex actu super quo iuratũ est nõ resultat delictũ publicũ, sed tãtũ priuatũ, ꝙ est in omni casu vbi est tãtũ quęst.de restitutione alicuius rei, cũ denegatio restitutionis reiicit furtũ.dixi suprà in tit. *Des iustices & droictz d'icelles*, §.v.in glo.j.quoniã ex quo hoc casu nõ admittitur pars, ideo nec fiscus cũ in delictis priuatis vbi pars non admittitur, nec etiam fiscus, vt dictum est antè. Sed in casu in quo ex actu super quo iuratur resultaret delictum publicum, ex quo in hoc respublica lęderetur, tunc si de contrario appareat, potest fiscus ratione illius delicti, quod oritur prosequi non solum delictum publicum, sed etiam periurium. argu.l.vim passam. §.pręscriptione.ff.ad l.Iuliã.de adulte. Ex quo anno Domini M.cccccxxxj.in mense Octobri fuit iudicatũ per curiam, quòd licet Ioannes fleuret, seruiens regius fuerit remissus & absolutus contra Michaelem le Breton, super eo quod inquietabatur per eũ de periurio, eo ꝙ iurauerat se nõ habuisse à dicto Michaele le Bretõ, quãdam obligationẽ de summa octo librarũ & decẽ solidorũ, ad executandũ Ioannẽ Faulcõnier pro dicta summa quã debebat dicto le Breton. Ex quo constabat de contrario per informationes, & ideo ex quo tãquã seruiens regius in hoc decoxerat in officio, & malè versatus fuerat, fuit dictũ ꝙ fiscus admitteretur ad prosequẽdũ dictã decoctionẽ seu malã versationẽ in officio cũ dicto periurio, ꝙ quidẽ periuriũ ratione dictæ decoctionis nõ est extinctũ, proùt in simili dicitur de adulterio, quod ratione incestus cõiuncti cũ eo, nõ extingitur pręscriptione quinque annorũ, ꝙ tamen secus esset, si adulteriũ esset de per se. vt in d.§. præscriptione cũ ibi nota. Et hoc modo cõcordãda sunt dicta duo arresta, q̃ aliàs viderẽtur sibiipsi esse cõtraria quoad fiscũ, cũ vno casu fisc⁹ fuerit admissus, alio nõ, sed pro certo declaratio per secũdum arrestum facta est valde subtilis, ideo in dubio standum

ſtandũ eſſet primo.In alio etiã videbãtur dicta duo arreſta cõtrariari, eo ꝙ primò pars agens pro periurio fuit
cõdẽnata ad omnia dãna,expen.& intereſſe.& tamẽ in ſecũdo arreſto fuit tantũ cõdẽnata ad certa dãna & in-
tereſſe à tẽpore exhibitionis cuiuſdã prætenſę tranſactionis per dictũ Fleuret:ex quo tranſegerat cũ dicto le
Bretõ,non poterat aliquid prętendere cõtra dictũ le Breton de præteritis antè tranſactionẽ,ex quo fuit tantũ
condemnatus dictus le Breton de damno & intereſſe poſt tranſactionem inter eos factam.*

SEcunda eſt opinio,aut iuratur de præterito, vel præſenti,vt rem meam eſſe vel fuiſſe,& ſolum Deum ha-
bet vltorem,& non punitur,licet efficiatur infamis.Albericus de Roſa.in d.l.j.ff.de crim.ſtelliona.

AVT de futuro implendo,& tunc punitur de periurio.& tunc ꝙ plus eſt,efficitur infamis.d.l.Lucius.& l.
ſi quis maior,hîc antè alle.nam quando ſuper lite deciden.ratio eſt,quia conſiderandum eſt ad quid agi-
tur,quando iudex vel pars defert in iudicio ob litem dirimendam ad hunc effectum defert, vt conſtat per ſuũ
ſacramentum de veritate eius rei de qua eſt lis, & vt ſecundum ſuum iuramentum,ad litis deciſionem proce- 18
datur.Et ideo dicit ibi And.* quòd idem in teſte reprobato vel periuro excipiendo , quia non eſt infamis li-
cet videatur tenere contrarium do.meus Iaſ.in §.item ſi quis poſtea.in xiij.col.inſti.de actio.

ET aduerte * ꝙ nemo cõqueri poteſt de peiurio niſi is cuius intereſt, cũ ſit priuatum delictũ, niſi iudex re- 19 *Quis*
periat periurium coram ſe factum vt dicit Andreas de Yſernia in dicto.§. ſacramentum in additione. in fi- *conquæri*
ne.Et dicit Ale.in apoſtil.ad Bar.in d.l.fi.ff.de crimine ſtelliona * quòd iudex ſecularis poteſt declarare quem *poßit de*
eſſe periurum. Et vide Panor. in c.cũ ſit generale. extrà, de foro compe. vbi tractat coram quo iudice ſit di- *periurio.*
ſputandum de crimine periurij.Et vide quæ dicit Gui.pape.q.ſua clxxviij. 20 *Periurus qua*

SED qua * pœna puniatur periurus , dic primò,aut loquimur in eo qui Deũ blaſphemat , & ſanctos,& di- 2· *pœna*
cit aliquod verbum maledicum in contẽptum Dei vel ſanctorum,ſiue ſit verum,ſiue falſum,quãdo habet *puniatur.*
ex cõſuetudine blaſphemandi,puniri debet pœna.§.j.in fi.in authen. vt nõ luxurientur cõtra naturam colũ.vj.
plenè do.meus Iaſ.in l.iij.§.fi.ff.de iureiu.aut loquimur in iurante per Deum,vel ſacras ſcripturas,vel aliter &
periurante hoc eſt falſum iurante . & dic * quòd aut iurauit per iracundiam, & excuſatur,notatur in l.ij. C.de 22 *Periurus ex ira*
rebus credi.facit.l.quòd calore.ff.de reg.iuris.facit ad calorem iracundiæ quòd dicit do. meus Iaſ. in l.filiam *cundia.*
tuam.C.de inoffi.teſt.Et Feli.in c.dilecti filij.extrà,de excep.in vij.col.vbi calor iracũdiæ excuſat.quòd quo-
modo ſit intelligendum,ponit do.meus Iaſ.in l.ſi duo patroni.*la ſeconde*,in j.col.ff.de iureiur.

ADDITIO. Et etiã vide Mat.de affli.in cõſti.regni Siciliæ quæ incipit,blaſphemantẽ.in iiij.dubitatio
ne in iij.lib.vbi ponit quomodo punitur per mẽdaciũ Deum blaſphemãtem.Et de mate-
ria periurij.vide amplè per eundẽ Mat.in cõſti. regni Siciliæ.quæ incipit eos qui ſcienter.& in rub.& ipſa con
ſtitutione.& in fine illius ponit quomodo periurus in vno,nõ admittitur in aliis,& in conſtitutione quæ inci
pit,blaſphemãtibus in prima dubitatione. dicit quòd ampliùs periuro nõ creditur. Et dic idem in mentiente,
vt dicit idem Mat.in conſti.quæ incipit,ſponte violantibus in v.not.vbi ponit pœnas mendacij.*

AVT deliberatè quis iurauit,& tũc aut nullius præiudicium reſpicit,aut reſpicit præiudiciũ tertij, primo ca *Deliberatè.*
ſu puta quãdo iurauit nunquã comedere carnes.& ſi poſtea comedat, an puniatur.gl.in l.ij.C.de reb⁹ cre
di.dicit quòd nõ.hoc modo exemplificãdo.quã docto.ſequũtur.Et iſtud eſt verũ, & cõmunis eſt opinio.licet
Ang.in aut.ſcænicas nõ ſolũ fideiuſ.coll. v.teneat ꝙ etiam iſto caſu debeat per iudicem extraordinariè puniri.

SEcũdò verò caſu quãdo iurat in præiudiciũ tertij, tũc debet puniri extraordinariè arbitrio iudicis.d.l.fi. cũ
gl.ff.de cri.ſtelliona.& poterit iudex eũ facere fuſtigari,vt in d.l.ſi duo.§.ſi quis iurauerit.vel facere mithra
ri.vel poni ad cathenã,prædicta intelligit do.me⁹.Iaſ.in d.§.ſi quis iurauerit.in ij.col. quãtũ ad pœnã criminalẽ.

QVID autem*fieri debeat in foro conſcientiæ,& quæ pœna ſit periuro, textus eſt in c. quicunque. vj. 23 *Periuri pœna in*
quæſt.j.vbi dicit quòd debet ieiunare per quinquaginta dies, & dicit tex. in c. prædicandi.xij. quæſt.j. *foro cõſciẽ*
*quòd pœnitentia periurij eſt velut homicidij. 24 *tiæ.*

CIuiliter*autẽ agendo do.meus Iaſ.in d.§.ſi quis iurauerit.in ij.col.inuenit ſeptẽ pœnas.¶Prima eſt quòd 25 *Pœnæ*
aliquis iuret in contractu compromiſſo,vel tranſactione, & poſtea non obſeruat iuramentũ , cadit in pœ- *ciuiles.*
nas.l.ſi quis maior.C.de tranſac.quia ipſo iure priuatur ab omni iuris actione,vt plenè per do. meum Iaſ.in d. *Priuatio*
l.ſi quis maior.per Alex.in conſi.ſuo.lxxvj.in v.vol.vbi dicit quòd illa lex intelligitur in quocunque alio cõtra- *omnis actionis iu-*
ctu.faciunt & tenet idem do.meus in d.l.in iij.col.& in l.quòd te.in viij.col.ff.ſi cer.pet. *ris.*

SEcũda *pœna eſt,quia eſt infamis in facto & iure.c.infames.vj.quæſt.j.notant Bar.& Ang.in l.Lucius.ff.de 26 *Infamia iuris*
his qui not.infa. do meus in d.l.ſi quis maior.in v.col.ideo dicit Cicero lib.ij.de legibus.periurij pœna di- *& facti.*
uina exitium,humana dedecus.

TErtia pœna eſt quæ ſequitur ex præcedenti,quia ex quo eſt infamis non ampliùs admittitur ad aliquã di- 27 *Priuatio dignita*
gnitatem.l.quoties.C.de dig.li.xij.Bal.in l.ij.C.de rebus cre.infamibus enim portę dignitatis non pateãt. *tum.*
dicit tex.in regula iuris lib.vj.

QVarta*etiam pœna ſequitur,quia periurus ampliùs non admittitur ad teſtimonium.c.paruuli.xvij.q.v.c. 28 *Repulſio à teſti-*
quicunque fratres.vj.q.j.c.teſtimoniũ.c.ſicut de teſtib⁹. c. literas de prę ſumptio.cum aliis allegatis per *ficando.*
dominum meum in d.§.ſi quis iurauerit.faciunt quæ dicit idem do.meus in repe.l.admonendi.in xxvj.col.ff.
de iureiuran.facit gl.in l.Lucius in fi.ff.de his qui not.infa.hinc dicit do.Ale.in cõſi.ſuo.cxxxiij.in vj.col.in pri
mo volu.*quòd periurus in vno non admittitur in aliis.Intellige prędicta etiam ſi nondum ſit per ſenten.con 29
demnatus.ſecundum Bal.in l.ſi vteris.C. de fide inſtru. vtrum iſtud procedat etiam ſi egerit pœnitentiam de
ſuo delicto.do meus Iaſ.in dicto.§.ſi quis iurauerit.& pleniùs in l.in arenam.C.de inof.teſta.¶Imò non ſta-
tur cautioni iuratoriæ illius qui eſt periurus,vt dicit do.meus Iaſ.in l.j.ff.qui ſatiſ.cogan.Ioan.Sanxon in con-
ſue.Turonen.tit.Des *droictz de baſſe iuſtice*.arti.xxiiij.fo.xxvj.

QVinta*pœna eſt,quia periurus ab agendo repellitur.gl.eſt in dicto.c.paruuli.xxij.quæſtione.v.quod ſa- 30 *Ab agendo re-*
nè intellige & limita,vt per gl.& doc.in c.dilect.de fo.comp. vt dicit dominus meus in dicto.§. ſi quis *pulſio.*
iurauerit.& dicit Ant.de but.in c.dilecti.in iij.col.de exceptio. *quòd exceptio periurij eſt exceptio litis fini- 31 *Exceptio periu-*
tæ.Ita quod impedit litis ingreſſum,quod eſſet multum notabile,ſi eſſet verum. *rij.*

ADDITIO. Aduerte ꝙ omnis exceptio, per quã altera trium personarũ scilicet iudicis, actoris, vel rei, vel horum per quos litigant remouetur à limine iudicij, impedit litis ingressum, seu processum causæ principalis. Imò quãdo vna ex tribus prædictis personis funditus est inhabilis, hęc exceptio reddit iudiciũ retro nullũ, & non præcluditur via tali exceptioni quin semper possit opponi, vt tenet Mat. de affli. in cõsti. regni Siciliç quç incipit, dilationes. in ix. not. Et quomodo opponẽs exceptiones ĩpediẽtes litis ingressum debet offerre incõtinẽti eas ꝓbare, vide Mat. de affli. in cõsti. quç incipit, exceptiones. in ij. no. in ij. lib. *

32 Priuatio beneficiorũ, legũ & canonũ. SExta * pœna periurij, est quia periurus perdit omnia beneficia legũ, & canonũ, & statutorũ, quibus cauetur ꝙ credi debeat iuramento alicuius. tex. est in dicto c. paruuli. Bal. in authẽ. ei qui. C. de bonis autoritate iudicis possiden. Panor. in c. quæstionũ. de appellatio. cum aliis alle. per do. meum Ias. in dicto. §. si quis iurauerit.

33 Beneficiati à beneficio remotio. SEptima * pœna est, quia clericus beneficiatus propter per iurium remouetur à beneficio. ca. ij. & ibi doctores, de rescriptis. & dicit Bal. ꝙ illud clariùs alibi non habetur, sed dicit do. meus in dicto. §. si quis iurauerit quòd similis est tex. in c. cũ quidã. & in c. querelã. extrà, de iureiur. * vbi dicitur idem esse in episcopo, qui propter periurium priuari debet episcopatu. notat glos. in c. fi. de iureiur. in vj. Bal. in l. ij. C. de iureiur. & dicit Bal. in d. c. cum quidam * quòd etiam doctor propter periurium potest deponi à doctoratu.

34

35

36 Collationis beneficij ãnullatio. OCtaua * pœna est, quia collatio beneficij ecclesiastici facta ꝑiuro, est mero iure nulla. secũdũ Fede. de senis cõsi. 50. inci. an colla. allegãtẽ Host. in c. cũ inter. de excessibꝰ prçlatorũ. cũ aliis allegatis per do. meũ in d. §. si quis iurauerit. Et istud etiã tenet Decisio Tholosana. q. xvij. vbi ponit præd. pœnas do. meus in d. §. dicit Zabarella in d. c. querelam. de iureiur. & Imo. in c. auditis. ad finem. de elec. tenent ꝙ nõ est nulla ipso iure.

37 Periurus dicitur falsarius. NOna * pœna periurij est, quia periurus potest dici falsarius, cùm falsum committat. text. & glo. in c. illud. extrà de exces. prælatorum.

38 DEcima * pœna, quia tenentur ad satisfactionem damni illati parti, ex eorum periurio. & ad illud potest agi contra eos. l. qui nomine. ff. de fal. secundũ Pau. & Ioan. Andr. in c. j. de falsis. & tenet dominus meus Ias. in §. item si quis postulante. in xij. col. insti. de actio.

VNdecima, quia apud AEgyptios pœna capitis mulctabantur periuri. vt refert Diodorus Siculus lib. j. relatus per G. Benedicti in sua repeti. c. Raynu. in verbo, testamentum. iij. nume. xlv. de testamentum. Et de vinculo iuramenti, ꝙ est maximè obseruandum pręcipuè apud principes, vide apud eũdẽ ibi, nu. 42. 43. & 44.

ADDITIO. Multãtur etiã imò puniũtur pœna corporali, scilicet amputationis manus apud Neapolitanos, vt habetur in consti. regni Siciliæ quæ incipit, eos qui scienter. & ibi per Mat. de afflic. post Andream de Yser. qui illas constitutiones Siciliæ commentauerunt in iij. lib. vbi est materia periurij. ibi, in viij. q. ibi, octauò quæro, quid potest opponere reus. & ibi ponit multa quæ excusare possunt à periurio. *

39 De teste periuro ET prædicta intellige de parte periurante. quid * autem de teste periuro do. meus Ias. in d. §. in fi. ponit qualiter sit puniendus. & Felinus in c. constitutus. in viij. col. extrà, de rescriptis. Sed aduerte ꝙ testis dicens falsum in causa criminali, venit puniendus illa pœna, qua puniri deberet pars, si verũ esset dictum testis. do. meus Ias. in d. §. si quis iurauerit. in fi. & in l. & si, legi. in fi. C. si contra ius vel vtilitatẽ publicã. & in §. item si quis postulante. in xiij. col. insti. de actio. Ex quo anno Do. M. cccccxv. in curia parlamenti Burgũdiæ, fuit ad mortẽ cõdemnatus quidam, qui in causa capitali ad suggestionem cuiusdam dixerat falsum testimonium, quòd prò certo iuridicũ fuit, & plusquã meritorium. vt cæteris cedat in exemplum, qui tale delictum ausi sunt perpetrare.

ADDITIO. Vide de pœna falsi testis in materia criminali, & aliis materiis. per Hippo. de Marsi. in sua practica causarũ criminalium. in verbo, superest. nu. xvj. ¶ Hoc anno Do. M. cccccxxxij. christianissimus rex noster Francis. primus, ꝓpter frequẽtiã huiusmodi delicti falsitatis testiũ, & notariorũ fecit ordinationẽ seu cõstitutionem, per quã constituit & ordinauit omnes falsos testes & notarios passim & indistinctè ad mortẽ cõdẽnandos, siue sit in causa ciuili, siue in causa criminali, siue in parua causa, siue magna, nõ habita distinctione ad magnitudinẽ delicti, vel paruitatem, nec etiã habita distinctione ad vilitatẽ, & paruitatẽ personæ aut nõ: secũdũ ꝙ de iure habebatur, & fuit publicata in mẽse Aprili, in curia parlamẽti Parisiẽsis. Et quia intendo huiusmodi ordinationem seu constitutionem commentari seu glossare, non hic insisto. *

IN TEXTV IBI, *Qui seront tenux a en iurer.*

INtellige dummodo deferẽs non assumpserit in se onus probandi per testes, & exclusus fuerit, quia hoc casu etiam est exclusus à probatione per iuramẽtum l. in cõtractibus. §. illo. C. de nõ nu. pecu. ita etiã tenet do. meus Ias. in l. ait prætor. §. iurari. in iij. col. ff. de iureiur. cũ dicat ꝙ præclusa via omni probationi, nõ postea admittitur iuramentum. & ibi ponit, an iuramentum sit vera probatio. & idem Ias. in §. quadrupli. in vj. col. insti. de actio. Item etiam intellige quòd tales contrahentes tenebuntur iurare, vel scilicet referre in iuramẽtũ deferentis. per l. manifestę turpitudinis. ff. de iureiur. dic tamen quòd in hoc casu non admittitur dilatio, quia cogũtur præcisè iurare, cùm sit de facto eorum. notatur in d. l. manifestæ turpitudinis, quia etiam hìc dicitur quòd tenebuntur iurare contrahentes, in odium fraudis commissæ per eos.

DES CENSES. RVBRICA XI.

1 Contractus censualis quis. DIfferunt cõtractus cẽsualis, emphyteuticarius, præcariç, liuellarius, cõductionis, & locationis, prout expresè ponit do. meus Ias. in sua emphyteusi in l. j. C. de iure emphy. ¶ Dicendũ est tamẽ * ꝙ cõtractus cẽsualis est propriè, quando quis vendit vel alienat ius quod habet in re, vt si sit directo dominus vẽdit directũ, vel si habet vtile, vẽdit illud vtile dominiũ, & sic ius quod habet, puta pro centum, cum hoc quod sibi præstetur annuus census, puta duorum denariorum. Ita est text. in c. constitutus. extrà, de relig. domi. Barto. in l. j. §. j. ff. de publica. & in hoc differt à concessione in emphyteusim, vel in superficiem vel in liuellum, in quibus concedens non transfert ius quod habet in re. & ita declarat Innoc. in ca.

2 Differẽtia inter emphyteutã & cẽsatarium. ad audientiam. in ij. colũ. extrà, de rebus ecclesiæ non alienan. vbi subiunxit fortiùs, quòd * si in instrumento dicatur, concedo tibi rem in emphyteusim pro annuo censũ, & omne ius quod habeo in illa re. iste nõ esset contractus emphyteuticus, sed contractùs cẽsualis. Et illa verba cõcedo in emphyteusim starẽt impropriè, quod ipse reputat multum notandum, maximè propter effectum sequen. videlicet quia * emphyteuta ecclesiæ si

3

siæ si cessat per bienniũ soluere,cadit à iure suo.aut.qui rẽ.C.de sacrosan.eccl.c.potuit.extrà,de locato.emphy
teuta autẽ priuatur per trienniũ.l.ij.& ibi doc.C.de iure emphy.*tamen si censualis staret, nedũ per triẽnium, 4
sed etiã per mille annos,quòd non solueret,non tamẽ caderet à suo iure.tex.est iuncta gl.in d.c.constitutus.&
idẽ tenet Io.Fab.in §.adeò.in pe.col.insti.de actio. ¶ Et hoc est, quia ponitur natura contractus rei censualis.
non emphyteute,*& ad iudicandum qualitatẽ contractus non inspicitur sonus verborũ,sed effectus rei,*quia 5 6
verba potius deseruiunt naturæ contractus,quã natuta verbis,vt dicit Philip.Decius consi. suo clx.col. ij. & *Verba cõtractus.*
consi.clxiiij.col.iij.¶ Et facit,quia verba debent deseruire intentioni.l.in conditionibus primũ locũ.ff. de cõ
ditio.& demonstratio.Plura per Benedicti in repeti.c.Ray.in verbo, eidẽ impuberi succederent.nu. xviij. de
testa.amplissimè per Deciũ in consi.ccclxxiiij.in ij.col.in iij.vol.Aduerte tamen ꝙ defectus verborum supple-
tur per sensum,vt dicit Benedicti in dicta repetitione,in verbo,cętera bona.nu.57.de testamentis.*

ET aduerte*quia in dubio præsumitur potius contractus censualis, quam emphyteuticus, proùt dicit do. 7
meus Ias.in sua emphyteusi,in xxxv.col.quæ est xij.col.in l.ij.C.de iure emphy.Soci.in consi.suo.cclxvj.in
iij.col.Dicam latiùs infrà.Hosti.vero in summa,in titulo de causa possessio.& proprieta.§.fi. in fi. ponit quid
propriè sit census & nota quòd aliquando denotat subiectionem, aliquando exceptionem, aliquando prote-
ctionem.Feli.in c.ad audientiam.in vij.col.de præscriptio.

§. PRIMO.

AV regard des censes qu'on dict porter loux, retenue, & amende, on ne declare point estre de coustume generalle pour la diuersité des vsages, qui sont en diuers lieux, esquelz plusieurs seigneurs & autres ont censes, lesquelz vseront desdictes censes, & desdictz loux, retenue, seigneurie, & amende ainsi qu'ilz ont par cy deuant vsé.

DE generali*consuetudine totius regni Franciæ.omnes census dominorum soluuntur in Martio,in 1 *Census quo tempore soluantur in Frãcia.*
die annuntiationis beatæ Mariæ virginis, sunt tamẽ quædam loca particularia,quæ ex cõuentione
aut aliàs,ex vsantia habent aliũ terminum, conclusiuè vt dicit tex. nostræ consuetudinis insequẽ-
dæ sunt consuetudines etiam par ticulares,si sint proùt dicit Bal. in rub.de cõsuetudine in iiij. col.

IN TEXTV IBI, *Loux.*

NOta ergo ex tex.nostro,*ꝙ census aliqui in hac patria sunt ex quibus debetur laudemiũ, nã vt dicit Ioan. 1 *Ventæ & laudemiũ idem.*
Fab.in §.j.insti.de emp.& vendi.de constitutione regni Franciæ debẽtur ventę domino cẽsuali,quãdo res
censualis venditur,vocantur ventæ alicubi,& alicubi laudemiũ.Et in his attenditur cõsuetudo. scilicet quan-
tũ solui debeat.arg.l.domini prædiorũ.Et ibi Io.de platea de agri.& cẽsi.lib.xij.C.& tenet Bal.in rub.de con- 2 *Laudemiũ quid.*
suetudine extrà.*ex quo ergo licet de iure laudemiũ sit quinquagesima pars pretij,per tex.in l.iij.C.de iure em
phy.tamẽ quantũ sit hodie in hac patria,attẽdendæ sunt cõsuetudines & vsantiæ locales, secundũ quas soluẽdũ
est laudemiũ.¶ *Et debẽtur ista laudemia ab emptore,vt dicit glo.in d.l.iij.& ibi Ias.col.xj.versi.j.quæro. C. 3
de iure emphy.& vide Boerium in cõsuetudi.septenæ Bituricẽ.in tit.de consue.feudi & census.§.iij.Et de ma
teria huius glos.vide eundem Boeriũ.in d.tit.§.xviij.vbi allegat Io.Fab.hic per me allegatũ.¶ Stephanus Ber
trandi in consi.suo.cccxxj. in j.parte.& in cõsi.iij.in iij.parte.dicit quòd laudemia debentur ad causam trãspor
tus seu alienationis dominij vtilis,quòd habet emphyteuta in re emphyteutecaria,& ꝓ labore seu pœna,quã
assumit dominus directus pro inuestitura emphyteutæ,& missione in possessione eiusdẽ, cũ omnis labor op-
tat præmiũ,& ideo cũ dominus retineat dominiũ directũ,vt dictũ est.videtur ꝙ censatarius habeat tantũ vti-
le dominiũ apud nos.* ¶ Et aduerte,quia ista cõsuetudo est satis cruda,& quia cõmuniter in Burgũdia ista lau
demia capiũtur ex vẽditione.intellige istud habere locũ ex vera venditione,& nõ ex nulla,vt dicit idẽ Boerius
in loco hìc antè allega.§.xviij.¶ Cui adde Io.Fab.in l.ij.C.quãdo liceat ab emptione discedere.qui facit diffe-
rentiam an cõtractus resoluatur ex causa de præterito,an ex causa de præsenti. vel futuro. Et etiã adde id quod
dicit Bertrandi in consil.suo xlv.in j.parte.vbi dicit quòd laudemium habitum ex prima venditione aduenien
te casu resolutionis contractus,non debet per dominum retineri,sed debet restitui ex secunda.*

ET aduerte ad id quod dicit Bart.in l. si vir vxori.§.cuidam.ff.de conditio. & demonstra,& do. meus Ias.in
l.fructus in vlt. col.ff.sol.mat.& in l.cùm quidam.§.quoties.ff.de iuris.om.iudi. * quòd vbi de aliquo con- 4
tractu soluitur ab emptore de pretio rei venditę tantùm pro libra si fundus fuerit venditus centum,& in pro-
xenetis & proclamatibus fuerint expensę viginti libræ, quòd gabella tantum debet solui de octoginta,quo-
modo sit intelligendum, ponit Barto.in d.§.cuidam.qui est cum l.sed si hoc.

SED quæro,pone quòd sint plures domini censuales, qui ratione cẽsus eidem debiti debẽt habere laude- *Quæstio.*
mia.vnus tamen habet de quatuor partibus vnam,alius duas,alius aliam. quomodo debeãt diuidere laude
mia ex dicto censu prouenięntia?Dic quòd quilibet dominus habebit laudemia, & alia iura census pro illa par
te,pro qua habet in re censuali.facit tex.in §.expeditum.insti.de socie.l.si vsus.§.fi.ff.vsufr.quemadmodũ.c.fa-
cit.l.si fundus.§.si duo.ff.de pig.§.seruus.insti.de stip.ser.l.qui pecuniã.ff.de statulib.l.si plures sint. ff. de vul.
& pupil.l.vtrum.§.fi.& ibi no.ff.de reb.dub.¶ Item quæro,* an laudemia debeantur proprietario,an vsufru- 5 *Laudemia an debeãtur proprietario an vsufru.*
ctuario?vide suprà,in tit.*des droictz & appartenãces a gẽs mariez*.in §.*femme mariée selon la generale coustume.*
in glo.in verb. *pour en iouyr sa uie durant.* Alber.de Rosa.in l.vsufructu leg.ff.de vsufru.Old.consilio ccxl.&
Gui.pape.quæst.ccccl xxvij. ¶ Item quæro, * an si frater vendat fratri partem suam rei censualis quàm habet
indiuisam cum dicto fratre,an debeatur laudemiũ domino?videtur ꝙ nõ per ea quæ dicit Bal.in l.volũtas. C. 6 *Quæstio.*
de fideicõ.vbi dicit,* quòd si frater vendat fratri rem emphyteuticã,nõ est seruãda solennitas quæ debet ser 7
uari in venditione rei emphyteuticæ quia nõ requiritur cõsensus domini. & ad propositum de laudemio,vide
Ang.de clauasio in sua summa,in ver.emphyteusis.ibi tertius casus est.prope finem.qui sequitur opi.Bar.in l.
& ideo.ff.de condi.fur.alle.in hoc.§.in glo.*retenue*.in fi.¶ Item an * si dominus retinuerit,debeat habere lau 8
demias?dic quòd non,vt tenet Boerius in tit.de consue.retentionis rerum feuda.§.ij.in gl.ij.

9 Ius laudemiorum eſt ius reale.

QVIA * iſtud ius concomitatur rem, & debetur à poſſidente rem & tenemẽtario, ſeu ab illo qui illam
tenuit & poſſedit, dicitur ius reale. Et ideo etiã inter eccleſiaſticas perſonas, iudex ſecularis debet eſſe
iudex in hac cauſa petitionis vente & laudemiorũ. quia omnes res ſunt de territorio regis, & valet cõſuetudo
ꝙ de rebus etiã clerici agatur corã iudice ſeculari, vt tenet Bal. per illum tex. in c. cũ veniſſent extrà, de eo qui

Quæſtio.

mit. in poſ. cau. rei ſer. ¶ Sed quæro, an ſaltẽ poſſit agi corã iudice eccleſiaſtico cõtra tenemẽtariũ & emptorẽ
rei cẽſualis ad exhibẽdũ acquæſtus rei cẽſualis, vt poſtmodũ poſſit cognoſci & ꝓbari quãtũ pro laudemiis ſit
petendũ, dixi, ſemel ꝙ nõ, quia ex quo dicta actio eſt præparatoria ad actionẽ in rẽ, ſicut iudex ſecularis debet
eſſe iudex cauſæ illius realis, & ſic etiã debet eſſe iudex cauſæ præparãtis. proũt dicit Feli. in c. ſup literis. in ſi.
col. ibi, tertiò facit quòd nota. Car. extrà, de reſcri. nã iſta cauſa exhibitionis literarũ ad prędictũ effectũ eſt de
depẽdẽtia ſeu cõnexis à cauſa reali, quę poteſt dari cõtra tenemẽtariũ, ex quo tenditur ad præparãdas ꝓbatio
10 nes ad ius reale, ꝙ debetur per tenemẽtariũ, ergo dicitur dependens à iure reali, cùm * præparatoriũ dicatur
de dependente & cõnexis ipſius præparandi. & probatur in l. ordinarij. in ver. ab eodẽ iudice. C. de rei vendi.
11 * vbi ille qui fuit iudex in præparatorio, id eſt in poſſeſſorio, debet eſſe iudex in petitorio ſeu in cauſa ꝓprieta
tis: quia pręparatoriũ & pręparatũ dicũtur adinuicẽ cõtinẽtia ſeu cõnexa. Et quia exhibitio ſcripturæ ſemp pe
titur, vel incidẽter in cauſa principali, vel ad pręparationẽ alterius, proũt declarat Bald. in l. j. in vlt. col. C. de
edẽ. ſemper exhibitio ſcripturæ videtur de depẽdẽtibus ab ipſo principali. Alex. in cõſi. lviij. in fi. j. vol. repetito
in cõſi. cxcvij. in ij. vol. & ideo cũ iudex ſecularis debeat eſſe iudex cauſæ principalis, debet etiã eſſe iudex cau-
12 ſæ cõnexę & depẽdentis. & facit tex. in l. vbi cœptũ. ff. de iudi. quia * vbi cœptũ eſt iudiciũ, ibi finiri debet, ne
ergo ſequatur vnũ incõueniens, ſcilicet ꝙ aut derogetur. d. l. vbi cœptum. aut iudex eccleſiaſticus cognoſcat
de actione reali, quod facere nõ poteſt, debet hæc cauſa inchoari iudice ſeculari, cùm coram eo debeat finiri.

13 Arreragiorum quæſtio eſt perſonalis.
14 Hypothecaria eſt realis.

NVnquid autẽ iudex eccleſiaſticus cognoſcere poſſit de arreragiis? dixi alibi, ſed aduerte ad id ꝙ dicitur in
quodã libro, qui dicitur. Stylus parlamẽti. in quarta parte. arti. xlix. vbi dicitur ꝙ fuit latũ arreſtũ, * ꝙ quę-
ſtio arreragiorũ eſt perſonalis, & ideo cognoſcere poteſt iudex eccleſiaſticus. cõtrariũ fuit iudicatũ anno Do.
M. ccclxxxv. vt habetur per Io. Galli in quæſtionibus per arreſta, quęſtione quinquageſima. vbi plenè diſputa
tatur materia. ¶ Aduerte, quoniã iſtud eſt clarũ, * ꝙ hypothecaria eſt realis etiã ſi agatur ex conuentione, quia
ex illa nuda conuentione cauſatur ius reale, ita quòd ſicut prælati in regno Franciæ non poſſunt cognoſcere de
reali, ſic nec de hypothecaria. ita tenet Ioan. Fab. in §. item ſeruiana. col. ix. inſti. de actio.

15 ADuerte etiam * ꝙ ſi vendatur res cẽſualis ſub gratia redẽptiua, nõ debẽtur laudemia. Io. Fab. in l. fi. C. cõ-
munia de leg. quod intellige quando gratia redẽptiua eſt tẽporalis, ſecus ſi generalis & perpetua, vt dicit
Io. Sanxon in cõſue. Turonen. titu. *De pie de fied & de paraige.* arti. v. fo. lxxj. & Boerius in conſue. Bituricen.
titu. de conſue. feu. §. xviij. & vide infrà hoc eod. tit. §. vij. qui eſt fina. in glo. j. in verſi. fina.

AN conſuetudine particulari aliquorũ locorum in Burgundia, poſſit introduci ꝙ talia abomata importẽt
laudemium aut ius retentionis? videtur quòd ſic, quia per pactum & conuentionem fieri poteſt, ſicut vi-
demus in emphyteuſi quæ fit ex conuentione partium illius naturæ. l. j. C. de iure emphyte. ergo idem in tal-
lia. Tamen quo ad nos nulla alia conſuetudo poteſt iſtud introducere niſi ſit cenſus, ex quo eſt prohibitũ per
conſuetudinem, cum non poſſint aliæ conſuetudines allegari quæ non ſint deſcriptæ in hoc volumine, ſed re-
currendum eſt ad ius commune, dixi plenè in meo monologio.

IN TEXTV IBI, *Seigneurie.*

QVid importat hoc verbum, *ſeigneurie*, & quid vult dicere conſuetudo noſtra, quæ dicit quòd cenſus im
portant dominium, nam nullum dominium remanet penes dominum ceuſualem, imò omne ius quod
habet dominus cenſualis tranſfertur in cenſuarium, vt dixi in rub. igitur, videtur quòd iſtud verbum ſit ſuper
fluum, dic prædicta eſſe vera de iure, ſed de conſuetudine ſecus.

1 Cenſus ſolutio an inducat ſubiectionem.

Caſus facti.

AN vero * ſolutio cenſus ſeu pręſtatio inducat proprietatem ſubiectionis, aut quaſi poſſeſsionis? Tu dic bre
uiter, quòd ſi vna eccleſia ſoluat cenſum alteri eccleſię certo loco, & aliquo tempore certo & determina-
to, quo plures eccleſiæ ſoluũt cenſum in ſignum ſubiectionis, quòd ex hoc dicitur ex præſtatione cenſus illius
eccleſiæ probata quaſi poſſeſsio ſubiectionis. ita Panor. in c. fi. in j. col. extrà de cauſa poſſeſſio. ex quo dixi. cũ
caſus eueniſſet de curato de Brexis, qui renuebat ſoluere quandam præſtationem annuam eccleſiæ Heduen.
quòd ex quo producebantur libri cenſuales contra ipſum, quòd debebant facere fidem, eo quòd erat eccleſię
cathedrali Heduen. ſubditus, quod ſatis conſtabat, eo quòd tenebatur eidem eccleſiæ ſoluere ius quod dici-
tur crucum certo tempore, & certo loco, vt aliæ eccleſiæ, amplisſimè ſcripſi conſulendo pro eccleſia, non hic
2 inſiſto. ¶ Aduerte * quòd dominus cenſus in Francia retinet dominium, vt dicit Ioannes Fabri. §. adeo. inſtitu.
de loca. & Boerius in conſuetudine Bituricen. titulo. de conſuetudine feudo. §. xxiiij.

IN TEXTV IBI, *Retenue.*

1 Retentionis ius.

IStud * ius retẽtionis, eſt ius quod habet dominus cẽſualis iure cẽſuali, quod ſi vẽdatur, poteſt eã retinere pro
pretio. l. fi. §. ſed nec hac occaſione. C. de iure empyt. & hoc iure prælationis, quod dictus dominus habet in
re cenſuali, intellige tamen ꝙ poterit eam retinere pro ſe, non tamẽ pro aliquo cui cedere vellet, quia hocius
prælationis cedi non poteſt. tenet Gui. pa. quęſt. ſua. ccccxj. ¶ Prouinciales tamẽ habent conſtitutionem con-
trariam, per quam diſponitur quod tale ius prælationis poteſt per dominum cedi & tranſportari in aliũ: quod
intelligerẽ verum in feudis, quando venderet aut cederet capaci & habili, quia nõ eſſet ſine dubio ſi dominus
cederet ius prælationis ſeu retentionis feudi nobilis alicui non nobili, & ſic nõ capaci, quod expellere poſſet
nobilem emptorem feudi, & ſic capacẽ ad tenendũ feudum, niſi eſſet princeps qui etiã cederet incapaci, quem
ſciebat incapacẽ, quoniã videtur cũ eo diſpenſare per l. quidã conſulebat. ff. de re iudic. ſed hoc nõ affirmo, ſed
2 cogitandũ eſſet, ſi caſus eueniret. * ¶ Idẽ Gui. pa. deci ſua. xlvij. vbi dicit, ꝙ * non habet locũ ius retentionis in
donatione, vide quæ dixi infrà. §. fi. in gl. j. huius tituli. ¶ Et intellige etiã quod habeat huiuſmodi ius retẽtio-
nis ſeu prælationis niſi alia iura ſequẽtia & futura receperit, ſcilicet cenſum futurum, & alia iura, quia per hoc
renũtiaſſe videtur huic iuri, vt facit tex. in l. poſt diẽ. ff. de lege cõmiſ. per quẽ textũ ita tenet gl. in l. ij. in verbo,

expellere

expellere.C.de iure emphy. Et ibi do.meus Ias. qui tenet. ꝙ si dominus emphyteutecarius,habeat ius cōmissi per nō solutionē canonis per trienniū,si tamē recipiat iura futura videtur illi iuri renūtiasse,& ita tenēt ibi mul ti,quos refert & sequitur do.meus nu.cxxiiij.Quod intellige verū in vero domino.sed an in hoc tutor aut administrator possit domino minori præiudicare,cogita ex his quæ dicit Feli.in c.fi.de præscrip. Et quid in receptore qui habet solū potestatē recipiēdi reditus.an possit in hoc præiudicare dño videtur ꝙ nō,per ea quæ dicit Henri.Bohic in c.vigilāti.in fi.ext.de præscrip.vbi dicit ꝙ vicarius nō potest quid facere in præiudiciū dñi seu rectoris.*¶Et nūquid res cēsualis possit sine consensu domini alienari. idē Boerius vt suprà §.xxiij.& idē eo.lib.de cōsue.retētionis rerū feudaliū.§.j.vbi ponit quædā ex dictis in hac gl.& ponit certos casus in quibus non habet locū ius retentionis.tit.de consue.retractus.in gl.de iure tamē.§.iij. tenet ꝙ tale ius nō potest cedi.

POssunt tamen facere cōtrahentes inter se, ꝙ dominus nō habebit rē censualem iure prælationis,puta si vēdatur res inter eos,si dominus laudauerit,proùt tenet Gui.pape quęst.sua xlviij.& ccccxj.& ponit Bar.in l. quod sæpe.§.si quis amico.ff.de contrahen.emp.prout alle.Gui.pape in dicto loco , sed ibi nihil dicit & ideo dicit Pet.Iaco.de Aureliaco in suis libellis,in tit.de actione in rē quæ pro re emphy.quæ cecidit in cōmissum. in x.col.ibi quid si dominus directus.*ꝙ si dominus directus vēdiderit ius pręlationis & retētionis alicui tertio, & ius laudendi ꝙ ipse habet , ꝙ ille emptor non poterit retinere rem sicut dominus directus , imò quod plus est semper remanet pignoris obligatio,nec hoc casu euanescit, quia istud ius prælationis est ius speciale , ergo in suis terminis tenendum,scilicet quòd habeat locum in ipso dominio directo,& non in aliis,licet causam habeat ab eo quia cum tale ius retinendi sit odiosum,ergo restringendum & non ampliandum. 3 *Ius prælationis & retentiōis cedi non potest.*

SED pone*ꝙ sint duo domini directi censuales , quorum vnus vult retinere rem censualem venditam iure prælationis,alter verò non,sed vult inuestire emptorē , quid fiendū?videtur ꝙ quilibet vtetur iure suo arg. l.j.§.si alter ex hæredibus.ff. quorū legatorū. Albe. de rosa. mouet notabiliter hanc quæstionē in fortioribus terminis in l.per fundū.in iij.col.versi.vlt.facit.ff.de serui.rusti.prędio.vbi dicit.Pone ꝙ quis tenet in emphyteusim quædā molendina à quodam capitulo pro octaua parte , & à quibusdā nobilibus pro septem partibus, iste vendidit molendina cū consensu capituli,& nobiliū,excepto vno qui vult partē suā quam etiā habet pro indiuiso retinere,an possit?Dicit ꝙ sic,per d.l.nec possunt alij cōsortes impedire ius retentionis isti pro parte, nec est fienda alia æstimatio pretij. & nota quia dicit , quòd euenit in facto , sed credo ꝙ adhuc eueniet intra paucos dies.¶Hanc quęstionem examinat Io.Berberij in suo viatorio iuris,tit.de loca.quæritur etiam econtrariò.vide do.Io.sanxon.in consue.Turonen.tit.*comme hommage se doibt offrir a son seigneur.* arti.fi. in ij.col. & in fine tit.des *retraictz.*xxij.arti.vbi alle.Boerium,qui examinat in consue.Bituricen.tit.de consuetu.retentionis rerum feudalium.§.j.& in tit.de consue.retractus. 4 *Casus.*

IN contrariū tamē videtur facere.l.ꝙ si vno.§.Celsus.ff.de indiem adie.per quem tex.ita tenet Guido pape in q.sua ccccxj.in fi.& ideo etiam per illū tex.dicit in quæstio. sua ccccviij. ꝙ si aliquis emat vnum tenementum plurium rerum, in quo sunt quam plures & diuersæ possessiones de censu & emphyteusi plurium diuersorum dominorum mouentes,ꝙ quidem tenementum emit vno pretio,& alter dominorum censualiū vult aliquam rem,qui de suo censu mouetur retinere iure prælationis, quòd non potest,quia omniū rerū est vna vēditio de facto de omnibus rebus insimul facta.l.scire debemus.cū ibi no.ff. de verb.obli. Ex quo ergo si talis dominus retineret,videretur esse præiudiciabile censuario vendenti & etiā emptori, cū in hoc casu non cogeretur emptor aliàs res in ipso tenemēto recipere nisi omnes haberet.l.si quis duos.ff.de contrahē.emp. & ideo ibi concludit Gui.pape,*ꝙ dominus nō potest habere illud ius retētionis seu pręlationis, quādo per eū præiudicaretur censuario seu emphyteuticario vendenti.l.fi.C.de iure emphy.¶Ista quæstio est nunc in ciuitate Heduē. inter nobilē virū dominum Dygornay,& nobilē & sapientem virū magistrū Ioannem Milot locumtenentem generalē horū balliuatuū Heduen. & Mōtissinerij.Cū ita sit ꝙ prædictus magister Ioannes Milot emerit hoc anno terrā & seignoriā de Vergoncey,in qua sunt plures partes feudales diuersorū dominorum,& inter aliàs est quædā parua pars quæ est de feudo domini Dygornay,quā vult habere iure retentionis , an sit audiendus. ¶Multa opponit cōtra eū prædictus locūtenens & maximè supradicta. Opponit etiā ꝙ sunt sex menses ꝙ emptio seu acquisitio dictæ terræ de Vergoncey fuit ei denuntiata,& ꝙ debuit venire intra quadraginta dies post talē denuntiationē.secundum ꝙ tenetur etiā in simili casu dominus censualis post quadraginta dies vt infrà §. iij.qui in hoc etiam per consuetudinem nostram videntur æquiparari,per §.x.inci. *au reachat & retraction.* suprà titu.j. Ad minus quòd tantum debet habere duos menses à tempore denuntiationis de iure. cùm tantum habeat cēsualis dominus vt notāt doc.maximè Bar.Ang.Imo.Pau.de ca. Alex.in l.qui Romæ. §.cohęredes.ff. de verb.obli.decisiones doc.in dicto loco nihil faciūt ad propositū,quia tantū loquuntur de eo qui nō potest vēdere nisi tali,quia debet interpellari, & debet expectari post interpellationē per duos menses. & tex. in l.fi. C.de iu.emphy.vbi tex.loquitur de duobus mēsibus.dic ꝙ ille tex.loquitur in re emphyteutica,& nō in feudali,in qua aliud specificè decisum est,scilicet in §.porrò.qualiter olim feudū poterat alienari,in quo est annus quo ad dominū feudi,imò dicit Præpositus Mediolanē.dictus cardinalis Alexādrinus in d.§.porrò.ꝙ stāte statuto ꝙ vasallus possit alienare feudū. vt suprà in tit.*des fiedz.*§.*en alienation & transport.* ꝙ dominus habebit ius redimendi secundū.d.§.porrò.secundū quē datur tempus vnius anni,igitur &c.¶Posset dici ꝙ cū nec verè,nec expressè sit statutū tēpus in feudis,imò solū quodammodo fit mentio in d. §. porrò.de tēpore non dispositiuè,sed exceptiuè ad regulā præcedentem ꝙ in hoc casu bonū erit argumentum de emphyteusi ad feudū de quo argumento satis amplè per do.meum Ias.in l.j.in xj.& xij.col.C.de iure emphy.Et ideo cū in emphyteusi sint tantū duo menses,ꝙ etiā idem erit dicendum in feudo.dixi plus ꝙ in Burgundia dominus feudi habet tantum quadraginta dies ad retinendum seu redimendum rem feudalem venditam. Qui quidem quadraginta dies currunt à tempore denuntiationis & non ante . Et hoc probo sic.vbi duo casus parificantur vi regulæ antiquæ , tunc statutum disponens aliquid in vno parificatorum, extenditur ad reliquum. ista fuit conclusio Bar.in l.Marcellus.§.quòd autem.ff.ad Trebel. & Ang.in l.si quis seruo. C. de fur. dicam plenè in fine harum cōsuetudinū.ibi,decima cōclusio est sed sic est ꝙ dominus feudi & dominus cēsualis,quo ad vnū casum 5 *Quæstio de facto.*

scilicet ius retentionis æquiparantur, vt in §. *en reachat & retraction*. suprà *des retraictz* ergo etiam in tempore statuto ad dictum ius retentionis in vno per nouum statutum fiet extensio ad alium, sed sic est quòd in domino censuali sunt statuti quadraginta dies, per consuetudinem nostram post denuntiationem, vt infrà co. ti. §. iiij. Ergo idem erit dicendum in domino feudi, qui tantum debebit habere quadraginta dies. ¶ Multum facit in contrarium, id quod dicitur infrà in fine harum consuetudinū, quòd in his quæ nō sunt disposita per has nostras cōsuetudines recurrēdū est ad ius cōmune. Sed potest dici quòd satis statutū est & ordinatū tēpus per has nostras cōsuetudines, secundū prædictam regulā. igitur & c. cogita, quia non est sine dubio. Dixi etiā quòd adhuc videbatur quòd cū non erat ius retractus in dicta terra & seignoria de Vergoncey, ex quo est de franco allodio, & non est locus principalis feudalis, qui quidē inspiciendus est, vt tenent Guil. de cug. Bal. & Alb. de rosa. in l. j. ff. de offi. præfecti augusta. & Phili. francus in c. cōmissa. de ele. vbi dicunt * quòd ille dicitur possidere beneficiū qui possidet ecclesiā, & sic locū principalē, non autē ille qui possidet possessiones, seu depēdentia ab ecclesia principali, quod nec etiam debet esse in dependentibus & accessoriis seu mēbris illius terræ. Et ideo semel etiā dixi, quòd cùm esset ecclesia principalis in comitatu Burgundiæ, & annexa cū omnibus parochianis in ducatu nostro, quòd talis ecclesia non erat subiecta nominationibus, in vim pragmaticæ sanctionis.

6 Poßidere beneficium quis dicatur.

Cautela. ¶ Aduerte ad cautelā, ad euitādū ꝙ nō habeat dn̄s ius retētiōis, ꝙ inter duos litigetur super re cēsuali, & tādē fiat trāsactio vt res apud aliquē remaneat, dādo certā pecunię summā alteri, tūc hoc casu nō erit ius retētionis, quia dimissio rei existētis penes aduersariū ex causa trāsactionis aliquo dato vel recepto nullā īducit trāslationē dominij vel alienationē, vt est tex. vnicus & sing. in l. si pro fundo. & ibi docto. maximè Bar. C. de trāsac. iūcta gl. in l. penul. C. ꝓ emp. & vide in hoc Io. Saxon in cōsue. Turonen. tit. *cōme hōmage se doibt offrir à son seigneur*. arti. si. fo. lxviij. dixi suprà. tit. *des fiedz*. §. si. in gl. *en alienation & trāsport*. ibi nūquid autē vasallus possit sup feudis trāsigere. dixi etiā suprà. tit. *des retraictz*. §. ix. vbi dixi ꝙ in trāsactione nō habet locū ius retractus

ITem etiam nō habet locum ius prælationis ex remissione seu diuisione quæ fit inter socios vel cohærede, de re communi, nec etiam laudemium debetur, secundum Bar. in l. & ideo. ff. de condi. furti. & Ale. in consi. x. inci. videtur fortasse. ī ij. col. in j. vol. Gui. pa. quæstio. xlv. dixi in §. si. huiꝰ ti. & §. ix. suprà. *des retraictz*. quasi in fi.

ADDITIO. Aduerte quòd in iure sunt alia iura retentionis, vnum de quo habetur in l. j. C. etiā ob chyrographariam pecuniam. & ibi Albericus fecit pulchram distinctionem, quam vide. Aliud de quo in l. si. C. commoda. & in l. in rebus. §. possunt. ff. commodati. vbi commodatarius potest retinere commodatum propter impensas in re commodata factas, non tamen pretextu debiti potest retinere vt dicit tex. in d. l. fi. Aliud est de quo in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. Aliud est de quo in l. j. §. quòd autem ff. de superficiebus. & in l. cùm dominus. ff. de regu. iur. Bal in l. cùm & soluta. C. de condi. indebiti.*

IN TEXTV IBI, Amende.

SED quæro, quæ sit ista emēda, dic quòd videtur quòd sit arbitraria. per ea quæ dicit Bar. in l. j. ff. de iure deliberan. Ex quo tamen non est statuta à iure nec determinata, videtur ꝙ mitior debeat imponi, cùm in pœnis mitiorem pœnam adiudicare debemus. l. interpretatione pœnę. ff. de pœnis. quæ quidem mitior est de septem solidis in hac patria. Tu dic secundum tex. nostræ consuetudinis, seruandam esse consuetudinem loci vbi est talis census, ratione cuius debetur emenda.

1 Quæstio. ITem quæro, pone * quòd censuarius vult soluere pro viginti annis simul, vt euitet emendam, an possit? dic vt per do. meū Ias. in l. ij. in xlj. col. C. de iure emphy. & adde quæ dicam infrà in §. iiij. super gl. j. versi. dixi suprà.

Casus. ITem quæro de casu qui mihi euenit in facto. Ego prætēdebam quendā annuum reditum siue censum mihi deberi per tenementarios cuiusdā fundi, alter pretendebat etiā sibi deberi, & quilibet nostrum dicebat se emisse illum censum, à quodā qui priùs habebat, proponebam me esse priorem cui facta fuerat venditio, & dicebam me esse in possessione perceptionis illius cēsus; & probabam per quandam confessionē, quam mihi fecerat tenementarius, per quam constabat quòd cōfitebatur se fecisse cōputū mecū, de dicto censu pro octo, aut nouē annis, de quibus se obligabat & promittebat soluere. Postmodū probabā quòd hoc anno domini millesimo quingentesimo decimo, ipse mihi soluerat summā mihi confessatam & promissam pro dictis nouē annis effluxis. Ex aduersa parte proponitur quòd licet fuisset secundus emptor, tamen erat prior in possessione, & sic cui fuerat res tradita, & sic quòd debebat obtinere, per l. quoties. C. de rei. vendi. & iustificabat quòd antequā mihi fuisset facta cōfessio de receptis, quòd iā actualiter & realiter dictū censum habuerat à dicto tenemētario, & sic quòd videbatur ꝙ deberet obtinere. per ea quæ plenè tradit do. And. Sicu. in cōsi. viij. in. xxiij. xxiiij. & xxv. col. in ij. vol. * vbi per actualē solutionem pensionis acquiritur quasi possessio, & non per cōfessionē de recepto, sed tamen quia paria sunt soluere, aut promittere soluere. l. si. C. de cadu. tollen. ex quo dictus tenemētarius non solum confessus est me recepisse, imò quòd plus est, mecū computū fecit, & promisit soluere à die cōputi facti incepit possidere, & ideo nō video quare non debeā obtinere, non video adhuc mihi moueri processum, sed si moueatur, scribā amplè pro iuribus meis conseruandis. ¶ Aduerte, quia in cōtractibus in quibus ius quæritur ex solo titulo, vt in duobus quibus fuit diuersis tēporibus hypothecata eadē res, cū ex sola cōuentione, ius hypothecæ absque traditione possessionis trāsferatur. l. j. ff. de pig. actio. ideo est præferendus is cui primo res est hypothecata, nō cui priùs fuerit tradita, vt per doc. in c. qui prior. de reg. iu. & l. potior. & l. qui balneum. ff. qui po. in pig. habe. & ita tenēt Cy. Bal. Sali. & Pau. de ca. in l. quoties. C. de rei ven. de quā materia vide Io. Sanxon in consue. Turonen. tit. *des hypothecques, & comment elles se diuisent*. arti. ij. fo. cxxj.

Quæstio. SED iterum quæro, quomodo potero probare ad habendū laudemium, quòd talis emptor emit à tali, talē rem mihi censualē? dic quòd debet peti vt exhibeatur instrumentū emptionis & vēditionis, & cogetur emptor per iudicē ad exhibendum & edendum, vt dicit Bal. in l. qua quisque quæ est prima practica. §. editiones. in iiij. col. ibi, ecce quartū exemplum. ff. de eden. & ita practicatur in curiis nostris. ¶ Adde Spe. in tit. de emphy. ver. cxlj, intellige dummodo cōstet quòd illa res sic vēdita sit censualis, quòd nō præsumitur, quia omnis res pręsumitur libera. dixi. suprà. §. iiij. tit. *Des mainsmortes*. in gl. j. & in. §. iiij. ti. *des fiedz*. in gl. *apres ledict hommage*. ibi, sed nunquid quælibet res. & ideo cùm sit præsumptio contra prætēdentem rem esse censualem, tenetur probare

probare saltem per tres testes, vt dicit do. meus Ias. in l. sciendum col. iiij. ibi, in eadem ibi, an admittatur. ff. de verb. obli. Aduerte tamen* quia qualitas proposita in libello tribuens iurisdictionem iudici, non debet proba 3
ri antè litem contestatam. Lap. allegatione sua. lx. & lxvj.

ADDITIO. Contrarium tenet Bar. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilita. publicam. & Imola in c. super literis. de rescriptis. de quo per Mat. de Affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, capitaneorum. in iij. notabili.*

POne quòd pluribus dominis debetur census per plures censuarios ex vna re censuali, & vnus censuarius soluit vni domino partem suam, & non alteri, an emenda debeatur integraliter, an pro parte? de hoc videtur casus in c. suam, extrà de pœnis. vbi dicit quòd obligatus ad certam quantitatem certo die sub pœna soluenda, si partem intra terminum soluit, ad pœnam integram nõ tenetur. & ibi plenè ponit quæ sit obligatio diuidua, & indiuidua. de qua materia plenè per scribentes ibi, & in l. stipulationes non diuiduntur. & in l. iiij. §. cato. vbi do. meus Ias. ff. de verb. obli. & l. in executione. ff. eo. l. ij. §. ex his. cum duabus sequẽtibus. ff. de verb. obli. ¶Et si debeo partem ab vno soluente, an aliis non soluentibus preiudicent soluenti. gl. in c. fi. in gl. magna. circa finem. extrà de locato & conducto. c. si vnus non est soluendo, an alij soluentes teneantur. videtur quòd nõ. argumento. l. iij. in fi. ff. de ali. & cibariis leg.

IN TEXTV IBI. Qui en ont par cy deuant vsé.

IN hoc ostenditur quòd istud ius quod domini censuales habent in re censuali percipiendi laudemium, seignoriam, ius retentionis, & emendam, istud habeant ex cõsuetudine præscripta, seu ex præscriptione, & ideo considerans consuetudo quòd tantum præscriptum quantum possessum l. j. §. Iulianus primo. ff. de itinere aduque priua. & ibi notat gl. quam Bart. ibi. in §. si quis hoc interdicto. dicit semper notandũ. faciunt plura quæ dicit do. meus Ias. in l. de quibus. in vij. col. ff. de legi. in l. non dubium. in ij. col. C. de legi. Barba in. l. j. in. §. si stipulanti. in xij. col. ff. de verb. obli. Feli. in c. auditis. de præscrip. do meus Ias. in l. iij. in fi. principij. C. de iure emphy. ponit ad hanc regulam aliquas limitationes. adde eundem dominum in l. ij. in secunda col. & in l. imperiũ in. xj. col. ff. de iuri. om. iu voluit quòd in hoc vterentur domini locorum particularium, proùt hactenus vsi fuerant, & non aliter, quod iuridicum est.

§. SECVNDO.

ET *semblablement se fera au regard des coustumes, bledz, vins & autres choses.*

SOlent in Burgundia multum vsitari hæ annuæ præstationes bladorum, vini & aliarum rerũ maximè granorum. & dicuntur (coustuma) ex quo materiam annuæ præstationis amplectens.* Primò quæro, an annua pensio possit imponi super re, quæ non est potens ad supportandum pensionem? & quid fiendum si fuerit imposita super re quæ est diminuta, ita quod nõ potest amplius supportare? dic ꝙ promittens certũ annuũ reditũ, vel pensionẽ super aliqua re, quæ nõ potest supportare reditũ siue pensionẽ, quòd constituens pensionẽ debet supplere super alia re, per l. lucius Titius. ff. de alimentis & cibariis legatis. & tenet Io. Fab. in l. si quis argentum. in princi. C. de dona. & dicit Gui. pape q. sua viij. ꝙ ita fuit conclusum. 1 *Annua præstatio.*

INtellige prædicta in eo qui dicit rem quam onerat reditu, aut pensione, esse sufficientem mediante pecunia, aut alia re, secus verò si alicui daretur aliqua res mediante pensione tali, anno quolibet super ea præstanda, quoniam hoc casu si non possit supportare pensionem, aut quia casmate periit, aut alio modo fuerit deteriorata, poterit renuntiari domino. tex. in l. j. C. de iure emphy.

ET aduerte* quòd annua præstatio constituitur per contractũ inter viuos, & hoc modo acquiritur per quẽcunque contractum de iure approbatum, & per vltimam voluntatem, vt infrà dicam. 2

SED an* acquiratur annua præstatio ex diuturnitate temporis, ista quæstio amplissimè tractatur per Bar. in l. cùm de in rẽ verso. ff. de vsuris. per doctores in l. j. C. de fideicom. per Alex. & docto. in l. si certis annis. C. de pac. vbi amplissimè per do. meum do. Ias. qui procedit per regulas & limitationes. 3 *An noua præstatio ex diuturnitate temporis acquiratur.*

SED vt hæc materia quæ est multum vsitata in Gallia, & in Burgundia plenissimè discutiatur. intendo prius discutere doctrinam Bar. in d. l. cùm de in rem verso. ff. de vsu. post illam etiam non omittam doctrinam magistri & preceptoris mei domini Iasonis, in hac materia dispersam in multis locis.

DIco ergo sic, quando quæritur, an ex diuturnitate temporis acquiratur annua præstatio, ꝙ aut quis fundat intentionem suam ex temporis cursu, cuius initij memoria non extat in contrarium, & tunc sufficit. l. ex hoc iure. §. ductꝰ aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua. l. j. in fi. ff. de aqua plu. arcen. facit tex. & quæ ibi notantur in c. j. de præscrip. in vj. Panor. expressè & in specie in consi. suo vij. incip. Iesu Christi saluatoris. in secundo dubio. in v. col. in ij. vol. & in consi. suo xxvj. incip. in quæstione quæ ad præsens vertitur. in iij. col. in ij. vol. alle. lo. And. in c. peruenit. de cẽsibus. vbi Henricus bohyc, & Pa. post alios. Et faciũt ad corroborationẽ, quia tali tẽpore probato, probatũ est dominiũ. do. meus Ias. in §. omniũ. in xiiij. col. insti. de actio* & habet tale tẽpus vim priuilegij & cõcessionis, etiã in his quæ sunt principi reseruata. c. super quibusdã. §. propterea. de verb. sig. do. meus Ias. in l. de quibus. in x. col. ff. de legi. Alex. in consi. xxxv. in ij. vol. Sozi. in cõsi. cxxvij. in pe. col. & consi. cclx. col. pe. faciũt quæ dicit Pa. in consi. xx. in j. vol. & Ludo. Bolog. in consi. suo lxxvij.* imò non est necessaria tituli allegatiò in hoc tẽpore. Alex. in cõsi. suo vj. in ij. col. in j. vol. & in cõsi. cxxv. & sequenti, in ij. vol.* nec etiam requiritur in præscriptione tanti temporis, scientia eius contra quem præscribitur. do. meus Ias. in l. imperium. in viij. col. ff. de iurisdi. om. iudi.* imò probata præscriptione tanti temporis, non admittitur probatio in contrarium. Feli. in c. cum nobis. in iij. col. extrà, de præscrip. & Barba. in consi. xlj. in xj. col. in j. vol. 4 *Tẽporis immemorialis vis.* 5 6 7

SED nunc* stat difficultas, quomodo probabitur tanti temporis præscriptio? gl. istud determinat in c. j. de præscriptio. in vj. in verbo, memoria. & vide quæ dicit Fran. de Are. in consi. clxvj. & in consi. suo xxxvj. Panor. in c. cum nobis. & ibi Feli. in v. col. extrà de præscrip. vbi ponit multos modos. *Præscriptio tẽporis immemorialis quõ probetur.*

AVT verò quis fundat intentionem suam ex minori tempore, & tunc distingue, aut est tempus xxx. vel xl. anno. aut decem, aut trium annorum. Primo casu quantũ ad tempus xxx. vel xl. annorum. In hoc aduerte videtur in hoc ꝙ idem sit quòd in præscriptione tanti temporis,* quia post tale tẽpus non potest allegari præ- 9 *Malæ fidei pſũptio quando tollatur.*

ſumptio malę fidei,vt dicit Bar.notabiliter in l.fi.in fi.C.vnde vi.tex.in c.placuit.ij.ver.ꝙ ſi mala fide.xvj.q.iij.
do.meus Iaſ.in l.clàm poſſidere.§.qui ad nũdinas.in ij.col.ff.de acqui.poſ. Feli.in c.ſi diligenti. in ij.col. verſi.
idem Imo.de præſcri.faciunt quæ dicit Pa.in conſi.lxxxix.in iij.col.in j.vol.Barb.in conſi.xlj.in xiiij.col.in j.
10 vol.*vbi dicit hoc eſſe verũ quando eſt ſolũ præſumpta mala fides,quia tunc tẽpus xxx.annorũ tollit illã pręſumptam malã fidẽ,ſecus vbi appareret de vera mala fide,quia tunc hæc præſumptio non tollit veritatẽ. ¶ Dicerem in hoc caſu noſtro ꝙ in caſibus non prohibitis à iure, puta in his præſtationibus annuis bladi, vini, pecuniæ,præſtationũ annuarũ ſoluuntur ſufficit tẽpus xxx.annorũ.tam per prædicta , quã etiã per conſuetudinẽ noſtrã,quæ reducit omnes præſcriptiões ad tẽpus xxx.annorũ,dũmodo ſint de his quę pręſcribi poſſunt,vt eſt in prædictis caſibus,nec requiri titulũ,ex quo in pręedictis caſibus,nõ dicerẽ eſſe neceſſe allegare titulũ dicã forte latiùs infrà.in fi. ¶ Faciũt ad prædicta quæ dixi de præſumptiõe bonęfidei,quæ dicit Barba.cõſi.quinquageſimo.in xiij.col.in j.vol.Aduertendũ tamen eſt ad ea quæ dicit Soci.in conſi.ſuo cclxvj.in iiij.col.& conſi. ſuo cxxvij.in pe.col.& ad ſupradicta faciunt quæ dicit Alex.conſi.cc.in ij.col.in ij.vol.& in conſi.lxxj.in ij.colũ.in j.vol.do.meus Iaſ.in §.ſed iſte in xxj.col.inſti.de actio.& ſcripſi ad Alex.meũ in d.conſi.lxxj. Bar. tamen,in hoc

11 Obligatio nõ inducitur p tempus. caſu videtur dicere hoc eſſe verũ,quo ad liberationẽ inducendã.ſed nõ quo ad obligationem*quia vt videtur
12 cuidã,nũquã per tẽpus obligatio inducitur.l.creditor.C.de vſu operis.ff.de ope.lib.l.fi.& l.obligationũ ferè.§.placet.ff.de actio.& obli.ſecundũ Cy.in l.ſi certis annis.C.de pac.intellige tamẽ pręedicta vera per ſe.ſed*quia

Negligentiæ præſumptio. per tẽpus xxx.annorũ præſumitur omnis negligentia,quæ quidẽ negligentia cũ tẽpore xxx. annorũ eſt potens ad acquirendũ ius,vt iura volũt.ff.&.C.de præſcri. & inſti. de vſuca. ſic etiã dicendũ eſt ꝙ præſtatio annua cũ tẽpore obligationẽ inducit.ſecundũ Hoſti.Gaufre.Vincen.& Henricũ Bohyc in c.peruenit extrà,de cẽſibus.
13 & Archi.in c.ſeruitiũ.xviij.q.iij.in gl.fi.ſicut etiã videmus* ꝙ patientia cũ tẽpore obligationẽ inducit.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruitus vendice.& multo fortiùs in hac præſcriptione xxx.annorũ,contra quã nõ poteſt opponi mala fides,vt dictũ eſt hîc antè.nec etiã per conſuetudinẽ noſtrã,vlterius quid quærendũ eſt in his quæ pręſcribi poſſunt,quia in talibus præſcriptio xxx.annorũ eſt verus titulus. cũ ergo in præſtationibus annuis ſit dabilis præſcriptio,& ſint de his quæ præſcribi poſſunt,nõ eſt hæſitandũ, ꝙ alia cauſa ſeu alius titulus requiratur in præſtatione annua poſt triginta annos,quantũ autẽ ad liberationẽ inducendã quãdo ius cõe non reſiſtit nõ facio dubiũ,proùt tenet Bar.in d.l.cũ de in rem verſo.per l.omnes.& l.ſicut.C. de præſcri. xxx. vel xl. annorum.ſi verò ius commune reſiſtat,tunc ſecus.l.comperit.C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno.dicam latiùs infrà.

De præſcrip minor.xxx. annorum. AVT verò loquimur de præſcriptione minoris tẽporis, quã ſcilicet tanti tẽporis triginta annorũ,& ſic de alia minori,& tunc in hoc dic àut eſt præſcriptio triũ annorũ,de qua in l.j.C.de fideicõ.& tũc hæc præſtatio nihil facit,niſi ſit titulus allegatus cum fauore vltimæ volũtatis , vt latiùs infrà dicã,aut verò loquimur de præſcriptione decẽnali , & tunc quando quis fundat intentionẽ ſuã ex illa præſcriptione ſolũ non allegando titulũ,nihil facit.iſta eſt cõmunis in l.cũ de in rẽ verſo.ff.de vſu.& in l.ſi certis.C.de pac.& hoc quantũ ad obligationẽ inducendã,quantũ verò ad liberationẽ inducendã,tũc aut ius cõmune reſiſtit,vt dictũ eſt, & tunc non inducitur,aut nò reſiſtit,& tunc ex ſolo curſu tẽporis poteſt induci liberatio,ſecundũ diuerſas naturas actionũ quia quædã tolluntur minori tẽpore,quædã maiori.l.ſicut & l.omnes.C.de præſcrip.xxx. vel xl.annorum. & l.cũ ſex.ff.de edil.edic.& quod notatur in l.j.ff.de diuer.& tempo.præſcrip. Tu dic ꝙ hodie per conſuetudinẽ noſtram non ſufficit tempus x.annorum , aut aliud maius ad inducendam liberationem , quia omnes præſcriptiones minores xxx.annorum,ſunt redactæ ad præſcriptionẽ xxx.annnorum,vt infrà dicam in fine harũ cõſuetudinũ.§.pe.vbi videtur deciſum ꝙ præſcriptio trium annorũ . & decem,ſint ſublatæ per conſuetudinẽ noſtrã

AVT verò & ſecundariè principaliter, quis fundat intentionẽ ex titulo & præſtatione decẽnali,& tunc diſtingue,quia aut ille titulus eſt inualidus,aut legitimus.Primo caſu quando quis fundat intentionẽ ſuã ex titulo inhabili & præſtatiõe,videndũ eſt an præſtatio ſequens confirmet titulũ inualidũ.Bar. in d.l. cũ de in rẽ verſo.diſtinguit , an titulus ſit inualidus fauore præſtantis,an fauore eius cui præſtantur. & vide vt ibi per eum.

ET quomodo habens huiuſmodi titulũ inualidũ non debeat illũ occultare & caueant aduocati ne cõſulant ꝙ occultetur.aliàs ædificant ad gehennã,vide Gui.Benedi.in ſua repe.c.Ray.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam. nu.1004.& 1005.de teſta.vbi dicitur quòd periculoſum eſt quandoque producere titulũ, quia vitium ex tenore producti apparens omnem executionem impedit,vt ibi.

AVT titulus præcedẽs eſt inhabilis autoritate iuris publici,puta propter ſolẽnitatis defectũ, vel quia ius ei non aſſiſtit,& tũc aut loquimur de inducẽda obligatione, aut de inducenda liberatione. ¶ Primo caſu aut ibi verſatur fauor vltimæ voluntatis,vel alimentorum,aut ſimul.& tunc per præſtationẽ triũ annorũ confirmatur.l.j.C.de fideicõ.& nota quia Bar.in d.l.cũ de in rẽ verſo.extendit dictam l.j.vt procedat in aliis caſibus haben.ſimilẽ fauorẽ,vt eſt cauſa dotis,vel ad diẽ refectionis.Idẽ tenent alij videlicet Bal.Alex. & do.meus Iaſ.in l.ſi certis annis.C.de pac.licet videatur tenere contrariũ.Ang.in d.l.ſi certis annis.in repetitione.extendit dictã l.primã,in legato facto pro redemptione captiuorũ,vel aliis piis cauſis.Do,meus Iaſ.ibi.cõfirmatur quibuſ

14 Triẽnalis præſtatio. dam rationibus ſubiungens* ꝙ ſicut ſufficit præſtatio triennalis ad inducendã obligationẽ in caſu fauorabili.d.
15 l.j.ita ſufficit ad inducendã liberationẽ in caſu odio vſurarum.l.aduerſus.iuncta gl.ij.in fi.& ibi Bal.C.de vſu.

ITem dicit ꝙ gl.in c.eccleſia ſutrina.in verbo ipſorũ.de cauſa poſſeſſio.& proprieta.per illã.l. primã dicit* ꝙ qui triẽnio poſſedit rẽ,præſumitur ius habere,ſed dicit ꝙ illa gl.poterat allegare meliorẽ tex. in c.j. §. ſi verò vaſallus in tit.quid ſit inue. vbi per poſſeſſionẽ triennalẽ pręſumitur ius feudale.& etiã quicũque non violentus ſed habens coloratũ titulum pacificè,& ſine lite prælaturam, dignitatem,beneficiũ, vel officium triennio proximo poſſedit,vel in futurũ poſſidebit,non poteſt poſtea in petitorio vel poſſeſſorio,à quocunque etiam ratione iuris nouiter impetrati moleſtari,proùt eſt tex.ad literã in pragmatica ſanctione,in tit. de pacificis poſſeſſoribus.Et ibi gl.multum notabilis,in verbo,triennio.quæ allegat prædictam legem primam. Et ideo dicit
16 tex.in clemen.j.de ſequeſtra.*quòd triennalis poſſeſſio pacifica impedit ſequæſtrationem.

DOminus tamẽ meus in d.l.ſi certis annis.limitat illam legem primam.C.de fideicom. octo limitationibus quas hîc non tranſporto,cùm amplè per eum ponantur.

Aduerte

ADuerte tamen ad id quod dicit Bal.in l.non idcirco.C.de iuris & facti igno . quòd ſi quis ſoluit per multos annos cenſum,non tamen per hoc probatur cenſuarius.Et vide dicta Bal.ibi ,quæ non tranſporto.

AVT verò loquimur de inducenda liberatione.Et tunc Bar.diſtinguit,dic vt per eũ.*Aduerte tamẽ quòd qui trib⁹ annis proximis oſtẽdit ſe ſoluiſſe,præſumitur vſque retro poſtea ſemper ſoluiſſe.tex.eſt no. in l. quicunque. quem Bar.reputat ibi ſingularem.C.de apochis publi.lib.x. Et illam. l. ad hoc reputat aureã Bal. in c. literæ.ad finem.extrà de dilatio.gl.in l.ij.& ibi Sali.& alij.C.de iure emphy.do.meus Iaſ.in d.l. ſi certis annis.C.de pac.¶ Vide Boerium in conſue.Bituricen.tit.de præſcriptio.§.iiij.in gl.& ſi erit tutus pro pręteritis. & etiam Ioan.Sanxon in conſue.Turonen.tit.*des cenſes & rente cenſiere*.arti.ij.in fi.fo.cxv.

17 *Vide de ſolutione triennali.*

AVT verò allegatur verus titulus & legitimus,& probatur.Et in hoc non eſt dubium,tenent omnes in d. l.cùm de in rem verſo.& in d.l.ſi certis annis.

AVT verò allegatur titulus,non tamen probatur,ſed tantum præſtatio decennalis,an ex hoc ſit ſufficienter probatum ad obtinendum in talibus præſtationibus annuis,& hìc pendẽt leges & prophetę ,ideo eſt aduertendum pleniùs.Nam primò videtur quòd probata præſtatione decennali,præſumendus eſt titulus, ita ꝗ debitor poſſit in futurum compelli ad dictam præſtationem annuam . Ita tenent omnes in d.l. ſi certis annis. C.de pac.Faciunt ad hanc communem concluſionem multa.Primo tex.in l.ſi filius. C.de peti.hære.quẽ Bar. dicit ibi eſſe ſingularem,& neſcire alibi,de poſſeſsione decẽnali quæ in filio facit præſumi iuſſum patris,& additionem,& econtrà,tex.eſt in l.qui in aliena.in prin.de acqui.hære.ex quibus iuribus conſuluit Ale.in conſi. cv.in iiij.vol.inci. Viſo & diligenter conſiderato themate,in penul.col.Et ad prædictam concluſionem faciũt quæ dicit Panor.in c.ſi.extrà,de cau.poſ.& proprie.Faciunt ad hoc plura quę dicit do.meus Iaſ.in l.ſciendum. in vij.& viij.col.ff.de verb.obli.vbi plura dicit quæ præſumuntur ex præſtatione decennali.

BAr.*verò diſtinguendo in d.l.cùm de in rem verſo.in hoc caſu an præſumatur titulus ex præſtatione decẽnali,dicit,aut ius commune reſiſtit,& non pręſumitur titulus.l.comperit.C.de præſcri.xxx.vel xl.anno.c.j. de præſcri.in vj.puta in decimis,ſi vnus epiſcopus colligeret in epiſcopatu alieno. vt in d.c.j. vel ſi laicus poſſideret decimas,quod eſt cõtra ius cõmune,tunc hoc caſu ex diuturnitate tẽporis non præſumeretur titulus. Andreas Siculus limitauit hanc ſingularem doctrinam Bar.nam vt dicit Barb.in cõſi.ſuo.xxxv.inci.Sapiẽter ſcribitur Paralipomenõ in vij.col.ibi,& ſi quiſpiã dixit.in ij.vol.quando Bar. voluit dicere* quòd per eaſdem regulas,& ex eiſdem cauſis ex quibus inducitur præſcriptio, eodem modo inducitur præſumptio tituli,quæ ſolet acquiri ex diuturno tempore,& ideo ſicut in rebus ſpiritualibus(vt ſunt decimę) laicus eſt incapax,nõ pręſumitur præſcribere,eodem modo non præſumatur præſumptio tituli,quia(vt dicit)hoc eſt verum,quando actus eſt omni tempore informis,& tunc ſit vera doctrina Bar.vt ſicut non præſcribitur ex tempore diuturno de cuius initio non extat memoria,ita & eodem modo non præſumatur conceſsio tituli, ſed vbi actus non eſt informis omni tempore,ſed variatur ex tempore,tunc iudicatur ſecundum tempus ſibi congruens, quia actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito.plura ibi adduxit multum ſingularia, quòd in beneficialibus & diuturnitate temporis inducitur præſumptio tituli. ¶ Aut ius commune non reſiſtit,& nunc quæritur vtrũ præſumatur contra facientem, vt puta contra ſoluentem.aut contra patientem.Primo caſu ſcilicet contra ſoluẽtem præſumitur titulus vt eſt tex.in d.l.cũ de in rem verſo.& iſte eſt caſus qui plus practicatur,quã quicunque alius, ex quo videndũ eſt quæ diuturnitas tẽporis faciat præſumere titulũ allegatũ , quia nõ præſumeretur etiã probata præſtatione decẽnali niſi eſſet allegatus per agentẽ, prout tenet Iaſ.in d.l.ſi certis annis.in iiij.col.per l.ſi adulteriũ cũ inceſt.§.idẽ pollioni.ff.de adul.Faciunt quæ dicit Bar.in l.cùm quid.in vlt.col. ff. ſi certũ pet. & per illũ tex.plura ibidem.in ij.lec.in v.col.Do.meus ponit quæ non præſumuntur niſi allegentur,& etiã Fe. l.in c.cũ ordinẽ.in xj.& xij.col.extrà, de reſcriptis.Faciũt quę dicit Alex. in cõſi.inci.Viſo themate.in vlt.col. in j.vol.;Et dicit do. Gui. pape in quæſtione ſua ccccviij. ꝗ cauſa debet allegari,quæ probatur per præſtationẽ annuam.Caueat tamen aduocatus aut alius ne hoc faciat quia multi aduocati aut alij perdunt animã allegando cauſam quam non vident,nec probare ſcientes niſi probando præſtationem annuam fuiſſe factam per longum tempus.ita dicit Albe.de roſa.poſt Odoffredũ in d.l.ſi certis annis.& intellige ꝗ allegetur in libello aliàs non ſufficeret poſtea probari,ſecundum Sali.in d.l.ſi certis annis.in pe.col.do.meus Iaſ.in ij.limitatione.

18 *Quãdo præſumatur titulus ex præſtatione decẽnali.*

19 *Regula.*

Caſus practicatus.

SED quæro ꝗ tempus requiratur,an decem annorum,an verò quadraginta vel triginta? videtur per ea quę dicit Bar.in d.l.cùm de in rem verſo, ꝗ ſufficit præſtatio decennalis , & ſic ſufficit tempus decem annorũ, & iſta videtur eſſe ſententia legiſtarum.Canoniſtæ verò videntur tenere ꝗ requiritur tempus xl. annorum.de hac diſputatione quid dicendum de iure, vide per Gui.pape in quæſtione ſua ccccvij.& ſe quen.& vide Bal.in l. ſolent.§.non verò.in totum.ff.de offi.procon.& legati.

SED ſtante cõſuetudine ducatus Burgundiæ quæ eſt infrà in fine dictãte*quòd omnes præſcriptiones ſunt vniformes,& redactæ ad præſcriptionẽ xxx.annorũ , an hodie in hac patria requiratur allegatio pręſtatiõis annuę per xxx.annos,an verò ſufficiat pręſtatio decẽnalis cum allegatione tituli ſeu cauſæ.Et hæc quæſtio eſt multũ neceſſaria,maximè quia in Burgundia frequẽter his præſtationibus annuis vtimur,videlicet cenſu,reditu,couſtuma,tallia,vel reddebentia,tachia vel tertia,de quibus ſuprà dixi.¶ Et aduertendum eſt, quia vt videmus Bar.in d.l.cũ de in rem verſo.dicit , ꝗ ex eiſdem cauſis ex quibus inducitur præſcriptio, ex illis inducitur præſumptio tituli.De qua regula Andreas Siculus dictus Barb. in conſi. ſuo xxxv.in vij.col.in ij.vol. ſuprà allegato.Sed non inducit præſcriptio in Burgundia,niſi ſpatio xxx.annorũ per conſuetudinem noſtrã, ergo etiã minori tẽpore non inducetur præſumptio tituli, quæ ſi nõ inducatur per probationes præſtationis annuæ,cũ diuturnitate tẽporis nõ poterit agi, vt cogatur debitor in futurũ igitur &c. Sic ergo ex quo Bar.non facit differentiã inter inductionẽ præſcriptionis, & præſumptionẽ tituli:dicendum eſt ꝗ ſicut in Burgundia præſcriptio non inducitur minori ſpatio xxx.annorũ,ſic dicendũ erit in inductione præſumptionis tituli.Cogita,quia neſcio ſi caſus eſſet pro amico an poſſet teneri contrarium.¶ Cogitaueram cautelam,videlicet ꝗ intentetur cõdictio ex l.cùm de in rem verſo.ff.de vſu.vel l. ſi certis annis. C. de pac. ſed dictum Bar. in loco hìc antè allegato me reddidit dubium in hoc,& quòd iſtud non eſſet tutum,niſi ſit tempus xxx.annorum.

20 *Omnes præſcri. vniformes.*

21 *Quid in ecclesia.* REgulam hîc antè enucleatam extendunt quidam vt etiam locum habeat in ecclesia, quantum ad res temporales, secundum Sali. in septima quæstione, in illa. l. cùm de in rem verso, per rationem, * quia ecclesia vtitur iure communi, nisi appareat de contrario. gl. in c. peruenit. de censibus. facit tex. in c. j. de alie. feudi. Et ita tenet do. meus Ias. in d. l. si certis annis. quòd intelligitur, sed tamen do. And. Sicu. in consi. suo ix. incipien. Sapienter doctissimus. in xv. colum. in secundo volu.

ADDITIO. Non tamen habet locum quando fit in piam causam. vt tenet Hippolytus de Marsiliis in singulari suo ccxcij. incipi. diuturna præstatio. *

22 *In fisco quid.* QVid autem in fisco? do. meus Ias. in d. l. si certis annis dicit * ꝙ sicut habet locum in ecclesia, ita in fisco. cùm fiscus & ecclesia æquiparentur. l. fi. C. de sacrosan. eccle. ¶ Item quia præsumitur speciale in fisco. nisi lex specialiter dicat. gl. in l. item veniunt. in prin. ff. de peti. hære. & in l. j. C. de peti. hære.

In rustico & muliere. TErtiò extendit do. meus Ias. dictam l. cũ de in rem verso. in rustico & muliere, & in hoc allegat Alex. ita tenentem in consi. cxxiij. in iiij. vol. & vide do. meum Ias. in l. ij. C. de fideicom. Spe. tamẽ in §. nunc dicendum versi. quid dices. de resti. spoliato. tenet contrarium, & cum eo tenet And. Sicu. in cõsi. suo ix. in xv. col. in ij. vol. hoc est, quia præsumitur violentia facta rustico per do. ita tenet Gui. pape quæst. sua ccccvij. in iij. col.

23 PR O quarta extensione d. l. cũ de in rem verso. aduerte ad mirabilẽ decisionẽ Sali. in l. filiæ cuius. in ij. q. C. fami. her. vbi dicit, * ꝙ si filius mortuo patre dicat certũ fundum sibi fuisse à patre donatũ, eo ꝙ per decenniũ viuo patre & patiẽte, possedit de fructibus pro libito volũtatis disponendo, hoc modo probabitur donatio, ista extensio nõ multũ facit, quia sumus in casu soluentis aliquid annuũ. & non in casu patientis, de quo dicam infrà. Item etiam l. cùm de in rem verso. non habet locũ quando allegatur donatio, vt dicam infrà.

24 *Præsumptio donationis.* QVomodo * autem præsumatur donatio. ponitur in l. Procula. ff. de proba. quòd est tribus concurren. vt per Alex. consi. xlvj. in fi. in j. vol. & in l. quæ dotis. in vij. col. ff. sol. mat. & in consi. lvj. in iiij. vol. Feli. in c. literas. de præsum. Roma. consi. cxliij.

Prædictæ regulæ limitatiões. ¶ Supradictam regulam limita pluribus limitationibus.

PRimò limita. d. l. cũ de in rẽ verso. nõ habere locũ quãdo præstatio esset inæqualis, quia vno anno vnũ par caponũ, alio anno vnũ per gallinarũ, alio anno vnũ par anserũ, quia tũc illa præstatio diuturna nihil operatur. per gl. in l. Seio. §. medico. ff. de annuis leg. quẽ ad hoc allegãt Bal. Ang. in l. malè agitur. in ij. col. & in l. oẽs in ij. col. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. ¶ Vide plenè per Bar. in l. solẽt. §. nũc verò. ff. de offi. procõsu. & legati.

SEcundò limita non habere locũ quando pro multis annis fuisset facta vna solutio plurium præstationum annuarũ, quia tunc probatio illius præstationis nõ inducit præsumptionem tituli. ita limitat Ioan. Fab. in l. j. C. de fideicom. in suo breuiario. Cy. in d. l. si certis annis. in vj. quæst. do. meus Ias. in l. ij. in xlj. col. C. de iure emphy. & in lxx. col. vbi amplè. & in d. l. si certis annis. in ij. col. C. de pac. ¶ De his duabus limitationibus vide Gui. Benedicti in repeti. c. Raynu. in verbo, si absque liberis moreretur. ij. nume. 81. vsque ad nume. 190. vbi ponit effectus præstationis annualis. extrà, de testa.

LImita tertiò vbi agitur de præiudicio tertij, tunc requiruntur xxx. anni, ita videtur tex. singularis cum gl. in d. c. peruenit. & ibi canonistæ maximè Imo. in vj. col. sequitur do. Alex. in consi. j. in iiij. vol. cum aliis alleg. per do. meum in d. l. si certis annis. in v. limitatione. vbi allegat eundem Alex. tenentem in hoc contrarium, & prædicta reprobant in l. qui in alie. in prin. in iiij. col. ff. de acqui. hære.

LImita quartò prædicta vbi agitur de obligando aliquem ad seruitiũ personale. puta ad ius vassalagij vel subiectionis, tunc requiruntur triginta anni, secundum Bar. post antiquos in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj. & in l. cũ de in rem verso. in fi. & in d. l. solent. & Bal. in d. l. si certis annis. & Ant. de but. in d. c. peruenit.

LImita quintò prædictam . l. non habere locum in ecclesiasticis & generaliter in spiritualibus, vt tenet Bal. in c. ex parte ade. in j. col. de resti. spolia. & in c. contingit. in xiij. colum. extrà, de dolo & contu. & do. meus Ias. in l. si certis annis.

25 *Nemo præsumitur iactare suum.* LImita sextò non habere locum quando allegatur titulus donationis, quia talem titulũ non probat ex præstatione decẽnali, nec præsumitur, cũ habeat iuris præsumptionẽ in contrariũ, ꝙ * nemo præsumitur donare & sic iactare suũ. l. cũ indebito. §. fi. ff. de proba. & ita limitat Bal. in l. fi. C. de statu defuncto. per gl. in l. solẽt. §. fi. ff. de offi. procon. & legati suprà dictas limitationes cum aliis excepta prima. ponit do. meus in d. l. si certis annis. & in §. præiudiciales in xiij. xiiij. & xv. col. insti. de actio.

SE D vna limitatione generali limita nõ habere locum in Burgundia, minori tẽpore xxx. anno. vt dictum est propter consuetudinem sequen. in fine nostrarum consuetudinum, quod an sit verum, latiùs dicam ibi.

Si nesciatur causa quomodo agendum. DIctum est hîc antè, ꝙ causa debet proponi, & ex illa causa proposita agetur quę probabitur probata pręstatione diuturna. Io. Fab. vltrà procedẽdo in §. præiudiciales. in ix. col. insti. de actio. quærit, pone ꝙ nullã causam scio, nisi quia ego & prædecessores cõsueuimus recipere ab antiquo, qua actione agã, nã vt dicit si falsa causa supponatur, videtur esse periculosum animæ, prout etiam dicit Odofre. & Albe. in d. l. si certis annis, quia vt dicit quomodo poterit actor salua cõscientia iurare causam quã non credit, vel nõ scit? & ideo dicit ꝙ si causam nescias verã, est aduertendũ, aut quis agit ad annuũ certũ, vel seruitiũ, ꝙ dicit deberi ratione certæ rei immobilis quæ ad hoc est effecta, sicut ad canonẽ vel censum, vel alia, aut verò non dicitur rem ad hoc effectam.

PRimo casu quando agitur de reditu annuo tantũ, & dicit ꝙ credit quòd potest agi ex cõsuetudine, & sufficit proponere ꝙ ita præstare consueuit ratione talis rei, maximè si ponatur tẽpus de cuius initio non extat memoria in contrariũ. imò etiã sufficeret longũ tẽpus de iure canonico, vt dicit idẽ etiam de iure ciuili, vt l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj. idẽ etiã de consuetudine, quia præscriptione triginta annorũ acquiritur ius, quia omnis præscriptio est ad hoc tempus per nostram consuetudinẽ redacta, etiam prædicta tenet gl. in c. fi. de consuetudine. & Inno. in c. cũ ecclesia sutrina. de causa possessio. & proprieta. nec obstat. c. peruenit. de cẽ-

Consuetudo sufficiẽs causa. sib⁹. & alia iura q̃ dicũt causam requiri, quia satis sufficiẽs est causa cõsuetudo. Itẽ res pro qua pręstatur habetur pro causa. & dicit se de hoc scripsisse in d. l. si certis annis. idẽ videtur dicendũ. si nõ dicã rẽ affectã quia etiã sufficiẽs est causa cõsuetudo, caueat tñ aduocatus ne dicat ꝙ ratiõe certę rei tibi soluerit, olim datę ad cẽsum vel emphyteusim

emphyteuſim,quia oportet te probare præſtationes, & quòd ratione illius ſoluerit,& ideo ſi hoc non poteſt probari,ſolùm alleganda eſt præſtatio diuturna,nec facienda eſt mentio de aliqua ratione cuius præſtetur.

ET prædicta intellige in petitorio,ſed quid in poſſeſſorio?Pet.Iacobi.in tit.ſuper penſione ſeu reditu libellus in ver.item credo,dicit*quòd in acquirendo quaſi poſſeſſionem annuæ præſtationis ſufficiunt duo an ni.& illum allegat Gui.pape quæſtione ſua.ccccvij.in fi.Lud.Ro.in conſi.ſuo.cccxj.in fi.dicit textum eſſe iuris ciuilis.vbi ex duabus ſeu tribus quietis ſolutionibus acquiritur poſſeſſoriũ,licet ibi videatur concludere quòd ſufficiat vna ſolutio,cogita. 26

SED quæritur*nunquid poſsit agi poſſeſſorio pro annua præſtatione?Ioan.Fab. hanc quæſtionem determinat in d.§.præiudiciales.in ix.col.inſti.de actio.& videtur concludere,quòd vbi præſtatio annua præſtatur ratione certę rei quòd debetur poſſeſſoriũ,ſed quando debetur ſimpliciter,tunc non poteſt agi poſſeſſorio,legiſtæ & canoniſtæ in hoc contrariantur,vt dicit ibi,quia canoniſtæ tenent quòd agatur poſſeſſorio,legiſtæ vero non,ſed vt dicit,opinio canoniſtarum ſeruatur in curiis.de hoc vide eundẽ Ioan Fab.in.§.retinende.in v.& vj.col.inſti.de interdictis.& plenè per deciſionem capellę Tholoſanæ quæſtione ſua.lix.& Lud.Roma. in d.conſi.ſuo cccxj.Philip.Dec.in conſi.ſuo cxxxvj.in ij.col. 27 An agi poſsit poſſeſſorio pro annua præſtatione.

NVnquid autem*pro annua penſione ſeu præſtatione poſsit agi interdicto recuperãdæ,contra ſucceſſorem illius qui conſuetus erat ſoluere præſtationem annuam? Gui.pa. hanc materiam multum bene explicauit in quæſtione ſua. dcxxix.& licet ibi proponat quòd illud interdictum fuit intentatum coram officiali viennæ, tamen nõ poſſet intentari ſimul interdictũ coram officiali Heduen.ex quo non poteſt cognoſcere de actione reali aut realitatem tangente:vt eſt hoc interdictũ, qđ eſt in rem ſcriptum,licet ſit perſonale,nõ eſt tamen ſine dubio,ex quo dicitur quòd ſi ſoluatur annua præſtatio ſimpliciter,ſtylo curiarum Franciæ poteſt intentari interdictum poſſeſſorium:quia hoc caſu non eſt in rem ſcriptum,ſed mere perſonale,igitur cogita quid dicendũ, de conſuetudine tamen & communi vſu non intentantur interdicta in Gallia,niſi coram iudicibus laicis & officiariis regiis,ex quo vocantur leges regiæ. 28 An interdicto recuperandæ.

ET aduerte,*quia licet de iure annua præſtatio non ſit ſeruitus,nec realis, quia non debetur à prædio , nec perſonalis,quia non debetur à perſona perſonæ.arg.l.Caius.ff. de annuis lega.ideóque nõ cauſet ius in re nec tertium poſſeſſorem ſingularem vt poſſit agi contra eum,innuit l.fi.§.fi.ff.de contrahen.emp.l. fundi trebatij.ff.de vſufru.leg.& ſic non ſequitur fundũ.l.liberto.in prin.ff.de annuis leg.Ale.in conſi.ſuo.x.in iij.col. in j.vol.& conſ.xvij.in ij.col.in j.vol.& conſi.xcij.in iiij.col.in j.vol.¶ Tamen de conſuetudine & vſu Burgũdiæ ſi ſit certa res aſsignata ſiue obligata pro reditu,vt cõmuniter fit creat ius in re,& adhęret adeò ꝙ ſequitur rẽ & fundi poſſeſſorem,quòd eſt valde ęquũ.arg.l.imperatores.ff.de pub.ita vt etiã teneatur poſſeſſor ad onera præterita,& hoc dicit in ſpecie cõſuetudo noſtra infrà ibi. *Le ſeigneur cenſier ou rẽtier*,& ibi dicã ampliſſmè. 29 Annua præſtatio non eſt ſeruitus

ITem quia dictum eſt ſuprà quòd allegato titulo,& probata præſtatione diuturna præſumitur cauſa ſeu titulus allegatus,quæro quæ ſit hæc præſumptio,& an tollat probationem in contrarium?Cy.in d.l.ſi certis annis.in x.quæſtione.& Pau.de caſt.& Bal.in l.ij.C.de dotis promiſsio.& Ioan.And.in c.fi. de cauſa poſſeſ. & proprie.& do.Alex.in conſi.cxiij.in iij.col.in j.vol.dicunt quòd eſt præſumptio iuris tantum, & nõ iuris, & de iure,ex quo poteſt probari contrarium:probando quòd ſolutum fuit per errorem,vel ex mala cauſa, vt oſtendit Cy.per plures rationes in d.l.ſi certis.C.de pac.& ita tenet do.meus Iaſ.in d.l.ſi certis annis.in iiij.col.

ET ideo aduerte quòd volens probare contrariũ,tenetur probare per euidentiſsimas probationes, de quibus per Spe.in tit.de probatio.§.fi.per do.meum Iaſ.in l.ſciendum.in xiiij.col.ff. de verb.obli. ibi in eadẽ gl.ibi.Item an admittatur probatio in contrarium.¶ Dixi ſuprà.in j.§.huius tituli, quòd non ſoluens in termino tenetur ad emendam,quæro pone*quòd Sempronius debet ſingulis annis duos denarios de cenſu , quos debet ſoluere in feſto ſancti Martini,vel annuntiationis noſtræ dominę,quæ eſt in martio ſub pœna emendę. ij.ſolidorum,nunc vult ſoluere pro centum annis,dando ducentos denarios ſimul,an dominus cenſuś poſſit cogi ad recipiendũ?dixi iam in.§.j.ſuprà hoc eo.tit. in gl.in verbo emendę,ſed vt clariùs.decidatur dico quòd quantum ad præſtationem annuam vel penſionem,quòd videtur quòd ſic.per tex.in l.quòd in diem.ff.de ſol. l.eum qui kalendis.§.quoties.ff.de verb.obli.l.quòd quis.ff.de actio.& obli. 30 Quæſtio.

SED quantum ad cenſum vel emphyteuſim videtur quòd non,quia ex quo habet emendam dominus cenſus,ſi non ſoluatur in termino,videtur appoſitum tempus in fauorem creditorũ.Et idem etiã in emphyteuta,quia ſi ceſſauerit per triennium à ſolutione canonis,cadit à iure ſuo.Et ita tenet Bart.in l.eum qui.ff. de annuis lega.& notant doct.in l.qui Romæ.ff.de verbo.oblig.& in l.ſtipulatio iſta.§.inter certã.ff.de verb. obli. Spe.iſtud tenet in tit.de locato.§.nunc aliqua.verſi.xlij.& ſeq.& ibi Ioan.And.in addi.concludunt in emphyteuta quòd dominus non cogitur recipere ſolutionẽ tot annorum.& Cy.tenet in d.l.ij.C. de iure emphy. cum pluribus aliis alleg.per do.meum Iaſ.in l.ij.& xlij.col.C.de iure emphy.vbi hanc concluſionem limitat primò ex doctrina Bart.in d.l.eum qui.vbi dicit quòd ſi dominus prætenderet aliquod intereſſe ex tali ſolutione plurium,quòd emphyteuta admitteretur ad ſoluendũ pro pluribus annis,ſi vellet etiã ſoluere intereſſe quod poſſet prætẽdere dominus,ſi enim dominus prætendat intereſſe ad probandũ recognitionem dominij,faciet emphyteuta domino inſtrumentũ in quo eum recognoſcet in dominũ,quod multum notandũ dicit ad obſeruantiam practicæ,vt pro multis annis ſolui poſſit.do meus Iaſ.in d.l.ij.dicit hanc limitationẽ non eſſe generalem, & ſolum procedit quando iſtã ſolutionem tot annorũ factam antè tẽpus,non poſſet prætendere aliud intereſſe,puta quia penſio ſoluenda eſſet in vino & frumento,& ſua intereſt quòd ſoluat ſuo tempore,quia fortè erit cariùs vno anno,quam alio,vel etiã quia,vt dixi,ſi non ſoluat certo die habebit emendam,tunc vt dicit indiſtinctè tenendum eſt,quòd ſolutio nõ poteſt fieri pro multis annis.mouetur vltrà per vnã ſingularem doctrinam Guil.de cug.in l.plures apochis.quã Bal.ibi ad finem cõmendat,in fi.C.de fide inſtru.vbi vult,* quòd ille qui debet recipere vinum vel bladũ ad tẽpus,nõ cogitur recipere antè tẽpus,nec aliquid aliud quod curſu tẽporis deteriorari poſsit,& illam doctrinam ſequitur & cõmendat Ang.in l.ſi Titius.ff.quæ res pig.obli.poſſunt. & fuit doctrina ordinaria gl.in d.l.ſtipulatio.§.inter certã.in gl.j.ff.de verb.obli.& in l.in annalibꝰ.C.de legatis. Nota pro practicæ obſeruantia. 31

SEcundò limitat.d.meus Iaſ.dictam concluſionem ex doctrina Bar.in l.ſtatuliberis.§.fi.ff.de ſtatulib. vt nõ procedat in tribus annis datis emphyteutæ,quia emphyteuta poteſt ſoluere ſaltem pro tribus annis futuris,per tex.in l.placuit.C.de fundis patrimonialibus.lib.xj.

SVbſequenter dicit do meus videndum ad prædictam concluſionem illud quod dicit Bart.in l.ſi cum præ-
32 finitione.ff.quãdo dies legati cedit,vbi per illũ tex.ſingulariter voluit,quòd* ſi teſtator relinquit alicui vnam corbam frumenti annuatim vſque ad decem annos,quòd hæres poteſt primo anno ſoluere pro toto tẽpore decem annorum,quæ deciſio videtur facere contra concluſionem prędictam.Sed dominus meus videns eam contra prædictam concluſionem,dicit quòd non eſt vera. & contra Bar.tenet Bal. in d.l.in annalibus.C. de lega.&facit regula Bal.poſita in l.plures apochis.C.de fide inſtrumento.in fine.vbi dicit quòd quis non tenetur recipere antè tempus illud quod curſu temporis poſſet deteriorari.

TV dic hoc eſſe verum,quando tempus eſſet appoſitum in fauorem creditoris, vt in caſu Bal.in d.l. plures apochis.& in caſu concluſionis ſupradictæ,ſed quando tempus eſſet appoſitum in fauorem debitoris, vt eſt in caſu.Bar.in d.l.ſi cum præfinitione.vbi tempus cenſetur appoſitum in fauorem ipſius hæredis,cauſa cum exonerandi,ideo non mirum ſi poteſt ſoluere vno anno pro pluribus.

33 Quæſtio. SED iterum*quæro,pone quòd quis fuit negligens in ſolutione penſionis per xxx.vel.xl.annos, & dominus negligens petere,an talis erit tutus præſcriptione contra dominũ cenſus?dominus Guido pape in quæſtione ſua.ccccvj.vbi videtur tenere opinio.Martini,in l.cum notiſsimi.§.fi.C.de præſcrip.xxx.vel.xl.anno. Sali.vero dicit indiſtinctè annuas præſtationes præſcribi ſpatio.xxx.anno.¶ De hac materia vide Ioan. Sanxon in conſue.Turonen.ti.*De preſcription en couſtume*.arti.ij.vbi facit tres cenſus,& etiam Boerium in conſue.Bituricen.tit de præſcri.§.iiij.fol.liiij.& lv.& Pyrrhum in conſue.Aurelianen.ti.de laudemiis. c.x. Et quomodo cenſus debetur aliquando in ſignum ſubiectionis,& aliquando in ſignum aſſumptę ſolius protectionis, vide Boerium in loco hîc antè allegato.titu.de conſuetudi.feudorum.§.xvij.

Quando & contra qualẽ dominum cẽſus præſcribi poßit. SED aduerte,quia videtur dicendum quòd cenſus contra dominum non præſcribatur,quia præſtatur in ſignũ ſubiectionis,ſeu recognitionis ſuperioritatis,honoris,& dignitatis,vt in c.omnis anima. & ibi docto. extrà de cenſibus.& tenet Bal.in l.item ſi verberatum.§.ſi quis.in ij.nota.ff.de rei vendica.dominus meus Iaſ. in prælud iis feudorum.in xiij.col.

BReuiter dic quòd vbi ſubiectio nõ eſt præſcriptibilis contra dominum,vt eſt in principe,per l.cõperit.C. de præſcrip.xxx.vel xl.anno.ita nec cenſus eidem debitus.per doctrinam Panor.& Feli.in c.ad audientiã. in vi.col.ibi.inquantũ abbas.extrà de præſcrip.Sed cùm ſubiectio in priuato ſit præſcriptibilis,ideo & cenſus, vt tenet ibidem Panor.& Felin.& ideo expreſſè dicit gl.in c.tua.de decimis.quam alleg.Feli.in loco hîc antè allegato,quòd.l.comperit.non procedit cenſu debito priuato . Et ideo loquendo de cenſu priuato teneo indiſtinctè , quòd poteſt præſcribi per tempus. xxx. annorum , quia non dicitur in illis, debet ratione ſubiectionis aut ſuperioritatis,ſed ſolum debetur principi habenti ſuperioritatem,& ita tenet Raphael.Ful.in conſi.ſuo clxvj.in ij.col.incip.in quæſtione quæ vertitur.Et ideo nunc aduerte in hoc cenſu priuato.quia aut quæritur,an cenſuarius acquiſierit directum dominium, quod de conſuetudine remanet penes dominũ cenſus,vt dictum eſt ſuprà,& tunc dic ꝙ non, quia ſine poſſeſſione non currit præſcriptio.l. malè agitur. Et ibi notatur de præſcriptio.xxx.vel xl.anno.C. niſi cenſuarius interuertiſſet poſſeſſionem dominij, tunc enim ab illo tẽpo-
34 Interuertere poſſeßionem. re incipit præſcibere xxx.annis.¶ Qualiter autẽ interuertat poſſeſſionẽ,ponit Cy.in l.j.C.communia de vſucapio.& Albe.de roſa.qui dicit*ꝙ ſi colonus dominũ ad fundũ reuertentẽ nõ admittat,interuertit poſſeſſionẽ, ſic etiam ſi cenſuarius deneget domino petenti ſolutionẽ,ex tunc interuertit poſſeſſionẽ, & præſcribit.faciunt quæ dicit Spe.in titu.de locato.§.nunc aliqua.verſi.xliiij.in fi.& hunc vltimum caſum ponit Iaco.de arena,in l.comperit.C.de præſcriptio.xxx.vel xl.anno.arg.l.ſi quis rem.ff.de acqui.poſſeſ.l.j.§. quæſitum.ff.quorum lega.l.colonus.& l.cùm fundum.ff.de vi & vi armata.& ita etiam tenet Alberi.de roſa.in d.l.malè agitur. in ij.col.& in d.l.comperit.vbi dicit Alberi.quòd cenſus debitus priuato præſcribitur . & ideo ſi fuerit interuerſa poſſeſſio dominij, præſcribitur tantũ ius non ſoluendi ſpatio xxx. annorum. Et idem intellige in colono eccleſiæ.aut.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.Spe.in tit.de locato.§.nunc aliqua.verſi.xij.

SED quæro,dicitur hîc in fi.ꝙ quando cenſuarius nõ interuertit poſſeſſionẽ, ꝙ non præſcribit directum dominiũ,ſed tantũ ius non ſoluendi,quæro de duobus,primò an præſcribatur in totũ ius non ſoluendi in perpetuũ,an verò tantùm ſit pręſcriptũ pro annis elapſis per xxx.annos,hoc eſt quòd poſſit petere reliquum, iſtud diſputant & determinãt doc.in l. cùm notiſſimi.§.in his.C.de præſcri.xxx.vel xl.anno.de quo per Gui. pape,in quæſt. ſua ccccvj. & per deciſionem capellanæ Tholoſanæ in deciſione ſua cccxliij.ego iudicarem in hac patria quòd ſufficiat vna præſcriptio pro omnibus,quicquid dicant plures.

SEcundò,quia vt dicitur in prima conſuetudine, quòd cenſus habet alia iura , ſcilicet ius retentionis , & ius laudemiorum , & ius dominij,nunquid præſcriptio iure non ſoluendi per tempus quadraginta annorum ſint præſcripta alia iura,ſcilicet ius retentions, vel percipiendi laudemia, dictum eſt hîc antè,quòd dominium quod remanet penes dominum de conſuetudine,non præſcribitur per non ſolutionem , niſi cenſuarius interuerterit poſſeſſionẽ.idẽ ergo erit dicendũ in aliis,quia ſi nunquã tali tempore ius retentionis, aut percipiendi laudemia fuerit domino denegatũ per cenſuariũ,nunquid tale ius præſcribitur,credo ꝙ aut tale ius euenit, & dñs ignorauit ſe eſſe dominũ,& ſua negligẽtia nõ petiit,& tũc dicitur eſſe præſcriptũ,vel etiã petiit,ſed ei fuit
35 denegatũ,aut tali tẽpore nõ euenit,& tũc credo ꝙ nõ ſit pręſcriptũ, qa ex quo nondũ euenit in rerũ natura,
36 Præſcriptio nõ valenti agere non currit nõ potuit præſcribi*cũ non valenti agere non currat præſcriptio.l.j.§.ſi quis autẽ propter inundationẽ.ff.de itinere actúque priuato.etiã licet præſcriptũ ſit ius non ſoluendi,* quia præſcriptio nunquã extenditur extra ſuũ
Tãtũ pſcriptũ quãtũ poſſeſſum. articulũ.l.j.§.ſi quis hoc interdicto.& ibi Bar.ff.de itinere actúque priuato . Et ideo tantũ præſcriptũ quantũ poſſeſſum.Feli.in c.auditis.in vj.col.extrà,de præſcri.do.meus Iaſ.in l.de quibus. in vij.col.ff.de legi. & in l.iij. in ſi.princip.in ij.lec ff.de acqui.poſ.vbi ponit tres limitationes ad hoc.vide eundem do.meũ in l. imperium. in xj.col.& in l.ij.in ij.col.ff.de iuriſdi.omniũ iudi.Barba.in l.j.§.fi. ſtipulanti.in xj.& xij.col.ff.de verbo.obli.&

faciunt

faciunt etiam quæ dixi suprà in tit. Des *iustices & droictz d'icelles*. §. *le droict d'indire*. in gl. in verbo. *nouuelle cheuallerie*. ibi, sed iuxta istam nostram consuetudinem, vbi dixi ꝙ nunquam tollitur lex, vel statutũ, vel ius per non vsum, quando casus non accidit. Et ibi per plura comprobaui, & in casu emergenti allegaui pro barone *de la moute sainct Iehan*. contra suos homines, vt ibi.

ET aduerte quia videtur quòd huic iuri retinendi non præscribitur, cùm competat domino per modum facultatis, cui non præscribitur antè oblationem & præsentationem iurium. secundum Bal. Bar. & Salice. in l. cùm notissimi. §. j. C. de præscrip. xxx. vel. xl. anno.

NVnc succedit alia quæstio super qua consului, & quę sæpe accidit de facto. Titius vendidit Philippo. vnum francũ de reditu annuo, quem assignauit super duobus iugeribus terræ, ipsa hypothecando & affectando perpetuò, pro dicto franco de annuo reditu. postmodũ dictus Titius vendidit Sempronio dicta duo iugera ter ræ franca & libera ab omnibus chargiis, seruitutibus, & annuis præstationibus, qui quidẽ Sempronius illa tenuit & possedit spatio xxx. anno. & plus, franca & libera, & absq; ꝙ fuerit solutus dict⁹ frãcus seu ipsa præstatio annua vnius franci per ipsum Sẽproniũ, nec ꝙ fuerit ei pretiũ, & semper ita bona fide possedit per dictũ tẽpus Quo quidẽ tẽpore xxx. anno. dictus Titius primus venditor dictæ annuæ præstationis vnius franci, & eius hæredes soluerũt dictã pensionẽ seu reditũ illius franci venditũ eidẽ Philippo, nunc euenit ꝙ post illud tempus hæredes dicti Titij denegant soluere eidẽ Philippo, seu eius hæredibus prædictã pensionẽ seu reditũ annuum, ex quo ipse Philippus seu eius hæredes, videns ꝙ per literas constitutionis reditus dicta duo iugera sunt hypothecata, & dictũ est in cõtractu vẽditionis, ꝙ in defectũ solutionis dicti annui reditus, ipse Philip. poterit recurrere ad dicta duo iugera, impetrat mãdatũ in curia cãcellariç Belnç vbi casus fuit, & in quo loco solẽt vti manda to. *de recours*. in formã *de recours*. virtute cuius, facit leuare fructus illorũ duorũ iugerũ, pro tribus terminis vltimatè elapsis, dictus verò Sẽpronius tenens & possidens dicta duo iugera, bona fide franca & libera se opponit executioni huius mandati, & dicit ꝙ ex quo tenuit & possedit bona fide dicta duo iugera per xxx. annos frãca & libera, est tutus præscriptione contra omnes quoscunque. ¶ Quæritur quid iuris? casus est in facto in cãcellaria Belnæ, & pro vna parte consului ad requestã cuiusdã amici mei. Et videtur primò ꝙ dictus Sempronius sit tutus præscriptione, quia primo est tex. nostræ consuetudinis, qui dicitur, ꝙ omnes res præscriptibiles præscribuntur in hac patria spatio xxx. annorum. Facit. l. omnes. & l. sicut. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. Sed sic est ꝙ ista est annua pensio seu annuus reditus debitus ex contractu, qui quidẽ præscribi potest, & sufficit vna præscriptio. l. cùm notissimi. §. in his. per Bar. & Bal. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. Io. And. Abb. & Feli. in c. auditis in fi. versi. vlt. dum tangit, extrà, de præscriptio. dixi hìc antè Alex. & alij in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de no. ope. nun. Decisio. capellæ Tholosanæ. q. cccxliij. *Quæstio de facto.*

ITem ista duo iugera dicũtur pignus pro dicta pensione annua seu annuo reditu, quod potest præscribi & extingui per præscriptionem, vt dicit Pau. de cast. in consi. suo x. in princi. in consiliis antiquis, in impressione noua Mediolani. Imò in terminis dicit Ioan. Fab. in l. j. C. de bonis maternis. quòd hoc casu currit præscriptio, sed datur restitutio. *Aliàs, Item ista domus.*

EX quo ergo dictus Sempronius franca & libera possedit illa duo iugera, & tenuit per xxx. annos, videtur præscripsisse per consuetudinẽ nostrã, imò post tale tẽpus non potest allegari mala fides, proùt dicit Bar. multũ notabiliter in l. fi. in fi. C. vnde vi. & est tex. in c. placuit. ij. versi. ꝙ si mala fide. xvj. q. iij. do. meus Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. pos. Feli. in c. vigilanti. in fi. extrà, de præscriptio. *ꝙ si ille qui ex 37 cipit in causa ciuili est in possessione libertatis, & exceptio sua reddit dubiam intẽtionem actoris, ꝙ standum est pro libertate. Ex quo ergo dictus Sempronius est in possessione libertatis, & excipit. videtur ꝙ standum sit pro hac libertate. Henricus Bohyc optimus canonista, tangit hanc quæstionem, & mouet. in c. vigilanti. extrà, de præscriptio. Et etiam Specu. in tit. de locato. versi. xliij. & titu. de præscriptio. versi. pone, colonus. vbi videtur declinare in hanc partem, tenendo quòd talis Sempronius sit tutus præscriptione longissima contra Brixiensem, Vincen. & Tancre. qui tenuerunt contrarium.

DIcunt tamen Spec. Io. Fab. & Bohyc, quòd talis contra quem præscriptum est, restitueretur de æquitate ex generali clausula, si qua mihi iusta causa videbatur. l. j. ff. ex quib. cau. maio. in integ. Et ideo videtur bonum esse in hoc casu literas regias in integ. restitu. impetrari, tamen super dictis literis regiis, & super interina tione illarum fieret nouus processus. In supradicto casu tenui & consului, quòd nulla currit præscriptio contra dictum Philip. de dicto franco, ita quòd non poterit hoc modo recurrere ad rem in defectum solutionis, nam (vt constabat ex processu) dictus Philip. & sui hæredes semper fuerũt soluti de dicto franco singulis annis à dicto Titio, & suis hæredibus, & solum fuit cessatum à solutione à duobus annis, ex quo non poterat dictus Philippus, nec eius hæredes ad rem recurrere defectu solutionis, vt cantabant literæ assignationis, quia vt cantant literæ non poterat ad rem recurrere, nisi in defectu solutionis, & sic actio realis ad rem non erat adhuc nata, ex quo contra eum non poterat præscribi.

QVomodo enim poterat præscribi actio realis ad rẽ, cũ nondũ erat nata? ex quo sequitur ꝙ cũ non valenti agere non currat præscriptio. l. j. §. si quis autẽ propter inundationẽ. ff. de itinere actúque priuato. l. j. in fi. C. de annali exceptione. Et ideo dicit Bal. in l. j. in iiij. oppositione de bonis maternis, * ꝙ si quis impediatur 38 rem in iudiciũ deducere, non currit contra eum præscriptio. Et dicit Bal. in l. in rebus. in ij. col. C. de iure dotium, ꝙ impossibile & præposterum est priùs præscriptionem currere, quã posse agere, considerando quòd nõ posset agere, contingit pluribus modis, primò, quia actio non est nata siue creata. Et tunc non currit præscriptio. cùm ergo actio quam habebat dictus Philipp. quia poterat recurrere ad rem defectu solutionis, nondum fuerat creata siue nata pendente dicto tempore, quia semper eidem fuit satisfactum, & non fuit defectus solutionis, sequitur dicendum ꝙ contra eũ ad dictam actionem non potuit currere præscriptio. Itẽ facit ad præscriptionẽ, quę nõ currit nisi à die qua quis actionem mouere potest. c. quia diuersitatem. extrà, de cõcessio. præbendæ. eo maximè, quãdo impedimentũ cõtingit antequã inchoata esset præscriptio, quia de iure agere nõ potuit. Bar. in l. senatus. ff. de offi. pręsidis. & tenet Barb. in cõsi. viij. in iij. col. & cõsi. xlj. col. xv. versi. & si quispiã. *Præscriptio cõtra impeditum rem in iudicium deducere non currit.*

Quod eſt verum,etiam ſi impedimentum proueniat culpa non valentis agere,per tex.in l.contra minores.C.
de inoffi.teſt.licet Ro.in conſi.ſuo.ix. contrarium tenere videatur,in j.vol. ſed ſic eſt quòd in hoc caſu dictus
Philip.non potuit vſque ad denegationem ſolutionis ad rem recurrere,& experiri actione recurſus. ergo ha-
ctenus præſcriptio ad dictam actionem non habuit locum contra eum.

ET ſi aliquis diceret,dictus Philip.egiſſe potuit ad rem,cùm vt dicit tex.noſtrę conſuetudinis,eo.tit.Des cē
ſes.in §.pen.ibi, *Le ſeigneur cenſier ou rentier.* vbi dicit quòd dominus cenſualis vel reditus,poteſt agere ad
rē pro arreragiis ſibi debitis,ergo ex quo Sēpronius tenebat rē ſibi hypothecatā, debebat eidē petere ſingulis
annis arreragia,ſeu poterat cōuenire tenementariū pro arreragiis,& ideo ex quo agere poterat cōtra Sempro-
niū tenementariū,videtur quòd ſit præſcripta dicta actio recurſus,cū vt dicat Alberi.de roſa.in d.l.ſenatuſ.ff.
de offi.præſi.in fi.ij.col.quòd quādo occurrit impedimentū eius contra quē currit præſcriptio, & ita eſt impe-
dimentū actionis,ſiue ius agēdi.vt eſt tex.in d.l.ſenatus.tūc ſiue ſit inchoata præſcriptio,ſiue inchoetur, nun-
quā currit cōtra impeditū agere.d.l.j.C.de anna.excepti.ſi verò impediat cōmodè agere. ſed nō prorſus, tunc
currit,inchoata & inchoanda, ſed datur reſtitutio.vt in d.l.ſenatus.& in l.ij.§.pen.ff.de iudic. Ex quo ergo hic
Philippus licet cōmodè egiſſe nō potuiſſet,tamē videtur ꝙ aliquo modo potuiſſet cōpellere tenementarium
aut ad ſoluendū,aut ad faciendum recognitionem de nouo.& ſic videtur quòd contra eum currit præſcriptio.

AD hoc tripliciter reſpondeo,& omnia videntur in idem reincidere.Primò videlicet quòd ex quo facta eſt
ſolutio debiti principalis, nō poteſt creditor intentare actionem hypothecariam contra tertium poſſeſ-
ſorem.l.ſoluitur.cum l.ſequen.ff.quibus mod.pignus vel hypotheca ſolui. quia eatenus extinguitur actio hy-
pothecaria.quatenus ſolutum eſt.gl.in l.intelligere.C.de luitio.pigno.

SEcundò dico & reſpondeo,quòd ſi bene videatur tex.noſtræ conſuetudinis,dicit ꝙ poteſt agere cōtra te-
nementariū pro arreragiis debitis,ſed non apparet quòd aliquo tempore fuerit Titius,aut eius hæredes,in
mora ſoluendi,ex quo non poteſt dicere quòd potuiſſet agere pro arreragiis debitis. ¶ Itē vt dicit Feli.in c.ex
39 tranſmiſſa.in pen.col.in fi.extrà de præſcrip.*ſicut impedito agere non currit pręſcriptio,ita nec illi qui ſi age
ret repelleretur exceptione,allegando Petrum de ancha.in conſi.v.quod dicit eſſe nouum & pulchrum.Sic er-
go cū ſolutione eius quod debetur tollatur obligatio,ex quo dictus Philippus ſemper fuit ſolutus nullam a-
ctionem habebat,& ſic ſi egiſſet, fuiſſet repulſus hac exceptione, ſcilicet ꝙ ei fuit ſolutū quod ei debebatur,

Quādo negligē-tia nō poſſit allegari

ITem & tertiò dico,quòd in hoc caſu non poteſt imputari creditori quare non petierit ſuum annuum redi-
40 tum à poſſeſſore hypothecæ,*quia negligentia non poteſt allegari cōtra aliquem , quando eius diligētia ni-
hil ſibi profuiſſet. Tex.eſt in l.fi.verſi.ſed quid noceat.ff.quis ordo in bono.poſſ.ſeruetur.quē tex. ad hoc no.
Pau.de ca.in l.ij.§.fi.ff.ſi quis cautio.Sed in caſu noſtro non profuiſſet creditori agere contra poſſeſſorem hy-
pothecæ,vt patet ex ſuperiùs dictis,igitur &c.Nec etiam valet ſi dicatur,ꝙ creditor debebat aliquādo ad con
ſeruationē iuris ſui non accipere ſolutionem ſibi oblatā,vt dictum eſt,ſed petere debitū ſuum à poſſeſſore hy-
41 pothecę,quia ad hoc dico,*ꝙ creditor inuitus tenetur accipere ſolutionē factā nomine debitoris,à quocūque
ſibi offeratur ſolutio.Eſt tex.quem ibi ad hoc no.do.meus Iaſ.in l.tale pactum.§.poſt diuiſionem.ff.de pactis.

ET pro corroboratione huius meæ opinionis facit, quia præſcriptio eſt introducta partim in fauorem poſ-
ſidentis,partim in odiū negligentis,ſed hic Sempronius non poteſt dici poſſeſſor huius actionis & iuris,cū
ſemper Philip.receperit,ex quo etiā non poteſt dici negligens.Et ideo cū hæc duo eſſent propter quæ eſt in-
troducta præſcriptio.c.præſcriptionū.xvj.q.iij.facit quod no.Bar.in l.j.ff.de vſucapio. Dy. in regula poſſeſſor.
de reg.iur.lib.vj.Bar.in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.ceſſare debet præſcriptio.do.meus Iaſ.in l.fi.in prin.ff.de eo
per quē factū eſt.in l.fi.ad finē.C.de annali excep.imò etiā ꝙ plus eſt,ex quo ſi diceretur ꝙ dictus Sempronius
fuit poſſeſſor. tamē ex quo Philip.nō fuit negligēs,nō currit præſcriptio, cū & vbi cōcurrant duæ rationes,nō
ſufficit ceſſatio vnius.§.affinitatis.inſtit.de nup.ex quo dicit in ſpecie Feli. in c.vigilanti.in iij.col,extrà,de prę
ſcri.ꝙ non ſufficit ad præſcribendū poſſeſſio pręſcribentis & fauor.ſed requiritur odiū negligen.vt ibi per eū.

CVM ergo in hoc caſu dictus Philip.de aliqua negligentia notari non poteſt,ergo deficit fundamentum ſu
per quo fundata eſt præſcriptio , meritò non debuit contra eū currere.facit quod in ſimili legitur & no-
tatur in l.j.Bar.ff. quod vi aut clam.quis enim eum incuſare potuit cùm non egerit hypothecaria? cùm ſi vo-
luiſſet agere non potuiſſet,vt ſuprà ſufficienter demonſtratum eſt.

COnſtat ergo clariſſimè quòd pręſcriptio iuris communis non habet obſtare dicto Philippo,maximè cùm
tex.in l. j.C. ſi aduerſus credi.ponderet & fundet ſe ſuper diuturno ſilentio creditoris hypothecariam in-
tentantis,& ſic reſpicit illum qui potuit proclamare , & negligentia ſiluit , quæ verba adaptari non poſſunt ad
42 eum qui proclamare non potuit,*non enim poteſt dici ſilere qui non poteſt loqui, eius enim propriè eſt ſile-
re qui poteſt,ſicut in ſimili dicit tex.quòd eius eſt nolle,qui poteſt & velle.l. eius.ff. de regu.iuris.& ille dici-
tur inteſtatus,qui potuit condere teſtamentum.l.j.ff.de ſuis & legitimis.

Nō dicitur ſilere qui nō poteſt loqui.

ET ꝙ contra creditorē habentē hypothecariam iuſta cauſa impeditū nō currat præſcriptio,eſt caſus ſecundū
vnum intellectum.in l.cùm poſtulaſſem.§.fi.ff.de dam.infec.& no.gl.in dicta l.j.C.ſi.aduerſus creditorem.
& in terminis hoc caſu videtur tenere Alex.in conſi.ſuo lviij.in fine.in quinto volumine.

ADuerte tamen ꝙ contra Alex.videtur tenere Io.Franciſ.balbus in trac.præſcrip.in iij.q.iiij.partis princi-
palis.* ¶ Et ſicut in talibus non obſtat præſcriptio iuris communis,ita nec ſtatutaria,cum ſtatutum redu-
ci debeat,quantū fieri poteſt,ad terminos iuris communis.vt l.ij.C.de noxa.acti. &.c.cū dilectus.de conſuetu.
no.Inno.in c.cauſā. de præſcri.Bar.in l.omnes pop.ff.de iuſt. & iu.& ita in terminis tenuit & cōſuluit Panor.
in conſi.ſuo xxij.in ij.vol.vbi plenè diſputat hanc materiam,ad quem recurre,& dicit in terminis Soci. in con
ſi.ſuo cxxj.in ij.col.ꝙ etiam præſcriptio ſtatutaria non currit contra non valentem agere. & ſequitur Feli. in c.
ex tranſmiſſa.de præſcrip.Bal.in aut.niſi tricennale.circa princip.C.de bonis maternis.

AD cōfirmationē tamē & vltrà ſuperius allegata, cū in terminis propriis cōſuluiſſem pro Ioāne Patin,qui
prætēdebat talē reditū ſibi deberi,non obſtā.prædicto tēporis lapſu,dixi vltrà Panor.cōfirmādo prædictā
meā opinionem,ꝙ verū erat ꝙ nulla currebat præſcriptio pluribus aliis nouis fundamentis.Primò,quia vt hic
videmus

videmus in hoc casu nostro, agitur hypothecaria reali ad confirmationem iuris realis. Sed sic est ꝙ ad confirmationem iuris realis nõ refert à quo soluatur, aut quomodo aut cuius nomine solutio fiat. tex. est in l. qui fundum. ff. queadmo. seruitus amitta. & in l. forma. §. si cũ ego. ff. de censibus. per quos tex. istam theoricam tradit domin⁹ meus & preceptor do. Ias. in l. ij. in xxiij. col. in q. xxv. C. de iure emphy. vbi per eã infert, ꝙ si quis extraneus soluat canoñ. emphyteuticum suo nomine, tamen per illã solutionẽ verus emphyteuta retinet ius suũ, nec potest dominus directus eũ expellere post trienniũ quasi ipse non soluerit. ergo in casu proposito ad confirmationẽ iuris hypothecariæ quod est ius reale. §. itẽ seruiana. insti. de actio. & dixi suprà sufficit solutio facta per principalẽ debitorem, & tantũ debet operari, ac si ipse ipse possessor & dominus hypothecæ soluisset.

SEcundò facit tex. in l. fi. C. de anna. excep. vbi interruptio præscriptionis in actione personali, prodest & valet respectu actionis hypothecariæ, sed in casu nostro semper fuit interruptio præscriptionis in actione personali, imò etiam semper fuit impedita ne intraret per realẽ solutionem principalis, vt dictum est suprà, ergo interim non currebat præscriptio in actione hypothecaria.

TErtiò pro hac * sententia facit, quia præscriptio super annuo reditu non incipit currere, nisi ab eo tempore quo cessatum est in solutione. l. cum notissimi. §. in his. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. ponunt moderni. in l. Stichum. §. stipulatio. ff. de verbo. obli. sed non dicitur cessatum in solutione, quando aliquis etiam nõ principalis soluit. l. soluendo. ff. de nego. gest. l. solutionem. ff. de solu. cùm igitur principalis debitor solueret, non potuit tertius possessor hypothecæ præscribere liberationem à præstatione annui reditus. accedat quòd solutio simpliciter facta per principalẽ debitorẽ, in dubio censetur facta nomine omniũ qui cõueniri possent, vt sic omnes liberentur. l. modestinus. & ibi plenè notatur. ff. de solutio. instit. quib. mod. tolli. oblig. in princi. 43 *Præscriptio annui reditus quando incipiat currere.*

QVuartò pro ista parte ꝙ nulla possit obiici præscriptio per istum possessorem hypothecæ bene facit, * quia licet ad præscriptionem rerum corporalium non requiratur scientia aduersarij, currit tamen talis præscriptio contra ignorantes. l. fi. C. de longi tempo. præscrip. l. sicut. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. tamen ad præscriptionem incorporalium, vt sunt iura. instit. de rebus corpo. & incorpo. in prin. requiritur scientia aduersarij, aliàs præscriptio ipso iure non curret. l. ij. vbi gl. & latè Bal. C. de serui. & aqua. Bar. in l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia. arcenda. do. meus Ias. in l. imperium. col. xij. ff. de iurisdi. om. iudi. ergo ad præscribendum ius libertatis contra constitutionem hypothecæ requiritur scientia creditoris, vt scilicet sciat quis velit præscribere istud ius contra eum, sed in casu nostro creditor istud ignorabat, quia nesciebat debitorem principalem alienasse rem hypothecatam, proùt de iure præsumitur. l. veriùs. ff. de proba. & est talis ignorantia probabilis. cum sit de facto alieno. l. fi. ff. pro socio. do meus Ias. plenè post gl. in l. si res obligata. ff. de leg. j. igitur pendente tali ignorantia non currit præscriptio libertatis contra eum. 44

ET ad dictum Spec. Henrici Bohyc, & Io. Fab. suprà alle. dico ꝙ non est opus restitutione in integrum, & sic non est opus impetrare literas regias. primò, quia frustra precibus imploratur, quod iure cõmuni cõceditur. l. vnica. C. de thesau.. lib. x. l. quæ sub cõditione. §. fi. ff. de condi. insti. & licet sic est* ꝙ contra impeditum impedimento facti currat præscriptio, & opus sit restitutione in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. l. & Attilicinus. ff. de seruitu. rustic. prædio. tamen cõtra impeditum impedimẽto iuris, nullo modo currit præscriptio, sicque nulla restitutione opus est. ista est doctrina Bar. in d. l. & Attilicinus. refert & sequitur Philipp. Decius in c. ex ratione. col. ij. de appel. Or sic est quòd præfatus actor impediebatur agere contra tertium possessorem impedimento iuris, quia pro tẽpore quo soluebatur suum debitum annuum, non competebat sibi actio contra tertium possessorem, vt superiùs conclusum est, & non habere actionem est impedimentum iuris, cùm nemo sine actione reperitur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. l. si Titius. vbi plenè per do. meum Ias. ff. de verb. obli. igitur iste actor ipso iure & sine literis regiis tutus est. 45 *Impedimentum iuris nõ impedit præscri. facti sic.*

ITEM quia in illa decisione Specu. emptor qui emit à colono fundum cõductũ nõ tenebatur aliqua actione ad pensionẽ soluendam domino, nam fundus nõ erat hypothecatus domino pro pensione. nemini enim res sua obligari potest. l. neque pignus. ff. de regu. iur. l. ex sextante. §. Latinus largus. ff. de exceptio. rei iudica. & sic pẽsio ratione fundi cõducti debebatur per primũ colonũ tãtũmodo actione personali descẽdẽte ex cõtractu locationis, sed actio personalis non sequitur singularem successorem, & sic istum emptorem. l. fi. in fi. ff. de contrahen. emptio. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. & sic nullo modo tenebatur iste emptor domino fundi. vnde solutio ipsius pensionis facta per venditorem, non potuit impedire præscriptionem ipsius fundi initiãdi, & complendam per emptorem istum nouum possessorem, qui ad ipsam pensionem non tenebatur, nec ad eam soluendam cogi poterat aliqua actione.

SED in casu de quo agitur, emptor seu nouus tenementarius poterat ad solutionẽ annui debiti, pro quo erãt obligata prædia compelli per actionem hypothecariam, qui cùm sit realis sequitur rem quocunque vadat, & conseruatur per solutionem factam per principalem debitorem, vt suprà probatum est, cũ ergo isti casus sint diuersi & multum differentes, de vno ad aliũ nõ infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. l. inter stipulãtẽ. §. sacrã. versi. sed hæc diuersa sunt. ff. de verb. oblig. ¶ Item in casu speciali dominus nõ impediebatur agere rei vendicatione contra emptorẽ, licet pẽsio sibi solueretur per primũ colonum, quia istæ actiones tẽdunt ad diuersa, ergo vna impedit aliam. l. si domus. ff. de serui. vrbanorum prędio. nimirum si currit pręscriptio contra dominũ, qui potuit agere & reuocare rem suam ab isto emptore, licet propter eius iustam ignorantiam restituatur in integrum. iuxta gl. l. j. C. de patri. potesta. Bart. l. j. §. si quis autẽ. ff. de iti. actũque priua. cũ similibus, sed in casu nostro creditor non potuit aliquo modo agere cõtra possessorẽ hypothecæ, quia diu fuit sibi solutio facta per principalem debitorẽ iuribus suprà alleg. ideo ipso iure non currit præscriptio, & sic non est opus literis regiis ad eã reuocãdũ, * quia quod nullũ est, retractari non potest. l. nã & si sub cõditione. in prin. ff. de iniusto rup. cum vulgari. ¶ Ad minus quãdo actus est nullus, debet pnuntiari super nullitate, vt tenet Bar. in l. j. C. de thesauris. lib. x. & in l. quæ sub conditione. ff. de cõditio. institu. Roma. cõsi. xc. Vide ad hoc Matthæum de affli. in constitutio. regni Siciliæ quę incipit, fratribus. in vij. notabi. in iij. lib. * ¶ Dicit tamen Philip. Frãcus in c. j. de supplenda negligentia prelatorum. in vj. quòd id quod est nullum potest retractari. 46

EX quibus omnibus supradictis concludo, præscriptionem non cucurrisse in casu supradicto, & huic meæ
opinioni plures fuerunt aduocati adhærentes, dicentes etiam nullas literas regias debere impetrari. si tamẽ
casus eueniret in facto meo, ego impetrarem literas regias, & secundum hanc meam opinionem quam primò
solus attentaui. contra tamen opinionem multorum fuit iudicatum, velut per nobilem & egregium iuris v-
triusque doctorem, dominum meum do. Iacobum arbaleste. & primum aduocatum fiscalem parlamenti Bur-
gundiæ, & locumtenentem generalem cancellariæ Burgundiæ pro dicto Patin, & ex hoc meo consilio habui
vnam filhetam optimi vini de chassaigne.

IN TEXTV IBI. *Bledz, vins, & autres choses.*

1 *Ante tẽpore sterilitatis census diminui debeat* QVæritur* primò an si fuerit sterilitas in vno anno, debeat diminui census seu pensio in conductore? dic
ET poſſet induci ad quæſtionem. Videmus in hac ciuitate Heduen. quòd venerabiles domini decanus & capitulum eccleſiæ Heduen. dant pluribus plures domos pro ſe & ſuis deſcenden. in linea deſcenden. an ipſis mortuis ſine deſcenden. in dicta linea, dominium dictarum domorum tranſeat aut transferatur in eccleſiã ipſo iure? an verò ſi accipiens prædictam domum, eam alienauerit in alium, qui non eſt de ſua linea deſcendẽ. eccleſia teneatur agere, aut rei vendicatione, aut qua actione contra tenentem virtute alienationis eidem factæ. Cogita ex prædictis ex his quæ dicit Franciſc. de Aretio in loco hîc antè alleg. nihil ſcribam nunc, niſi videã caſum euenire. text. tamen in l. j. §. j. ff. de ſtipula. ſeruo. videtur facere ꝙ eſt agendum rei vendicatione. Quæſtio.

DVodecimò * & vltimò limita prædictam concluſionem niſi cum pacto de non alienando, apponatur pactum de præſtando aliquid pro alimentis, tunc enim fauore alimentorum ſi fiat alienatio, transfertur dominium ipſo iure, per l. j. C. de dona. quæ ſub modo. Ita dicit Areti. in dicto §. j. vbi dicit dominum ſuum repræhendiſſe hanc fallaciam, cùm illa lex non probet. 36

IN TEXTV IBI, *A la retenue de ladicte rente.*

QVID de cenſu ſecundò vendito, an etiam habeat primus dominus iſtud ius retentionis ſuper cenſu ſecundò poſito, ſicut ſi haberet de reditu? Credo ex dictis ſuprà in hoc. §. in gloſ. *au preiudice du ſeigneur*, quòd ex quo ad primum dominum non eſt cenſus, quòd idem erit, quod de reditu. ¶ Vide Boerium in conſuetu. Bituricen. titu. de conſuetu. feudorum. §. xxij. vbi facit differentiam inter rem cenſualem. & feudalem, vide Io. Sanxon in conſuetu. Turonen. titu. *de pied de fied*, artic. v. ¶ De hoc iure retentionis quod dominus directus habet, vide Ioan. Fab. in §. adeo. inſtit. de loca. in j. col. ibi, & hanc partem credo veram.

IN TEXTV IBI, *S'auoir la veult.*

PER hoc * notatur quòd facultas retinendi cenſum pro eodem pretio competit domino per modum facultatis, ideo non præſcribitur antè præſentationem, vel oblationem, quæ debet fieri per hanc noſtram conſuetud. Faciunt quæ dicit Bald. Bart. & Sali. in l. cùm nouiſſimi. §. j. C. de præſcri. xxx. vel xl. anno. Dicam alibi latiùs. ¶ Aduerte, quia contra dominum in facultate retinendi non poteſt præſcribi antè denuntiationẽ. per ea quæ dicit Io. Sanxon titu. *Comment hommage ſe doibt offrir*, arti. fi. in princ. fol. lxviij. alleg. Guido. pape. q. ccccxj. vide in §. ſequen. in glo. iij. Alexan. conſi. xxvij. vj. volumine. 1

IN TEXTV IBI. *En rendant le pris.*

QVID ſi mentiatur in pretio & in denuntiatione? vide Boerium in conſuetu. Bituricen. titu. de conſuetudine retentionis rerum feudalium. §. ſecundò.

IN TEXTV IBI, *Apres ce que l'achat de ladicte rente ſera denoncié*

COnſtat ergo quòd hæc denuntiatio fit ad effectum aliquid inducendi vlterius, & tunc hoc caſu non ſufficit ſcientia. l. denuntiaſſe. ff. de adulteris. Ex quo ergo hæc noſtra conſuetudo requirit denuntiationẽ, ſine dubio eſt neceſſaria ſcientia, ſcientia ſcilicet facti, & forma ipſius, & cæterorum quæ habent factum ſubſtantiale. l. ſi quis inficiatus, ff. depoſiti. c. cauſam. de electio. l. j. §. fi. & l. quæro. ff. de emp. & actio Facit clemen. fi. vt lite pendente. & videtur hæc conſuetudo eſſe fundata ſuper tex. in l. fina. C. de iure emphyteu.

§. QVARTO.

ET ſe lon met rente ſur l'heritage qu'eſt cenſé, & apres on vend ledict heritage, le ſeigneur cenſier a la retenue, ſe bon luy ſemble dudict heritage vendu, en rẽdant le pris du vendage dedans quarante iours apres ce que ledict vendage luy ſera denoncie par l'acheteur. Et ce faict, ſe peult acquitter de ladicte rente, dedans l'an apres ladicte retenue, par my rendant pour chaſcun franc de rente, ſ'il eſt en bonne ville vingt francz, & en plat pays quinze francz, au cas que ledict ſeigneur cenſier n'auroit conſentu a ladicte rente.

HIC. §. venit continuatiuè ad præcedentem articulum, & videtur eſſe vna materia diuiſa & diſtincta per paragraphos, per hãc dictionem, & ſi, quæ videtur hîc continuatiuè poni, nõ eſt magni effectus, nõ inſiſto.

IN TEXTV IBI. *Sur l'heritage.*

QVæritur, * an annua præſtatio poſſit ſuper re aſſignari, & ſic ſit illa res hypothecata, puta ſi dicatur vẽdo tibi decẽ annua vel lego ſuper tali fundo. Et aduerte quia aut venditio ſeu legatum eſt ſuper re, vel ex re, & tunc non eſt dubiũ quin contrahatur hypotheca in illa re, & in aliis rebus teſtatoris legantis vel venditoris vendentis: argumen. l. prima. C. communia. de legatis. Et ſic debet intelligi. l. Seia. ff. de dote prælegata. idem eſt ſi dicatur, relinquo decem ſuper tali fundo, quantum ſi diceretur, obligo fundum pro decem annis. Bart. in l. fundus quem. ff. de annuis legatis. & in l. codicil. §. inſtituto. vbi tex. ff. de legatis ſecundo. ponit latè & notabiliter Ioãnes Fabri. in §. itẽ ſeruiana. in vltima columna. inſtitu. de actio. & per iſta verba fundus eſt obligatus obligatione reali, quæ ſequitur fundum, ad quemcũque fundus perueniat. ita tenet & dicit Specula. in titu. de locato. §. nunc aliqua. verſicu. lxxxvj. & verſi. cxviij. & refert do. meus Iaſon. in l. ij. in xxxvj. col. C. de iure emphy. idẽ etiam ſi dicatur, ſuppono * talem rẽ pro tali reditu annuo, quia etiam contrahitur obligatio realis cum ſupponere ſit obligare. ff. de rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt in fine rubricę, & ſic hoc caſu obligatio ſemper ſequitur rem. pro qua opinione facit argumẽtum. §. omnes. inſtituta de noxalibus actio. idem etiam ſi dicatur, promitto tibi decem annua, & ea tibi aſſigno ſuper tali fundo, quia hoc videtur eſſe mens cõ- 1 Quæſtio. 3 Suppõnere.

trahentium illum fundum obligare, & quæcunque verba sufficiunt.l.fi.C.quæ res pignori obli. possunt.& fa
4 *Aßigno.* cit ne vxor pro marito.C.l.cum te.*nam verbum assigno transfert dominium.Ioan.Fab. in l.si quis argumen
tum.C.de dona.l.generali.§.hæredis.ff.de vsufru.legato.idem etiam si quis confiteatur se debere ratione certę
rei,ita videntur notare doctores in c.cum clerici.de pac.& in c.tua.de decimis.Spe.in tit.de locato.§.nunc ali
qua ver.lxxxvj.Aduerte quia bonum est vti verbo assignare, secundum Ioan.Fab.in d.§.item seruiana.in vlti.
col.insti.de actionibus. ¶Dixi suprà in titulo, *Des droictz & appartenances a gens mariez*.§.xvij.in gl. *par son mary*.& in ix.in gl. *De tout debtz*. * ¶An datio hæreditagij ad reditum sit venditio,ita quòd ex ea debeantur
laudemia domino?vide Ioan.Fab.in j.§.insti.de emptione.& venditione.& Albe.de rosate in l.ij.§.mutuum.
col.iij.ff.si certum petatur.& in suis statutis quæstione.clxxviij.& consului in casu emergenti.

IN TEXTV IBI, Se bon luy semble.

ISTud ergo videtur esse per modũ facultatis,ideo nunquã huic iuri præscribitur nisi post denuntiationẽ. Sed si hæc facultas alicui cõpeteret in vim contractus & reseruationis in contractu,adhuc minus esset præscriptibilis,vt de facultate dixi & consului,in casu emergẽti. Vide consiliũ meum.xj.& consi.lxvj.vbi magis amplè.*

IN TEXTV IBI, Dedans quarante iours.

¶Vtrum idem sit quo ad tempus in domino feudi,dixi in §.primo,hoc eodem titu.in glos.in verbo.*retenue*.
5 *Quæstio.* QVæro pone*quòd dominus census fuit præsens quando res fuit vendita, an sit necessaria denuntiatio
taliter quòd non currat hoc tempus quadraginta dierum,nisi à tempore denuntiationis?Bar.in l.denũtiasse.ff.de adulteriis.& Panor.in c.si venditori.extrà de emp.& vendi.dicunt quòd quando fit denuntiatio ad aliquid faciendum,non sufficit sola scientia,secus si fiat solùm ad finem scientiæ,ex quo ergo in hac nostra consuetudine fit denuntiatio ad aliquid faciendum,non sufficeret præsentia & scientia domini, ita quòd non currit tempus nisi à tempore denuntiationis.de qua doctrina Bar.vide do.meum Ias.in l.ij.§.fi.ff.solu.matri. ¶Itẽ an dominus posit purgare moram, vide Boerium in consue.Bituricen.tit.de consue. retentionis rerum feudalium.§.ij.in gl.ij.aduerte etiam quia huic facultati retinẽdi,antè oblationem & præsentationem potest renuntiari,vt dicit idem Boerius in loco hîc antè allegato.§.j.dixi in §.præceden.in gl.penul.

ADDITIO An istud tempus currat minori,an saltem sit restituendus.vide ex his quę dixi suprà in tit. *Des iustices*§.viij.in gl.*& iour*.& suprà in tit.*des retraictz*.§.j.in gl.j.*

IN TEXTV IBI Sera denoncié.

HAE C denuntiatio debet fieri cum tenore emptionis rei,alias dominus non tenetur credere emptori,secundum tex.notabilem in clementi.causam.de elec.in clemen.quam Bar.allegat in l.grege.§. cum pigno
1 *Denuntiatio quomodo fienda.* ri.ff.de pig.& in l.qui in alterius.ff.de reg.iuris.per quem tex,omnes decidunt* quòd vbicũque est fienda denuntiatio,seu intimatio,semper est fienda in scriptis,& cum tenore instrumenti rei denuntiatæ. de quo quidẽ
2 instrumento debet fieri lectura,& dari copia.tex.est ibi,qui plus dicit*quòd intimatio,denuntiatio,seu notificatio aliter facta est nulla. faciunt quæ dicit Sozi.in consi.suo xxiiij.in ix.col.ver.tertiò principaliter probatur.
in j.vol.Alex.in consi.xcv.incipien.visis processibus.in v.col.in.ij.vol.Imò dicit.gl.in d.clemen.causam.in ver
3 bo porrecto,*quòd debet dari copia expẽsis intimantis,aliàs sequitur intimatio nulla. tex.ibi, qui multũ fuit
4 *De insinuatione mãdatorũ apostolicorum.* aliàs ponderatus ad hoc*quòd insinuationes mandatorum apostolicorũ in formà.c.mandatum, cum duobus sequen.extrà de rescriptis.& secundum formã datam per concordata, non valent, nisi dimittantur realiter & cum effectu ordinario copiæ mandatorum seu bullarum apostolicarum.Et idem erit dicendum de literis nominationum,& graduũ,& aliis necessariis pro graduatis simplicibus & nominatis.Et licet Spe.in tit.de procurato.§.fi.ver.in summa.teneat quòd prædicta sunt vera, quando petitur per illum cui fit intimatio,causa intimationis,& non aliàs,cui videtur assentire.Sali.in l.j.in xij.q. C.de actio.& obli.& in l.iij.C.de nouatio. tamen opinio Bar.est in l.j.in prin.C.de noui ope.nuntia.in versi.xj.quæro qui tenet cõtrarium.videlicet quòd semper tenor instrumenti, & copia illius est dimittenda etiam expensis intimantis,aliàs intimatio nulla. d.clemen.causam.Et ita fuit iudicatũ,& maximè in talibus debet fieri talis denuntiatio seu intimatio, quando aliquid ex parte denuntiantis est faciendum,aut quando denũtiatio est de substantia, vt in casu in quo per statutum requiritur,vt in terminis nostræ consuetudinis.tenet Ale.in consi.xxvij.in vj.vol. vbi videtur, concludere,quòd in terminis huius consuetudinis requiritur denuntiatio, nec sufficit scientia.In dubio tamen videtur, quòd hæc denuntiatio fit causa certiorationis,& ideo sufficit scientia.Idem Alex.in his sibi contrarius,in cõsi.suo.cxxxviij.in j.col.in vij.vol.Vidi tamen apud nos iudicatum fuisse,quòd requiratur expressa denũtiatio, ex quo in casu in quo dominus censualis erat opponens in materia decreti,& sciebat alienationem fuisse factã, non fuit exclusus à iure retentionis,per duos aut tres annos post interpositionem decreti,eo quòd non fuerat sibi denuntiatum expressè per emptorem. Et ista est practica apud nos,à qua non est recedendum.

IN TEXTV IBI, Et ce faict.

ECCE hîc vt videm⁹, quòd iste qui emit reditum super re censuali cogitur vendere illum reditũ,quod est contra legẽ nec emere. C.de iure deliber.do.meus Ias.in d.l.post gl.& Albericus de rosate ponit aliquos casus,in quibus etiam cogitur vẽdere rem suam. Bar.etiam in l.fi.C. de fideicom.libe. vide Spe.in tit. de executio.senten.in rubri.Hostien.in c.primo.de rerum permutatione.Bal.& Ang.in l.si pendente.§. si quid cloacarij.ff.de vsufr.quia non multum hîc ad propositum,non insisto.

IN TEXTV IBI, Parmy rendant.

1 *Æstimatio redituum.* QVomodo autem*æstimentur reditus.Textus in l.si quis argentum.§.in reditibus autem.C.de dona.æstimat ad quindecim annos,videtur quòd æstimentur ad viginti annos.proût est gl.in aut.de non alie.§.si vero alicuius.colla.ij.gl.in aut.perpetua in verbo iusta.C.de sac.san.eccle.& Lud.roma.in consi.suo ccccxxiij. incipien.Pro pleniori discusione in prin.& si non sit iustum pretium, contractus dicitur vsurarius, ita tenet Gui.pa.in consiliis suis,consi.clxxx.in iij.parte.in ij.& iij.col. ¶Et quid sit iustũ pretium in talibus, vide eundem singulari suo.938.vbi amplè.videtur etiã quòd fiat æstimatio rei ad reditum triginta annorũ,maximè quãdo ecclesia vendit pro redẽptione captiuorũ,quia iustum pretium rei dicitur quantum res valet ad triginta annos, vt in.§.sancimus.in aut.de alie.& emphy.colla.ix.Sed quando alienat certum reditum quem habet extrà prouinciam

prouinciam ipsius ecclesię, iustum pretium est quantum ascendit reditus xxxv. annorũ. §. sanci. in authẽ. de ecclesia. tit. ad gl. in d. §. si verò alicuius. est dicendũ ꝙ illa glo. dicit quãdo ecclesia dat in emphyteusim aliquod pretiosum prædium magni valoris, reditus verò nullus aut modici, tũc emphyteuticus reditus debetur statim ita & taliter, quod ipsi reditus in viginti annis collecti faciãt æstimationẽ rei, iustũ* etiã pretiũ rei dici potest quãdo res fuit subhastata in loco publico alta voce, & nõ fuit repertũ nisi tãtũ. Bar. in l. j. C. de prædiis curialiũ & decurio. lib. x. & . Ang. in l. obseruandũ. §. corpora. ff. ad legẽ fal. Bar. & doct. in l. pretia rerũ. ff. ad legẽ fal ci. vbi videtur ꝙ res tantũ valet quãtũ vẽdi potest. ergo videtur quòd in casu nõ debeat æstimari talis reditus, imò quòd dominus tenebatur tãtũ dare, quãtũ soluerat ille qui talem reditum emerat super re cẽsuali. ¶ Quo modo autem res æstimari possit seu valor, ponit Panor. in c. cum causa. extrà, de testibus. 2 *Iustum pretium.*

ADDITIO. Die xxvij. Martij, anno Do. M. cccccxxx. me existente in palatio & auditorio Parisien. datum fuit arrestum, per quòd fuit dictum quòd emptio cuiusdam reditus bladi, reduceretur ad pretium ad ratã. xv. pro vno. Ex quo arresto duo notaui, vnũ ꝙ reditus granorum debet reduci ad pretium propter varietatem valoris granorum, maximè quãdo talis reditus est emptus in pecunia, & hoc vt reditus sit certus & determinatus. Aliud notaui, ꝙ pretium emptionis reditus annui debet reduci ad xv. pro vno. Quod tamen est intelligendum, quando emptio reditus annui prouenit originaliter ex primo, secus si ex hæreditagio vendito, aut penes constituentem reditũ annuũ, pro certo pretio dimisso: pro quo cõstituitur reditus annuus, quia hoc casu habetur pro interesse perceptionis fructuum rei meæ, quos percipit qui debet reditum annuum secũdum. l. curabit. C. de actio. empt. de qua suprà dixi in tit. *Des droictz a appartenances a gens mariez.* §. xxiij. in j. glo. ver. quartò limita. Et in arrestis, pẽtecostes, in anno Do. M. cccccxxij. fuit dictum ad vtilitatem Caroli Turpin, filij Catherinę Bosceual, quòd reditus annuus constitutus ad rationem de decem pro cẽtum, pro trecentũ xxv. libris Turonen. quas ipsa Catherina habuerat in diuisione bonorũ paternorũ, pro certa portione suorum hæreditagiorum paternorum quæ remanserant, penes fratres non reducerentur ad xv. pro vno, imò quòd ex quo erat talis reditus annuus cõstitutus pro interesse suo, ratione perceptionis fructuũ suorum hæreditagiorum quos percipiebant fratres, ꝙ solueretur in totũ ad rationem de decem pro centũ. argu. d. l. curabit. & l. fructus. C. de actio. emp. l. ij. C. de vsu. & l. Iulianus. §. ex vendi. ff. de actio. emp. & gl. & docto. in c. conquestus. extrà, de vsuris. Nec est in hoc fienda differentia, an in contractu in quo datur aut dimittitur hæreditagium, fiat primù æstimatio illius ad pretium, & pro pretio constituatur reditus, puta talis pro sua parte talium hæreditagiorum habebit trecentum. pro quibus in casu defectus solutionis tali tempore, constituit aut assignat seu ꝓmittit assignare, tot reditus redimbiiles pro dicto pretio, aut verò assignat, aut promittit assignare pro tali hæreditagio, aut sua parte talium bonorum, tot reditus annuos redimibiles pro tali summa quæ veniat, aut ascendat ad decem pro centum. proùt quidã voluerũt facere talẽ differentiam, quoniam in his est consideranda origo & causa obligationis, potiùs quàm titulus actionis. l. si filiusfamilias prima. C. ad mace do. l. tutor. ff. de fideiuss. cũ aliis suprà per me alle. ad aliud propositũ in tit. *Des successions.* §. *les heritages*, in gl. *sont yssuz*, proùt nec fuit in dicto casu, in quo in eodẽ contractu constabat, quòd ex quo dicta Katharina pauca aut nulla habuit hæreditagia paterna, fuit sibi promissa certa summa soluenda in festo sancti Ioannis sequentis, & in defectum solutionis, fuit sibi promissum asignare eidem reditum annuum ad decem pro centum, sed fuit habita consideratio ad causam & originem obligationis, quæ proueniebat ex hæreditagio dictæ katherinę, quòd tunc remansit penes fratres, qui percipiebant fructus ex eis, & tamen non soluebant pretiũ pro quo remanebant dicta hæreditagia, qui quidem fructus & loco eorũ interesse, veniunt in iudicio familiæ herciscundæ etiam temporis præteriti. l. non solum. ff. familiæ hercis. Aduerte tamen ad aliud arrestum latum die. xix. Februarij. anno domini. M cccccxxxj. plantando causas in palatio, quòd videretur huic contrariari, ex quo certi annui reditus bladi fuerunt reducti ad. xv. pro vno, & tamen proponebatur pro parte cuiusdam Huault secretarij regis, quòd licet contractus contineret quòd ille annuus reditus esset emptus ex pecunia numerata, tamen in rei veritate prouenerat ex partagio quorundam hæreditagiorum prouenientium ex hæreditate eorum cõmuni, ex quo inspicienda erat obligatio quòd factum proposuerat post didiscita testificata, & ad illud petebat admitti ad probandum, ad quod non fuit admissus, sed repulsus, non quia probatũ non prodesset, quoniam in hoc videretur contrariari alteri supra mentionato: sed quia visum fuit calumniosum, ex quo detegebatur per eum fictio & simulatio contractus qui aliud dictabat, & quòd præsumebatur subornatio testium ex quo propositum fuerat post didiscita testificata, & in hoc cõcordanda sunt dicta duo arresta, & ita intelligenda, ne videantur contrariari.* ¶ Aduerte tamen quia etiam quandoque lucrum de decem pro centum consideratur de iure. c. per vestras literas extrà de dona. inter vir. & vxo. & etiam de consuetudine nostra in casu suprà posito, in tit. *Des droictz & apparten. a gens mariez.* §. *deniers de mariage.* & ibi est glos. in verbo. *C'est assca uoir dix pour cent.* ex quo pretium iustum æstimationis reditus, consideratur secundum nos secundum diuersos respectus, & ibi allegaui tex. in dicto. c. ver vestras literas. hìc antè allegatum. *Decẽ pro centum.*

INTEXTV IBI. *En plat pays.*

VIdetur per hanc nostram consuetudinem quòd dispositio, aut nullum credentem agricolæ. colla. iiij. sit apud nos correcta, & sic quòd etiam potest vltra siliquam pro solido quis emere reditum super terris agricolarum. Aduerte tamen, quia ille textus loquitur in creditore dante pecunias mutuò ad vsuram, & non in emente reditum annuum.

§. QVINTO.

LE seigneur censier peult recourir, aux heritages mouuãs de cense par faulte de tenementier, & de cense a luy non payée, & d'iceulx leuer les fruictz, prouffitz & emolumẽs, & les appliquer a son prouffit iusques a ce qu'il soit payé de sa cense, & des arreraiges d'icelle, & se dedans dix ans celuy qui tenoit par auãt lesdictz

heritages a cense, vient & qu'il demande lesdictz heritages censaulx, ledict seigneur censier sera tenu de les luy remettre & deliurer, s'il a este satisfaict des arreraiges par la reception des fruictz, ou sinon parmy ce que auant toute oeuure il sera satisfaict desdictz heritages, & lesdictz dix ans passez, lesdictz heritaiges demourront audict seigneur censier, & les pourra bailler & accenser a tel qui luy plaira, sans plus estre tenu de les remettre ou bailler a celuy qui les tenoit a cense de luy parauant s'il ne luy plaist.

¶ Idem in comitatu Niuernen. & in pluribus aliis locis Franciæ.

IN TEXTV IBI, *Peult recourir.*

AN istud sit mero iure & propria autoritate, an verò adiri debeat iudex. vide gl. in l. de pupil. §. si is cui. ff. de
1 *Regula.* noui ope. nun. quam allegat do. meus Ias. in repe. l. admonendi. col. v. ff. de iureiu. vbi facit regulam,* quòd quotiescunque lex concedit alicui aliquod beneficium vel remedium, & de adeundo iudice nihil dicit, intelligitur mero iure Cogita ex dictis doctorum in. d. §. si is cui.

☞ ADDITIO. Vide in terminis in emphyteuta per Matth. de Afflic. in constit. regni Siciliæ quæ incipit, pacis cultum. in viij. col. ibi, quintò licet. & ibi ponit quid de locatore. & in illa constitutione ponit. xxj. casus, in quibus licet alicui ius sibi dicere propria autoritate, quòd tamen intellige proùt suprà dixi in tit. *Des mainsmortes.* §. xiiij.*

IN TEXTV IBI, *Aux heritages mouuans de cense.*

AN si dominus ignorauerit quòd sunt hæreditagia de suo censu mouentia, possit cogere censatarium vt ei ostendat, & si nolit ostendere, an omnia præsumantur esse talia? & quid ecótrà. vide Specu. tit. de emphy. versi. lx. lxij. & lxiij. & Ioan. Pet. de ferra. in forma libel, ad ficti. præstationem. & ibi, quid si cẽsatarius nolit demonstrare, quid sit fiendum. & etiam vide Ioan. Berberij in suo viatorio iuris, titulo de locato. vbi etiam ponit quid operantur recognitiones quæ fiunt per rusticos.

IN TEXTV IBI, *Par faulte de tenementier & de cense.*

Quæstio. QVæro, an sufficiat quòd steterit per decẽ annos absque solutione, an vero requiratur cũ hoc ꝙ nullus sit tenementarius? põdera, quia tex. duo copulatiue requirit, ideo requiritur cõcursus vtriusq; copulati, ad hoc vt dominus posit leuare fructus, cùm ad veritatem copulatiuè & c. §. si plures. insti. de hæredi. institu. & l. si hæredes plures. ff. de hæredib. instituen. & in hoc differt natura huius cẽsus, à censu de iure, & secundũ iuris dispositionẽ introducto, nam licet de iure habeamus tex. in l. ij. C. de iure emphy, quòd si emphyteuta non sol-
1 uat canonẽ per triennium cadit à iure suo,* secùs tamẽ est in censuario, quia per non solutionẽ nunquã cadit à iure suo de iure. c. constitutus. & ibi. docto. extrà. de religiosis do. sed hìc dicitur, quod si censuarius non soluat censum, vel pensionem, & nullus fuerit tenemẽtarius rei cẽsualis, potest dominus cẽsus ad rẽ recurrere, quia res cẽsualis pro cẽsu est hypothecata, quæ quidẽ hypotheca transit cũ re & eã afficit. l. si prædium. & ibi Bal. C. de euic. & est ius acquisitũ in re per hypothecã. l. eos. C. de pig. §. itẽ seruiana. insti. de actio. & ideo deficiẽte solutione & tenemẽtario, ad rẽ recurrere potest, & actio hypothecaria est realis, & ideo dari debet ad rẽ, & in hoc est, quia de cõsuetudine dominus cẽsus retinet dominiũ dictũ, transferendo solũ dominiũ vtile in censuarium, ratione cuius dominij directi potest ad rẽ recurrere, deficiente solutione pẽsionis quæ debetur per dñm vtilẽ.

ET licet de iure annua præstatio nõ sit aut realis, quia nõ debetur à prædio, aut personalis, quia nõ debetur à persona personæ, arg. l. Caius. ff. de annuis leg. ideoque nõ causat ius in re, nec obligat tertium possessorẽ singularem, vt posit agi contra eum immediatè. l. fi. §. j. ff. de contrah. emp. cum similibus. tamen istud fallit de consuetudine nostra vt hìc, & in consuetudine sequenti, vbi latiùs dicam & melius ad propositum.

IN TEXTV IBI, *Et de cense a luy non payée.*

1 *Solutio census probatur retro.* DIC quòd probatur* solutio census retro, si probetur soluisse per tres annos vltimos. l. quicunque. C. de apo. publicis. lib. x. quod intellige quando solutiones fuerũt factæ per se singulo anno, secùs si semel pro tribus. Bal. in l. ij. C. de dotis promis. Ita tenet do. meus Ias. qui multũ extollit illã. l. quicũque. in l. ij. in lxix. & lxx. col. C. de iure emphy. nã vt dicit ibi do. meus, etiam dominus recipiendo solutionẽ nõ poterit amplius ex-
2 *Quæstio.* pellere censatarium. ¶ *Sed quæro, an per solutionẽ triennalem pensionis debitæ ratione census, & receptio-
3 nem per dominũ census, præsumantur soluta fuisse laudemia? ¶ Sed queritur* quis probabit solutionẽ, an censatarius soluisse, an dominus sibi nõ fuisse solutum? Bart. in l. ij. C. de iure emphy. & Panor. in c. potuit extrà de locato. Aduerte tamen, quia hoc casu videtur esse de intentione domini quòd censatarius non soluerit.

VIdemus in practica quo ad nos, quòd si subditus, aut censatarius nõ soluat debitum, quòd domini solent facere pone ad manum eorum fructus hæreditagij censatarij, aut alias reditualis, & illos, vt sæpe videmus, faciunt leuare & recolligere. An ex hoc subditus posit se dicere turbatum, & intentare casum nouitatis contra dominum talem? Dic quòd si ritè fuerit processum ad appositionem talis manus, quòd subditus nõ potest intẽtare casum nouitatis. G. benedi. in sua repe. c. Raynu. in verbo, & vxorem. nu. 95. de testa. Secùs si iniustè & iuris ordine non seruato. c. conquerente. de resti. spoliato. Ratio est, quia si non ritè processum fuerit, nõ dicitur iustè posidere, qui autore iudice domini posidet. notant Alex. & alij in l. iustè. ff. de acqui posses.

IN TEXTV IBI, *Et les applicquer a son prouffit.*

ADuerte tamen quòd si colonus cẽsuarius aut emphyteuticarius soluat censum, aut reditum, seu pensionẽ non solum eidẽ res non potest auferri, imò nec census, aut reditus seu pensio augmentari. per tex. in l. fi. C. de alluuio. & in l. j. C. in quib9 causis coloni. lib. xj. Benedi. in repet. c. Ray. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. numero. dcccclxxxiij. & dcccclxxxiiij. de test.*

IN TEXTV IBI, *Et les dix ans passez.*

DE isto tempore decennali quid operetur, vide Ioan. Sanxon in consuetu. Turonen. ti. *Des droictz de basse iustice.* arti. xxxij. fo. xxx. & xxxj.

1 *Præscriptio prædij tributarij.* PRædium* tributarium præscribitur spatio duorum annorum, quãdo relinquitur incultum & desertum. l. qui agros. C. de omni agro deserto lib. xj. nam eo ipso quòd quis negligit per biennium, perditur ciuilis possessio

possessio,& naturalis,& etiam dominium,si agri sint tributarij non de iure, sed ex forma statutorum vel consuetudinis.Bal.in c.j.de præscriptio.nec est dominium directũ,sed vtile ꝙ tali tempore præscribitur, prædicta dicit Feli.in rub.de præscriptio.in,v.col.ver.fallit nonò,cùm ergo ex hac consuetudine nostra fundi censuales sint tributarij ratione census & pensionis debitæ,ex consuetudine,æquum est vt per negligentiam præscribantur certo tempore.arg.d.l.qui agros.* consuetudo tamen nostra loco biennij voluit esse decennium,quòd est iuridicum * cum tale tempus dicatur longum tempus.glo. est in l.qui filius. C. de petitio.hære.Bal. in rub.de præscri.longi temporis.Et in rubrica quæ sit longa consuetudo.C.Feli.in ca.cæterum.extrà,de rescri.do.meus Ias.in l.j.in iij.col.C.de fideicom.& idem Feli.in ca.vigilanti.in v.col.extrà,de præscriptionibus. 2 Decēniũ 3 longum tempus.

ADuerte etiam * ꝙ si dominus post decē annos effluxos & transactos receperit solutionē pro vno anno, nō poterit amplius expellere dictũ cēsatariũ licet possit agere pro pēsionibus annorũ preteritorũ.ita Spe. in tit.de locato.§.nunc aliquo.ver.xvij.do.meus Ias.in l.ij.in lxx.col.C.de iure emphy.§. ibi tertiò aduertite. 4

SED quero pone ꝙ penden.tēpore decennali cēsatarius non apparet,sed aliquis procurator pro eo qui soluit semper censum,an post decem annos dominus possit adhuc recurrere ad rem censualem,dicendo censatarium esse ex quo diu stetit illum esse mortuum & sic ex quo non apparent hæredes res censualis debet ad eum redire,nec vult accipere censum à procuratore,procurator autem vult stare in possessione donec certificatus sit de morte,quid iuris? Bald.in authen.qui rem.in fi.C.de sac.eccle.do.meus Ias.in l.ij.in xlviij.col. cum seq.C.de iure emphy.quærit de simili quæstione in emphyte. ecclesię qui habet rem ab ecclesia in emphyteusim pro se & suis,sed hic casus noster non est similis,nam hic non consideratur cessatio pensionis,ex quo non cessatur à solutione pensionis,non credo quòd dominus post decennium possit rem censualem dare alteri, etiam si non appareat censatarius,sed solum eius procurator qui nomine censatarij soluit pensionem. Cogita si casus eueniret,ex his quæ dicit dominus meus in loco hìc antè allegato.

ADuerte tamē ad prædicta,quia videtur ꝙ hęc nostra cōsuetudo sit cōtra dispositionē iuris , quia cōmunis est post glo.per docto. in c.cōstitutus.extrà,de religio. ꝙ cēsatarius cessans etiā per mille annos nō cadit à iure suo.& ita tenet Io.Fa.in §.adeo.insti.de locato.& Io.de Imo.in c.ad audiētiā.ext.de reb.eccle.nō alie.

ET in hoc* differũt cōtractus emphyteuticus à cēsuali,quia in emphyteutico si cessauerit per trienniũ cadit à iure suo.l.fi.C.de iure emphy.secus de iure in censuario,qui non cadit in commissum.d.c.constitutus. vbi glo.alia videtur esse differentia,quia dominus census transfert omne dominiũ scilicet directũ & vtile,emphyteuticarius tamen vtile habet dominus emphyteute directum notant docto.in l.j.C. de iure emphy. Ioā. tamen Fab.in §.adeo. insti.de locato.dicit quòd scit quòd de consuetudine censatarius cadit à iure suo per cessationem solutionis.Item etiam ille qui recipit censum dicitur dominus directus,& recipit laudemia vt dictũ est antè. ¶Vide Boerium in consue.Bituricen.tit.de consuetu.feudorum.§.xxiiij. 5 Differētia inter emphyteutā, & cēsuarium.

SED quid * si dicatur in contractu quòd talis dedit talem rem tali ad censum & emphyteusim, an sit contractus emphyteuticus,& sic per cessationem triennalem excludetur à iure suo,an verò sit cōtractus censualis,& sic per cessationem decēnalem excludetur à iure suo? Io. Fabr.in d.§.adeo.quærit de hac quæstione,vide pleniùs per do.meum.Ias.in l.ij.in xxxv.col.C.de iure emphy.vbi semper dicunt quòd potiùs est præsumendũ ꝙ sit contractus censualis,quā emphyteuticus.Soci.in cōsi.suo cclxvj.in x.col.¶ *An istud sit verum etiam in censatario fisci,vel ecclesiæ in fisco? videtur ꝙ nō, quia de iure habet biennium in locatione,& trienniũ inter priuatos.l.qui agros.vt hìc antè dictũ est.C.de omni agro deserto.Et ideo cũ princeps huius patrię dicat in fine harũ cōsuetudinũ,ꝙ nō intēdit per cōtēta in dictis cōsuetudinibꝰ præiudicare suis iuribus.Credo ꝙ quo ad cēsuarios principis nō habeat locũ iste.§.Et aduerte * quia ecclesia de iure cēsatariũ nō soluētē potest expellere post bieniũ.authen.qui rē.C.de sacrosa.eccl.& de iure canonico statim.x.q.ij.c.casellas.§.qui rē.¶An istud ius sit sublatũ per hāc cōsuetudinē quo ad cēsatarios ecclesię,an verò semp remaneat ecclesia in suo iure? Credo per ea quę dixi in §.j.in gl.*L'homme & femme*,suprà.*Des retraictz*,ꝙ ecclesia ligatur hac nostra consuetudine cōtra ius.¶Ad vltimā quæstionem glo.vide Boerium in consue.Bituricen.tit.de cōsue.feudorũ.§. xxiiij. 6 Quæstio 7 Censatarius fisci. 8 Ecclesia

IN TEXTV IBI, *Demourront au seigneur censier.*

SED quęro,*an hoc casu cēsatarius sit priuatus ipso iure suo fundo cēsuali,an verò requiratur sententia? videtur quòd sic,cùm loquatur per verbum futuri temporis.faciunt quæ in simili notat do. meus Ias.in l.ij. in ij.& iij.col.C.de iure emphy.vbi plura dicit in simili quę faciunt ad propositum. vide eundem ibi. 1 Quæstio

SED pone quòd censatarius antè illud tempus imposuerit seruitutem , aut aliud onus super re censuali , an si hoc casu res censualis reuersa fuerit ad dominum teneatur dominus census ad illa onera per censatarium imposita? Bald. in l.iij.C.de serui.& aqua. dicit quòd in re emphyteutica dominus non tenetur,quem sequitur do.meus Ias.in l.fi.col.xxxiiij.ibi octauò quæro.C.de iure emphy. cùm emphyteuta & cēsualis æquiparentur,vt tenet ibidem dominus meus Ias.col.xxxviij.ibi, decimooctauò quęro.¶Philippus Decius cōsilio suo cxxxix.incipien.primò non videtur dubitandum.col.iiij.in ij.vol.alle. Alex.in quatuor consiliis,& Bal.in consi.ccclxxj.in j.vol.& Soci.in consi.lxxxv.inci.viso processu.col.penul. * ¶Aliter tamen in re censuali dispositum est per consuetudinem nostram,vt in §.præcedenti habetur.

POne ꝙ dominus aliquis dedit aliquam rem Titio ad censum,cum hoc quòd eidem domino solueret singulis annis decem corbes frumenti,& Sempronio duos , talis Titius stetit per decem annos absque eo ꝙ soluerit dictum censum, dimittendo rem censualem incultam & desertam, ex quo res reuersa est ad dominum, an teneatur dominus soluere Sempronio dictos duos corbes frumenti? ¶Istam quæstionē originaliter format Guilelmus de Cug. in l.adoptiuum.§. patronum.ff. de in ius vocan.vbi arguit ad partes.Et finaliter concludit quòd dominus imperpetuum tenebitur illi Sempronio,ad prædictos duos corbes frumenti. per illum textũ,& tex.in l.j.C.si mancipiũ ita fuerit alie.in quibus dicitur quòd si res ad me redeat, debeo seruare coūē tionem quā volebam seruari per alium,cum quo super ea re contraxi.Et cum eo tenet Ang.in d.§. patronum. Et ibi Alexā. & do.meus Ias.post Pau.de cast.dominus tamen Ias.in l.ij.in xlij.col.ver.xxiij.quæro.C.de iure emphy.dicit quod veritas huius quæstionis pendet ab his quæ ponunt Bar.Ang.& Imo.in l.qui Romę.§.Fla- Quæstio.

uius.ff.de ver.obli.& latè Bar.in l.cùm à ſocero.C.de iure dotium.& in aliis locis per eum allegatis ibi in quibus tangitur,an per pactum ſit ius tertio irreuocabiliter acquiſitum,an verò poſſit reuocari,quia ſi per tale pactum ſupradictum ſit ius illi Sempronio irreuocabiliter acquiſitum , non eſt dubiũ quòd dominus ad quem res eſt reuerſa,tenetur perpetuò illi Sempronio.Si verò tale ius ſit reuocabile,tunc ſecùs.

ADDITIO. Aduerte etiam quòd habens fundum non poteſt per inueſtituram nouã præiudicare agnatis,quibus competebat ius per antiquam inueſtituram, vt tenet Matt.de affli.in conſtitut. regni Siciliæ quæ incipit,cùm circa iuſtitiæ.in viij.not.* ¶ De reſeruatione iuris quæ fit tertio.vide Alexã.in conſi.ſuo xxviij.col.iii.in primo vol.Feli.in c.inter monaſterium.col.iij. de re iudic. vbi allegat illud conſiliũ Alexan.quod eſt repetitum in conſi.xxxj.in ij.vol.dicam infrà.

Quæſtio. ADuertendum eſt etiam, an ſi acquiro tertio aliquod ſeruitium ei præſtandum per alium , an poſſim poſtmodum reuocare,videtur quòd ſic,per textum in l.iij. Et ibi Bart.ff.de ſeruis exportan.per l.j.Et ibi Bal. C.ſi mancipium ita fuc.alienatum.& refert dominus in d.l.ij.in xciij.col.C.de iure emphy. de qua via brocar-
2 dica.plenè idẽ do.meus in d.l.ij.in xcviij.col. ¶ Et adde,* an impetrãs beneficiũ vel priuilegiũ in quo cõtinetur fauor tertij , poſſit renũtiare illi priuilegio inuito illo?vide Panor. in c. ex conqueſtione. in iiij.col.extrà, de reſtitutione ſpoliato.Et vide per dominũ Feli.in rubrica de reſcri. & in ca.ex tenore.poſt Panor.in primo not.extrà,de reſcrip.& diſtinguit plenè Panor.in d.c.ex conqueſtione. Adde etiã quæ dicit do.meus Iaſ.in l. ſi arrogator.in antepe.col.ff.de adop.vbi dicit ꝙ ſi dilatio data eſt vni ad probandum, certũ eſt ꝙ eſt cõmunis
Quæſtio. vtrique parti,nunquid ille cui data eſt poſſit renuntiare,vt alter non vtatur? ¶ Aduerte,quia vt cõmuniter videmus,cũ venditores vendũt,vt plurimũ in dictis vẽditionibus vendendo dicunt, prædia per eos teneri vel eſſe onerata tali cẽſu vel reditu annuo,à tali vel tali domino.Quid operetur talis mẽtio,& ſi ſtipuletur vẽditor ab emptore ꝙ ſoluet prędicta onera,an talis ſtipulatio ꝓſit domino cẽſus?Iſta quæſt.fuit aliàs deciſa in ciuitate noſtra Heduẽ.ꝑ dictũ Spe.in tit.de locato.§.nũc aliqua.ver.lx.& lxiiij.& iſtã quęſt. etiã examinat.Io.Berberij in ſuo viatorio.tit.de locato.ver.quæritur etiam de alia. ¶ In contrarium tamen videbantur facere ea quæ hîc antè dicta ſunt,& ita fuit iudicatum in hac dicta ciuitate pro Petro Huguem. cõtra nepotes magiſtri Antonij Quartier. Fuit tamen poſtea dictũ per curiam parlamenti Burgundiæ contrarium in ſupradicto caſu, quia cum dictis verbis alio modo conſtabat de conſtitutione reditus,& de ſolutione facta per aliquot annos.

VIde etiam de hac quæſtione per G.Benedicti in ſua repetitio.c.Ray.in verbo , & vxorem nomine Adelaſiam.nume.1006.de teſta.vbi plenè & ibi etiam dè materia recognitionis, & quid operetur.

IN TEXTV IBI. Sans plus eſtre tenu.

BART.in l.j.§.permittitur.ff.de aqua quotidiana. dicit iſtud nõ eſſe idẽ,quãdo emphyteuſis finita eſt per generationẽ,puta quia data fuit ab eccleſia certa res in emphyteuſim cuidam vſque ad tertiam generationem,ꝙ ſi finita eſt illa generatio,ꝙ deſcenden.poſſunt petere eis confirmari,& de facili impetrabũt,& eſt iniuria ſi non fit refirmatio.Et ideo poſſet appellari de iure canonico ad ſuperiorem, vt cogat quòd refirmatio fiat de hoc in c.bonæ memoriæ.de poſtu.prælato.vbi gl.allegat hũc tex.& eſt tex.in l.nullius.C.de decu. lib. x.ſed ſecùs eſt in hoc caſu,quia hic cenſatarius amiſit ſua negligentia ſeu culpa,ex quo debet ſibi imputari.cùm
1 Damnũ alicui ſua culpa proueniẽs ſi-2 bi imputatur. *damnum quòd quis ſua culpa ſentit ſibi debet imputari.de qua doctrina Bar.in dicto.§.permittitur.multi doctores tam conſulendo,quã aliàs fecerunt magnum feſtum.Et circa eam multum inſudauerunt,maximè Alex. in conſi.ſuo.lxxx.in vj.col.in j.vol.do meus Iaſ.in l.ij.in.xxix.col.C.de iure emphy.vbi dicit,*quòd talis facultas ſeu potentia petendi refirmationem pręſcribitur anno.Do.Frã.Cur.pleniſsimè vbi adducit multos tenuiſſe contra Bar.Ro.conſi.lxx.inci.viſis thematc. in ij.col. Et in conſi.xxij. in ij.col.& in conſi.ccxij.inci.quo ad primum.in ij.col.Alc.in conſi.x.in iij.vol.Io.de imò.in conſi.xxvij.inci.viſo quodam inſtrumẽto.in ij.col.ibi, in contrarium facit.Et in conſ.xxxviij.inci.in caſu præmiſſo.in ij.col.& in conſi.lxviij.in.ij.col.

ADDITIO. De hac materia vide Mat.de af.in conſti regni Siciliæ quæ incipit ſicut accepimus. in viij. not.vbi limita illam doctrinam duobus modis, vno modo ſcilicet ſi filius non ſit hæres patris.Alio modo,niſi antèquam filius petiiſſet iam alteri locata fuiſſet. Quid de iure eſſet dicendum in cenſatario vagabundo,vide Ioan.Berberij in dicto ſuo viatorio.tit.de locato.verſi.quæro etiam de quotidiana quæſtione.vbi per eundem plenè.

§. SEXTO.

LE ſeigneur cenſier ou rentier d'aucune choſe peult adreſſer, Et a ſon action pour les arrerages a luy deubz de la cenſe ou rente contre l'aſſignal. Et contre le tenementier d'iceluy,ſans ce qu'il ſoit tenu de diſcuter l'actiõ perſonnelle contre le principal obligé,ou ſes hoirs,ſ'il ne luy plaiſt.

IStud erat de iure codicis.l.perſecutione pignoris omiſſa debitoris actione perſonali.conueniri creditor,vrgeri non poteſt.C.de pig.de iure tamen autenticorum non poterat agi hypothecaria, donec fuiſſet diſcuſſa actio perſonalis, contra principalẽ debitorẽ.authẽ.hoc ſi debitor.C.eo.de pig. ſed hodie iure nouiſſimo,& lege noſtra municipali, idem eſt quòd iure codicis . Et ideo redimus per hanc conſuetudinem noſtram in hoc ad ius antiquum. Et ideo aduerte quòd authẽtica.hoc ſi debitor.C. de pig.limitatur hîc per conſuetudinem noſtram.De qua limitatione & pluribus aliis,vide do. Sozinũ in ſuis fallẽtiis,in litera. Et in regula excuſſio.cxxxiij.vbi ponit duodecim limitationes ad dictã authẽ.hoc ſi debitor. & ad authenticam,præſente.C.de fideiuſ. ¶ Et materiam excuſſionis quando & quomodo fieri debeat, vide do.meum Iaſ.in.§.item ſi quis.in xv.xvj.xvij.xviij.xix.& xx.colum.inſti.de actio.vbi plenè & nota quia poteſt quotidie euenire in caſu,ſcilicet quando quis eſt obligatus pro vno debito,pro quo eius bona ſunt hypothecata in genere ſine conſtitutione reditus.Et vide hoc caſu per An. Barba. in conſi ſuo.xxviij. in.j. vol. ¶ De materia huius conſuetudinis vide Boerium in conſue.Bituricen.titu.de conſuetu.hypothecæ.§.j. vbi dicit ꝙ hæc conſuetudo non habet locum in ſola obligatione perſonali.

In textu

IN TEXTV IBI, *D'aucune chose.*

CREDO quòd per ista verba. D'*aucune chose*. ista consuetudo tantum intelligatur de hypotheca speciali, non de hypotheca quæ habet omnia bona hypothecata pro aliquo reditu annuo. Cùm etiam de iure authen. hoc si debitor. C. de pig. super qua videtur fundata hæc consuetudo, non videtur habere locum in hypotheca generali, vt videtur tenere Bar. in l. si creditor. §. quæritur. ff. de distractio. pig. vbi videtur tenere quòd hypotheca generalis, non impedit dominij translationem. ita quòd prius est agendum contra principalem debitorem, quā contra tertium possessorem, quando est tantū hypotheca generalis, ita quòd illa præposteratio ordinis in hoc casu vitiat processum, & reddit processum retro nullū, quando est oppositum antè litem contestatam. vt per plura tenet Barb. in d. consi. xxviij. in. vij. & viij. col. in j. vol. Et facit, quia dictio aliqua, seu alicuius, rei est diminutiua seu moderatiua. gl. est singularis in cle. vnica. super verbo aut earum parte, de foro comp. & ibi Abb. & in c, relatum. *Le second*. de test.

ADDITIO Et quòd dictio aliqua sit diminutiua. tenet Bertran. in consi. suo cētesimo in prima parte. nu. viij. Et aduerte, quia etiam videtur quòd constitutio seu emptio annui reditus, assignata generaliter super omnibus bonis non specificatis aliquibus in contractu, non videtur bona nec de iure approbata, sed tantum in casu in quo certa bona sunt expressa in contractu emptionis annui reditus, pro securitate illius affectata seu pro solutione obligata, vt satis faciunt textus ad literam in extrauagantibus regimini. j. &. ij. de emp. & venditione. Quoniā antè huiusmodi extrauagantes erat dubiū, an tales contractus emptionis annui reditus essent validi an vsurarij, & per illas extrauagantes permittuntur cū illis qualitatibus, ideo sine illis nō videntur approbari, imò reprobari. cū vnius inclusio alterius sit exclusio. dixi in meo monologio, in verbo, vsura. & in meo Catalago gloriæ mundi, in finali parte in. xcix. cōsideratione ver. pro. xxv. limitatiōe aduerte. *

IN TEXTV IBI, *Et a son action.*

AN hæc actio descendens ex statuto sit bonæfidæi vel stricti iuris? vide Bal. in rub. de constitutio. extrà, col. iiij. Et an sit ciuilis, vel prætoria, vide do. meum Ias. in §. sed iste. col. vj. Et ibi quæ vtilitas proueniat ex ista inuestigatione. & dicit Alex. in l. si constante. ff. sol. mat. col. x. * quòd exceptio excussionis est de apicibus iuris, & tamen potest opponi coram arbitro. 1 *Excep. excussionis.*

IN TEXTV IBI. *Contre l'assignal.*

IN hoc intentatur actio hypothecaria realis, quæ multum practicatur in hac patria Burgundiæ, maximè in cancellaria, eo maximè, quia venduntur hæreditagia affectata reditibus, pro arreragiis debitis subhastationibus primo factis, & decreto iudicis interposito traduntur & deliberantur vltimo appretiatori, & concluditur in libello quòd soluere cogatur tantum pro arreragiis escheutis, & in his quæ cedent lite penden. & quòd cogatur in futurum soluere. Quam practicam ponit Ioan. Fab. in §. præiudiciales. in vij. viij. & ix. col. institu. de actio. vbi ponit quomodo in talibus sit agendum & concludendum, & licet aliqua dixerim amplissimè in tractatu pignorum de nostra subhastatione, tamen in gl. seq. aliqua dicam. *Actio hypothecaria realis.*

SED tamen * quæro an annua præstatio sit seruitus? videtur quòd nō realis, quia non debetur prædio, nec personalis, quia non debetur à persona personę. argu. l. Caius. C. de annuis lega. Ideoque non causat ius in re, nec obligat tertium possessorem singularem, vt possit agi contra eum immediatè. l. fi. §. fi. ff. de contrahen. emp. l. fundi Trebatij. ff. de vsufru. leg. * & sic non sequitur fundum. l. liberto. ff. de auro & argen. leg. & istud videtur esse de iure. ¶ Tamen de consuetudine & vsu Burgundiæ, si sit certa res assignata siue obligata pro reditu, vt communiter fit, creat ius in re, & adhæret rei, adeo quòd sequitur rem & fundi possessorem, quod est æquum & iuridicum. arg. l. imperatores. ff. de pub. 1 *Quæstio.* 2

ET ista est prima limitatio ad id quod dictum est, quòd annua præstatio non sequitur fundum & fundi possessorem, quæ probatur per hanc nostram consuetudinem. *Annua præstatio non sequitur fundū.*

SEcundò, limita non habere locum in alimentis præstandis. l. hactenus. ff. de vs. vbi tex. ęquiparat tributū & alimenta, & dicit ea esse onera fundi. facit. l. ij. ff. de ali. & ciba. leg. *Alimenta.*

TErtiò limita in tributis, quia sequuntur fundum. l. fi. C. sine censu vel reliquis. facit. l. hactenus. cum ibi notatis. ¶ Vide Boetium in hoc in consuetudine Bituricen. tit. de consue. hypothecæ. §. j.

QVartò fallit in decimis argumento. l. munerum. §. patrimoniorū. ff. de munc. & hono. faciunt quæ dicit Sozi. in cōsi. ccxxvij. col. j. per tex. in c. cùm non sit. & ibi Inno. & docto. extrà, de decimis. vbi dicit * ꝙ decimæ prædiales debentur à possessoribus percipien. fructus. facit. c. si quis laicus. xvj. quæst. j. 3 *Decimæ.*

QVintò fallit, si ex vetustate tanti temporis quòd de contrario memoria non sit, præstatio annua nō fuit soluta super aliquo fundo, quia tunc adhæret rei immobili ex vetustate quæ vicem legis obtinet. arg. l. primæ in fi. & l. sequen. ff. de aqua pluuia. arcenda. idē dic si non ex vetustate, sed solum per triginta annos: quia omnes præscriptiones de consuetudine sunt redactæ ad hæc tempora, & in hoc casu erit similis seruituti, quia sicut seruitus fundi sequitur fundi possessorē. & hæc l. penul. ff. de serui. l. via. §. si fundus. ff. de serui. rusti. prædio. l. j. C. communia prædio. traditio. §. j. ff. de acqui. pos. secus tamen esset etiam si ex vetustate, vel per triginta annos percepissem, siue prædecessores mei ab aliquo & suis prædecessoribus, annuam pensionem nulla re designata, vel nullo fundo designato, quia tunc illa obligatio esset personalis. argumento. l. fi. §. fi. ff. de contrahen. empt. Aduerte etiam, quia Cy. in l. si quis argentum. in secunda oppositione. C. de donatio. * quòd reditus importat ius reale, annua præstatio ius personale. 4

ET reditus * non tantum importat quantum census, quia habens reditum non dicitur dominus directus, nec habet laudemium, nec retentionem, nec alia priuilegia quæ habet dominus census, vt suprà eodem tit. dixi in §. j. & licet census suprà censum non possit imponi, tamen reditus suprà reditum imponi potest, tamen primus reditus prius soluitur. & in hoc quia prior est tempore, ideo potior est in iure, & in hypotheca, & in hoc vt videmus quotidie, versatur curia cancellariæ huius ducatus Burgundiæ, in collocatione creditorum habentium reditum in re, quia qui prior est tempore, potior est in iure. l. si fundus. §. si duo. ff. de pig. 5 *Reditus & census differunt.*

SI autem pluribus simul constituuntur eodem momento, puta in vna verborum conceptione, tunc cuilibet datur pro dimidia re, si verò diuersis momentis, tunc cuilibet insolidum, d.§. si duo. & l.idemque.§.si tibi. ff. qui potio. in pigno. habean. De hac regula cũ plenè examinetur per Barto. in l.si & iure.ff.qui potio. in pigno. habe. Et per Dy. in regula qui prior. cum apostillis & additionibus ibi, de regu. iur. in vj. non vlterius me extendo. ¶Sed quæro, * aliquis cēsatarius diu soluit censum alicui, an teneatur illi ignoranti pro qua re msibi soluerit, ostendere rem pro qua soluit, & quã ab eo tenet? Spec. titu. de emphyteusi, ver. lx. quærit de hac quæstione, & conclusiuè tenet ꝙ nõ. & vide eundem ver. lxj. lxij. & lxiij. quomodo sit fiendum, quando censatarius dicit ostendas mihi rem super qua ego debeo censum, aliàs non soluam ampliùs. & vide in §. præcedēti. in glo. j. ibi, *aux heritages mouuans*. Aduerte ad vnum verbum Alex. in consi. cxiij. in iiij. vol. in fine.

6 *Quæstio*

SED an per istam consuetudinem, quæ dat facultatem recurrendi ad assignale. ordo l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. sit sublatus, ita etiam ꝙ contra tenemētarium non sit primò incipiendum à mobilibus? Credo ꝙ in hoc sufficit, ꝙ ista consuetudo tollat in aliquo ius commune, quoniam sufficit ꝙ tollatur. authē. hoc si debitor. C. de pig. Ita ꝙ hoc casu, etiam si fiat executio contra tenementarium, ꝙ incipi debeat à mobilibus, aliàs actus erit nullus. Feli. in c. cùm dilecta. in vj. col. extrà, de rescrip. Alex. consi. v. col. iij. in ij. vol. Ioan. de Imo. in d.§. in vēditione. Item hæc cõsuetudo tollit tantùm obstaculum iuris, quod erat, quòd primò erat conueniendus debitor principalis, vt satis declarant verba sequentia in textu ibi. *Sans ce qu'il soit tenu &c.*

IN TEXTV IBI, Contre le tenementier.

1 *Tenemētari⁹ quis.* ADuerte quia differentia est inter detinere, & possidere, & habere. vt est tex. & ibi doct. in l. stipulatio ista habere licere. §. hi quoque. ff. de verb. obli. & in l. possessio. §. qui in aliena. ff. de acquir. pos. * & hoc verbũ tenemētarius, deriuatur & ꝓcedit à verbo teneo. ꝙ quãdoq; significat habitare seu morari. vt Vergilius iiij. Geor. Quæ gurgitis huius Ima tenes. Hìc verò crederē capiendũ istud verbũ pro detētore. de quo vide quomodo differũt in §. j. instit. de verb. obli. Vide practicã Papiē. in sua practica, in forma interrogationũ, fiēda reo

Detentator. conuento actione reali. in glo. vel etiam detentator. & in glo. prima, an dictus. Et vide etiam quomodo detentator capiatur, per Alex. cõsi. suo lj. in vlti. col. in j. vol. ¶Et aduerte ad id quod dicit Felinus in rubrica prooemij decreta. in ij. col. * ꝙ ex cõmuni vsu loquēdi possidere accipitur ꝓ detinere, ꝙ an cõprehēdat locatorē,

2 *Possidere.* vide Alex. in dicto consilio quinquagesimoprimo. Et vide eundem Papien. in forma libelli in actione reali, in glo. tenet & possidet. & in apostilla. Et vide Barba. in rub. de fide instrumentorum in x. col.

ADDITIO. Et sic vides hìc ꝙ hoc casu datur actio contra singularem successorem. Sed quid in obligatione quæ in vim pacti potest executioni demandari contra debitorem, an si interim alienat bona, possit fieri executio contra singularem successorem? vide Matt. de affli. in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, pacis cultum. in vij. col. vbi dicit quòd si in instrumento apponatur clausula precarij aut constituti, per debitorem constituentem se possidere bona sua pro debito, ꝙ creditor poterit etiam propria autoritate executionem facere cõtra singularem successorem, quod est multũ notandũ. & esset hoc casu magna limitatio ad consuetudinem nostrã suprà positam in titulo. *Des rentes uendues a reachat & executions*. §. iij. qui incipit. *Meubles nont point de suytes en hypotheques*. quoniam videtur quòd ille. §. non habeat locum quando debitor constituit se tenere bona sua, nomine creditoris pro debito. dixi ibi.

ADuerte quia Gui. pape in consi. suo. iij. in j. vol. dicit quòd actio realis potest intentari contra locatorem, quia ipsa datur etiam contra tenentem seu detinentem. l. officium in fi. ff. de rei ven. facit dictum Innocen. in c. quoniam. extrà, vt lite non contesta. & c. cùm super. in medio magnę gl. extrà de re iudi. & Petrus de ferra-

3 *Locator an dicatur possessor.* riis in forma interrogatoriorum. in verbo, detentor. ¶Adde * an locator possidet. Feli. in c. inter dilectos. col. viij. extrà, de fide instrumento. vbi dicit quòd inter contrahentes per locationem probatur possessio, sed non inter extraneos. & vide tex. multum singularem in l. si pignus. ff. de pig. actio. vbi per locationem retinetur possessio. ¶Adde Alex. consi. suo. xxviij. in ij. volu. vbi etiam allegat. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. Si tamen locator aut colonus, tradat post possessionem quã habet ab emptore alteri, an præiudicet domino? vide Bal. in consi. cccxxv. in j. parte. ¶Et an teneatur soluere tributa, vide Alex. in consi. iiij. in v. vol. alle. per Pyrrhum in consue. Aurelianen. tit. de feudis. c. iiij.

ET adde Alex. in consi. cxxiij. in ij. col. in j. vol. & vide Bal. in l. j. C communia de vsu. quomodo verbũ possidere simpliciter prolatum accipiatur, crederem hoc casu quòd intelligatur contra tenementarium, habentē

4 *Vsufructuarius.* aliquod dominium, quodcunque siue vtile, siue directum, quod est pluribus modis, * ideo etiã intellige in vsufructuario qui habet dominiũ, vt satis probat do. meus Ias. in l. j. §. fi. ff. de no. ope. nun. Et etiã in illo qui possidet, ex quo etiam comprehenditur vsufructuarius, vt notat Bar. in l. de pupillo. §. sextus. ff. de noui ope. nun.

5 SED quia * tenementarius tenetur etiam pro omnibus arreragiis escheutis, etiam præteriti temporis, vt notatur in l. imperatores. ff. de publica. & in c. tua nobis. & c. pastoralis extrà de decimis dixi. suprà. in tit. *Des droictz & appartenancces a gens mariez*. §. *La femme apres le trespas*. in gl. statim allegãda, an etiã vsufructuarius ad tempus, puta mulier pro iure dotalitio, vel pater pro tempore administrationis filij vsque ad tempus pubertatis teneantur & possint cogi etiam pro arreragiis escheutis, & præteriti temporis? ¶Quãtum ad mulierem, credo quòd tenetur solùm pro tempore, pro quo habet vsumfructum. Et si cõueniatur in totum, quòd potest facere creditor, habet recursum contra hæredes mariti. suprà in tit. *Des droictz & appartenances a gēs mariez*. in. §. *La femme apres le trespas de son mary*. Et idem de patre dixi. suprà in tit. *Des enfans de plusieurs lictz*. §. *Et aussi le pere est legitime administrateur*. Sed plenè in d.§. *La femme apres le trespas*. in gl. *Et supporter la moy-*

6 *tie. &c.* * Sed aduerte an tenementarius tenetur soluere decimas præteritas? vide suprà tit. *Des droictz & appartenances a gens mariez*. §. vj. in glos. *Et supporter la moytie des charges*. ver. primo. in additione ibi posita, incipiente, dic idem.

ADDITIO. Vide Mat. de Affli. in decisi. suis. decisio. xcv.

ET aduerte, quia in hoc intentatur hypothecaria, cùm datur contra possessorem, & ideo est in rem. l. pignoris. Et ibi Bar. & Bald. C. de pigno. l. pignoris. Et ibi Bart. ff. de pig. Et idē Bar. in. §. ne autē tertij. in proœmio

mio digestorũ. & do.meus Iaſ. poſt alios in §.item ſeruiana.inſtitut. de actionibus.*Ex quo ſequitur, quòd iudex loci rei, hoc eſt vbi res eſt ſita, debet eſſe iudex, hoc eſt, ſi dominus cenſus agat contra aſſignale vel tenementarium, iudex loci vbi res eſt ſita, dicitur iudex competens, & poterit procedere vſque ad primum decretum, & etiam iudex domicilij perſonæ tenementarii, dicitur iudex competens: ita quòd eſt in arbitrio actoris eligere quem velit, ita eſt tex.& Bart.Bald.& Pau.de caſt.in l.fi.C.vbi in rem actio. qui ita intelligit illam legem, nam iudex domicilij eſt potiſsima cauſa iuriſditionis.Bald.in l.j.C.ſi à non competen. iudice.ex quo & pluribus alijs motiuis, dixi quòd de re ſita extrà balliuatum Heduen.poteſt quis agere contra tenementarium habẽtem domicilium in balliuatu Heduen.coram domino balliuo Heduen.pro arreragiis eſcheutis, non inficiando tamen quòd poſſet etiam conueniri coram iudice loci vbi res eſt ſita, vt procedatur contra eum ſi ſit abſens vſque ad primum decretum. Et ideo cùm ſit realis, non poteſt iudex eccleſiaſticus cognoſcere.Ioan.Fabri.in.§. item ſeruiana.in ix.colum.inſti.de actio.& dixi.ſuprà in §.j.huius tit.in gl.*Loux*.ver.nunquid autem in additione ibi poſita.inci. aduerte quoniam. 7 *Iudex competens*

ET aduerte quòd in huiuſmodi proſecutione, etiam contra tenementarium eſt ſeruanda forma executionis, de qua in l.à diuo pio.§.in vẽditione.ff.de re iudi.& ſi non ſeruatur in executione, eſt nulla.vt tenet Feli.in c.cùm dilecta.in vj.colum.ver.ſecundum ſignum.extrà, de reſcriptis. & in c.quo ad conſultationem.in x. colum.extrà de re iudi.& Soci.in conſi.ſuo clviij.inci. viſis proceſſu, ſententiis, & conſiliis.ver. ſecunda ratio eſt in ſecunda parte.licet Bart.videatur in d. §.in venditione.tenere contrarium.cùm dicat quòd poteſt appellari, ſed de communi ſtylo & practica Franciæ obſeruatur quòd eſt nulla, ab ea tamen eſt appellandum.*

ET ſi ſint plures poſſeſſores*huius rei hypothecatæ, omnes ſunt conueniendi.ita tenet Bar.in l.moſchis.ff. de iure fiſci.niſi ſit ipſemet debitor, quia hoc caſu creditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus ſibi obligatis, quibus velit diſtractis ad ſuum commodum peruenire. text.in l.creditoris. ff. de diſtra.pig. Sozi. conſi. lxxv.in penul.col.vide.ſuprà in tit. *Des rentes uendues a reachat*.§.ij. quaſi in fine, vbi dixi. ❡An cenſus diuidi poſsit.vide Bart. in l.fraudati.ff.de publi.Barb.in.l.iiij.§.cato.ff.de verbo.obli.& Pyrrhum in conſue. Aurelianen.tit.de laudemiis.capite.xv.fo.xxxiiij.dixi ſuprà.in gl.hîc per me allegata. ❡Et ibi per illam cõſuetudinem diuiduus eſt.idem etiam per cõſuetudinem Pictauien.arti. xliij.lxxxiiij. & lxxxv.Poteſt etiam fieri diuiduus ex facto, & tacita voluntate creditoris, ſi partem ab vno accipiat pro parte & perſona ſua.l.ſi creditores.& ibi doctores.C.de pac.& facit.l.fi.C.de remiſſio.pig.* 8 *Cenſus an poſsit diuidi.*

SED aduerte quia cùm* intentatur hypothecaria contra poſſeſſorem, debet probari dominium debitoris tempore contractus, hoc eſt probare quòd hypothecans erat dominus rei hypothecatæ, tempore quo hypothecauit.l.& quæ nõdum.§.quòd dicitur.ff.de pig.Lud.bologninus in conſi.ſuo.lxxvj.allegãs Bal. in duobus conſiliis.Bar.in l.rem alienam.ff.de pig.actio. & iſtud intellige in hypotheca ſpeciali, ſecus in generali tex.& ibi Bart.in d.§.quòd dicitur.& in d.l.rem alienam.Ita etiam tenet Alex.conſi.ſuo.cxxxvij. & ſequenti. col. ij.vol.Bar.in l.cùm res.C.ſi res aliena pig.data ſit. ❡Bene dicit, quòd quando agitur contra poſſeſſorem, debet probari dominium debitoris tempore contractus, quia ſecus eſt ſi agatur contra debitorem, quia debitor non poteſt referre quæſtionem dominij contra debitorem, debet tamen probare debitorem fuiſſe poſſeſſorem & articularem etiam fuiſſe dominum, licet non probat, vt per plura tenet dominus meus Iaſon poſt alios in §.item Seruiana.colũ. xiiij.inſtit.de actio. vbi plenè tangit hanc materiam. Et facit differentiam in hoc caſu inter hypothecam ſpecialem & generalem, cùm dicat quòd in hypotheca generali poteſt referre quæſtionem dominij in vna re particulari, & in hoc nec arguetur de mendacio, nec conuincetur de dolo, vt ibidem dicit do. meus Iaſ. Et vide etiam ad prædicta Alexan.in conſi. ſuo cxv. in vj. volu.vbi dicit quòd etiam ſi conuenior hypothecaria per creditorem, potero negare rem fuiſſe tuam, licet habeam à te cauſam, ita tenet Ang. in l.j.ff.de publica.vbi dicit ſe de facto pluries prædicaſſe. 9 *Hypothecæ generalis & ſpecialis differentia.*

ADuerte tamen, quia multi conantur habere hypothecam ſpecialem credentes bene agere, conſultum tamen magis eſt, ſi habeant hypothecam generalem, * cùm res prohibita alienari per ſpecialem hypothecam non poteſt hypothecari, ſed in generali hypotheca omnium bonorum, comprehenditur etiam res prohibita alienari.l.fi.C.quæ res pig.obli.poſſunt.& tenet plenè Ioan. de monteferrato in repetitione. §. diui.in l.filiuſfa.in xxxij.col.ff. de leg.j.quem vide. ❡Aduerte etiam quòd habens ſpecialem & generalem, debet primo excutere ſpecialem, quam deuenire ad generalẽ.l.ij.C.de pigno.& ibi Bal. & Bart. ❡Item aduerte quòd in patria conſuetudinaria Aurelianen.requiritur declaratio hypothecæ, & declaratione ſemel facta, ſemper poterit agi contra poſſeſſorem, vt habetur in conſuet.dicti loci.tit.de exec.inſtru. capite xvj. & ibi per Pyrrhum commentatorem dictarum conſue. 10

ITem intellige prædicta ad hoc vt detur hypothecaria, ſed ad agendum interdicto Seruiano, ſufficit probare poſſeſſionem, notant docto.in §. item ſeruiana inſtitut. de actio. Alexan.in l.rem alienam.ff. de pigno. actio. de quo in l.j.C. de ſeruiano interdicto.* quòd datur ſi colonus tuus intulit res in fundo, vel inquilinus in domo, & res illæ à colono, vel inquilino, vel alio poſſideantur, poteſt poſſeſſionem illarum rerum auocare per interdictum ſeruianum. & quomodo in eo formetur libellus, ponit Roffredus in ſuis libellis in iure ciuili, in tit.ſi colonus tuus intulit &c.rubrica de interdicto Seruia.quia tamen non multum practicatur, non inſiſto. *Seruianũ interdictũ* 11

ITem *etiã probare debet agens rem fuiſſe, ſibi prius hypothecatam, quam poſſeſſori alienatam.l. de rebus. & ibi docto.C.de donatio.ante nuptias.Bar.in dicta l. rem alienam.Bar. tamen in l.j.C.de iu. fiſci. lib.x. per illum text. qui eſt ſingularis, dicit, fauore fiſci poſſeſſor probare debet rem fuiſſe ſibi priùs hypothecatam, quam fiſco. ita etiam dicit Barto. in d.§. quòd dicitur.& Specu.in titu.de probatio. §. ij. verſicu. quid debet. ❡Sed quid ſi res tempore hypothecæ non ſit hypothecantis, efficiatur tamen poſt hypothecam conſtitutam ſua, an etiam ſi poſtmodum alienetur, tranſeat cum onere hypothecæ, ita quòd à poſſeſſore non poſſit auelli? vide Bar.in l.ſicut.§.ſuperuacuum.ff.quib.mo.pignus vel hypo.ſolui.per tex.in l.fi.C.de remiſſio.pigno. 12

ITem etiam *debet probare debitum & cauſam, pro qua fuit res hypothecata, prout tenet idẽ Bar. in d.l.rẽ alienam.in v.col.ibi item habet narrare rem ſibi fuiſſe obligatam. dixi pleniſſimè in tractatu de pignoribus 13

Et iſta ſunt multùm neceſſaria in materia ſubhaſtationis quæ quotidie in curiis noſtris verſatur, maximè in cancellaria, quæ cum ita ſit in vſu, aliquid pro iuuenibns practicis dicere decreui in dicto tractatu, de pignoribus. *Quæſtio.* ¶ Quæro de quæſtione, aliquis cenſuarius agit contra cenſatarium pro arreragiis anni domini milleſimi decimiſexti eſcheutis in feſto ſancti Martini, in anno ſequẽte pẽdente adhuc proceſſu prædicto an poſsit agere pro arreragiis alterius anni ſequentis? videtur quòd non. tenet Hoſti. in c. cùm ecleſia ſutrina in fi. de cau. poſſeſ. & proprieta. quod eſt verum, ſi quæſtio vertatur ſuper principali, vt quia dicatur quòd obligatio eſt nulla, vel falſa, vel ſine cauſa. Secus, ſi dicatur contra primũ terminum, vt quòd nondum ceſſit dies, vel quòd nõ ſoluit, vel ꝙ obtulit, vel quid ſimile, tunc non impedit. arg. not. per Cy. in l. cùm notiſsimi. C. de præſcri. xxx. vel xl. anno. not. per Bar. in l. qui antè. ff. de ver. obli. & per do. meum Iaſ. in l. ſtichum aut pamphilum. ff. de verbo. obli. in penul. col. quòd pro reditibus annuis poteſt agi pro omnibus in primo anno, ſed non exequi.

14 SED quæro * an dominus cenſus poſsit cogere tenementarium, vt eidem faciat recognitionem de cenſu, faciẽdo & renouationem primi tractatus, ſeu primæ obligationis, Bal. multum notabiliter, qui fuit princeps iuriſtarum, in auth. ſi quis ruinas. C. de ſacroſan. eccle. dicit * quòd renouatio fit principaliter ex quatuor cauſis.

15 *Renouatio fit quatuor de cauſis.* 16 *Vetuſtatis* PRimò * ratione vetuſtatis, quia inſtrumentum cenſus vel emphyteuſis eſt multum antiquum, vnde debet renouari. gl. eſt notabilis in §. j. in ver. præparare. in auth. de hære. & falci. colla. j. de qua Feli. in c. accedens. j. in ij. col. extrà, vt lite non conteſtata. Et dicit Imo. ſub dubio fortè in l. ij. in penul. col. ff. ſol. mat. quòd iſtud procedit in quocunque contractu, ſcilicet quòd vbi inſtrumentum eſt antiquum, debet renouari. & vide Bar. in l. chirographis. in prin. ff. de admi. tut.

☞ ADDITIO. De renouatione contractus quomodo fieri debeat, & qui ſint vocandi, & quæ ſolennitas requiratur, vide Mat de affli. in conſti. regni Siciliæ quæ incipit. baiulos omnes. in gl. iiij.

17 *Neceſſitatis.* SEcundò * ratione neceſſitatis, & hòc dupliciter. Vno modo quia oritur neceſſitas ex conuentione facta de renouãdo, puta de tertia generatione in tertiã, vt eſt gl. ordi. in §. neque illud. in auth. de nõ alienã. colla. ij.

18 ALio modo * quia oritur neceſſitas ex conſuetudine, quia ita conſuetum eſt vt renouetur, & quòd aliquid ſoluatur pro renouatione. arg. l. domini prædiorum. C. de agric. & cenſi. lib. xj. crederem iſtud poſſe eſſe verum in cenſibus huius patriæ, in quibus dicitur quòd importent. *Loux, retenue, remuage, &c.* quia hæc verba *Remuage.* videntur hoc importare, ſcilicet quotieſcunque mutatur aut cenſatarius, aut dominus cenſus, quòd debet poſtmodum fieri renouatio, & pro renouatione ſolui laudemium. cogita ſi ſit verum, quia vt dicit Alex.
19 in conſi. ſuo. lxxix. in vj. col. in j. vol. * renouatio non eſt alienatio.

20 *Obſcuritatis tollendæ.* TErtiò * principaliter fiet renouatio ratione tollendæ obſcuritatis, & probationis difficultatis, vt quia per inſtrumenta antiqua non apparent noui fines terræ, certè tunc oportet innouari inſtrumentum, vt tollatur ambiguitas finium. arg. l. eos. ff. finium regun. & l. Lucius. ff. de actio. emp. & l. ſi prædiorum. C. ad legem fal.

21 *Mutatæ ſucceſſionis.* QVartò vt dicit Bal. * fit renuntiatio ratione mutatæ ſucceſſionis, & hoc dupliciter, vno modo in vniuerſalem ſucceſſorem, & in cenſum perpetuum, vel emphyteuſim perpetuam, vt tollatur materia negationis, vt eſt gl. auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. & poteſt eſſe ratio, quia vt videmꝰ in l. plures apochis. C. de fide inſtru. * ſicut apocha debetur ſoluenti, ita antipocha recipienti, & iſta antipocha debet continere renouationem & pauci practicant, eſſet tamen multũ vtile quòd deduceretur ad practicã, vt ſcilicet ſtatim mortuo domino directo, cenſatarij renouarent cenſum, in perſonam ſucceſſorum vniuerſalium.
22 Antipocha.

Auiſamentum. ALio modo ratione mutatæ ſucceſionis in ſingularem ſucceſſorem, cùm fienda eſt renouatio propter tria. primò propter quandam commoditatem quam ſentit dominus cenſus, quia habet laudemium ex renouatione, puta ſi aliquis emar rem cenſualem, aut aliàs ex contractu ſeu titulo ſingulari habebat rem cenſualem fit ei renouatio ex qua ſoluit laudemium, vt ſuprà dictum eſt in conſuetudinibus noſtris, quæ fundari videntur, ſuper. l. fi. C. de iure emphy. & in hoc eſt ſeruanda noſtra conſuetudo, quia vt dicit Bald. in hoc conſuetudo attenditur. l. his verbis. §. fi. vbi per Dy. ff. de leg. iij.

SEcundò propter obligationẽ cenſus, quia obligat ſe ſingulariter ſucceſſoribus ad cẽſum, ad quẽ non tenebatur ex obligatione autoris. facit quod notatur in l. ſi vſusfructus nomine. ff. quemadmodũ vſufru. caueat.

TErtiò fiet renouatio iſta, quia expedit ipſi ſucceſſori. nam deinceps poſt factam iſtam renouationẽ attenditur generatio iſtius, non autoris, quia ex ſua perſona nunc ſumit initium, ſed ſi nõ eſſet facta renouatio reſoluto iure datoris, reſolueretur ius acceptoris. l. ex vectigali. ff. de pig. l. peto. §. prædiũ. ff. de leg. ij. l. neceſſario. §. fi. ff. de pericu. & cõmo. rei vẽdi. l. ſi ex duobꝰ. ꝑ gl. & Dy. ff. de aſſigna. libe. & dicit Bal. ꝙ iſta ſunt bene notanda, quia alibi nõ inuenies. do. meꝰ Iaſ. in l. fi. C. de iu. emphy. in ix. col. voluit alio modo ponere doctrinam Bal. in hac materia, aliqua addẽdo, ſed mihi melior videtur doctrina Bal. Aduerte tamẽ ad ea quæ do. Iaſ. addidit. ¶ Et prædicta omnia refert & ſequitur Iaco. de ſãcto Geor. in repe. auth. q̃ rẽ. in xvj. col. C. de ſacroſ. eccl.

23 *An cẽſuarius poſſit mutare rem cenſualem.* SEd iterũ quæro, * an cẽſuarius poſsit mutare rem cenſualem, hoc eſt facere de ſylua vineam, vel de pratina aratoriã? Bal. in l. j. in vlti. col. in penul. q. C. de iu. emphy. dicit ꝙ non. cõtra Nico. de Mattarellis, & quoſdã alios. & iſtud etiã tenet Lud. bolog. in conſi. ſuo lxvij. in vlti. col. dummodo nõ noceat domino cẽſus. q̃d not.

24 *Quæſtio.* ITẽ quæritur, * quo loco debeat ſolui cenſus, an in loco rei cenſualis, an in domo domini cenſualis. do. Iaſ. latè determinat hanc materiã in l. ij. in. j. colum. C. de iure emphy. & dicit quòd ſi dominus cenſus, & cẽſuarius eſſent eiuſdem fori, quòd tunc cenſuarius tenetur ire ad domum domini cenſus. ita tenet Albe ibi, ſi verò ſint diuerſi fori, tunc cenſatarius non tenetur ire ad domum dicti domini. ita etiam tenet Bar. in l. item illa. in prin. in. ij. col. ff. de conſti. pec. & quando dicantnr eiuſdem fori, vide Bar. in dicto loco, & do. meum Iaſ. in d. l. ij. ad quos recurrendum eſt cùm caſus euenerit, quia plenè tractant.

25 *Quæſtio.* ET ex ſupradictis poteſt reſultare alia quæſtio, an * emphyteuta poſsit incidere arbores fructiferas, & quid de cenſuario, quia videtur eſſe idem, cùm cenſuarius per conſuetudinem noſtram habeat tantũ vtile dominium, & etiam per decenniũ cadit à iure ſuo. hãc. q. formauit Bartholomęus Cepola in tracta. ſuo. ſeruitutũ ruſticorũ prædiorũ. in ti. de mõtibus. ver. quæro quintò an emphyteuta. & notabiliter diſtĩguit, ad illũ recurras.

Limita

LImita tamen hanc consuetudinem non habere locũ in domino censuali,aut redituali non subdito. cui notarius stipulatus est,& non ipsa pars,per ea quæ dicit Ang.in consi suo.lxxiij.inci. in statuto, quia hoc casu non habebit optionem eligendi actionem , imò prius debet discuti actio, secundum dispositionem iuris . de qua.suprà & idem est dicendum in §.ij.inci.*Le creancier*.suprà.*Des rentes uendues a reachat*. ¶ Adde secundam limitationẽ in illo qui fideiussit pro principali,& promisit soluere obligãdo omnia sua in defectione principalis,quia pro debito & arreragiis escheutis non potest creditor agere hypothecaria contra bona fideiussoris, nisi prius discussis principali & eius bonis,quia talis dicitur fideiussor indemnitatis, *qui nunquã potest conueniri nisi in casu quo principalis non sit soluendo.dixi.suprà tit.*Des rentes uendues a reachat*.§.ij.in iij.col.ibi, item adde.per quæ iura dixi ꝙ bona Petri Bart.de Arneto ducis non potuerunt subhastari pro decem Frãcis de reditu annuo & arreragiis,quos decem francos vendiderat quondam Ioannes Monot,& fuerat eius fideiussor dictus Bar.in defectum dicti Monot,ꝙ ex quo non constabat de discussione bonorũ dicti Monot,ꝙ bona prædicti Bar.non potuerunt subhastari. ¶ Dico plus ꝙ quicquid dicat do.meus Ias.in l.fi.quæ inci.si ego.ff. si cer.pet.quòd talis exceptio potest opponi quandocunque,etiam post litem contestatam, quòd etiam si non opponatur,si tamen iudici constet ꝙ quis sit tantùm fideiussor in defectum principalis.& licet constet quòd sit fideiussor,si tamen conueniatur à creditore & ipse creditor non iustificet defectu principalis, quòd est repellendus,eo quòd experitur sine actione.& ideo potest eum expellere iudex,etiam si nõ opponatur.do.meus Ias.in l.generaliter.in ij.not.ff.de verb.obli.& in l.vbi pactum col.iiij.C.de transa.imò etiam si ei non constet ex libello sed aliundè.Panor.in c.si clericus.in.j col.extrà,de fo. cõpe.& in.c.fi.extrà,de libel.obla. Cùm ergo in casu prædicto constet ex instrumento & literis obligatoriis,ꝙ talis Bar. fuit fideiussor in defectum principalis,& non constet de defectu,nõ sufficit,quia vbi requiritur actus cum qualitate seu limitatione,non sufficit probare actum,nisi probetur & qualitas seu limitatio.Bar in l.fulcinius.§. cùm autem.ff. qui. ex cau. in possess. eatur.plenè per do.meum Ias.in l.non solum.§. sciendum col.j. de noui ope. nun.faciunt in proposito quæ suprà dixi in tit.*Des rentes uendues a reachat*.§.iij.in gl. *Quant ilz sont mis*.in fi. in addi.ibi posita.inci.aduerte tamen quod licet. ¶ Intellige hanc nostram consuetudinem non habere locũ,si extraneus acquirat reditum annuum etiam super subditum,& tantũ fuit stipulatũ per notarium:quia hoc casu nõ habebit hanc actionẽ introductã ex statuto cõtra dispositionẽ iuris,scilicet auth.hoc si debitor.C.de pig.ita tenet Ang.in cõsi. suo. lxxiij. per plura quæ alibi dicã,& ita cõsului in cõtingẽtia facti in casu.§.ij.suprà in tit. *Des rentes uendues a reachat*. *

IN TEXTV IBI, *Sans ce qu'il soit tenu.*

PER istam clausulam dicunt iudices ecclesiastici,quòd possunt cognoscere de arreragiis debitis per partem principalem obligatam,aut eius hæredes,cum possint cognoscere ex consuetudine præscripta de quacunque actione personali,quòd an possint ponit And.Barb.in c.licet ex suscepto & in.c.ex tenore . extrà,de foro cõp.vbi disputatur an valeat cõsuetudo,quòd laicus laicum trahere possit in iudicio corã iudice ecclesiastico,& quia sub iudice lis est inter procuratorẽ regium in parlamento Burgũdiæ,& episcopum Heduen.nolens etiam errare in his quæ tangunt immunitates ecclesiæ non aliter insisto. de hac materia quo ad arreragia fuit pronuntiatum arrestum in parlamento Parisiensi,anno domini millesimo. ccclxxxv. contra ecclesiasticos iudices, vt constat in arrestis parlamenti.quæst.quinquagesima.dixi suprà in §.j.huius titu.in gl.ij. ¶ Vide Guil. Benedi.in sua repeti.c.Raynu.in verbo,& vxorem nomine Adelasiam.nume.ccexlj. de testamen. dixi in meo monologio,in litera E,antè X.

IN TEXTV IBI, *Contre le principal obligé,ou ses hoirs.*

QVæro nunquid actio personalis quæ competit contra obligatum,& habet executionem paratam,eo ꝙ obligatus sub sigillo cancellariæ habeat etiam executionem paratam contra hæredes obligati , hoc est *nunquid guarentigia quæ est in instrumentis receptis sub sigillo cancellariæ habeat etiam locum contra hæredem obligati.Bar.in l.postulante. *la seconde*.ff. ad Trebel.tenet & dicit * quòd si statutum dicat ꝙ debitor posset pro debito incarcerari,ꝙ etiã eius hęres potuit pro tali debito incarcerari,licet statutum nullam faciat mentionem de hærede.Pau.de ca.& Alex.in d.l.postulante.& vide do.Soci.in consi.cxx.in pe.col.in prin.vbi videtur facere differentiam & distinctionem,de statuto proferente nomen huius an verbaliter , an in rem,eũdem Soci.in consi.suo ccxxxj.col.viij.versi.confirmatur hoc & in consi.ccxciij.col.ij.circa medium. Hinc dicit do.meus Ias.in l.ij.§.itẽ si in facto.in j.not.ff.de verb.obli , ꝙ expressio hæredum in lege est superflua. per tex in l.veteris.C.de contrahen. & commit.stip. *quia sine oppressione semper transit obligatio in hæredes actiuè & passiuè.Hinc dicit Bal.in l.j.per illum tex. quorum legatorum * quod exceptio quæ opponitur quotidie in palatiis,tu non es nominatus in instrumento , vel instrumentum de te non cantat ideo es repellendus , ista exceptio non nocet hæredi,quia quãuis in instrumento non fiat mentio de hærede,tamẽ loquendo de Titio actiuè & passiuè etiã semper intelligeretur de eius hærede,imò etiã dicit idẽ do.meus in l.diuortio.§.interdum in j.col.ff.sol.mat.*ꝙ statutum pœnale loquens in vna persona habet locũ in eius hærede,imò fortiùs si apponatur dicto taxatiua,tãtum. vt puta promitto pro me tantũ,non obstante illa taxatiua,habet locum & in hæredibus.tex.habemus sing.in l.si necessarias.§. de vẽdendo.ff.de pig.actio.ita tenet per plura do.meus Ias.ind. §.item si in facto.faciunt ea quæ dicit do.Ias.in l. si mora.in ij.col.ff.sol.mat.in l. qui liberis. §. hæc verba.in ij. col.in fi.suæ ij.lectu.ff.de vul.& pupil.substitutione & ad prædicta vide do.meum Ias.in §.fuerat.in xiiij.col,institut.de actionibus.& vide Sozi.in consi.suo ccxci ij.in ij.col.

Consuetudinis limitationes.

26 Fideiussor indẽnitatis.

Quæstio.

1 Instrumẽtũ guarẽti.an habeat locum contra hæredes obligati.

2

3 Obligatio transit in hæredes.

4

5

ADDITIO. An intelligatur de successione vniuersali,aut singulari?videtur quòd de vniuersali , per ea quæ dicunt Alex.& dominus Ias.in l.quidam.§.nihil.ff.de edendo. Et quando verbum successor , comprehendat singularem successorem.vide Decium in regula iuris. qui in ius.ff. de regu.iur. * ¶ An autem sufficit probare contra aliquem quòd est filius . & quòd possedit bona patris absque eo quòd probetur additio ad docendum quòd qui est hæres,videtur quòd nõ.per l.non hoc. C.vnde legitimi. licet in cõtrarium videantur facere .l.j.C. de repu.hære. quæ dicit quòd ex possessione rerum hæreditariarum præsumitur, additio,nisi liquido probauerit qnòd alia causa res hæreditarias possederit.

ADDITIO. Vide quæ dixi suprà in ti. *Des successions*.§.decimo.in gl. fi. *¶ Vide in hoc Ioan Saxon in
consue. Turonen.in tit. *Des successions des fiedz*.arg. xxxij. ¶ Sed an sicut guarentigia tran-
sit ad hæredes, ita etiam iuramentum quòd habet vim præcisę,transeat ad hæredes tam respectu obligationis
quam pœnæ contrauentionis,scilicet incursionis in periurium.vide Mat.de affl in consti.regni Siciliæ quæ inci
pit,eos qui scienter.in iiij.lib.in iij.& iiij.quæstione.*

6 ADuerte tamen*quia etiam per istam nostram consuetudinem,videtur quòd tale instrumentum habeat vim
contra tertium possessorem,quod est contra dispositionem iuris,secundum quod dicit, do. meus Ias. in l.
certi condictio.§.quoniam.in v.col.ff.si cer.pet. & dicit ibi do.meus Ias. quòd talia instrumenta debent mitti
executioni ad instantiā principalis creditoris.idem do.meus in l.si quis nec causam.in ij.col.ff.si cer.pet.& in l.
7 ij.in penul.col.ff.de iureiur. ¶ Credo*quòd licet instrumēta guarentigiata habeant effectum cōtra hæredem,
nō tamē ita sunt præcisa quin hæres admittatur ad oppositionem, & ita obseruatur apud nos, manu tamē re-
gia saisita in bonis hæredis.Sed quo ad tenemētarium si non sit hæres,manus regia nō potest esse saisita de bo
nis tenementarij,sed bene potest res obligata & hypothecata poni sub manu,in hoc saisiendo & guarniendo
manū regiam,ꝙ quasi incidit in idem ꝙ primum decretū interponēdo, & ideo dixi,ꝙ executio facta in bonis
tenemētarij de illis guarniendo manū regiā fuit abusiua,& ab ea potuit appellari. ¶ Vide etiā eundē do. meū
Ias.in l.j.§.si hæres.ff.ad Trebe.vbi dicit ꝙ guarētigia nō habet locū in hypothecaria contra tertiū possessorē,
& ideo in talibꝰ nō est incipiendū ab executione.*¶ Dic ꝙ qcqd sit debet præcedere sūmaria cognitio cōtra
hæredē,ꝙ sit hæres,& sic debet cognoscere iudex an ex obligatione præcedēte sit obligatus ille,cōtra quē pe-
titur executio.extrà de iud.c.quia in fi.per Inno.l.hæc autē.§.nō defendi.ff.quibus causis in pos.eatur. qa licet
sit hæres,tamē nō est condēnatus vt hæres.ff.fami.hercisc.l.si filia.in prin.ff.de iu.fisci.l. eius qui delatorē. C.
8 *Sententia potest mitti executioni cōtra hæredem.* de iureiur.l.generaliter.& ad id ꝙ dicitur,*ꝙ sentētia potest mitti executioni cōtra hæredē, proût dicit Bar.
in loco hîc antè.alle. Aduerte,quia ibi defunctus obierat antè sentētiā,& sic instātia trāsierat in hæredē,nec e-
tiā ibi negat,quin præcedere debeat summaria cognitio. ¶ Sed an cui cōpetit vtilis tātū,vigore cessionis sibi
factæ,de debito cōtento in aliquibus literis,possit petere præcisam executionē. Bar.in l.j.ff.de actio. & obli.
col.v.ibi,quęro ex forma statuti.dicit ꝙ sic.Bal.tamē in l.ꝑ diuersas.in iij & iiij.col.ibi,aduerte tamē.C.māda.vi
detur tenere cōtrariū. ¶ Et ꝓ eius opinione videtur facere,qa cessionariꝰ nō est ꝓpriè creditor debitoris.l.iij.
ff.familiæ hercis.ideo nō est extēdēda hęc executio ad cessionariū, sed hoc est,quia est loco creditoris,& qa in
Frācia apud nos cōsiderātur hę subtilitates iuris,vt circuitus euitētur,imò deuenitur ad effectū, q ita cōsidera-
tur in habēte vtilē actionē,quā in habente directā,vt dicit in simili.G.bene.in sua repe.c.ray.in verbo, si absq;
liberis moreretur.ij.de fideic.substi.numeris.l.&.lj. de test.vbi dicit ꝙ in Frācia solēnitates & subtilitates iuris
nō attēdūtur.sed solū facti veritas, & vtilitas effectus.nō habēdo respectū ad ius directū,vbi potest esse ius vti-
le,& ideo etiā tenenda est doctrina Bar.& idē Bal.sibi cōtrarius in l.ex legato.in fi.C. de leg. tenet cum Bald.

ADDITIO. Vide Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ.quæ incipit,eos qui scienter.in iij.lib.in viij. quæ-
9 stione.*¶ Et aduerte ad id quod dicit do.meus Ias.in l.iij.col.ij.ff.de acqui.pos.*quòd sta
tutum concedens executionem,ita competit habenti vtilem,sicut habenti directam.alleg. Bar.in d.l.j. faciunt
etiam quæ dicit Are.in rub.de acqui.pos.vidi communiter obseruari decisionem Bar.in curiis nostris.

ADDITIO. Faciunt quæ dicit Pau.de cast.in consi.suo.xlix.in ij.& iij.col.in ij.vol.in antiquis.* Bal.in
10 l.ij.col.iij.C.de excu.rei iudi.dicit,* quòd talia instrumenta habent executionem paratam,
etiam si sint sine causa.Sed contrarium tenet in l.si non sortem.§.j.ff.de condi.inde. & vide do.meum Ias.in
l.sicut in fi.C.de repu.hære.vbi allegat Imo.concordantem.

ADDITIO. Vide etiam Alex.in consi.iiij.col.fi.in j.vol.Et aduerte quòd vbi promissio est nulla sine
causa,ita etiam quando causa est iniusta,vt tenet Mat. de affli.in consti. regni Siciliæ quæ
11 incipit.quia frequenter.in iij.not.in iij.lib.*¶ Item aduerte ad ea quæ dixi.suprà titu. *Des rentes uēdues a rea-
chat*.§.iij.in gl.ij.in additione. ibi posita.Credo * ꝙ secunda opinio Bald.sit vera, videlicet ꝙ requiritur causa
quia aliàs actus non potest habere effectum,nisi subsit causa,vt in pluribus comprobatur.per ea quæ dicit do.
12 *Casus qui nō possunt fieri sine causa.* Hippolytus de Marsiliis in l.j.in.§.præterea.in xiiij.col.cum tribus seq.ff. de quæstioni.vbi* ponit multos ca-
sus qui nō possunt fieri sine causa,& maximè vt dixit in obligatione,quæ sine causa non valeat. & in cōfessio-
ne etiam,in dispēsatione, in protestatione,in cessione,in nuntiatione,in decreti interpositione, in cōcessione
delationum,in contradictione,in bannimento,& in pluribus aliis casibus ibi positis.

ADDITIO. Intellige etiam prædicta ꝙ antequā alia instrumēta sic guarētigionata præcisè mittātur exe
cutioni,quòd sint in publicā formā redacta,cùm si sit tātū protocollū,aut imbreuiatura,nō
probant,vt per plura videtur tenere Mat.de affli.in cōsti.regni Siciliæ quæ incipit,baiulos omnes.in xiij. not.
Et dixi pluries quòd obligationes receptæ,sub sigillo cancellariæ in vim cuius datur executio præcisa,nō ha-
bent vim præcisam,nec habētur pro guarētizatis, ita quòd prouisio super illis adiudicari possit,nisi sigillū sit
in eis appositum.& ita tenet Gui.pa.quæstione sua.clxxxj.cum sigillum sit qualitas tribuens executionē pręci
sam ratione autoritatis principis,quę requiritur ad hoc vt actus valeat.Et vtrū talia instrumēta debeāt fieri in
pergameno vel papyro,vide eundem Mat.in consti.regni Sicilię in.lxxix.rubrica.quæ incipit,à constitutione.

ADuerte etiam quia antequam talia instrumenta mittantur executioni,debitum debet esse liquidum,quo-
niam vt dicit Bal.in l.si causam. C.de excu.rei iudicatæ.& in l. cum testamento.C. de test. manumis. prius
debet liquidari,postea exequi. & dicit quòd super liquidatione est citanda pars quia requirit causæ cognitio-
nem,& idem Bal.in l.j.C.de iuris & facti,igno.dicit quòd impedit executionem exceptio.quòd debitum non
sit liquidum.Barbatia.in consi.xxviij. in v.col.in.j.vol. intelligit huiusmodi liquidationem tam cōtra tertium
possessorem,quàm contra etiam principalem debitorem,quem videas.

ADDITIO. Vide do.meū Ias.in l.in illa stipulatione.in ix.not.ff.de verb.obli.Et aduerte ꝙ pendēte di-
latione ad liquidandū debitū,si reus velit opponere aliquā exceptionē cōtra talia instrumē
ta poterit,vt tenet Hyppolatus de Marsiliis in singulari suo.clxviij.incipiente æqualitas semper seruanda esta
¶ Et

¶ Et de huiuſmodi liquidatione quòd aliàs inſtrumētū nō poſſit mādari executioni, vide Soci.in conſi. ſuo lxxxix.per totū.in ij.vol.Cumanū cōſi.cxxxvj.in j.col.Soci.in cōſi.lxviij.vij col.Calcaneū cōſi.xxvij.Barb.cōxxxv.in iiij.vol.& debet fieri breui tēpore, vt dicit Phili.Corneus in cōſil.ſuo cccxiij.in ij. volu. & debet intelligi de inſtrumento ritè facto.Felin.in c.ex tenore.ver.regula non præſtat.in iiij.col. de reſcriptis.Bal.in l. etiam.C.de execu.rei iudi.& etiā inſtrumenta ſimulata nō habēt guarētigiā,& admittitur exceptio ſimulationis cōtra executionem illorum.Bald. in l.fi.§.in cōputatione.C.de iure delibe. Alex.in cōſi.lxxxij.in iiij.vol. vbi dicit ꝙ debet cōſtare ꝙ inſtrumētum ſit publicū.& idem Alex.in cōſi.clxv.in ij.vol.& Pau.de caſt.in cōſilxx.inci.ſuperior.& de inſtrumento conditionali,de quo antè dixi,vide Soci.in conſi.lj.col.iiij. *

§. SEPTIMO.

EN eſchange de choſe cenſiue portant loux ſimplement faict, & ſans ſoubte n'a point de loux, & ſ'il y a ſoubte, il y a loux ſelon ladicte ſoubte.

COntrarium obſeruatur in comitatu Niuernen.dixi ſuprà in titu. *Des fiedz.§.En alienation & transport*,in glo.in ver.*Alienation.* ibi.an autem vaſallus poſſit permutare.In Campania verò debētur laudemia ex feudo,& fidelitas,& homagium.in patria de Lorry non, ſed tantùm reditus vnius anni.

LIcet videatur * quòd de iure debeatur laudemiū ex permutatione.gl.in l.iij.in verbo tranſponere. C.de iu. emphy. Gui.pa.in q.ſua xcij.videtur dicere quòd ex permutatione de iure non debetur laudemium.ſed videtur illa glo.facere in contrarium.& ibi do.meus Iaſ.plenè tractat illam glo. in cxxvij.col.diſputando,an ſcilicet emphyteuta poſſit permutare rem emphyteuticam ſine conſenſu domini. ¶ Lud.Bolog.conſi.ſuo.xxv. & Ioan.Sanxon in conſuetu.Turonen.tit. *Comme hommage ſe doibt offrir a ſon ſeigneur.* arti.ij.col.ij.Boerius titu.de conſue.feudo.§.xviij.in conſue.Bituricen. 1 *Laudemiū debetur ex permutatione*

ITEM nunquid * ex donatione debeatur laudemium? dic quòd ſi eſt pura, quòd non. ſi verò ob cauſam, puta vt donatarius alimentet donantem, tunc ſic. ita deciſio capellæ Tholo.deciſione.cclxxix. Gui. pa. quæſt. xlviij.& Alex.conſi.ſuo xiij. ¶ Et idem Gui.pape.q.xcij.dicam infrà in glo.fina. * 2 *An ex donatione.*

SED quæro * quid ex diuiſione, nunquid debeatur laudemium? dic ꝙ non, vt tenet do. meus Iaſ.in l.iij.in xij.col.de iu.emphy.deciſi.capellæ Tholoſa.lxxv.vbi videtur diſtinguere. dixi ſuprà in tit. *Des retraictz.§.* ij.inci.*en uendition d'heritage ancien uendu par decret*, & in hoc titu.§.j.in glo.in ver. *retenue.* & quo ad feuda eſt tex.ſuprà in titu. *Des fiedz.§. en partage & diuiſion.* 3 *An ex diuiſione.*

ADDITIO.Vide Bertran.in conſi.ſuo clxxiij.in iij.parte,& in conſi.ſuo cccx.in ij.parte. *

ADde etiam quòd ex locatione ad vitam conductoris debetur laudemium, vt tenet Alexan.in conſi.clxv. in ij.vol.& Decius in conſilio ſuo cciiij.

ITEM quæro, * ſicut debetur laudemiū ex contractu, nunquid etiā debeatur ſi à cōtractu recedatur de conſenſu partiū? Spe.in tit.de loca.§.nūc aliqua.ver.nonageſimoſexto.& ibi Io.And.in additionibus ad Spe.de emp.& vendi.do.meus Iaſ.in l.ab emptione.in penul.col.ff.de pac.vbi per Albe.de Roſate qui diſtinguit ſcilicet, quia aut reſoluitur venditio ex conuentione facta a ab initio contractu . & tunc nihil habet dominus, quia non videtur mera alienatio: cùm ille non habeat irreuocabiliter.l.in diem.ff.de aqua pluuia. imò niſi faciat qđ actum eſt in venditione, poteſt reconueniri prima conuētione, quę conuentio pręcedit ius domini, ergo dominꝰ nihil debet habere.arg.ff.de pig.l.lex vectigali fundo.l.cū poſt.§.patrona.ff.de iure dotiū.l. qui res. circa prin.ff.de ſol.imò ſi dominus quid recepiſſet, reſtituere teneretur. quia recipit ob cauſam quæ ceſſat, vt dicit ibi Albe.per tex.in l.j.& ij.§.ſi liber.ff.de condi.ob cau. ¶ Vide do.meum Iaſ.in d.l.emptione.in fi.ff.de pac. ¶ An in venditione annui reditus, perpetuò, ſuper hæreditagio cenſuali habeat locum ius retentionis & laudemiorum? vide Albe.de roſa.in ſuis ſtatutis.q.clxxviij.& in l.ij.§.mutuū.verſi. ex prædictis.ff.ſi.cer.pet.Io. Fab.§.j.inſtitu.de actio.& dixi ſuprà.in §.iiij.huius titu.in prin.glo. 4 *An ex contractu à quo receditur.*

CVM ſemel mihi caſus eueniſſet de quodam, qui quandam domum vendidiſſet, oneratam & hypothecatam tantùm duobus francis annuis reditu annuo: promittens illam eo modo & ſub hac conditione cōducere & guarentizare, quòd cùm fuiſſet vendita, antequā tamen ſe ēptor in illa intromiſiſſet, fuit inquietatus de laudemiis, ratione cenſus prætenſi ſuper prædicta domo, antè annū retraſtulit domum primo venditori, quòd acceptauit primus venditor ob impoſsibilitatem conductionis, & propter promiſsionē euictionis, quòd facere nō poterat, ex quo illā domum vēdiderat non cēſualem, & tamē cēſualis erat. Dixi ꝙ ex quo ratione promiſſionis de euictione eo modo vt dictū eſt, ꝙ facere nō poterat, vt dictū eſt, ꝙ videbatur reſoluta vēditio, ex pacto inito antè perfectionē contractus, ideo ꝙ dominus nō debebat habere laudemia. Mouebar rationibus & motiuis domini Alberi. & dicit idē Alber.in dicto loco, ꝙ ſi cōuentio fit contra cōtractū, iā primò factum, ꝙ aut antè rē traditam, & tunc tantū habebit vnū ius laudemiorū. per l.ſi profundo.C.de tranſac. aut poſt rē traditā, & tūc habebit dominus duplicia laudemia, quia primꝰ cōtractus fuit pfectus.l.ij.C.de dona.quæ ſub modo.l.cū pater.§.rogo.& §.fideicōmiſſa.ff.de leg.ij. Idē(vt dicit) dicēdū eſt de reſolutione, quę fit ex noua cauſa, & agitur de noua alienatione.arg.l.ſi antè.ff.ad.l.falci.ita dicit Albe.in d.l.ab emp. & facit quæ dicit Bal.in l. j.§.ſi rem depoſitā.ff.depoſi.Io.Fab.in.§.j.inſti.de emp.& vēdi.in terminis huius cōſuetudinis, tenet ꝙnō debētur laudemia.plene per do.Philip.Deciū in conſi. ſuo.lxxxviij.in ij.& iij.col. ¶ De iſto dicto Io. Fab.dixit in pluribus locis, ſed vide Boerium in conſuetu.ſeptenæ Bituricen.titu.de conſuetu.retractus.§.ij.& ibi dicit, quòd etiam ſi venditor fuerit deceptus vltra dimidiam iuſti pretii in vendendo, ꝙ poterit intētare beneficiū illius.l.ij.C.de reſcin.vendi poſt retractum factum contra proximiorem, vt idem Ioan.Fabri.in d.l.ij. dicit. *Caſus.*

SED quid * ſi vendatur res cenſualis cum pacto de retrouendendo, & poſtmodum reſtituatur virtute illius pacti, an debeatur laudemium? do.Iaco.de ſancto Geor.in terminis quærit de hac quæſtione, in tractatu ſuo de roydis, in x.col.ibi, per prædicta infertur.vbi cōcludit per doc.Bald.& Ang.in d.l.ab emptione.quòd ſic, quæ nota ſi eueniat in facto.vide etiam Petrum Iacobi de Aurelia.in ſuis libellis.in tit. de act. in rem pro re emphyteuticaria quæ cecidit in commiſſum.in viij.ix.& x.col. Et dicit Ioā.Fab.in l.fi.C.communia de leg. ꝙ 5 *An de contractu de retrouēdendo.*

si vendatur res censualis sub pacto de retrouendendo, & gratia redemptiua, quòd non debetur laudemium, quod an sit verū, cogita. & dixi suprà. in §. j. huius tit. in gl. Loux. in additione posita post vltimū versi. illiᵒ glo.

IN TEXTV IBI. *Et s'il y a soubte.*

ADuerte quia quando fit venditio alicuius rei valentis mille, & dantur centum, & aliæ res pro complemento prætij, cēsetur potius permutatio quam venditio, secus si plus daretur in pretio quam res valeant, quæ sunt in supplemento prætij datæ, ita determinat Panor. in c. ad quæstiones. post Ioan. And. extrà, de rerū permu. per tex. in l. fundi partem. ff. de contrahenda empt. Bar. in l. Aristo. ff. de dona. & in l. j. de rerum permuta. Bal. in procemio feudorum, in. iiij. col. Guido pape quæstione sua. xcij. quem vide.

ADDITIO. Et idem dicendum erit in donatione, quoniam si fiat mediante pecunia, aut aliqua causa, puta solutionis debitorum, aut cum onere expen. funeralium, idem iudicabitur proùt de permutatione, proùt dicit Alex. in consi. suo lxxvij. inci. Christi saluatoris nomine. in ij. col. in v. vol dixi in gl. præcedenti. suprà in ti. *Des retraictz*. §. ix. in j. glo. *

Des adueuz. *RVBRICA. XII.*

§. VNICO.

L'Adueu emporte l'homme, quand il est detenu pour cas criminel, pour lequel punition corporelle se doibt ensuyr, & qu'il est prouué souffisamment qu'il soit homme iusticiable de celuy a qui il est aduoué homme,

1 *Remissio criminosorum quomodo* 2 *fienda.* ISTVD est de iure, * quòd criminosus corporaliter puniendus remittendus est ad dominum suum, habentem altam iustitiam. tex est in. §. si quis verò comprehensorum. in authentica. vt nulli iudicum. colla. ix. vide Bald. in l. requirendi. C. de seruis fugi. Sali. in l. j. C. vbi de crimine agi oportet. * Et quomodo fiet ista remissio? Bald. & Aluaro. in §. si iudex. de pace tenenda & eius violatoribus, in vsibus feudorum, dicunt sic distinguendo, aut homo meus iustitiabilis fuit repertus in flagranti crimine: & tunc familia illius iudicis in cuius territorio deliquit, poterit eum insequi quocunque vadat, ex quo incepit eum sequi in suo territorio. Et sic istud iudici fuit licitum, per. l. quod ait lex. ff. de adulte. & Bal. videtur ex hoc inferre, quòd si familia iudicis ipsius territorij, in quo homo meus deliquit, incepit sequi hominem meū in territorio illius iudicis, quòd poterit postea insequi eum & capere in territorio

3 meo, quod non puto verum. & ad hoc videtur facere dictum Bal. in terminis, in l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruitus vendicetur. vbi dicit * quòd capiens malefactorem in alieno territorio tenetur actione iniuriarum ei cuius territorium offendit, per tex. ad hoc notabilem in c. ex parte. in prin. extrà, de verb. sig. nec ego dominus hoc casu teneor tradere seu remittere hominem meum illi in cuius territorio deliquit, sed bene debeo eum repellere à territorio meo, nec debeo sibi dare receptaculum, l. congruit. ff. de offic. præsi. de quo vide notata per Bart. & omnes in l. à diuo. §. sentētia. ff. de re iudic. notatur in aut. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & in dicto §. si verò. & in clemen. pastoralis. de re iudicata.

SI verò homo meus non fuit repertus in flagranti crimine, sed pro delicto fuit proscriptus seu cōdēnatus à principe in cuiᵒ territorio deliquit, tūc idē dicēdū quod in casu ꝓximè præcedēti. l. iij. ff. de officio prēsidis.

SI verò homo meus nō fuit repertus in flagranti crimine, nec fuit proscriptus seu condēnatus, sed solū inculpatus de crimine, tunc si habet habitationē in terra mea, non teneor eū tradere petenti, imò ego debeo eum conseruare & tueri, quia dominus non debet esse bocharius sui subditi, secundum Bal. in dicto §. si iudex.

4 *Requisita ad remißionem criminosi.* 5 *Vt cōstet de crimine.* SI verò non habet habitationem in terra, teneor eum tanquā profugum tradere petenti, nisi timeam de violentia irrationabili. Ita dicunt Bal. & Aluaro. in d. §. si iudex. & Iacobi. de sancto Georgio in trac. de Roydis, in vltimis verbis dicti tractatus. ¶ Et intellige * ꝙ delinquens qui commiserit delictū, requiritur ꝙ sit homo iustitiabilis domini petentis eum ad se remitti, & ꝙ commiserit delictum in suo territorio. per tex. in l. j. ibi, dum dicitur commissum. C. vbi de crimine agi opor. & istud est verum de requisitis ad hoc vt fiat remissio.

SEcundò * quòd constet crimen de quo agitur fuisse commissum. l. j. §. item illud. ff. ad senatuscon. Sill. Et ita tenet Petrus Iacobi. in titu. de successio. regni Franciæ. §. & est aliud. versi. & est notandum. & ideo

6 dicit Cardina. floren. in clemen. pastoralis. in §. denique. in vlti. colum. versi. iij. titu. de senten. & re iudica. & Oldra. in consi. cxxiij. * quòd iudex requisitus non debet remittere in causa criminali, sine causæ cognitione, hoc est, debet corā iudice remittente aliqualiter cōstare de crimine. Et in his duobus iudex requisitus potest facere informationem ante quam delictum remittat, vt notatur per gl. in dicta clemen. pastoralis quod tamen intellige verum, nisi iudex requirens iudici requisito informationes super delicto transmitteret. proùt est in talibus fieri consuetum. Sis ergo cautus cum petis remissionem tibi fieri, ostendas iudici requisito informationes quæ informent iudicem requisitum, de prædictis duobus: aliàs poterit iudex tibi denegare remissionem, donec eidem constet de prædictis. Dominus tamen meus Ias. in l. magistratibus, ff. de iurisditio. omnium iudi. dicit ꝙ etiam per illum qui accepit non est facienda aliqua cognitio etiam summaria.

7 *Vt in grauiori-* 8 *bus delictis.* 9 *Ratione remißiōis.* TErtiò * requiritur ad hoc vt fiat remissio quòd sit in grauioribus delictis. d. §. si quis verò comprehensorum. In leuibus autem non fit remissio, vt probatur ibidem, & est ratio, quia cessat causa vel ratio principalis quare fiunt remissiones * quæ est, scilicet vt cæteri terreantur, & vt cōsulentur agnati & affines, de quibus per tex. & doc. in d. §. si quis verò comprehensorum, * quia in leuibus non fiunt tales remissiones, quòd ex hoc sequi possint terrores, vel affinium consolationes, secūdum Pet. & Cy. in auth. qua in prouincia. C. vbi de

10 crimine agi oportet. quorum opinionem sequitur Henri. Bohyc. in c. j. de raptori. Et istud etiam tenet Gemi. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in vj. * idem dic si agatur ciuiliter de crimine quantuncunque graui, eadem ratione, vt dicit de procurato. c. tuæ. cum ibi notatis. Hoc etiam tenet Ioan. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in nouella super glo. posita super verbo, sed nunquid, vbi ponit multa notabilia in ista materia. Et ideo bene dicit text. nostræ consuetudinis, *pour lequel punition corporelle &c.* Quæ autem sint crimina grauia, grauiora, grauissima, & quia ponit Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. ¶ Aduerte

iur. ¶ Aduerte tamen * quòd de iure in casu raptus non fit remissio, quia raptor puniendus est in loco delicti. 11 *Raptor non remittitur.*
Ita est tex. ad literam in l. vnica. C. de rapto. virgi. & ibi glo. in verbo, fori præscriptione, quod credo etiam habere locum de consuetudine, per ea quæ dixi suprà titu. *Des confiscations*. §. j. in glo. *Et appartient*, quãdo dixi, quòd in casu raptus, bona confiscata debent applicari virgini raptæ.

QVartò * ad hoc vt fiat remissio, requiritur ꝙ delatus non sit vagabundus, quia tũc vbiq; posset puniri. l. j. & ibi glo. in verbo, reperiuntur, in fi. C. vbi de crimine agi oportet. Nã talis vbilibet potest cõueniri. §. si quis verò in authẽ. vt nulli iudi. colla. ix. Et de eo potest intelligi illa autoritas, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Ita dicit Panor. in c. fi. in vj. col. ibi, tertiò glo. dicit. extrà, de foro cõpe. vbi dicit * quòd vagabundus dicitur ille qui non habet domicilium certum vel habitationẽ. glo. in l. eius qui. §. fi. ff. ad munci. & Bar. in l. iiij. §. prætor. ff. de damno. infec. Panor. in d. c. voluit quodammodo istud limitare. vide eum. 12 *Vt non vagabundus.* 13 *Vagabũdus qs.*

QVintò * aduerte ad hoc vt fiat remissio, requiritur de cõsuetudine ꝙ fit inter iudices de vno regno, principatu, vel ducatu, aut patria, seu terra particulari, quæ vni regi, principi, duci. vel domino subest. Tunc enim in his fieri debent remissiones prædictę in eodẽ regno, ducatu, vel terra. Bal. in l. ij. versi. sed nunquid. C. de seruis fugi. Quibus casibus si non fiant remissiones, possunt iudices per eorum iudicẽ superiorẽ puniri, & inobediẽtes ad hoc cõpelli, vtpote sibi subditos. in terris verò iuribus diuersis, hoc est diuersis dominis & principibus subiectis, de consuetudine hodie nõ fiunt remissiones, quia scissum & diuisum est imperium. notatur in rub. C. de studiis lib. vrbis Romæ. lib. xj. Et plenè per AEgidium Bellamerã in cõsi. suo xj. Et quia in casu cõtraditionis vel recusationis remissionis, hoc casu non est qui recusantem remittere, compellere, vel punire possit, quia scissum est imperium, & par in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. l. nam magistratus. ff. de arbit. Et ista est cõmunis sentẽtia omniũ, tã iuris ciuilis quã canonici, quã quotidie videmus obseruari, notatur communiter in dicta. cle. pastoralis. de re iudi. in glo. super verbo, de more. & ibi Paulus, & alij. Bald. in l. requirendi. C. de ser. fug. Bar. in l. qui sepulchra. ff. de sepulchro violato. 14 *Vt iudices sint eiusdem regni.*

ADDITIO. Vide Matt. de affli. in cõstı. regni Siciliæ quę incipit, pœnam eorum. in j. gl. * ¶ Et ista est obseruantia cõmunis, nã videmus ꝙ nõ fit remissio per iudices ducatus Burgundiæ, ad iudices comitatus Burgundiæ, quia sunt diuersi domini. & ideo vidi in Italia cùm eram assessor capitanei iustitiæ Mediolani, ꝙ nõ fiebat remissio de iudicibus patriæ Venetorũ, & ducis Mõtisferrati, ad iudices ducatus Mediolani, fuit tamẽ factũ quoddam pactũ inter christianissimũ regẽ Franciæ, ducẽ Mediolani, & Venetos, ꝙ fieret remissio de vna patria ad aliã: vt patriæ, bannitis & malis hominibus purgarentur, sed nihil fuit obseruatum ex parte Venetorum, qui cũ in pluribus fuissent rogati remittere, semper cautelosè remiserũt ita ꝙ nõ exibãt patriam, quia aut denegabãt cauillosè remittere, aut si aliquãdo remittebãt, mittebãt homines ad eximendum remissos à manibus illorum, qui illos ad iudices vbi remittebantur adducebant, propterea quicquid agant, aut dicant, non ty fidare, quia semper sub prætextu boni, habent quid latentis fraudis & doli. *Venetorũ fraus & dolus.*

ET hoc est verum de remissione fienda in vno vel pluribus dominis, vel principalibus in foro seu iurisdictione temporali. In foro autem ecclesiastico indistinctè & vniformiter fiunt remissiones, cùm omnes ecclesiasticæ personæ, subsint vni principi supremo spirituali, videlicet papæ. ix. q. iij. c cũcta per mundũ. qui cogeret & cõpelleret ecclesiasticas personas remittere recusantes, & ideo in illis est eadem ratio quæ erat in foro temporali, tempore legis conditæ per illum qui solus præerat temporali iurisdictioni, vt habetur in d. §. si verò. quo tẽpore totus orbis suberat vni principi, & eidẽ obediebat, videlicet imperatori totius mũdi domino. l. depræcatio. ff. ad legẽ Rhodiã de iactu. Et ista est opi. Cardi. in d. cle. pastoralis. in d. gl. super verb. de more.

SExtò * quòd non cõmiserit crimen penes iudicem, penes quem detinetur, quia antèquam remittatur, debet fieri de tali crimine punitio. l. sicut. §. fi. & l. fi. de accusatio. 15

SEptimò * ꝙ remissio petatur fieri à minori tribunali ad maius. ita tenet Oldra. in cõsi. suo ccxxiij. & cùm casus euenisset in hac ciuitate Heduen. anno Do. M. x. de Iacobo Dalam magistro altæ iustitiæ huius balliuatus, seu executore, qui homicidiũ cõmiserat, interficiendo Antonium Ioly, eius famulũ in terra seu iurisdictione sancti Martini, qui homicidio cõmisso aufugit, & fuit prosecutus ab officiariis regiis huius balliuatus, ad quos fuit remissus per officiarios. R. d. episcopi Heduen. in loco de Sede loco. Qui cũ fuisset ad officiarios huius balliuatus Heduen. remissus, & in carceribus per eos detentus, insurrexerunt officiarij abbatis S. Martini, qui petierũt eundẽ remitti ad balliuũ S. Martini. Cum hæc materia fuisset posita in consilio, aduocati Heduen. super ea interrogati quid fiendum. inter quos erat ægregius vir magister Dionysius Poillot, in vtroque iure doctor peritissimus compatriota contemporaneus meus & ciuis Heduensis, qui tunc erat aduocatus in magna cancellaria regis, qui postmodum fuit procurator regius generalis in parlamento Burgundiæ. & post cõsiliarius regius, in suo magno cõsilio seu cõsistorio, qui allegando prædictũ cõsiliũ Oldra. dixit, ꝙ hæc remissio fieri nõ debebat, quia petebatur fieri remissio de maiori ad minus tribunal, quod fieri nõ debebat. Et illud cõsilium alleg. apostil. Guido. papę super. q. ccij. quẽ allegauit secũdũ cuius opinionẽ ita fuit factũ. Et ideo processus dicti Iacobi, fuit factus per officiarios regios, qui illum condemnauerunt ad mortem. Dicit tamen do. Iordan Bricius in sua solẽni repeti. c. Romana. §. contrahẽtes. in vij. fol. in vj. opinio. de foro cõpeten. quòd intantum debet fieri remissio in delictis, quòd si superior dominus alicuius castri iure superioritatis, aliquem extra locum delicti capiat in alia terra sua, quòd illum ad locũ in quo deliquit debet remittere, vt not. per Bal. in l. fi. C. si à non cõpeten. iudi. Et ideo dicit Bricius in dicto loco, ꝙ regina Siciliæ remisit quendam captum pro furto ad locum delicti, quæ nota. Habemus etiam quòd Pilatus qui quo ad Herodem regem Galileæ erat superior, cùm esset pro Romanis, qui erant superiores ipsius Herodis, remisit Christum ad Herodẽ ad regem Galileæ, ex quo Christus Galileus erat, sed hæc remissio non habuit effectum, nec Christus coram dicto Herode voluit respondere, cognoscens Herodem non esse iudicem suum competentem. ¶ De qua remissione facit mentionem Barto. Cepo. in consi. suo lix. incip. Paulus Faber. in ij. col. 16 *Vt à minori ad maiorem.*

OCtauò dic * quòd remissio non fiet in crimine hæresis, quia tunc de tali crimine potest puniri, nec fiet remissio, & potest per quemcunque puniri. l. Arriani. C. de hæreticis. Paul. de Leza. in dicta clemen. pastoralis. 17 *Nõ in crimine hæresis.*

ralis.facit quod notat. Barto.in l.dominium.ff.de furtis.

18 *Vt iudex debitè requiratur* NOnò*dicit Guido pape in dicta q.ccij.quòd ad hoc vt fiat remiſſio, requiritur quòd iudex debitè requiratur,aliter non tenetur remittere.d.§.ſi verò quis comprehenſorum.in auth. vt nulli iudi.collatio.ix. & notat Cy.in d.auth.qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi oportet.

19 *Vt de cōdēnā.io.* DEcimò aduerte*quòd remiſſio fiet de condemnando,non iam condemnato ad exequendum, ita Bal. in l.executorem.in vij.col.C.de executio.rei iudica.vide Apoſtillam Alexan. ad Bart. in l.ſepulchri violati.ff.de ſepulch.violato.vbi Bar.& Alexan.ponunt de hac materia.

ADDITIO. Vide de hac limitatione Mat.de affli.in conſti.regni Siciliæ quæ incipit, capitaneorū.in j.nota.An autē laicus poſſit in cauſa criminali,prorogare iuriſditionem alterius iudicis nō ſui, do exemplū in multis caſibus qui quotidie eueniunt in domiciliario, qui capitur à præpoſito mareſcalorum pro aliquo delicto,an poſſit conſentire ꝙ præpoſitus mareſcalorū,aut ab eo commiſſus faciat proceſſum ſuū? gl.in l.j.C.de iuriſdi.om.iud.videtur tenere ꝙ ſic,dummodo iudex prorogatus habeat ſimilem iuriſditionem. gl.in c.ſi diligenti.extrà,de foro cōpe.tenet ꝙ non,per l.in criminali.C.de iuriſ.om.iudi.& vide Feli.in d.c.ſi diligenti.poſt Panor.curia obſeruat ꝙ talis prorogatio valet in præiudicium prorogātis,& ideo ſi ſemel conſentiat,non poteſt poſtmodum petere ſe remitti,ſed non in præiudicium ſui domini,aut alterius iudicis habētis iuriſditionem ordinariam in eum,quoniam ſi iudex aut procurator iuriſditionis petat eum remitti, fiet remiſſio non obſtan.conſenſu & prorogatione illius.*¶ Adde quòd Soci.in ſuis fallentiis, in litera R,in regula remiſſio in delictis,ponit aliquos ex prædictis caſibus,ſed nod omnes.vide eum.

20 SED quæro*dictū eſt hîc antè ꝙ non fit remiſſio de maiori tribunali ad minus, ex quo locus eſt præuentioni.pone ꝙ verus iudex citauit reū citatione verbali ad comparandū perſonaliter, alius iterū detinet reū perſonaliter illū capiendo,& detrudēdo in carceres,quis dicatur præuenire? vide Bar.in l.iij. de cuſto.reo. & in l.j.ff.de pœ.& apoſtil. Alex.in d.l.ſepulchri violati.ad Bar.ff.de ſepulchro violato. vbi videtur cōcludere ꝙ ille dicitur potētior,& præueniſſe in delictis requirētibus pœnā corporalē,qui habet delinquētē detētū in carceribus. de præuētiōe in criminalibus,ponit Alex.poſt Bar.ibi.& Feli.in c.cū M.Ferra.in xiij.col.ext.de cōſti.

21 *Quæſtio quotidiana.* SED iuxta prædicta * quæro de quæſtione quæ quotidie euenit. officiarius regius puta ſeruiēs regius delinquit in terra alicuius domini,fortè crimē homicidij cōmittēdo, an dominus habēs altā iuſtitiā poſſit eū punire? hāc quæſtionē latè examinat Petrus Iaco.de Aureliaco in ſuis libellis,in tit. de crimine quod in perſonis pro rebus.in ix.col.ibi.ſed quid erit ſeruientis principis.vbi videtur cōcludere ꝙ ſi delinquat officiādo,debet remitti ad balliuū ſeu præſidē,ſin autē aliter delinquat,& tanq̄ priuatus,dn̄s altæ iuſtitiæ habebit cognitionem vt eū priuet.& ibi,in fine ponit aliquos caſus qui nō ſpectāt ad dominū habentē altā iuſtitiā, ſed ad præſidem.

DE remiſſione quæ fit in contractibus,plenè notant doc.in d.c.Romana.in §.contrahentes.de foro compe.in vj. Albericus & alij in l.hæres abſens.ff.de iudiciis.

Remißio clericorum DE remiſſione verò clerici detenti per iudicem ſecularem,ad iudicem eccleſiaſticum.ſatis ponunt doc. in c.iudex laicus.de ſenten.excom.in vj.non inſiſto,cùm alibi dixerim.credo etiam dixiſſe ꝙ ſi quis fuerit accuſatus de delicto coram iudice eccleſiaſtico, compoſuit ad certam ſummam pro delicto, an ſi iudex ſecularis eundem ſic abſolutum in vim compoſitionis poſſit eundem accipere, & procedere contra eum ſi ſit clericus, ſaltem ad pœnam pecuniariam pro emenda? videretur quòd non,quia quis non debet bis ex eodē delicto puniri,nec poteſt conqueri de compoſitione iudicis eccleſiaſtici. etiam ſi ſit caſus in quo bona deberent confiſcari,& confiſcatio ſpectaſſet ad principē,ita dicit deci. Tholoſa.150.dixi ſuprà in tit. *Des confiſcations*.§.iij.vidi aliàs quòd fiebant compoſitiones in multis,antequam ſententia ferretur in curia noſtra eccleſiaſtica,idem poſſunt facere iudices eccleſiaſtici, tamen quia videtur ꝙ iſtud inducit homines facilius ad delinquendū,Reuerendus epiſcopus noſter do. Iacobus hurault,cum ad eius notitiam deuenerit,iſtud prohibuit, & ordinauit ne amplius fierent tales cōpoſitiones,& proceditur contra criminoſos vſque ad ſententiam incluſiuè,condēnando aut abſoluendo proùt iuris, & iſtud eſt pluſquam iuridicum,vt criminoſi non ſint ita proni ad delinquēdum.Deus eum præſeruet,cùm in hoc,& pluribus aliis abuſibus ſeu erroribus prouiderit.

IN TEXTV IBI. *Homme iuſticiable.*

VIdimus ſuprà in tit.*Des iuſtices.§.le droict d'indire.* ꝙ domini de vchono non poſſunt indicere hominesdomini de marnay,in quibus habent tantū altā iuſtitiā,& dominus de marnay mediā & baſſam,& mouebar vna ratione,quia licet homines domini de marnay ſint ſubiecti in alta iuſtitia dominis de vchono,non tamen ſunt homines illorū dominorū de vchono,quia ſunt homines feudatarij, ſed feudatarius eſt homo baronis, & homo hominis mei nō eſt homo meus,ergo.mihi tamē videtur,ꝙ iſte §.multū faciat in contrariū,quia ſequeretur ꝙ ſi aliquis homo terrę & ſeignorię de marnay,detineretur pro delicto requirente pœnam corporalem, dominus de marnay non poteſt eum petere remitti ad ſe, cùm non poſſet illum punire. eo ꝙ non habet altā iuſtitiam, ad dominos ergo de vchono habentes altam iuſtitiam remitteretur corporaliter puniendus, ergo eſt homo illorum iuſtitiabilis in alta iuſtitia,ergo in eo debent habere locum verba dictę conſuetudinis,ergo & ipſa diſpoſitio.cogita.quia iſtud eſt magnum fundamentū,niſi diceres ꝙ nō ſit remiſſio,niſi ſit homo iuſtitiabilis in omni iuſtitia & iuriſditione,quod non eſt ſine dubio,& ſcripſi ſuprà ad vtranque partem,nec firmo primam opinionem,ſed illam maioribus meis relinquo decidendam.

Des foreſtz, paſturages, & riuieres. RVB. XIII.

1 *Foreſta quid.* FOreſta*dicitur latum nemus ſine clauſura & ſine aqua.gl. j. in c. cùm dilecti, vbi Io.And.in nouella extrà de donatio.

2 *Quid ſylua* ¶ Sylua verò dicitur quando eſt prope fluuiū, * ſed qn̄ includitur muro vel palis vocatur parcus.

3 *Parcus.* *Syluarum genera.* *Cædua.* *Parcus.* ET ſylua*alia dicitur cædua,alia paſcua,cædua eſt(vt quidam putant)vt cędatur. Seruius autem ait eam eſſe quæ ſucciſa rurſus ex radicibus aut ſtirpibus renaſcitur. l. ſylua cædua. in princip. ff.de verbo.ſignifica.l.hæc ſylua cædua. in principio. ff. de vſufructu. de qua dicam infrà. §. *en bois de coppe.* *ſylua verò.paſcua eſt quæ paſcuis pecudum deſtinata eſt.d.l.ſylua cædua.§.fi.ff.de verborum ſignificatio.hæc

dicit

dicit Bartholo. Cepola in trac. suo de seruitu. rusticorum prædio. tit. de montibus. Et an appellatione syluæ contineatur solum. Iason in l.j. in fi. C. de iure emphyteu.

§. PRIMO.

LE bois acquiert le plain, c'est a entendre en forest bannal, & en haulte iustice de celuy a qui appartient ladicte haulte forest, s'il n'y a separation entre ladicte haulte forest & le plain par fossez, bonnes, muretz, ou autres enseignes. Et apres ce que ledict plain est demeuré sans labourer & sans exart lespace de trente ans.

ET sic dici potest locus desertus, hoc est penitus non cultus, remansitque ita sine cultura.

HIC est vnus nouus & antea inauditus modus acquirendi dominium, quia vt videmus, foresta acquirit planiciē duobus tamen concurren. scilicet ꝙ sit foresta bannalis, & in alta iustitia, quę quidē duo debent currere. arg. l. si scimus. in fi. ff. ad leg. Falci. l. cū hi. § si prætor. ff. de transac. l. Fulcinius. §. j. ff. ex quibus cau. & hic per res inanimatas potest nobis acquiri, contra doctrinā gl. quæ reputatur singularis in §. pe. insti. per quas perso. ius nobis acquiritur. in verbo, per hanc, de quo alibi dicam. ¶ Aduerte quia adhuc tertium requiritur, quod est positū in fine, in his verbis. *& apres ce que ledict plain est demeuré sans labourer, & sans exart lespace de trente ans*. Intellige etiam dummodo alius non prætendat aliquod ius in dicto plano, de quo semper vsus fuerit, puta quia prætendat ius pasturagij in dicto plano, quia hoc casu dominus non potest priuare habentē talem seruitutē in dicto plano suo iure, quia esset per indirectum tollere ius tertij, quod non potest fieri directo. ¶ Et an istud tēpus xxx. annorū hoc casu transferat vtile dominiū vel directum, vide et his quę dicit Io. Fab. insti. de vsucap. in prin. & per Bar. in l. j. in prin. vbi etiā do. meus Ias. & Alex. ff. de acqui. possess. Panor. & Feli. in c. ad aures. de præscri. & in c. cæterum. de iudiciis. in penul. col. vel an solum quæratur exceptio, cùm nō videtur esse titulus de iure cōmuni approbatus, per notata per Dy. in regula possessor malæ fidei. de reg. iur. in vj. per Io. Petrum de Ferrariis in forma responsionis rei conuenti. in glo. pręscriptio. & per Panor. in rub. de præscrip. & Bal. in l. si quis emptionis. C. de præscriptio. xxx. vel xl. annorum.

Inauditus modus acquirendi dominium.

QVID autem dicatur foresta, dixi in rubrica, sed quæ sit foresta bannalis, aduerte, quia statim in §. *L'on ne peult auoir usage en bois & riuiere bannal*. dicturus sum.

ALiis modis * dominia rerum acquiruntur tam de iure gentium quam de iure ciuili. & sunt de iure gentium quinque, vt dicit Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. versi. ibi, in fi. Primò quando fit per occupationem rerū quæ in nullius bonis sunt, vt in volatilibus cœli. & animalibus syluestribus, & piscibus fluminū, instit. de rerum diuisio. §. singulorum. cum seq. & seq. vsque ad §. item ea quæ ex hostibus. & in l. j. in fi. & in l. ij. & iij. ff. de acqui. rerum dominio. & quia hic casus in volatilibus cœli euenit in facto his diebus, in quo consului, dicam ꝙ in casu qui potest quotidie euenire. magister Guilielmus de sully dicit se educasse quandam auem, quæ vulgo dicitur, *estourneau*. per octo aut nouem menses in domo, quæ ibat & redibat per camerā suā, ita ꝙ quodammodo erat cicurizata, postmodū quadam die inuenit eam in domo Petri Colaud, & statim eum citari fecit corā domino officiali Heduē. coram quo porrexit libellum, dicendo quòd dictam autem nutriuerat & educauerat per multos dies & menses in camera, & quòd ibat & redibat per cameram suā, ex quo erat factus dominus illius auis, sed postmodum inuenerat dictam auē in domo dicti Colaud, ex quo cū sua esset, petebat illā sibi dari, & dictum reum cogi ad dandum eidē de sully prædictam auem, & ad hoc probandum produxit testes, qui dixerunt, ꝙ dicta auis fuerat nutrita & educata per dictum de sully, & ꝙ illam bene cognoscebant, quia in vno pede non habebat, *aulcun argot gallice*, processus fuit diu agitatus corā domino officiali, & eram de consilio Petri Colaud. Et primò dixi per regulam generalem quæ est, quòd volucres cæli, pisces etiā efficiuntur occupantium. l. j. ff. de acqui. rerum domi. dixi hic antè in quibus adhuc militat regula. quicquid calcauerit pes tuus, tuum erit, vt dicit dominus meus Ias. in l. j. in prin. ff. de acquir. pos. ita ꝙ si ille qui primus occupauit aliquas aues, desiit habere eas sub custodia sua, desiit etiam esse dominus, & rursus fiūt occupātis. tex. est in l. iij. ff. de acquir. rerum do. tex. est in §. ferę igitur. insti. de rerum diui. cùm enim primus per solam occupationē fuerit effectus dominus, nōmirū si desinendo occupare desinat esse dominus, iuxta l. proùt. ff. de solutio. cū nihil tā naturale & c. ff. de regul. iur. ex quo ergo dicta auis nō est ampliùs in custodia dicti de sully, non est ampliùs dominus, sed Petrus Colaud effectus est dominus per aliam occupationē, allegauit enim dictus de sully se dominum auis, & nisus est probare, eo quòd habuit in domo, & educauit, sed non dicit se nunc habere, imò dicit illam non habere, & sic à custodia eius euasisse, necessariò dicendum est quòd desiit esse dominus, vt dicit tex. expressè in dicto. §. ferę igitur bestiæ. ibi, quicquid autem cœperis, eousque tuum esse intelligatur, donec tua custodia coerceatur, ex quo ergo cū domin⁹ non esset ampliùs, nō potuit à dicto Colaud vēdicare, ex quo dictus Colaud debebat absolui, & cū multa adducebantur per dictum de sully actorem, dixi illa nō obstare.

1 Modi acquirendi dominia rerum. Occupatione.

Casus de aue.

PRimò non obstat illud quod dicebat dictus de sully, ꝙ auis de qua erat quæstio erat effecta mansueta, & ideo ꝙ nō amisit dominium per euolationem. argu. l. naturalem. §. Gallinarum. ff. de acqui. rerū dominio. & §. Gallinarum. institu. de rerum diui. quia ad hoc dixi quòd non sufficit ad discedendum, à regula supradicta, quòd auis sit mansueta, sed duo copulatiuè requiruntur, vnum videlicet quòd sit effecta mansueta, aliud scilicet quòd ire extra domum & reuerti solita sit. tex. est de broca. ad literam in l. nisi sint mansuetæ. ff. de acquirer. rerum domi. & ideo cum copulatiua requirat concursum copulatiuorum. §. penul. instit. de hæredi. instituen. l. si hæredes plures. ff. de condi. instituen. non sufficit quòd auis sit effecta mansueta, imò cum hoc requiritur quòd sit solita ire extra domum & reuerti.

OR sic est nunc ꝙ dictus de sully non probauit neq; articulauit ꝙ dicta auis solita fuerit ire extra domum, & redire, ergo sumus in terminis supradictæ regulæ, quia exceptio firmat regulam in omnibus casibus nō exceptuatis. c. qui ad agēdum. ibi Geminia. de procura. in vj. dominus meus Iason in l. si. ff. quod quisq; iuris.

DIxi secundò non obstare regulam quæ per dictum de sully actorem allegabatur. * quòd semel dominus adhuc præsumitur dominus, licet res sit penes alium. l. siue possidetis. C. de proba. Bar. & alij post eum in 2

l.pen.ff.de condi.insti.glo.& canonistæ in c.cum ad sedē.de resti.spolia.quia illud non procedit in volucribus, piscibus,& aliis quæ de natura sua efficiuntur occupantium, illa enim non præsumuntur esse alterius quā illi qui de præsenti possidet,vt tenet Bar.& sequūtur communiter alij in l.rem quæ nobis.col.fi.ff.de acqui.pos. 3 *Regula.* & subdit ibi Bar.ꝙ in talibus non habet locū regula.l.fi.C. vnde vi.quæ habet * quòd vnusquisque debet præsumere ad alium spectare id quod suum non est,refert & sequitur do.meus Ias.in §.omnium.in xiiij.col.instit. de actio.& hoc apertissima ratione comprobatur, quia iura volunt quòd secūdus occupans efficiatur dominus,ergo non debet attendi aliqua præsumptio in cōtrarium,quia in claris non est locus coniecturis.l.conti- 4 *Veritas fictioni præfertur.* nuus.§.cum ita.ff.de verb.obli.* & veritas à iure cōprobata præualet fictioni.l.filio quem pater.ff.de liber.& posthu. 5 ¶ Facit.l.fi.ff.de probationibus cùm dicit in fine veritati locum superfore. * ¶ * Item expressa legis dispositio facit cessare tacitam.l.cùm ex filio.§.filio impuberi.ff.de vulga.& pupil.

NEC minus obstabat quędā friuola allegatio per dictum de fully actorem,qui dicebat,quòd dicta auis nō amiserat consuetudinem veniendi, ex quo detinebatur in loco clauso,quia clara est responsio,scilicet distinctio quæ fit,an amiserit consuetudinem redeundi.Ita est tex.in d.l.naturalem.§.in his.Nam si nunquā habuit cōsuetudinē,quod an habuerit.nō articulatū fuit per dictū actorē,frustra nūc disputatur, an amiserit, quia priuatio præsupponit habitum.l.decē.ff.de verb.obli.& hoc est quod propriæ voluit Io.Fab.in §.reuertendi.insti.de rerum diui.vbi dicit quòd distinctio illius.§.non procedit in aue quæ retinetur in gabia, vel in loco clauso,sed tantum inspicitur ad perdendum dominiū,an euaserit custodiam nostram,sed in casu prædicto, prædicta auis nunquā habuit animum seu cōsuetudinem redeūdi,cū etiam non fuerit articulatū,imò vt fatetur dictus de fully in suo libello euasit suam custodiam,ergo succedit quòd sit illius Petri Colaud,qui secundò occupauit,cū dicat ipse de fully ꝙ prædictā auē inuenit postmodū in domo dicti Colaud,extrà suam custodiā.

ET hoc est præsumendum quòd dicta auis est extra custodiam dicti de fully per euolationem. Et sic hæc causa est præsumenda,quia si auis reperitur penes alium,in dubio præsumitur euolasse.Probat tex.subtiliter in d.l.naturalem.in prin.ff.de acquir.rerum dominio.cùm dicit * quòd si auis effugit oculos nostros, intelligitur,id est præsumitur recuperasse naturalem libertatem, & sic euolasse.* Naturalis enim causa potius attenditur,quàm extrinseca & accidentalis.Plenè notatur in l.qui habebat.ff.de testamen.tute. nec est dicēdum ꝙ præsumatur quòd prædictus reus prædictam auem in domo dicti actoris acceperit,quia istud esset præsumere delictum,quod non debet præsumi.l.merito.ff.pro socio.

6 *Natura ...* 7 *... quā accidentalia.*

MInus obstat illud quod dictus actor in suis scripturis saluatiuis dicebat, ꝙ ex quo dicta auis erat signata, quia non habebat arpionē in vno pede,proùt testes deposuerant,& ꝙ testes illam cognouerant ad hoc, ꝙ probatur ꝙ erat sua,& ꝙ eā educauerat,ex quo signū facit præsumere rē esse in dominio alicuius.l.stigmata.C.de fabricē.lib.xij. ¶ Quia ad hoc dictum fuit,ꝙ talis allegatio nihil faciebat in illo casu , quia licet dicta auis esset signata naturaliter, vt quia haberet pedem varicosum,& in postrema eius parte nullum vnguem seu arpionem haberet,sed tantùm globum carnis, certè nemo est qui nesciat ista esse signa naturalia, & non facta 8 *Signa naturalia.* per primum occupantem,neque etiam ipse hoc articulauit in primis suis scripturis. Modo sic est * ꝙ signa naturalia non inducant præsumptionem,quòd res sit in dominio alicuius, quia dato ꝙ nunquā fuisset auis in dominio alicuius , nihilominus tamen inessent dicta signa naturalia,& non probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse.l.non hoc C. vnde legitimi.vbi per dominum meum Ias.c.in præsentia.& ibi canonistæ,extrà,de probatio. Necessariò itaque dicendum est,quòd illud non intelligatur in signo naturali, sed in accidētali impolito per hominē.Et ita loquitur tex.in d.l.stigmata.& Bald.in authē.dos data.C.de donatio.ante nuptias.

IMO fortiùs dico,ꝙ etiā si dicta auis habeat aliquod signū speciale,siue naturale,siue sibi impositum per primum occupantem,ꝙ tamē nullatenus est verū,neque in libello dicti actoris articulatum,tamen adhuc si dicta auis euolaret,ille qui eam signauit perderet dominiū, & secūdus occupans efficeretur dominus,quia non potest quis facere quòd dispositio legis quatenus concernit fauorē alterius nō sortiatur effectum.l. nemo potest.ff.de lega.j.l.ius publicū.ff.de pactis.facit.l.si quis in conscribendo. à cōtrario sensu.& ibi plenè per doct. C.de pactis,sed in casu nostro.lex simpliciter disponit ꝙ auis quę euolauit efficiatur occupātis.Ergo faciat pri- 9 *Lex stigmata quo modo intelligenda.* mus quid voluerit,nō poterit impedire dispositionē legis,* & ideo lex stigmata debet intelligi in his rebus, quæ ex qualitate sua sunt in dominio alicuius, tunc ad sciendum cuius sint,bene inspicitur signum,aliàs secus.

ET ex his omnibus & pluribus aliis in processu allegatis,dixi cōclusiuè,ꝙ libellus dicti actoris nō ꝓcedebat,imò tāquā ineptus,inciuilis, & inadmissibilis debebat reiici,quia nō articulauerat ī suo libello actor, ꝙ auis haberet cōsuetudinē redeūdi,imò in vno articulo dicebat se dominū, & tanquā dominus petebat,ꝙ talis reus cōdēnaretur ad eidē dandū.Intētabat enim rei vēdicationē tāquā dominus, & tamē cōcludebat ad dā- 10 *Meum amplius meū nō fit.* dū,quod nō est bene cōcludere,cū dare si dominiū trāsferre.l.vbi autē non apparet.§.fi.ff.de verb.oblig.* & quod meū est,ampliùs meū fieri nō potest.§. fic itaq;.insti. de actio.debebat ergo cōcludere,ꝙ declararetur dominus,& ꝙ possessio eidem restitueretur.l.licet.ff.de petitio.hæredi.l.at ex diuerso.§.j.ff. de rei vendi.imò ꝙ plus est non potuit de hoc officialis Heduē.cognoscere,cū de actione rei vendicationis cognoscere nō possit,vt clarum est. ¶ Item rei vendicationem intentare nō potuit, cū non esset dominus tempore motæ litis, quod requiritur.l.vnica.C.de aliena.mutā.iudi.causa facta.traditur per doc.in §.omniū. instit.de actio. ꝙ non erat dictus actor,quia expressè dicit in suo libello,ꝙ tempore litis motæ erat dominus. & tamē dicit ꝙ dictus reus eam occupauerat,cū penes se esset,ex quo effectus erat dominus indubitāter, vt suprà dictū est,ergo tāquā cōtrarius repellendus.l.vbi repugnantia.ff. de reg.iur.l.j. C.de furtis.Ex quo dixi, & plures alij aduocati Heduen.qui in hoc scripserunt,& maximè domini Franciscus & Ioannes de Montholon,ꝙ dictus reus debebat absolui,nec ferri posset sentētia super libello prædicto,quia esset nulla,cū sentētia lata super inepto libello &c.Iason in l.vinum.in pen.col.ff.si cer.pet.& pro reo fuit iudicatum per dominū officialem Heduen. & fuit sententia eius confirmata per officialem sedis metropolitanæ Lugdunen.ad quem iudicem.

11 *Falcones.* SED quòd * de falconibus videatur idem, quia licet sint mansueti vel mansuetæ fiunt capientis , cū recipiant naturalē libertatem,& hoc quando nō reuertūtur vt cōsueuerunt. Contrarium tamen seruatur de consuetudine

consuetudine vt dicit Io.Fab.in §.in his.insti. de rerũ diui. vbi etiã ponit de animalibus existẽtibus in foresta circũsepta vel parco,quæ nõ licet accipere. ¶ Vide Boeriũ in cõsue. Bituri.tit.de consuetu.prædio.§.v.
¶ Secundus,*per captiuitatem.de quo in §.item ea quæ institu.de rerum diuisione. 12 *Captiuitate.*
¶ Tertius,*per alluuionem seu aquarum inundationem.§.præterea.institu.de rerum diuisione. 13 *Alluuione.*
Quartus per thesauri inuentionem.§.thesauros.institu.de rerũ diui.§.thesaurus.ff.de acqui.re.do.l.nunquam.dixi suprà in tit. *Des iustices & droictz d'icelles*.§.j.quando dixi,an thesaurus dicatur.*espaue.* 14 *Thesauri inuẽtione.*
Quintus*modus est ꝑ traditionẽ rei illius ei qui est dominus.l.traditionib⁹. C.de pac.§.per traditionẽ.insti.de rerũ diui.Istos quinque modos plenè examinat Io.Pet. de Ferrariis in sua pract. Papien.in forma libelli in actione reali,in gl.iure dominij.do.meus Ias.in additio. ad Porcũ.in §.singulorũ. & Io.de platea ponit ibi plures modos,*scilicet cõmistione.§. cũ ex aliena.insti.de rerũ diui. Itẽ ædificatione.§. cũ in suo.eo.tit.Itẽ plantatione.§.si Titius.insti.eo.Itẽ literarũ impositione.§.literæ.insti.eo.Itẽ cultura.§.si quis taliter.Itẽ venditione.§.venditæ.insti.eo.Itẽ abiectione.§.hoc ampliùs.insti.eo.& in d.§. ponitur quomodo apprehensione rei habitæ pro derelicto res efficitur apprehendẽtis , & videtur in hoc casu esse ratio motiua acquisitiõis planiciei, quia ex quo planicies stetit per xxx.annos sine cultura,ea ratiõe, ex qua videtur haberi pro derelicta, efficitur domini forestæ occupantis,seu crescentis in dicta planicie, & videtur hoc esse, ne dominia rerum sint incerta.Et hoc satis videtur exprimere tex.nostræ consuetudinis.ibi,*& ce apres que ledict plain &c.* ¶*Aliis de iure ciuili multis modis acquiritur dominiũ,scilicet vsucapione,successione,arrogatione,monachatione,& per sententiam iudicis, de quibus per Pet. de Ferrariis in dicta forma libelli in actione reali , in glo. iure dominij vel quasi.in vij.col.vsque ad fi.illius gl.De vsucapione dicã infrà.§. pe. de successione.dixi suprà.de monachatione.etiam de aliis fortè dicam in §.penul.huius tit. ¶ Adde alium mirabilem modum acquirendi dominiũ alicuius rei . Nam si edificium aliquod fuerit commune inter duos , & vnus negligat reficere rem communem,puta domum,& alter reficiat, si socius negligens non soluat partem impensarum,ad eum pro sua portione per triennium intra quatuor menses,quod perdit dominium suę partis,& illud acquiritur socio reficiẽti Ita est tex.in l.si vt proponis.C.de ædificiis priuatis.l. cum duobus. §. idem respondit socius qui cessantis.ff. pro socio.dominus meus Ias.post Areti.in §.sequens.in vlti.col.insti.de actio.& vide eundem Iaso.in l. ius autem ciuile.in pen.col.ff.de iustitia & iure.vbi ponit de duobus fratribus , quorum vnus vult reficere turrim existentem in castro. Qualiter & quomodo poteris practicare leges prædictas, vide infrà hoc titu.§. sequen. in j.glo.ibi.Aduertendum est in additione ibi posita.

15 *Traditione.* 16 *Nota hic plures alios.* 17 *Quib' de iure ciuili.* *Alius mirabilis modus.*

IN TEXTV IBI, *Par fossez.*

Quæro an sit*licitum facere fossas in suo fundo ex quibus aqua pluuia noceat vicino, vide in l. vicinus. 1 *Fossæ.*
versi. sed & si fossas .ff. de aqua plu.arcen. * De sepibus autem an liceat eas facere in finibus fundi sui? 2 *Sæpes.*
dic ꝙ sic.l.fi.quæ incipit,sciendum.ff. finium regun. *.& cuius sint fossata, siue fossæ, quæ inter viam publicam 3
& fundum priuatum sunt, vide Bar.in trac.Tyberiadis in princi.in verbo, agro.in ij.col.ibi, ex illo collige.& in iiij.col.in verbo,flumen.dicit ꝙ quando sunt inter prædia priuata sunt communia,si enim sint in vsu publico,sunt communia.facit.l.vnica.ff.vt in flumine pub.nauigari liceat.§.fossa.& l.ij.§.interest.ff.de fluminibus. ¶ Vide Pyrrhum in consuetu.Aurelianen.titu .de seruitutibus. capite xxj. allegans consilium Alexan. liiij. in quinto volumine infrà allegatum.

Baldus in l.riparum.in j.col.in fi.& in l.Lapilli.in ij.col.ff.de rerum diui.vbi ponit , cuius sit vsus fossarum, & an maleficium commissum in fossatis viæ publicæ,dicatur commissum via publica.Vide Ang.& Augu. in lib.maleficiorum,in verbo,in platea communis.in iiij.col.

Et an obligatus ad refectionem fossatorum,intelligatur obligatus ad illa quæ annuatim renouãtur, tãtum etiam ad ea quæ semel fiunt si sint perpetua,vide Barto.in l.impensa.ff.de impensis in rebus dotalibus factis,& ibi multùm ponderat consuetudinem regionis,& idem Bar.in consi. cxciij.incip.commune Lucignani. & vide Felin.in c.Rodulphus.in xvj.col.extrà,de rescriptis. *De obligatis ad refectionẽ fossatorum.*

Et vidi dubium inter nobilem & potentem virum dominum Georgium de Latrimoille,dominum de dracceyo,& suos homines retrahentes in dicto castro, quibus petebat vt reficerent fossata,quæ sunt facta muro vt ibi sint perpetua,cùm ordinatio regia tantùm dicat,quòd retrahentes tenentur ad refectionem fossatorum simpliciter,nec aliud dicat.

Istis modis hic antedictis probantur fines & termini prædiorum,& iurisdictionis quandoque, dicit Pan. in c.super eo.Extrà,de parro.in limite nihil potest cõsistere,quandoque solet apponi lapis pro limite,quãdoque mons,vt ibi,vt plenè dixi suprà.in titu.*Des iustices*,arti.j.in glo.in verbo,*ou territoire.* *Fines territorij quomodo probentur.*

Nunquid autem probantur per instrumenta?doc.plenè in l.cum aliquis.C.de iure delibe.Panor.& apostilla.in d. c. super eo.extrà,de parro.& ponit dominus Guido pape in quæstione sua cxciij.decẽ modos ꝓbandi confines,quos vide per eum,& ibi ponit,an homines castri possint deponere de territorio illius,seu de confinibus illius territorij. *Nunquid per instrumenta.*

ADDITIO. Et quomodo si multa instrumenta vicinorum nominent aliquem pro cõfine probant dominum, vide Matthæum de afflic.in constitutione regni Siciliæ quæ incipit,baiulos omnes. in xiiij.notabili.in viij.requisito.in j.quæstione illius requisiti.*

Item an *possint præscribi.dic quòd sic quando sunt inter priuatos.c. ex literis.extrà,de proba. aut sunt limites seu fines dignitatũ tẽporaliũ,& tunc quidã dicunt ꝙ præscribi non possunt.l.agros.C.de fundis limitro.lib.xj.l.in nomine domini.§.pro limitaneis.C.de offic.præfec.prætorio Africæ. tamen tota die cõtrarium obseruatur de facto,vt tenet Henricus Bohyc in d.c.super eo.extrà,de parochiis. 4 *Limites an possint præscribi.*

Aut sunt limites fines siue termini dignitatum ecclesiasticarum, & tunc non præscribuntur , idem in alis ecclesiis parochialibus, & ibi per Henri.Bohyc,quod dicit esse verum in ecclesia affini,quæ non pręscribit limites seu fines alterius ecclesiæ,secus autem si non affinis, ita not.Archi.in c. quicunque xj. quæstio. iij.& d.Henri.Bohyc.in d.c.super eodem vbi plenè post Panor.

AD hanc cõsuetudinem,& ad superiùs dicta facit quod dicit Alex.in cõsi.suo xxxvj. incipi.visis his quæ per dominos aduocatos.in pe.col.jvol.ibi nõ obstat id quod dicitur, ꝙ fossatũ est fouea quæ fit in confinio. l.ij.§.ij.& ibi gl.ff.de aqua plu.arcen.quod dicit esse verum, quãdo fossatũ est inter duo prædia diuersorũ dominorum,nemo enim debet esse ita supinus,vt dicit Alexã. dicere ꝙ fossatũ intelligatur pro confine,iuris illius qui facit fossatum,nec fossatum necessariò probat diuersitatem fundorum,vt dicit Io.de Anania in consi. xcviij.in iij.col.& vide Alex.consi.xxxvj.in v.vol. Quod est verum de iure, sed secus de consuetudine quo ad nos,vt hîc videmus.& vide Alex.in consi.suo liiij.in v.vol.vbi plura de fossato.& dicit glo.in l.iubemus nulli.
5 in verbo diuidere.* ꝙ per sæpes,fossata, & sulcos fiunt diuisiones fundorũ.C.de sacrosan.eccle. scilicet intellige gratia vberioris culturæ,vt dicit Bar.l.quemadmodũ.C.de agric.& censitis.lib.xj. & per Fabianũ in tract. de emptio.& venditio.in iiij.q.principali,in xxij.q.in xj.articulo.

IN TEXTV IBI, *Bonnes.*

1 Termini. 2 FAcit ad prædicta de iure * quòd fundus non distinguitur ab alio,nisi finibus diuidatur.l.sed & si loci.§.cõmunem.ff.finium regun.* Et dicuntur in iure isti fines quandoque termini. vt in l.j.& ij.ff.de termino amoto.Quãdoque lapides terminei.d.l.ij.in fi.& Iaco. Berberij in suo viatorio iuris,titu.de termino amoto.in primo.vbi ponit quomodo de iure ciuili puniri debent amouentes terminos,& quomodo sit intelligendus il-
Monumenta. le titulus.Quandoque etiam dicuntur monumenta l.ij.in fi.C. finium regũ.& quæ pœna sit de iure canonico contra amouentes terminos,vide.c.tanta lxxxvj.distinc.

IN TEXTV IBI, *Par muretz,*

1 Paries. ADde * quòd paries inducit diuisionem,vt satis videtur probari per tex.in c.vbi periculum.§.in eo.de electio.in vj.Et facit tex.in c.ligneis.de consecra.ecclesiæ vel altaris . & satis denotat iste text. quòd ad minus quo ad nos,paries seu murus inducit diuisionem . & aduerte quòd ex quo præsumitur communis pluribus concurrentibus,de quibus per Pau.de ca.in consiliis nouis,consilio cccxxxj. quòd si prædicta non concurrant,ꝙ præsumitur illius qui meliùs probauerit,ad minus inducit diuisionem.

§. SECVNDO.

L'ON ne peult auoir vsage en boys & riuiere bannal d'autruy , ne droict petitoire, ou possessoire , par quelque laps de temps que l'on en ayt iouy , sans en auoir tiltre , ou payer redebuance.

PAnormitanus in c.dilecti filij extrà,de arbi.in glo.j.in ij.col.dicit ꝙ potest induci consuetudine,ꝙ homines vnius castri vel villæ habeant vsum nemoris in alio castro vel villa, & ibi Io.de Imol. dicit quòd hoc potest induci cõsuetudine temporis &c. Vide etiam quæ dicit Panor. in consilio ix. vbi loquitur de iure pascendi animalia.

ADDITIO. Cepola in trac.de serui.rustico.prædiorum, titu. de seruitute iuris pascendi. q.xv. dicit ꝙ cũ sit seruitus discontinua,requiritur in præscribendo tantũ tempus,cuius initij memoria non extat in contrarium,nisi allegetur,titu.quo casu sufficit præscriptio.xxx.an. *

QVæro,dixi hîc antè & in rub.quid sit sylua,nunc quæro in hoc verbo , *riuiere,* quid sit flumen simpliciter,& quid sit flumen bannale?

1 Flumen perenne Torrens. ET aduerte * quia fluminum quædã sunt perennia,quædam torrentia.perenne.est quod semper fluit , vt est araris quod vulgò dicitur, *la Soone*,Ligeris,Padus in Italia.Torrens quod in hyeme currit,Si tamẽ aliqua æstate aruit,qui aliàs per hyemẽ fluebat,non ideo dicitur minus perenne.l.j.§.item fluminum.ff.de fluminib⁹.&.ne quid in flumine publico.facit.l.j.§.duo sunt genera.ff.de aqua quoti.& æstiua.& dicit Ioan.Fab.in §.flu-
2 mina.insti.de rerum diui. * quòd torrens qui fluit tãtũ in hyeme,& qualibet hyeme est publicus.
3 Flumen quid. 4 Flumen triplex. ITEM fluminũ quædã sunt publica,quædã sunt priuata.* flumen est (vt cassius definit) quod perẽne sit d.l. j.§.fluminũ.ff.de fluminibus.sed omnia penè flumina perẽnia sunt l.nemo.§.fi.ff.de rerum diui.& dicitur perenne,propter ea flumina quæ ad tempus fluunt. & tex.in d.§.flumina. dicit * quòd omnia flumina sunt publica,quod debet intelligi de perpetuis,secundum glo.in d.§.flumina.& potest dici flumen publicum tribus modis.vno modo flumen nauigabile,vt est Padus Athesis,Ligeris,Sequana,Sagona,Rhodanus,Soona.Alio modo non nauigabile,sed trahitur ex nauigabili.l.j.§.non autem.cum ibi nota.ff.de fluminibus.Bar.in.l.quominus.ff.de fluminibus.Tertiò dicitur quod non est nauigabile,puta si est quidam alueus paruus.

5 Quæstio. SED iuxta* prędicta quæro nũc,an ex talibus liceat aquam ducere autoritate propria ad irriganda prata?tu dic quòd aut est flumen publicum nauigabile,& tunc non,& qui facit,illicitè facit.Bar.in d.l.quominus.in ij.q.aut non est nauigabile,& tunc aut intrat in aliud flumen nauigabile, aut non,si intrat,aut illud est mare,& potest ducere,& est ratio,quia propter aquarum abundantiã ex vno flumine , nõ dicitur recipere incrementũ vel diminutionem,& sic propter dictam occupationem,nullũ detrimentũ recipere potest. aut est aliud flumẽ nauigabile in quo intrat,& tunc aut propter dictam occupationẽ ductus aquæ auertitur à flumine nauigabili, & facit quòd flumen nauigabile efficitur nõ nauigabile,vel damnificabitur nauigatio,& non potest.d.l.quominus.& ibi Bar.& alij in tertia oppositione aut auertitur aqua à flumine nauigabili.Exemplum,si aquam duco ex flumine ad fundum meum,& nihilominus postea in flumine nauigabili intrat,& istud non est prohibitum,& ideo Bononien.licitè ducunt aquam de flumine Rheni, & postea intrat Padum, secũdum Bar. qui ita not.in d.l.quominus.in principio.in tertia oppositione.

Quæstio. SED quæro,quid de flumine publico,hoc est in vsu alicuius municipij,vel alicuius ciuitatis,quæ vtitur illa aqua ad molendum,proùt faciunt Bononien.de flumine in quo sunt molendina communis Bononiæ,vel paruo flumine, seu aquariolo, seu alueo in quo sunt molendina communitatis Heduen. de quibus potest dici proùt in glos.inter publica.ff.de verb.sign. & in l. sed & Celsus.in princi.ff.de contrahen. emptio. nunquid ex illis liceat aquam ducere ad irriganda prata ? ¶ Hæc quæstio quotidie euenit in hac ciuitate Heduen. & cùm casus euenisset anno Domini M. ccccc. inter priorem prioratus sancti Rachonis, & eius molendi narium

nariũ ex vna,& quoſdam alios qui volebant ducere aquam ex dicto flumine,ad eorum prata irriganda, dixi vt ſequitur.prior prioratus ſancti Rachonis prope muros ciuitatis,habuit à principe ſeu rege,ſunt fortè quingẽtianni,aut ſaltem eſt tantum tempus,cuius initij memoria non extat in contrariũ,facultatem ędificandi quoddam molendinum iuxta ſuum prioratum , & ad commoditatem dicti molendini,conceſſit eidem priori vſum aquę fluminis publici iuxta prædictũ molendinũ tranſeũtis : pro quo quidẽ vſu ſeu curſu aquæ illius fluminis, ipſe prior ſoluit regi ſeu principi , certam pecuniarum ſummam de cenſu annuo , ratione cuius conceſſionis, dictus prior ſemper ſoluendo prædictum cenſum , gauiſus eſt dicto vſu & curſu aquæ illius fluminis,ad commoditatem dicti ſui molendini , nunc aliqui volunt retinere aquam illius fluminis,& illam ducere per agros & prata ſua ad illa irriganda,ita & taliter quòd ex hoc molendinum remanet ſine effectu,plures volunt ita facere in ſuperioribus molendinis,an poſſint?

Videbatur quòd ſic,quia vt dixi,*flumina publica de iuregentium ſunt in vſu cuiuſlibet.§. flumina. inſtitu. de rerum diui.& in §.riparum.& in l.fluminum.in princi.ff.de damno infe. & maximè quando non eſt nauigabile,vt eſt iſtud de quo hic antè dictum,& per dicta hic antè. 6 *Flumina pub.in cuiuslibet vſu*

Contrarium tamen videtur veriùs de iure in hoc caſu,& moneor per tex.in d.l.quominus.ff.de fluminibus. ibi,ſi modo ea aqua in vſu publico non ſit.qui quidem tex.vult per illa verba, quòd aqua nõ poſſit duci ſi eſt in vſu publico ,imò quod eſt fortiùs, ducens illam vt præmiſſum eſt in caſu noſtro,debet puniri pœna confiſcationis prædij, in quo cum principe vel ſenatuſconſulto inſcio duxit .l. ſi quis de cætero. vbi text. cum ibi not.C.de aquæductu.lib.xj.notatur in dicta l. quominus.& in l.j.§.permititur.ff. de aqua quotidiana & æſtiua.& in l.ij.in prin.ff.ne quid in loco publico.

NAM vt dicit Cepola in trac.ſuo ſeruitutũ ruſticorũ pręd.tit. de ſerui.aquæductus.in xiij.col.quando flumen eſt publicum,hoc eſt in vſu publico ciuitatis,vel alicuius municipij , puta quia illa aqua vtitur ad molendinum, proùt faciunt Bononien.de flumine in quo ſunt molendina communis Bononiæ, de quibus habetur in d.glo.inter publica.ff.de verbo.ſigni.& in l.ſed & Celſus.ff.de contrahen.empt. vel etiam vtitur ciuitas dicta aqua ad alium vſum publicũ,tunc non permittitur aquã ducere,vt eſt caſus ſecundum vnum intellectũ in d.l.quominus.& ibi Bar.& probatur in l.j. & per totum. C.de aquæductu. lib. xj. Sed ſic eſt nunc ꝙ illa aqua quæ eſt in ciuitate Heduen.quę exit ex ſtagnis Chriſtianiſſimi regis quæ dicuntur, *Les eſtangs de la toyſon*.quę ſunt in monte ſuprà Heduã,& deſcendit dicta aqua, ſunt ferè omnia molẽdina ciuitatis Heduẽ. & vtuntur Heduen.illa aqua ad molendina eorum pro vſu publico totius ciuitatis,ergo nõ licet illam ducere ex flumine ad prata irriganda,ideo etiam non debet permitti Mattheo champrier,ducere aquam ex illo flumine ad quædam ſua parua ſtagna,quæ fecit ſubtus cohardum à tribus aut quatuor annis,maximè in æſtate , vbi ſolet eſſe penuria aquarum , ita quòd non poſſunt molere molendina,& hoc anno ter aut quater aquam ex dicto flumine extraxit,& ad ſua ſtagna deduxit,quod fieri non debebat, ſed debebat puniri . eo quòd reſpublica detrimentũ paſſa fuit.do.tamen meus Iaſon,in d.l.quominus. in iij.col. non videtur approbare illum intellectum Bar.ad illam legem,imò illum impugnat duobus motiuis,teneo tamen opinio.Bar.& Cæpolæ,in dictis locis , quam tenet Pau.de caſt.in l.imperatores.ff.de ſeruit.ruſti.prædio.

ET ideo cũ vt videmus dicta aqua ſit deſtinata ad vſum publicũ huius ciuitatis,& ꝙ ex antiqua conſuetudine,& à tali tẽpore cuius initij memoria non extat in contrarium,ſunt ibi molendina: nõ licet etiam deducere,aquã ex illo flumine,quia quãdo hoc fit,fit in iniuriã habẽtiũ molẽdina , ex quo propter penuriã aquarũ, patiuntur dãnũ:nã in dicto flumine habet nobilis vir Ioannes charuot , receptor regius in hoc balliuatu Heduen.vnũ primũ molendinũ,domini de montieu ſecũdũ,ego tertiũ,Ven. domini,decanus,& capitulũ Heduẽ. quartũ,& ſubſequẽter plures alij. Si enim aliquis ſuper molendina detrahat aquã, & ducat ex flumine ad agrũ ſuũ,aut pratũ irrigandũ,patimur nos qui habemus molendina damnũ , ex quo nõ poteſt duci aqua hoc caſu.l. imperatores.in fi.ff.de ſeruitu.ruſti.prædio.l.j.§.ſunt autẽ qui putãt.ff.ne quid in flumine publico. & intellige quòd eſt in damnũ ſeu iniuriã illorũ, qui iam habent molendina ædificata , ſecus ſi de nouo ædificarent , quia tunc tales non poſſent dici habere damnum,vt videtur tenere Cepola,in dicto loco ſuprà hic antè alleg.

ET ideo cũ vt in caſu præmiſſo,à tali tẽpore cuius initij memoria non ſit hominũ in contrariũ,ſit molẽdinũ prioris prioratus S.Rachonis ædificatũ,non eſt dubium ſi aliquis ducat aquam ex flumine,exiſtente ſuprà dictũ molendinũ ad prata ſua irriganda,ꝙ facit ei iniuriã,per tex.in d.l. imperatores. vbi eſt tex.ad literam. ꝙ etiam pro agris ſitientibus irrigandis,cum iniuria vicinorũ,non permittitur ducere aquam de flumine.

ET maximè*illam ducendo extra ſuum ſolitũ curſum,nam etiam ſine iniuria vicinorum,nõ debet aqua deduci à ſuo ſolito curſu & naturali. nec debet aliquid fieri in aqua vt diuertatur à ſuo ſolito curſu.l. ij. C. ad l.Aquil.& ibi per Bal,& doc.& l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi quis aquæductum.ff. ad l. Aquil. & notatur in l.j.ff. de ſerui.Et ideo dicit Bal.in c.j.§.ſi quis de menſo.in iiij.col. in fi.de contro.inueſti.in vſibus feudorum. ꝙ in iſto aquarũ ductu. nõ ſolũ inſpicimus principiũ,ſed etiã loca,vnde decurrit,& alueos,& meatus,vnde trãſit,& ſi eſt vetuſtiſſimus aquæ curſus, & ſecundum eorum qualitatem & vſum aquæ iudicare debemus. Et ideo cum hoc noſtrum flumen ad vſum publicum deſtinatum,habeat alueos & meatus antiquos, vnde decurrit,nõ ſunt mutandi illi aluei & meatus, nec aqua ab illo curſu ſolito antiquiſſimo debet detrahi , aut deduci aliter quam ſolitum eſt in æſtate præterita.l.j.§.quòd autẽ.ff.de aqua quotidi. & æſti. vt in caſu noſtro, ex quo dico quòd in quocunque loco ſit aqua,ex flumine non debet detrahi,ad irriganda prata. 7 *Aqua non debet deduci à ſuo ſolito curſu.*

ET per prædicta*ſatis viſum eſt quid ſit flumen publicũ,quid autem ſit priuatũ,dicit tex.in l.j.§.fluminum. ff.de fluminibus.ꝙ illa quæ fluunt ad tẽpus ſunt priuata. ¶Item illa quæ ſunt manu facta. l. j.§. ſi foſſa.ff. de fluminibus.& ita not.gl.in l. nemo.§.j.ff. de rerum diui. Et ideo etiam dicuntur flumina priuata , vt foſſata in agris poſita quæ creſcunt & decreſcunt.l.j.§.ij.ff.de fluminibus.d.l.nemo.in fi.no. gl.in §.flumina. inſtit. de rerum diui.& no.Bal.in l. lapilli.ff. de rerum diui. qui dicit quòd priuatum flumen eſt quatenus in ſuo ingreditur,& non ſemper fluit,vt ſunt gurgites,& quædam foſſata quæ continuationem non habent, quæ enim creſcunt,publica ſunt.d.l.nemo.§.j. Et Bal.in d.l.lapilli.in ij. col. ad fi. ¶Item priuatum dicitur quando eſſet in 8 *Flumen priuatum quid.*

dominio vnius tantum.puta quia incipit ex fonte qui in agro ſuo oritur, & diſcurrit per ſua prædia vſque ad flumen publicum vel mare.arg.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeruitus vendicetur.

ITem poteſt dici priuatum cũ proprietas vel iuriſdictio cõpetit vni tantũ domino, vel ciuitati tanquá eius, quia reſpectu aliorũ eſt priuati iuris illius domini,vel ciuitatis in cuius territorio eſt,vel qui in eo habet iuriſditionem,& propterea per alluuionem hoc eſt per adiectionem vel detractionem quæ fit à flumine non additur vel detrahitur iuriſditioni.Bar.in tractatu Tyberiadis,in x.col.verſi.item videndum eſt.

Caſus. HIS diebus fui iterum de alio caſu interrogatus,in quo conſului.Nobilis domina domina Antonia d'inteuille.domina dorram & des granges ſubtus grinon habet molendinũ quod dicitur,*le molin moireault.* ſuper flumine quod fluit ex vitello ad locũ montis barry, in quo quidem molendino decurrit alia aqua proueniens ex alio flumine,quod vocatur, *la riuiere de leſmes.* quod dicitur eſſe priuatum,hoc eſt,in quo plures domini habent ius priuatum,ſcilicet proprietatem & iuriſditionem.& maximè in parte ſuperiori, domini de Venarey habent ius & iuriſditionem,ita quòd dicunt eum eſſe bannale,& eſſe totaliter in eorum iuriſditione,& dominio,in loco ſuæ iuriſditionis,& in illo loco Emedeus,& Ioãnes clergeot diuerterunt illam aquam,& deduxerunt ad eorum molendinum,quod eſt ſuprà dictum flumen in parte ſuperiori.

NVNC vt dictũ eſt dicti clergeot habentes molendinũ in loco ſuperiori,diuertunt aquã à dicto paruo flumine vulgariter dicto,*la riuiere de leſmes.*de licentia,permiſſione,& autoritate dominorũ de Venarey.habentes in loco diuerſionis iuriſditionẽ & dominiũ illius fluminis, & illam ducũt per ſuos fundos & terras ad molendinũ eorũ,quod dicitur,*le moulin Bernard.* dicit dicta domina Antonia d'inteuile domina dorram,quòd iſtud non poteſt fieri. Et ideo ex quo dicti clergeot prohibent aquam currere, videntur ipſam turbare in ſua poſſeſſione,proùt videtur tenere Bal.in rubri.ff.de rerũ diui.in iij.col.ibi circa quam dicit etiã Bal.in l.ij.in fi. C.ad l. Aquil. ꝙ aqua nõ debet deduci à ſuo ſolito curſu, etiã ſi,ea haberet ius priuatũ,eo maximè quia in hoc dicta impetrans habet magnum detrimentum in pluribus, tum primò, quia aqua remiſſius deſcendit ad ſuũ molendinũ. ¶ Item eo ꝙ non habebit tot molentes, & quia dicebat ſe eſſe in poſſeſſione illius iuris, ſcilicet recipiendi aquã directè fluentẽ ad ſuũ molendinũ,abſque eo ꝙ ab aliquo impediretur, impetrauit caſum nouitatis contra dictos clergeot,qui diuerterũt illam aquam ab anno citra,qui quidem ſe oppoſuerunt,& taliter proceſſum eſt in dicta materia nouitatis,& proceſſu diſcuſſo,mihi tranſmiſſus fuit proceſſus ad conſulendum quis deberet obtinere in poſſeſſorio, & mihi viſum fuit ꝙ dicta domina Antonia impetrans,debuit repelli à finibus poſſeſſoris,tum primò,quia dictũ flumen,*de leſmes.* ex quo aquam deducunt dicti oppoñ. ad molendinum ſuum non eſt publicum, ſed priuatum, ad eum ſcilicet ſaltem pro maiori parte ſpectans,à quo facultatem habuerunt dicti oppoñ.aquæ deducendæ.ſatis probant teſtes pro vtraque parte examinati, ex quo per aliquem impediri non potuerũt dicti opponentes,quin aquam deducerent quo vellent, etiam in præiudiciũ alterius.tex.eſt in l.fluminũ.§.fi.& in l.proculus.ff.de dãno infec.Et ita dicit & tenet Bal.in l.itẽ lapilli.in j.col. ff.de rerũ diui.& Ang.in l.ſi manifeſtè.C.de ſeruitu.& aqua.dicit ꝙ ex flumine publico ſi poſſum totã aquam non ſolum diuertere & ducere ad molendinum meum,ſed etiam in totũ tollere, per dictã.l.flumen.& l.Proculus.ſentit idem Bal.in c.cũ eccleſia Vulterana.in ij.col.extrá,de elec.Bar.& do.meus Iaſ.in l.quominus.in j.q. ff.de fluminibus.maximè quãdo diuertitur aqua ad cõmodũ diuertentis etiã ſi noceat alteri,dum tamẽ nõ fiat ad ęmulationem illius, & in odium illius,quod nõ præſumitur,vt tenent omnes ſuprà allegati. & Alex.in cõſil.ſuo clxxiiij.incip.opportunè cõſideratis.in iij.col.in ij.vol.& iſtud extendit Bal.in conſiliis.Pet.de Ancha. in cõſi.ſuo xj.in ij.col.vbi dicit ꝙ ſicut de loco licitum eſt facere id quod ſibi proſit,etiam ſi alteri noceat, ita etiam de perſonis.& ideo,vt dicit,cõmune ſpoleti potuit facere ſtatutũ ſeu ordinationẽ ſuis ſubditis, vel imponere onus propter quod euitandum,vadunt ciues potius ad molendinum archieſpicopi, qui ex illo ſtatuto habet magnum incommodum & dãnum,eo ꝙ dicta cõmunitas habet cõmodũ ex illo ſtatuto.Et poteſt ordinare ſuis ſubditis illud quod ei prodeſt,etiã licet ſit alij nociuum,cũ ergo in hoc caſu opponen. diuertũt aquã de poteſtate & licentia illius qui eſt dominus,ex quo eſt flumen priuatum,eo ꝙ dicti domini de Venarey habent iuriſdictionem & proprietatem,vt probatum eſt,& eſt tale quòd puſillum aquæ in æſtate cõtinet, vt vix interdũ lauari poſſint pedes,ex quo dicitur priuatum,vt dicit Bal.in d.l.item lapilli.in fi.j.col.ff. de rerum diuiſio.& hoc fecerunt,vt dicta aqua eis proſit.potuerunt,& debuerunt facere : cũ rei ſuæ quilibet ſit moderator & arbiter.l.in re mandata.C.mandati.Et ſi dicatur ꝙ ex quo dicti opponen. dictã aquã diuerterunt & ꝓhibuerũt currere,vidẽtur dictã impetrantem turbaſſe in ſua poſſeſſione.argu.notatorũ in l.j.C.vbi de poſſeſ. agi opor.& in l.j.§.inter.& §.ædificare.ff.de mortuo inferendo.proùt dicit & allegat ad hoc Bal.in rub.ff.de rerum diui.in iij.col.ibi,circa aquam quæ de cælo.Et ideo ex quo ſumus in poſſeſſorio,prędicta impetrás debet obtinere & reſtitui in ſua poſſeſſione, cũ videatur turbata in illa ſua poſſeſſione. Et ad ea quæ dicta ſunt poſſet reſponderi ꝙ loquuntur & habẽt locum in petitorio,& nõ in poſſeſſorio,ſed dic ꝙ etiá dicti opponẽ. debent obtinere in poſſeſſorio,cùm illud ius aquæ deducendæ eis cõpetebat, & illius iuris erant poſſeſſores, ex quo nunquã fuerant prohibiti deducere,non enim per dictã impetrantẽ potuit quæri poſſeſſio impediendi

9 Requiſita ad acquiſitionẽ iurium negatiuorum. dictos opponen.deducere,niſi prius fuerint prohibiti,& prohibitioni acquieuerint,*cũ in acquiſitione iuriũ negatiuorum,vt alicui cõpetere poſſint etiam quo ad poſſeſſionem ſolũ,iura negatiua duo neceſſaria requirũtur.primum prohibitio ſeu contradictio illius qui aſſerit ſibi competere tale ius negatiuum, & patientia ſeu admiſſa prohibitio ex parte illius,cui eſt facta prohibitio ſeu contradictio.probatur per gloſ.ſolennem in l.j. in glo.magna,circa princi.C.de ſerui.& aqua.& in l.qui luminibus.in prin. ff.de ſerui.vrba.prædio.Bar.in l.ſi prius.in vij.oppo.ff.de noui.ope.nuntia do.meus Iaſ.in l.quominus.in vj.col.ibi,ſecundò confirmatur.ff.de fluminibꝰ.Albe.de Roſa.in l.ſeruitutis.*la grande*,titu.generali.ff.de ſerui.plenè per do.Iacobi.de S.Georg.in tracta.ſuo feudorum.in glo.in verbo,& cum molendinis.in ij.colum.ibi, ſed quæro dominus loci &c. imò dicũt Philipp.Francus,& Cardi.Alexan.in c.ſignificante.in j.notabi.extrà,de appel. quòd etiam talia iura negatiua non quæruntur conſuetudine,aut præſcriptione, etiam tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium,niſi præceſſerit prohibitio & patientia,aliàs nunquam in talibus quæritur poſſeſſio.

Additio.

ADDITIO. Matth.de affli.in cõstitu.regni Siciliæ,quæ incipit,maiestas ꝓcuratoribus.in ij.notabi.videtur tenere contrariũ cũ dicat ꝙ si probetur consuetudo vetustissima tanti tẽporis,valet ad hoc etiam si non probetur prohibitio. * ¶ Nec potest dicere dicta impetrans , ꝙ ex eo solo quòd aqua dicti fluminis fluebat liberè & directè ad molendinum dictæ impetrantis,potuit dicta impetrans dici esse in possessione prohibendi ne aqua ad alium locum adducatur,cũ non possit solus fluxus aquæ aliquẽ de nouo in possessione constituere,licet eum iam constitutũ posset conseruare.arg.l.qui fundũ.ff. quemadmodum seruitus amittatur.& in l.j.§.j.ff.de aqua quoti.& æsti.* Per rem enim inanimatam nec proprietas nobis, nec possessio quæritur.glo.singularis in §.fi.in verbo,per hunc.instit.per quas personas no. acquiritur. quam cõmendat do. meus Ias.in l.j.in prin.ff.de acqui.posses.& in d.l.quominus.in xxxv.col.in xxxviij.q.ff.de flumini.Cùm ergo dicti opponentes quibus ius competebat,aut domini de venarey à quibus dicti opponentes habent ius deducendi aquam ex dicto flumine,quod est priuatum,nunquam fuerint prohibiti deducere,quia nunquã deduxerant,ex quo nõ erat eis opus:nõ potest dicta impetrans dici esse in possessione,cũ hîc agatur de possessione iuris non deducendi,& sit iuris negatiui,in cuius acquisitione necessaria est prohibitio præcedens per supradicta.Facit quod no.Bar.in l.in filiis.C.de Decu.li.x.& do.meus Ias.in l.fi.in ix.col.ff.de consti.princ.& in l.Falso.C.de diuersis rescri.& Panor.in c.cùm sit generale.in v.col.extrà,de foro compe.& in c.quoniam frequenter.§.in aliis in xvj.col.extrà,vt lit.non contest. vbi dicunt ꝙ quando alicui competit aliqua facultas, quòd si ipse ea non vtatur etiam per centum annos,eo quòd sibi non expediebat vti, vel nõ occurrebat necessitas ,ꝙ per non vsum non tollitur sua facultas,nec in talibus per non vsum introducitur consuetudo. ¶ Quando per non vsum inducatur consuetudo,vide doc.in l.de quibus.ff.de legi.& Boerium in consuetu. septenæ Bituricen.tit.de præscriptio.§.j.in glo. & nota quòd non solùm consuetudo inducitur. 10 *Per rẽ inanimatã dominium nõ acquiritur.*

Accedat pro corroboratione prædictorum illud quod pulchrè no.do.Abbas.in c.cũ ecclesia sutrina.in v. col.de causa posses.& proprieta.vbi dicit ꝙ * per exercitium,actum qui pluries & sæpenumero facilè cõceduntur,nõ potest quæri possessio,vndè cũ de facili dominus aquæ pluries & sæpenumero suũ naturalẽ alueũ fluere permittit,licet ex hoc naturali cursu alter cõmodũ percipiat, certè per illũ cursum naturalẽ nõ debet alteri quæri possessio impediẽdi dominiũ,ne possit ipsum diuertere quò ipse vult. ¶ * Cõfirmatur,quia licet iuriũ incorporaliũ quasi possessio per patientiã quęratur.l.quoties,*la seconde*.ff.de seruit.l.seruus.§.incorporales.Et ibi in glo.ff.de acqui.rerũ domi. tamẽ cũ illa patiẽtia debet esse aliquis actus positiuus. facit.l.iij. §.dare.ff.de vsufru.Nam quasi possessio incorporaliũ,facto & animo quæritur,sicut corpore & animo quæritur possessio corporaliũ.l.iij.in prin,ff.de acqui.posses.Ita no.Inno.in c.in literis.de restit.spolia. Refert Bal. in l.j.in ij.col.C.de serui.& aqua.& per prædicta teneo & cõcludo dictã impetrantẽ debere repelli à finibus possessoriis,cũ nõ potuit dici acquisiuisse possessionẽ illius iuris impediẽdi,ne aqua diuerteretur ab habente facultatem diuertendi & deducendi. ¶ Adde ad propositũ,casum multũ notabilẽ positũ per Calcaneũ in cõsilio suo lij.incip.fons oritur.eundẽ vide cõsi.liij.liiij.& lv.vbi ponit amplè de materia diuertẽdi aquã,aut deducendi de flumine siue priuato siue publico,siue etiam de fonte qui oritur in fundo meo.vide etiam Philip. Decium in consilio suo ccxliiij.in ij.volum.ad quem recurre in hac materia diuertendi aquam. 11 12

Et quia dicitur in hoc §.ꝙ nemo potest habere vsum in flumine bannali & sylua. Aduerte * quia licet ius piscandi in flumine publico sit cõmune omnibus de iuregentiũ.§. flumina.instit.de rerũ diui. tamẽ si quis pluribus annis piscatus fuerit,& alios prohibuerit,acquirit sibi ius,& potest alios prohibere: sed si nõ prohibuisset,quãuis frequẽtissimè,& ꝙ tot annis solus piscatus fuisset, nõ quæritur sibi ius ad alios prohibẽdos ne habeant piscari.Et ideo dicit Io.Fab.in d.§.flumina.ꝙ licet talia iura negatiua non possint præscribi,tamẽ posſunt de cõsuetudine acquiri,vnde si pluribus annis piscatus solus fuerit,& alios prohibuerit sciente populo,& non contradicente,videtur ꝙ possit sibi ius quærere ex tacito cõsensu populi. Et ideo dicit ꝙ videmus obtinere hodie de cõsuetudine regni Franciæ vbi sunt piscarię & defensæ in multis locis fluminũ ꝙ ius habẽt domini terrarũ,scilicet prohibendi hominibus ne habeãt piscari,ex cõsuetudine regni Fràcię. Et isto modo flumina & syluæ sunt bannalia,scilicet per has prohibitiones illis acquiescẽdo per lõgissimũ tẽpus,puta per xxx. annos secũdũ cõsuetudinẽ,vel per tẽpus cuius initij memoria nõ extat in cõtrarium,secundũ Io de Platea in l. vsum aquæ.coniuncta.l.diligenter.cum sua glo.C.de aquæ ductu.lib.xj.quem alleg.Ang. Areti.in d.§.flumina.& de hoc vide plenè per AEgidium bellameram in consilio suo vij.vbi amplè per eum. 13 *Ius piscandi.*

Sic etiam potest dici molendinum bãnale,& * idem de furno,& multis aliis.ex quo dicit Bal.& alij in l.j. C.de seruitu.ꝙ si per lõgissimũ tẽpus iui ad molendinũ tuũ ad molendũ,nõ per hoc potes me in futurum cõpellere,quũ ego ibi molã propter reditum tui molendini,eo ꝙ ista itio fuit per modũ facultatis.idem tenet Cy.in l.ij.C.quæ sit longa cõsuetu.Panor.in c.Abbate S.Syluani.in ij.col.de verb.sig. cúmque sint meræ facultatis,non præscribuntur , nec * ex his quæ fiunt gratuitè non potest dici ius acquisitum , & ideo dicit Innoc.in c.cum ecclesia sutrina.extrà, de causa posses. & proprie.& refert Panor.in c.quod translationem.in ij. col.extrà, de offic.lega.quòd si aliqui multis annis & ipse & maiores sui hospitati fuerint in domo alicuius nobilis vel episcopi, non per hoc causaretur consuetudo vel præscriptio,per quam in futurum ad hoc teneretur,quia ex his quæ fiũt gratuitè nõ acquiritur ius, opùs est ergo ad hoc vt talis vsus aut tale ius acquiratur, ꝙ volentes ire ab alio sint prohibiti à domino,& prohibitioni acquieuerint per tempus longissimum ad præscriptionem complendam,quo casu acquiritur ius illi qui prohibuit, vt possit ad hoc in futurũ cogere prohibitos.l.si quis diuturno.ff.si serui.vendi.l.hæc autem.ff.de seruitu.vrba.prædio.glo.& docto.in l.qui luminibus. ff.de serui. vrba. prædio. Panor. in c. significante. in j. notabili. extrà, de appellatione, imò dicit Philippus. Francus, & Cardi.Alexan.in d.c. significante.in j.nota.* quòd tale ius negatiuum non potest acquiri consuetudine,vel præscriptione,etiã tãti temporis cuius initij memoria non extat in cõtrariũ, nisi præcesserit ꝓhibitio aut patiẽtia aduersarij,aliàs possessio negatiua nunquam acquiritur. ita text. notab.in l.j.C.de serui. & aqua . secundum verum intellectum. & facit.l. sequitur.§.si viam.ff. de vsucap . Intellige prædicta etiam in prohibitione quæ fit extra iudicium, etiam si fuerit obtemperatũ pro bono pacis,secundũ Panor.in c. abbate 14 *De molendinis bãnalibus.* 15 *In gratuitis nõ acquiritur ius.* 16 *Ius negatiuũ non acquiritur præscriptione.*

sancti Syluani.in ij.col.vbi per illum tex.iuncta gl.extrà, de verbo.significa.

Casus. ITem adde quod dicit Bal.in l.lapilli.in iij.q.ff.de rerum diui. vbi quærit, nunquid aliquis possit præscribere ꝙ ipse solus & posteri sui habeant molendina in tali villa, ita ꝙ alius non possit ibi facere molendinū? Vidi quæstionē hoc anno inter Reuerēdū dominū Iacobum hurault episcopū Heduen. dominū temporalem baroniæ & seignoriæ Issiaci episcopi, qui impediuit dominos de la chapelle, qui volebant facere molendinum in terra & seignoria Issiaci, quod videbatur posse fieri per l.si.quisquā.ff.de diuer.& tempo.præscrip. Sed aduerte quia requiritur prohibitio facta, & quod obtemperatū fuerit prohibitioni, & tunc poterit per longissimum tēpus præscribi tale ius, & sine prohibitione acquiri non potest, vt etiam tenet do.meus Ias. in l.quominus.in vj.col.ibi, secundò confirmatur.ff.de flumi. Alberi.de rosa.in l.seruitutes.*la grande*.in vj.col.de seruitu.titu.generali. Plenè per do.Iacobi.de sancto Geor.in tracta.suo.feudorum.in gl.in ver.& cum molendinis.in ij.col.ibi.sed quæro, dominus loci &c.iam suprà allega.in casu emergenti.

ET dicit do.meus Iason ibi referendo Panor. ꝙ hoc modo potest acquiri tale ius in præiudicium vicinorū, quòd ipse solus possit habere molendinum, & erit seruitus prædialis, tamen subdit ꝙ ex causa publicæ vtilitatis poterit infringi illa seruitus, quod solus habeat molendinum per l.fi. in fi.ff. de vsuca. Nihil aliud nunc

17 dico, quia non est decisa hæc quæstio. ¶ Item adde * quòd dominus habens omnimodam iurisditionem potest prohibere hominibus suis, ne vadant ad molendum in alio molendino quam in molendino suæ iurisditionis, ita Soci.in consi.suo cclxxij.inci.non prosequendo ordinem quæstionum.in ij.col.vbi alleg.Bald.in quodam consi.quod est inter consilia Pet.de Anch.in consi.xj.quod fuit hîc antè alleg.

ITem adde quòd eo quòd quis vadit ad molendū ad aliud molendinum, vel in alio casu, si quis dicat se habere ius quod non vendantur carnes tali die, vel victualia, nisi in tali loco, si vendātur in alio loco, vel eatur ad aliud molendinū, dicitur quis turbari in sua quasi possessione talis iuris ad vnū locū.& pro istis iuribus incorporalibus seu iurisditionibus, datur interdictum vti possidetis, ne quis turbetur in sua quasi possessione in suo priuilegio.& ita tex.not.in c.licet causam.in princi.& in fi.extrà, de proba.& facit.l.si quis diuturno.& l.sicuti.§.aristo.ff.de serui.vendi.Philip.Fran.in d.c.significante.vbi dicitur ꝙ tale ius potest acquiri priuilegio. ex quo quæro, quia his diebus audiui ꝙ sex aut septē macellarij huius ciuitatis, fecerunt monopoliū inter eos, ꝙ volebant impetrare à Christianissimo Rege nostro principe, quòd nulli alij possint vendere carnes in hac ciuitate quam ipsi, & quòd sint iurati, & quòd nulli deinceps possint vendere carnes nisi sint iurati, an tale priuilegium hoc modo sit in præiudicium reipublicæ & contra vtilitatem, publicam? credo quòd sic. quia ex hoc fieret annona carior, nondum vidi. si impetretur ab eis, ad minus omnes qui de præsenti sunt macellarij, debebunt semper vendere carnes, nec poterunt prohiberi, nec credo quòd aliter detur si casus eueniat, fortè dicetur aliquid pro vtilitate reipublicæ huius ciuitatis. videmus tamen his diebus ꝙ fuerunt deputati noui notarij à rege, ita etiā quòd qui erāt antè notarij, fuerunt priuati eorū officiis sine causa, quod obseruatum fuit apud nos, sed multi in regno contradixerunt, ita quòd obtinuerūt ꝙ antiqui possent semper exercere eorum officia, sed tamen super his debēt impetrare literas Regias, an bene sit factum & iuridicè vel non, cogita, dicam alibi.

Quæstio. ITEM quæro, aliquis habuit per tantum tempus cuius initij memoria non extat in contrarium ius, ꝙ omnes de tali loco tenerentur ire ad suum molendinum, quod acquisiuit prohibitione præcedēte, cui obtēperatum est per tale tempus, postmodum sunt quinque anni aut sex, ꝙ molendinum eius est destructū, ita quòd tales homines non ampliùs vadūt ad molendū in dicto molēdino. nunc verò reædificauit molendinū, & iterum facit prohibitiones hominibus illius loci, ne vadant ad aliud molendinum, sed vadāt ad illud, aliqui ex illis hominibus. pendentibus illis sex annis fecerunt quoddam paruum molendinum, quo vtuntur tantū pro necessitate eorum, vel iuerunt ad aliud molendinum, & adhuc molendino reædificato, & post prohibitionem vadūt ad aliud, nec obtēperant secūdæ prohibitioni, dominus antè annum intentat casum nouitatis & querimoniæ, qui dicitur interdictum vti possidetis, tales homines se opponunt. Et dicunt quòd in vltimis annis nō iuerūt ad molendinum illius domini, sed ad aliud, quis debeat obtinere, nunc est casus in facto.

18 Assuetudo. ADuertendum est, * quia habemus consuetudinem, assuetudinem, & dissuetudinem. assuetudo dicitur quasi assiduus actus. cōsuetudo & desuetudo descēdūt ab hoc verbo suetudo, additis solum his monosyllabis con, & de, ex quarū additione resultat totaliter cōtrarius effectus, quoniā monosyllaba cō, auget & ponit, sed

19 Cōsuetudo. monosyllaba de, nō auget nec ponit. imò taliter diminuit & priuat, * & dicitur cōsuetudo quasi cōmunis vsus. c.cōsuetud.j.dist. Azo.in sum.C.quę sit lon.cōsuet.in princ. Et dicit Goff.in sum. de cōsue.in ver.dicitur autē.

20 Desuetudo. quòd cōsuetudo dicitur quod in cōmuni vsu est. & * desuetudo dicitur ex monosyllaba de, quę priuat & minuit. notatur.xxxvj.dist.c.episc.& de hac monosyllaba de, habetur p Bar.in l.j.§.emācipatis.ff.de coiū.cū emā.libe.& dicitur desuetudo quasi nulla assuetudo. Et ita sunt cōtraria cōsuetudo & desuetudo, quoniā cōsuetudo respicit factū & cōmunē vsum. vt in c.cōsuetudo.j.di.& ff.de legi.l.de quibus.§.j.ibi, in reb⁹ ipsis.& sic ponit seu affirmat aliquid esse in rerū natura, sed desuetudo respicit cōtrariū, videlicet nō factū, & nō vsum. Et sic nihil ponit, imò negat aliquid in rerū natura esse. vt insti.de iniur.§.sed pœna quidē. His præsuppositis condescendo ad casum nostrū. dominus aliquis prohibitione præcedēte, cui fuit obtēperatū per tātū tēpus cui⁹ memoria nō extat in cōtrariū, habuit molēdinū bānale, hoc est tale cui omnes de tali loco tenebātur ire ad molendum, nūc verò cessauerūt per aliquod tēpus, an possint dicere se habere cōsuetudinem nō eūdi. s. nō eūdo, an verò desuetudinē? nam nō est dubiū quòd cōtra dominū nō allegant factū, sed solū nō vsum, quod quidem nō factum, seu nō vsus ipsorum hominū, nō tollet seu nō priuabit dominū suo iure acquisito & sibi cōpetēti. probat hoc expresè plenè Guido pape, qui hāc materiā meliùs cæteris explanat in q.sua penul. in xiij.xiiij.xv.xvj.& xvij.cum seq.col. Et aduerte, quia in hoc casu est ius negatiuum, & nō affirmatiuū, & ius quod prætendunt homines est affirmatiuū. Et ideo videtur quòd dominus perdiderit possessorium illius iuris, & in sua possessione fuerit turbatus, ex quo homines iuerunt ad molēdinū, ex dictis per Philip. Francū in d.c.significante.in j.& ij.col. Et ideo si iuerint per annū integrum, est turbatus per annū, ex quo non potest obtinere in interdicto vti possidetis, in quo requiritur possessio vnius anni & vltimi actus, quia in interdicto vti possidetis vincit qui

cit qui vltimo anno vſus eſt.ſufficiant in hoc caſu hæ remiſſiones hîc antè dictæ,cùm nondum ſit caſus deci- *Alius ca-*
ſus.¶Aduerte, quia hoc anno domini M.ccccxix. fui interrogatus de iſto caſu.duo habentes molendinum *ſus.*
commune quod minabatur ruinam & egebat reparatione,vnus iſtorum volebat illud reparare pro ſua parte
& ſibi competente,alter non . Quærebat à me ille qui reparare volebat & intendebat , quid facere debebat,
dedi ei conſilium vt practicaret. l. ſi vt proponis. C. de ædifica. priua. de qua etiam facit mentionem domi-
nus meus Iaſ.in §.ſequens.col.vlti.inſti.de actio.videlicet,quòd interpellet ſocium vt contribuat in reparatio
ne dicti molendini fienda,quod ſi nollit facere,intimet ei conſequenter quòd reparabit,& proteſtetur de vtē-
do beneficio dictæ legis,& reparatione facta interpellet eum vt pecunias pro ſua parte expoſitas ei ſoluat in-
tra quatuor menſes,quod ſi non fecerit,ius in alia parte eſt ſibi quæſitum,quod nota,quia eſt tex.mirabilis,de
quo ſuprà hoc titu.§.præcedenti.in j.glo.in addi.ibi poſita iam fecimus mentionem.

ADuerte tamē * ꝙ ſi flumen eſt in confinio duarũ ciuitatũ vel territoriorũ in dubio cõmune pręſumitur eſ 21
ſe,& iuriſditio cuilibet ciuitati vel domino,cõpetit in ipſo flumine vſque ad medium fluminis , quia om-
nia ſunt in confinio eorum qui ab vtraque parte poſſident.l. arbor.ff. communi diui.l.ij.§.propterea.ff. de a-
qua plu.arcen.l.adeò.§.fi.ff.de aqui.re.domi. Cepola.in trac.de ſeruit.ruſtic.prædio.tit.de flumi.in fi.vbi dicit
illud intelligendũ,niſi appareret contrarium, puta quia vnus dominorum totum flumen poſſediſſet dominã
do ipſum,& vide ad prædicta Bal.in c.ex literis.de proba.

EX prædictis videmus ꝙ * licet ius piſcandi ſit cõmune in flumine.§.flumina.inſti.de re.diui.tamē fallit vno 22 *Ius piſ-*
modo,vt dictum eſt in caſu prædicto, ſcilicet quando quis piſcatus eſt ſolus per tantùm tempus, cuius ini- *cãdi eſſe cõ*
tij memoria non extat in contrarium,à tempore prohibitionis factæ etiam,vt dictum eſt hîc antè. *mune limi*
tatur hic.

FAllit & limitatur ſecundò,quãdo flumen eſſet priuatũ.l.iniuriarũ actio.§.fi.in fi.ff.de iniur.vbi dicit tex.in
lacu qui mei dominij eſt,vtique piſcari aliquem prohibere poſſum.

TErtiò fallit quando ius piſcandi eſt priuatum,puta quia eſt venditum per principem,ſicut in lacu Guardæ
cõtingit,in quo ſunt aliquæ piſcariæ priuatæ,quæ fuerunt venditæ per dominos Veronæ.arg.d. §.fi.cũ l.
ſeq.quæ incipit,ſanè ſi maris.& arg.c.j.circa fi.ibi,piſcationũ reditus.quæ ſint regalia.in vſib.feudo.nã ad pra
cticam deducendo videmus ꝙ multi ſunt domini & principes in aliquibus locis habentes ius piſcandi, aliqui
per vnam leucam, alij per duas, alij per tres,& ſic de ſingulis in fluminibus huius patriæ.Et illud ius piſcandi
vendunt ſingulis, aut de duobus aut de tribus annis,& deliberant vltimo appretiatori, & in hoc videntur ha-
bere illud ius regale,de quo in dicto.c.j.quæ ſint regalia.

QVartò fallit quãdo eſſet cõuentio cũ vicino, vt in domum ſuam piſcari non poſſit.l. venditor.in prin.ff.
communia prædio.Et iſtud eſt verũ etiam in fluminibus publicis,vt dicit Cepo.in trac.de ſeruitu.ruſti.
prædiorum.in titulo de mari.in principio.

QVintò fallit quando princeps,vel habens iura principis,prohiberet ne quis in flumine publico piſcari
poſſit,vt eſt in lacu   quod quomodo ſit, quia nulla ſunt in hac patria,remitto me ad ea quæ di
cit Cepola pro Italis & Sabaudien.in trac.ſerui.ruſti.præd. de lacu.

SExtò fallit quando eſſet conſuetudo,vt piſcaretur ſolùm pro vſu publico,& non pro priuato, vel pro pri-
uato,ſed certo tempore tantum, vt eſt in flumine noſtro vulgariter dicto. *Arout*, in quo abbas & conuen-
tus ſancti Martini habent ius impediendi ne piſcari poſſit, & vendunt ius piſcandi:domini tamen eccleſię He
duen.ſingu.annis ſolent ire ad piſcandum certo tempore anni,in qua quidem piſcatione faciunt quædam con
uiuia,quæ debentur per vltimum canonicum vltimò receptum in dicta eccleſia Heduen.Et hoc modo habent
ius piſcandi certo tempore,ex conſuetudine quæ vicem legis obtinet.l.venditor.§. ſi conſtat.ff.cõmunia præ-
dio.prædictas limitatones ponit Cepola in trac.ſuo ſerui.ruſtic.prædio.in tit.de piſcatione.

ET ex his videmus de vſagio quod haberi poteſt in flumine tam in piſcando,quàm inducendo aquam à flu-
mine ad agrum,quam etiam in ædificãdo ſuprà flumen.de quo pleniùs,ſed de vltimo vide pleniùs per Ce-
polam in dicto loco hîc antè alle.

IN TEXTV IBI, Vſage de boys.

ADuerte ad id quod dicit Bar.in l.nulla.§.fi.ff.de alimē.& ciba.legatis. quòd conceſſio huiuſmodi vſûs nõ
eſt ſeruitus,ſed tantum cõpetit actio perſonalis cõtra concedentem non cõtra tertiũ. & ita videtur tenere
Cy.in rubri.C.de vſufructu.Alexã.in conſi.xviij.incip.attentis narratis in themate.in   vol.Vide ad hoc
Philippum Corneum in conſi.clxxxviij.incip.qua petitio.in verſi.his tamen non obſtan.in.iiij.vol.& an ſit ius
reale vel perſonale,vide Paulum de caſtro in l.iiij.ff.de ſeruitutibus,& in l.vt pomum,eodem titu.*

DE vſagio * verò nemoris videndum eſt, & primò quæritur, ſi ruſtici aut homines rei aut alterius iuriſdi- 23 *De ne-*
tionis dicunt ſe vſos fuiſſe nemore tanto tempore quo memoria non extat, an iuuat eos de iure , vt di- *morum v-*
cantur acquiſiuiſſe ius vtendi fruendi in illo nemore?Cy. format hanc.q. in l.fi. in iiij.quæſtio.C. de præſcrip. *ſagio.*
lon.tempo.x.vel.xx.annorum.& videtur dicere quòd non,quia* vſus fructus perditur longiſſimo tempore.l.
corruptionem.C.de vſufru.ergo eodem tempore quo perderetur non acquiritur.facit.l.Titio cùm morietur. 24
ff.de vſufruc.dicit tamen Cepo.in trac.ſuo ſeruitu.ruſtic.prædio.in titu.de montibus. q.xiij. quòd cautela eſt, *Cautela.*
vt ruſtici non dicant ſe habere vel acquiſiuiſſe ius vtendi fruendi, ſed dicant ſibi conſtitutam fuiſſe ſeruitutē,
quòd ius haberent vt poſsint incidere ligna in dicto nemore,iuxta.l.iij.in princip.ff.de ſeruitu.ruſtic. prædio.
¶Et ad probandum iſtam conſuetudinem ſeruitutis vel iuris,eam allegent & probent ſe vſos fuiſſe dicto iure
accipiendi ligna per tantum tempus, cuius initij memoria non exiſtat in contrarium , quia tale tempus habet
vim conſtitutionis,& tituli,ſeu priuilegij.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.c. ſuper quibuſdã.
§.præterea extrà,de verb.ſigni.c.j.de præſcrip.lib.vj.Alexan.in conſi.vj.in.j.vol.dominus meus Iaſon.in l. de
quibus.in x.colum.ff.de leg.idem in §.omnium iuſtitu.de act.in xiij.colum.idem Alex.in conſilio ſuo. xxxv.in
ij.volumi.Soci.in conſilio.cxxvij.in penul.colum.& in conſi.clxxxj.in penul.col.Panor.in conſilio.xx.in.j.vo-
lu.Ludoui.Bolog.in conſilio ſuo.lxxvij.imò hoc caſu non eſt neceſſaria ſcientia eius contra quem præſcribi-
tur.do. meus Iaſ.in l.imperium.in viij.colum.ff.de iuriſdi.omniũ iudi.nec admittitur in contrariũ.Feli.in.c.cũ

25 *Seruitutis probatio.* nobis.in iij.col.extrà, de prǽsump.Barb.in cõsi.xlj.in xj.col.in j.vol. imò plus dicit Cepola in dicto loco * ꝙ allegãdo titulum & probando possessionem vel quasi, per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes probaretur titulus & seruitus constituta, vt probatur per glo.no.in l.ij.C.de seruitu.& ibi per doc.in l.j.§.denique.le.ij.ff.de aqua plu.arcẽ.& per ea quæ habentur per Bar.& docto. in l.qui in aliena.§.sed si non adiecto.ff.de acqui.hære.per.glo.& Canon.in c.peruenit.extrà, de censi.per Bar.& docto. in l.cùm de in rẽ verso.ff.de vsuris.& in l.si certis annis.C.de pac. hodie de cõsuetudine nostra dic, qđ requiritur tẽpus. xxx. annorũ. cũ omnes præscriptiones in hac patria sint ad hanc redactæ, vt infrà hoc tit.§.penul. ¶ Sed quia dixi hîc antè ꝙ in tempore cuius initij memoria nõ extat in contrarium, allegando seruitutem fuisse constitutam & probando, tamen tantum tempus sufficit, proùt tenet Cepo.in loco hîc antè alle.dic ꝙ probato tali tempore, nõ est necessaria tituli allegatio, proùt Alex.in d.cõsi.vj.in ij.col.in j.vol.& in cõsi.cxxv.in ci.viso titulo quęstionis in
26 ij.vol.&in consi.seq. ¶ An * si vsus nemoris sit relictus alicui vniuersitati pro commodo singulorum, vtantur æqualiter omnes, vel secundum ꝙ sunt ditiores & digniores, dic ꝙ æqualiter omnes, & secundũ ꝙ vnusquisque indigebit.ita tenet per plura Alber.de Rosa.in l.intantum.§.vniuersitatis.in vlti.col.ff.de re. diui.

27 *Quæstio.* SED quæro nunquid valeat consuetudo * ꝙ homines alterius iurisdictionis possint incidere ligna in nemore alterius, & infrà limites alterius castri, vel in fundo alterius. Panor.& Ioan.de Imol.in c.dilecti filij.le.j.in glo.de arbi.dicũt ꝙ sic, dummodo cõsue.nõ sit inducta per violentiam.ad hoc facit.c. super quibusdam.de verb.signi.l.si quis diuturno.ff.si serui.vendi.etiã vide eos ibi, dixi suprà. ¶ Aduerte etiam, quia vbi ligna vel pascua non sufficerent domino, & illi qui consuetu.prætenderet præferendus est dominus, & sic nõ valeret consue.per quã dominus excluderetur admisso extraneo. ¶ Facit tex.in l.si quis secunda.C.de aquę ductu.& vide ad hoc Ioan.And.in c.dilecti.de arbitris iusta enim excusatio est, si quis suã vtilitatem alienæ præferat.l.præses.C.de serui.& aqua.facit.l.ædem.C. loca. vbi ꝑ mea vtilitate possum te expellere à domo mea tibi locata.vide Matt.de affli.in constitu.regni Siciliæ quæ incipit, cùm partes Apuliæ.in iij.lib. * ¶ Ita tenet Rochus Curtius in repe.c.fi.in xxj.fol.col.iij.versi.ex qua ratione infero.extrà, de consue.

28 *Quæstio.* ITEM quæro * aliquis dominus cõcedit vsum nemoris aliquibus de villa vel ciuitate perpetuò, an & quantũ duret tale tẽpus? videtur ꝙ fruetur cẽtũ annis, quia videtur hoc modo cõcessus vsusfructus.l.diuus Adrianus.ff.de vsu & habi.qui finitur cẽtũ annis.l.an vsusfructus.ff.de vsufru.& queadmo. quis vtatur. Et ideo rustici quibus cõcessus est vsus nemoris sæpe allegant cõtra se, quia si dominus velit eos prohibere, dicunt non potestis, quia vsi sumus cẽtũ annis & pluribus, & ita allegãt finitũ vsumfructũ.per d.l.an vsusfructus.do. Albe.de Rosa.in d.l.an vsusfructus, mouet hãc quæst.& ad prædicta respõdet, dicẽdo ꝙ d.l.loquitur in seruitute personali vsusfructus, sed in casu prædictę quæst.posset dici ꝙ esset seruitus realis cõcessa loco, gratia habitantium nũc & in futurũ, & sic esset perpetua, dicit tamen ꝙ adhuc est dubiũ, sed vide eundẽ Albe.in l.fi.in ij.col.C.de præscri.lon.tempo.vbi dicit ꝙ si est cõcessa loco, est perpetua, & non finitur tali tempore centum annorum.

29 *Quæstio.* ITEM quæro * aliquis habet vsagium in quadam foresta, vel in quodã nemore, an si vti nõ possit, vel non velit, possit illud alteri vẽdere vel locare? Io.Fab.in §.minus autẽ.de insti.de vsu & habi.dicit ꝙ sic, per l.plenũ.§.pomis.ff.de vsu & habi.licet cõtrariũ obseruetur. ¶ Nũc esset vidẽdũ, an Io.Fab.de cõsuet.attestãti credendũ sit.Bar.in l.vt vim.ff.de iusti.& iure.tenet ꝙ sic, sed reprobatur per omnes maximè per do.meũ Ias.ibi & do.Claudium de aquis in sua repe.d.l.vt vim. & per Phili. Decium in consiliis suis, consi.cxlij. in col.ij.ex quo si casus eueniret in facto, nescio quid iudicaretur in hac patria, nisi secundũ ea quæ scripta sunt in hoc volumine consuetudinum nostrarum. ¶ Etiam aduerte si debeatur vsus seu seruitus iuris pascendi in nemore aliquibus, an possit reduci ad pratum, vel aliam culturam in præiudiciũ habentium ius pascendi eis inuitis? vide quæ dicit Bartholo.Cepola in tracta.seruitutum rusticorũ prædiorũ.titulo de seruitute iuris pascendi. col.xij. & xiij.ad quem recurre cùm casus euenerit, Cogita ad hæc antè dicta ꝙ si fiat ad magnam vtilitatẽ, est iusta excusatio, ita ꝙ debet præponi alienæ, ideo si essemus in casu vbi non fieret magnum incommodũ habenti ius pascendi, & fieret magna vtilitas domino, ꝙ posset mutare ad suã vtilitatem.argumento eorũ quæ dicũtur ꝙ tibi nõ nocet & alteri prodest, potest per illũ cui prodest fieri, vt notatur per Io.Fab. institut. de lege fusia canina tollenda. * ¶ Aduerte etiam, si habeã vsum in tuo nemore.an possis vsum concedere cuidam sine cõsensu meo, vide Odo.de Senon.in tractatu de interdictis.de aqua quoti.& æsti vide infra §.v.in glos.ij.

30 *Quæstio.* VLteriùs quæritur * an habens vsagium in nemore possit alteri concedere ligna? Dic ꝙ sic, si ligna vtrique sufficiant, aliàs non.argu.l.ij.§.fi.ff.de seruitu.rusti.prædio.& l.Lucio.ff.de aqua quoti.& æsti.Bartholo. Cepo.in tractatu suo serui.rusti.prædiorum.tit.de montibus.quæstione.ix.

ITEM pone ꝙ aliquis habeat in priuilegium, vel alio modo quòd possit scindere ligna in nemore pro se & familia sua, an contineantur filij nascituri? vide do.meum Ias.in l.fi.in ij.col.C.de verb.sig.vbi plenè determinat ponendo ꝙ talis habens exemptionem si habet plures filios, & vnusquisque illorum habet tantam familiam solus quantam habebat pater omnium, quòd non omnes habent hanc exemptionem, sed solum vnus illorum. ¶ Hanc quæstionem vide plenè examinatam per Ioan.Sanxon in consue. Turonen.tit. *Des droictz de basse iustice*.arti.xiij.fo.xvj.vbi ponuntur plures decisiones in simili.vide Cepolam in tract.serui.verba.prędiorum in titu.de furno.in v.q.vbi amplè per eum.

Venatio in nemoribus. DE venatione verò quę fit in nemoribus dominorum nihil hîc tractatur. Sed quæro an comites vel barones vel domini temporales habentes iurisdictionem, possint iustè facere prohibitionem generalem & sub pœna vt nullus audeat venerari in forestis & nemoribus ipsorũ? vide Iac. Rebuf.in l.vnica.C. de venatione ferа.lib.xj, vbi distinguit an foresta sit inclusa, vel non, & ibi dicit etiam quòd potest prohiberi venatio perdicum, quæ fit cum tona, & alio instrumẽto, ex quo possunt tot capi quòd sit interesse reipublicè, vide ibi per eum. ¶ Et vide infrà in §.vij.huius tituli vbi allegaui plura ad hoc. *

IN TEXTU IBI, *Petitoire ou possessoire.*

1 ADuerte * an si quis agat petitorio intelligatur renuntiasse possessorio. Barto.in l. naturaliter.§.j.in iij.lectu.in ver.quæro pro declaratione.ff.de acqui.pos.& Alex.& alij post eũ.& ibi de pluribus quæstionibus an possint

an possint simul intentari,& an possessorio renuntiato possit intentari petitorium,vel econtrà.vide Panor.in c.pastoralis.extrà,de causa pos.& propric.col.vj.cum multis aliis sequentibus.

IN TEXTV IBI, *Qu'elque laps temps.*

QVæro,* quid operentur hæc verba,non obstante lapsu temporis.dixi amplè suprà in titu.Des mainsmortes.§.ij.Sed an hoc casu tollatur præscriptio tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium,vide Io.And.in c.j.de præscri.lib.vj.Bernar.Landrianum in addi.ad Panor.in c.si diligenti.extrà,de præscri.& videtur quòd licet hîc requiratur titulus,tamen sufficit possessio seu consuetudo tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium,nec aliter docendum est de titulo,cùm tale tempus habeat vim tituli.glo.in c.super quibusdam.§.præterea. in ver.memoria. extrà,de verb. sig. dominus meus Ias.in §.omnium. in xiiij.col.insti.de actio.dixi plenè hîc antè in glo.præcedenti. 1 *Lapsu tẽporis non obstan.*

ADDITIO. Vide in hoc Mat.de affli.in cõsti.regni Siciliæ quę incipit,si dubitatio.in v.col.ver.iiij. pondero.in iij.lib.& in constitutione quæ incipit,quadrigenalem.in glo.iiij.in iij.lib. *

NEscio tamẽ quid in hoc casu diceretur,cũ textus nostræ cõsuetudinis, seu statuti requirat expressè titulũ,& verba statuti sunt propriè accipienda,& nõ impropriè.do.meus Ias.in l.omnes populi.in pen.col.ff.de iusti.& iure.& tãtũ tempus nõ est titulus,sed tãtũ habetur loco tituli.d.c.j.aliud enim est esse titulus,aliud haberi pro titulo,sicut aliud est esse pater,vel haberi pro patre,vel loco patris.Bart.& Alex in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.ad l.Iuli.de adul.do.meus Ias.in l.prętor ait.§.siue autẽ.in j.nota.ff.de no.ope.nun. & in l. patris & filij.ĩ j.nota.ff.de vul.& pupil.cogita quid dicẽdũ si casus eueniret,quia videtur mihi dicẽdũ cõtrariũ,cũ in omnibus tale tẽpus & titulus æquiparẽtur,ergo statutũ disponẽs vnũ in casu vero.s. in titulo,habebit locũ in casu ficto.s.in.tali tẽpore cuius initij memoria &c.habẽte vim tituli.faciũt tex.in c.cũ dilectus.& in c.ad audientiã.extrà,de cle.nõ resi.notatur in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de lib.& posthu.do. meus Ias.in l.j.in ij.colum.ibi,sextò & fortiùs.ff.de vul.& pupi.& in l.omnes populi.in duabus lecturis.in si.ff.de iusti.& iure.

SED multum debent aduertere aduocati cùm proponunt huiusmodi tempus, quia debent articulare modum probandi,ita videlicet,ꝙ fuit semper ita visum & auditum à prædecessoribus,& ꝙ semper ita fuit cõmunis opinio & communis vox,& fama publica de tali iure prætenso,& ꝙ nunquam fuit visum obseruatum contrarium.& ita visum fuit obseruare à quinquaginta vel saltem quadraginta quatuor annis, & vltra.& hoc vt testes ita deponent,quia aliàs ita crudè & tam de paruo tempore deponunt, quòd nunquã aut raro probãt tale tempus,secundum quòd requirit glo.& doct.in c.j.de præscri.in vj.

QVæro, * aliquis habet terram vacuam iuxta domum meam, de qua nihil facit, nunquid possim eo inuito animalia mea immittere depascenda, cùm eum non lædant? Ioan. Fabri institu. de lege fusia canina tollen. dicit quòd sic, ex quo cùm semel fuissem interrogatus de quodam,qui emerat mediam partem trium stagnorum , ita quòd teneretur ad mediam refectionem,quæ quidem stagna distabant ab eo per septem,aut octo leucas, incuria seu negligentia illius emptoris & venditoris stagna facta sunt inutilia, nunc venditor qui habet domum suam iuxta vnum,ex illis mittit animalia sua depascenda in vno ex illis existens prope domum suam,& emptor vult eum prohibere,an possit? dixi quòd non.ex quo etiam si non mitterentur animalia herba fieret inutilis,nec aliquod commodum afferre posset illi emptori,& hoc illo tempore quo dictum stagnũ non erit in reparatione,per doctrinam.Ioan.Fab.in d.loco. 2

IN TEXTV IBI, *Sans en auoir tiltre.*

QVæritur an hoc casu sufficiat habere præscriptionem tanti temporis,cuius initij memoria non extat in contrarium? Videtur quòd sic,quia tale tempus habet vim tituli.Dixi in gl.præcedenti,non repeto hîc.

IN TEXTV IBI, *Ou payer redebuance.*

SED qualis debeat imponi aut peti si non sit taxata ? dic quòd inspicienda est cõsuetudo vicinorũ.facit tex.in c.super eo.& in c.sopite.& in c.ex parte.extrà,de cẽsibus. vbi quando debẽtur præstationes,nec apparet de quantitate præstationum stabitur vicinis prouinciis, & secundũ quòd solitũ est fieri, aliàs fieret eis iniustitia,quoniã vt dicit Bal.in l.j.C.quomodo & quãdo iudex.id quòd solet fieri. debet fieri. & si non fiat,iniustè fit.Vide ad hoc Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit,cùm per partes Apuliæ.in ij.lib. in vij.notab. *

§. TERTIO.

EN boys de couppes & de vendue ne doibt pasturer.quelque vsage que y soit iusques apres la quarte fueille.

IN TEXTV IBI, *En boys de couppes.*

INtellige tam de lignis priuatorum quam principis,quia eadem pœna puniuntur.vt dicit Iac.Rebuffi.in l.insignis.C.de pascu.publi.lib.xj.

SYlua*cædua ab æquinoctio autumnali vsque ad calendas Ianuarias (vt quibusdam placet) cęditur maximè pro ædificiis aut nauigiis construendis, vt dicit Franciscus patritius in libro de institutione reipublicæ, li. vij.ti.quinto de sylua. & ibi ponit quomodo architecti considerant & obseruãt lunam in lignis scindendis,ne scilicet pro architectura ligna scindantur antè decimum quintum diem in vna arbore & in materia flaccida antè. xxv.an.arbores enim (vt dicit) & multa alia veluti sunt conchilia omnia,ad lune cursum augentur seu decrescunt.vt ibi habetur & multa alia,quæ hîc non sunt multum ad propositum,ideo aliter non insisto. 1 *Quo tẽpore cædatur sylua cædua.*

HAEC dicitur cędua de qua dixi in rub.huius tit.¶ Et quia hîc in hoc.§.loquitur de vsagio nemoris quòd consistit in iure pasturagij. Aduerte,quia vt dicit Bartho.Cep.in tracta.suo seruitutum rusti.prędio in ti.de iure pascendi,communiter fiunt statuta terrarum quæ prouident quo loco & tempore sit pasturandum,vt his & in duobus.§.sequen.& consuetudo in talibus est seruanda.Bald.in tit.de pace constan.§. nos Romanorum.in glos.sicut ver.& not.hîc expressum Et Bald.in l.j.§.denique.& l.ij.ff.de aqua.plu.arcc.¶ Bartho.veronen in tra.isto serui.rusti.prædi.in tit. de seruitutibus iuris pascendi.tractãs hanc materiam quærit primo.*Quid sit seruitus iuris pascendi? & dicit quòd seruitus iuris pascendi est pecoris pascendi in fundo alieno agri mei causa.l.prima.§.in prædiis.ff.de seruitutibus rusticorum prædiorum institutionibus de serui. §.inter rusticorum.l. 2 *Seruitus iuris pascẽdi quid.*

qui seruandarum.§.fi.ff.de præscri.verbis.& quomodo intelligatur illa diffinitio, ponit ibi amplè, nõ insisto.

4 *Pascuũ duplex.* 1 SED quia * dicitur ꝙ est seruitus. quæro an sit seruitus realis, an personalis. ponit Alberi. de Rosate in l. si quis binas.ff.de vsufr. Et notant gl.& doct.in l.pecoris pascendi.ff. de serui.rustico.prædio.* Quærit vlteriùs Cepola quotuplex sit pascuum,& dicit quod est duplex, quoddam est publicum, quoddam est priuatũ vt probatur in rub.per totum titulum.de pascuis publicis vel priuatis.lib.xj.

QVærit vlteriùs, an dominus prædij seruientis possit loca in quibus debet alteri seruitutem,& in quibus debet ius pascendi, puta pascua & ligna, reducere ad culturam, inuito domino prædij dominãtis, an deberetur seruitus iuris pascendi & econtrà, an ille cui debetur hæc seruitus possit inuito domino fundi reducere pascua, ita vt efficiantur meliora,& ibi plenè disputat & cùm multi casus mihi euenissent, solitus sum semper recurrere ad Cepolam in dicto loco, qui optimè distinguit vbi conclusiuè, tenet ꝙ in præiudiciũ illius cui debetur seruitus iuris pascendi, non potest alterari ius pascendi. ¶ Io.Fab.in §. vnico.instit.de lege Fusia canina tollenda. quærit, pone quod quis habeat vacuam terram iuxta domum meã, de qua nihil facit, nunquid possum eo inuito animalia mea immittere depascenda, cum illum non lædant,& dicit ꝙ sic, faciendo quatuor notabiles regulas, quas vide. dixi in §.præcedenti.in fi.

Quæstio. QVæritur vlteriùs, plures habent ius pasturandi in aliquo loco.& habent vnum pascuum, vnus qui habet ibi modicas possessiones tenet ibi magnam quantitatem bestiarum, ita quòd habentes magnas possessiones non possunt vti illo pascuo pro eorum bestiis, quid fiendum? Albe.de Rosate in l.imperatores.in secunda col.ff.de serui.rusti.prædio. dicit quòd alij possunt intentare vtile interdictum cõmuni diuidũdo, ꝙ ille vtatur pro modo. ꝙ quomodo intelligatur an pro modo iugerum, an ꝓ valore æstimationũ, ponit ibi Alberic.

§. QVARTO.

Viue pasture en boys de haulte forestz, est entendu des la sainct Michel, iusques a la sainct Andre incluz, & durant ledict temps, tous, vsages vains pasturiers doibuent cesser de y faire pasturer.

IN TEXTV IBI, *Viue pasture.*

ADuerte in hoc quia hoc modo dicitur sylua pascua, de qua est tex.in l.sylua cędua.§.fi.ibi pascua sylua est quæ pastori pecudum destinata est.& dixi suprà in rub. Et si quis in hoc tempore prohibito, inuenerit animal depascẽs, nõ potest retinere iure pignoris, sed lege Aquilia agendũ est.l.quintus.ff.ad l.Aquil.nisi diu aluerit, quia hoc casu retinere potest.l.hoc ampliùs.§.de his.ff. de dãno inf. quia ĩ rei vtilitatẽ alimẽta versa sunt, ideo retinere potest. notatur in l.si nõ fortẽ.§.cẽtum.ff.cõmodati. dixi suprà in tit. *Des censes.*§.j. in gl. *retenue.*

IN TEXTV IBI, *Haulte forest.*

QVAE dicatur antiqua foresta, vide Matthæum de afflictis in consti. regni Siciliæ, quæ incipit, autoritatem.in iiij.notabili. *

IN TEXTV IBI, *Des la sainct Michel.*

1 VTrum hæc dictio, *des*, includat vel excludat diem S. Michaelis, vide plenè per Alberi. de Ros.in authẽ. hoc ius.in ij.colum.in princi.C.de procura.* vbi probat eam aliquando includere, aliquando excludere.

2 *A, & ab. dictiones.* & idem dicit de dictione ab.& dixi.infrà, in glo.fi.huius.§. aduerte etiam * quia dictio à iuncta verbo effectiuo & substantiuo, vt sum, es, est, dicit & denotat causam efficientem, vt filius est à patre, ita dicit Bald. in l.ex arrali, post principium.ver.adde.C.de actio.emp.

3 NVnquid * hæc seruitus iuris pascendi sit seruitus continua vel discontinua? doct. iuris canonici & ciuilis discordant in hoc, vt per, doct.in c.cùm ecclesia sutrina.de causa possess.& proprie. Et in c.de quarta.& ibi Felin.extrà, de præscrip. plenè Gui.pape.q.ccccclxxiij. Sed dic quòd quando licitum est depascere tantũ certo tẽpore anni, dicitur discontinua. vt est in casu huius cõsuetudinis. Et tunc hoc casu non acquiritur præscriptione, nisi tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium. notatur in l.seruitutes. *la grande*.ff.de ser. tit.generali.& in locis hìc antè alleg. dicam in §.sequen.

4 *Seruit᷒ viuæ pasturæ.* SED quia * hìc dicitur, *viue pasture*, aduertendũ est ꝙ sunt duo genera seruitutis iuris pascendi. Quædam est seruitus, viuæ pasturæ quæ dicitur eo tẽpore quo glandes sunt in lignis & nemoribus, & hoc casu omnibus est prohibita à tẽpore S. Michaelis vsque ad festũ S.Andreæ, quo quidem tempore glandes sunt in syluis & forestis. * Alia est vanæ pasturæ, quæ dicitur esse tempore quo ampliùs nulli sunt fructus super terrã, sed sunt omnes recollecti in lignis post festum S.Andreæ in aliis post recollectionem fructuum.

5 *Vanæ pasturæ.*

ET aduerte quia ex quo viua pastura prohibetur in syluis & nemoribus à festo S.Michaelis, vsque ad festũ S.Andreæ, quòd si aliquis dicat animalia alicuius fuisse in lignis & nemoribus tempore viuæ pasturæ, ex quo debet habere emendã pro suo dãno, debet articulare quòd tali tempore animalia illius fuerũt reperta intra festum S.Michaelis & S.Andreæ, in tali ligno seu nemore, quòd dicitur alta foresta, in quo erant glandes, & debet probare necessariò prædicta animalia fuisse reperta tali tempore, cùm illo tempore factum sit punibile,& non alio. Et ideo si nõ probaret non sequeretur condẽnatio. Facit, l.eum actum.ff.de neg.gest. Et ideo dicit Ang.in l.in substi.ff. de vulg.& pupi.substi. * ꝙ vbi certũ & determinatũ tẽpus est in substãtia dispositionis, punctualiter interuenire debet. aliàs dispositio nõ tenet. alle.d.l.eũ actum,& l.matrẽ.C.de proba.per quem tex. Bal. ibi decidit multas quęstiones. Facit ꝙ dicit idẽ Ang.in l.ij.in ij.col.C.de per.hære. vbi dicit per illam legẽ, ꝙ vbicunque aliquod tempus punctualiter est de substantia ad victoriã reportãdã, ibi illud liquido probari debet,& punctualiter alleg.d.l.matrem.& d.l.eum.idem est dicendum in loco, vt not. Bar.& alij in l. non solum.§.sed vt probari.ff.de no.ope.nun. Et idem Ang. in l.j.§.fi.ff.de incen.rui.& nauf. ꝙ vbi lex exigit certum locum vel tempus, illud debet deduci & punctualiter probari.& idem Ang.in l.eum qui.§.publiciana per illum tex.ff.de publi. plenissimè per do.meum in d.l.non solùm.§.sciendum.ff.de no.ope.nun.

6 *Tẽpus substantia le dispositionis.*

CVM ergo in casu nostro, ad hoc vt missio animalium in lignis & nemoribus. seu altis forestis, sit punibilis, requiritur quòd sit à festo S. Michaelis, vsque ad festum S. Andreæ, ideo tale tempus debet adduci & punctualiter probari, vt dictum est.

Et si tantùm

ET si tantũ articularetur ꝙ in tali alta foresta fuerunt reperta animalia,nec articulum est de tẽpore, ex quo
est aliquod tẽpus permissum,in dubio intelligitur esse tempore permisso , & sic tẽpore quo talis missio nõ
est punibilis,& hæc est præsumptio iuris,de qua in l.merito.ff.pro socio.proùt dicit Inn.in c.inhibitio.in vlt.
col.extrà,de clandesti.despõ.& Florianus in l.si dominus seruũ.ff.ad l.Aquil.* Nã quãdo actus potest esse va- 7
lidus vno tempore seu permissus, alio nõ, præsumitur esse factus tempore legitimo.Panor. in c.cõstitutus.in
iij.not.extrà,de præscri.Et ibi Feli.in prin.Et ibi ponit cui incumbat onus probandi. Ex quo enim hìc in hoc
casu tempus est fundamentũ, debet probari. Ias.in d.l.non solũ.§.sciẽdum.& in rub.C.qui admit.Alex.in cõ-
si.cẽtesimo.in iij.col.in j.vol.ꝙ incipit.Super primo casu,idem Alex.in consi.clxxij.in ij.vol.Et do. meus Ias.
in l.j.C.de testa.Feli. multũ amplè ponit infinitos casus,vbi est dubium an incumbat onus probandi actori,an
reo.Ita ponit in c.ex literis.in pe.& vlt.col.extrà,de probatio.ad quem recurras.Sed ad propositum huius ma
teriæ vide Cepolam in dicto tractatu,in tit.de seruitu.iuris pascen.in v.& vj.col.

I N T E X T V I B I. Iusque a la sainct André incluz.

QVare*fuit hìc posita hæc dictio,*incluz*.cũ dictio vsque stat inclusiuè semper in dilationibus.Bal. in c.j.§. 1 *Vsque dictio.*
decedente.in vlt.col.versi.extrà not.qui feudũ dare possunt.Spec. in tit de disputa.& alle.§. post hoc.
versi.itẽ dictio vsque.Bal.in aut.hoc amplius in vlt.col.in versi.nota. C.de fideic. cũ multis aliis remissionibus,
de quibus per Alex.in l.ex facto. in ij.col.ff.de vulga.& pupil.substitutio.& de hac dictione quòd stet inclusi-
uè vide Albericũ de rosate in auth. hoc ius.C. de procurato. *vbi ponit multas dictiones quæ stant inclusiuè, 2 *Dictiões*
quæ sunt scilicet a,ab,ex,de,intra,ad,nisi,pręter,antè,in,absque,nunc,tunc,vel,vt,aut,iuxta,quasi,tanq̃,ferè,pe *inclusiuæ*
nè, prope, sedsi,atsi,sed & si,de consilio,absque consilio, sine consilio, quæ omnes dictiones stant inclusiuè, *positæ.*
vt ibi plenè per Albericum de rosate. ¶ De dictione vltra an stet inclusiuè vel exclusiuè . vide Guilielmum
Benedicti in suæ repetitio.c.Raynutius.in verbo,alterochæ filiæ,de testa.

§ QVINTO.

LES habitans d'une ville ou village,ne peuuent pretendre auoir vain pasturage,sur aucune autre ville ou village d'autre seigneurie & parochiage , ne pretendre droict petitoire , ou possessoire , sinon par par cours , ou qu'ilz en ayent tiltres , ou payent redebuance au seigneur.

I N T E X T V I B I. Habitans.

QVæro,quis*dicatur habitare,an habentes domum conductam dicantur habitantes. Dic quòd sic.tex.est 1 *Habitare quis dicatur.*
in l.j.§.penul.ibi,habitare autẽ dicitur siue in suo,vel in cõducto,vel in gratuito.ff.de his qui deiecc.
vel effude.& alibi plenè,vide per Alex.in l.si socius.ff.si cer.pet.& ibi Iaco.de S. Geor.qui vltrà Alex. allegat
cõsiliũ Bal.ccxij.inci.in Dei nomine.pręfati excellẽtissimi doc.in iii.vol.& p Feli.in c.qm̃ in prin.de offi.ordi.

ADDITIO. Vide etiam Albertum Brunum in tracta.de cõstitutio.in verbo, habitare.ar.j.iij. & iiij. Et
Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ quæ incipit,quisquis.in iij.not.in iij.lib. & ibi facit dif
ferentiam inter habitantem & habitatorem,& an conuersare dicatur habitare.vide Alex.in consi.quinquagesi-
mo in iij.& v.col.in j.vol.repe.in consi.ccxvij.in ij.vol.*

SED nunquid in hac consuetudine comprehendantur clerici actiuè & passiuè,actiuè scilicet , vt nõ possint *Clerici, an*
prætendere ius pecoris pascendi contra alios alterius villæ,passiuè scilicet, ne contra eos prætendatur tale *in hac con*
ius,de quo in hac consuetudine,& aduertendũ primò,ꝙ tale ius concernit & actiuè & passiuè vtilitatem publi *suetudi. cõ*
cã,seu bonũ publicũ,vt amplè dixi suprà in tit.Des *iustices & droictz d'icelles*.§.vj. in glo.*en mesusage*,ex quo *prehẽdun-*
videtur ꝙ tale statutũ seu consuetudo cõprehendit clericos, * cũ in his quæ cõcernũt bonũ publicũ appella- *tur.*
tione ciuium cõtinentur clerici,qui dicũtur ciues ciuitatis.Bal.in l.j.§.huius studij.ff. de iusti. & iure.notatur 2 *Ciuium*
in c.dilecti.per doc.extrà,de fo.cõp.* vbi appellatione districtualium continentur clerici.facit.c.fi.de offi.de- *appel. com*
le.in vj.vbi Io.And.& alij.Lud.Rom.sing.suo cccxliij.Old.verò in cõsi.suo xxxij.& Panor.in c.j.de vita & ho *prehendun*
nestate clerico.dicũt * ꝙ in fauorabilibus clerici censentur pars ciuitatis.& ibi dicit Pan. * ꝙ veniunt clerici *tur clerici.*
appellatione populi,in materia maximè cõgruente clericis & laicis, quia aliàs in materia congruente solis lai 3 *Et app.*
cis,appellatione populi non continentur clerici.glo. in c.fi.de tempo.ordi. in vj.de qua materia vide Feli. in 4 *districtualium.*
c.ecclesia S.Mariæ.in xxij.col.ver.extrà,de consti.*& an clerici veniant appellatione vniuersitatis . vide eun- 5 *Et populi.*
dem Feli. in c.eam te.in xij.col.extrà,de rescri. Et vltra adducta per doc.dico vnum * ꝙ appellatione populi 9 *An app.*
cõprehẽdũtur clerici,pro quo ego allego.tex.nõ allegatũ ab aliquo in c. si fortè lxv.dist. contra q̃ opinionem 7 *vniuersitatis.*
quæ est cõmunis,ego facio vnũ fundamẽtũ.c.duo sunt genera christianorũ xij.q.j. vbi dicit * duo sunt gene- 8 *Duo genera xpia.*
ra christianorũ,scilicet & clerici* sed laicus Latinè dicitur à laos Grecè,qđ est populus Latinè, ergo laicus & 9 *Laicus*
populus idẽ sunt,seu idem important,sed nemo negabit ꝙ apellatione laici non venit clericus , ergo nec etiã *vnde dicitur.*
appellatione populi,& istud videtur tenere Feli.in d.loco,sed non sumus in his terminis.sed in terminis,*an
appellatione habitantiũ cõprehendantnr clerici.tu dic ꝙ sic, * quia habitantes qui dicuntur habere incolatũ 10 *An ap*
habentur pro ciuibus per tex.in authen.de quæstoribus.in prin.hinc dicit Bar.in l.j.in iij.col.ver.quæro etiam 11 *pel.habitantium.*
an capitulum.ff.ad muni.* ꝙ appellatione ciuium venit capitulum canonicorum,* imò etiã dicũtur prouin- 12 13 *Et*
ciales,& ciues esse clerici,vt tenet Feli.in c.Rodolphus.in xij.col.ver.& dum proximè retuli.Bal.extrà,de re- *prouincialiũ*
scri.* & quando fit mentio de natione cõprehenduntur clerici.tex.in c.ad decorẽ.de insti.* hinc est ꝙ clerici 14 15 *Et*
dicuntur esse de prouincia,vt dicit Card.in d.c.dilecti.& do.Feli.in d.c.ecclesia. ¶ Et sic ex his teneo,ꝙ cũ ius *nationis.*
de quo fit hìc mentio in consuetudine nostra sit pro communi vtilitate & bono publico, appellatione habi-
tantium continentur clerici.per Io.de Platea in §.item lex Iulia.insti.de publi.iudiciis.in iij.col.& etiam quia
talis consuetudo est generalis,& non specialis contra clericos,comprehendit clericos , ideo valet.c. ex literis.
de iure patronatus.l.quædam.ff.de acquiren.rerum do.Feli.in d.c.ecclesia sanctæ Marię.xxvj. col. Cardi. Za-
barella.in c.decernimus. de iudiciis . plura alia hìc possent allegari , sed cùm in talibus plura dixerim suprà in
pluribus locis,non aliter insisto,ne sim nimis prolixus in extraordinariis materiis.

Vain paſturage. DIctum eſt in §.præcedenti de viua paſtura, hîc verò loquitur de vana, quæ dicitur illo tempore quo fructus ſunt recollecti in locis vbi fructus recolliguntur, & in lignis, nemoribus, ſeu foreſtis altis, alio tẽpore S. Michaelis vſque ad feſtum S. Andreæ, & dicitur propriè, *vain paſturage*, quæ nullum affert damnũ domino prædij ſeruientis, niſi in iure paſturandi.

16 *Seruitus paſcendi an præſcribi poſſit.* SED vt * hîc videmus, ſeruitus realis pecoris paſcẽdi nõ pręſcribitur per cõſuetudinẽ noſtrã, quæro quid dicẽdũ de iure? Dic ꝙ in hoc canoniſtæ & ciuiliſtę ſunt cõtrarij, nã canoniſtæ dicũt ꝙ ſeruitus paſcẽdi pecoris, ſiue quæcũq; alia animalia, per aliquos dies cuiuſlibet hebdomadę vel mẽſis, & per alios dies, talis ſeruitus & ſimiles dicuntur habere cauſam diſcõtinuam. Ita dicunt Inno. Hoſtien. & doc. in c. cũ eccleſia ſutrina. in fi. extrà, de cauſa poſ. & proprieta. in c. ad aures. & in c. de quarta. extrà, de præſcriptio. Si verò quandocunque voluerint immittere poſſunt ad paſcendum, dicitur habere cauſam continuam, & hoc caſu poteſt præſcribi, dum tamẽ aduerſarius ſciat me vti. l. ij. C. de ſerui. & aqua. glo. & Albe. in l. ſeruitutes. *la grande*, de ſerui. tu. titu. generali. ¶ Legiſte verò dicunt quòd talis ſeruitus dicitur indiſtinctè diſcontinuam habere cauſam, quia in eius vſu requiritur factum hominis, quia oportet ducere animalia in paſcuis, & reducere, & ideo non præſcribitur decem vel viginti annis. d. l. ſeruitutes, ſed requiritur tantùm tempus, cuius initij memoria nõ extat in contrarium. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. Ita dicit Gui. pa. in quæſtione ſua cccccclxxiij. ex quo dicit quòd requiritur probatio centum annorum. ¶ Quod quomodo probet, dicit in quę-

17 *In paſcuis non cadit præſcriptio.* ſtione ccclvij. Et vide Sozi. in conſilio ſuo lxxvj. repetito in conſilio clxvj. in v. col. vbi dicit, * ꝙ in paſcuis non cadit præſcriptio. Et ita dicit Pet. de Anch. in conſilio cclv. ꝙ tales ſeruitutes poſſunt præſcribi ſpatio tãti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ꝙ quomodo probetur, vide ſuprà in titu, *Des iuſtices.* §. ij. in glo. *& la preuue eſtre ſienne*, ibi probatur etiam dominium per tantùm tempus, vbi dixi.

ADDITIO. An & quando huiuſmodi ſeruitus ſit realis aut perſonalis, vel ius perſonale tantũ. vide Bertrand. in conſilio ſuo lxj. in iij. col. nume. xiij. in iij. parte.

IN TEXTV IBI, Ne peuuent pretendre.

ADuerte ꝙ etiã quilibet poteſt prohibere extraneis, in ſuum territorium ne ſibi aut ſuis præiudicium pareatur in paſcuis vel nemoribus. l. iij. §. j. ff. de acqui. rerum dominio. quibus etiam poſſet manu armata reſiſtere, vt notat Bar. in d. l. iij. facit l. diuus. ff. de ſerui. ruſticorũ prædiorum. cum pluribus aliis allegatis per Bertran. in d. conſi. lxj. hîc antè allegato, vbi ponit quomodo pro hoc iure poſſet agi poſſeſſorio, poſt inhibitiones factas de non depaſcendo. hac manu armata vtuntur Itali, & maximè Pedemontani pro paſcuis eorũ conſeruandis, quos multoties vidi armatos & congregatos pro talibus iuribus conſeruandis. *

IN TEXTV IBI, Sy non par parcours.

1 *Ius paſcendi conſuetudine acquiritur* DIcit Cepola * in tractatu ſuo de ſerui. ruſtico. prædic. in titulo de ſerui. iur. paſcendi. ꝙ ius paſcendi acquiritur conſuetud. ſeu præſcriptione, requiritur tamẽ tantùm tẽpus &c. & dicit Panormita. in c. dilecti filij extrà, de arbi. ꝙ poteſt induci cõſuetuo, ꝙ vnus nobilis vel homines alicuꝰ caſtri, poſſint incidere ligna ſeu animalia paſcere infrà limites alterius caſtri. vel in fundo alterius, dũmodo conſuetudo non ſit inducta per violentiam. Ad hoc facit. c. ſuper quibuſdam. de verb. ſigni. l. ſi quis diuturno. ff. ſi. ſerui. vendicetur. Nam quẽadmodum poteſt tota res præſcribi ſeu acquiri, ita etiam vſus rei. Ad id facit tex. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff.

2 communia prædiorum. vbi probatur * quòd valet conſuetudo, quòd quis oblato pretio poſſit incidere ligna,

3 vel quid ſimile, fundo alterius. Dicunt tamen doctores notanter. * quòd vbi ligna ſeu paſcua non poſſent ſufficere domino, & alteri habẽti de conſuetudine quòd poſſit paſturare, quòd tunc dominus præferendus eſt. arg. c. ſuggeſtum. extrà, de decimis &. c. quid per nouale. extrà, de verb. ſigni. ¶ Et faciunt prædicta in contrarium argumentũ, quòd dominus non poteſt dare noua vſagia aliis habitantibus, quando illa noua datione vſa

4 gij, vſus primorum vſagiorũ diminueretur, * quia ius ſeruitutis conceſſum vni nõ poteſt concedi alteri in pręiudiciũ primi. l. in cõcedendo. cum ſeq. ff. de aqua pluuia. arcen. & l. Lucio. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. & ideo ſi non ſit præiudicium primi, poteſt pluribus concedere ius ſeruitutis. Ita Bar. in d. l. in cõcedendo. Do. meus Iaſ. in l. reſcripta. C. de preci. impera. offeren. & in §. ęquè. in quinta col. inſti. de actio. & d. l. in concedendo. & l. Lucio. alle. Lud. Roma. in conſi. ſuo xlvij. in fi. ibi, ſecundò à ſimili ex textu. ¶ Vide ſuprà hoc co. ti. §. ij. in gl. j. quaſi in fi. in additione ibi poſita incip. Aduerte etiam ſi habeam vſum &c.

5 ET aduerte. * quia ex quo dixi hîc antè, quòd conſuetudine poteſt induci, quòd homines vnius caſtri vadãt ad paſturandum infrà limites alterius caſtri, dummodo non ſit violẽta, quia videtur quòd etiam valet ſi ſit violenta, nam ex patientia etiam acquiritur poſſeſsio, ſeu quaſi, in iuribus incorporalibus, vt eſt in talibus ſeruitutibus, quod etiam eſt verum, ſi ſit violenta & coacta, vt dicit Bar. in l. j. §. in operis. in quarta opinione, in fi. ff. de noui ope. nun. & do. meus Iaſ. in l. ſi præſens. in vij. col. in prima lectura. & in euidentialibus. in ſecunda lectura. ff. de noui oper. nuntia. Cogita, quia credo hoc eſſe verum.

6 *Quæſtio* SED iuxta * prædicta quæritur an homines de vniuerſitate poſsint eſſe teſtes in cauſa paſturagij? Albe. de roſa. & Bar. tractant hanc quæſtionem in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſio. Cy. in l. parẽtes. C. de teſt. do. Bar. Cepo. in tracta. ſuo ſerui. ruſti. prædi. tit. de ſeruitute iuris paſcendi. in iij. col. qui multũ bene per diſtinctiones expedit. Feli. in c. ſuper. extrà, de teſtibus.

7 REgula eſt * quòd illi qui ſunt de vniuerſitate, poſſunt eſſe teſtes in cauſa vniuerſitatis. ita tenet gl. Bar. & alij in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. gl. in l. ſi municipes. vbi Bal. & Ang. ff. quòd cuiuſque vniuer. nomine. & in. §. cogitandum. in auth. de mona. coll. j. & iij. l. idonei. ff. de teſt. Cy. Bald. Sali. Alb. in l. parentes. C. de teſti. Ioan. And. & Spe. in ti. de teſte. §. j. ver. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis. do. Panor. in conſi. xvj. incipiente, ad claram deciſionem præſentis dubij.

Limitationes regulæ præcedentis. PRimò limita non habere locum in vniuerſitate ſeculari, quia licet teſtes in vniuerſitate eccleſiaſtica admittantur, tamen ſecus eſt in vniuerſitate ſeculari. ſecundum dominum Ant. de Butrio. in c. cùm nuntius. extrà, de teſtibus. Tu dic quòd iſta limitatio non eſt vera, quia idem dicendum eſt in vniuerſitate ſeculari, vt tenet Sozi. in conſi. ſuo. cxciiij. in iij. col. vbi dicit quòd communis opinio eſt contra Ant.

Secundo

Secundò limita, quando causa vniuersitatis concernet commodũ singulorũ in particulari, puta quando cõmunitas haberet nemora vel pascua, in quibꝰ quilibet posset immittere animalia ad pascẽdũ, & tũc hoc casu quia quilibet in singulari potest percipere vtilitatẽ, nemo de vniuersitate admitteretur in testẽ. pro hac limitatione. Bar. in d. l. in tãtum. §. vniuersitatis. allegat tex. in l. ciuitatibus. ff. de leg. j. idem tenet Bal. in c. insuper. & in c. cũ nuntius. extrà, de testi. Spec. in dicto loco, ita etiam cõsulendo tenuit And. Siculus dictus Barbatia. in consi. lj. incipiẽ. scripsit gl. in j. col. in ij. vol. & intellige siue cõmodũ spectet ad singulos de vniuersitate principaliter, quia singuli depascunt animalia sua, siue effectus vtilitatis principaliter spectet ad vtilitatẽ vniuersitatis, & in consequentiã singulorũ de vniuersitate, puta quia vniuersitas locat pascua, & recipit pretium, ꝙ diuiditur postea inter singulos, ita dicit Cepola in dicto loco, vbi dicit pro hoc facere gl. singularem in l. de iure. ff. ad munici. & ꝙ notatur in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus nõ ierit. & dicit hoc esse intelligendũ qñ singuli sunt capaces illius vtilitatis, aliàs secus sicut contingit in causa monasterij, quia licet quandocunque de bonis monasterij fiant portiones inter singulos monachos, vt in c. insinuãte. extrà, de clericis nõ residen. & in c. dilecto. de præben. tamen non singuli monachi habent ius petendi illas portiones. vt ibi not. facit ꝙ habetur in c. ij. de statu monacho. & in c. edoceri. de rescrip. & propterea singuli monachi in causa vniuersitatis poterunt esse testes, & hoc videtur tenere Cardi. Zabarella in d. c. cùm nuntius. ¶ Bald. tamen in d. c. cùm nuntius. sublimitat prædictam theoricam in pascuis, quando homines de vniuersitate non possint aliundè habere pascua, secus autẽ si alibi possint habere, quia tunc admittitur eorũ testimoniũ. ¶ Idem Bal. in l. parentes. C. de testi. iterũ sublimitat, scilicet hoc esse verum quando vtuntur pascuis gratis, quia repelluntur: secus autem si soluant pretium pro vsu nemoris & pascuorum: quia tunc admittuntur. istas duas limitationes ponit Sozi. in suis fallentiis, in regula ccccviij. ibi, testes, prælatus, siue alia persona ecclesiastica. *Sublimitatio.*

Tertiò limita ꝙ licet illi qui sunt de vniuersitate possint esse testes in causa vniuersitatis, non tamen eis plenè creditur. ita tenet Archi. in summa xij. q. ij. Bal. & Albe. in d. §. vniuersitatis. & Bal. in d. c. cũ nuntius. Alex. in consi. suo lxviij. in ij. col. in ij. vol. Io. And. & Spec. in dicto loco, & hoc teneas contra Panor. in c. insuper. extrà. de testibus. dicit tamen Cepola in dicto loco, ꝙ si essent plures, plenã fidem facerent, quia quod deficit in fide, suplet numerus. gl. not. in l. iij. quæ incipit. §. eiusdem quoque. in verbo, numerus. ff. de testi. & pro hoc gl. j. in c. cũ à nobis. & ibi doc. extrà, de testibus. & tex. cũ gl. in c. cũ causam. extrà, de proba. facit quod no. Bar. in l. j. §. idẽ Cornelio. ff. de quæstio. & Bal. in l. si quis ex argentariis. §. ij. ff. de edendo. nã vt dicit do. meus Ias. in l. dictantibus. in prin. secundæ col. C. de testa. * defectus in teste suppletur ratione numeri. Alex. in consi. suo v. in iij. col. in j. vol. & consi. xliij. in vij. col. iiij. vol. idẽ etiã si cũ testibus existẽtibus de vniuersitate sint alij probi * quia ratiõe adiumẽti purgatur suspitio in teste, vt per plura tenuit do. meus Ias. in auth. si verò contigerit. C. de iudi. Feli. in c. causam. l. ij. extrà, de offi. dele. idem do. meus Ias. in l. j. in secunda lectura. in xij. col. C. de sum. trini. & fide catho. Soci. in consi. suo cxxx. inci. visa facti contingentia. in fine. Alex. in consi. lxxviij. in iij. col. in j. vol. dicit tamen idem Cepola, ꝙ ista sunt relinquenda in arbitrio iudicis. an illis testibus sit plenaria fides adhibenda vel non. arg. d. l. testium. §. eiusdem. ff. de testi. vt ibi per eum. *8 Defectꝰ testium supplentur numero. 9*

ADDITIO. Vide de hoc Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, prosequentes. in xv. not. in ij. lib. vbi etiam dicit quòd dignitas in teste ampliat eius dictum, secundum Feli. in c. coram. in princi. de testibus. *

Quartò, limita quando esset talis causa in qua vniuersitas succũberet, oporteret pro resolutione talis debiti imponere collectam singulis de vniuersitate, cùm aliundè satisfieri non possit, secundum Bald. in c. insuper de testibus, & in dicto c. tertio loco. de probatio. & notat Ang. in l. omnibus. C. de testibus. ita tenet Alex. consilio suo lxviij. in ij. col. in j. volumine.

Quintò quando veritas aliter sciri non potest quam per istos de vniuersitate, tunc indistinctè singuli admittuntur iuxta c. veniens. *le premier.* extra, de testibus. & l. consensu, §. j. C. de repudiis. aliàs procedit distinctio Bartholo. & Bar. in dicto §. vniuersitatis. Alexan. in dicto consilio lxviij.

Sextò limita quando causa super qua litigatur est criminalis vel ardua, secundũ Bar. in rub. ff. de rerũ diui. in ix. col. & in dicto §. vniuersitatis. per do. Ant. in d. c. cùm nuntius. de testibus. Francis. de curte senior in consi. suo xxiiij. in iij. col. has limitationes ponit do. meus Ias. in l. sed si. §. patronum. l. ij. ff. de in ius vocando.

Et intellige prædicta quando est quæstio inter vniuersitatem & extraneum, secus autem quando est quæstio inter homines de vniuersitate, quia tunc possunt indistinctè admitti ad testimonium, & vnus deponere pro vno, & pro alio contra alterum, quia hoc casu cessat causæ suspitio, cum præsumatur in dubio testis diligere vnum sicut alium, ex quo censetur inter eos par affectio. l. nõ solum. §. de vno. & quòd ibi notat Bar. ff. de ritu nuptiarum. & ita tenet Car. Zabarella in dicto c. cùm nuntius. in fi. extrà, de testi. & facit quod notat Bar. in l. extraneo. §. de quæstione. ff. de quæstio. & in l. qui istum ad finem. ff. de test. pro hoc est tex. cum glo. magna. in fi. quæst. v. & ita tenet Cepola in dicto loco hìc antè allegato. Item etiam idem quando est quæstio inter aliquos homines de vniuersitate, & extraneum. quia alij possunt este testes nisi sentirent commodum, vel sentire possent. c. quoties. cum ibi not. extrà, de testi.

Sed pone quòd testis examinatus in causa vniuersitatis, puta pascuorum, si sentit commodum, dicit quòd non, an intelligatur falsum dixisse vel repellatur à testificando, vel quando colligitur ex præcedentibus? dic quod si reperiatur contrarium, dicit falsum, aliàs secus. Bar. in l. ex quacunque. in iiij. col. ff. si quis in ius vocatus non ierit. ita dicit Cepola in loco hìc antè alle. ex quo dicto notandum est * quòd testes qui non rectè respondent super generalibus, committunt falsum. 10

ADDITIO. Contrarium videtur tenere Hippoly. de Marsiliis in suis singularibus, singulari suo lxxvj. incip. communis conclusio. vbi dicit quòd licet testis in parte falsus, sit in totum falsus, tamen hoc debet intelligi in eo, in quo quid deponit quod concernat eius dispositionem principaliter, non in eo quod negat affinem, quoniam ex quo istud est de generalibus non debet nocere eius dicto: tamen vt dicit, punitur propter mendacium. *

IN TEXTV IBI, *Ou qu'il en ayt tiltre.*

QVæro, an hoc casu præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ habet vim tituli, secundum do. meum Ias. in §. actionum. in xiiij. col. insti. de actioni. dixi in §. ij. huius tituli in gl. quæ incipit. *Par quelque laps de temps.* sufficiat ad acquirendum illud ius. dixi hîc antè in §. ij. in glos. *tiltre.* ¶ Item si habeat titulum pro omnibus & quibuscunque suis animalibus, an intelligatur de futuris, vide quæ dixi suprà in titu. *Des mainsmortes.* §. *Vng meix assis.* in glo. *s'il n'ya tiltre.*

IN TEXTV IBI, *Ou payent redebuance.*

PEtrus Iacobi in titulo de seruitute pecoris pascendi. in fine dicit. quòd si homines pascentes eorum animalia, præstitissent domino fundi aliquod tributum pro quolibet animali, hoc casu sufficerent decem anni, nec esset opus præscriptione tanti temporis, quia per hanc præstationem corroboratur tacitus consensus domini fundi, qui sufficit ad inducendum seruientem, ita dicit, refert, & sequitur Guido pape. in dicta quæstione sua. ccccclxxiiij. in j. & ij. colum.

IN TEXTV IBI. *Au seigneur.*

De quo domino intelligatur iste §.

PER hoc videtur dicendum, quòd iste. §. tantum intelligitur in illo qui est dominus, qui secundum communem vsum loquendi dicitur qui habet iustitiam & iurisdictionem, & nō simpliciter in illo qui habet forestam altam in alia iurisdictione, & in loco vbi non habet iurisdictionem, quia secundum nostrū communem vsum loquendi qui propriæ significationi præfertur, dixi suprà in tit. Des iustices. §. viij. in gl. cū loquimur de habente dominium tantum, dicimus quòd tali competit, spectat, aut pertinet, & in vulgari dicimus. *Et en est seigneur & maistre.* si vero loquamur de habente iustitiam aut iurisdictionem, ponimus tantum istud verbū *Seigneur.* videmus tamen aliquando, quòd in multis locis harum nostrarum consuetudinum, quando fit mentio de domino habente iurisdictionem, ponitur post, *Hault iusticier.* Et credo quòd hoc casu tantum loquatur in domino habente iurisdictionem, propter illud quod dicit excipiendum esse casum. *De parcours,* qui habet locum tantum de vna iurisdictione & parochia, ad aliam iurisdictionem & parochiam, vt exceptio sit de regula. Bar. in rub. ff. de reg. iur. in iiij. quæstio. & do. meus Iason. in l. numis in iij. col. ff. de in litem iurando. & propter etiam casum solutionis reditus, qui magis attribuitur domino habenti iurisdictionem quam simplici domino, qui habet tantum proprietatem. Quis autem dicatur dominus, dixi suprà in procemio in verbo. *Seigneur.*

1 Verbum simpliciter prolatum.

ET facit* quia verbum simpliciter prolatum intelligitur in potiori & famosiori significato. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager emphyteu. sed istud verbum dominus hîc simpliciter prolatum, apud nos intelligitur de habente maioritatem siue præeminentiam, non habente dominium. & ita etiam de iure capitur, vt dicit Bar. in
2 l. cùm si exhibuissent. ff. de public. & vectiga. *Et etiam verbum intelligitur secundū subiectam materiam. dixi. suprà in tit. *Des droictz & appartenances a gens mariez.* §. vij. in glo. *Supposé.* ver. item verba. sed ex prædictis constat materiam potius esse subiectam in domino habente iurisdictionem, quia excipitur casus, & casus solutionis redditur, vt dictum est, igitur &c.

3 Foresta bannalis. Domin' 4 dictio simpliciter prolata, quomodo intelligēda

ET aduertendum est, quòd in hoc tit. in §. primo non fit differentia inter altam forestam, & forestā bannalem. *Sed foresta bannalis non fit nisi per habentem iurisdictionem, vt dixi ibi, scilicet post bannū factum, ne quis vadat &c. ex qua præsupponit iurisdictionem. Ergo* cùm hoc verbum dominus proferatur simpliciter in materia quæ de se requirat iurisdictionem, vt fiat interpretatio secundum subiectam materiam, debet intelligi de domino habente iurisdictionem, & non de simplici domino fundi. Sic si sumus in materia feudali, & fiat mentio de domino simpliciter, intelligitur de domino feudi. vt suprà in tit. *Des fiedz.* §. j. ij. iij. iiij. v. vj. & viij. Et si sumus in materia manusmortuæ, & loquatur de domino simpliciter, intelligitur de domino manusmortuæ. vt suprà tit. *Des mainsmortes.* §. ij. vj. ix. x. xj. xij. xv. xvj. xx. xxij. xxiij. xxiiij. xxv. & xxvj. Et si sumus in materia censuali, & etiam loquatur de domino simpliciter, intelligitur de domino census, vt suprà, in tit. *Des censes.* §. j. iij. iiij. v. & vj. Et in titulis. *Des iustices & des confiscations,* loquitur quasi semper cum adiectione. Ex quo cùm hîc vt verba intelligantur secundum subiectam materiam. Cùm foresta sit de his quæ sunt subiecta iurisdictioni, vt in §. j. huius tituli. Cùm æquiparet forestam bannalem & altam, ideo cùm fit mentio de domino altę forestæ, intelligi debet de illo domino qui habet iurisdictionem, & non de illo qui solum est dominus fundi. ¶ * Item
5 etiam verba potius debent capi secundum quòd idiotæ capiunt, quomodo ad vulgare, quàm secundū dispositionē iuris communis, vt tenet Bal. in c. j. in prin. de successione feudi. & Alex. in consi. suo. lxxxv. in iij. col. dixi. suprà. in tit. *Des mainsmortes,* §. vj. in glo. *Et paye en son chief,* in additione incipiente, aduerte tamen.

Opponit in contrarium.

POssent in contrarium quædā adduci, quia cū eiusdem effectus sint verba à cōsuetudine seu cōmuni vsu loquendi inducta, cuius effectus sunt à iure inducta. Bal. Pau. & do. meus. Ias. in l. legatis. C. de lega. Ideo videtur dicendū, quòd sicut istud verbū dominus simpliciter prolatum à iure, cōprehendat etiā possessorem solū, etiā secundū communē vsum loquēdi, vt dicit Alex. consi. suo. cxxix. in ij. vol. Ant. de butri. in c. j. de postula. prælatorum. Bal. in l. j. ff. de religio. & sumptibus funerum. quòd etiā idem esse deberet in statutis & consuetudinibus vbi communis vsus loquendi habet locum, vt dicit ibi Alex. Cogita, quia quæstio est in facto.

ADDITIO. Aduerte quòd in his pascuis id quod statuitur aut statui potest in pascuis publicis, habet locum in priuatis, vt est tex. & ibi Luc. de pen. in l. C. de pascuis publicis vel priuatis. & ibi etiam Iac. Rebuffi. dixi suprà in tit. *Des iustices.* §. vj. in glo. *En mesusage.* Et vide Iac. Rebuffi in dicto loco de statutis quæ possunt fieri, à dominis terrarum habentibus iurisdictionem, quoniam possunt statuere in eorum locis circa animalia ne damnum dent. aut in pascuis, aut in lignis, ex quo semper mihi visum fuit, quòd domini terrarum, aut eorum officiarij, debent multum aduertere ad huiusmodi damna quæ fiunt in pascuis, & nemoribus, & super his prouidere per statuta & ordinationes, vt prouideatur indemnitati multorum qui patiuntur plura damna & incommoda ex incuria & mala custodia animalium, quæ deuastant & destruunt & ligna, & pascua, & sæpes, & clausuras. & in his secundum penuriam lignorum & pascuorum debent prouidere iudices, & acrius in vno loco prouidere quam alio, quod possunt vt dictum est. * ¶ Et etiam quis dicatur dominus, vide Barto. in l. cum quis. §. Seiam. ff. de leg. iij. in authentica hoc locùm. C. si secundo nupserit.

Idem

Idem Bar.in l.j.ff.ad Sylleianum.Alex.in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.

§. SEXTO.

Gens de poete ne se peuuent assembler, ne faire getz, ne collectes sur eulx, ne faire ou passer procuration, sans l'auctorite & licence de leur seigneur hault iusticier, & en son refus & delay doibuent recourir au prince, ou a ses officiers.

¶Idem in consuetudine de Lorry,& in multis aliis partibus Franciæ.

IN TEXTV IBI, *Gens.*

QVæro*quot faciunt gentem, quot vniuersitatem,quot collegium,quot turbam,quot cœtũ, quot multitudinẽ,quot populũ,quot ciuitatem,quot castrum?dic per Bar.in l.prætor.*la secõde*,ff.vi bonorũ raptorum.& ibi apostilla pleniùs quàm Bar.per Ange.in l.si quid.§.in decurionibus.ff.de procu. quot gregẽ.ibi per Ang.allegantem.l.fi.ff.de abigeis.&.c.primum de electio.vbi gl.c.j.x.q.j.& in c.j.de decimis.lib. vj. Et inquantum dicit quòd viginti faciunt turbã,dic quod hodie per ordinationes nostras regias decem faciunt turbam.& facit.d.l.prætor.ij.ff.vi.bono.raptorum. *1 Quot faciant gẽtẽ, vniuersitatem,castrũ &c.*

h. ADDITIO Vidi obseruari in casu.l.hi qui alienas ædes.ff.ad.l.iuliam de vi publica. vbi est pœna capitalis ad mortem,contra eos qui in turba cum telis alienas ædes expilauerint,effugerint,exportauerint,quòd illo casu apud nos quatuor faciunt turbam,ita quòd anno domini. M cccccxxxj.per curiam fuerunt condemnati ad mortem,Nicolaus de montigni.& Ioan.de cõpans pro expilatione,effractione,& exportatione.secundum formam.d.l.& tamen non erant nisi quatuor in actu. * ¶Et vide Boerium in consue. septenæ Bituri.tit.de consue.matrimo.§.ij.in glo.j.

IN TEXTV IBI, *De poete.*

MVlti ignorant hunc terminum,qui non videtur habere aliquem bonum sensum, ex quo est satis extraneus terminus,sed si bene aduertatur,est terminus græcus,aut sumptus ex termino græco,& bene capiẽdo non taliter deberet extendi,qualiter multi volunt eum extendere.Nam græci habent terminum despotã. qui de sui natura & significatione tantum importat,quantum habens dominium in subditos cum omni imperiositate,& ideo videtur quòd solum cõprehendat principes,& non inferiores à principibus , qui nõ possunt dicere homines suos esse de despota hoc est de poete,nisi habeant omnimodam imperiositatem,& ita declarat illum terminũ Budęus in suo vocabulario,in verbo,despota.ex quo multi inferiores domini errãt qui volunt tenere homines suos de poete,nisi consuetudo eis det istud ius proùt nostra,quę dat hanc potestatem etiam habentibus altam iusrisdictionem,proùt etiam dat eis confiscationes quæ sunt de regalibus.*

IOannes Fabri Gallus.in.§.vniuersitas.insti.de rerum diuisio.dicit*quòd omnes ciuitates & vici possunt habere proprium in communi,& bursam communem de iure.l.omnibus.ff.ad Trebel.l.ciuitatibus.ff.de leg. *2 Ciuitates & vi-* j.&.l.si quid.§.fi.&.l.si hæres iussus.§.j.ff.eod.de leg.primo.* imò secundũ Innoc.possunt sibi maiorẽ consti *3ci possĩt* tuere qui eos iudicet,vt notatur extrà de offi. ordi.c.ab ecclesiarũ. dicit tamen ꝙ credit ꝙ tales iudices debẽt *habere bursam cõmunem.* confirmari.§.j.in aut.de defenso.ciui.no.in l.prouinciarũ.colla.iij.C.de iuris.om.iud.sed,vt etiã ibi dicit,curia Franciæ de facto præmissa non permittit,nisi villæ habeant vniuersitatẽ specialiter approbatã per curiã , imò nec congregare seipsos possunt pro faciendo procuratoriũ sine licentia domini sui, tamen cũ licentia permittit eos agere & conueniri & facere bursam communẽ quo ad illud,& nõ plus.& faciũt quæ dicit Bal. in l.omnes. C.de epis.& cle.in fi.*ꝙ vbi est vniuersitas quæ nõ habet præpositũ, puta aliqua villa nõ posset cõstituere syndicũ nisi haberet ibi vicariũ qui teneatùr ibi instar iudicis.Faciũt quæ dicit Spe.in tit.de his qui alie.nomine in *4 An constituere* iudicio interue.*ꝙ vniuersitas quæ non est domina,nõ potest cõstituere procuratorẽ. Faciunt quæ dicit idem *syndicum?* Spec.in tit.de syndico.§.j.versi.quid si vniuersitas.cũ duobus seq.& versi.fi.& vide Alb. de rosate in l.j. in iiij. *5 An procuratorem* col.ibi.Sed nũquid vniuersitas possit cõstituere syndicũ sine rectore.ff.ꝙ cuiusq; vniuer.& plenissimè per eũdem Albe.in l.nulli.in ij.col.ibi,sed nũquid in cõstitutione syndici vel rectoris.ff.ꝙ cuiusque vniuer.nomine. & in d.l.dicit ꝙ villæ & ciuitates habentes decuriones & cõsiliarios,seu alio modo scabinos, possunt constituere procuratorẽ.Et credo ꝙ tales nõ sint,*gens de poete*.aliàs sic. ¶Et prædicta quæ dicit Io.Fabri(vt hìc videmus)seruantur in hac patria per hanc nostrã consuetudinẽ quæ fundatur super dicto Bar.in l.actor.ff. rẽ ratam haberi.dicentis*ꝙ vniuersitas non potest se insimul congregare sine autoritate superioris . Ita dicit Gui. *6 An se* pape q.sua cvj.& ratio est , quia sub specie boni, videlicet ꝙ cõmunitas indiget & habet necessitatẽ semper se *cõgregare.* congaret & sic daretur occasio malignandi.Et per tales cõgregationes possent machinari,& plura mala concipere.ideo regulariter congregationes prohibentur,& ratio est, ne quod minus possunt singuli , plus præsumant vniuersi.vt ait Seneca,possent enim conuenticula & conspirationes facere contra dominum,ꝙ fieri nõ debet, nisi dominus esset talis, qui propter sua demerita veniret priuandus omni bono & honore , vt in c.sanè.xvj.q.vij.notatur in c.qui clericorũ.xj.q.j.per Archi.in c.cõstitutionẽ.de verbo.sig.in sexto. ¶Intellige tamen prædicta & consuetudinẽ nostram in his quæ concernunt temporalia,& non in his quæ concernunt seruitia dei, cùm in talibus & circa talia possint se congregare homines , & alia necessaria facere quæ seruitium dei concernunt,vt tenet Bal.in terminis.in l.j.in lectura.in ij.col.ver. opponitur ꝙ tali collegio.ibi . & ideo dicit Iac.Butriga.C.de sacrosan.eccl.de quo plenè per Inn.Panor.Ant.de butrio & Petrũ de Anc. in c.dilecta.ext. de exces.prælato.Hinc est ꝙ cõmuniter videmus obseruari,quòd parochiani cuiuslibet parochiæ pro necessariis suarũ parochiarũ,puta pro reparationibus , aut ornamentis emẽdis seu comparandis,imponunt sibi collectas sine licentia & autoritate dominorum locorum,vbi sunt sitæ eorum parochiales ecclesiæ , & istud notoriè obseruatur in tota Burgundia. & vidi ita pluries iudicari,non obstante prædicta consuetudine.

SED an *habita licentia à domino possint imponere talliã siue collectã,vt hìc dicitur in §.nostro. Videtur ꝙ sic.per hũc tex.à cõtrario sensu,etiã nõ vocato domino,vel suis officiariis, dũmodo ipsa tallia siue collecta sit pro necessitatibus cõmunitatis & villæ, dũ tamen se insimul cõgregent & in vnũ cõsentiant. Gui. pape *7 An collectam imponere.* q.pen.in vj.& vij. col. qui prosequẽdo materiã amplissimè in dicta q. pe.videtur cõtra istud opponere de no-

tatis per Barto.in l.placet. circa medium suæ lecturæ,ibi circa tertium quis ipsa: C. de sacrosan. eccle.vbi dicit
8 *ꝙ vniuersitates & cõmunitates quæ nõ habent iurisditionẽ,sed sunt subditæ & subiectæ sub alio domino, nõ
possunt facere collectas nec tallias,nimirũ cũ talia munera procedãt ex vi & virtute iurisditiõis,nulliq; cõpetat
munera indicere,nisi habeat iurisditionẽ,vt ibi notatur per Bar.& doc.in c.nõ minus. extrà de immu.eccle.&
9 in c.innouamus.extrà,de censi.& in l.j.C.de superindicto.lib.x.& ibi Bar.& Io.de platea qui dicunt* ꝙ preses
nõ potest imponere collectã sine superiore, nec etiã ciuitas sine autoritate superioris. Cũ ergo homines alicu-
ius vniuersitatis non habent iurisditionẽ,imò dominus habet omnimodam, nõ possunt imponere collectã, li-
cet Gui.pa.alleget Bar.in d.l.placet.non inuenio in Bar. sed pro hoc fundamento Bar.facit, quia imponere
collectam nemo potest nisi cum autoritate superioris, vt dicit Bar.in l.vnica.C.de mulieri. in quo loco. lib.x.

ADDITIO. Vide Mat.de affli.in consti.quæ incipit,dubitationẽ iurisperitorũ.in j.not. & ibi quomodo debet collecta pro modo facultatũ imponi.in ij.not.& in iij.quomodo debet citari vniuersitas.& in iiij.quomodo sit facienda executio contra vniuersitatẽ,& in ix.not.quomodo potest puniri vniuersitas in multis vltra pœnã pecuniariã.& in viij.not.qñ dicatur vniuersitas derelinquere,quẽ videas. Et quomodo cõprehendantur mulieres,vide Bar.in l.j.§.iusgentiũ. & ibi Paulũ de ca.ff.de iusti. & iure. imò etiã iuniores,ita quod propter eos vniuersitas restituitur,vt tenet Odoffre. in l.sed & si per pretorem.ff. ex quibus cau.maio.& etiam Matthæum de afflictis in præfatione constitutionum regni Siciliæ,in v.quæstione.

ANtequam condescendam ad solutionẽ Guidonis, dico ꝙ mihi videtur ꝙ stante hac consuetudine nostra, possunt homines talliare & imponere collectã in necessitatibus cõmunitatis.per gl.& Ang.in auth. quibus modis naturales efficiun.sui.in §.si quis igitur.le.ij.in verbo,persoluat,per Ang.& Bal.& alios.in l.iiij.§.actor.& ibi do.Alex.ff. de re iudica. vbi dicunt ꝙ collecta potest imponi per villas & castra pro necessitatibus cõmunitatis.& ideo dicit Bar.in l.j.C.de mulieribus? in eo loco hìc antè alle.ꝙ collecta debet imponi à ciuib⁹ propter necessitatem ciuitatis, & propter necessitatem publicam non potest imponi sine licentia superioris.

SOluendo tamẽ,alio modo dicit ꝙ homines habita licentia à suo superiore domino,debẽt se cõgregare insimul.& quòd consentiãt adinuicẽ,& tũc propter cõsensum ipsorum adhibitũ,emanat quoddã pactum seu cõtractus,sicut si ex quolibet alio contractu seu pacto multi se obligarẽt, & hoc modo propriè nõ dicitur collecta,dicitúrque ex vi & virtute iurisditionis tantũ procedit,quæ nõ in consentientẽ & inuitũ exercentur. Et ideo deciditur ꝙ ad hoc vt homines possint cõpelli,quòd simul omnes congregentur,& insimul consentiant: solent tamẽ in grossis villis & locis syndici facere, vbi imminet necessitas pro debitis cõmunitatis.& est magna multitudo hominũ,impetrare à principe potestatẽ faciendi talliam siue collectã, pro necessitatibus communitatis,& potestate obtenta à dicto superiore possunt dicti syndici seu scabini vocatis maioribus aut saltem senioribus eorũ cõmunitatis,facere collectã & cõpellere homines,licet nõ cõsenserint.Et ista propriè dicitur collecta seu tallia,cũ procedat vi & virtute iurisditionis.Ita dicit Gui.pa. in dicto loco, quem omnino videas.
10 SE D quando *tallia seu collecta fit per congregationẽ hominum insimul,maior pars consentit impositioni
collectarũ,minor verò contradicit,& non consentit, an possint illi qui non consenserunt compelli ad soluendũ,videtur ꝙ nõ,per ea quæ dicit Bar.in l.ij.§.ex his.ff. de verbo.obli.tamen veritas est in cõtrariũ, per ea quæ tenet Gui.pa.in quæstione sua ccccxiiij.& in quæstione pen.in ix.col.ad quẽ recurre.& Albe.de rosate.in l.nulli.in ij.col.ff.ꝙ cuiusque vniuer.nomine, vbi dicit ꝙ minor pars dicat ꝙ non vult litigare, quia credit ꝙ maior fouet causam iniustam,si tamen maior pars condemnetur,quod etiam tenetur minor pars

ADDITIO. Hanc quæstionem etiam latè examinat idem Albericus, vbi arguit ad partes in rub.C. ne filius pro patre. & tandem concludit quòd tenetur quo ad emendam, vbi idem dicit de ignorantibus, dixi antè de mulieribus & minoribus. & vide etiam Mat. de afflictis in præfatione constitutionum regni Siciliæ in iij.quæstione.

IN TEXTV IBI, *Ne se peuuent assembler.*

ADuerte quòd congregans gentem dicitur incitans,vt dicit Bar.in l. in hoc iudicio.ff. de seruili cogna. An vnus de vniuersitate possit pro tota vniuersitate comparere etiam sine mandato? vide Mat. de afflictis in consti.regni Siciliæ quæ incipit,cùm per partes Apuliæ.in vj.quæstione.in iij.lib.*

IN TEXTV IBI, *Ou passer procurations.*

Quæstio. QVæritur de casu qui mihi euenit.Dominus aliquis cõuenit aut connenire fecit suos subditos corã balliuo Heduẽ.nõ possunt omnes cõparere corã balliuo,quia fortè sunt infirmi. vel sunt multũ remoti, ita ꝙ esset eis valde damnosum cõparere,sed congregant & cõstituũt omnes procuratorẽ ad comparendũ. nõ petita licentia à suo superiore,sed tantũ procurator qui cõparet pro eis dicit,domine iudex ego peto tale procuratoriũ,per tales subditos factũ & passatũ,per vos autorizari & approbari, attento quod agitur de causa cõtra dominũ à quo petere debebant licentiam. Dicit dominus in oppositũ quod tale procuratoriũ non debet admitti,cũ non petierit licentiã eidẽ domino, quid dicendũ? cũ casus mihi euenisset in causa illorũ de L'espinasse cõtra eorũ dominũ,dixi ꝙ eo ꝙ distabãt à loco Heduen.per xxij.leucas,& erãt fortè trecenti homines,qui sine magno incõmodo non potuissent cõparere in ciuitate Heduẽ.attẽto ꝙ dominus eos cõuenire fecerat,ꝙ sufficiebat qđ aliqui ipsorũ cõparerẽt cũ procuratorio, vt dictũ est factũ,petẽdo illud autorizari in hac causa cõ-
1 tra eorũ dominũ tantũ.Et mouebar* quia faciens citare aliquẽ videtur eius personã approbare,vt cõtra ipsius *Citans aliquẽ probat eius personam.*
personam nihil postea possit opponere,vt dicit Inno.in c.cũ inter.de excep.Bar.in l. cũ mulier.in ij.col.ff. sol.
mat.do.meus Ias.in l.fi.in ix.col.C.de edic.diui Adria.tollen.Et ideo dicit tex.in l.de pupillo.§.seruo.ff.de no.
2 ope.nuntia.& ibi Bar.*quòd seruus nuntiare non potest, sed si ei denuntietur, potest se defendere. Faciunt
quæ dicit ibidẽ do.meus Ias.ponens regulã suprà allegatam, ex quo ergo dominus vocat suos subditos in iu-
diciũ,videtur eos approbare,ita quòd non potest ampliùs aliquid opponere,cũ etiã seruus qui de iure aliàs in
iudicio esse nõ potest.l.vix certis.ff.de iudi.& tamen potest seipsum defendere,si ei nuntiatũ fuerit,ergo idem
3 erit in hoc casu.¶*Item vbi consiliũ (quod aliàs esset necessariũ) est suspectum, omittitur,& ideo si persona
quæ aliàs requirẽda est verisimiliter, sit suspecta in actu propter aliquã affectionẽ,potest omitti requisitio suæ

voluntatis. Hinc dicunt doctore sin c.edoceri.* quòd vbi consensus prælati qui aliàs esset necessarius, omittitur, quando agitur contra eum. Ita per plura tenent Panor. Feli.& alij in d.c.edoceri.extrà de rescriptis. 4

ADDITIO. Faciunt quæ dicit Decius in cõsi.suo Pisano quod est primum in ordine secundi vol. auth. de quinquaginta consiliis in vltimo dubio in.ix.col. * ¶ Multò ergo fortius si ipse dominus agat, & tales subditi se defendant non est ab eo petenda licentia, cùm etiam si agendum esset contra eum videtur quòd non esset petenda licentia.per dicta doc.in d.c.edoceri. Cogita ex dictis per Feli.ibi.

ADDITIO. Aduerte ad vnum quòd quando plures agunt aut conueniuntur cogendi sunt dare procuratorẽ.§.si duo forsan.in auth.de quæstore. colla.vj.l.si causam. C.de procu.l.quod si nolit. §.quòd si plures.ff. de ædili.edic. Amanellus in suis singularibus.arti.cv.incipiente, textus est.*

IN TEXTV IBI, *Sans l'auctorite ou licence.*

QVod autem præcedere debeat authoritas & licentia, non est dubium, ideo non aliter disputo, quia satis dixi in ti, *Des droictz & appartenances a gens mariez*.§.vij.in gl. *Se n'est du consentement*.ver.aliquando requiritur licentia.cum duobus sequen. & in.§.j.in gl. *Et autorite*.illo eodem tit. ¶ Sed in hoc casu in specie aduerte, quia ex quo textus nostræ consuetudinis dicit, quòd non possunt facere procurationem, sine autoritate & licentia domini* debet autoritas & licentia præcedere, aliàs procuratio est nulla. Ita in specie. tenet Ioan. Fab.in §.idem iuris.in.ij.col.insti.de inutili stipulatio. Albericus tamen de rosate in l.j.in.iiij.col.ff.quòd cuiusque vniuer. nomine. videtur tenere contrarium. 1 *Autoritas præcedere debet actum.*

ITem etiam aduerte* ꝙ tales habitantes habentes licentiam (vt suprà) possunt constituere procuratorẽ ad certam litem motam vel mouendam, de qua debet fieri mentio expressa in literis licen.& procurationis, & nõ possunt constituere ad omnes lites, si fiat, non valet. l.ita tamen.ff.ad Trebel. Nota quæ dicuntur in l.neque. C.de procu. Et maior pars habitãtium potest constituere procuratorem. Alex. in d.l.ita tamen quam legit cũ. l.omnibus.arg.l.quòd maior.ff.ad muni. 2

ET aduerte etiam quòd si omnes habitãtes, aut maior pars sint in iudicio, & compareant possunt constituere procuratorem apud acta, etiã non obtenta licentia à domino, quòd quomodo fiat notatur in l. non est incerti iuris. C.de satis.& l.siue apud acta. C.de transac. Prædicta dicit Masuerius in sua practica.in tit.de procurato. Et quòd dixi maior pars, hoc est duę de tribus, vel ordo decurionum, hoc est consiliarij seu scabini, vt tenet gl.in d.l.ita tamen. & ibi doc. Bal. tamen in l. itẽ magistri.ff.de pac. dicit quòd requiritur consensus totius vniuersitatis, etiã quãdo agitur de re spectãte omnibus vt vniuersis, & illud sequitur Ale.in consi.suo. clxxxvj. in iiij.col.in ij.vol.& Claudius de seysello dictus de aquis in d.l.omnibꝰ* vbi quęrit, an requiratur quòd in instrumento syndicatus describantur nomina consiliariorum? Vide per Spe.in tit.de syndico vero. item opponitur quòd nomina. Bar.in l.j.ff.de albo scribẽ. Bal.in l.j.in prin.ff.de rebus eorum. &in l.ciuitas in fi.ff.si certum peta. Ang. Are.in §.præterea.in xl.consi.insti.de excep. Alex.in consi.j.in ij.col.in iiij. vol. vbi tenent quòd sic in actibus ponderosis. & dicit Alex. in dicto consi. quòd notarius in instrumento procurationis debet exprimere, quòd duæ partes ex tribus partibus consiliariorum interuenerunt.quòd nota. 3

ADDITIO. Aduerte ꝙ quãdo constituitur procurator, aut syndicus collegij, aut vniuersitatis debent nominatim constituentes exprimi, vt tenet Pet. Gerardi in singulari suo xlv. Et etiam aduerte ad id quòd dicit decisio Tholosana.lxx. quòd si consules seu scabini quondam tempore suo, se obligauerunt propter vniuersitatem & ciuitatem, finito officio non tenentur, imò sequentes in officio tenentur.

§. SEPTIMO.

AV regard du faict de la chasse de gruerie, on s'en remet aux ordõnãces sur ce faictes, & a faire par messieurs les ducs de Bourgõgne & par mõsieur le duc q̃ est a present.

REX Ioãnes dux Burgũdiæ, pulchras ordinationes fecit, & eas Carolus quintus in Gallia approbauit, qui plura addidit. Philippus le hardy dux Burgundiæ illas iterũ fecit, & ordinauit seruari in ducatu, illas vidi, & fortè ponam eas in fine huius libri post has consuetudines.

ADDITIO. Omnes huiusmodi ordinationes hodie sunt expressę, & vltra eas sunt ordinationes Christianissimi regis Francorũ Francisci huius nominis primi, quę sunt impressę, quibus standum est quo ad nos cùm sint vltimæ.*

QVæro primò* nunquid sit licitum habere guarennas de iure. Ioan. Fab.in §.ferè.instit.de rerum diuisione. dicit quòd de consuetudine tolerantur, & hoc modo est licitum venari in aliena guarenna. Guido pape quæstione sua cccviij. 1 *Quæstio*

SEcundò quæro* an dominus loci possit facere præconizari, ꝙ nemo audeat venari capreolos, lepores, & perdices sub pœna? istam quæstionem mouet Cardi.& Aluaro.in tit.de pace tenenda.in vsibus feudorum. §.si miles rusticus.versi.nemo retia.& ibi And.de yser.qui ponunt multos intellectus ad dictum §. nemo. sed verus intellectus est* ꝙ quia non licet ingredi fundũ alienum pro venando inuito domino.l.diuus pius aucupibus.ff.de serui.rusti.prædio.habetur in l.iij ff.de acqui.rerũ do.imò si quis inuito domino ingrediatur, potest actione iniuriarum conueniri.l.iniuriarum.§.fi.ff.de iniu.& quia per tales actus plerunque oriebantur rixę & iniuria & violationes pacis.in quibꝰ etiam portabãtur arma quæ erant prohibita, & dubitabatur an ad venãdum possent arma portari, imperator statuit, ꝙ non liceat ingredi fundum alienũ inuito domino, nec ad venãdũ portare arma nisi in venatione quæ fit ad apros, vrsos, & leones, nec etiã tendere retia in venationibus quæ sunt in fundo alieno, nisi in dicto casu.& idẽ dicẽdũ de aliis animalibus nociuis, sicut dicitur ibi de apro, lupo, & vrso, vt sunt panthera, & leones.l.hi enim.cum duabus seq.ff. de ædil.edi. And.de yser.secundum vnum intellectum in d.§.similes.quòd ex quo imperator videtur ibi statuere, ne quis eat ad venandum in prædiis, & possessionibus imperatoris, & per hoc colligitur ꝙ in forestis regiis non est venãdum, etiã quoquomodo sit. 2 *Quæstio* 3

ADDITIO. Iac. Rebuffi in l.vnica.C. de venatione ferarũ. dicit ꝙ in forestis inclusis licitũ est prohibere, in aliis non, vel etiam, vt dicit prohiberi potest talis venditio quæ esset damnosa reipu-

blicæ, puta si esset talis quòd esset excessiua puta si genus aliquorum animalium vel volucrum deuastaretur, vt dicit in venatione perdicum quæ fit ad tonam, vel ad aliud instrumentum ꝙ dicitur sauna, multi tamen tenent quando indistinctè licitum est rusticis prohibere venationẽ, per rationes supradictas & videri potest per doc. infrà allegando. & etiã per Mat. de affli. in cõsti. regni Siciliæ quæ incipit, ferre volumus. in gl. quasi in fi. in iij. lib. Vide etiã in hac materia venationis quando licitũ sit rusticis venari, ita ꝙ eis prohiberi non possit venatio per Stephanũ Bertran. in cõsi. suo cclv. in j. parte. nu. 8. * ¶ Sed ad prædictã quæstionẽ redeũdo, dic ꝙ Hosti. in
4 *Ad secundam quæstionẽ.* c. nõ est, extrà, de decimis. dicit * ꝙ si dominus prohibeat subditis ne venentur aut aucupentur, dicitur eis facere violentiã. subdit tamen ꝙ debent cauere subditi ne cogantur soluere pœnã saltem de facto, & ideo aduerte ad cautelã pro dominis terrarũ, quòd faciant istas prohibitiones per proclamata pœnalia, quia si subditi non contradicant, & propter talia proclamata desistant à venando, dominus terræ constituitur in quasi possessione prohibendi. per no, in l. j. & ij. C. de serui. & aqua. per gl. & doc. in l. j. qui luminibus. C. eo.

CAutela etiam pro subditis est vt immediatè cùm habuerunt notitiam de proclamata se opponant & appellent. dicit etiam Aluaro. in d. §. nemo. quòd nobiles possunt venari cum cane & aue volante, & hoc vt habeant exercitium. ¶ Vide de prædicta materia plenè per Philip. deci. consi. suo cxcvij.

DE materia venationis videatur amplissimè per Guilielmum Benedi. in repeti. c. Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. extrà, de testa.

5 VLterius quæritur * aliquis intrauit fundũ meum me inuito, & ibi cepit multas venationes nunquid efficiẽtur illius capientis? in hoc gl. sunt contrariæ. nã gl. in §. ferè. instit. de rerum diui. dicit ꝙ non. & gl. in l. iij. ff. de acqui. rerum do. & in l. diuus pius aucupio. ff. de ser. rusti. prædio. tenent ꝙ sic. & hanc glo. vlti. approbat. Bar. in l. j. §. omnia. ff. de acqui. rerũ do. Albe. de rosa. voluit cõcordare has gl. in d. l. diuus. & dicit ꝙ aut intrat quis fundum alterius eo inuito, & ꝙ capit ibi suum est. per gl. in d. §. ferè. aut verò eo prohibente, & tunc quod capit non est suum. ¶ Vide Cepolam in tractatu seruitutum rusti. prædio. de serui. itineris. col. vij. & viij. vbi facit regulam cum decem limitationibus, per quas ponit decem casus in quibus licitum est intrare fundum alienum etiam inuito domino. ¶ Et an liceat capere animalia existentia in foresta circunsepta vel parco, & pisces in stagno, vel viuario. vide eundem Boerium in loco supradicto. tit. de consue. prædio. §. v.

SED aduerte quia Ang. ibi in d. §. ferè videtur tenere cõtrariũ. cũ dicat ꝙ semel euenit casus in ciuitate Perusij de quodã nobili qui alienũ fundũ ingressus fuerat eo inuito, & ibi cepit multas venationes, fuit determinatũ quòd erãt ipsius capientis nõ obstante prohibitione facta per ipsum dominũ, qui prohibuerat ingressum, & ideo Florianus aliter cõcordat, quia aut fructus fundi cõsistit in venatione, puta si habeã parcũ in quo sint animalia, tũc si dominus prohibeat ingressum, venatiões nõ fiũt occupantis, & ita debet intelligi gl. in d. §.
6 *Venatio quãdo dicatur fructꝰ fundi.* ferè. aut fructus nõ cõsistit in venatione, & tũc efficiũtur venatiões capiẽtis, ita loquũtur gl. cõtrariæ, * qñ autẽ venatio est in fructu, facit tex. in l. venationẽ. ff. de vsur. vbi venationem fructus fundi negauit esse, nisi fructus fundi ex venatiõe cõstet. & facit tex. in l. itẽ. §. aucupiorũ. in l. vsufructuariũ. ff. de vsufru. Et aduerte, quia Albe. de
7 rosa. dicit in d. l. vsufructuariũ. * quòd vsufructuarius habet venationẽ, quia venatio est in fructu, nisi animalia sint reposita in viuariis. & ibi dicit. an licita sit venatio, vide etiã in cle. j. §. porro. de statu regula. per Hosti. &
Canes venatici. alios de clerico venatore. nã vt dicit venatici canes plus cõstãt quã cõferant. vt ait Berna. in epistola in senium.
8 *Triplex venatio.* ¶ * Quomodo sit triplex venatio scilicet oppressiua, arrenaria. & saltuosa, & quomodo saltuosa iudicatur illicita ex tẽpore, ex loco vel ex persona, & quando sit licita, vide docto. in c. ij. extrà, de clerico venato. per scriben. in §. itẽ si fera bestia. de rerũ diuisio. & l. Põponius tractat. ff. de acqui. rerum do. & l. vnica. C. de venatio. ferarũ. lib. xj. & in §. nemo retia. de pace tenenda & eius viola. & per Iaco. de sancto Geor. in trac. feu. in gl. & cum venatus. & vide Io. Sanxon in consue. Turonen. in tit. *Des droictz de chastellenie.* arti. j. fo. xlj.

ET quæ dicta sunt superius intellige de prohibitione, quæ fit per priuatum ne quis intret in fundo suo, secus si iudex prohibuisset tibi ingressum fundi mei, ad mei instantiam, ne ires venatum in fundo meo, tunc id quod caperes ibi non efficeretur tui capientis. ita dicit Io. Fab. in §. ferè. instit. de rerum diui. allegat tex. in l. qui fundum. §. qui sciens. ff. pro emp. l. pollicitationibus. ff. de pollicita. & idem videtur facere, vt dicit Ioã. Fab. consuetudo quæ hoc potest inducere, sicut prohibitio iudicis.

9 *Qæstio.* SED quæro * in laqueo detinetur quædam fera bestia, alius capit eam, quæritur cuius sit. videtur quòd de iure sit capientis, quia istud quod detinetur in laqueis meis non est meũ. l. in laqueũ. ff. de acqui. rerũ do. dic tamẽ ꝙ in feris vulneratis quas vulnerãs prosequitur, seruat cõsuetudo dictũ Trebatij positũ in l. naturalẽ. §. illud. ff. de acqui. rerũ do. si tamen in aliena iustitia capiantur, debentur caput & pedes domino iustitiæ, idem etiã seruatur in feris nõ vulneratis dũmodo sint canes alicuius eã persequentes, quia tunc si alius eã capiat, potest agi contra eum ad restitutionem ferę bestiæ, & vidi semel in facto inter quondã dominum priorem sancti Symphoriani, qui conuenire fecit Thomam garnier ad ei restituendum quendam ceruum aut æstimationem, quẽ abstulit à canibus illius prioris, qui illũ ita coegerunt vt se ex summitate montis in profundũ proiecit, ita quod seipsum interfecit, non fuit decisa quæstio, eo quòd dictus prior statim ab humanis decessit.

10 ITem quæro * dicitur hìc ꝙ si fuerit captum animal aut fera bestia in iustitia alicuius, quòd debentur ei caput & pedes, pone quòd fuerat capta fera bestia in iustitia alicuius feudatarij, qui habet tantum iustitiam mediã & infimã, & alius baro habet in dicto loco altam iustitiã, alter tertius prosequitur in illa iustitia feram bestiam, & ibi interficitur, quis habebit caput, an dominus altæ iustitiæ. an feudatarius dominus habens tantũ mediam & infimã iurisditionẽ? Itẽ pone ꝙ ceruus fuit fugatus, ita quòd vexatus multũ fuit captus faciliter ab hominibꝰ rusticis, in iustitia media & infima feudatarij, nec reperiũtur aliqui qui illũ persequerentur, quæritur, cuius erit an domini altæ iustitiæ, an feudatarij habentis altam iustitiam? plures dicunt quòd isto vltimo modo dicitur
Espaue. *espaue.* & sic spectaret ad dominũ habentẽ altã iustitiã, per nostrã consuetudinẽ suprà, in tit. *Des iustices.* §. j. ego dico quòd nullo modo fera bestia potest dici *espaue.* quia id dicitur *espaue.* quod oberrat, de quo habetur in l. iij. §. nerua filius. ff. de acq. pos. ꝙ dicitur ꝓpriè id qđ fuit alicuiꝰ, & nũc nescitur cuiꝰ sit, q̃a vt cõstat ĩ §. ij. suprà ti. *Des iustices.* si nõ fuisset, aliàs ĩ dñio alicuiꝰ nõ dicitur *espaue.* q̃a nõ cõueniũt verba dispositiõis dicti §. secũdi

ex quo

ex quo ergo dictus ceruus non dicitur fuiſſe in dominio alterius,ſed tanquam fera beſtia fuit captus, dicitur fieri occupantis,& quia feudatarius habet fructus,& eos facit ſuos,ideo dicendum eſt quod potius erit feudatarii, & ſic domini habentis infimam, ſeu mediam iuſtitiã,quam domino habenti altã,& ſic dominus habens infimã iuriſdictionem, ex quo venatio eſt in fructu,faciet ceruũ ſuum, & ius domini quòd eſt. *Le ſymier*.& pedes etiam debẽt dari domino habenti altam iuſtitiã.argumento.l.vſufructuarium.& l.item.§. aucupiorũ.ff.de vſufru.& dixi ſuprà in hac cõſuetudi.ſi autẽ eſſet aper deberetur caput,ſed in ceruo debetur *Le ſymier*.& pes.

IN TEXTV IBI. *Gruerie.*

Gruarij *enim dicuntur qui aucupio principis præſunt.à gruibus dicti ſunt,quæ ſpiculis volantes conficiuntur,interdum ex retibus capiuntur,manſuetę factæ laſciuiunt.vt refert Plinius libro decimo naturalis hiſtoriæ,& ideo qui dicatur gruarius,vide Pyrrhum in conſue.Aurelian.ti.de feudis.capite.lxxxij. 1 *Gruarij qui.*

ADDITIO. In Francia & Gallia vtimur his verbis gruaria,graria, & guarẽna. & plures ignorant quid importent hæc verba,quando reperitur in priuilegiis, aut aliis titulis quòd princeps aut quilibet alius habet ius gruarię,grarię,& guarennæ,aut aliquod iſtorum.quoniam ius gruariæ importat iuriſdictionem,quòd delicta & malefacta ſeu forefacta quæ ſunt in foreſtę ratione foreſta,& non ratione alterius, puta ſi fiat homicidium aut aliquod aliud delictum,quòd non concernit foreſtam,nõ eſt de iuriſdictione gruariæ. Ius verò grariæ eſt quando princeps percipit commodum aut partem commodi fructuum,prouentuum & emolumentorum prouenientium ex foreſta,puta quando habet partem ad mediationem glandium, & venditionis lignorum,aut partem emendarum,aut aliorum prouentuum foreſtarum. Ius verò guarenne eſt quia nõ alteri licet quam principi in illa foreſta venari, aut licet cum proprietario.& in his iuribus aut aliquo iſtorum, non licet proprietario quid facere in præiudicium habentium talia iura,& de hoc ſunt ordinationes Chriſtianiſſimi regis noſtri Franciſci primi,ad quas recurre.*

§. OCTAVO.

De toutes choſes preſcriptibles toutes preſcriptions ſont vniformes, & reduictes a trente ans.

ISTA conſuetudo eſt multum generalis in tota Francia, & eſt quaſi in his terminis in comitatu Niuernen.& in multis aliis locis Franciæ. ¶ Boerius in conſue.ſeptenę Bituricen.§.j.tit. de præſcrip.allegat hanc conſuetudinem.

IN TEXTV IBI. *Preſcriptibles.*

Notanter * dicitur quia in his quæ non ſunt præſcriptibilia de iure, non ſufficit præſcriptio triginta annorum,vt tenet Panormi.in cõſi.ſuo.xxvj.in iij.col.in ij.vol.vbi dicit quòd requiritur in his præſcriptio tantitemporis,de cuius initio memoria non extat in contrarium. 1

SED quæro, *quę ſunt illa quę non ſunt præſcriptibilia? vide multos caſus in quibus non currit præſcriptio per.gloſ. & doc.in c.cùm non liceat. extrà de præſcri.Io. Pet.de ferra.in forma reſponſionis rei conuenti. in glo.præſcriptionis.in vj.col. 2 *Caſus in quibus nõ currit præſcriptio.*

ITem an iura cenſualia ſint præſcriptibilia, & præſcripto iure non ſoluendi, ſint præſcripta alia iura,ſcilicet ius retentionis aut laudemiorũ,dixi ſuprà in tit.*Des cenſes*.§.ij.incipien.*Et ſemblablement*.ibi, ſed iterũ quæro,pone quòd quis fuit negligens.

ITem adde,quòd in his quæ ſunt merę facultatis non currit præſcriptio.Feli.in c.cùm acceſſiſſent.in xiij.col. extrà de conſti.do.meus Iaſ.in l.fi.in x.col.ff.de conſtitutio.principum.

ITem reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis non præſcribuntur.do.meus Iaſ.in l.imperium. in ix.col. ff. de iuriſ.om.iud.Vide Bal.in conſi.ccj.in ij.parte.

¶ Item iuri declarandi voluntatem nunquam præſcribitur.Bal.in l.j.C.de anna.excep.

ITem contra non valentem agere non currit præſcrip.Panor.in conſi.ſuo.xxij.in ij.vol. ſcripſi plenè. ſuprà, in ti.*Des cenſes*.§.ij.incip.*Et ſemblablement*. ibi,nunc ſuccedit alia quæſtio.vbi ampliſſimè dixi. & vide Bal. in l.j.in ij.col.C.de bo.mater.ver.quintò opponitur.

ITem iuri agendi nunquam præſcribitur,quando cauſatur à timore. Bal.in l.præſcriptionem.C. de præſcrip. xxx.vel.xl.anno.

ITem quando conuentum eſt inter partes,quòd nũquam currat pręſcri. Bal.ibi & in l.ſicut in tex.ibi.xxx.C. de præſcrip.xxx.vel xl.anno.& maximè quando iuramentũ oppoſitum eſt in cõuen.ita tenet Bart.Cep. cautela ſua lxviij.Vbi dicit eſſe bonã cautelam ad impediendum præſcriptionẽ.Feli.in rub.de præſcrip.vbi amplè.

ADDITIO. Vide Hippolytum de Marſiliis ſingulari ſuo.cxlj.vbi dicit quòd vbi eſt interpoſitum iuramentum nunquam currat præſcriptio,quia tale iuramentum perpetuet actionem.& iſtud dictum multum extollit,quod poſſit quodammodo ſuſtentari,quo ad contrahentes qui tenẽtur præciſè ratione iuramenti,ſecus quo ad hæredes,aut alios ſucceſſores,qui nõ obligãtur ex iuramẽto prædeceſſoris.dixi alibi.*

SED magnum *video dubium,videlicet nunquid res quæ non præſcribuntur niſi tanto tempore cuius initij memoria non extat in contrarium,vt ſunt ſeruitutes diſcontinuam cauſam habentes, vt ſeruitus itineris, vt dicit plenè Albe.in l.ſeruitutes.*La grande*.in ij.&.iij.col.tit. generali.ff. de ſeruitutibus. fiant per hanc noſtram conſuetudinem præſcriptibiles,ita quod ſpatio.xxx.anno. præſcribuntur. Iſte caſus videtur eueniſſe in facto,quia in caſu emergenti iſtud fuit diſputatum. Quidam enim dicebat ſe habere ſeruitutem itineris ad domum ſuam citeriorem,per porticum cuiuſdã domus anterioris,& probabat quòd per.xxx.annos & vltra iuerat,tam per ſe quam per ſuos prædeceſſores domeſticos & familiares,per dictum locum eundo ad domũ ſuam retro poſitam,ducendo æquum ad ſtabulum,portando neceſſaria ad domum, & allegabat aliàs habuiſſe titulum,ſed non probabat,ſolùm enim probabat vſum fuiſſe. 3 *Dubium* *Caſus facti.*

VIdebatur primò dicendũ,quòd non ſufficiebat probare ſe vſum fuiſſe tali ſeruitute itineris per.xxx.annos, cùm tales ſeruitutes tali tempore non præſcribantur vt.d.l.ſeruitutes. *la grande*.ff. de ſerui.titu. generali. *Not. pulchra de ſeruitute itineris.*

IMò requiritur tantum tempus cuius initij memoria non extat in contrarium,vt tenent gl.& doc.in d.l.seruitutes.Alex.consi.lxix.incip.circa primum.in v.vol.& hoc verum de iure ciuili, sed de iure canonico secus, vt tenet Ant.de but.in c.peruenit.in iiij.col. de censibus. & pro certo non credo quòd sufficeret probare se vsum fuisse per.xxx.annos,nisi allegetur titulus,quia tunc si allegetur titulus, & probetur vsus.xxx. annorum sufficit.ita tenet Pau.de cast.in d.l.seruitutes.& Alex.in cõsilio hîc antè allegato.& Feli.in c.de quarta.in pen. col.de præscrip.& Lancelotus Decius in l.si certis annis.C.de pac.& intellige dummodo quis probet se vsum fuisse ex causa allegata,vt tenet Alex.in consi.cviij.incip.in causa & lite vertente.in ij.vol.& in consi.lxxv.incip.visis & ponderatis.circa fi.in iiij.vol.Feli.in c.causam quæ.in iij.col.versi.Sed aduerte.de præscriptio.¶De materia præscriptionis harum seruitutum,vide Boerium iu consuetu. septenæ Bituricen.tit de præscriptio.§. v.vbi amplè tractatur materia.vide etiam Ioan.Sanxon in consuetudi. Turonen. titu. *Des ueues & agoutz de maison goutieres & latrines*.§.primo.

IMò etiam aduerte,quòd si quis vsus fuerit seruitute itineris per.xxx.annos,& quis agat contra eum, & proponat negatoriam,talis qui sic vsus fuit opponat contra eum quòd experitur sine actione, cùm negatoria sit sublata.per.xxx.an.& cũ vsus fuerit tali seruitute per.xxx.an.scien.& patiente domino prædij , est sublata actio negatoria,vt tenent glo.& Alberi.de rosa.in d.l.seruitutes.*La grande*.ff.de seruitu.

SED quomodo ergo aget qui amisit negatoriam?ponit Alberi.in d.l. seruitutes. Et dicit quòd aget & implorabit officium iudicis,vt fiat præceptum tali,ne amplius vadat,aut aget pro interesse pro itionibus vltimis,quæ factæ fuerunt à tempore.xxx.annorum.

SED si pars non opposuit cõtra agentem negatoria,quòd experitur sine actione, an iudex poterit ipsum agentem negatoria expellere,etiam si apertè nõ opponatur.credo quòd sic,per glo.in l.vbi pactum. vbi do. meus Iason.in.iiij.col.C.de transac.& ita etiã tenet do meus Ias.in l.generaliter.in.j.notabi.ff.de verb.oblig. & hoc si notoriè ei non constat ex libello,sed aliundè,vt no.Panor.in c.si.clericus.in j.col.extrà de foro compet.Et hoc etiam debet facere,ne iudicium coram eo factum sit frustratorium,secundum no.per Panor. in c.j. in j.col.extrà,de libelli oblatio.¶In contrarium tamen facere videntur ea quæ dicit idem do.meus Ias. in l.vniuersa.C.de preci.impera.offer.vbi ponit.xiiij.decisiones ad probandum,*quòd quando aliquid competit a-
4 licui.aut quòd iudex debeat aliquid facere,debet intelligi si petatur apertè. Adde quòd etiam si quid sit quod debeatur de ipso iure,intelligitur tamen si petatur à parte,vt est in legitima quæ debet repleri ipso iure, tamẽ intelligitur si petatur à parte.do.meus.in §.in bonęfidei.in xv.col.insti.de actio.& vide ibi eundem in.xiiij. & eundem in.l.admonendi.in lectu.in v.col.ff.de iureiu.eundem in repetitio.dictæ.l.viij.& ix.colum. & in centesima.xij.col.Feli.in c.sciscitatus.in iij.col.extrà,de rescrip.do.meum Iaso.in l.certi condictio.§.j.in v. col.ff. si cer.peta.& in l.de pupillo.§.qui opus nouum.ff.de noui ope.nun.& in §.pœnales.insti.de actio.in.ix.col. faciunt quæ dicit Feli.in c.cum M.Ferrariẽ.in xx.col.extrà,de constitu.& prædicta omnia procedunt in his quæ
5 respiciunt priuatam vtilitatem.*quia in his quæ respiciunt publicam vtilitatem iudex debet nemine petente opponere.do.meus Ias.in l.ita demum.in fi.C.de procurato.¶Aduerte tamen quòd ista petitio partis in dubio præsumitur,vt per Areti.in consi. suo xxxviij.allega. per Bernar. de tenementario in apostillis ad Panor. in c.penul.in j.col.extrà,de foro compe.Et multùm facit pro hoc casu,quia præscriptio debet opponi,nec potest suppleri per iudicem,vt amplè dixi in fine huius consuetudinis,igitur &c.

6 *An iudex possit quẽ releuare contra* SED quęro,nũquid *cõtra præscriptionẽ istã xxx.anno. possit princeps quẽpiã releuare? videtur ꝙ sic,quia est de iure ciuili,& maximè fauore ecclesiæ.per ea quæ plenè tradũtur per doc.in l.fi.C. si cõtra ius vel vtilita.publicã,& in l.j.ff.de cõsti.princip.& in c.quæ in ecclesiarũ.de cõstitu. per Moder.in rub. de præscrip. eo
7 *præscri. xxx. anno.* potissimè,*quia omnis præscriptio est contra ius naturale & gentiũ,& naturalẽ æquitatẽ.§.habeat.in auth. vt ecclesia Romana.coll.ij.firmat Bal.in l.ancillæ.C.de fur.& Ang.in l.sequitur.§. si viã.ff. de vsuca. quia tuetur illũ qui habet ius cõtra verũ dominũ rei.& dicit Bal.in l.j.§.pueritiã.ff.de postulãdo. ꝙ omnes præscriptiones
8 sunt cõtra naturalẽ & positiuã iustitiã,*cõsistũt enim(vt ibi dicit)in iure bono,scilicet propter lites dirimẽdas, sed nõ æquo.l.j.§.j.ff.de iusti.& iure.& ideo est iniqua & odiosa,maximè illa quæ clauditur xxx. vel xl.anno.tẽpore quo ex sola negligẽtia nõ petẽtis est introducta, & ideo faciliter per principẽ tollitur.ita Bar.Bal.& Sali. in aut.quas actiões.C.de sacrosan.eccl.facit dictũ Pau. de ca.in l.inter diuinũ.in versi. nobis quidẽ cordi erat. C.de sacrosan.eccl.facit dictũ Io.And.in c.cũ dilectus.ext,de ordine cogni.in ij.col.& Rapha.Cuma. in cõsi. suo clxxxix.imò etiã hoc tenet Ang.in l.Lucius.ff.de euictio.& Frãcis.de cur.in cõsi.suo feud.consi.j.in ix.col. vbi etiã alle.Bal.in l.fi.C.sentẽtiã rescin.nõ posse.in j.col.versi.sed immediatè oppo.& hoc est,quia iste modus
9 *Rescripta contra præscrip. latè interpretanda.* acquirẽdi fuit inductus ab eo,ergo potest ab eo sine causa auferri.hinc dicit Pa. in c ex parte.le.iij.de deci.*ꝙ talia rescripta debẽt latissimè interpretari. ex quibus dictis cõcluditur hoc esse verũ etiã in præscriptiõe x. vel xx. anno.per prædictas decisiones,licet quodãmodo.Alex.dubitauerit in l.cũ hæredes.ff.de acq.pos. & in his vltimis est maius dubiũ,eo ꝙ dominiũ in illis quęritur,sed est de iure ciuili.¶Facit etiã,quia licet ex sentẽtia quę trãsiuit in rẽ iudicatã acquiratur dominiũ,tamẽ potest rescribere cõtra sententiã.Bal.in d.l.fi.C.senten.rescin. nõ posse.& Frãci.de cur.in prædicto loco,& vide quæ dicit Pau.de ca.in d.l. cũ hæredes. Alex.in l. Gallus.§.
10 & quid si tantũ.ff.de libe.& posth.in ix.col.&*potest princeps tollere dñiũ quæsitũ ex præscriptiõe, qñ.s.præscriptio est causa immediata acquirẽdi dominiũ.ita do.Alex.in l.j.versi.si vir vxori.ff.de acqui pos. Ro.consi.j. circa mediũ.& Panor.in c.cæterũ.in ij.col.ext. de rescri. & maximè prædicta procedũt,qñ princeps in suo rescripto ponit expressè clausulã derogatoriã. videlicet nõ obstãte aliquo lapsu tẽporis,vel quacũq; alia præscriptiõe.no.in l.bene à Zenone.C.de quadriẽ.pręscri.faciũt q̃ habẽtur per Feli.in c.sup literis.de rescri.& multo magis qñ facit de plenitudine potestatis,vel ex certa sciẽtia.vt tenet Franci.de cur.in d. cõsi.j.in viij.& ix.col.

ADDITIO. Cogita ad ea quæ dixi suprà in tit.*Des retraictz*.§.j.glo.j.vbi tenui quòd videtur quòd princeps non possit dare restitutio . in integ. contra consuetudines nostras , ex quo non est sine dubio.an possit releuare contra præscriptionem consuetudinariam . Et vide de huiusmodi quæstione Bertran.in consi.suo cccj.in iij.parte,nume.v.

Sed

SED nunquid hæc restitutio in integ.posit dari ex capite ignorantiæ, & quomodo.cõtra quã præscriptionẽ,cõsului in casu emergẽti.Sed videatur etiã amplè Ioan.Frã.Balb⁹in suo tracta.præscriptionũ.in xxix.q. quartæ partis principalis . Et aduerte ꝙ petens restitutionẽ aduersus præscriptionẽ debet probare se læsum ex ea,vt dicit Iacobinus de sancto Geor. in l.fi.col.iiij.C. in quibus cau. in integrum restitutio non est necessaria.

ADDITIO. Vide etiã Matth.de Afflic.in constitu.regni Siciliæ quæ incipit cõsuetudinẽ.in vij. nota. in iij.lib.Et quomodo cõcedatur ecclesiæ etiã ex capite ignorantiæ,vide eundẽ Matth.in cõstitutione sequente,quæ incipit,quadrigenalem.in fine.vbi dicit quòd etiam quandoque absque ignorãtia ex magna læsione conceditur.& ibi dicit quòd probabilis ignorantia dicitur ex mutatione prælatorum.*

HAE C nostra cõsuetudo fuit limitata anno domini millesimo.cccccxij.per ordinationes regias,factas per Christianissimum regem Franciæ Ludouicum.xij.ducem Burgundiæ,quia plures ordinationes fecit,hanc nostram consuetudinem limitantes,primò scilicet in omnibus rescissionibus seu restitutionibus quæ impetrari possunt,quæ debent impetrari intra.x.annos computandos à tempore contractus celebrati,vt est in ordinationibus eiusdem statutum & ordinatum.c. xlvj. Item etiam in omnibus actibus & registris notariorum & greffariorum,& aliis salariis eisdem debitis occasione officij,ne possint aliquid exigere post triennium elapsum à tempore finiti officij seu processus,vt est in dictis ordinationibus.c.xlviij. *Limitationes consue. nostræ.*

Item in salariis seruitorum & famulorum, quæ non poterunt peti nisi intra annum,à tempore exitus à seruitio suorum magistrorum,vt est in ordinationibus antedictis.c.lxvij.

Item in mercatoribus,apothecariis,pistoribus,pastillariis,fabris,caligatoribus,cauponibus,sartoribus,calceatoribus,sellariis,macellarijs,& aliis operatoribus alicuius ministerij,qui erunt mercatores , vendentes & distribuentes merces particulariter & in partes,qui tenebuntur petere solutionem intra sex menses à tempore distributionis,aliàs dictis mẽsibus transactis,nullã amplius habebunt actionem dictis ordinationibus.c.lxviij. ¶Et aduerte,quia valent prædictæ ordinationes,ex quo verba in creditorem diriguntur hoc modo, scilicet quòd nisi tales petierint eorum debita intra tale tẽpus cadent à iuribus suis,secus si verba dirigerentur in debitores,vt tenet Alexan.in consi.suo.ccxviij.in vlti.colum.in vj.volumi. Et quia ista sunt extrauagantia , ideo circa ea non insisto.

Item etiam in ementibus annuum reditum super aliquo ad reachatum , aut aliàs capientibus hypothecam, quòd de prædictis non poterunt petere nisi arreragia quinque annorum , dispositione tamen antiqua remanente in reditibus antiquis & censiuis,vt est tex.in dictis ordinationibus.c.lxxj.de quibus plenè ibi dicam,cùm intendam eas cõmentari.Et sic ex prædictis sunt quinque limitationes ad hanc nostram consuetudinẽ. ¶Adde quòd ista exceptio potest opponi post quinque annos,à tempore publicationis prædictę ordinationis,etiã in reditibus annuis emptis antè prædictam ordinationem,per no.per Bar.in l.omnes populi.col.xv.ibi.aut exceptio causatur ex aliquo facto.& ibi,ecce alia dicit quòd possessor.ff.de iusti.& iu.& per Feli.in c. quoniam. in xiiij.col.extrà,de consti.& istud pluries allegaui & practicaui. ¶Item aduerte,quòd istæ ordinationes sunt consuetudines in multis locis in Francia,maximè in patria Turon.proùt patet in libro consuetudinario illius patriæ,tit.*prescription en coustume*.arti.j.ij.iij.& iiij.& ibi examinantur per Io.Sanxon.

SED nõ est sine dubio,*an istæ ordinatiões nũc factæ per regẽ tollãt hanc nostrã consuetudinẽ specialẽ,& per principẽ approbatã,& deinde per regem iuratã,cũ iurauerit seruare priuilegia nostra,ex quo nõ dicitur ꝙ seruetur generaliter in toto suo regno , & specialiter in locis vbi est cõsuetudo in cõtrariũ,per eũ approbata & iurata:videretur ꝙ sic,quia lex noua corrigit antiquã.l.sed & posteriores.ff.de leg.& ibi Albe. ¶Tu dic ꝙ ex quo habemus legẽ specialẽ in cõtrariũ & iuratã,ꝙ tales ordinatiões generales nõ tollũt hanc nostrã cõsuetudinem specialẽ,quia regulã habemus, * ꝙ qñ aliquid disponitur per legẽ generalẽ, nũquã tamen intelligitur loqui in materia in qua habemus legẽ specialẽ.gl.est in l.sciendũ.ff.qui satisda.cogan. de qua dixi in §.ij.in glo. *quelque part que ce soit*.tit.*Des mainsmortes*. ¶Itẽ maximè, quia rex iurauit seruare has nostras consuetudines, & ideo propter iuramentũ quod non posset tollere sine clausula nõ obstante.vt per plura tenet do. meus Ias. in l.fi.in fi.C.contra ius vel vtili.publi.Lud.Ro.consi.cccc.xxxv.inci.in presenti consultatione.Alex.cõsi.xxvij. inci.viso libello.in j. vol.& in consi.cxxv.inci. visis & consideratis.eo.vol.idem Alex. in consi.ccv. inci.visis his.in ij.vol.idẽ Alex.in consi.lxij.in pen.col.in j.vol.vbi dicit ꝙ derogatio generalis per clausulã generalẽ nõ obstãte,non tollit statutũ iuratũ & confirmatũ.Feli.plenè in c.constitutus.in iij.col.de rescrip. Roma.in sing. suo vij.do.Ias.in l.quoties.col.ij.C.de præci impera.offerẽ.idẽ Ias.in l.pacta nouissima.in ij.col.C. de pac.arg. eorũ quæ dicit Feli.in c.nõnulli.de rescrip. de priuilegio secundo quod non tollit primũ quãdo habet clausulam derogatoriã,quæ nõ potest esse maior,nisi quia iuramentũ est appositũ in primo.tu tamẽ vide tex. in l.iij. §.diuus Adrianus.ff.de sepul.vio.vbi lex generalis sequẽs tollit cõsuetudinẽ specialẽ. de quo vide do. meũ Ias. in l.de quibus.col.xiij.ff. de legi. Et quãdo princeps potest reuocare priuilegiũ cõcessum etiã per modũ legis, vide Feli.& Are.in c.nouit.de iudi.& in c.j.de proba.versi.& istis adde.vbi dicit ꝙ priuilegiũ cõcessum in vim statuti vel legis,potest princeps quod satis dicitur facere,faciendo nouam legem in contrarium reuocare. 11 *Ordinatiões regiæ an tollãt cõsuetudines speciales p regẽ approbatas.* 12 *Regula*

Item aduerte ꝙ hæc cõsuetudo non habet locũ in laico qui vellet decimas præscribere , * quia decimæ per laicũ nõ sunt præscriptibiles.c.causam.& ibi Abb.& Feli.ext.de præscri.Spec.in tit.de pręscri. versi. itẽ licet laicus.Nõ aliter insisto.quia nõ est materia præsentis speculationis. ¶Vide ad plenũ Boeriũ in consue. Bituri. tit.de præscri.§.j.in gl.j.vbi plenè de materia præscriptionis decimarum per laicum percep tarum. 13 *Decimæ à laico non possũt præscribi.*

NVnquid autem* hæc præscriptio statutaria requirat bonam fidem.Panor.in consi.suo lxxvj.in fi.in j.volu. & do.meus Iason in l.non dubium.in viij.col.C.de legi.tenent ꝙ sic. quod tamen mihi videtur nõ esse verum , eo quòd loquitur de præscriptione xxx.annorum , quæ currit etiam cum malafide .l. cum notissimi. C. de præscriptione xxx.vel xl.annorum.& dicit Bar.in l.fi. in fi. C.vnde vi. quòd post xxx. annos non est opponenda mala fides.text.in c.placuit.le.ij xvj.quæst.iij.do. meus Iason in l. clam possidere.§. qui ad nundinas.in ij.col.ff.de acqui.possess.Soci in consi.cxxvij.in pen.col.do.meus Iason in §.sed iste.in xj.colum.instit.de actio. Alexan.in consi.lxxj.in ij.col.in j.volu. 14 *An pr̄scriptio statutaria requirat bonã fidem.*

MAteriam bonæfidei vel malæfidei in præſcriptione bonafides.vel an exiſtens in malafide præſcribat,ponit amplè Io.Franciſ.Balbus in ſuo trac.de præſcriptio.in iij.parte principali.Sed quicquid ſit quo ad nos qui ſumus Chriſtiani,& qui in foro conſcientiæ debemus attendere ius canonicum, & non ius ciuile, dicerẽ quòd ſemper & indiſtinctè vbi malafides poteſt præſumi ex parte detinentis, ſiue ex titulis apud eum exiſtẽtibus,ſiue aliundè,quòd veriſimiliter ſciuit rem alienam, aut reſtitutioni ſubiectam, nunquam eſſet iudicandũ pro prætendente præſcriptionem,nec vnquam pro eo iudicarem.

15 *An currat contra perſonas eccleſiaſticas.* ITem nunquid*hæc conſuetudo comprehendat perſonas eccleſiaſticas? Dic ꝙ nõ,imò ſeruans præſcriptionẽ cõtra eccleſiã minori tẽpore quadraginta anno.peccat mortaliter.ita tenet Rayne.in c.illud autẽ.ext,de præſcri.Cũ ergo cõtra eccleſiã nõ currat minor præſcriptio, quã quadraginta anno.c. de quarta.extrà, de præſcrip. cõſuetudo noſtra quæ cõprehendit tantũ inferiores xxx.annis,vt dicit idẽ Rayne.in c.eccleſia ſutrina.extrà,de cau.poſſeſ.& propriẽ.non cõprehendit eccleſiã ſeu eccleſiaſticas perſonas. ¶Fallit tamẽ in actionibus perſonalib⁹,in quib⁹ currit præſcriptio introducta de iure ciuili,de qua in l.omnes.& in l.ſicut.C. de præſcrip. xxx. vel xl.anno.& in hac cõſuetudine.ita tenet Corſe.in ſingularibus ſuis, in ver.præſcriptio.qui pro hoc alle.glo. ſing.in c.cũ cauſa.in ver.reſtituerent.extrà,de emp. & ven. & ibi Panor. & Barba. & dicit ꝙ non meminit ſe alibi legiſſe.¶Credo tamen ꝙ currat etiã cõtra eccleſiã,cũ ita ſit ꝙ hęc cõſuetudo non ſolũ ſit introducta per laicos,imò etiã approbata per viros eccleſiaſticos,ex quo ſeruanda eſt,etiã in his quæ nõ ſunt in poteſtate laicorũ.Feli in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in xxix.col.extrà,de conſti.& Alex. in conſi. ſuo xcj.in vlti. col. in j.volu. Fran.de Are.in c.quòd clericis.in vlt.col.extrà,de foro compe. Et hoc eſt etiã in his quæ non ſunt in poteſtate laicorũ,puta in ſpiritualibus aut connexis,ſed in his quæ ſunt temporalia,puta in eorum reditibus, in cenſu, in emphyteuſi,in bonis temporalibus,& eccleſiaſticis non eſt dubiũ,cũ ita ſit ꝙ in Gallia & in regno Franciẹ omnes res ſunt de territorio Regis,etiam ſi ſint res clericorum, ita quòd iudicatur in illis ſecundum conſtitutionem Regis.ita Bal.per illum tex.in c.cum veniſſent.extrà,de eo qui mit.in poſſeſ. cau. rei ſer. quæ deciſio Bal.multum facit,vbi etiam ſe iuuat & facit fundamentum de prima ratione hic antè poſita.

EGO fui aliàs in hac opinione,ꝙ hæc conſuetudo non tollit præſcriptionem xl.anno.contra eccleſiam,eo quòd clarũ eſt,ꝙ licet viri eccleſiaſtici iſtius patriæ,huic conſuetudini cõſenſerint,tamẽ quia expreſſa nõ potuiſſet iuribus illã introducentibus derogare,cũ ſint conſtitutiones papales,quibus inferiores prælati derogare non poſſunt, ne inferior videatur tollere legem ſuperioris,quòd etiã conſenſus eorum tacitus nõ potuit illis iuribus derogare,& credo quòd requireretur conſenſus ſummi pontificis. Cogitate poſteri. ¶De materia quando ſtatuta laicorum ligent clericos & eccleſiaſticas perſonas,vide Boerium in conſue.Bituricen.tit. de iuriſ.om. iudi.§.xj.in gl.j. & tit. de præſcri.§.j. in gl.j. vbi etiam ponit an requirat bonam fidem. & etiam in hoc vide Io.Sanxon in conſue.Turo.titu.*Preſcription en couſtume*.articu.iiij.

16 ADuerte etiam quia Bal.in c.j.§.porrò.in tit.quali.olim feu.poteſt aliena.dicit* quòd hæc præſcriptio xxx. annorum non currit contra pupillum, & eſt notabile dictum Bal.dicit tamen Alberi. de roſa. in l.tutores.

17 *An cõtra pupillum.* §.ab eo.ff.de admini.tut.* ꝙ præſcriptio ſtatutaria currit cõtra pupillũ.quãdo præſcriptio ſtatutaria currat cõtra pupillũ & minorẽ,dixi ſuprà in tit.*Des fiedz.§.& entant que touche les pupilles*,in glo.j.maximè quæ eximi noris temporis.xxx.annorum ſtatutaria,quæ ſuccedit in locũ præſcriptionis lõgiſſimi tẽporis,tũc tẽpore pupillaris ætatis dormit.tex.eſt in l.fi.C.in qui.cau.reſti.in integ.nõ eſt neceſſaria.melior tex.in l.ſicut.C.de præ

18 ſcrip.xxx.vel xl.anno.vt cõcludit Bal.in d.c.j.§.porrò ſuprà alle.& in c.j.in titu.quo tem.miles.* & talis præſcrip.xxx.annorũ ſubrogata in locũ alterius longiſſimi nõ currit cõtra pupillũ.Roma.cõſi xxxviij.incip.in caſu propoſito.idem Bal.in l.ſuperuacuam.C.de tempo.in integ.reſtitu.petenda.

19 *Dictũ Baldi.* ET aduerte ad id quod dicit Bal.in c.j.in ij.not.extrà,de pręſcri.vbi dicit,ꝙ* quãdo quis eſt in vtero,nõ poteſt eius nomine agi,& tamẽ cõtra eũ currit præſcriptio.& ſequitur ibi Feli. in ij.col. vltra medium.in verſicu.ſubdit Bald.quod an ſit verum, cogita, quia credo quòd non eſt verum,in nondum natis vel conceptis, quia contra tales non currit,& ideo intelligendo dictum Bal.in conceptis, quia ſæpiſſimè habentur pro iam natis.in l.qui in vtero.ff.de ſtatu homi.

20 *An tollat naturalem,& ciuilem obligationem.* ITEM quęro,*an iſta præſcriptio ſtatutaria tollat ciuilem & naturalẽ obligationẽ? Bal.in l.bene à Zenone.C.de quadriẽ.præſcri.& in c.eccleſia S.Mariæ.extrà,de conſtit.& in l.omnes.C.de præſcri.xxx.vel xl.anno.Barto.in l.fi.ff.rem ra.habe.Alexan.in l.ſi pene.ff.de condi.inde.docto.in c.fi.extrà,de præſcri.dicũt quòd tollit ciuilem non naturalem,quam elidit,& eius effectus tantùm.

Cautela. EX quo aduerte ad magnã cautelã,ꝙ quãdo aliquis præſcripſit cõtra te,vadas ad principem,& impetra reſcriptum in quo ſit clauſula,ꝙ in dicta cauſa procedatur cũ ſumma ęquitate,quia hoc caſu qui eſt obligatus naturaliter,non poteſt contra te opponere exceptionem pręſcriptionis,nam vt dicit Bal.in l.j.C. de præſcrip.

21 xxx.vel.xl.anno.* ſi cauſa eſt cõmiſſa arbitratori qui cognoſcat vt vir æquus, propter hoc verbũ iudex debet

22 *Præſcriptio iniquũ præſidium.* reiicere exceptionem præſcriptionis,* cùm ſit iniquum præſidium.Soci.in cõſi.ſuo lxxxvi.col.penul.verſic.

23 j.quia.& in cõſi.ſuo clxvj.col.iiij.circa finem.* & reus vtens præſcriptione peccat, vt in authẽ.vt eccle.Rom. habeat.colla.ij.¶Dicit tamen Feli.in rub.de præſcrip.in ij.col.& Ludo.Roma.in cõſi.cxlix. ꝙ videtur ꝙ cõtrarium ſit verius,per doctrinã Barto.in extrauagan. ad reprimendã.in ver.videbitur.in fi. vbi dicit ꝙ habens poteſtatem procedendi de æquitate,vel ſecũdũ voluntatem ſuã,non tenetur ſequi iura in his quæ oportet facere,ſecus in his quæ iam ſunt facta à iure,adeò ꝙ ex hoc iam quæſitum eſt ius parti, tunc enim nõ poteſt mutare ius alteri ablatum,& mihi quæſitum.per l.bona fides.ff. depo.aliàs auferret ius alienum, quod eſt contra æquitatem naturalem.Cnm ergo per præſcriptionem quęſitum eſt ius præſcribenti miniſterio legis ſeu ei qui præſcripſit,non eſt per arbitrium mutabile.& faciunt quæ dicit idem Felin.in c.vigilanti.extrà,de præſcri.vbi

24 dicit * quòd præſcribens eſt tutus in foro conſcientiæ, etiam ſi ſuperueniat mala fides poſt præſcriptionem completam.idem Felin.in c.nouit.in iij.col.& Barba.in xxxv.col.extrà,de iudi.Ioan.Petri de Ferra. in forma reſponſionis rei conuenti.in glo.præſcriptionis.in xxiiij.folio.& ideo dicit Barto.in l.fi.§.j.in princ.ff. rem ra

25 tam habe. * ꝙ tutus præſcriptione ſi ſoluat poteſt repetere. dicit tamen Bal.in l.ſi quis emptionis.in §.j. C. de præſcri.

de præscri.xxx.vel xl.anno.* caueat præscribens ne perdat possessionem rei præscriptæ, quia si opponatur ei 6
malafides, vix poterit recuperare nisi habuerit titu.& no.istud dictum Baldi propter ea quę dicta sunt superius, quòd etiam in præscriptione statutaria requiritur bona fides. ¶ Et ad dictum Bal. in l. si quis emptionis. vide quæ dicit Ioan.pet.de Ferra.in forma responsionis rei conuenti.in glo.in ver.præscriptione.

ADDITIO. Vide etiam ad illud domini Bald. illud quod dicit Matthæus de Afflictis in constitutione regni Siciliæ, quæ incipit, consuetudinem, in vj.notabili.in iij.libro.*

NVnquid autē hæc cōsuetudo aliquid immutet in vsucapione rerū mobiliū? Credo*ꝙ nō, qa appellatione 7
prę́scriptiōis propriè & strictè loquēdo nō venit vsucapio. l.ij. C. in quib⁹ cau.cessat longi tēpo.præscrip.

IN TEXTV IBI, Sont vniformes.

BAldus in l.j.& ij.C.ne rei dominicæ vel tēplorum.videtur tenere ꝙ per hoc statutū iura loquētia de vsucapione triennali non sunt correcta.faciunt glo.Bar.& doct.in l.iij.ff.de vsucap. Dy.in regula sine possessione.in prin.de reg.iur.in vj.ergo cum sumus in materia stricta & correctoria iuris cōmunis, quæ dicitur odiosa.c.j.de filiis presby.in vj.facit.c.cùm dilectus.cum ibi not.de consangui.& affini.voluit Panor.in c.fi.extrà, de simonia.facit tex.in l.quod verò contrà.ff.de legibus.nō comprehenditur vsucapio, sed sola præscriptio rerū immobilium & iuriū propriè loquendo. ¶ Ad quod facit,* quòd quando sumus in materia exorbitanti & odiosa, & reperitur vnum verbum quod potest capi in genere & in specie, debet potius capi in specie, quā in genere, secundum Bar.in l.hoc legatum.ff.de legat.iij.Bar.in l.j.§.j.in.fi.ff.de edēdo.facit tex.in c.Rodul. ibi Panor.extrà.de rescrip. ¶ Facit tex.cum glo.& ibi doc.in authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccle. vbi verbum præscriptio.in genere non cōprehendit vsucapionem.facit etiā, quia in statutis verba debēt capi propriè. l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.gest. ¶ Et facit, quia hæ consuetudines sunt introductæ ad diminuendū lites, vt dicitur in proœmio earundem, ex quo non est verisimile quòd voluit auferre vsucapionē, & illam in longius tēpus protrahere,* cū ipsa vsucapio sit inuenta ad hoc vt sit litiū finis.l.fi.ff.pro suo.& illā in longius tēpus protrahere esset potius augere lites, quam diminuere.& dicit Raynerius in c.cū ecclesia sutrina, extrà de cau.possess.& proprieta.quòd consuetudo Burgundiæ dictans ꝙ omnis præscriptio reducta est ad spatium.xxx.annorū.intelligitur de præscriptione.x.vel.xx.anno.& inferiore.xxx.annorū, sed non de maiore.xxx.annis.probatur vt dicit in l.omnes.& in l.sicut.C.de præscri.xxx.vel.xl.anno.& in authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.

1 Verba in odiosis quomodo capienda.

2 Vsucapio ad qd inuenta.

ET aduerte, quia hìc dicitur quòd vsucapio ad hoc inuenta est, vt sit litium finis, ex quo dicit Bart.in d.l.fi.ff.pro suo.quòd exceptio præscriptionis impedit litis ingressum, quod an sit verum, ponunt doct.in c.j.de lit.contest.in vj.Ioan.Francis.Balbus in tractatu præscriptionum in.j.parte.in.ix.quæst.Felin.in rubri.de præscrip.dixi amplè in meo consi.incip. *Le cas est tel. En lan mil.ccccxxxvii.* &c.in j.parte illius cōsilij, ibi. Sed quod plus est, videtur, & in secunda parte ibi, ad fines autem non recipiendi.

QVid autē de præscriptione decē anno.de qua in l.j.& ij.C.si aduersus creditorē.& alias de actione hypothecaria quomodocūq; sit, an per hāc cons. sit reducta ad prę́scrip.xxx.anno.Bal. notabiliter cōsuluit in cōs.suo ccccłxxvij.inci.recolo me aliàs cōsuluisse cū seq.vbi plures se inscripserūt.in v.parte.& Ang.in cōs.suo ccij. ¶ Idem erit dicendum de aliis præscriptio, vt de illa de qua in l.petendæ.C.de tempori.in integ.resti. pet.

NON intēdo hìc alio modo insistere in materia præscriptiōis, cū plures in hac materia plenissimè scripserint.& Feli.& doc.ī ti.de prę́scri.ext.& scripsi ī tra.prę́scr.quē feci vt suprà dictū est, ad dicta ibi me remitto.

ET quantum ad interruptionem consuetudinariæ præscriptionis seu statutarię, an interrumpatur his modis quibus præscriptio legalis, vide plenè Feli.in c.illud.in ij.col.versi. circa ciuiles.extrà, de præscrip. ¶ Vide Boerium in consuetudine septenæ Bituricen.tit, de præscriptio.§.j.in glo.j.quasi in fine.

ADuerte tamen ad vnum ꝙ* quis fraudulenter litem contestetur vt interrumpat præscriptionem, postea non prosequatur litem, non fit interruptio, vel si est interrupta, nō prodest, arg.l.fi.C. de præscriptio. xxx. vel xl.anno.Specu.in tit.de rescrip.præsentatio.§.ratione autem.versi.quid si quis vtitur.

3 De interruptione præscrip. consuetudinariæ.

ITem aduerte * an præscriptio debeat & possit suppleri per iudicem, etiam si non fuerit opposita à parte? Guido pape tenet quòd non, ita tenet in decisionibus suis, decisi. sua ccxxij. & secundum eius opinionem consului, & ita fuit iudicatū in causa nobilis viri Hugo.Bernard, locūtenentis domini balliui Heduē. & mōtisinerij, contra plures opponentes in materia subhastationis & venditionis quorumdam hæreditagiorum, hypothecatorum ad requestam dicti Benard impetrantis: licet enim constaret ꝙ erant quinquaginta anni, quòd dicta hæreditagia erant hypothecata, nec constaret de solutione aliqua, fuit dictum quòd bene recurreret ad dicta hæreditagia, nec ei obstare debebat præscriptio, cùm non fuerat per partes opponentes allegata. ¶ Panor.& Feli.in c.ad aures.in ij.& iij.col.extrà, de præscrip.Io.Francis. Balbus in suo trac.præscriptio.in j.parte principali.in viij.quæst.videtur tenere, quòd si exactis appareat quod iudex potest agentem expellere, etiam si non fuerit opposita, & quia reddit actionem inefficacem & inutilem potest eam supplere.

4 An præscri.poßit suppleri à iudice.

§. NONO ET VLTIMO.

ON *ne peult faire columbier en pied de nouueau, en iustice d'autruy, sans licence du seigneur.*

ISta consuetudo in multis locis obseruatur in Francia. ¶ Vnde hoc quod non est licitum facere in suo pro libito voluntatis, & in fundo meo ædificare ad libitum voluntatis etiam vsque ad cælum, cum eius sit cælum, cuius est solum.l.altius. C. de seruitu.ex quo maximè non facit fortalitium ad emulationem, maximè cùm victus columbarum non sit nociuus, vt infrà dicam, cogita. ¶ Quando autem licitum sit facere fortalitium ad æmulationem, vel non, & an dominus altæ iustitiæ possit impedire subiectum suum in alta iustitia, ne faciat castrum aut fortalitium in sua iustitia.textus in l. per prouincias. C. de ædifi.priuatis. videtur tenere quòd non, dummodo ex eo oriri scandalum verisimiliter non possit, & ibi Albericus de rosate. & vide eundem in l.opus. ff. de operi.publica. & Iacobum Rebuffi in l. quicunque. C. de fundis limitrophis. lib. xj. communiter tamen obseruatur in Francia, quòd domini altam iustitiam habentes istud prohibent subditis, cogita. ¶ Cogitando, dico quòd* cuilibet licitum est facere ædificium etiam si

1 Cuilibet licitum ædificare.

fit castrum,fortalitium aut ciuitas,cùm ædificia sint de iuregentium.l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & facit tex.cum suprà allega.in l.quicunque castellorum.de fundis limitrophis. Quod limita tribus modis.

PRimò,nisi quando castrum vel oppidum fieret ad æmulationem aut inuidiam inimici. text. est in d.l. opus nouum.& ibi Bar.ff.de operis publicis.gl.in l.per prouincias.C. de ædificiis priua.& in d.l. quicunque castellorum.idem Bar.in l.j.in princi.ff.quòd cuiusque vniuersi.nomine.& in l.fi.ff.de collegiis illicitis. Innocentius in c.Pisanis.de restit.spoliato.Ang.in l.cum eo.ff.de seruitutibus vrbano. prædio. ¶ Faciunt dicta Ludo. Roma.in consi.suo lij.incip.in quæstione magnificorum dominorum.* ¶ Faciunt quod volunt Cyn.& Salic. in l.altius.C.de seruitu.& aqua.& Pau.de ca.in d.l.cum eo.& Io.de Imo.in l. si meo fundo.ff. de aqua plu. arcen.de volente eleuare domum vt videat pulcham vxorem vicini,vel filiam,vel moniales,aut religiosas. ¶ Facit secundò quod volunt doctores in l.si manifestè.C.de serui.& aqua.& Barto.in l. quominus.ff.de fluminibus.& Bal.in l.si ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.& in c.cùm ecclesia vulterana.extrà,de elec.quòd* si habeo molendinum in flumine publico seu priuato , & quis in parte superiori velit ædificari facere aliud molendinum,si faciat ad æmulationem meam principaliter,potest prohiberi.

ISta quæstio de ædificatione molendini,an sit licitum facere in loco altæ iustitiæ alterius eo inuito,sine eius licentia quotidie versatur in Francia,& pluries fui consultus super hoc in diuersis casibus. Ego tamen semper dixi ꝙ nemini est prohibitum ædificare molendinum in suo, dummodo non ædificetur in flumine publico nauigabili,ita ꝙ impediret nauigationem,vel nisi fiat in loco inferiori, ita ꝙ aqua restagnet ad superius, vel nisi fiat in alta iustitia alicuius habentis molendinum bannale , sed si non habeat bannale , potest vnusquisque etiā in alta iustitia dūmodo sit ibi vtile.& in hoc multum consideratur vtilitas ædificantis, vt tenet per plura Philip.Decius in consi.suo ccxliiij.in ij.volu. ¶ Aduerte tamen ꝙ hoc videtur verum esse ad sui ipsius ædificantis vtilitatem & pro se tantum,sed ad exigendum aliquid super hominibus terræ alicuius domini,istud non videtur fieri posse,quia ista exactio pro iure molendini,videtur esse quoddam ius iurisditionis , quod non habent priuati in aliena iustitia,dicam fortè latius alibi,quia istud est inuentum meum.

3 Ædificare ad æmulationem priuati an liceat.

ADuerte tamen ad dictū Angeli in d.l.cum eo.vbi dicit* ꝙ quamuis quis non possit ædificare ad æmulationem principis,vel ciuitatis,tamē ad ęmulationē priuati potest,dummodo ædificet in suo solo quod sit liberum.quod tamen dictū Angeli reprehendit Pau.de ca. Et aduerte, quia etiā dicit in suo fundo(quod sit liberum dixi) quia si nō sit liberum,aut quia feudale, aut aliàs,potest prohiberi à domino. Aduerte etiam quòd in dubio vnusquisque præsumitur ædificare propter bonā spem,vt dicit Bal. in l.item lapilli.col.ij.ff.de rerū diui.

SEcundò limita , quando quis vellet ædificare castrum vel fortalitium in finibus vel limitibus imperij , per tex.in d.l.quicūque castellorū.iuncta gl.ibi.& vide tex.l.in sacra loca.§.muros. ff. de rerū diui. qui videtur
4 innuere,* ꝙ sine licētia principis vel superioris quis nō possit reficere muros fortalitij vel villæ,quod dicerem esse verū,quādo muri essent destructi autoritate principis vel superioris,aliàs nō,vt videtur tenere Bart.ibi.

TErtiò limita,nisi cōsuetudo esset in cōtrariū,vt est(vt dixi)in Frācia in pluribus locis,in quibus subditi & vasalli nō possunt sine licentia dominorū habentiū omnimodā iurisdictionē,ædificare castra ad pontem leuantem,*a pont leuis gallice*.Nec turres in eorum domibus facere,aut fossata circūcirca eorum domos,& cætera huiusmodi,quæ faciunt fortalitiū.& de cōsuetudine domini possunt eis inhibere ne talia faciāt. Sed quo ad nos cū cōsuetudo talis nō sit in hoc volumine scripta,videretur dicēdū ꝙ nō ligaret burgūdos. Nec posset hìc allegari,nisi dicatur quòd si prohibeatur id quod est minus,scilicet constructio columbarij, ergo à maioritate prohibetur quod est maius sine licentia domini,scilicet constitutio castri.cogita , quia magnū fuit litigiū inter dominū de Chasteau villain,do.de Tyl in Auxeto , & Guiardū de Drehe,do. Dazey eius vasallum. ¶ Quartò limita nisi per sententiam essent destructi,quia non possunt refici. Ioā.Fab.in l.seruus.C.de pœn.

ADDITIO. De hac materia quādo liceat ædificare castrum,aut reficere destructum.vide per Matth.de affli.in constitu.regni Siciliæ quæ incipit, castramunitiones. in iiij. nota. in iij.lib. vbi facit regulam cum limitationibus. Et adde quintā limitationem,quando conuentum est inter partes,aut inter dominum & subditos,quòd non licebit alicui aliud castrum aut fortalitium ædificare in loco,quia illa cōuentio seruanda est,vt dicit Ludo.Roma.in consilio suo lij.suprà allegato.

5 An liceat capere colūbas alienas. *6*

QVæro nunquid * sit licitum capere columbas de alieno colūbario?dic ꝙ nō etiā in suo,& capiētes dicū cur cōmittere furtū,nec possunt etiā occidi.tex.est in l.Pōponius.j.§. j.ff.fami.herci. & ibi Floria.vbi dicit tex.* ꝙ quādiu habēt cōsuetudinē reuertendi,sunt in dominio nostro.Guido.pape.q.sua ccxviij. Et ideo dicit Io.Fab.in §.in his.insti.de rerū diui.ꝙ de cōsuetu.regni Frāciæ,approbatur ꝙ colūbæ sint domini columbarij,* vnde dicit ꝙ magis accedunt mansuetudini,ꝙ̄ pisces qui sunt in stagno,vel ferę quæ sunt in foresta circumsepta.dicit tamen Bartholo.Cepola,in tracta.suo seruitutum vrba.prædio.titu. de columbaria,ꝙ * quando quis capit columbas alienas in suo potest pœnitere,& non tenetur eas relaxando,vt not.Barto.in l.qui ea mente.ff.de furtis.nisi posuisset cuminum vel aliud simile in suo,causa ducendi columbas alienas,quia tunc dicit putare non haberet locum pœnitentia.arg.l. quicunque.in fi.C. de seruis fugitiuis.quod nota. ¶ Vtrū peccent tenentes columbas in suis columbariis,vide Io.Sanxon in cōsuetu. Turonen.tit. *Des droictz de chastellenie*,arti.j. fol.xl.vide etiam Boerium.titu.de consuetu.prædiorum.§.v.

7
8

DIcit vlteriùs Cepola in dicto loco,si aliquis habeat vsumfructū in quo sit colūbarium,quomodo & quādo vti possit,colligitur ex tex.in l.vsufructuarium.§.si in viuariis.ff.de vsufructu.

9 Natura columbæ.

DE natura columbæ ponit Archidia.in c.qui ecclesiasticis.in fi.xxxvj.distin.& dicit tex.& ibi Archid.in c.non omnis.ij.q.vij. * quòd victus columbarū nō est nociuus,vbi etiam dicit, ꝙ prædicatores æquiparantur columbis & agnis. ¶ De natura etiam columbæ amplè ponit Guill. Benedic.in sua repe.c. Raynu. de testamen.in verbo,& vorem nomine Adelasiam.vbi amplissimè ponit per tres col.naturam columbæ.

IN TEXTV IBI, *En pied.*

ID est in parte inferiori à similitudine pedis,qui est inferior pars corporis.glo. rubicana.C.de pedaneis iudicibus.vel id est in fundamēto,quoniā sicut pes est fundamētū hominis in stādo,sic etiā area,hoc est ædificiū inferius.

DEcimononò probatur. in l. senatuscon. & in l. libertum. ij. §. senatuscōsulti. ff. de ritu nup. vbi lex prohibens filium tutorem contrahere matrimonium cum pupilla ipsius tutoris, extenditur ad hæredem extraneum ipsius tutoris, & rationem ponit ibi tex. ne puellæ in re familiari circumscribantur, ab his qui rationes eius gestæ tutela compelluntur.

VIcesimò videtur facere glo. in l. vnica. C. de his qui antè apertas tabulas, quæ extēdit dispositionē illiꝰ legis, vt fiat trāsmisio ad ascenden. licet lex loquatur de trāsmissionibus ad liberos descendentes duntaxat.

VIcesimoprimò facit gl. in l. quæ propter necessitatem. ff. de regu. iur. vbi lex permittens alienare res ecclesiæ ob redemptionem captiuorum, extenditur ad alienationem ob alimenta.

VIcesimosecundò facit glo. in authen. præterea. in verbo non extantibus. C. vnde vir & vxor. vbi dispositio illius authen. loquens in descenden. extenditur ad ascenden.

VIcesimotertiò facit gl. in l. miles in verbo facere. ff. de re iud. vbi lex illa loquēs in milite armatę militię, extēditur ad militē cœlestis militiæ, & ad patronū causarū, q dicitur miles. ꝙ nota pro aduocatis si esset verū.

VIcesimoquartò probatur per gl. in l. ob es. C. de prædiis & aliis rebus mino. vbi etiam licet sit dictio taxatiua tantum, extēditur dispositio ex identitate rationis, & ideo dicit dominus meus Ias. in l. j. in tertia col. C. de bono. pos. contra tabul. & in l. gallus. §. instituens. in fi. ff. de liber. & posthu. quòd dictiones taxatiuę non excludunt similia vel connexa, vel ea in quibus est eadem ratio.

¶ Vicesimoquintò facit glos. in l. illud. in verbo alia causa à simili. C. de sacrosan. eccle. in principio illius glos.

VIcesimosextò faciūt notata per Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. qui dicit statutum debere extendi ad alium casum propter identitatem rationis, vbi ratio est sumpta in statuto, & ibi plenè de materia extensionis per dominum meum Iasonem.

VIcesimoseptimò & vltimò faciunt quæ notantur per doctores. in l. si quis seruo. C. de furtis. & in l. ij. C. de indic. viduita. tollen. & ibi plenè. per dominum meum Ias. quem vide.

Plura

PLura in contrariam partem possent allegari & adduci, quæ omnia sub triginta duabus conclusionibus multum vtilibus explanabo.

PRima ergo erit conclusio.*Statutum quòd est contra ius commune non potest extendi etiam ex maioritate rationis,quando ratio non est expressa in statuto.sed si ratio sit expressa,tunc bene fit extensio,etiam si sit statutum correctorium iuris antiqui.Ita tenet Bald.in auth.quas actiones.in ij.colum.C.de sacrosan. eccle.per l.his solis.in his verbis.tacitè cautum putamus.C.de reuo.dona.Ad idem facit tex. in l.cum mulier. §.j.ff.soluto.matrimo.inducendo vt inducit ibi Rapha.Cuma.qui ad hoc notat ibi illum tex. Idem tenet Pau.de cast.in l.quamuis.C.de fideicom.Idem tenet dominus meus Iason.in authen.non licet.in ij.& iij.col.C.de lib. præte.Hæc fuit conclusio Cy.in l.quicunque.C.de seruis fugiti. 9 *Statutū contra ius commune quādo extenditur.*

SEcunda conclusio quòd non solùm statutū correctoriū extenditur ex identitate rationis,quando ratio est scripta in statuto & expressa , sed etiam quando vnica tantum ratio potest assignari in statuto correctiuo, quia idem est,ex quo illa habetur pro expressa glo.sing.in l.quāuis.C.de fideicom.quam ibi not. Bal. & Pau. de cast.& Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.præte.in.iiij.col.Bal.& Imo.in l.fi.ff.de hære.insti.do.meus Ias. in l.certi conditio.§.quoniā in penul.col.ff.si.certum pet.& in l.j.§.nunc videamus.ff.de noui ope.nun.& in l.siue apud acta.in ij.& iij.col.C.de transac.Idem do.meus in.§.omnium.in vij.col.insti.de actio.vbi dicit gl. in cle.j.in verb.eligatur.de electio.expressius tenet illā regulam quam gl.in d.l.quāuis.Alex.in cōsi.suo. xlviij. in.iij.col.in.j.vol.Idē do.meus Ias.in auth.quas actiones.in vij.col.C.de sacrosan.eccle.idem do.meus in l.de quibus.in.iiij.colum.ff.de legi.Feli. in c.cùm omnes.in.xiij.colū.extrà.de consti.& in c.si quando.in viij.col. extrà de rescript.& idem dominus meus Iason in l.j.in iij.colum.C.de successorio edicto. *Vnica tantum ratione existente.*

SED iuxta prædicta insurgit dubium,dicunt aduocati pro vna parte,qui volunt statutum extendere.vna est tantùm,seu vna potest tantùm ratio in hoc statuto assignari,scilicet talis.sed eadem est ratio in tali casu,ergo debet in simili casu extendi statutum ex identitate rationis,alij vero aduocati qui dicunt statutum non debere extendi,dicunt quòd plures rationes quam illa possunt assignari,& sic ex quo ratio non est expressa,non potest extendi statutum,quid in dubio sit præsumendum.Dominus meus in dicta authen.quas actiones.in vij. col.dicit.quòd solus Bartholo.de Sali.in l.si serui vestri.in ix.col.C.de noxa.tangit istam quæstionem,& dicit quòd non debet præsumi quòd sit vnica tantum ratio, sed debet præsumi oppositum . Idem do. meus Iason hoc allegat in l.j.in iiij.col.C.de successorio edicto.posset tamen sustineri contrarium , quod credo verius per ea quæ dicit idem dominus meus Ias.in l.cum qui.§.in popularibus. in penul.col.ff.de iureiu. vbi dicit & tenet ꝙ pluralitas non præsumitur.Ex qua regula ibi reprobat duas autoritates,Io.And.scilicet & Alex.quas vide.

TErtia conclusio,quòd statutū correctorium & pœnale simul non extenditur ex identitate rationis, etiam quando ratio esset scripta in statuto.Istud colligitur ex gl.singulari iuncta cum tex.in clemen. vt hi qui.in verbo,eisdem.de ætate & qualita.ibi,mihi tamen est satis ꝙ communiter non comprehendatur, vt probāt iura prædicta vt sic hoc ius correctiuum & pœnale,non largissimam,sed potius strictam interpretationē recipiat, & per illam glo.ita expressè tenet Lud.roma.consi.cxxix.inci.Licet magna dicta apud me. Et ita tenet dominus meus Ias.in d.auth.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.vbi plures hanc conclusionem tenentes allegat. *Correctoriū & pœnale simul.*

QVarta conclusio est,quòd statutum extenditur ad alium casum propter identitatem rationis, vel maioritatem rationis,attenta larga significatione vocabuli.gl.in auth.minoris debitor.C.qui dare tut.possunt glo.in clemen.j.in verbo eligatur.de elec.dominus meus Ias.in l.j.in fi.j.col.ff.de vul.& pupil.substi. qui allegat gl.in d.clemen.vt hi qui.in prin.idem dominus meus Ias.in l.emancipata.in vlti.col.C. qui admit.& in l.fi. in vij.col.C.de edic. diui Adria tol.Alex.in consi.lxvij.in ij.col.in.j.vol.& in cōsi.xxiiij.in fi.in j.vol.per quam conclusionē potest dici quòd consuetudo nostra,suprà posita,titulo *Des succeßions*.§.xij. disponens quòd fœmina maritata per patrem & matrem,existentibus masculis sit exclusa.idem sit in nepte,quia de lata significatione,neptis continetur appellatione filiæ,notatur in l.liberorum.ff.de verb.signi. & hanc cōclusionem tenet Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.præte.& sequitur Anto.de but.in c.fi.extrà de consue.vbi dicit quòd.l.ij. C.de patri.qui fi.distraxe.quæ loquitur in venditione,extenditur ad pignoris obligationem,& etiam glos. in cle.j.de elec.quæ loquitur in electione,habet locum in prouisione,quia non differunt in lata significatione. *Ex larga significatione vocabuli.*

QVinta conclusio est,quòd statutum etiam correctorium extenditur vt non resultet absurdum.l.scire oportet.§.aliud.ff.de excu.tut.Ita expressè tenet Imo.in l.si verò.§.de viro.in prima fallētia.ff.sol. matri. vbi pōderat ad hoc gl.j.in cle.fi.in gl.j.& ij.de rescrip.do.me⁹ Ias.in l.fratres.in ij.col. & in l.omni modo. in.j. col.C.de inoffic.testa.Feli.in c.trāslato.in vlti.col.extrà,de constit.Alex.de imol. in l. si constante. in princi. ff.solu.matrimo.¶ Vide per Ioan.Saxon.titu.*Des droictz de basse iustice*.ar.quinto.ver.quarta cōclusio. fo.x. *Ad euitādum absurditatem.*

SExta conclusio est,quando statutum aliàs nullum sortiretur effectum,seu esset illusorium,tunc fiet extensio ex identitate rationis,etiam si sit correctorium iuris.vt in l.si stipulatus fuero per te.ff. de verb.obli Bart. in l.non dubium.C.de legi.& in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.Probatur hæc conclusio ex gl.in cle. in verbo sepelitur.in fi.de sepul.& est bona gl.in c.quenquā.in gl.fi.de vsuris.in vj.& hanc conclusionē ponit.Ioan. de ana.in rubrica de apostatis.in ij.col.ibi,& pro prædictis facit do.meus Ias.in d. authē.quas actiones. in viij. col.De sacrosan.eccle.Feli.in c.translato.in ver.iij.not.extrà,de constitu.¶ Ista est tertia conclusio.Ioan.Saxon in consue.Turonen.tit.*Des droictz de basse iustice*.arg.quinto.fo.xij.in materia interpretationis extēsiuę. *Et nullitatem, vel illusionem.*

SEptima conclusio est,quòd statutum in vno correlatiuorum extēditur ad reliquum ex identitate rationis. Hæc conclusio probatur in l.fi.C.de indi.vidui.tol.& sic statutum in marito extenditur ad vxorē.vt not. Bal.in l.libellorum.ff.de his qui notan.infa.Bal.in authen.quas actiones.in ij.col.C.de sacrosan.eccle.Pet.de Anc.in commento.c.canonū statuta.in x.charta.ver.vlterius quæro.extrà, de constitu.Hinc videmus quòd statutum in venditore extenditur ad emptorem.l.j.ff.de cal. Facit glo.in c. si postquam.de elec.in vj. Hinc etiam videmus quod lex corrigens in actore,extenditur vt etiam corrigat in reo,& econtrà.gl.est in l.per interuallū. ff.de iud.glo.est in authenti.qui semel.in verbo, per interualla triginta dierum.C. quomodo & quando iudex. *In correlatiuis habētibus eandem rationem.*

¶ Et quòd statutum loquens in vno ex correlatiuis extenditur ad aliud.Faciunt quæ dicit do.Fran.de are. in

consi.cxxx.Fran.de Curte iunior præceptor meus in cōsi.vj.post feuda.hanc conclusionem probat dominus meus Ias.multis decisionibus in d.l.fi.C.de indi.viduita.tol.& intelligit prędictam conclusionē dominus meus quando est eadem ratio in vno ex correlatiuis habere locum etiā in pœnalibus, licet pœnæ sint restringēdæ. allegat Panor.ita tenere in procemio decretaliū.& in c.quia clerici. de iure patro.Ita tenet Bar.in d.authē.qui semel.C.quomodo & quando iudex.& in l.vnica.per illū tex.C.de cupressis.lib.xj.& dicit Panor.in d.c.quia clerici.ꝙ ista est communis legistarum.idem Panor.in c.fi.in iij.col.extrà,de rescriptis.Geminia.in c.j.de té-
10 po.ordi.in vj.in iiij.col.¶Contrarium tamen tenuit idem Panor.in c.j.in fi.extrà, de locato.motus, * quia pœna tanquam odiosa non egreditur proprium casum,& facit glos. in cle.j.de consan. & affini. vbi pœna imposita contrahenti matrimonium cum moniali,non extenditur ad ipsam monialem.

De correlatiuis diuersas rationes habentibus.

SEcus autem dicit dominus meus esse in correlatiuis,vbi est diuersa ratio,seu non est eadem ratio, quia tūc dispositum in vno non habet locum in alio,& ideo non est mirum si dispositio nostræ consuetudinis supra in titu.*Des droictz & appartenances a gens mariez*,in §.vj.inci. *Femme mariée selon la generale coustume du duché de Bourgongne est douée*,quę disponit ꝙ mulier maritata secūdū consuetudinem ducatus Burgundię habet doharium super bonis antiquis,seu in hereditagiis mariti,non habeat locum in viro,cùm non habet doharium super antiquis hæreditagiis suæ vxoris, cùm ratio illius consuetudinis sit, eo ꝙ istud doharium non cedit lucro mulieris,sed tantùm datur in compensationem dotis, & loco alimentorum quæ debentur ab hæredibus mariti, non soluta dote: secus autem esset si maritus caperet vsumfructum in media parte antiquorum hæreditagiorum vxoris,quia tunc cederet ei lucro, & nō esset æquum cùm videretur habere vim cuiusdam donationis,quæ omnino prohibetur inter virum & vxorem. Non credo istam rationem veram, quicquid mihi dixerit quidam magnus aduocatus,eo ꝙ si maritus haberet lucrum ex dote per statutum, valeret statutum,nec præsumeretur donatio,cum simile sit statutum Papiæ, vbi mariti lucrantur dotem integraliter, & Mediolani quòd lucrantur dimidiam partem,vt dicit dominus meus Ias.in l.cūctos populos in prima lectura,in xiiij.col. C.de sum.trini.& fide catho.¶Crederem ergo quòd ratio sit,quia ita scriptum est de vxore quòd habeat, & ideo seruanda est lex,licet sit dura.l.prospexit.ff. qui & à quibus. & de viro cùm aliter sit obseruatum mi-
11 nimè mutandum, * cum minimè mutanda sint quæ certam interpretationem ex obseruantia habuerint.l.minimè.ff.de legi.& durum est recedere ab illo quòd diu fuit practicatum.Panor. in c.cùm ad sedem.in ix.colū. extrà,de restitutio.spoli. & dicit do.meus Ias. in l.rem quæ nobis.in primo notab.ff.de acqui. pos.ꝙ minimè mutanda sunt quæ in practica certam legem habuerunt.Dixi alibi pluries.

In parificatis lege antiqua.

OCtaua conclusio est,quod quando duo casus æquiparantur per legem antiquam, tunc lex noua seu statutum corrigens in vno ex parificatis,extenditur ad aliud,& non vltra parificata, per legem antiquā allegatur glo.in l.si quis seruo persuaserit.C.de fur.melior in l.ꝙ verò cōtra.ff.de legi.sed illa glo.loquitur in exorbitātibus tātū,in correctoriis tenet Bar.& alij post eū in l.Marcellus.in prin.ff.ad Trebe.probo meliùs hanc cōclusionem per l.fi.C.de sacrosan. eccle. quo ad præscriptionē cētenariā,parificātur ciuitas & ecclesia in tribus,scilicet in relictis,donatis,& venditis,& nō in omnibus,& per omnia,tūc ex quo authē. quas actiones. C. de sacrosan.eccle.corrigit in ecclesia dictā præscriptionem videtur etiam corrigere in ciuitate illis tribus casibus & nō in omnibus,& per omnia,proùt tenet ibi do.meus Ias.post alios,qui circa hoc multū insistit.faciūt quæ dicit do.meus Ias.in authē.nouissima.in xj.col.C.de inoffi.test.& in l.j.in vj.col.C.qui admit.facit gl.in authē.de triēte & semisse.in §.j.in verbo,hoc obseruādo.& videtur esse cōclusio Anto.de Butri.in c.fi.de cōsue.per gl.in c.j.ne clerici vel monach.vt hìc statim in cōclusione sequēti,quæ quasi videtur sonare idē cū hac.

NOna conclusio est,ꝙ quādo per legē antiquā expresè dicitur duos casus parificari in omnibus & per omnia.& quòd vnus casus extendatur ad aliud, tunc nouum statutum disponens in vno tantum,extenditur ad reliquum:dummodo istud statutum non emanet in diuersa materia, in qua non est facta parificatio per legem veterem. ista est conclusio domini Anto.de But.in c.fi.de cōsuetu.& quòd notatur in l.j.ff.de legi.tute. & sic intelligitur gl.in c.j.ne clerici vel mona.lib.vj.in verbo declaramus. vbi personatus & beneficiū curatū solùm parificantur in casibus in quibus reperiuntur parificata,sic etiam intelligitur glo.in c. quæ à iure de regulis iuris.& in c.statutum de præbendis in sexto.

In parificatis vti regulæ antiquæ.

DEcima conclusio est,ꝙ vbi duo casus parificantur vi regulæ antiquæ, tūc statutū disponēs aliquid in vno parificatorum,extenditur ad reliquum.ista fuit conclusio Barto.in l.Marcellus.§.quod autē.ff.ad Trebe. & Ange.in l.si quis seruo.C.de furtis.facit tex.in c.translato,extrà,de constitu.& tex.in authen.de non eligendo secundò nubentes.§. primo.in versic. quod verò.§.colligentes.vbi dicitur constitutiones extendi ad extranea pluries assimilata,& in pluribus partibus iuris decisionibus comparata. & sic etiam intelligitur glo. in clemen.j.de ætate & qualitate.in verbo admittendis.& gl.in c.ordinarij.de offic.ordi.in vj.in verbo, animarū cura inducitur.ad propositū dicitur in d.l.Marcellus.§.ꝙ autem.ff.ad Trebel.ꝙ in quibus cessat Falcidia,cessat & Trebellianica.& ideo cum Falcidia & Trebellianica parificantur, si fiat statutum in vno,extenditur ad reliquum.¶Ex quo dixi & dico,quòd ex quo per vnam ex nostris consuetudinibus parificantur quo ad ius retentionis,dominus feudi,& dominus censualis,vt in titu. *Des retraictz*.§. *Au reachat*,ꝙ etiam tempore parificātur & ideo quòd tempus statutum in domino censuali per §. *Et se on mect rentes*,in titu.*Des censes*,qui est sequens,habet etiam locum in domino feudi,quia habet tantum .xl.dies post denuntiationem,eo etiam maximè,quia de iure communi non reperitur tempus statutum in domino feudi, & quantum ad §. porro. in titu. qualiter olim feudum poterat alienari,non dicit ibi ꝙ dominus feudi habeat istud ius,nec ꝙ sit tempus vnius anni,sed dicit ꝙ erat quædam consuetudo,quam non approbat,& adhuc illam recitat non dispositiuè,sed recitatiuè ad casum suum deueniendo.cogita,quia ita dixi in facti contingentia in ardua causa.

VNdecima cōclusio est,ꝙ quādo duo æquiparātur in aliqua materia,per legem antiquā in omnibus & per omnia,tunc statutum nouū corrigens in vno intelligitur corrigere in alio,etiam in materia pœnali.vt probatur ex capite,si postquā.de elec.in sextò.cùm glo.vlt.vbi doctores per Panor.in c.de multa.per gl.ibi de pręben.do. meus Ias.in l. transigere.in v.colum. C.de transactio.& in §.ex maleficis.in x.colum. institu. de actio.

Duodecima

DVodecima conclusio est, & aduerte quòd sicut lex seu statutum ponens regulam extenditur ex identitate vel maioritate rationis, ita etiam quando ponit exceptionem. ita tenet do. meus Ias. in dicta. l. trãsigere. in v. col. C. de transactio. & in l. j. in. ij. col. C. de iur. & facti ignorantia. Panormitanus. in c. cùm omnes. in v. colũ. extrà, de constitutio. & ibi Feli. in xiij. col. idem do. meus Ias. in l. de pupillo, in prin. in quarta col. ff. de noui operis nuntia. & in l. j. in vj. col. C. qui admitti. Felinus in. c. pastoralis. in tertia colum. extrà de rescriptis. *Exceptio extenditur sicut regula.*

DEcimatertia conclusio est, quòd quando duo sic se habent quòd vnum venit consecutiuè ad alterum, dispositum in vno extenditur ad reliquum. hæc conclusio probatur in c. cùm in cunctis extrà, de electionibus sic declarando, certa enim ætas est determinata in dignitatibus inferioribus habentibus annexum ordinẽ, & certa ætas est determinata ordini nulla existente dignitate, si ætas restringitur in dignitate per aliquod nouũ statutum, restringitur ætas in ordine, & sic extenditur statutum, ista etiam fuit conclusio domini Antonij de Butrio. in dicto. c. finali, extrà de consuetudi. *In consecutiuis.*

DEcimaquarta cõclusio, quòd quando aliquis casus subrogatur loco alterius contenti in statuto, tunc statutum extenditur ad illum casum subrogatum, loco casus contenti in statuto. gl. est singularis in clementi. & si principalis. in verbo, principalis. in fi. gl. de rescri. Iac. butrig. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & Anto. de Butrio in dicto. c. fi. extrà. de consue. dominus meus Ias. in l. j. colum. ij. ff. de vulga. & pupillari. substitutione. *In subrogatis loco alterius.*

DEcimaquinta conclusio est, quando duo sic habent quòd vnum mensuratur ad instar alterius, dispositum in vno extenditur ad reliquum, pono exemplum. tutela legitima defertur ad instar successionis ab intestato, puta quia repellit formari à successione de iure antiquo, sic etiam illo iure repellit à tutela. ita voluit Bar. in l. j. ff. de legi. tuto. vbi dicit quòd si agnati in successione præferuntur cognatis, illud statutum etiam extenditur ad tutelam. istam conclusionem ponit Ant. de but. in d. c. fi. extrà, de consue. Fran. de aretio in rub. de acqui. poss. ff. in ij. col. Ange. de are. in §. actionum. in vij. col. insti. de actio. *In pariter mẽsuratis.*

DEcimasexta conclusio est, quia est regula quòd contrariorum eadem est disciplina. hoc modo, quia quod statuitur in vno ex contrariis per vnam rationem, per contrariam rationem statuitur in suo contrario opposito. exemplum. in l. & si contra. §. fi. ff. de vul. & pupil. substi. & quòd ibi notatur. & ideo dicunt philosophi quòd sicut se habet propositum in proposito, ita oppositũ in opposito. l. si vt proponis. C. de nup. vt habetur in secundo ethicorum. ita dicit Fran. de are. in rub. ff. de acqui. posses. in ij. col. ibi, contingit etiam. *In contrariis.*

DEcimaseptima conclusio, quòd quando duo se habent inuicem gradatim, ita quòd vnum mensuratur gradatim ab alio occidenti, vt quia est determinatũ certum tẽpus ordini diaconatus, & certum tempus ordini presbyteratus, si fiat mutatio in vno ex gradibus tãtum, videtur facta & aliis, ita intelligitur gl. in verbo obseruantiam. in cle, generalem. de ætate & qualitate. & Ant. de but. in d. c. fi. ¶ Potest poni aliud exemplum. nam licitum est sine insinuatione donare aliquam quantitatem laico, & duplum ecclesiæ sine insinuatione, si in laico augmentetur qualitas per aliquod statutum nouum, vt possit fieri donatio sine insinuatione, ampliabitur & in ecclesia. secundum Bar. & Cy. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. *In se inuicem gradatim sequentibus.*

DEcimaoctaua conclusio est, quòd lex interpretans extenditur in omnem casum legis interpretatæ. tex. est in. §. j. in auth. de filiis antè instrumen. dota. na. colla. iij. & notatur. in c. dispendia. de rescri. in sexto. *In l. interpretãte & interpretata.*

DEcimanona conclusio est, quòd quando duo sic se habent quòd vt præambula ordinantur per omnia in eundem finem, vt cùm postulatio & electio ordinantur ad finem prouidendi ecclesiæ, propter idẽtitatem rationis dispositum in vno extenditur ad reliquum. Ant. de but. in c. primo post glo. de postul. præla. glo. in c. quam sit. & in c. sciant cuncti. de elec. lib. vj. & Pau. de Leazaris in clemen. j. de electio. *In ordinatis ad eundem finem*

DIcesima conclusio quòd in pœnalibus nunquam fit extensio de vna persona ad aliam, nec de vna re ad aliam ex identitate rationis. plenè probatur per dominum meum Iason. in l. fi. ff. de in ius vocan. & in. §. ex maleficiis. in. ix. colum. institu. de actio. *In pœnalibus.*

ADDITIO. In multis tenet contrarium Alciatus in ij. lib. de verbo. & rerũ signi. nume. 50. & ibi ponit quomodo statuta aut consuetudines interpretanda sunt, & clarius & vtilius in practica ponit Albertus brunus. in trac. de statuto excludente fœminas à successione. in quinquagesimo articulo principali. vbi ponit. xxxvj. regulas. *

VIcesimaprima conclusio, quòd lex noua interpretans veterem, extenditur ad aliam legem ex paritate rationis, hoc probatur in glos. penul. in c. qui contra. de electio. lib. vj. *Lex interpretans.*

VIcesimasecunda conclusio est, quòd vbi lex non est pœnalis, extenditur propter identitatem rationis, siue ratio sit scripta. in l. siue non. Gemi. & Io. de Imo. in c. si postquam. de ele. in vj. & ita intelligitur doctrina Bar. in l. si constante. in prin. ff. solu. matri. *Non pœnalis.*

VIcesimatertia conclusio est, quòd lex pœnalis ex identitate rationis quando ratio est scripta. in l. extenditur. glo. est in verbo eligatur. in cle. prima de elec. in sexto. Idem si non potest reddi nisi vnica ratio, quia idem est, proùt dixi suprà in prima & secunda conclusione, in lege seu statuto correctorio & in casu statuti seu legis pœnalis, quando vnica tantum ratio reddi potest, facit tex. singularis, secundũ Bal. ibi. in l. secũda. ff. de lib. & posthumis. & ex hoc fiunt duæ conclusiones. *Pœnalis.*

VIcesimaquarta conclusio, quòd lex pœnalis ex identitate rationis extenditur quando agitur de salute animæ, & euitando peccato. gl. in c. sciant cuncti. de ele. lib. vj. & in c. fi. eo. ti. Panor. in consilio. cxiiij. incipiẽte in quæstione mouenda inter Antoniũ. in ij. vol. do. meus Ias. in l. ꝙ te. in xj. col. ff. si cer. pet. & in l. eius qui in. ij. col. ff. eod. & in auth. sacramẽta puberũ. in. iiij. col. C. si aduersus vendi. & in l. gallus. in x. col. ff. de libe. & posthu. & in l. si qs maior. C. de transa. Feli. in c. trãslato. in vij. col. ibi, primò ꝙ licet in nostra. extrà, de cõsti. *Pro salute animæ.*

VIcesimaquinta conclusio, lex pœnalis extenditur fauore reipublicæ, & quando agitur de fauore publico. dominus meus Ias. in l. fratres. in ij. col. C. de inoffi. test. in l. qui se patris. in xxiij. col. C. vnde libe. tex. sing. in l. hoc modo. ff. de condi. & demon. Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. xj. ex quo infert ibi, quòd statutum puniens maleficium extenditur ad mãdantem. ita dominus meus Iason. in l. si quis id quod. in viij. & ix. col. ff. de iurisdi. om. iud. & dicit idẽ do. meus Iason. in l. j. in prin. ff. de verb. obli. de statuto puniente *Fauore rei pub.*

loquentem cum bannitis, extendatur & mittentem nuntium & epistolam.& dicit do.meus Ias.in l. nemo.in vij.col.C.qui test.face.pos.quòd ex decisionibus taxatiuis non est arguendũ,quando sequeretur correctio iuris,imò etiam dictio taxatiua non excludit hæredẽ idẽ.do.meus in l.ij.§.item si in facto.ff.de verb.obl.imò nõ excludit ea quæ sunt de consuetudine.idem do.meus Ias.in l.mora.in ij.col.ff.sol.mat. vide ad prædicta eundem dominum meum Iasonem in l.iij. in ij.colum.principij.ff.de acqui.pos.faciũt quæ dicit Pau.de cast.in l.bona fides.ff.deposíti. Feli.in c.translato.versic.aliud est.col.fi.extrà,de constitutio.

In taxatiuis fauorabilibus.

VIcesimasexta conclusio,lex seu statutum loquẽs per dictionem taxatiuam,tantũ. extenditur ex identitate rationis ad casum similem in materia fauorabili.glo.est in l.illud.C.de sacrosan.eccle.& ita etiam intelligitur gl.in l.si mora.ff.solu.mat.Et hæc fuit cõclusio Bal.in d.l.illud.& Bar. in l.si cõstãte.in ix.q.ff.solu.mat. do.Alexan.in l.certi cõdictio.§.si nummos.in ij.col.ff.si cer.petatur.& dicit do. meus Ias.in l.Gallus.§. instituens.in fi.ff.de libe.& posthu.quòd dictio taxatiua non excludit casus sibi similes.

In odiosis non.

VIcesimaseptima conclusio,quòd statutum loquens in materia odiosa per dictionem taxatiuam, vel etiam sine taxatiua,non extenditur propter identitatem rationis, ita intelligitur glo.in l.ij.C.de patri.qui filios distra.quando autem dictio taxatiua,impediat extensionem,vide Bar.in l.si constante.in ix.q.ff.sol.mat.Alex. in l.certi condictio.§.si nummos.in ij.colum.ff.si certum peta.hìc antè alleg.

In exorbitãtibus odium priuatũ cõtinentibus.

VIcesimaoctaua conclusio,statutum siue lex pœnalis exorbitans à iure communi,continens in se odiũ priuatũ,|seu odium personarum priuatarum,extenditur propter identitatem rationis. hæc conclusio probatur in l.filium habens.ff.ad Macedo.in l.si filius.C.eo.nam Macedonianum est introductum in odium creditorum,& sic priuatarum personarum.vt l.j.ff.ad Mace.& loquitur in filio cui est pecunia mutuata, extenditur tamen ad nepotem propter identitatem rationis,vt in dictis legibus, & ibi etiam dicitur quòd extenditur ad omnes res in quibus cõsistit mutuum.

LImita nisi lex cõtineret priuationem status personæ viuentis,quia tunc non fieret extensio. secundũ Lud. Ro.qui ita probat per l.patri.ff.ad l.Iuliam.de adul.qui tex.est singularis,hoc modo inducendo, nam licitum est patri occidere filiam repertam in adulterio, continet ista lex odium filiæ, & cõtinet priuationem status personæ viuentis,quia tractatur de morte filiæ,& sic fit extensio de patre ad auum.d.l.patri.cum l.sequen.

In odiũ publicũ cõtinẽtibus nõ.

VIcesimanona conclusio ꝙ statutũ exorbitans à iure cõmuni,cõcernens odiũ publicũ per indirectũ nõ extenditur ad aliũ casum ex identitate rationis.tex.est sing.in l.lege Iulia.§.hoc capite.ff.de ritu nup.

In ad ius antiquum reducẽtib⁹

TRicesima conclusio est,quòd vbi lex etiã corrigens,seu statutũ reduceret nos ad ius antiquum cõsuetum, quia res de facili reuertitur ad suam naturam censeretur materia fauorabilis, ideo extenderetur, quamuis correctoria.glo.est in c.statutum.in ver.numerandum.de præben. in vj.Anto.de But.in c. olim tibi,de ver.signi.Alexã.in l.si constante.in prin.in v.col.ff.sol.mat.do.meus Ias.in l.properandum in prin.in penul.col.C.de iudici.& in authen.quas actiones.in viij.col.C.de sacrosan.eccle.

In exorbitãtibus fauorabilib⁹

TRicesima prima conclusio est,statutũ exorbitans à iure cõmuni, seu lex derogatiua simpliciter loquens, si continet causam fauorabilem,extenditur propter idẽtitatem rationis ad alium casum.probatur per tex. in ij.l.C.per quas perso.no.acquiri.pro quo facit gl.in authẽ.res quæ.C.cõmu.de lega.probatur etiã hæc conclusio per l.senatus.& per l.libertum.§.senatusconsulti.ff.de ritu.nup.sic declarãdo, nam regula iuris cõmunis sic se habet tam ciuilis quã canonici,quòd matrimonia debent esse libera. vt in l.Titia.ff.de ver.obli.& in l.fi. C.de sponsa.& in c.gemma.extrà,de sponsa,emanauit postea lex exorbitans ab isto casu, per quam prohibetur matrimonium inter filiam tutoris & pupillum tutoris,vt in toto tit.C.de interdi.matri.& sic hoc casu impeditur libertas matrimonij,vt non possit contrahi cum quacũque persona,& istud concernit fauorem pupilli,ne priuetur commodo iuris sibi competentis,contra suum quondam tutorem ex administratione tutelæ.Ita lex exorbitans quæ loquitur de filia tutoris, extenditur ad hæredem extraneum quõdam tutoris, & ad neptẽ, vt in dictis iuribus comprobatur.Et hoc est propter identitatem rationis.

PRobatur etiã hæc conclusio in gl.l.vnicę.C.de his qui antè aper.tab.& sic etiã potest intelligi in l. si constante.ff solu.mat. quæ extendit id quòd dicit, si constante matrimonio de viro ad socerum, quæ repetitio est contra ius commune,disponens dotem constante matrimonio non posse repeti. vt in l.ij.in prin.ff. sol. mat.& concernit fauorem mulieris,dotem posse repeti propter inopiam constante matrimonio, ne dote priuata remaneat. Hanc conclusionem ponit Lud.Rom.in repe.d.authen.res quæ.C.de hære.& Falci.col.j.quã conclusionem ipse limitat duabus limitationibus.

PRimò vbi extensio redundaret in præiudicium alteriùs casus similiter fauorabilis,tunc non fiet extensio. glos.ordinaria.in c.quæ iure.de regu.iur.lib.vj.& in c.constitutionem. de regularibus.ratio huius limitationis est,quia pietas contra pietatem,extensionis priuilegio non vtitur,vt in §.sed hæc de præsenti.in authẽ. de sanctis.episco.colla.ix.

¶Secundò limitatur per tex.in l.fi.C.de interdi.matri.cuius limitationis rationem quære.

Interpretatione, via malitiis nõ aperiẽda.

TRicesima secunda conclusio est,quòd nũquam fiat interpretatio,per quam via malitiis aperiatur.l.in fundo.ff.de rei ven.l.quoties nihil.ff.de regu.iur.do.meus Ias.in l.ij.C.de indi.vidui.tollen.

ADDITIO. Imò debita prouidentia obuiandum est maleficiis hominum,vt dicit Mat.de affli.in cõsti. si exceptio.in ij.not.in ij.lib. ✱ ¶ Hinc dicit Alexan. in consi.suo lv.inci.consideratis verbis statuti.in j.vol.ꝙ stante statuto quòd tertia pars debeat relinqui hæredibus,tamen ne via fraudandi aperiatur,intelligi debet siue per vltimam voluntatem,siue per donationem,quia etiam si grauentur hæredes per donationem,quia reuocabitur donatio.vt dicit ibi Alexan. etiam si testator iurauerit.& facit pro hac conclusione & decisione verbum,*delaisse*,positum in titu.*Des successions.§.ung chascun habile &c.* quia verbum,*delaisse*, est idem,ꝙ relinquo , quod licet trahatur ad vltimas voluntates. dominus meus Iason in l. cum filio familias. ff. de leg.j.quam legit in secunda lectura.

ADDITIO. Tricesimatertia conclusio est ꝙ statuta etiam extenduntur ad casum, in quo statuentes verisimiliter statuissent,si de eo cogitassent.glo.est in l.tale pactũ.§.fi.ff. de pac.Pau.& Bal. ibi &

ibi,& idẽ Pau.& Bal.per illum tex.in l.Titius Lucius.ff.de lib.& posthu.Salic.in repe.l.ij.C.de noxa.facit gl. in cle.i.in verbo,præsidentes.de rescriptis.not.Alex.in consi.suo lxv.col.ij.in v.volu.& idẽ in rescripis,in vltimis voluntatibus,& in contractibus,vt dicunt Pau.Bal.& do.meus Ias.in d.l.tale pactum.§.fi.in ij.not. & in fi. in gl.fi.& vide Alex.in consi.cxxix.in ij.vol.& in consi.suo cij.in iij.vol.& Lud.Ro.in consi.cij.

ALbericus de rosate in rub.C.quæ sit longa consue.in xxiii. & xxiiij.col. cùm seq. tractauit hanc materiam alio stylo,cũ sit impressus si materia tibi occurrat,recurre ad eum.cùm amplissimè & subtilissimè tractet. ¶Adde ad materiam cautelam,ꝙ nunquam proponas consuetudinem aliquo iure nisi sit scripta in hoc libro, sed proponas tibi aut talibus ius tale competere,seu facultatem,ꝙ quidem ius seu facultatem acquisiuerũt, tã ex priuilegio,quã ex præscriptione longissima,etiã tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrariũ. & in materia præscriptibili sufficiet probare gaudentiã per xxx.annos.In materia autem non præscriptibili sufficiet probare tale tẽpus cuius initij memoria nõ extat in contrariũ,dũmodo personæ allegantes præscriptionẽ tãti tẽporis,titulũ seu priuilegiũ,sint habiles,quia aliàs tale tẽpus cũ allegatiõe tituli inualidi nõ faceret eas capaces.dixi suprà in tit.*Des iustices*.§.ij.in gl.*& la preuue*.¶Quomodo aũt differt cõsuetudo à præscriptiõe? in præscriptione requiritur titulus.in cõsuetudine nõ.vide Iac.de S.Geor.in repe.l.de quib⁹ in iij.col.ff. de leg. Cautela.

IN TEXTV IBI, Et auec ce declarons.

PEr istũ tex.dixi, ꝙ ex quo mihi opponebatur contra quandam instructionem pro iure regali circa manumissionem seruorũ,quæ est videlicet.*Que se aucun hõme de condition serue d'aucuns seigneurs religieulx nobles ou autres se sont reachetez de leur sdictz seigneurs,& non pas du Roy, ces hommes ou femmes sont & demeurent enuers le Roy de telle condition qu'ilz estoient enuers leur seigneur,iusques a ce qu'ilz soient reachetez du Roy nostredict seigneur*.Quòd ex quo talis instructio & ordinatio non erat in consuetudinibus nostris,ꝙ nullas habeat vires,vt dicit tex.hìc antè.vbi dicit ꝙ nullæ aliæ consuetudines possunt allegari ; sed recurrendum est ad ius commune.tamen quia erat de iuribus regalibus,ꝙ etiam poterat ista allegari:cũ expressè hìc dicatur,ꝙ per prædictas consuetudines non intelligit derogare iuribus suis , quod faceret , si ita esset quòd dicta instructio non possit allegari,maximè etiam quia est instructio regalis.cui tunc dux Burgundię non poterat derogare,nec illam tollere,cùm inferior legem superioris tollere non possit.vulgatis iuribus.

QVid autem sit de iure,nunquid vasallus possit manumittere seruum sine licentia sui domini,dixi suprà in tit.*Des fiedz*.§.*en alienation & transport*.& consului in casu isto,& posui alibi, quãdo prædicta allegaui contra abbatem S.Martini Heduen.qui quendã seruũ affranchisauerat sine consensu & literis regis de placet. dictum mihi fuit etiã,ꝙ illa instructio,seu ordinatio alia ratione non valebat,cùm scilicet esset contra libertatẽ ecclesiasticam,& maxime inquantum tangebat ecclesias.c.quæ in ecclesiarũ.&.c. ecclesia sanctæ Mariæ. extrà, de consti.dixi suprà in pluribus locis scilicet. §.ix. tit. *Des mainsmortes*. dixi tamen quòd ex quo prædecessores Christianissimi regis fundauerunt abbatiam sancti Martini,& illam dotauerunt , ita quòd notoriè tenetur de fundatione regali,quòd rex tanquam princeps secularis habet omnimodam potestatem,super bonis temporalibus illius ecclesiæ:in tantum quòd prælatus pro talibus bonis temporalibus tenetur præstare homagiũ eidẽ. ita tenet Panor.in c.veniens.de accu.in.j.col.Iaco.de sancto Geor.in trac.suo feud. in gl. in ver.in feudũ. in v. col.& hoc maximè debet habere locum in Gallia & in Francia, vbi rex Franciæ habet omnimodam potestatem in temporalibus, imò etiam seruantur constitutiones Regis in bonis clericorum. ita tenet Bal. per illum tex.in c.cum venisset.extrà,de eo qui mitti.in possess.cau.rei ser.& dixi quòd talis instructio,debebat obseruari etiam quo ad prælatos ecclesiasticos,seruos ecclesiæ affrãchisantes sine licentia Regis.¶Et aduerte an princeps in patria consuetudinaria ligetur cõsuetudine.vide Ioan.Fa.in §.eadẽ.insti.qui.mo.test.infir.& quãdo habeat locũ ædictũ,ꝙ quisque iuris.in priuilegiatis,vide Bar.in authen.quas actiones.C.de sacrosan.ecc.& quãdo prìceps ligetur ex cõtractu,vide Ias.præceptorẽ meũ ĩ l.si ciuitas.ff.si cer.pet.& ꝑ Bal.ĩ l.digna vox.C.de legi.

IN TEXTV IBI, De noz droictz.

VIdetur quòd non erat necesse istud apponere,quia etiam in generali sermone,non intelligitur cõprehensa persona loquentis,ex quo videtur quòd per has consuetudines,non videtur suis iuribus derogasse, licet de his nihil dixisset,vt faciunt dicta per Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ,quæ incipit Monarchiã.in iiij.not. in ij.li.Et quomodo princeps ligatur ex sua constitutione.Et quando id quod sibi videtur iustum apud subditos,debet sibi videri iustum apud se & fiscum,vt dicit ibi Matthæus.

IN TEXTV IBI, Par priuilege.

ECCE quomodo non intendit reuocare priuilegia per eum & suos prædecessores concessa, quòd quãdo fieri possit,vide Mat.de affli.in cõsti.regni Siciliæ quæ incipit,ea quæ ad decus.in.j.not. & amplissimè per eundem in constitutione quæ incipit,concessione.vbi plura de reuocatione priuilegiorum.& dicit Bal.in l.nõ plures.C.de sacrosan. eccle.in fi.quòd per legẽ generalem nunquam derogatur priuilegio speciali. per tex.in l. iij C.de silen.lib.xij.quòd dictum Bal.allegat idem Mat.in dicta constitutione,ad ea quæ ad decus.Et aduerte quòd per concessionem nouorum priuilegiorum,non intelliguntur tolli antiqua statuta , vt dicit idem Matthæus in dictis constitutionibus,in constitutione quæ incipit,circa iustitiæ. in viij. notabi. Et an priuilegiatus cõtra priuilegiatũ vtatur iure suo. vide eũdẽ in cõstitutione quæ ĩcipit,hostici exceptionẽ.in.ij.notab.in ij.li.✱

IN TEXTV IBI. Et entendons que lesdictes coustumes.

NOta quòd lex trahitur ad futura.l.leges & constitutiones.C.de legi.no. amplè Feli.in.c.fi. extrà,de consti. & quando etiam non trahitur ad futura,vide Panor.in c.ij.extrà,de consti.¶Et de materia vide Moder. in l.iubemus.C.de test.& vnam limitationem ad.l.leges.C.de legi.per Alex. consi.cj. in fi. aliam per eundem consi.vij.col.ij.in ij.vol.✱Et si lex trahat se ad præterita non comprehendit ea quæ sunt decisa sententiã, trãsactione.solutione.vel præscriptione.Arc.consi.ciiij.in vlti.col.nec ad ea de quibus pendet lis.Pau.de cast.consil.lxxxix.& consi.ccxliij.Alex.consi.lxxxv.& Barba.consi.lxxxvj.

IN TEXTV IBI, Pour loix generales.

AN iste dux Burgundiæ qui erat subditus regi maximè ratione ducatus,quem tenebat à rege tanquam primus ex paribus Franciæ,potuerit facere legem generalem,ex quo non erat sub imperio quo ad ducatum

poterit facere leges derogantes iuri Romanorum, sed non derogantes ordinationibus regiis, cùm esset subditus illi, vt satis videtur tenere Mat. de affli. in præfatione constitutionum regni Siciliæ. in ij. q. de regibus nó est dubium quòd leges facere possunt. Deus enim dedit potestatem regi faciendi leges, vt in auth. vt in medio litis. post principium. & in auth. vt hi qui oblig. perhibēt perso. numerum. in prin. quibus violatis aut nó seruatis deus exterminat violantes, iuxta illud Hieremie. xxxj. si cessauerint leges istæ siue statuta coram me, & semen Israel deficiet, vt non sit corã me. Hæc prosequitur Luc. de pen. in l. j. in. ij col. C. de superindicto. Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit violentas. in. iij. col.

Hieremiæ xxxi. cap. Si defecerint leges istæ coram me dicit dominus tunc & semē Israel deficiet, vt nō sit gens coram me cũctis dieb⁹.

IN TEXTV IBI, *Et auec ce declairons.*

HIC videtur princeps confirmare priuilegia antiqua iam suis subditis concessa, & quid operetur hæc confirmatio, vide Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. Barba. & Feli. in c. j. de consti. in x. colum. ¶ Et an per concessionem nouam, priuilegio videatur derogatum antiquo? vide Bar. in l. fi. C. de præposi. agen. in rebus. & ibi etiam per Iac. rebuffi & alios. lib. xij.

IN TEXTV IBI, *Et affin que nul quel qu'il soit.*

AQuo tēpore & quando lex incipiat ligare. vide in auth. vt factæ nouæ consti. in prin. col. v. c. nouerit. extrà, de senten. excõmunica. tex. gl. & Panor. & Feli. in c. ij. extrà, de consti. vbi amplè per eos, non insisto. Et si quis postea dicat ad se non peruenisse. vide gl. in c. proposuisti. in gl. non probatur. lxxxij. dist. & de simili modo vide in auth. vt de cætero commuta. eccle. in fi. sub his verbis, tua igitur beatitudo. colla. v.

IN TEXTV IBI, *Soient publiées.*

1 Publicatum quid dicatur.

QVæro, quid dicatur publicatum gl. in cle. eos. de sepul. in ver. publicari. dicit* quòd licet actus fiat in loco publico aliquibus præsentibus, non tamen pro hoc dicitur actus publicatus: sed si in actu interuenit multitudo, tunc dicetur actus publicatus, & verbum publicatio importat vt fiat talis publicatio, in actibus in quibus populus loci conuenit, puta in publica missa populosa, vel in sermonibus, vel in nundinis, vel in auditoriis publicis, vel in alio actu per populum frequentato. & ex his & aliis multum singularibus, dicit Geminia. in consi. suo. lxxv. incip. in causa magistri Ioan. in iij. col. quòd publicatio prouisionis quæ debet fieri secundum regulam cancellariæ, quæ est xxxiij. in ordine, non dicitur facta. nec dicitur satisfactum illi regulæ, per adeptionē possessionis etiam coram quatuor testibus, quod est notandũ. & in illa materia videas omnino Geminia. ibi. qui etiã dicit quòd nō sufficit quòd illa publicatio fiat in ecclesia, cùm debeat fieri in loco beneficij. ET plenè dixi de huiusmodi publicatione quando dicatur in glo. concordatorum. in tit. de excommunicatis non vitandis, in verbo publicata. post magistrum Cosmam Guymier. in glo. pragmaticæ sanctionis, in loco hîc antè allegato. vbi dicitur quòd non dicitur publicatum, quando iudex agit in banco suo coram duobus aut tribus testibus.

ADDITIO. An de esse legis sit necessaria publicatio, vide Pet. bellugam in suo speculo principũ. ti. de publicatione focorum. §. sciendum. nume. xv. *

IN TEXTV IBI, *Et pource aussi qu'il est vray semblable.*

1 Cõsuet. debent allegari & proponi.

VIdetur per istum tex. * quòd licet hæ consuetudines habeant vim legis. vt hîc antè dictum est. & quòd licet sit mandatum omnibus iudicibus quòd debeant illas facere obseruari, tamen istud est intelligendum si allegentur & proponantur, credo quòd per istum tex. debent allegari & proponi, & etiam exhiberi articulus seruiens ad materiam, exemplatus sub sigillo autentico, cum subscriptione greffarij balliui ordinarij loci. ¶ Iaco. de sancto Geor. in l. de quibus. col. iiij. ff. de legi. dicit, quòd consuetudines nostræ probantur per aperturam libri, quia sunt redactæ in scriptis autoritate principis.

HIC posset disputari materia, an sit credendum exemplo, & quomodo exemplatio debeat fieri. quomodo probet. de quo per docto. in aut. si quis in aliquo. C. de eden. & per Feli. in c. Albericus. de testi. & in c. fi. vbi plenè de fide instrumen.

2 Cõsuet. proponēda in modũ actionis personalis.

SED quero, * quomodo cõsuetudo sit proponēda in iudicio. Io. An. & ibi doc. in c. fi. extrà, de cõsue. dicit ꝙ est proponēda in modũ actionis personalis, pone ꝙ Titius debeat centũ Sempronio, qui quidē Titius est obligatus, & cum eo Mæuius fideiussor, nã licet de iure agere debeat actione personali ad centũ contra Mæuiũ, primò faciendo cõuenire reũ principalē: tamen ex consuetudine nostra etiam actione personali poterit agere primò contra fideiussorē, pro dictis cētũ eidē debitis. vt est tex. nostræ cõsue. in tit. *Des rentes uēdues a reachat.* §. ij. inci. *le creãcier.* & hoc casu competit actio personalis quę dicitur cōdictio ex cõsuetudine, nã de iure nō est ita cautũ ꝙ ita agi possit. ergo debet agi ex consuetudine, secundũ doctrinã Bar. & doc. l. vni. ff. de condi ex l.

Realis

IN modum actionis realis, poni potest exemplum in cõsuetudinibus nostris, in filio masculo remanente post mortem patris & matris, contra sorores maritatas per patrē & matrē: quibus est cõstituta dos in vita eorũ, aget enim tunc petitione hæreditatis quę est realis. l. sed & si lege. ff. de peti. hære. quia mediante cõsuetudine nostra est hæres insolidum. vt est tex. suprà in §. *femme mariée de pere & de mere.* in tit. *Des successions.*

Interdicta ex consue.

POssent etiam proponi interdicta ex consuetudine, quia licet hæredi quòd ad bona relicta per defectũ nō transferatur possessio de iure. l. cum hæredes. ff. de acqui. pos. tamen secus est de cõsuetudine nostra, ex quo mortuus saisit viuum vt suprà dictum est in tit. *Des successions.* §. j. Et ideo hæres poterit intentare interdictum vti possidetis retinendæ. vel aliud quodcunque interdictum, vt dictum est suprà amplè in dicto §. j.

IN personalibus autem quando disponit consuetudo in speciem vel formam alicuius contractus, & agitur actione ex eo contractu recipiente formam à consuetudine aut non, & tunc agitur ex consuetudine, vt dictum est suprà. ita dicit Albe. de rosa. in rub. in xvij. & xviij. col. C. quæ sit longa consue.

Officio iudicis.

PER iudicis officium proponitur, quando imploratur, ꝙ iudex faciat id ꝙ debet facere ex consuetudine, nã homines de poete. non possunt facere procuratorium sine licentia domini, & si dominus refutauerit, debēt recurrere ad principem vel eius officiarios, implorando officium iudicis ꝙ datur ex consuetudine. vt est tex. suprà in §. *gens de poete.* in tit. *Des forestz, pasturaiges.* & est officium iudicis in hoc casu cùm agitur contra partem, quòd pars scilicet contra quam tales homines volunt habere processum, teneatur ad hoc. Sed petitur & proponitur

& proponitur coram iudice, quòd hoc faciat quod debet facere. ¶ Et quomodo differant actio & iudicis officium, ponit do. meus Ias. in §. omniũ. in x. & xj. col. insti. de actio. vbi dicit * quòd si iudex denegauerit ea quæ sunt de officio suo, facit iniuriam parti petenti. l. j. §. permittitur. & ibi Bar. ff. de aqua quoti. & æsti. in tantum ꝙ potest appellari. l. j. C. si sæpius in integ. resti. postu. idẽ do. meus Ias. in §. præterea. in iij. & iiij. col. insti. de actio. 3

PER modũ exceptionis, pone ꝙ aliquis agit contra me, & petit vt desistã à quodã fundo per me possesso per xxx. annos & vltrà, ego oppono cõtra eum exceptionẽ præscriptionis xxx. annorũ ex cõsuetudine, de qua in §. *De toutes choses prescriptibles.* qui est §. penul. harum cõsuetudinũ, & prædicta solũ dixi causa exẽpli, in omnib⁹ potest sic inferri, & aliquos modos ponit Albe. de rosa. in d. rub. quæ sit lõga cõs. ĩ col. suprà alleg. *Exceptiuè*

SED quærit Alberi. de rosa. in dicto loco, in xviij. col. an in libello sit opus exprimere, & hoc peto propter consuetudinẽ, & concludit quòd vbi est certa & notoria, non sit opus in libello proponere, cùm idem sit ac si de lege quæ est notoria, quæ non debet proponi, cùm ergo hic sit notoria in hac patria, cùm sit in scriptis redacta, vt ibi per Alb. quem videas. ¶ Crederem tamen bonũ esse quòd in iudiciis non regalibus, scilicet in aliis quàm in alliuatibus regiis, in quib⁹ nõ fuerunt publicatę, ꝙ proponerẽtur eo modo quo dictum est, & ꝙ fieret exhibitio articuli per greffarium signati, & sigillati sigillo autentico, & vt dicit G. benedicti in sua repeti. c. Raynu. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in xl. de testamen. quando sunt notoriæ, puta quia leguntur in auditoriis singulis annis, non debent extrahi à registro, sed debent allegari. *Quæstio.*

IN TEXTV IBI, *Nous voulons que au vidimus de cestes.*

ECCE ergo quomodo probatur consuetudo per scripturã, licet non sit necessaria in consuetudine, & hoc est: quia facta est autoritate publica. quod fieri potest, vt dicit Albe. de rosa. in dicta rubri in. xix. col. ¶ Et aduerte ad tria. primò an stetur sumpto, seu exemplari facto autoritate iudicis: vide in l. publicati. C. de testa. c. si. extrà de fide iustrumen. per doc. in authentica. si quis in aliquo. C. de edendo. & per Barto. in l. prætor ait. §. præter ait. ff. de edendo. *Tria notanda.*

SEcundò an signum notarij sit de necessitate apponendum. Barto. in j. constitu. digestorum. & l. prætor ait. §. si initium. ff. de eden. & doc. in c. ij. de fide instru. dixi infrà allegando Cardi. consi. cxxxiij.

TErtiò, quòd * notarius non potest mutare signum consuetum. in addi. ad Panor. in c. ij. de fi. instru. Feli. in c. j. col. iiij. extrà, de fide instru. * Et si vtatur diuersis signis, punitur de falso, vt suprà. in addi. posita in titu. *Des confiscations.* §. j. in glo. j. in fi. versi. quandoque verò punitur pœna mortis. *1 Notari⁹ 2 varians signum.*

IN TEXTV IBI, *Signé d'aulcun de noz secretaires, ou greffiers.*

AN de * necessitate in instrumento requiratur signatura notarij, vide Feli. in c. scripturam. col. v. extrà, de fide instru. vbi dicit quòd sic. ¶ Vide Bal. in l. contractus. C. de fide instru. in iij. col. & in l. si quis. §. quid enim. ff. de edendo. Et dicit Bertrandi in consi. cxxxiij. in ij. parte, quòd fidem adhibere instrumento sola sigilli apprehensione, est contra regulam, & fatuus est qui hoc facit. * ¶ Sed secus in protocollo, nisi consuetudo aliud obtineat, vt in c. cum. p. ibi. Felin. extrà, de fide instru. vbi ponit an nota protocolli probet. * Et aduerte si duo notarij recipiant instrumentum ad quod, an sufficiet quòd vnus illorum signet? dic quòd non, vt tenet Albe. de Rosa. in l. j. per illum tex. ff. de offi. procon. Guido pape deci. cxxij. *1 Signum notarij necessarium.* 2

ADDITIO. Contrarium tamen dicit esse verum Guilelmus Benedicti in repetitione c. Raynutius. in verbo, mortuo itaque testatore. j. in fine de testamentis. *

IN TEXTV IBI, *Nous auons faict mettre nostre séel a ces presentes.*

NIhil importat * sigillũ apponere, nisi sigillans dicat se illud apposuisse. l. ad testium. §. si quis. & ibi Bar. ff. de testa. c. significauit. vbi moder. de appel. Inno. & doc. in c. ij. de fide instru. Bal. in margarita, in verb. sigillum. * & si sigillo alieno fiat sigillatio, fiat expressa mentio quòd sit alienum. Bal. in dicta marga. notant. doc. in d. c. ij. ita dicit gl. pragmaticæ sanctio. in fi. in ver. nostrum. Quantum ad primum adde Bar. & Alex. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. ¶ De signo autẽ notarij, an sit de necessitate apponendũ, quoniã de sigillo nõ est dubiũ ꝙ non est de necessitate apponendũ, vide cardi. zaba. in cõsi. cxxxiij. ¶ Aduerte * quòd sigillum apponitur quandoque in signũ cõsensus, quandoque in signũ testimonij, quandoque in signũ autoritatẽ præstãtis, quãdoque in signũ confirmationis, & ideo semper debet exprimi cuius est sigillum, à quo apponitur, & propter quid apponatur. ita dicit Panor. in d. c. ij. de fide instru. & post eũ Feli. & sic fieri solebat antiquitus, vt legitur in libro Hester iij. & viij. arti. ¶ Et de sigillo, * quòd dicatur autẽticũ, vide c. post cessionẽ. de proba. vbi sigillũ episcopi est autenticũ. & xj. q. iij. c. iure. Itẽ sigillũ capituli. c. iij. de probatio. & c. in nomine patris. in fi. lxxiij. dist. Et sigillũ alicuius principis secularis, cui creditur de cõsuetudine. de fide instru. ca. cum dilectus. itẽ argumento xix. dist. c. statuimus. & ff. de custo. & exhibitio. reorũ. l. diuus. * Et vt sit autenticũ, debẽt apponere characteres & orbita, secundũ gl. & doctores in c. inter dilectos. de fide instru. & Panor. in d. c. ij. de fide instru. ibi, quo ad primã. & facit. c. significauit. de appellatio. ¶ Vbi notatur quòd sigillum approbat notarium qui recipit instrumẽtũ, & ideo bonũ est ꝙ in quolibet instrumẽto apponatur sigillũ iudicis loci illius, aut principis, qđ obseruatur in loco vbi est notarius, quoniã ꝑ hoc nõ poterit opponi, ꝙ notarius q̃ signauit nõ erat notarius. & istud tenet Inno. in c. ij. extra de fide instru. ¶ Aduerte quia vt dicit Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, literas sigillũ principis facit publicã fidẽ. & in cõstitutione, qui literas. in iij. lib. dicit ꝙ sigillũ est substãtiale in literis regiis. Et etiã aduerte ꝙ sigillare in aliquibus habet vim acquisitionis possessionis, vt dicit Bar. in l. quę dotis. in prin. ff. sol. mat. allegatus per Mat. de affli. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, circa violentiarũ. in vij. col. dixi in Catalogo gloriæ mundi, in prima parte. in xxxv. cõclusi. quæ est in xxxviij. cõsideratione illius primę partis. * ¶ Vide Bald. in l. si qua per calũniam. C. de episco. & clericis, & Gui. pape quæstione lxxv. & cccclxxxj. ¶ Et de effectu sigilli, adde quæ dicit Io. Reminaldus in l. pacta nouissima. in fi. C. de pac. vbi dicit ꝙ quãdo est appositũ sigillũ, actus habetur pro ꝑfecto & absoluto. Fractura tamẽ sigilli nõ vitiat instrumẽtũ, si fuerit à principio publica manu confectum, cũ debitis solennitatibus. Panor. in dicto. c. inter dilectos. nu. 3. extrà de fide instru. *1 Mentio de sigilli appositio- 2 ne fiẽda.* *3 Et à quo & propter quid apponatur.* *4 Sigilla autentica.* 5

ET quando sigillo alieno quis possit sigillare, & an debeat fieri mentio quòd sit alienum sigillum, & quòd debeat esse de voluntate illius cuius est sigillum, ponit amplè Feli. in c. ij. extrà, de fide instru.

ET de ſigillo appoſito in priuilegio , vel in inſtrumento non confecto manu publica,ſi eſt fractum inducit
maximam præſumptionem falſitatis,contra ipſum inſtrumentum vel priuilegium. Abbas & Felinus in c.
inter dilectos.extrà,de fide inſtrumen.

ET quãdo ſigillis creditur vide Abbatē in c.ꝙ ſuꝑ his ext.de fide inſtr. Aduerte,quia ex deciſione Bar.ĩ d.l.
ad teſtiũ.§.ſi quis ex teſtibus.ff.de teſt.videtur ꝙ inſtrumēta antiqua deberēt corruere in quibus nullę ſunt
ſubſcriptiones notariorũ,ſed tãtũ ſigilla dominorũ cõtrahētiũ, & vidi plura inſtrumēta pluriũ dominorũ,con
trahētiũ & dantiũ hæreditagia ſuarũ ſeignoriarũ ſubditis,aut aliis in quibus nulla ſunt ſigna notariorum, ſed
7 ſolũ ſunt ſigilla dominorũ cõtrahentiũ,nunquid autē talia inſtrumēta probēt,cogita. Aduerte tamē * quia ſi-
gillum principis habetur loco plenè ſolénitatis,vt dicit Bal.in cõſiliis ſuis vltimis additis poſt vltimũ volu-
men,ꝙ eſt cõſiliũ viij.incipiens,tenor quarundam literarũ. ¶ Aduerte etiã,quia ſigilli appoſitio operatur vim
conſenſus & approbationis.Bar.in l.in fraudem.§.j.ff.de teſta.militis & Bal. in titu.de pace conſtantiæ c.j.in
iij.colũ. Et vide additionem ad deciſionem capellæ Tholoſanæ.xxiiij.glo.in l.ij.C.de rebus alie.non alinan.
quam Iac.de S.Georg.in l.ſi eum ſeruum.ff.ſi certum peta.allegat.& in l.admonendi.ff.de iureiur.

8 *Quando requiratur ſigillũ principis.* LIcet enim hìc princeps dixerit ſigillũ ſuum eſſe apponendum , nõ tamen fuit neceſſarium * quia ſigillum
principis non eſt neceſſarium in apertione legis. Bald.in l.imperialis.C. de pace conſtan. niſi conſuetudo
haberet,ꝙ literis principis non crederetur, niſi ſigillatis, quia conſuetudo in iſtis attenditur. c. cũ dilectus. de
9 conſuetudine doc.in d.c.ij.de fide inſtru.Spec.in titu.de probatio.§. videndũ.& ſatis ex hoc notatur * ꝙ li-
teris regiis in Gallia non creditur niſi ſint ſigillatæ,cùm ita ſe habeat conſuetudo , nam aliàs niſi ita eſſet cõ-
ſuetudo,non eſſet expreſsè cancellarius Frãcię deputatus & ordinatus,ad ſigillandũ literas regias:habēs pote
ſtatem cancellandi,quæ ſibi videbuntur non iuri conſona.ex quo etiã habemus maximè in Burgũdia ex priui-
legio Regis cãcellariã olim datã,virtute cuius obligati ſub illo ſigillo poſſunt cogi realiter,nõ obſtan.oppoſi-
tione. & ſic obligationes & inſtrumenta recepta ſub dicto ſigillo habent executionem paratam, quæ poſſunt
dici inſtrumenta guarentigiata,& in illis requiritur ſigillum , & eſt neceſſariè apponendum , cùm ita ſe habeat
conſuetudo . Et ideo Chriſtianiſſimus Rex Carolus,cognoſcens dictum ſigillum cancellariæ cõtractuũ Bur-
gundiæ eſſe magnæ efficaciæ & autoritatis,voluit & mandauit dominis de parlamento Pariſiē.& etiam in pri
uilegium conceſſit duci Burgundiæ eius auunculo,anno Do.M.ccclxxxiij. ꝙ obligationes receptæ ſub dicto
ſigillo mitterentur executioni contra debitores, nõ obſtante oppoſitione . Et adhuc hodie Chriſtianiſſimus
Rex Franciæ Ludouicus.xij. nobis Burgundis iſtud priuilegiũ reſeruauit & intertenuit,ita ꝙ habemus in plu
ribus locis iudices huiuſmodi cancellariæ,qui tantummodo de priuilegiis huius ſigilli cognoſcunt.

FINIS.

CEſt l'ordonnâce, de ce que lon a acouſtumé de payer, des lettres receues ſoubz les ſeaulx de la court de la chancellerie,de monſeigneur le duc de Bourgongne,au ſiege de Beaune.

Et premierement.

La lettre du petit ſeel pour le droict de mõſeigneur ſix deniers , pour le droict du tabelliõ.iii.deniers,& le coadiuteur.xi.deniers,aĩſi pour tout.xx. deniers tournois.

La lettre de.iii.frãcz iuſques a.xiii.francz excluz pour les deux droictz.ii.ſolz ſix deniers tournoys,dõt mõſeigneur prend dixſept deniers tournoys, & le tabelliõ le demourãt,& le coadiuteur.xx.deniers tournoys,aĩſi pour tout.ii.gros vng denier.

La lettre de.xiii.frãcz iuſques a.xx.frãcz excluz,trois ſolz pour les deux droictz, dõt monſeigneur prend de tant de francz tãt de deniers,enſemble.v. deniers pour le regiſtre,& le tabellion prẽt le reſidu,& le coadiuteur.xx.deniers.ainſi pour tout. xi.blancs vng denier tournoys.

La lettre de.xx.francz iuſques a.xxv.frãcz excluz trois ſolz ſix deniers tournois, dont monſeigneur prent comme deſſus. Et pour le coadiuteur. xxv. deniers tournois ainſi pour tout douze blans vng denier tournoys.

La lettre de.xxv.iuſques a.xxx.francz excluz.iiii. ſolz ſix deniers tournois, dont monſeigneur prend comme deſſus:pour le coadiuteur.xxx.deniers tournoys. ainſi pour tout iiii.gros.iiii.deniers tournoys.

La lettre de trente francz iuſques a trentecinq frãcz excluz, cinq ſolz ſix deniers tournoys,dont monſeigneur prẽd comme deſſus . Et pour le coadiuteur trenteſix deniers tournoys.ainſi pour tout.v.gros deux deniers tournoys.

La lettre de trente cinq francz iuſques a quarente frãcz excluz.ſix ſolz.vi.deniers tournois.dont monſeigneur prend cõme deſſus. Et pour le coadiuteur.xlii.deniers tournoys. ainſi pour tout.vi.gros.

La lettre de.xl.frácz iuſques a.l.excluz.vii.ſolz.vi.deniers tourn.dõt mõſeigneur préd comme deſſus.Et le coadiuteur.xliiii.deniers tournois,ainſi pour tout ſix gros xiiii.deniers tournoys.

La lettre de.l.frácz iuſques a.lx.francz excluz.viii.ſolz.vi.deniers tournois, dõt mõſeigneur prend comme deſſus.Et le coadiuteur.xliiii.deniers tournois:ainſi pour tout ſept gros.xvi.deniers tournoys.

La lettre de.lx.francz iuſques a.lxx.excluz.ix ſolz ſix deniers tournoys,dont mõ ſeigneur prend cõme deſſus,& pour le coadiuteur.xlv.deniers tournoys. ainſi pour tout.viii.gros vng denier moins.

La lettre de.lxx.francz inſques a.lxxx.excluz.x. ſolz.vi. deniers tournoys , dont monſeigneur prend comme deſſus, & pour le coadiuteur.l. deniers tournoys, ainſi pour tout,huyt gros.xvi.deniers tournoys.

La lettre de octãte iuſques a nonãte francz excluz,dix ſolz ſix deniers tournoys, dont monſeigneur prend comme deſſus,& le coadiuteur.lv.deniers tournoys, ainſi pour tout.ix.gros.xiii.deniers tournoys.

La lettre de nonante francz iuſques a cent excluz . douze ſolz ſix deniers tournoys,dont monſeigneur prend cõme deſſus,& le coadiuteur.lv.deniers tournoys, ainſi pour tout.x.gros trois deniers tournoys.

La lettre de cent francz iuſques a cent & vng excluz. xiiii. ſolz ſix deniers tournoys,dont mondict ſeigneur prend comme deſſus,& le coadiuteur.lv.deniers tournoys.ainſi pour tout.xi.gros ſept deniers tournoys.

La lettre de.cxx.frácz monte a.xv. ſolz.v. deniers tournoys,dont monſeigneur prẽd dix ſolz.v.deniers tournoys pour le regiſtre,le tabellion prend le demourãt, & pour le coadiuteur.lv.deniers,ainſi pour tout vng franc.

La lettre de commandiſe d'ung varlet,quand l'on luy adminiſtre viure & chauſſure ſeulement , ſe meȼt au ſeel pour trois francs , & quand l'on luy adminiſtre tout, quatre francs par an,& y meȼt l'on l'argent qu'il donne,ou que lon luy dõne.

La lettre de retenue de vigne a vin,pour chaſcũ iournal par an,trois muys ne du pire,ne du meilleur,ſe tauxe ainſi le bled ſelon l'année.

Lettre de procuration aulx cauſes ou il a pluſieurs conſtituans , le premier eſt cõpté pour deulx ſolz ſix deniers pour leſdiȼtz droiȼtz,dont mondiȼt ſeigneur prend xvii.deniers tournoys comme deſſus,& pour chaſcun conſtituant enſuyuant mondiȼt ſeigneur prend douze deniers comme deſſus,& non plus.

En la lettre de retenue de beſtes,l'on ne compte point fruitage ne maiſon.

La brebis eſt comptée pour trois gros.

Le franc de cẽſe perpetuelle eſt compté pour dix francs,& a vie pour cinq francs.

La queue de vin de cenſe perpetuelle pour trente francs , & le muy pour quinze francs,& qui l'achepteroit plus,l'on prendra le droiȼt au pris de l'achapt.

L'inſtrumẽt eſt cõpté pour.ii.ſolz.vi.deniers,ou mõdiȼt ſeigneur prẽd cõe deſſus.

Les compromis pour autant ſ'il n'ya peine.

Les lettres de donations en eſchange,& de partage ſe doibuent euacuer par le ſerment des parties,teſtamẽt ſe doibt tauxer par monſeigneur le gouuerneur,& a ſon abſence par ſes lieutenans.

IN TEXTV IBI. *L'on a accouſtumé de payer.*

Qvis debeat ſoluere mercedem notario de inſtrumento recepto , vide Matthæum in conſtitutione regni Siciliæ quæ incipit,baiulos omnes.in.ix.notabili,vbi ponit multa de materia notariorum,quæ ſunt multum praȼticabilia.vbi dicit etiam quòd.xij.requiruntur ad eſſe publici inſtrumenti:& ibi etiam ponit quę requiruntur ad hoc vt not.& protocollum notarij mortui ponatur in publicam formam ſeu reaſſumatur , aut groſſetur.& ibi vide amplè in.xiiij.nota.Et in.xj.nota.in.viij.quæſt.quærit,an notarius laicus poſſit conficere

instrumentum super re spirituali & ecclesiastica, & sic super matrimonio contracto per verba de præsenti. *

IN TEXTV IBI, *Soubz les seaulx de la court de la chancellerie.*

QVæritur, quale sit huiusmodi officium cancellariæ. Aduerte, quia in Gallia vnam solam habemus cancellariam, quæ dependet ab officio & potestate domini cãcellarij Franciæ, *qui dicitur cancellarius, à
1 Cancellarius vnde dictus. cancellando, quia rescripta & priuilegia sigillo regio munienda (quòd apud se est) priusquã eo muniantur, corrigit, & cancellat. vnde politianus in prologo.

Hic est qui leges regum cancellat iniquas,
Et mandata pij principis æqua facit.
Si quid obest populo, vel legibus est inimicum,
Quicquid obest per eum desinit esse nocens.

2 Eius dignitas. ¶ Et ita dicit Luc. de pen. in l. neminem. C. de decu. lib. x. vbi alio modo dicit quis sit cancellarius. * Et talis est secunda persona Galliæ quo ad iurisdictionis administrationem, & sub se habet multos, qui propriè, dici possunt legati. vt est gubernator cancellariç in Burgundia, nunc tempore quo competit christianissimo Regi, sed tempore quo duces Burgundiæ tenebant ducatum, erat gubernator cancellariæ officiarius ducis. cùm istud priuilegium cãcellariatus in Burgũdia, fuit concessum in priuilegium duci Burgũdiæ, per Regem Frãciæ. dixi suprà proximè in glo. fi. versi. licet enim.

DE potestate cuius cancellarij, & quibus honoribus sit honorandus, & sit maior connestabili, & etiam de potestate gubernatoris cancellariæ contractuum Burgundiæ, & suorum locum tenentium in quibuscunque locis huius patriæ, dixi amplè in tractatu meo, gloriæ laudis & honoris huius sæculi, in quarta parte in xj. xij. & xxx. considerationibus illius tertiæ partis.

ET isti legati qui habent officia cancellariatus in aliis locis Frãciæ quàm in Burgundia, vt est Parisiis, Tholosæ, Burdegal. Grationopoli, Rhotomagi, Aurelaten. in Prouincia, & Diuione, in locis vbi sunt parlamenta pro christianissimo Rege, modò sunt legati, & quodammodo delegati ab ipso domino cancellario, & tales non solent dare seu concedere nisi literas & rescripta iustitiæ, & non priuilegij, immunitatũ, exēptionum, seu gratiarum, imò etiam licet soleant aliquando dare rescripta, cum clausula non obstante, videretur ꝙ nõ possunt, per ea quæ notat do. meus Ias. in l. nemo potest facere. ff. de lega. primo. ¶ Et aduerte etiã, ꝙ multa sunt quæ potest ipse princeps solus, de quibus suprà dixi titu. *Des iustices*. §. v. in glo. *S'il n'a grace,* quæ non potest concedere cancellarius solus etiam cum consilio Regis, quia in his requiritur quòd ipsemet princeps & rex concedat, & quòd ponatur in literis. *Par le Roy vous present*, quia ista verba important quòd Rex ipse concessit cum consilio cancellarij. & ita obseruatur in Francia, & quando magnum consilium, aut etiam ipse dominus cancellarius etiam sine consilio expedit aut concedit tantũ, *De par le Roy a la relation du conseil*. Et omnes aliæ cancellariæ vtuntur hoc modo in expediendo literas regias.

HIC posset amplè tractari materia gabellarum, sed ne transportare videar dicta aliorum ponam hîc tantum necessaria & remissiuè, & hanc materiam expediendo, quæro de duodecim quæstionibus tantum.

1 Clerici ligantur his ordinationibus. PRima erit generalis. *videlicet nunquid omnia supra dicta ligent contractus clericorũ, Vide do. Alex. in consi. suo. ccx. inci. Ponderatis his omnibus. & in consi. ccxj. inci. Visa facti narratione. in ij. vol. Et vltra omnes adde rationē inconuincibilem in Gallia, per quam dicendũ, quòd contractus clericorũ ligantur his ordinationibus, quia de iure canonico statuta & ordinationes Christianissimi Regis, etiam super bonis clericorũ sunt seruanda. Tex. est. & ibi Bal. in. c. cum venissent. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. & istud priuilegium datum est duci Burgundiæ, per Christianissimum Regem in priuilegium vt dictum est, igitur &c.

2 Clerici nõ possunt conducere gabellas. SEcunda quæstio *erit an clerici possint istas gabellas conducere? Conclusiuè dic ꝙ non. Ita tenet per multa Bertachinus de Firmo. in tractatu gabellarum. in. iij. parte. in j. col. per tex. in authen. de sanctissi. epi. §. alium. colla. ix. & nota. in c. j. de obligatis ad ratio. & in c. j. de postu. imò non possunt fideiubere pro laicis conducentibus gabellas. dicto. §. alium. & ibi Ang.

3 Gabella an soluatur de contractu nullo. TErtia quæstio *erit, an de contractu nullo soluatur gabella? Dic quòd non. Ita tenent Bal. & Sali. in l. ij. C. de eunuchis. & Bal. in l. non dubiũ. C. de legi. Bertachinus de Firmo. in tractatu gabellarũ, in tertia parte octauç partis. in xv. quæst. do. me⁹ Ias. in l. iij. § nerua fili⁹. ff. de acqui. pos. in iij. not. Faciunt infinita quç dicũtur per illã regulã, ꝙ nullũ est, nullũ potest producere effectũ. de qua in d. l. non dubiũ. & per do. meum Ias. in l. ij. §. ꝙ. si in patris. in vij. col. ff. soluto matrimo. per Feli. in c. ex tenore. in tertia, quarta & quĩta col. de rescriptis.

4 An de distractu. QVarta quæstio *erit, an gabella sit soluenda de distractu sicut de contractu, In hoc dic quòd si statim & incontinenti fiat antequam ad extraneos actus diuertatur, quòd non Ang. & Ale. de Imo. in l. iurisgentiũ. §. adeo. ff. de pac. vel quãdo ex solis verbis sit distractus, & solo cõsensu contrario, secundũ Bar. in l. ab emptione. ff. de pac. secus si ꝓ primo cõtractu fuit facta traditio rei, nã si cõtractus rescindatur. fieri debet rei retraditio, & dicitur nouus cõtractus, ꝓ quo debet solui noua gabella. secũdũ Ang. & alios in d. l. ab emp. & per plures allegatos ꝑ Bertachinũ in suo tract. de gabellis. in iij parte. viij. partis principalis. in xiiij. quæstione.

5 An in refectione instrumēti QVinta quæstio *erit. Si soluatur certa gabella in cõfectione instrumenti, an eius refectione debeat solui? pone casum, celebratus est contractus inter partes, qui antequã publicetur combustum est protocollũ, partes verò illud iterum reficiunt ne cõtractus pereat, quæritur, an si de primo rogatu soluta fuerit gabella debet iterum solui pro eodem refecto? dic quòd non. quia sufficit semel esse solutum. argumento. l. fideicommissa. §. si sit. ff. de lega. iij. & l. quoties. ff. de publi. & ita per plures rationes tenet Bertachinus de Firmo. in tractatu de gabellis. in quinta parte principali. in vj. quæst. & dominus meus Ias. in l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iure. ¶ Et aduerte, quia vt dicit idem Bertachinus in dicto tractatu, in quinta parte. in j. quæstione, & in sexta,
6 Refectio instrumēti deperditi quomodo fienda. *quando instrumentum est perditum, sed extat protocollum, notarius cogitur aliud in protocollo reficere, sed tamen est citanda pars in huiusmodi refectione, & quòd probata perditione sit locus refectioni, facit textus in. l.

in l.qui res.§.aream.ff.de solutionibus.&.ff.de administratione tutorum.l. chirographis.in principio. * quæ amissio protocolli probatur iuramento partis,vt seruat vsus,vt in Speculatore de instrumento edicto.§. postquam.versi.vbi vide etiam glo.in c.cũ olim.*le premier*.de priuilegiis. & Feli.in c.sicut.in principio. de re iudicata.Alex.in consi.lviij.in vlt.col.in j.vol.vide quæ in proposito dicit Bar.in consilio suo lxvij.incipiente , satis dubie. à quo Bertachinus accepit sua motiua in tractatu. ¶ Decisio Tholosana ccccxvij.* ¶ *Et aduerte etiam quia renouatur instrumentum propter eius antiquitatem & ferè consumptionẽ,vt est gl.in aut.de hære. & Falci.in §.j.in verbo reperire.de qua do.meus Ias.in l.iij.in ix.col.C.de iure emphyteu.& Feli.in c.accedens le.j.in ij.col. ext.vt lite nõ cõtest.Et quomodo protollũ perditũ debet redintegrari.& quomodo amissio possit iuramẽto probari,vide Bertachinũ ibi plura allegantem in prædicta. vj. q. ¶ Et de perditione instrumenti quomodo probetur,vide Bar.& alios in l.si quis ex argentariis.§.qui verò.ff.de eden.Feli. in c.sicut. de re iudica.& adde ꝙ quãdo fit renouatio huiusmodi,sunt citandi illi quorũ interest.ita tenet Cardi.cõsi .lxxiiij.incipien.Titius nũc sunt.plenè per Feli.in c.cũ P.tabellio.in ij.col.ibi.contrariũ tenent,extrà de fide instrumen.

7 *Amissio protocolli quomodo probanda.*

8

ADDITIO. Vide in hoc quæ dicit Mat.de affli.in consti.regni Siciliæ quæ incipit,baiulos omnes.in xiij. & xiiij.nota.vbi ponit quomodo probat protocollũ.& quomodo sit in publicam formam redigendũ. Et quomodo notarius redigens in publicam formam post mortem notarij qui recepit,non potest extendere eius imbreuiaturam.Et in gl.iiij.in iiij.quæst. Quærit an illa solemnitas quæ requiritur in conficiẽdo,requiratur in reficiẽdo.Et ad hoc aduerte quòd si notarius qui recepit instrumentum non fecerit protocollum,nec illud in suo protocollo redegerit, tenetur parti ad interesse, & punitur etiam pœna extraordinaria.Et dic idem si amiserit instrumentum,aut protocollum,vt tenet Mat.de affli.in dicta constitutione,in glo. vj.in fi.vbi etiam ponit quid debeat continere protocollum . Et an instrumentum præsentatum in actis si nõ reperiatur originale probet,vide Mat.de affli.in consti.quæ incipit,eo idem nobis.in glo.iij.& quomodo debeat fieri præsentatio in actis,vide ibidem.in ix.notabili.*

Sexta quæstio*erit,an ex vno testamento scripto in pluribus chartis,sit soluenda gabella de singulis? an verò tantum sit soluenda vna gabella?Barto.in l.j.in fi.principij.ff.de testa. dicit ꝙ si statutum dicat,quòd de quolibet testamento soluatur gabella, ꝙ si mille instrumenta scriberentur super vno instrumento, non solueretur nisi vna gabella , si verò statutum dicat,ꝙ de quolibet instrumento soluatur gabella , tunc si ex vno testamento fierent mille scripturæ,de qualibet soluetur gabella, quia tot sunt instrumenta,quot sunt corpora.l. ij.§.si plura.ff.quemadmo.test.aperian.Sed hoc dictum non videtur procedere,quia dato quòd essent duo instrumenta,quę tendunt ad vnum & eundem effectum,& ideo iudicantur pro vno quo ad gabelle solutionem. secundum Bal.notabiliter declarantem in l.cũ patrẽ.C.de iure dotium in fi.& hoc tenet Bar.in l.fi.§. quoties. ff.de publica. vbi dicit*ꝙ si est soluta gabella de pacto de vendẽdo,nõ debet solui postea de cõtractu vẽditionis.dicam infrà.¶ Pro ista conclusione facit optimè tex.in l.j.§. si quis.in duobus.in ij.responso.ff. de bonorũ possess.secundum tabulas.vbi probatur quòd duæ institutiones factæ in diuersis tabulis,eodem tempore, quia tendunt ad eundem effectum,id est ad vnum testamentum,quamuis sint reuera dispositiones diuersæ , tamen quo ad effectum iuris habentur pro vna . prædicta sunt tamen reducenda ad practicam , secundum ordinationem quæ dicit quòd est soluenda gabella de qualibet litera , & hoc casu si de vno testamento fierent mille litteræ,credo ꝙ mille soluerentur gabellæ,& hoc etiam facit,quia quælibet litera est tabellionanda , & sic approbanda.Et quia potest testamentum multa & diuersa continere, ordinatum fuit ꝙ taxaretur testamentũ arbitrio iudicis,ut in articulo fi.& hoc casu credo quòd iudex posset taxare etiam ꝙ de pluribus literis non solueretur nisi tale quid. Communis tamen obseruantia etiam apud nos est, quod de qualibet litera soluatur gabella,etiam si sit super vno contractu.Et ideo non est amplius disputandum, an duæ gabellæ sint soluendæ de venditione vnica plurium rerum,& quot de venditione & de rennntiatione , quot de proprietate & vsufructu,quot de venditione & concessione sint soluendæ , quia quo ad nos istud est clarum , cùm si de prædictis non fiat nisi vna litera,non debet solui nisi vna gabella,si vero plures literæ fiant , debent solui plures gabellæ,sed de iure quid dicendum sit , vide Bertachinum in tractatu suo de gabellis,in quinta parte principali.in xij.xiiij.xv.& xvj.quæst.illius partis.

9 *Quid de vno instrumento in pluribus chartis scripto.*

10

Septima quæstio est,*an valeat statutũ per quod disponitur ꝙ de dote soluatur gabella ? Lapus allegatione sua ccxxvij.inci.quæro pone ꝙ procurator.videtur tenere ꝙ nõ , sed tamen videmus ꝙ contrariũ obseruatur,quia etiam de contractu matrimonij,& de dote soluitur gabella,imò quod plus est,tabellionarij nostri volunt cogere & cogunt de facto maritũ ad capiendum suas literas , & sic ad soluendum duas gabellas,ex quo vt dicunt sunt duæ promissiones & obligationes ex parte vtriusque , quod tamen fieri non deberet , maximè in contractu matrimonij,& ponderandum est maximè ꝙ in his ordinantiis super huiusmodi sigillo non fit mentio de contractu matrimonij, nec de dote,ex quo videtur relinquere dispositioni iuris communis

11 *Gabella an possit exigi de dote.*

Octaua quæstio*quia dicitur hìc antè in his ordinationibus, ꝙ de retentione animaliũ, quæ dicitur datio ad soccidam,solui etiã debet gabella , an sit verum etiam si animalia sint extra ducatum Burgundiæ , & in loco vbi non soluitur talis gabella,& fiat contractus in dicto ducatu, & idẽ in omnibus contractibus qui fiũt in ducatu,si res sit alibi sita,in quo loco debeat solui gabella? dicendũ videtur ꝙ debet solui in loco vbi res est sita,cũ collecta ibi debeat solui,secundum Bar. in l.j.§.forma.ff.de censibus.& in l j.in v.col.C.de mulie.& in quo loco.lib.x.Bal.enim videtur tenere contrariũ in l.j.ff.de contrahen.emptio. *vbi dicit ꝙ quo ad solutionem gabellæ locus contractus inspicitur.¶ Tu autem dic ꝙ in casu nostro debet solui gabella vbi celebratur contractus, & non locus vbi perficitur instrumentum. licet hìc videatur haberi respectus ad scripturam tantũ, & sic ad instrumentũ.& hoc est,quia vt dicit Bal.in l.exigere dotem.in iij.lectu.ff.de iudiciis. ex sola instrumẽti confectione partes non sortiuntur forum.Et dicit Bal.in l. vniuersa.in fi.C. de pręcibus impera. offeren. ꝙ pro solutione gabellæ debet inspici locus celebrati contractus, non locus rememorati contractus , quæ rememoratio fit per instrumenti confectionem, de eo quod alibi fuit inter partes conuentum . ista dicit Bertachi. de Firmo in suo tractatu de gabellis,in sexta parte principali.

12 *Gabella quo loco soluenda.*

13 *Quod loco contractus.*

14 *Cōtractus & instrumentū quomodo differanc.* ET aduertendū est ad id quod ibi dicit * ꝙ differunt contractus & instrumentum. quia contractus est partium, sed instrumentū est notarij, id est, contractus est ipsa intentio seu cōuentio partiū, sed instrumentum est ipsa scriptura, quā notarius facit cōtinens conuentionē partiū, secundū Bar. in l. si quis legatū. ff. de falsis & sunt adeò diuersa, ꝙ falsitas instrumēti nō arguit falsitatē cōtractus, quia potest esse instrumētū falsum, & cōtractus verus, secundū Bal. in l. alia. C. de his qui. vt indig. licet ipsemet Bal. cōtrariū tenuerit in sua margarita, in verbo, notarius. versi. viij. *Casus.* ¶ Nūc est casus in facto de quodā, qui falsificauit quasdā literas clericatus, illas expediendo, cùm re vera de his nō fuisset rogatus, imò alius. probatur tamē ꝙ talis fuit factus clericus illo die, an per hoc debeat excusari, & talis probatio debeat prodesse notario, & parti producēti, cū sit tantū facta ad instantiā notarij volentis se purgare de dicta falsitate? & est casus in suprema curia parlamenti Burgūdiæ, in materia possessoria beneficiali, in qua per ordinationes regias iudicatur super titulis si fieri possit, nec antea admittitur probatio per testes, quā fuerit adiudicata prouisio, quæ nō est in hoc casu, igitur videtur per ordinationes nostras regias, sublata probatio per testes antè huiusmodi adiudicationē prouisionis, ex quo videtur dicendū ꝙ talis probatio in prędicta materia possessoria, antè adiudicationē prouisionis nō debeat prodesse parti producēti prædictas literas clericatus falsas, & cū cōstet de falsitate illarū, ꝙ nō debēt eidē prodesse in vim instrumēti, & ideo nec in vim probationis per testes, nec in vim probationis per instrumentū potest se iuuare pars producens, cū si bene videātur omnes doc. tā Bal. in d. l. alia. q̄ etiā do. meus Ias. in l. seruū filij. §. cum qui chirographū. ff. de lega. j. quādo dicūt ꝙ etiā annulato instrumēto potest admitti probatio per testes intelligi debēt, & intelligūt nisi essemus in casu vbi probatio per testes esset reprobata, vt hoc casu in materia possessoria beneficiali antè adiudicationē prouisionis. Itē & si ista probatio nūc admitteretur, ita vt parti prodesset antè adiudicationē prouisionis, cōsequeretur cōmodū ex suo dolo, ex sua falsitate, & ex suo delicto, quod nō est dicendū, cū dolus & fraus nemini patrocinari debēt. Cy. in l. si in fraudem. C. de lega. ¶ Item quod plus est, daretur occasio multis delinquēdi, cùm si viderēt se nō posse cōmodè habere suas literas clericatus, & esse in periculo perdēdi prouisionem, nō dubitarent fabricari facere falsas literas clericatus, vt postmodum admitterentur per indirectum ad probationem clericatus per testes, qui aliàs nō fuissent admissi. & sic vnde iura nasci debent, nasceretur occasio delinquēdi. quod fieri nō debet. l. meminerint. C. vnde vi. & hoc casu fieret fraus legi nostræ, volenti prouisiones adiudicari debere in materia beneficiali super titulis, antequam deueniatur ad probationem per testes, quod nō est permitendum, secundum Bal. in l. j. C. si quid in fraudem patroni, cum ex dolo fraude & delicto partis esset casus dabilis, vbi prędicta ordinatio nō obseruaretur, imò eius effectus tolleretur, quòd non est dicēdum, igitur. imò quod plus est, propter falsitatem deberet perdere causam. vt est tex. in c. olim. extrà, de rescriptis. & etiam secundum Feli. in c. venerabilis. extrà, de exceptionibus.

ADDITIO. Vide Matthæum de afflictis in constitutione regni Siciliæ quæ incipit, falsitatem. in fi. in iij. libro. * ¶ * Et sic producens falsum instrumentum, & vtens illo, cùm committat falsum, & sit falsarius, debet cum hoc puniri vt falsarius. l. j. in fine. ff. ad l. Corne. de falsis. notatur in l. si vtens. & in l. si falsos. C. de falsis. practica Ferrarien. in forma libelli quo agitur & rescindatur. in gl. procurauit & sollicitauit & dolosè vsus fuit.

15 *Instrumētū falsum producētis pœna.*

ADDITIO. Vide de materia producentis falsum instrumentum, quod non fecit, Matt. de affli. in constitu. regni Siciliæ quæ incip. qui falso instrumēto. in iij. lib. vbi dicit quòd potest cogi per iudicem ad declarandum si velit eo vti. *

16 IMò quicquid sit, adhuc tenet Bal. in sua Margarita, in verbo, notarius. versic. viij. * quòd si instrumentū fuerit falsum, quòd etiam contractus debet talis reputari. & hoc casu etiam si cōtenta in eo sint vera, non prodest. & nobilis ac sapiens vir magister Iacobus le Brail, consiliarius in parlamento Parisiensi, qui aliàs fuit pręceptor meus, & quē audiui legētē Pictauis, allegādo Bal. in dicto loco: dixit mihi fuisse ita iudicatū anno pręcedenti in parlamento Parisiēsi cōtra quedā, qui fuit punitus de falso, declaratū instrumētū falsum, punitus notarius, & priuatus officio tabellionatus, & fuit pars producēs tale instrumētū, priuata illa instantia, licet fuisset probatū per octo testes, ꝙ cōtenta in instrumēto erant vera, & hoc, quia vt probatū fuit, notarius non fuerat

17 rogatus, * quo casu indubitāter si expediat instrumētū quod nō recepit, dicitur falsarius. Alexā. in consi. quinquagesimo. in ij. col. in iij. vol. & ideo etiam venit puniendus de falso. nec prodest eidē talis probatio, ꝙ cōtenta in eo sunt vera, ex quo cōstat ꝙ nō fuit rogat⁹. de eo dixi amplissimè in quodā cōsilio quod feci in quo multi se subscripserūt. ¶ In cōtrariū tamē videtur facere quod dicit Io. Fab. in l. quēquā. C. de his qui sibi ascribūt in testamento. vbi dicit, quòd si quis prætendat instrumentum in quo contineatur rem ad ipsum pertinere, ex aliqua causa quæ falsa sit, quòd non præsumitur dolus, si ex alia vera ad eum pertineat.

ADDITIO. Quia hìc antè fit mentio de reprobando instrumentū propter falsitatem. Aduerte quòd vbi est vnus testis pro instrumento notariorum, per hoc duo testes contrarij non probant illud falsum, vt dicit Hypp. de Marsi. singulari suo lxj. incip. dictum seu testimonium.

18 NOna quæstio * erit, nunquid stātibus his ordinationibus debeat solui gabella de apodissa? videtur quòd sic, quia dicitur esse litera, & ordinationes nostræ loquūtur sub hoc verbo, *lettres*, & etiā quia de iure cōmuni cōprehēditur appellatione instrumentorū, ex quo causam & veritatē instruit. l. j. ff. de fide instru. & ita di-

19 cunt Bar. & Bal. in l. j. in ij. col. C. de fide instru. * vbi dicit verum, nisi probetur ꝙ de communi vsu loquendi non veniat apodissa vel apocha sub vocabulo instrumentorum, quod nota. & ita dicit Bertachi. in tract. de gabellis. in tertia parte octauæ partis principalis. in xxxv. quæstione. vbi etiā ponit quid de attestationibus. Sed aduerte, quia clarum est quòd non soluitur quoad nos, cùm non recipiatur sub sigillo cancellariæ, nec soluitur gabella nisi de illis, vt constat ex principio harum ordinationum, igitur.

DEcimò quęro, quia hìc dicitur, & fit mentio de litera cōtinente summam centum & viginti librarum, & non vltra procedit, pone ꝙ sit aliqua litera quæ contineat mille libras, aut plus, an de qualibet summa cētum & viginti librarum debeat solui gabella taxando & æstimando secundum quòd plures sunt tales summæ? an verò tantùm debeat solui vna gabella, etiam si summa sit de mille decem millibus, aut plus? quicquid sit, quo ad

quo ad nos ista est maior summa, ita ꝙ etiã si litera cõtineret millies decẽ mille frãcos, nõ plus taxaretur, quã si cõtineret tantũ cxx. frãcos. * & ista est cõmunis obseruantia apud nos, quæ nõ est mutanda: cũ minimè mutanda sint quæ certã interpretationẽ semper habuerũt. l. minimè. ff. de legi. c. cũ dilectus. de cõsuetu. nec facilè discedi debet ab eo quod diu æquũ visum est. arg. in l. in rebus. ff. de cõstitu. principũ. & quia aliàs sic practicatũ extitit. Lapus alle. lij. à qua practica recedi non debet. dicit Panor. in c. cũ ad sedẽ. ix. col. de restit. spolia. & dicit Alex. in consi. xxvij. incip. viso libello. in iiij. col. in j. vol. ꝙ non est recedendum à communi obseruantia, & durum est recedere ab illo quòd diu fuit practicatum, vt dicit do. meus Ias. in l. rẽ quæ nobis. in j. not. ff. de acqui. possess. istud est eo quòd casus omissus remanet in dispositione iuris l. si extraneus. ff. de condic. indeb. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. maximè cum sumus in odiosis & exorbitantibus, vbi non fit extentio de vna re ad aliam plus grauantem, & tales gabellæ cùm sint odiosæ debent restringi, & non ampliari. 20 *Cõmunis obseruantia attendenda.*

VNdecima * quæstio est, an istæ gabellæ quæ de duobus annis in duobus annis subhastantur & deliberãtur ad quãtũ, debeãt dari plus offerẽti in subhastatione? Tu dic ꝙ sic, per l. penes. & ibi doc. C. de vectiga. cõmissis. quod quomodo intelligatur, ponit Bertachinus de Firmo. in tractatu de gabellis. in ij. parte. in viij. q. Et ibi aduerte cum tribus quæstionibus sequen. ad plura dicta in hac materia subhastationis gabellarum. 21 *De subhastatione gabellarũ.*

PRimò * quòd secundus offerens si non sit soluendo non liberat primum. Cepola in cautelis suis xxxvij. & Bal. in consi. suo ibi allega. 22

SEcundò * quòd offerens subhastatione non potest pœnitere, si non expediat reipublicæ, licet Bar. videatur tenere contrarium in l. licitatio. ff. de publica. 23

TErtiò, * quòd cæteris paribus in offerendo locus est gratificationi, vt tenet Bal. in l. fi. C. de manu. testa. facit gl. in c. venerabilem. de elec. quod non est in obseruantia apud nos, cùm secundus non audiatur, nisi augendo primi summam offerentis, & non aliàs. ex quo non potest esse locus gratificationi. 24

QVartò * nota ꝙ subhastatione perfecta & assignata in certo termino, si vnus ibi offerat certum pretium, non est danda secunda dilatio, vt alius possit plus offerre. glo. in l. ij. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. x. & vide Bar. in d. l. licitatio. ff. de vectigalibus, vbi limitat vno modo. contrarium videtur tenere Guido papæ in quæst. sua 536. vbi ponit de tertiamentis quæ fiunt, quomodo fieri debeant, dixi alibi. 25

QVintò, * ꝙ si primus conductor gabellarum locet alteri, & aufugiat primus, vel non sit soluendo. princeps potest recurrere ad secundum. vt tenet Petrus de vbaldis in tractatu societatis. in x. parte. j. col. ad finem, & Berthacinus in dicto loco in xij. quæstione. 26

SExtò, * ꝙ si vnus ex pluribus cõductoribus gabellarũ moriatur durãte societate, hæres eius in societatẽ succedit. licet secus sit in aliis societatibus. Bar. in l. adeò. ff. pro socio. non tamen transit ad hæredẽ hæredis. gl. est in l. nulla. ff. pro socio. licet Bal. ibi innuat contrarium. vide Berthaci. in dicto tractatu, in dicta secunda parte. in xiij. quæst. vbi ponit, an appellatione veniat hæres hæredis. vide ibi satis amplè. 27

SEptimò, * ꝙ potest reuocari locatio gabellarum ex causa pretij non soluti debito tempore. l. vectigalia. §. nondum solutis. & ibi Bar. & doctores. ff. de publicanis. cum aliis alle. per Berthacinum in dicto loco. 28

OCtauò, * quòd conductores gabellarum possunt cogi ad soluendum etiam antè tempus constitutum, si fisco necessitas immineat. secundum Bal in l. j. C. de contradictione ex lege. 29

NOnò, * ꝙ gabellæ nõ debent locari pro minori tempore, quam pro triennio de iure communi. l. penes. & ibi Bal. & doc. C. de vecti. commissis. Et ratio est secundum Salice. ibi, quia in locationibus fit remissio propter sterilitatem, l. licet. C. locati. l. ex conducto. §. si vis. ff. eo. & ex vbertate alterius anni compensatio. d. l. licet. & l. si vno. ff. eo. sed si locarentur pro vno anno tantum, fiscus esset subiectus remissioni mercedis, & non haberet quod ratione vbertatis compensare posset, cùm nihil sit. & ideo prohibetur ne pro vno anno fiat, vt dicit Bertachi. de Firmo in trac. in ij parte. in quæst. vj. 30

DEcimò, * quòd subhastatio in talibus gabellis fienda, deberet fieri in præsentia officialium. l. fi. & ibi Bal. C. noua vecti. imponi non posse. 31

DVodecima, * erit quæstio de remissione fienda propter guerram, pestem, & sterilitatem, in qua faciam quatuor conclusiones. 32 *De remißiõe gabellarũ propter guerrã, pestem, aut sterilitatem.*

PRima erit cõclusio, ꝙ siue propter guerrã, siue propter pestem, siue propter sterilitatem, non fiet remissio, quãdo vnica solutio pretij tantũ facienda est. Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. in ij. & iij. q. ratio est secundũ eũ, quia tempus videtur futurus euentus, seu alia præsupposita forma contractus, vt perceptio seu commoditas empta sit. l. si factũ retis. ff. de actio. empti. & prædicta procedunt, & habent locum generaliter in locatione omniũ iuriũ incorporaliũ, secus autẽ in locatione iuriũ corporaliũ. vt tenet Bar. in d. §. qui maximos. & in sua disputatione incipiente, publicanus. ex quo infero secundam conclusionem.

SEcunda ergo cõclusio, * ꝙ pestis est causa recedẽdi de domo antè tẽpus, vt ad pensionẽ pro residuo tẽporis nõ teneatnr, vt dicit Bar. in l. si in lege. §. si domus. in fi. ff. loca. & in l. j. §. si pẽsio. ff. de migrãdo. & Pan. in c. propter. post Io. An. de locato, qui tamẽ dicit ꝙ licet sit hoc verũ de iure, vix tamen posset in practica obtineri. Alex. de Imo. in l. si. vno. ff. locati. Et Philip. Frã. in c. ex parte. de appel. nõ audẽt firmare. Bertachi. de Firmo in dicto trac. in ij. parte. in xxij. q. dicit ꝙ in locatiõe domorũ suorũ vtitur cautela, quia apponit, ꝙ locatores teneãtur etiã tẽpore pestis, & ibi plura incidẽter de materia pestis ponit, quæ nolo hìc trãsportare. Aduerte tamẽ ad id quod dicit Antarios aufugisse propter pestẽ, per xxiij. dietas, Celias verò vsq; ad Pyreneos mõtes, vt refert Appianus Alexãdri. in v. libro de bellis ciuilibus. in j. charta. vbi etiã in Illyria dicit fuisse maximam pestilentiã ex multitudine ranarũ generatarũ ex pluuia, vel cũ pluuia causatarum. ¶ Vide Nicolaum Boerium in consuetudinibus septenæ Bituricen. tit. de iuris. om. iudi. §. xviij. in glo. ij. vbi dicit, * quòd pestis quem à contumacia, & etiam à prestatione census colonum excusat: quomodo etiam excuset & reddat rem impossibilem, vide Hippolytum de Marsi. in l. j. §. præterea. in xx. col. ff. de quæstionibus. vbi satis amplè. 33 *Cautela Bertachini.* *Fuga pestis.* 34 *Pestis à quibus excuset.*

TErtia conclusio, * ꝙ conductori hospitij impedito propter guerram vel pestem fit remissio pensionis, si conductor nullum fructum percepit, secus si fructum aliquem recepit, licet paruum, vt quia ipse habitauit 35

nisi constet ꝙ pro sola habitatione sua non cõduxisset, sed causa hospitandi, vt quia erat solitus tenere hospitiũ, vel domus erat solita locari pro hospitio, vt tenet Bar. in l. cũ in plures. in prin. ff. loca. ¶ Quomodo guerra excusat à præstatione census & canonis, vide Io. Sãxon in cõsue. Turon. titu. *Cõment hõmage se doibt offrir.* artic. j. Et ibi dicit ꝙ guerra est quædam sterilitas. & etiam Boerium in loco suprà propè allegato, vbi refert

36 & dicit * quòd ob guerras quis excusatur à defectu, seu contumacia, & ei fit diminutio pensionis.

37 QVarta conclusio * ꝙ conductori fundi realiter fit remissio propter sterilitatem. l. ex conducto. §. si vis maior. ff. locati. & l. licet. & ibi doc. C. eo. Bar. tamẽ in d. l. si vno. §. vbicunq;. & in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. ponit aliquos casus in quibus non fit conductori fundi remissio mercedis. Vide eum & Bertachinum in dicto tractatu de gabellis, in ij. parte. in xxv. quæst. & ibi ponit quid dicatur sterilitas, & etiam quando quis se obligat ad casus fortuitos, ad quos teneatur, & ad quos non. Vide eundem cum casus tibi euenerit, quia nunc aliud non dico, sed huic operi finem impono, ad laudem Dei omnipotentis, ac eius gloriosissimæ genitricis. In quo si aliquid boni dixi, summo omnipotenti Deo, necnon beatissimę eius matri sit laus & gloria. tibíque lectori dignissimo (vt in prin. dixi.) si quid haud dignum dixero, non eo animo protuli, vt rem tibi minus dignam, gratam, ac insuauem facerem, sed ignorantiæ meæ tribuendum putes, digniores enim in vtraque censura, quorum calciamenta soluere indignus essem, in aliquibus errarunt, quoniam & quandoque bonus dormitauit Homerus. Sed quoniam nõ me latet, multos inuidos & detractores esse, qui meum hoc opusculum non charitate ac benignitate (vt decet) sed potiùs mordaci quodam liuore carpere & redarguere conabuntur, quibus potero assentiã, si vel maiora, vel similia edere, & in mediũ palàm adducere curauerint, quod si facere neglexerint, eos Fusiæ caninæ legis nomine dãnabo. Nam cùm ex se quicquam tale edere nec valeát, nec possint, aliorum dictis aut scriptis maledicentis more detrahunt, quibus illud Martialis obiiciam.

Cùm tua non edas, carpis mea carmina Læli. Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

¶ Obiiciam etiam illud quod à Moderno poeta scriptum est, videlicet,

In te conuertas oculos qui despicis omnes, Et te, dum cunctis detrahis, inspicias.

¶ Sed quicquid sit, submitto me correctioni, emendationi, & castigationi tuæ consummatissime lector, cui me totum commendo. Vale.

F I N I S.

Excudebat Ioanni Roigny, & Oudino Petit, Benedictus Præuost. Lutetiæ, in vico Frementello, iuxta clausum Brunellum, Anno ab orbe redempto millesimo quingentesimo, quadragesimo septimo.



67

Cas. men. Consuet. B

92


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm